COMMENTARIA IN

PSALMOS

DAVIDICOS

AVCTORIS INCOGNITI.

Nunc vero cogniti

R.P. MICHAELIS AYGVANI BONON.
Ord. Carmelitarum, sacræ Theologiæ Mag.
& Doctoris Parisiensis:

IN TRES TOMOS DIVISA.

CVM ADDITIONIBVS NOVITER DESVMPTIS
ex Commentarijs manuscriptis eiusdem Auctoris.

Adiectis Indicibus Psal. versic. ac senten. principalium.

Cum Licentia, & Priuilegijs.

Ad vsum R^mi P. M. Sebastiani Fantoni Franchini Prioris Generalis Ordinis Carmelitar.

Conuent. Franchini.

VENETIIS, APVD IOANNEM GVERILIVM.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.

D. DOMINICO PINELLO S. R. E. CARD. AMPLISSIMO totius Carmel. instituti tutelari humaniss.

Frater Gregorius Canalius Venetus Carmelita felicitatem.

INTER *viros omni laudis excellentia præclaros, quos ad cõmodum & vtilitatẽ Christianæ Reip. noster ordo Carmeliticus edidit, floruit insignis Doctor Parisiensis sacræ Theologiæ Mag. Michael Ayguanus, Bononiensis, qui plantatus in viridario Carmelitico tanquã lignũ fructiferum secus decursus salutarium aquarũ diuinæ sapientiæ vberrimos eruditionis fructus vniuerso orbi dedit in tẽpore suo. Is præterquã ꝙ in rebus agendis cum summopere excelleret, regiminis totius Carmeliticæ familiæ dignus habitus est, quo munere laudabiliter sub Vrbano VI. Pont. Max. perfunctus est; in omni scientiarũ genere ita peritissimus fuit, vt tanquã diuinũ Oraculũ haberetur, nulli vnquã in literarum exercitationibus pepercit labori, & plus olei quàm vini consumpsisse, antelucanamq; & fabrilem diligentiã imitatus fuisse visus est, vt assiduis laboribus & vigilijs insistendo, in sacrarũ lectionum speculationibus nunquã vel publice legendo, aut præclara erudimenta scribendo esset defessus. Multa quidẽ ad laudem Dei, S. R. E. decorẽ ad omneq; eruditionẽ doctissime scripsit, & inter præclarissima tanti viri volumina, prodiere celeberrima illa eius Cõmentaria, quæ hactenus semel, bis, ter, & iterũ sub nomine Incogniti Typis data fuere: quæ quidẽ, vbi à studiosis sacrarũ scripturarũ degustata fuere, excellentẽ, ac præstantẽ eorũ auctoris Inco-*

gniti doctrinã, ita magnifecerunt, ac summis laudibus extulerũt, vt in his Dauidicorum psalmorum elucidationibus & interpretationibus tanto viro primã laudem deferre conati sint, & quẽ nomine incognitum tanquã quoddam diuinũ oraculum colebant, cunctis innotescere summopere exoptarunt, nec quidẽ decebat virum insignẽ in opere tã præclaro sub incogniti velamine amplius occultari. Elucescit itaq; tandem Illustriss. ac Reuerendiss. Cardinalis, diuino fauore, Regiminisq; nostri industria, ac diligentia redditur cognitus Auctor iste celeberrimus olim incognitus, & demũ diuinũ hoc Cõmentariorum in Psalmos Dauidicos opus nostri Michaelis Bononiensis Carmelitæ diligenter emendatũ, pristino candori restitutũ, quibusdã pulcherrimis eiusdẽ auctoris explicationibus ex cõmentarijs eius manuscriptis excerptis nouiter auctũ in lucẽ prodit: quodquidem, vt summam laudem, & gloriam apud omnes, ut par est, consequeretur, tuo patrocinio ac Illustriss. nomine decorandum esse cõstitui, præclaris enim summisq; virtutibus cũ præfulgeas non solum huius operis, sed etiã cuiuscunq; ad tuum patrociniũ confugientis splendorem & dignitatem adauges. Hilari igitur, serenoque vultu in tuã clientelam illud suscipere ne graueris, hoc enim amoris & obseruantiæ ergò in te humanissimum totius Carmeliticæ familiæ tutelarem nomine etiã tui obsequentissimorũ Reuerendiss. P. Magistri Henrici Sylui Generalis totius ordinis, & admodũ Reuerendi P. Magistri Basilij Angussolæ Procuratoris, ac Cõmissarij Generalis, omni promptitudine animi offero. Maiora sunt equidem quæ amplitudini tuæ à nobis debentur: omnium etenim nostrũ semper commodo & dignitati faues; nos, singulosq; Carmelitas omni amoris, & benignitatis genere complecteris. Verum hoc exiguum grati animi signum læto animo pro singulari tua benignitate accipere digneris, Deo enim fauente præclariora obseruantiæ & gratitudinis argumenta, erga Illustriss. ac Reuerẽdiss. Dominationem tuã exhibere curabimus: interim Deum Opt. Max. precamur, vt te inuictissimum S.R.E. Præsulem ad sanctæ sedis apostolicæ dignitatem augendam, & decorandam natum, diu incolumem seruet.

ATTESTATIONES AVCTORIS COGNITI.

IOANNES Mozanega Iur. Vtr. Doct. Prothonotarius Apostolicus Ecclesiæ Sancti Bartholomei de Riuoalto perpetuus, & Illustrissimi ac Reuerendissimi in Christo Patris, & D. D. Laurentij miseratione diuina Tituli Sanctæ Mariæ Transpuntinæ S.R.Eccl. Presbyteri Cardinalis Priuli Patriarchæ Venetiarum Dalmatiæque Primatis in spiritualibus Vicarius generalis. Vniuersis,& singulis præsentes nostras testimoniales literas inspecturis, lecturis, & audituris fidē facimus, & attestamur, qualiter proximis diebus coram nobis comparuit personaliter Reuerendus Pater Magister Gregorius Canalius Venetus Ordinis Carmelitarum Prouinciæ Venetæ Minister Prouincialis eiusdem ordinis, ac exposuit,quòd cum aliàs Magister Michael de Ayguanis de Bononia eiusdem ordinis Generalis compilauerit quædam Commentaria super Psalmos libris quinque compræhensa prout etiam attestatur Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta libro quarto,dictaque Cōmētaria hactenus fuerint impressa,& publicata sub nomine Incogniti;propterea, intendens Commentaria præfata denuo imprimere, & diuulgare sub nomine eiusdem Michaelis eorundem proprij auctoris,actualiter produxit quinque vetustissima volumina confecta ex Bergamo,antiquis characteribus manu scripta, tabulis cooperta, ac ferreis quibusdam cathenulis firmata ex Bibliotheca Monasterij Sanctæ Mariæ Carmelitarum de Venetijs,vt asseruit extracta,vna cum Commenterijs in Psalmos Dauidicos impressis sub titulo prisci cuiusdā auctoris Incogniti Lugduni anno 1588. apud Petrum Landrij in duos tomos distinctis, & instetit fieri collationem dictorum Commentariorum manuscriptorum cum alijs Commentarijs impressis ut supra præsentatis. Vnde nos uolentes eidem M. Greg. iusta petenti satisfacere, & veritatis testimonium omnibus, & quibuscumque perhibere, prædicta volumina manuscripta penes nos retinuimus per aliquot dies,& absumpto Patriarchali Notario,ac alijs pijs, & doctis Viris adhibitis collationem fecimus dictorum Commentariorum manuscriptorum cum alijs vt supra sub titulo incogniti impressis in pluribus locis diuersorum psalmorum ac inuenimus impressa Commentaria præfata uerè esse eadem cum manuscriptis præsentatis licet in aliquibus uerbis quandoq; differant,& in impressis nonnulla uerba mutata,uel prę posita,aut postposita sint,quò elegantius appareant, ita tamen, ut nullum sit discrimen circa expositionem Psalmorum, uel sensuum auctoris explicationem, cum in omnibus Commentaria impressa cum manuscriptis ferè conueniant. Præterea fidem facimus, & attestamur in primo Volumine antedictorum Commentariorum ex manuscriptis adesse depictam Imaginem lectoris in Cathedra sedentis induti habitu Carmelitarum una cum imaginibus auditorum eiusdem,& alterius habitus,quod uolumen incipit ut infra. Incipit lectura Super Psalterium edita, & composita per fratrem uidelicet Michaelē de Ayguanis de Bononia Sacræ Theo. Doct. Excellentiss. ordinis fratrum Sanctæ Dei genitricis Mariæ de Monte Carmelo. Quod primum uolumen continet expositionē Psalmorum 25. cui adhæret tabula ipsius uoluminis primi. Secundum uerò uolumen continet expositionem aliorum Psalmorum usque ad Psalmum 51 inclusiue,& in fine habentur hæc uerba,Explicit lectura tertij nocturni Psalterij compilata per fratrem Michaelem de Bononia ordinis B.Mariæ de Monte Carmelo, & hic est finis secundæ partis, cū tabula dicto secundo Volumini inseruiente. Tertium autem uolumen continet expositionem aliorum psalmorum usque ad 79. inclusiuè, & in fine pariter habentur hæc verba,Explicit lectura tertiæ partis Psalterij Compilatæ per fratrem Michaelem de Bononia Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo inter Theologos Doctores Parisienses minimum 1397.Cui pariter adhæret altera tabula pro dicto uolumine.Quartum uolumen continet expositionem aliorum Psalmorum usque ad Psalmum 108. Inclusiue, & habet

etiam tabulam. Quintum & ultimum uolumen continet expositionem aliorum Psalmorum usque ad Psalmum 150, In fine habentur infrascripta uerba, Explicit lectura quintæ partis Psalterij scilicet Psalterij paruæ partis, & sic totius libri compilata per fratrem Michaelem de Bononia ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo inter Doctores Parisienses minimum Deo gratias 1423. die 15. Octobris. Quæ uolumina in fronte habent semper figuram lectoris Carmelitanu habitu induti, & distinguũtur etiam per numeros uersiculorum prout impressa Lugduni per eosdem numeros distribuuntur, licet aliquoties appareat aliqua differentia in numeris, nec vndequaque conueniant. De quibus omnibus, & singulis testimonium veritati perhibuimus, & super inde has nostras testimoniales literas ad perpetuam rei memoriam concedendas esse decreuimus, ac cõcessimus vsque sub die 25. mensis Nouembris proxime præteriti. Nuper verò ab eodem Reuerendo Patre Magistro Greg. Canalio debire requisiti aperiri fecimus per præfatum Patriarchalem Notarium supradicta Volumina quinq; manuscripta in locis infra descriptis sese ad sortem oblatis, vbi in prima inspectione occurrerunt psalmi, versiculi ac expositiones infrascriptæ, & apertis etiam duobus voluminibus vt supra impressis, ac adinuentis eisdem Psalmis, & Versiculis vna cum eorundem expositionibus extrahi mandauimus formalia verba tam in manuscriptis, quam in impressis existentia, ac inuenimus in omnibus, & per omnia, prout infra, videlicet. In primo volumine manuscriptorum Psalmo num. 15. Qui incipit conserua me Domine quoniam speraui in te, dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, sub hoc versiculo, cuius numerus est. 174. Initium expositionis tale est. Iste Psalmus hunc habet titulum, tituli inscriptio ipsi Dauid. Hunc titulum Esdras spiritu prophetico futura præuidens accepit non de veteri testamento sed de nouo, legitur. n. Io. 19. Quod crucifixo Domino Pilatus scripsit titulum, & posuit super crucem eius. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, quẽ cum Põtifices delere uellẽt, & mutare respondit eis Pilatus dicens, quod scripsi scripsi. Dicebant nãque Iudæi Pilato noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit Rex sum Iudæorum, & respondit quod scripsi scripsi. Illa enim per Pilatum scripta sunt non intelligentem quid diceret Deo significante quod Regnum Christi per passionis eius humilitatem nõ infirmaretur, sed amplius confirmaretur. De quo Regno agitur hic in Psalmo, &c. Hæc in manuscripto. In primo autem tomo impresso in eodem Psalmo 15. & statim post versiculum prædictum conserua me Domine, qui etiam ibi reperitur sub nu. 174. sequũtur infrascripta verba. Titulus huius Psalmi est titulus inscriptus ipsis Dauis. Hunc titulum Esdras spiritu prophetico præuidens futura accepit non de veteri testamento, sed de nouo, legitur. n. quod Crucifixo Domino Pilatus scripsit titulum, & posuit super crucem eius Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, quem cum Pontifices delere uellent, dicentes Pilato noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit Rex sum Iudæorum, respondit Pilatus, quod scripsi scripsi. Ibi per Pilatum non intelligentem quid diceret Deo significante quod Regnum Christi per passionis eius humilitatem non infirmaretur, sed confirmaretur amplius. De quo Regno hic agitur &c. Et successiue super Psalmo 36. incipiente Noli æmulari in malignantibus & in secundo Volumine manuscripto contento post versiculum Spera in Domino, & fac bonitatem inhabita terram, & pasceris in diuitijs eius: cuius versiculi numerus est ibi 576. principium expositionis est huiusmodi. Hic consequenter ostendit quam magna sit bonorum prosperitas, licet hic aduersa pati uideantur, & duo facit, quia primo ostendit quãta sit bonorum prosperitas, vt ametur, secundo ostendit quãta sit malorum peruersitas, vt uitetur ibi noli Aemulari. prima pars diuiditur in quatuor, secundum quod iustorum prosperitas iustis quatuor facit: primo enim mentem Iustorum plene satiat, secundo postulata bona iustis impetrat ibi delectare in Domino, & tertio infirmitatem iustorum roborat ibi reuela Domino uiam tuam, quarto occulta iustorum bonitatem manifestat ibi, & educet te &c. hactenus in manuscripto. At in prædicto tomo primo impresso super eodem psalmo. 36. ac sub eodẽ versiculo Spera in Domino, qui tamen habetur ibi sub num. 568. adsunt in expositione hæc verba. Hic consequenter ostendit quam magna sit iustorum prosperitas, licet hic aduersa pati videantur. Et duo facit, quia primo ostendit quanta sit iustorum fęlicitas ut ametur, secũdo quanta sit malorum peruersitas, ut uitetur ibi noli ęmulari, & diuiditur

in par-

in partes quatuor, ſecundum quod iuſtorum proſperitas quatuor facit iuſtis. Nam primo mentem iuſtorum plene ſatiat ſecundo poſtulata iuſtis bona impetrat ibi. Delectare in Domino, Tertio infirmitatem iuſtorum roborat ibi Reuela Domino, quarto occultam bonitatem iuſtorum manifeſtat ibi. Et educet quaſi lumen &c. Ac deinde in Pſalmo 52. Qui incipit Dixit inſipiens in corde ſuo. Volumine tertio. Verſic. num. 872. Cuius tenor eſt, corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus ſuis: non eſt qui faciat bonum. Exordium expoſitionis in manuſcripto tale eſt. Hic conſequenter malos reprehendit de ipſorum idolatria, ubi notandum, quod ſicut corruptio luxuriæ vaſtat corpora, ſic & Idolatria corrumpit animas, unde & ipſa Idolatria eſt quædam fornicatio ſpiritualis, & luxuria quædam ſpiritualis dicitur in ſcriptura: unde primo Paralip. 5. Reliquerunt Deum, & fornicati ſunt poſt Deos populorum terræ, &c. hucuſque uerba manuſcripti. In eodem uero Tomo primo impreſſo, ac ſub prædicto verſiculo. 1676. Qui eſt Cantate Domino Canticũ nouum, quia mirabilia fecit, legũtur in principio hæc uerba. Titulus iſtius Pſalmi eſt Pſalmus Dauid cuius expoſitio patet ex dictis frequenter ſuperius, De materia uero Pſalmi ſciendum eſt quod duo ſunt, quæ præcipuè ſeruant, hominem à uoluntate peccandi, & ipſum ad bonum uirtutis inducunt, ſ. amor gloriæ, & timor pœnæ, &c. conſequenter uero in tom. 2. impreſſo pſalmo prædicto 97. ac in eodem uerſiculo Cantate Domino licet ibi cadat numerus 1668. ſubſonãt hæc uerba. Iſte Pſalmus hunc habet titulum Pſalm. ipſi Dauid Expoſitio patet ex ſupradictis frequenter. De materia uerò pſalmi ſciendum, quod duo maximè ſunt, quæ hominem præſeruant à uoluntate peccandi, & ad bonum ipſum inducunt. ſ. amor gloriæ, & timor pœnæ. Et poſtremo in uolumine quinto itidem manuſcripto pſalmo 137. Vbi non adeſt numerus Verſiculi, & eſt Cõfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audiſti omnia uerba oris mei, Talia ſunt in principio expoſitionis uerba. Titulus iſtius pſalmi eſt Pſalmus ipſi Dauid, ex titulo apparet quis fuerit auctor pſalmi, ſed nõ apparet materia, ſecundum Doctores autem iſte Pſalmus eſt quantum ad literam quædam gratiarum actio, quam Dauid egit Deo, poſtquam liberatus à perſecutione Abſalon filij, & in Regnum reſtitutus libere, &c. iſthæc manuſcriptum uolumen continet. Vltimo autem loco præfatus ſecundus Tomus impreſſus ſuper eodem Pſalmo 137. Verſiculo ibi 2419. Confitebor tibi & habet infraſcripta uerba. Titulus iſtius Pſalmi eſt Pſalmus ipſi Dauid. Ex titulo apparet quis auctor fuerit Pſalmi, quia Dauid, materia autem ex titulo non apparet, ſed ſecundum Doctores hic pſalmus eſt quædam gratiarum actio, quantum ad literã quam fecit Dauid Deo poſtquam liberatus fuit à perſecutione Abſalon filij ſui & in Regnum ſuum liberè reſtitutus &c. Quæ quidem omnia, & ſingula ſic ut ſupra de uerbo ad uerbum extracta ſupradictis noſtris teſtimonialibus literis iã exhibitis ad præſens pro ueritate adiungere uoluimus, & fecimus ad clariorem omnium intelligẽtiam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum, nedum præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo, &c. In quorum fidem, &c.

Datum Venetijs ex ædibus habitationis noſtræ apud Eccleſiam Sancti Seueri,
Die 7. menſis Ianuarij. 1600. à Natiuitate.

Ioannes Mozaniga Vic. Patriarchalis.

CENSVRA LAVRENTII CVMDEO,

AD LECTOREM.

EN tibi denuo, pie Lector, Auctor hic datur, à mendis quoad eius fieri potuit maximè expurgatus: qui, cum in prioribus editionibus aliquid continere videretur, quod pios animos aliquantulum posset offendere, hac præsertim tempestate, in qua à peruersis ingenijs sacrosancta fidei nostræ decreta maiori ex parte reuocantur in dubium (non quòd pius hic noster Auctor aliquid vnquam ex traditis innouare studuerit) nonnullam rebus præcipuè alicuius momenti castigatione opus habere videbatur: nam leuiuscula quædam, quæ & minimum haberent offensionis & in bonam partem capi possent, suo loco ferè vel quiuimus de Lectoris æquitate confidentes: immo & nonnunquam vbi commodè absque sensus vlla perturbatione fieri potuit, abrasimus. Loci autem qui aliquid catholicis mentibus nunc negotij facessere queunt, sunt tres, primus videlicet Tomo 1. Psal. 29. pag. 259. Alter eodem Tomo Psal. 31. à pag. 282. vsque ad pag. 292. Tertius, Tom. 2 Psal. 104. pag. 602. quibus in locis de clauium potestate disputatur, vbi noster Auctor Magistri Sentent. opinionem sequutus, in eosdem atque ille scopulos impegit. Magister verò lib. 4. dist. 18. vult à Christo (verè & propriè loquendo) non esse Ecclesiæ remittendorum peccatorum relictam potestatem, quam Dei solius asserit esse, qui per pœnitentis contritionem peccata nostra deleat, idemque à pœna æterna reatu absoluat. Claues ergo Ecclesiæ iuxta hanc sententiam id tantum efficiunt, vt vel peccatores per culpam ligatos ac solutos contritionẽ ostendant, vel eos ad pœnas quasdam canonicas subeundas compellant, per quas Ecclesia eorum delictis offensa satisfiat: ab eisdemque soluant, cum scilicet de illis aliquid vel etiam totum remittitur, siue cum per eas pœnitentes purgati ad sacram communionem admittuntur. Sed quoniam moderni hæretici in hoc toti sunt vt vniuersam Ecclesiæ potestatem eneruent, & hoc in primis vrgent per fidem solam à Deo tantum remitti peccata, Ecclesiæ ministris id solummodo auctoritatis relinquentes vt per suum ministerium ex Euangelij promissis, fidelibus peccatorum remissionem à Deo factam annuncient, & ecclesiasticæ communioni restituant, eos ab omni culpa reatu absolutos ostendentes, ideo hoc tempore Magistri & Auctoris nostri sententia non potest absque hæreseos labe sustineri, præcipue cùm sanctum Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 6. declarauerit sacerdotis absolutionem non esse solum ministerium declarandi remissa esse peccata, sed ad instar actus iudicialis, quo ab ipso veluti iudice sententia pronunciatur, idque can. 6. sub anathematis pœna & dicendum & sentiendum sanxerit. Quamobrem explosa Auctoris opinione in hac parte, (qui tamen est excusandus, cùm eo tempore scripserit, cùm de hoc dogmate nondum erat ab Ecclesia decisum, quid esset sentiendum) dicendum, Ecclesiæ claues se extendere ad verè retinenda, aut dimittenda peccata, & ad pœnitentem obligandum, siue absoluendum à pœna æterna, non solum à temporali aut à satisfactoria. Hæc sunt, quæ te, Pie Lector, præmonitum volueram. Vale.

PROLOGVS AVCTORIS.

QVONIAM, vt ait Magister in principio glossæ Epistulę Pauli ad Romanos Principia omnium rerum requirenda sunt prius, vt earũ notitia plenior possit haberi. Idcirco antequàm ad expositionem libri Psalmorum procedamus, ipsius libri causas & principia prius declarare oportet. Vt autem ait Philosophus 2. Physicorum, Principia rerum & causæ sunt quatuor, scilicet, Causa efficiens & productiua, Causa materialis & subiectiua, Causa formalis & distinctiua, Causa finalis & completiua: & sic conformiter istius libri Psalmorum quatuor sunt causę. Prima est causa efficiens & productiua, & ista est duplex, scilicet, causa principalis & causa instrumentalis. Causa principalis est ipse Deus, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil fieri potest. Ioan. 1. & 15. cap. Causa autem efficiens & instrumentalis, secundum beatum Augustinum, & Magistrum sententiarum in gl. fuit ipse Dauid, qui omnes Psalmos composuit. Sed secũdum Hieronymum fuit ipse Dauid non solus, sed & multi alii qui Psalmos composuerunt, vt in titulis Psalmorũ prosequẽdo apparebit. Nam, vt dicit Hieronymus in Prologo huius libri, decem fuerunt auctores Psalmorum, scilicet, Dauid, Moyses, Salomõ, tres filij Chore, Asaph, Ethã, Eman, & Idithum. Et etiam post istos alii fecerunt aliquos Psalmos, qui non nominantur. Et ideo aliqui Psalmi sine titulo ponuntur: quia ipsorum auctores ignorantur. Iste tamen totus liber attribuitur ipsi Dauid, quia licet non omnes Psalmos, tamen maiorem partem ipse fecit, & consuetudo est à principaliori parte totum denominare. Et hoc satis videtur innuere titulus, qui toti libro præmittitur: qui talis est, Incipit liber hymnorum vel soliloquiorum prophetæ de Christo, qui principaliter istum librum ipsi Dauid attribuit, qui singulari nomine Propheta inter cæteros nominatur. Propter quod dicit Magister in glo. prædicta. Cum enim in scriptura dicitur Propheta sine additione proprij nominis, intelligitur Dauid: vt cùm dicitur Apostolus, intelligitur Paulus, & cùm dicitur vrbs, intelligitur Roma. Quare autẽ Dauid in comparatione ad alios Prophetas per excellentiam dicitur Propheta: est quia excellentiori modo aliis suã Prophetiam habuit à Deo sibi reuelatam. Vbi notandum quòd, vt ait Magister in Prologo huius libri, ꝓphetia alicui reuelatur quinque modis, scilicet per facta, per dicta, per somnia, & sola inspiratione Spiritussancti, remoto omni exteriori adminiculo, facti, dicti, visionis, vel somnij: quod ostendo. Primò igitur quandoque alicui reuelatur prophetia per facta: quando, scilicet, per vnum factum alicui aliquid aliud reuelatur, sicut per arcam quam Noë fecit, in qua solum existentes sunt saluati, & cæteri à diluuio submersi: eidem fuit reuelata fides catholica, extra quam nullus potest saluari. 24. quæst. 1. quia sola. &c. quoniam verus oriens. Et istum modum reuelationis propheticæ in multis ostendit Greg. super Ezech. parte 1. homil. 6. dicens, Quid est, quod Adam dormiente Eua producitur: nisi quòd moriente Christo formatur Ecclesia? Quid est quòd Isaac ad immolandum ducitur, ligna portat, atq; superponitur, & vixit; nisi quòd Redẽptor noster ad passionem ductus lignum Crucis ipse portauit? & sic in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus; vt tamen immortalis maneret ex diuinitate. Quid est quòd homicida post mortem Pontificis absolutus, ad propriam terram redit; nisi quòd humanum genus quod peccando sibi mortem intulerat, post mortem veri sacerdotis, scilicet, Redemptoris nostri Christi, peccatorum suorum vinculis soluitur, & in Paradisi possessionem reparatur? Et isto modo reuelatum fuit ipsi Ionæ per factum hederæ, quæ sub vna nocte nata est, & vna nocte periit, qualiter Deus iustè pœnitenti ciuitati Niniuæ pepercit. Ionæ 4. Secundo modo reuelatur Prophetia per verba vel dicta, sicut per verba, quæ dixerunt Angeli, Gen. 22. vt, In semine tuo benedicentur omnes gentes, sibi fuit reuelata Christi incarnatio. Sic & gloriosæ Virgini per verba Angeli dicit, Spiritussanctus superueniet in te, &c. Et isto modo fuit

Auctores Psalterij.

Titulus eius.

Prophetia, & reuelatio.

fuit reuelata Prophetia sua Oseę & multis aliis, qui suas prophetias per aliquod verbum sibi reuelatas ostendunt, dicentes, Verbum Domini ad eos fuisse factum. Tertio modo reuelatur per visiones. Et isto modo fuit reuelatum Hieremiæ, malos per Aquilonem, à quo omne malum panditur, figuratos, pœna ignis in inferno cruciādos, dū vidit ollam succensam à facie Aquilonis. Hier. 1. Et Moysi partus Virginis sine corruptione, dum vidit rubum ardentem sine consumptione, Exod. 3. Propter quod canit Ecclsia, Rubum quem viderat Moyses, &c. Et isto modo prophetauit Esaias, qui prophetiam suam à visione incipit, dicens, Visio Esaiæ. Quarto modo, fit reuelatio per somnia. Isto modo fuit reuelatū sponso virginis Mariæ, Ioseph, quod ipsa de Spiritusancto cōceperat. Matth. 1. Et ꝙ Herodes puerū Iesum persecuturus erat. Matth. 2. quia Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge, & accipe puerum, &c. Futurum est enim vt Herodes quærat, &c. Et isto modo Daniel prophetizauit Regi Nabuchodonozor somnium, & interpretationem eius, quod nocte in somnio per reuelationem acceperat. Dan. 2. Quinto uero modo fit reuelatio ex sola inspiratione Spiritussancti, qui per seipsum cor illuminat, & reuelat obscura. Et isto modo reuelata fuit prophetia istius libri ipsi Dauid, scilicet, instinctu Spiritussancti, remoto omni exteriori adminiculo, propter quod ipse de seipso dicit, Psal. 84. Audiā quid loquatur in me dominus Deus meus, &c. Modo ad propositum, quia vltimus modus reuelationis excellentior est cæteris, & ab excellentiori fit denominatio, ideo quia ipse Dauid prophetiam isto modo excellentiori habuit, ipse inter cæteros per excellentiam dicitur Propheta. Ex quibus omnib. apparet huius libri prima causa, scilicet efficiens tam principalis, quàm secundaria, & instrumentalis. Secunda est causa materialis, & subiectiua, & hæc causa istius libri est ipse Christus. Vbi notandum, quòd iste liber se generaliter extēdit ad omnia, quæ in scriptura sacra continentur singulariter, quoniam, vt ait Cassiodorus super librum istum, totus Christus quantum ad caput, & membra, est subiectū & materia totius sacræ scripturæ, & similiter secundum eum totus Christus est materia huius libri. Et hoc est, quod doctores

Causa materialis Christus.

dicunt, scilicet, quòd iste liber continet totam sacram scripturam, quia scilicet principaliter agit de Christo, & eius membris, circa quæ tota scriptura versatur, quod patet si consideres, quòd in isto libro agitur de Christi æterna generatione, Psal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, &c. De Christi cum patre æqualitate, Psal. 108. Dixit dominus domino meo, &c. De Christi Incarnatione, Psal. 71. Descendit sicut pluuia in vellus, &c. De Christi Natiuitate, Psal. 84. Veritas de terra orta est. De Christi apparitione, Psal. 81. Reges Tharsis, & insulæ, &c. De Christi victoria in tentatione, Psal. 90. Super aspidem, & basiliscum ambulabis, &c. De Christi à Iuda proditione Psal 40. Homo pacis meæ, in quo sperabā, ampliauit super me supplantationem. De Christi passione per totum. Psal. 21. Foderunt manus meas, & pedes meos, &c. De Christi morte, & expiratione. Psal. 87. Factus sum sicut homo inter mortuos liber. De Christi Resurrectione. Psal. 3. Ego dormiui, & resurrexi, &c. De Christi gloriosa Ascensione Psal. 86. Ascendit Deus in iubilatione, & dominus in uoce tubæ. De Christi ad iudicium apparitione. Psal. 49 Dominus noster manifestè veniet ignis in cōspectu eius, &c. Et sic totius huius libri materia dicitur Christus. Tertia verò causa huius libri est formalis, & hæc est duplex, scilicet, forma tractatus, & forma tractādi. Forma tractatus est forma ipsius libri, idest, Psalmorum ordinatio. Vbi notādum, quòd non eodem ordine, quo Psalmi facti sunt, sunt in isto libro ordinati, quod patet. Nā inter Psalmos Dauid, primus est Psal. 142. scilicet, Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prçliū, &c. Hunc enim fecit in principio suæ iuuentutis, quā do scilicet miraculosè de gigāte Golia gloriosus habuit uictoriam, & tamen ponitur quasi in fine libri. Similiter inter omnes Psalmos generaliter primus fuisse uidetur Psal. 45. Deus noster refugium, quem fecerunt tres filij Chore in deserto, quando ipsorum pater cum suis complicibus à terra fuit miraculose absorptus, & tamen multi alij Psalmi ante ipsum situantur. Huius autem ratio est, quia postquā Biblia Hebræorum per Babylonis regem fuerat combusta, nutu diuino surrexit Esdras Propheta, qui disiuit Psalmos ad versus factos, quos reperire potuit, & ipsos in unum librum compi-

Causa formalis.

Forma tractatus.

compilauit; scilicet ordine, quo ipsos reperit. Non tamen ex hoc dicitur auctor libri, sed magis compilator, vel etiam ordinator Psalmorum. Forma verò tractandi est modus quem tenet iste liber, qui secundum Magistrum in glossa talis est. Quoniam quandoque agit de Christo secundum caput, aliquando secundum corpus, scilicet, quod est ecclesia, aliquando secundũ vtrũque. Agit autem de Christo secundum caput tribus modis. Aliquando secundum diuinitatem, vt ibi. Tecum principium in die virtutis tuæ, &c. Aliquando secundum humanitatem, vt ibi. Ego dormiui, & soporatus sum. Aliquando per transactionem, vt quando caput utitur uoce membrorum: vt ibi. Longè à salute mea verba delictorũ meorum, &c. & ibi. Deus, tu scis insipientiam meam. Item de corpore, idest, de ecclesia agit tribus modis, scilicet aliquando secundum perfectos, vt ibi. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, &c. Aliquando secũdum imperfectos, vt ibi. Imperfectum meũ uiderunt oculi tui. Aliquando secundum illos, qui sunt in ecclesia solo nomine, non re, numero, nõ merito, vt in Ps. 107. Deus laudem meam ne tacueris, &c. Ex quibus apparet huius libri causa formalis. Quarta est causa finalis, & hæc est vt Deus à nobis laudetur, vt per Dei laudem præmium gloriæ mereamur æternæ. Nam iste liber totã sacram scripturam continet per modum laudis diuinæ, vt dicunt doctores. Et hoc satis declarat huius libri titulus, quia dicitur liber hymnorum vel soliloquiorum. Vt autem ait Augustinus in glos. Hymnus est laus Dei cum cantico. Canticum autẽ est exultatio mentis habita de æternis in vocem prorumpẽs. Bene ergo dicitur liber hymnorum, quia docet nos laudare Deum cum exultatione habita de æternis, & hoc non solum corde, verum etiam & voce. Ex hoc apparet solutio euiusdam quæstionis, quæ solet fieri, scilicet quare liber Psalterij plus in ecclesiasticis legitur officijs, præ omnibus alijs sacræ scripturæ libris. Et hanc quæstionem Magister mouet in gloss. & ipsam soluit, dicens. Notandum autem hanc scripturam, scilicet Psalterij, plus cæteris scripturis in ecclesiasticis officijs frequentari, quod ideo fit, quia in hoc libro consum matio est totius Theologicæ paginæ. Hic enim distribuuntur præmia bonorum, supplicia malorum, rudimenta incipientium, progressus proficientium, perfectio perueniẽntium, uita actiuorum, speculatio contemplatiuorum. Hic enim docetur quid peccatum auferat, quid pœnitentia restituat, quid pœnitens peccati conscius dicat, &c. Quibus omnibus consideratis, ad studium huius libri præ alijs omnes hortatur B. Hieronymus, cuilibet nostrum, dicens. Nunquã de manibus, aut oculis tuis liber Psalterij discedat. Dicatur ad verbũ oratio sine intermissione, vigilet sensus, neç vagis cogitationibus patens corpus, pariterque animus tendatur ad dominũ. Ita uince patientia, ama scientiam scripturarũ, & carnis vitia non amabis, &c. Ex quibus oĩbus patet huius libri causa finalis. Quibus præmissis, descendo ad huius libri diuisionem, qui secundum Magistrum in glossã prima sui diuisione in tres partes diuiditur, scilicet in tres quinquagenas, quibus tres status Christianæ religionis significantur. Primus est status pœnitentiæ. Secundus est status iustitiæ. Tertius est status laudis æternæ uitę. In prima quinquagena agitur de statu pœnitentium, ideo illa terminatur in pœnitentia, scilicet, in Psalmo pœnitentiali, qui est, Miserere mei Deus, &c. Secundum terminatur in iustitia, ideo terminatur in Psal. iustitię, scilicet 100. qui est, Misericordiam, & iudicium cantabo tibi, Domine, &c. Tertiũ terminatur in laude æternæ uitæ in fine, ibi, Omnis spiritus laudet Dominum. Vel aliter secundum alios doctores, iste liber diuiditur in tres partes, quia primo ponitur Proœmium, siue præfatio in primo Psalmo, secundo ponitur executio in secundo Psalmo, tertio ponitur principaliter intenta conclusio, ibi, Psal. 145. Lauda, anima mea Dominũ. Pars ergo proœmialis est ista primus Psalmus. Vel secundum alios doctores diuiditur in tres partes, quia ponitur præfatio in principio, secundo executio in principio secundi Psal. tertio principalis conclusio, psal. 145. Lauda, anima mea, Dominum. Prima ergo pars proœmialis est iste primus Psal. cuius diuisionem pagella sequenti ponemus.

Forma tractandi. *Causa finalis.* *Hieronymus.* *Diuisio Psalterij.*

GLi Eccellentissimi Signori Capi dell'Illustrissimo Conglio di X. infrascritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoa, per relatione delli tre à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Commissario dell'Inquisitione, del Cir. Secretario del Senato Lorenzo Massa, & di D. Baldo Antonio Penna Dottor, & Lettor publico, che nel Libro di D. Lodouico Carbone intitolato Summa Summarum casuum conscientiæ, siue Theologia practica; I Parui naturali, commentati da D. Gio. Battista Rubeo, l'Anima d'Aristotile comm. dal medesimo, la Metaphisica comm. dal medesimo, le Meteore comm. dal medesimo: li Libri de cœlo, & mundo comm. dal medesimo, & li Commentarij del Padre Reuerendo Maestro Michiel Ayguani da Bologna Carmelita, sopra i Salmi, non vi è cosa contra le leggi, & sono degni di stampa, concedono licentia, che possino esser stampati in questa Città.

Dat. Die xx. Aprilis 1600.

D. Aluise Moresini
D. Hieronimo Giustinian. | Capi dell'Illustrissimo Conseglio di X.
D. Lorenzo Capello.

Illustrissimi Cons. X. Secr.
Leonardus Ottbobonus.

1600. à 26. Settemb.
Registr. in libro.

Antonius Lauredanus officij
Con. Blasph. Coad. & Secr. subscr.

FRATRIS BASILII ANGVSSOLAE ORD. CARMELITARVM Procuratoris Generalis,

DE RECOGNITIONE VERI AVCTORIS AD LECTOREM PRAEFATIO.

MIRABERIS Fortasse erudite lector, hos in Dauidicos psalmos cõmentarios, qui iam tot annos incognito auctore toto christiano orbe sunt diffusi, nũc primũ prodire sub nomine Michaelis de Bononia olim totius Carmelitanæ Religionis Prioris Generalis, ego potius mirarer tã clarã veritatis faciem, quæ se tot radijs euidẽtium argumentorũ spõte proderet tamdiu latuisse. Sed non latuit, absit vt immeritam hanc mihi laudẽ arrogẽ, non ego primus id animaduerti, viderunt ante nos multi ex nostris, doluerunt in tenebris latere tã insignis operis auctorem, optarũt educere. Sed ut vsu venit in ijs, quæ multorũ ex ęquo intersunt, neminem vt propria tangunt, dum hic illum, ille hunc vicissim oppetitur, re infecta lapsa sunt tẽpora, preteruolarũt occasiones. Donec à Patrib. in postremo nr̃i Ordinis generali capitulo in hac alma vrbe congregatis id mihi muneris est iniunctũ, vt in postrema hac editione, quã Ioannes Guerilius Bibliopola Venetijs moliebat, curarẽ iã tandẽ, vt æquũ est, suũ reddi auctorẽ operi, opus auctori. Id ego præstiti, qua maiore potui fide, & diligentia. Duo. n. antiqua exẽplaria, alterum, qđ in bibliotheca Cõuentus nr̃i Bononiẽsis asseruat antiquo charactere in pergameno manuscriptũ iã olim anno Dñi 1397. in quinq; volumina distinctu, in quorũ singulorũ fine hæc, vel similia habent. Explicit lectura partis primæ (vel quota alia sit) psalterij cõpilata per F. Michaelem de Bononia ordinis B. M. de Montæ Carmelo inter Theologos Doct. Parisiensis minimũ, necnõ aliud simile, quod habet in bibliotheca Conuentus nr̃i Venet. & ipsum manuscriptũ partim anno 1397. partim anno 1425. in quinq; pariter volumina distinctum, in quorũ initio legunt hæc verba. Incipit lectura super Psalterium edita, & cõposita per fratrẽ Michaelẽ de Ayguanis, de Bononia Sacræ Theologiæ Doctorẽ eximiũ ordinis Fratrũ S. Dei Genitricis Mariæ de mõte Carmelo, & in singulorũ voluminum primo folio depicta est imago lectoris in cathedra sedentis, habitu carmelitano induti, una cũ imaginibus auditorum eiusdẽ, & alterius habitus, & similiter in calce singulorũ eiusdẽ Auctoris fit mentio. Hæc inquã duo manuscripta curaui Illustriss. & Reuer. Veneto Patriarchæ, & Bononiẽsi Archiepiscopo exhiberi, & per viros tũ doctos, tũ pios ab ijsdẽ conuocatos examinari, atq; cum hactenus impressis Incogniti cõmẽtarijs in Ps. conferri, declarariq; manuscripta cũ impressis ita concordare, vt

nullus

nullus poſſit alius cenſeri huius operis auctor;cuius quidẽ vtriuſq; exhibitio
nis,examinis,collationis,& declarationis publica habemus in Archiuio ordi
nis teſtimonia.Extant & alia manuſcripta nõ minus antiqua in Conuentibus
ordinis Prædicatorũ,& S.Michaelis,vulgo in Boſco nuncupati,& S.Saluato-
ris Bononiẽſibus,cũ his,q̃ ſupra dictæ ſunt inſcriptionib. Hæc & ſi oẽm dubi
tationis ſcrupulum euellere poſſunt,non deſunt tñ alia,& firmiora fortaſſis ar
gumenta.Quindecies meminit hic Auctor in hoc opere Dictionarij cuiuſdã
ſui. Pſ.76.verſ.1259.exponens particulã nocte cõtra eũ,inquit,hic potes nota-
re,quod cõtra,in ſcriptura multipliciter accipit,vide in Dictionario meo lo-
co ſuo.Pſ.77.verſ.1290.lectorẽ remittit ad eiuſdẽ Dictionarij verbũ.Ambula
re.Pſ.eodẽ verſ.1303.ad verbũ credere.Pſal.78.verſ.1362.ad verbũ comeſtio.
Pſ.88.verſ.1517.ad verbũ Aſſumptio.Pſ.108.verſ.1964. ad verbum Benedi-
ctio,Pſ.124.verſ.2289.ad verbũ Benefacere.Pſ.127.verſ.2305.ad verbũ Am-
bulare.Pſ.133.ver.2356.ad verbum Atriũ.Pſ.136.verſ.2413.ad verbũ Adhæ
rere.Pſ.143.verſ.2509.ad verbũ Alienum.pſ.147.verſ.2563.ad verbũ Cinis.
pſ.eodem,verſ.2563.ad verbũ Aqua.pſ.148.verſ.2571.iterũ ad verbũ Aqua,
pſ.eodem.verſ.2575.ad verbum Cedrus. Vbi id mirum eſt,quod ſeipſum to-
ties citans in ſuo hoc Dictionario ad eiuſmodi tñ verba,ſiue dictiones lectorẽ
remittit,quæ à prioribus tribus litteris incipiãt A.B.C.Qua rogo de cauſa, niſi
quia Dictionariũ nõ cõpleuit,& tres tãtũ priores litteras eſt proſequutus? Hu
iuſmodi Dictionariũ tres ſolũ priores litteras cõplectens,antiquũ manuſcri-
ptũ ſub noĩe Michaelis de Bononia habetur in Conuentibus nr̃i ordinis tum
Bononiæ,tũ Venetijs.Et quidẽ Bononiæ R. P. Inquiſitoris iuſſu citata loca ex
cõmentarijs cũ Dictionario collata fuerũt,& per oĩa reperta ſunt conuenire,
cuius rei tũ ipſe,tũ Theologi ad hoc per ipſum deputati publicũ perhibuerũt
teſtimoniũ.Adducit pariter in his cõmentarijs bis poſtillã ſuã ſuper Ioannẽ.ſ.
pſ.103.verſ.1258.& Pſ.eodẽ verſ.1270.Bis itidem citat ſcripta ſua ſuper ſentẽ
tias Pſ.37.verſ.612. & pſ.45.verſ.757.Meminit lecturæ ſuæ ſuper Micheã,
pſ.67.ver.1055.Poſtillæ in Apocal.pſ.77.verſ.1327. Prædicationum ſuarum
quadrageſimalium pſ.eodem verſ.1321.Quę opera extra oẽm dubitationẽ ab
hoc Auctore cõpoſita,eidẽq; inſcripta habentur manuſcripta in bibliothecis
Conuentuum noſtrorũ Bononienſis,& Ferrariẽſis,& collata cum citationib.
concordant.Scripta verò in ſententias ẽt circunferunt impreſſa Mediolani an-
no Dñi 1510.pſ.48.verſ.808.tractãs de virginitate Deiparæ Matris citat Ioan.
Bacchonẽ ſuper Matth. Cuius operis cũ vnicũ tñ exẽplar in conuentu nr̃o S.
Pauli Ferrariæ antiquum extet,& alterũ ex eodẽ nuper exſcriptum dicatur,
conijcere poſſumus non alium quã Michaelẽ noſtrũ de Bononia eſſe eũ, qui
opus hoc citet,quippe quod in Cõuentu ſui Ordinis,& ſuæ Patriæ vicino vi-
dere facile potuerit.Pſ.22.verſ.326.quærẽs,an in tinctura,vel attramẽto poſ-
ſit confici Baptiſmus,inquit,iſte caſus realiter accidit Pariſijs dum ego ibi le-
gerem.At in actis Capitulorum Generaliũ ordinis noſtri in Capitulo celebra-
to Treuiris anno Dñi 1362.legimus eũ tranſmiſſum fuiſſe Pariſios ad legẽdas
ſnĩas in primo loco.Demũ hoc ipſum qđ pſ.80.verſ.1405.de Sanctiſſimo Alta-
ris ſacramento inquit, iſto cibo figuraliter fortificatus fuit ille magnus Pater

noſter

noster Elias, quo more loquendi in cęteris Prophetis non vtitur, aperte declarat ex Carmelitarũ instituto ipsum esse, qui se ab Elia, & Eliseo hereditariã habere successionẽ non temere profitentur. Scripsisse aũt Michaelẽ de Bononia insignem lecturam super Psal. nec nõ alia opera, q̃ hic citat, testantur Tritthemius de scriptoribus ecclesiasticis, Conradus Gisnerus, & Sixtus Senensis in suis bibliothecis, historia nostri ordinis, & alij. Hæc cum sint luce meridiana clariora, alia multa, quæ adduci in eandem rem possent, vt breuitati studeam, consultò prætereo. Nec cuiquã faciat scrupulum, quod in quibusdam ditionibus vel transpositis, vel immutatis, vel ẽt additis, aut demptis non omnino cũ manuscriptis conueniant impressa tum Cõpluti, tũ Lugduni. Quis.n. nesciat auctorem quemlibet cum opus suum secundò scribit, vel imprimit, ei nõ parcere, & q̃ sibi ipsi non satisfaciat multa addere, multa demere quã plurima immutare? Ita facile fuit contigisse ijsce nostris commentarijs, vt.s. exemplari illi, quo in Hispaniam translato in prima impressione tamquã prototypo usi sunt Cõplutenses, auctor imposuisset vltimam manũ, nostris verò Italicis minime. Nisi forte id aliquis verosimilius existimet, eũ, qui impressioni Cõplutensi p̃fuit, quem ex ipsa præfatione nec barbarũ, nec ineruditum licet deprehendere, id sibi iuris arrogasse, quod Laurentius Surius, & alij fecerunt, vt stilũ poliret non nihil, & elimaret. Cæterum vt vt se res habeat, tam exigua est immutatio, q̃ vt logicorum more loquar, uix faciat alterum, non modo nõ aliud. Et huius rei recẽs habemus exemplũ in Summa, quæ nuper edita edita est Frãcisci Toleti Cardinalis, in qua si priorem impressionem Lugdunensem cum recentiore Romana conferas, & plures, & maiores reperies mutationes, & idem tñ, & eiusdem auctoris opus esse nemo ambigit. Demũ quõ factũ sit, vt tam insigne opus incognito auctore primum prodierit, vt non audeo omnino affirmare, ita non piget, quod magna cum probabilitate conijcio, in medium afferre. In antiquioribus codicibus tũ manuscriptis, tum impressis videmus plerũq; omissos titulos, imò & priores capitum litteras relicto pro eis ampliore spatio, ea, s. mente, vt (quod tunc temporis fuit in more) non cõi & simplici scriptoris charactere tituli describerẽtur, sed maioribus litteris, ijsq; ad speciem, & ornatum varijs coloribus, auroq; & argento distinctis accuratius pictoris manu delinearentur. At mentem hominũ sæpe frustratur euentus, unde contigit innumeros codices acephalos, & anonymos remanere, eorumq; auctores ignorari, quorum tñ plurimos eruditissimi uiri uel ex dictionis charactere, vel ex temporũ ratione, vel demũ ex rebus per ipsos scriptis, & alijs signis, ac notis deprehendere. Id ego in re nostra suspicor contigisse, translatum .s. fuisse in Hispaniam opus hoc sine titulo, quem vt ornatiorem haberet, nullum demum habuit; sed in Bibliotheca Monasterij D. Hieronymi, cui vulgo nomen est los Toros de Guisando, latuit vsq; ad annum Dñi 1524. quo primũ tempore Reuerendiss. Dñs Ioannes Fonsica Burgẽsis Episcopus Compluti ipsum typis mandari curauit. Hæc nolui nescires erudite lector, vt si proprio iure res nostras appræhendimus, suum huic operi auctorem assignamus, & doctissimi Patris nostri famæ, quæ non leue est virtutis & præmium, & stimulus, consulimus, nos iustè, æque, ac piè facere cognoscas. Bene viue, & Vale.

Bibliopola ad Lectorem.

QVEM nomine incognitum in opere commentariorum in psalmos Dauidicos veluti cœleste quoddam oraculum hactenus candide Lector coluisti; en tibi diuino nunc fauente numine, tanquam ex tenebris erutus, ipso suo nomine conspicuus redditur, MICHAEL, scilicet, AYGVANVS Bononiensis Carmeliticæ familiæ insigne decus & præcipuũ ornamentum: qui nobili ac perillustri genere Bononiæ ortus, cum summam veramque nobilitatem in virtute, & pietate consistere intelligeret, mature sæculo relicto, religioni se mancipauit. Itaque in Carmelitarum ordine receptus humiliter, ac studiosè Deo inseruiens, breui tantum profecit, vt morum honestate, vitæ integritate, & doctrinæ eminentia clarissimus euaserit: quippe qui in illa quondam florentissima, & omnium Academiarum celeberrima Parisiensi sacras litteras summa cum laude & didicit & docuit, & exquisitâ eruditionis tum in omni diuina Theologia tractãda, tum in sacris canonibus intelligendis, tum in sæculari philosophia docẽnda inter omnes illius tempestatis Doctores comprimis habitus est. Quamobrem non immeritò à summo Christi Vicario Vrbano VI. Vicarius & ipse totius ordinis primò, deinde anno salutis 1381. Generalis Magister institutus fuit. Quem ordinem per nouem annos singulari prudentia, & admirabili dexteritate rexit sub obedientia eiusdem Pontificis: multa interim, & ea quidem præclara opera præter hæc commentaria dictando atque scribendo, vt Trithemius de scriptoribus Ecclesiasticis testatur, qui etiam eorundem operum catalogum describit. Sed quid moror? Tanti viri excellentem eximiamque doctrinam in Expositione Psalmorum cõmuni sapientum opinione iam probatam, & certam habes. Ob idque tibi pergratum fore existimaui, hanc nostram editionem te præ manibus habere, sed præsertim, quia omnem curam, & diligentiam adhibere curauimus, vt præclarum hoc opus undequaque perfectum, vt par erat, haberes. Ex manuscriptis nãque in mẽbrana commentarijs eiusdem Auctoris (quæ ex bibliotheca vetustissima monasterij Reuerendorum Patrum Carmelitarum inclitæ Vrbis Venetiarum ope admodum Reuerendi P. Magistri Gregorij Canalij Veneti, eiusdem ordinis Prouinciæ Venetæ Ministri Prouincialis nobis suppeditata fuerunt) emendationes complurium locorum, nonnullas etiam, quæ deerant, ad quosdam versiculos expositiones ampliationesque pulcherrimas adiecimus, quæ omnibus Ecclesiasticis uiris, sed præsertim verbi Dei Concionatoribus mirum in modum inseruire poterunt, ex quauis enim earum materia pro integra concione apte elici potest, vt viri eruditissimi, qui periculum fecerunt, testantur. Et has in calce vniuscuiusque Tomi facilè uidere potes. Accipe igitur benigne Lector hæc aurea AYGVANI COMMENTARIA, nunc demum suo uero Auctori, & suo nitori restituta, & operam quam præstitimus, ne spernas, quæ ut tibi utilis sit, nec labori, nec sumptui pepercimus, maiora si hæc probaueris tibi in dies allaturi. Vale.

COMMENTARIA IN

PSALMOS DAVIDICOS

R. P. MICHAELIS DE AYGVANIS BONONIENSIS, ORD. CARMELITARVM, Sacræ Theologiæ Doctoris:

ALIAS AVCTORIS INCOGNITI.

PSALMVS PRIMVS.

A

Nota.

1 *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiæ non sedit.*

ISTE primus psalmus à doctoribus dupliciter exponitur, scilicet literaliter, & allegoricè de Christo. Primò ergo procedã secundùm primũ. Secundò secundum secundum. Quantũ ad primum sensum, primò sciendum, ꝙ istum psalmum non fecit Dauid, sed Esdras: qui psalmos in vnum volumen copulauit. Cui copulationi præmisit istũ psalmum per modum prologi, inducere volens fideles ad studium sacræ scripturæ, in isto libro contentæ. Et ideo in isto psal. duo facit: quia primò excludit à fidelibus doctrinam peruersam, & hæreticam. Secundò suadet doctrinã istam fidelem, & catholicam: ibi, *Sed in lege*.

Hæreticus.

A Circa primũ notandum, ꝙ in doctrina hæreticorum talis est processus, quia primò ad ipsam audiendam fidelibus ab hęreticis consulitur, secundò in ipsa per frequentem auditũ quis habituatur, tertiò quis in ipsa habituatus, aliorum peruersus doctor efficitur. Et secũdum hoc tria facit, quia primò dissuadet primum in principio, secundò secundum: ibi, *Et in via peccatorum non stetit*, tertiò tertiũ: ibi, *Et in cathedra pestilentiæ*. Dic vt Nicolaus de Lyra. Sequitur secũdum. s. vbi catholicam doctrinã suadet, &c. vt Nic. de Lyra. Aliter iste psal. de Christo exponitur capite totius ecclesię: in quo istam conclusionem intendit principaliter. s. ꝙ Christus est verè beatus. Et diuiditur in duas partes: quia primò agit de Christi beatitudine, per illam nos alliciens: secundo de malorum vltione, per illã nos terrens: ibi, *Non sic impij*. Ad euidẽtiam primi sciendum, ꝙ ad veram beatitudinem duo requiruntur. s. carentia omnis mali: & abundãtia omnis boni: quæ duo fuerunt in Christo. Et primò ostẽdit primum, secundò secundum: ibi, *Sed in lege*. Primò ostendit in Christo carentiã esse omnis mali: Vbi sciendum, ꝙ mali nomine

B

Malũ. 15. q. 1. illa cauenda sunt

mine propriè solum peccatum intelligitur. Vnde canon dicit quòd mali nomine solùm illa intelliguntur, quæ mẽtem crimine implicãt. Hoc autem malum.s. peccatum tribus modis committitur, s. voluntate, opere, & exemplo, siue cõsuetudine. Vnde volens ostẽdere Christum carere omni malo, ponit ipsum nõ peccasse voluntate: quia non abijt in consilio impiorum. Nõ opere: quia in via peccatorum non stetit. Non consuetudine & exemplo: quia in cathedra pestilentiæ non sedit. Et isti tres modi peccãdi sunt figurati per illos tres mortuos, quos Christus suscitauit secundum magistrum in gl.s. quia suscitauit vnum in domo, hoc est peccatum latens in mẽte. Alium extra portam, hoc est peccatum iam extra patens per operationem. Alium in sepulchro, hoc est peccatum ex cõsuetudine omnibus fœtens per malum exemplum. Vt autem clarius ostendat Christũ omni peccato carere: ostendit Christũ per oppositum se habuisse ad primum hominem. Nam primus homo tripliciter peccauit.s. quia abijt, stetit, & sedit. Abijt per peccatum voluntatis. Stetit per peccatum operis. Sedit per peccatum malæ consuetudinis. Abijt ergo Adam, id est, à Deo recessit non loco, sed dissimilitudine, more filij prodigi: qui patrẽ voluntate relinquendo, abijt in regionem longinquam. Sic Adam abijt, idest, recessit à Deo peccato voluntatis, quando persuasionibus, & consilio diaboli, & Euæ cõsensit voluntate, vt domini præceptũ violaret. Tunc enim abijt in cõsilio impiorum, idest, voluntate cõsilio ipsorum consentiens, recessit à Deo. Stetit in via peccatorum: quãdo voluntatem malam opere compleuit, comedens lignum vetitum. Sed sedit in cathedra pestilentiæ: quãdo exemplo & verbo peccatum suũ excusando se, retorsit in Deum. d. Mulier, quã dedisti mihi, &c. Ille enim propriè in cathedra pestilentiæ sedet, qui peccatũ suum excusando, alijs dat exẽplum peccandi. Cathedra enim propriè est doctorum, sicut thronus regum, & tribunal iudicum. vocatur ergo exemplum malum cathedra pestilentiæ. Nam pestilentia est morbus, qui latè peruagatur omnes propinquos, aut penè omnes inuoluens. Et dicitur pestilẽtia à pastu.q. pastulentia. Et sic pestilẽtia dicitur morbus late depascens.i. amor dominandi, quo vix aliquis caret. Et sic ille in cathedra pestilentiæ sedet, qui amore dominandi, vel apparendi, peccatum suũ excusat, vel alios suo exemplo ad peccandum trahit. Sic ergo ostendit primũ hominem peccasse tripliciter, quasi dicat. Ideo primus homo infelix fuit: q a abijt, stetit, & sedit. Sed nõ sic secundus Adã, scilicet Christus, quia hic non abijt in consilio impiorum. Impij namque hic dicuntur dæmones, & Pharisæi, qui Christo dabant peccandi consilium. Sic enim dæmon ipsum tentando d. Hæc omnia tibi dabo, si cadens, &c. Pharisæi sibi cõsulebant, ne volũtatem patris impleret. d. Descende de cruce, &c. Sed in consilio eorum nõ abijt: quia voluntate ipsis nõ consensit. O quanta peruersitas dæmonum, & Pharisæorum, qui Deo consiliũ dare præsumebant. Vnde cuilibet eorũ dicitur. Cui dedistis consilium: forsitan illi, qui non habet sapientiã? Quod verbum exponit Grego. d. Dare stulto consilium, charitatis est: dare sapienti, ostentationis est: dare verò ipsi sapientiæ, peruersitatis est. Et ideo Christus Dei sapiẽtia, cui isti cõsulebãt peccare, nõ abijt in cõsilio impiorum: sed ipsum repulit. Consiliũ impiorũ lõgè sit à me. Quidnam est impiorum consilium, vt ait Gregor. nisi gloriam terrenã quærere, æternã negligere, salutem temporalem cum damno animæ appetere, & dolores transitorios ad æternos gemitus cõmutare? Ideo quia ista omnia Christus despexit: ideo in consilio impiorum non abijt. d. illud Gen. In consilium eorum non intret anima mea. *Impiorum*. Impij sunt diabolus suggerẽs, caro delectans, & spiritus consentiens. Ille namque.i. diabolus Euam seduxit dicens. Eritis sicut dij: & per illã virum subdidit. Similiter adhuc dæmon suggerit carni, caro spiritui. & sic impiorum consilium. Dicũt enim sibi adinuicẽ, Omnium nostrum sit vnũ marsupium. Ponunt ergo in memoria quasi in marsupio vnusquisque obolum suum, scilicet dæmon suggestionem, caro delectationem, & spiritus cõsensum. Inde tanquã de symbolo comparant victum sibi competentem, caro quidem combustionem, idest, ignem inextinguibilem,

Peccatum. — *No. de trib. mortuis suscitatis.* — *Matth. 9.* — *Luca 7.* — *Ioan. 11.* — *Christus.* — *Adam.* — *Luca. 15.* — *No. de Cathedra.* — *Matth. 4.* — *Matth. 17.* — *Iob 26.* — *Gregor. 17. mor. c. 10.* — *Gregor. 15 mor. c. 21.* — *Gene 45.*

bilem, spiritus malam conscientiam, id est, vermem non morienrem, dæmõ autem vtriusque sanguinem. Beatus ergo vir, qui non abijt in consilio impiorum, idest, non delectatur in suggestione diaboli, nec consentit ei, quia Christus licet fuit tentatus à Diabolo, non tamen fuit delectatus in tentatione, nec consensit, sed exsufflauit, & deiecit, dicens, Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, scriptum est, Non tentabis dominum Deũ tuum. Vade sathana, scriptum est, Dominum Deum tuũ adorabis: & illi soli seruies. Ergo & tu, Christiane, sic fac exsufflando tentationem, si vis esse beatus. Vnde Iacobus apostolus. Beatus vir, qui suffert tentationem, id est expugnat. Si autem cecideris per delectationem vel consensum in tentationem, surge fortiter per contritionem cordis, & oris confessionem sacramentalem. (*Et in via peccatorum non stetit.*) Via peccatorum est operatio praua, qua Christus loquitur d. Lata est porta & spaciosa via, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam. Quæ verba exponens Chryso. Porta perditionis est diabolus, per quem introitur in gehennam. Porta vitæ est Christus per quem introitur in regna cęlestia. Lata autem porta dicitur esse diabolus, non magnitudine potestatis extensus, sed effrenatæ superbiæ licentia dilatatus. Porta autem angusta dicitur Christus non paruitate potestatis exiguus, sed humilitatis ratione collectus: quia quem totus non potest capere mundus, seipsum inter angustias vteri virginalis inclusit. Via autem perditionis & peccatorum est omnis iniquitas, quæ lata, & spaciosa dicitur: quia nõ est intra regulam disciplinæ inclusa: & ambulantes in ea, quicquid eos delectauerit, hoc sequuntur. Via autem vitæ dicitur esse omnis iustitia, propter contrarias causas etiam dicitur arcta. Considerandum autem, quòd nisi quis ambulauerit per uiam non potest peruenire ad portum: qui enim non ambulant per viã iustitiæ impossibile est, vt verè Christũ cognoscant. Similiter non incurrit in manus diaboli, nisi qui in via ambulat peccatorum. Ex quibus apparet quòd via peccatorũ dicitur omnis iniustitia, & oĩs operatio praua. Sed quia in hac via Christus non stetit, quia non fecit peccatũ, nec inuentus est dolus in ore eius. *Et in cathedra pestilentiæ non sedit.* Cathedra pestilẽtiæ dr̃ praua doctrina, & malũ exemplũ, in quibus Christus nõ sedit: quia in tota doctrina Christi nõ reperitur aliquid malis moribus consonũ, vel dissonum bonis. In tantum q̀ sui inimici eius doctrinæ testimoniũ cogerentur dare. d. Magister scimus quia verax es, &c. Rectè dicis, & doces. Nec etiã aliquod malũ exemplũ in vita sua conspicitur, sed oĩs sanctitatis, & iustitiæ nobis reliquit exemplũ, vt sequamur vestigia eius, &c. Sic ergo Christus in cathedra pestilentiæ non sedit, oĩs sanctitatis, & sapientiæ, figuratus per Dauid, de quo dr̃. Dauid sedit in cathedra sapientissimus princeps. Ecce ergo q̀ in isto primo versu ostendit Christũ immunem ab omni malo. i. peccato per remotionem peccatorũ, quibus peccauerat Adam, per hæc nos alliciens, vt si cũ Christo beatificari cupimus, ipsa peccata cordis, operis, & oris fugiamus. Sed dices, Nõne ita allicit mulieres vt viros: quare exẽplũ solũ viri dedit, & nõ mulieris. d. Beatus vir, &c. Respõdetur, q̀ vir, & mulier qñq; dicuntur à sexu, quandoq; verò vir à virtute, & mulier à mollitie. Et sic omnis tã masculus q̃ fœmina uirtuosus dr̃ uir, & omnis mollis, & uitiosus dicitur mulier.

Matth. 4. — *Via peccatorum.* — *Matth. 7.* — *Chrysosto. sup. Matth.* — *Via perditionis.* — *Via vita.* — *1. Petr. 2.* — *Cathedra pestilentia.* — *Matth. 22.* — *Luc. 20.* — *2. Pet. 2 3.* — *2. Reg. 23.* — *Quæstio.* — *Responsio* — *32. q. 7. sed illud.* — *Vir mulier.*

Sed in lege dñi voluntas eius: & in lege eius meditabitur die, ac nocte. 2

POstq̃ ostendit Psal. Christũ immunẽ ab omni peccato, nũc ipsum ostẽdit abũdasse omni bono, s. uirtutis, & meriti. Vbi sciendũ, q̀ sicut peccatur tripliciter, ut dictũ est, s. uolũtate, opere, uerbis & doctrina, sic & tripliciter agit bonum. Et sm̃ hoc ostendit Christũ tripliciter omni bono abundasse, s. uoluntate in principio operis. ibi. *Et erit tanquã lignum*, verbo & doctrina. ibi, *Et folium* . Quantũ ad primũ dicit, *Sed in lege domini*, &c. Quia. n. perfectio non est solũ mala fugere, nisi bona fiant, ideo ostendit Christũ & mala fugisse & bona fecisse, d. *Sed in lege domini fuit*, &c. Vbi nota q̀ aliud est esse in lege, aliud supra legem, aliud sub lege. Ille. n. est in lege, qui sm̃ legem agit, voluntariè obediẽs legi. Ille

Tripliciter agitur bonum Lex. Christus.

est supra legẽ, qui nouam legem cõdere pōt, & in lege dispensare: sic.n. Papa dr supra canones, quia nouos canones cõdere pōt, & in antiquis dispẽsare. Ille verò est sub lege, qui ſm legem agit necessitatis timore coactus. Ad propositũ ergo Christus ſm diuersos respectus erat in lege, supra legem, & sub lege. Erat.n. in lege, quia voluntariè legẽ Dei obseruabat, d. Nõ veni legẽ soluere, sed implere, i. facere. Erat supra legem, quia rigorem legis antiquæ in amore nouæ legis permutauit, sicut dr. Lex per Moysem data est, sed gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Fuit sub lege, nõ quidem, ꝙ timore ageret, quæ erant legis, sed quia illa, quæ naturaliter homo fugit, & timet, quæ in lege scripta de ipso erant, ipse assumpsit voluntariè, vt famẽ, sitim, & mortem, ꝓp quod dicit apostolus. Misit Deus filium suum, sequitur factum sub lege. Ex quibus patet ꝙ esse in lege, est sanctitatis, esse supra legẽ est potestatis, esse sub lege, est humanitatis. volens ergo hic ostendere Psal. Christi sanctitatem quò ad bonum voluntatis, dicit, *sed in lege domini fuit voluntas eius*, & nõ dicit supra legem, nec sub lege. Verũ quia non est perfectionis, bonũ inchoare, nisi perseueranter bonum continuetur, ꝙ incassum bonum agitur, si ante finem deseratur, ideo de Christo adiũgit. d. *Et in lege eius meditabitur die, ac nocte*, .i. ſm gl. assiduè & perseueranter, vel aliter. In scriptura enim dies prosperitatẽ significat, sed nox aduersitatẽ, sicut ostẽdit Greg. Scriptura sacra sæpe diem prò prosperis, & noctẽ pro aduersis recipit. Vñ de Diabolo in Apoc. dicitur ꝙ proiectus accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos ante conspectum domini die, ac nocte. In die, & nocte nos accusat diabolus, quia modo nos in prosperis, modo in aduersis accusabiles ostendere contendit. In die accusat, cum prosperis malè nos vti insinuat. In nocte accusat, dum in aduersis nos non habere patientiam demonstrat. Christus meditabatur in lege Dei die, ac nocte, i. in rebus prosperis, & in aduersis suæ passionis: vnde omnia tam prospera, quam aduersa de ipso in lege posita voluntariè Christus obseruabat. d. Legem pone mihi, domine, i. legẽ positam exquirã eam semper.

25. q. 1. si ergo primã sedem. — *Matth. 5.* — *Ioan. 1.* — *Gal. 2.* — *De pœ. d. 3. Incassum* — *Dies.* — *Nox.* — *Greg. lib. 2. mor. cap. 9.* — *Apoca. 12.* — *Psal. 11.*

E Sic ergo in lege domini erat die, ac nocte Christi voluntas. vnde d. Descendi de cœlo, non vt faciã voluntatẽ meam, sed voluntatem eius, qui misit me.

Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. 3

Hic consequenter ostenditur Christũ omni bono abundasse quò ad opera. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd lignum in scriptura multa significat, F vt d. Greg. in scriptura enim sacra ligni nomine aliquando crux, aliquando iustus aut etiam iniustus, aliquando verò incarnata Dei sapientia figuratur. Crux etenim ligno significatur, cum dicitur, Mittamus lignum in panem eius. Lignum quippè in panem mittere, est dominico corpori crucem adhibere. Rursus ligni nomine vir iustus aut etiã iniustus exprimitur, sicut per prophetam dicit. Ego dominus lignum sublime humiliaui, & exaltaui lignum humile, quia iuxta eiusdem veritatis vocem: Omnis, qui se humiliat, exaltabitur, & omnis, G qui se exaltat, humiliabitur, &c. Rursum per lignum incarnata Dei sapientia signatur, sicut de ea scriptũ est, Lignum vitæ est iis, qui apprehenderint eam. Et sicut ipsa veritas de se ait, Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Hic ergo accipitur lignum pro ipsa Dei sapientia incarnata, cum dicitur. *Et erit tanquam lignum, &c.* Item notandum, quòd istæ dictiones tanquam, sicut, & quasi: quæ idem significare videntur, significant quandoque similitudinẽ, & nõ rei veritatem, qñq; rei veritatem & non similitudinem, aliquando vtrunque. Pri H mo modo accipitur Psal. Ego autẽ tanquam surdus non audiebam, & Matth. cap. 6. Tanquam ad latronem, &c. Secundo modo accipitur. 1. ad Cor. 15. Tanquã nouissimo omnium visus est mihi, & Mar. & Ioã. Vidimus gloriam eius, quasi, &c. Tertio modo accipitur Hebr. 12. Tanquam filijs vobis loquitur Deus. Et sic accipitur hic, quia Christus nõ est verè lignum, &c. Et ad similitudinẽ ligni fructum suum dat, &c. huius ligni plantatio fuit verbi incarnatio, quia plantatio

Lignum. — *Greg. lib. 2. mor. c. 2.* — *Hier. 11.* — *Ezech. 17.* — *Luc. 14.* — *Prouerb. 3.* — *Luc. 23.* — *Tanquam sicut, quasi.* — *Psal. 37.* — *Matth. 26.* — *1. Cor. 15.* — *Ioan. 1.*

tatio facta est secus decursus aquarum. A Vbi nota q per aquam tria principaliter in scriptura significatur, scilicet, spiritus sancti gratia: iuxta illud, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Aliquando p aquam significatur Dei sapientia, qua interior homo reficitur. Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Aliquando per aquam significatur nostræ mortalitatis decursus. Oēs morimur, & quasi aquæ delabimur, &c. Ad propositum ergo de Christo dicit propheta: q *erit tanquam lignum quod*, &c. Si accipiatur aqua primo modo notat abundantiam, & plenitudinem gratiæ, secus quæ Christus in sua incarnatione fuit plantatus: quia tātam habuit gratiæ plenitudinem, quod Deus ei plenius conferre non potest: vt ait Magister, & hæc plenitudo significatur per decursum aquarum. vnde Ioā. 1. Non ad mensuram datus est ei spiritus. Si autem accipiatur aqua secundo modo, plantatus est Christus secus decursus aquarum. i. diuinæ sapientiæ vnitus, quod benè notat hæc dictio, secus, quæ importat vnitatem: quia non sapientia C Dei in humanitatem est conuersa, nec è conuerso, Sed natura humana secus diuinam sapientiam plantata, id est, vnita, quia Dei persona humanā naturam assumpsit. Vnde dicit ipsa diuina sapiētia. Radix mea aperta est secus aquas. i. radix mea scilicet humanitas aperta est: id est, eleuata, secus aquas, id est, ex vnione ad aquam diuinæ sapientiæ. Et non te moueat, quia dicit secus aquas cum vna sola sit aqua diuinæ sapientiæ: quia scriptura multoties plurale pro singulari accipit: sicut è conuerso. Si autem aqua accipiatur tertio modo, tunc Chri D stus verum lignum, scilicet verbum, plātatū est secus decursus aquarum, id est, secus decursus nostrę mortalitatis: quia Dei verbum in plantatione suæ incarnationis omnes nostros defectus, & mortalitatem assumpsit. Et isto modo exponit istum textum Greg. d. Creator noster qui in diuinitate videri non poterat, assumpsit à nobis vnde videretur à nobis: ipse verò secus aquas aperitur: quia humani auctor generis per humanitatem suam hominibus demonstratur. Vnde rectè per Psalm. dicitur, *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum*: quia fructum obumbraculi in protectione nobis proferens apparuit creator in carne: vt humanum genus per resurrectionem figuret, quod per defectum quotidie ibat in mortem. & aduerte q istud lignum Christus sic triplici modo plātatum secus decursus aquarum, fructum suum dedit in tēpore suo: Quod enim dicitur tempus Christi, nisi tempus suæ passionis, de quo dicebat, tempus meum propè est, apud te facio B Pascha, &c. quo, scilicet tempore dedit fructum nostræ redemptionis, quo scilicet tempore suę passionis de Christo impletum est illud, lignum attulit fructum suum, &c.

Aqua. — *Gratia.* — *Ioan. 7.* — *Eccles. 15.* — *Mag. lib. 3. dist. 13.* — *Iob 29.* — *Obiectio.* — *Resp.* — *Gregor. 29. mor. c. 27.* — *Matth. 26.* — *Ioeli 2.*

Et folium eius non defluet, & omnia quæcunq; faciet, prosperabuntur. 4

HIc consequenter ostendit Christū omni bono abundasse, quo ad verba, & doctrinam. d. *Et folium eius non defluet*: Per folium enim in scriptura verba significātur: & hoc duplici ratione: quoniam sicut folijs fructus ornatur, sic & verbis compositis scientia decoratur. Et hanc rationem assignat Hugo de sancto Victore super illud Dan. Folia eius, pulcherrima, & fructus eius nimius, dicens in folijs verba, in fructu vita designatur, quia sicut folijs vestitur fructus, sic verbis compositis vita decoratur. Aliam rationem assignat Magist. in glos. dicens, quia sicut folia tegont fructus: ita verba domini suas promissiones custodiunt. Folium igitur Christi non defluit: quia eius verba sancta, & solida manent. Folium ergo eius non defluet: quia nullum verbum Christi erit irritum: sed quodlibet deducit ad vitam, ipso dicente, Cœlum & terram transibunt, verba autem mea non præteribunt. Et tunc concludit de Christo, dicens, *Et omnia quæcunque faciet prosperabuntur*. Omnia. i. fructus & folia, id est, facta, & dicta, Christi mors & vita, *prosperabuntur*, id est, prosperitatis æternæ nobis sunt causa, scilicet, electis. Et hoc est quod de Christo, id est, verbo incarnato pater prædixit. Verbum quod egredie-

De pen. dis. 1 quod ergo — *Folium.* — *Dan. 4.* — *Foliū Christi.* — *Matth. 24.* — *Esa. 55.*

egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunq; volui: & prosperabit in iis, ad q̃ misi illud.

5 *Non sic impij, non sic, sed tanquã puluis quẽ proijcit ventus à facie terræ.*

POstquam ostendit Christi beatitudinem & perfectionem, per illam nos alliciens: nunc consequenter ostẽdit peccatorũ vltionẽ, per illam nos terrens. Et duo facit: quia primò ostendit malorum demerita: secundò ipsorũ tormenta, ibi. *Ideo non resurgent.* Quãtum ad primum sciẽdum, q̃ vita malorum in duobus malis consistit, s. quia variis inuoluuntur peccatis, & oĩbus priuantur bonis meritoriis: sicut per oppositũ de Christo capite dictum est: q̃ fuit immunis à peccato omni, & abũdans omni bono. Sic & mali per oppositum. Ideo ait. *Non sic impij.* s. non sic carent, sed abundant peccatis. Et addit iterum non sic. s. non abundant meritis, & bonis: sed per contrarium peccatis abundant & carent bonis. Carent nanq; bonis, quia carent stabilitate charitatis, & vnitatis: quę oĩs boni est fundamentũ, Ideo nomine pulueris denotantur cum dr̃: *sed tanquam puluis,* &c. vnde Greg. d. Quid. n. pulueris nomine nisi peccatores accipimus, qui nullo virtutis pondere solidati, cuiuslibet tentationis flatu rapiuntur? de quibus scriptum. *Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis,* &c. Et quia dæmon serpẽs antiquus peccatorũ vita satiat: ideo de isto puluere peccatorum dr̃: Serpenti, puluis panis eius. Insuper tales peccatis abũdant: quia vento elationis, & superbiæ agitantur: quia talium puluerem proiicit ventus à facie terræ. Vnde qualiter vento superbiæ vel aliorum vitiorum peccator proiiciatur à facie terræ. s. stabilitatis, ostendit Greg. super illo verbo Iob. Contra folium, q̃ vento rapitur, ostendis potẽtiam tuam. d. Peccator enim tentationis vẽto rapitur, & malorum desideriorũ flatibus leuatur. Mens quippe humana quot tentationes patitur, quasi tot flatibus monetur, vel proiicitur. Hanc etenim plurimum ira perturbat, cum recedit ira, succedit inepta lætitia. Luxuriæ stimulis vrgetur, æstu auaritiæ longè, lateque ad ambienda quæ terrena sunt, tenditur. Aliquãdo

Greg. li. 30. mor. ca. 10.

Psalm. 1.

Esa. 65.

Gregor. 11. mor. ca. 23. & 24. d

Peccatoris instabilitas.

hanc ventus superbiæ eleuat: aliqñ verò inordinatus timor in ifimis deponit. Quia ergo peccator tot peccatorum vẽtis quatitur, meritò pulueri, quem à facie terræ ventus proiicit, comparatur. Si enim de peccatoribus dicitur, *Non sic impij, non sic, sed tanquam,* &c. i. à facie stabilitatis æternæ, quæ terra dicitur à simili: quia sicut terra nutrit, & continet exteriorem hominem, ita illa interiorem, vt Magist. in glossa.

6 *Ideo nõ resurgent impij in iudicio: neque peccatores in concilio iustorũ.*

HIc consequenter ostendit malorũ punitionem, s. qualiter in vltimo iudicio damnabuntur. Et primò facit hoc, secundò rationem assignat, ibi, *Quoniam nouit dominus,* &c. Quo ad huius literæ euidentiam, sciendum, q̃ aliqui hæretici ex hoc loco moti dixerunt, quod quamuis boni post iudicium beatificentur anima, & corpore, quia resurgent ipsorum corpora, mali tñ solum in anima punientur æternaliter, non autẽ in corpore, quia malorum corpora non resurgent, dicente Psalmista, *Non resurgent impij in iudicio.* Et hoc spectare dñt ad Dei bonitatem, quæ largior esse debet ad bonos pręmiandum, quam ad puniendum malos. Vnde bonos semper præmiat vltra condignum, sed malos punit citra condignum. Sed hunc errorem tollit dñs. d. omnes, qui in monumentis sunt, audient vocẽ filii Dei, & procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitæ; qui verò mala in resurrectionem iudicii. Et ideo ad euidentiam huius literæ sciendum, q̃ duplex est resurrectio. s. prima, & secunda. Prima est animæ, Secunda corporis. Resurrectio animæ est, qñ anima per peccatum mortua per pęnitentiam à peccatis resurgit ad vitam: quæ solum in præsenti vita locum, hẽt: Secunda est resurrectio corporum, quæ de lege cõi in vltimis reseruatur. Prima est bonorum. Secunda est cõis omnium bonorum & malorum. Et ideo prima facit hominem beatum, non secunda. Vnde Apoc. dr̃, Beatus qui hẽt partem in resurrectione prima. Dicunt ergo aliqui, q̃ iste textus intelligitur de resurrectione prima, nõ de secũda: eò q̃ mali, s. à Deo præsciti, quantuncũq; sint boni, & vir-

Nota de cõdigno.

Ioan. 5.

Resurrectio duplex.

Apoc. 26.

& virtuosi, finaliter tñ à gratia cadũt, & per peccatum moriuntur, à quo non resurgunt; sicut ecōtra de prædestinatis, vt habetur de pœn. dis. 3. citius ad hæc, & de pœn. dist. 4. si ex bono. Sed quãuis ista sint in se vera, nō tñ sunt ad propositum literæ, cuius ratio est, quia hic litera, vt ex præmissis apparet, vult dare dñiam inter bonos, & malos, quæ est, ꝙ boni resurgent in iudicio, & in concilio iustorũ, sed non mali. Certum est aũt ꝙ in iudicio vltimo non resurgent boni, neq; mali prima resurrectione, quæ solum hẽt locum in vita præsenti, & non in resurrectione iudicij: & dum anima vnitur cũ corpore, & non post. Propter ꝙ dicit gl. Magistri super illo verbo. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat quisque, prout gessit in corpore, alr. Frustra homo post corpus hoc poterit. s. à peccatis resurgere: quod in corpore comparare negligit. Dicendum est ergo, ꝙ hic textus loquitur de secunda resurrectione s. corporũ, & nõ de prima, quæ est animarum. vnde sciendum primo ꝙ iste textus nõ loquitur de omnibus peccatoribus sed solũ de impijs. Impij. n. propriè dñr infideles, & idolatræ. Peccatores aũt dñr & Christiani mali peccantes. Vnde impietas propriè est contra cultum diuinum, & respicit infidelitatem idolatriæ. Dicit ergo de infidelibus, qđ non resurgent in iudicio: nõ enim negat, ꝙ non resurgẽt: sed ꝙ nõ resurgent in iudicio. Et ad hoc intelligẽdum notat Greg. super illo verbo Iob. 46. iudicium pauperib. tribuit. vbi sic ait. Duę quippe sunt partes. s. electorum atq; reproborum, sed bini ordines eisdem singulis partibus continent. Alij nanque iudicantur, & pereunt. Alij non iudicantur, & pereunt. Alij iudicantur, & regnant. Alij non iudicantur, & regnant. Iudicantur, & pereunt, quibus dominica increpatione dicitur. Esuriui, & nõ dedistis mãducare. Sitiui, &c. Quibus præmittitur. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, &c. Alij verò in extremo iudicio non iudicantur, & pereunt. de quibus propheta ait: *non resurgent impij in iudicio*. Et de quibus dominus dicit. Qui non credit iam iudicatus est. Et de quibus Paulus ait. Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Resurgunt verò & omnes infideles: sed ad tormentũ, non ad iudicium. Non enim eorum tũc causa discutitur, qui ad conspectum districti iudicis iam cum condemnatione infidelitatis accedunt. Professionem verò fidei retinentes, sed professionis opera non habentes, redarguũtur vt pereãt. Qui verò nec sacramenta fidei tenuerunt, increpationem iudicis in examinatione non audiunt: quia præiudicati infidelitatis suæ tenebris, eius, quem despexerunt inuectione redargui non merentur, illi saltem verba iudicis audiunt, qui eius fidei verba tenuerunt, isti in damnatione sua æterni iudicis nec verbã percipiunt, cuius reuerentiam nec verbo tenus seruare maluerunt, illi legaliter pereunt qui sub lege positi peccauerunt, istis in perditione sua nihil de lege dicitur, qui nihil legis habere conati sunt. Princeps nanq; terrenam rempublicam regens, aliter punit interius delinquentem, aliter hostem exterius rebellantẽ: in illo iura sua consulit, eumq; sub verbis dignæ inuectionis adijcit. Contra hostem verò bellum mouet: instrumenta perditionis exercet, dignaq; tormenta eius malitiæ retribuit. De malo verò eius, quid lex habeat, non requirit. Neque enim lege necesse est puniri, qui lege nunquam potuit teneri. ita ergo in extremo iudicio & legalis illũ inuectio percutit, qui ab eo, professione tenuit actione declinauit. Et iste sine iudicio inuectionis perimitur qui lege fidei nõ tenetur. Ex electorum verò parte alij iudicantur & regnant, qui vitę maculas lachrymis tergunt: qui mala præcedentia factis sequentibus redimentes quicquid illicitum aliqñ fecerunt ab oculis iudicis eleemosynarum superductione cooperiunt. Quibus iudex veniens in dextera consistentibus dicit. Esuriui & dedistis manducare: sitiui &c. Venite benedicti patris mei, possidere paratũ vobis regnum, &c. Alij autem non iudicantur, & regnant qui et præcepta legis perfectione virtutum transcendunt, qa nequaquam hoc solum ꝙ cunctis diuina præcipit lex implere contenti, sed præstatiore desiderio plus exhibere appetunt, q̃ præceptis generalibus audire potuerunt. Quibus diuina voce dicitur.

Rom. 2.

Cōparatio.

Gregor. 26. cap. 24.

Matth. 25.

Ioan. 3.

Matth. 19. Vos reliquistis omnia, & secuti estis me cum venerit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super thronos, 12. Iudicantes 12. trib. Israel. Et de quibus propheta ait, Dñs ad iudiciũ veniet cũ seniorib. populi sui. Et de quib. Salomon cum de sponso ecclesiæ loqueretur: ait: Nobilis in portis vir eius qñ sederit cum senatoribus terræ. Hi itaq; in extremo iudicio non iudicantur, & regnant qui cum auctore suo etiam iudices veniunt &c. Aliter prędicta recolligens Magister in gl. huius literę ait sic. Nota q̃ quatuor ordines erunt in iudicio. Alij namq; erunt, qui iudicabunt, & non iudicabunť, vt apostoli, & alij perfectissimi. Alii nec iudicabunt, nec iudicabũtur, quia iã iudicati sunt, sententia.n. damnationis eorum toti ecclesiæ iã nota est, vt infideles: alij autem iudicabuntur & saluabũtur, vt mediocriter boni. Alij autem iudicabuntur & damnabuntur, vt mediocriter mali. Ex quib. apparet, quòd impij, idest, peccatores infideles in iudicio ultimo non se habebunt actiuè, vel passiuè, quia nec iudicabunt, neq; iudicabuntur, ideo non erunt de illis, qui ad iudicium requiruntur, quod bene psalm. ait. quòd *non resurgunt impij in iudicio*. Sed quid de peccatoribus qui tantum fidẽ verbis tenuerunt tunc erit? certè spectabunt ad iudicium, quia vt dictum est, tunc iudicabuntur & peribũt: sed ipsi alios cum iustis non iudicabũt. Ideo de illis subdit, Neq; peccatores in concilio iustorum, quia concilium & cõgregatio iustorum malos cum Christo iudicabit, sed non peccatores, quia non malis sed pauperibus, idest, perfectis humilibus tunc potestatem dabit iudicandi, sicut dicitur Iob 36. Iudicium tribuit pauperibus.

Esa. 3. *Prouer. 31.* *Iudiciũ vltimum.*

7 *Quoniam nouit dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.*

11. q. 3. c. existimant. POstquam psal. ostendit malorũ punitionem & præmiationem iustorum. Hic consequenter vtriusque rationem ostendit, d. *Quoniam nouit dominus viam iustorum*, &c. q. d. Ideo iusti prosperantur & beatificã tur, quia nouit dominus viam ipsorum. Impij autem pereũt: quia Deus iter ipsorum non nouit. Vbi

E mo notandum, q̃ scire vel nosse Dei est duplex. s. simplicis & veræ cognitionis, & scire complacentiæ & approbationis. Primò modo Deus scit omnia tã bona quã mala? Cum.n. omnium tam malorũ q̃ bonorũ sit iustus iudex, punitor. s. malorũ & remunerator bonorum, qũo illos iustè iudicare posset, si illorum bona vel mala ignoraret. Cum secundum Arist. 1. Ethic. Vnusquisque bene iudicat de ijs q̃ nouit, & horum solum est rectus iudex. Propter quod de Deo dicitur. Tu solus nosti corda omnium filiorum hominũ. Ista.n. notitia omnia nuda sunt & aperta oculis eius ad Heb. 4. Secundo modo

F solum nouit illa quæ approbat. Et quia malos in suis malitijs nõ approbat, ideo illos, & eorum mala non nouit. Sic.n. fatuis virginibus ait. Amen dico vobis, nescio vos. Istam dist. ponit Greg. super illo verbo Iob 2. Ipse nouit decipienť & eum, qui decipitur. d. Cum oĩs, qui proximũ decipit sit iniquus, & iniquis veritas dicat, Non noui vos, discedite à me oẽs, qui operamini iniquitatem. Qualiter in hoc loco dicitur, q̃ dñs decipienť nouit? Et respondet. d. Sed quia scire Dei aliqñ cognoscere dicitur, aliqñ ap-

G probare, & scit iniquum quem aliqñ cognoscẽdo iudicat. Neq;.n. iniquũ quẽpiã iudicasset si nequaquam cognosceret, & tñ iniquũ nescit, quia eius facta non approbat. Et nouit ergo, quia deprehendit & non nouit: quia hunc in suæ sapientiæ specie non recognoscit. Et dat exemplũ. Sicut de veraci quolibet viro dicit: quia falsitatẽ nesciat, non quia cũ vel ab alijs falsum dicitur, hoc deprehendere ignorat, sed quia eandem ipsam fallaciam & scit in examine, & nescit in amore, vt videlicet hanc ipse non agat, quam actam ab alijs damnat &c. Ad propositum ergo

H ideo iusti sunt beati: quia viam, idest opera illorum Deus nouit, idest, approbat, & sibi placet: sed *iter impiorũ peribit*, quia illos Deus non nouit, idest, non approbat, nec sibi placent. Opera enim iustorũ non solum dicuntur bona, sed & digna merito, quia Deus approbat illa, sed malorum opera nõ approbat, quia illa sunt mala. Et hinc omnibus operibus sine charitate vel Dei amore factis, non præmium, sed pęna debetur 1. q. 1. Marchiõ.

Scire Dei Noscere Dei. *Prin. Ethicorum.* *3. Reg. 7.* *Matth. 25.* *Greg. 11. mor. c. 8.* *Matth. 7.* *Exemplũ.*

PSAL. II.

8 Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania.

Iste est primus psalmus habens titulũ, cuius titulus secundum magistrum talis est. *Psalmus Dauid*. Vnde notandũ ꝙ iste tractatus ideo pars dicitur: eo ꝙ non solum vocem hic cõtentã Dauid decantabat domino, sed & psalteriũ decem cordarum tangendo, à quo psalterio iste tractatus, & sequentes psalmi notantur. Ac & adde notandum mysticè, ꝙ sicut Dauid laudabat Deum, Psalmos canendo, & psalterium decem chordarum manu tangendo: sic & nos laudare debemus Deum non solum voce, sed magis obseruatione decem præceptorũ legis, quæ signantur per tactum manu decem chordarum. Quæ duo tangens infra psal. d. Iubilate Deo omnis terra: quo scilicet, ad vocem: psalmum dicite nomini eius quo ad operationem. Est ergo titulus iste *Psal. Dauid*. Hic Dauid est datiui casus, vt sit sensus. Psal. Dauid. idest, attribuitur ipsi Dauid. Dauid, enim interpretatur manu fortis, & desiderabilis aspectu, & significat Christum qui verè est manu fortis debellando aereas ptãtes, & desiderabilis aspectu, in quem scilicet, angeli desiderant prospicere. Sic ergo est sensus Psal. Dauid. idest, ipsi Christo idest, Psal. scilicet iste tractatur qui Psal. dicitur: quia ad bene operandum mouet: attribuitur Dauid, idest, ipsi Christo qui hic agit de se rege d. *Ego autem constitutus sum rex ab eo*, &c. Vel ẽm alios hic ly. Dauid est casus genitiuus, vt sit sensus, Psal. Dauid. idest ipsius Dauid, quia istum psalmum Dauid fecit, vt habetur expresse Act. 4. Et hoc de tit. *Quare fremuerunt*. Iste Psal. exponitur dupliciter etiam literaliter. s. de ipso Dauid, & de Christo. Primo ponã expositionem primam. Secundò secũdam. Ad euidentiam primæ partis, sciendum, ꝙ Dauid, Christus dicebatur qm̃ Christus græce, latinè vnctus dicitur, Dauid autem tribus vicibus in regem fuerat vnctus. s. primò secrete in domo patris à Samuele, vt habetur 1. reg. 16.

Psalteriũ.

Psal. 99.

Interpretatio. Dauid.

Nota quomodo Dauid fuerit vnctus trib. vicib. in regem.

A Secundò in Ebron à viris Iuda solum super tribum Iudæ. Tertiò fuit vnctus in Ebron supra totum Israel, vt habetur. 2. Reg. 5. propter quas vnctiones ipse merito Christus. i. vnctus dicebatur. Secundò notandũ ꝙ in scriptura populus in hoc differt à gentilibus, quia gentes dñr ipsi gentiles, & idolatræ. populus dicebatur gens Iudæorum verum Deum colens. Sic. n. d. Psal. 115. Laudate dñm oẽs gentes collaudate. e. o. p. Quod exposuit Mag. d. omnes gentes. i. gentiles. omnes populi Iudæi, &c. Sic etiam gentilibus ad fidẽ conuersis dicebat Petrus. 1. Pet. B 2. q̃ aliqñ non populus nunc aũt populus Dei. Hoc præmisso notandum est ꝙ post mortem Saulis, qñ Dauid super totum Israel vnctus fuit in regem, hoc audientes Philistæi, scientes Dauid esse virum bellicosum, conuenerunt in vnũ quærentes occidere Dauid, vt habetur 2. Reg. 5. Fuerant. n. tẽpore Saulis aliqñ subiugati populo Dei. Ideo ad seruitutẽ redire timentes. q. d. adinuicem. Venite pugnemus viriliter contra Dauid vt ipsi Hebræi nobis seruiant & non nos ipsis. Sed Dauid confidens in dño omnium illorum habuit victoriam. Item notandũ, C ꝙ non solum gentiles Philistæi, sed & multi de Israel. i. de populo Dei à principio restiterunt ipsi Dauid, ne regnaret super eos, sequẽtes filium Saulis qui in intentione sua frustrati fuerunt, vt apparet. 2. Re. 2. Et sup istas historias iste Ps. fundaĩ & diuidiĩ in tres partes, quia primò poniĩ inimicorũ Dauid malignatio. Secũdò ipsius Dauid in dño cõfortatio. ibi. *Qui habitat in cælis*. Tertiò ex hoc omniũ regentiũ informatio. ibi. *Et nunc reges intelligite*. Primò poniĩ inimicorũ Dauid malignatio d. *Quare fremuerunt gentes*. i. Philistæi gẽtiles cõtra Dauid. s. D quærentes eum occidere? Et dicit *fremuerunt*, quia sine ratione vt bestiæ mouebantur contra Dauid. fremere. n. est ferarum, & non solum gentes imò & & multi populi Israel contra Dauid meditati sunt inania. i. vana & vacua contra Dauid, ne. s. regnaret sup eos. s. vndecim tribus sequentes filium Saul. Sequitur. *Astiterunt reges terræ*. i. non solum minores, & plebeij gentiliũ fremuerunt contra Dauid: sed & magnates. s. reges principes Philistinorum. Terra. n. Philistinorum

Nota differentiã inter populũ & gentes.

2. Reg. 5.

2. Reg. 2.

Fremere.

Philistinũ.

notũ habebat quinq; reges secundũ quã
que ipsius prouincias,quorũ regũ quili-
bet multos principes sub se continebat.
Qui oẽs cõuenerunt cõtra Dauid,vt im
periũ perderẽt.2.Reg.5. Et hoc est qđ di
citur. *Astiterũt reges terræ:& principes cõ-
uenerũt aduersus Deũ*.s.aduersus Deum,
quia diuinæ ordinationi, qua Dauid re-
gem ordinauerat, aduersari conabãtur,
& aduersus Christũ eius.i.aduersus Da-
uid qui erat Christus dñi.i.vnctus Dei
voluntate.Et isti sic cõueniendo, qđ cõ-
tra populũ Dei dicebãt?sequitur. *Dirũ-
pamus vincula eorũ*, &c. Verba erãt Phi-
listinorum, se adinuicẽ cõfortantium ad
bellandum cõtra Dauid, & regnum eius
ne inualesceret, & sic sibi subijceret Phi
listæos. Hoc.n.modo loquebantur Phi-
listæi. Confortamini, & estote viri Phi-
listæi,ne seruiatis Hebræis, sicut illi ser-
uierũt vobis:confortamini & bellate.Et
consimiliter loquebãtur in proposito.d.
Dirumpamus vincula eorũ, &c. Sequitur
secunda pars in qua Dauid confortatur,
& sperat in domino: *Qui habitat*, &c. Et
diuiditur in tres partes.Primò.n.Dauid
ponit suam in Deo confidẽtiam:secũdò
à Deo sibi datã excellentiã.ibi.*Ego autẽ*.
Tertiò de inimicis habitã victoriam.ibi.
Postula à me. Primò ergo Dauid cõfidẽs
in Deo ꝙ inimici nõ prævalebũt aduer-
sus eũ dicit. *Qui habitat in cælis irridebit
eos* &c.Quod & factum fuit,quia virtute
diuina, oẽs per Dauid debellati fuerũt,
& sic derisi.vt habetur.2.Reg.5.Secundò
ponit sibi à Deo datã dignitatẽ. d.*Ego au
tẽ constitutus sum*,&c. q.d.quid illos time
re debeo, quia dominus me regẽ consti-
tuit, cuius volũtati nullus contradicere
põt?*Super Siõ montẽ*, &c. Qđ ideo dicit,
quia Hierusalem erat metropolis in re-
gno Israel, & in mõte Sion erat fortali-
cium illius ciuitatis & habitatio regalis.
Prædicãs præceptum eius. Et hoc respicit
versic.seq.q.d.Dominus ideo me fecit re
gem vt enarrẽ alijs præceptum eius.s.il-
lud quod mihi præcepit, & quid sit illud
subdit. d. Dominus *dixit ad me*.s.per re-
uelationem.*Filius meus es tu*.s.per singu-
larem dilectionem. *Ego hodie genui te*.
idest,regem te cõstitui:sicut modo quan
do aliquis in episcopum constituitur di-
citur creari, vel de nouo generari. Ter-
tiò ponit datam sibi victoriam. d.Postu-
la, &c. Verba sunt domini dicentis ipsi
Dauid. Postula,&c. q.d.quando eris pu-
gnaturus contra gentiles tũc postulabis
à me adiutorium,& ego dabo tibi victo-
riam, quia dabo tibi gẽtes hæreditatem
tuam, quia eos superando hæreditabis
ipsorum spolia. *Et possessionẽ tuã termi-
nos terræ*.s.ipsorum terras sic ꝙ erũt sub
iurisdictione tua. *Reges eos in virga fer-
rea*.i.gladio ferreo subijcies eos tibi; &
tanquã vas figuli cõfringes eos.Tertiò,prin-
cipaliter ex hoc ponitur oĩum regentiũ
informatio. d. *Et nunc reges intelligite &
erudimini*.vt.s.meo exemplo nõ confida-
tis in vobis, sed in Deo. Et hoc *apprehẽ-
dite di. ne pereatis de via iusta*, via iusta
est spẽ in domino,non in viribus ꝓprijs
ponere, quia furor domini super confi-
dẽtes in seipsis sed beati & victores erũt
omnes qui sperant in eo.Hæc est exposi-
tio literalis secundum aliquos quæ satis
apparet in superficie:sed apparet, ꝙ iste
psa.licet à Dauid fuerit factus,tamẽ nul
lo modo literaliter de ipso potest intel-
ligi,sed de Christo intelligi debet, quod
declaro.Vbi aduertendum, ꝙ volẽs pro-
bare aliquid cõtra hæreticos de fide per
sacram scripturam oportet, ꝙ illam ad-
ducat quo ad sensum literalẽ. sensus.n.
moralis,& mysticus bene manu ducit fi-
deles, sed non conuinceret infideles. Si-
cut si modo per hoc quod dicitur, *quare
fremuerũt gẽtes*,&c.vellem deducere qua
liter infideles, & populi.i.schismatici in
surrexerunt inaniter contra Christũ do-
mini.i.contra apostolicum Romanum,
esset aliqualis persuasio fidelibus,sed in-
fideli,& schismatico nullam probationẽ
faceret. Modo ad propositum apostolus
Paulus volẽs efficaciter ostendere & in-
fidelib. & schismaticis, ꝙ Christus erat
maior angelis, adducit istum psal. dictũ
de Christo. d.cui.n.angelorum aliquan-
do dixit.Tu es filius meus, &c.Similiter
& apostolus Petrus contra Iudæos no-
men Christi persequentes, adducit istum
psal.ad literam de Christo dictum. Do-
mine qui spiritu sancto per os patris no
stri Dauid pueri tui dixisti. Quare fre-
muerunt gentes, &c. Conuenerũt enim
nunc in ciuitate ista aduersus sanctũ pue
rum tuum Iesum Herodes, & Pontius
Pilatus cum gentibus & populis,&c. igi
tur ad literam iste psalm. de Christo est
dictus

1.Reg.4.

Nota.

Nota quomodo psalmus iste exponitur de Christo.

Contra Hereticos probatio.

Act. 4.

dictus non de Dauid, & ad confirmationem huius dicit ille Rabi Salomon magnus doctor Hebræorum in principio glossæ huius psal. Antiqui doctores Hebræorum exposuerũt hunc psalmum de rege Messia, per quem.s.Christus intelligitur, sed propter responsionem ad hæreticos exponitur de Dauid. Ex quo habemus, q doctores antiqui Hebræorum qui legis intellectum nouerant, istũ psal. de Christo exposuerunt ad literam. Sed quia dum fideles, quos ipsi hæretici appellant, hunc psalm. contra ipsos adducerent de Christo dictum etiam secũdum eorum doctores antiquos, non valentes fidelibus respondere negauerunt hunc psal. de Christo dictum, sed de ipso Dauid vt dictum est. Ad hoc etiam est expresse magister in glo. istum psa. non de Dauid, sed de Christo ad literam exponens vt apparebit. Sic ergo exponendo istũ psal. de Christo. *Quare fremuerunt.* Iste psal. in tres partes diuiditur, quia primò ponitur regni Christi institutio: secundo instituti dilatatio: ibi, *Postula à me*: tertio dilatati veneratio, ibi, *Et nunc reges*: circa primum ponitur persecutorum Christi malitiosa persecutio, secundò malitiosę persecutionis rigorosa depositio: ibi, *Dirumpamus*. tertiò Christi regis gloriosa sublimatio: ibi, *Ego aũt cõstitutus*. Prima in duas: quia primò ponitur persecutio minorum, secundò maiorum: ibi, *Astiterunt*. Quantum ergo ad persecutionem minorum. d. *Quare fremuerunt gentes*, &c. scilicet contra Christum. Et sunt verba Dauid. per gentes, vt dictum est gẽtiles intellige, & per populos ipsos Iudæos. Gentes ergo contra Christum fremuerunt, quando Romani milites gentiles cõtra Christum sine ratione insurrexerunt. Fremere.n. ferarum est. Nonne fremuerũt gentes cõtra Christum, quando milites p̃sidis suscipientes Iesum in ꝑtorio congregarunt ad eum vniuersam cohortem, &c. Et genuflexo ante eum illudebant. d. Aue rex iudęorũ, &c. *Et populi meditati sunt inania*. i. Iudæi: Vt puta quãdo abeũtes consilium fecerunt, ut caperent Iesum in sermone. Et quãdo cogitabãt Christi nomẽ delere. d. Nos legẽ habemus, & secundũ legẽ debet mori. Et vere isti meditati sunt inania: quia inane dicitur qđ sine caret intẽ

Nota diuisionẽ accipiendo pro Christo.

Fremere.

Matth. 27.

Matth. 22.
Ioan. 19.

A to. Per mortem aũt Christi nõ est deletũ nomẽ Christi, immo amplius dilatatũ: quia ante, solum in Iudęa notus erat: post mortẽ verò p totũ orbẽ. Vnde post mortẽ, & resurrectionem dixit. Data est mihi oĩs p̃tãs &c. Quæ oĩa considerans Dauid dicit. *Quare* &c. Vbi nota q quare in sacra scriptura multipliciter tenetur. s. Interrogatiuè. Quare persequimini me sicut Dei, &c. Admiratiuè. Quare via impiorũ prosperatur, &c. Increpatiuè. Peccatori aũt dixit Deus, quare tu enarras &c. Et istis tribus modis hic põt exponi. Primò interrogatiuè, vt Dauid à B Deo petat sibi reuelari causam tãtę persecutionis gentiliũ & Iudæorũ in Christi passione. Et ad hoc respondetur, q cã fuit ipsorum inuidia. Sciebat. n. q per inuidiam tradidissent eum. Sedò admiratiuè, ut Dauid præuidens, quãta beneficia facturus erat Christus gẽtibus, & populis, de quo Act. 10. q pertransiuit benefaciẽdo, & sanando oẽs &c. admiratus de tãta crudelitate. d. *Quare fremuerunt* &c. Et ad hoc respõdetur, q causa fuit eorũ malitia: Christo dicẽte, Odio habuerũt me gratis. Tertio modo ĩcrepatiuè, ut. s. Dauid illos increpãdo dicat. *Quare* &c. C quasi dicat quæ vtilitas vobis fuit Christum persequẽdo quasi dicat nulla, quia totum oppositum illius q quęrebatis ex hoc vobis euenerit? Vnde Christo loquitur Deus. Bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum, ut saluem te, dicit dominus, &c.

Mat. vlt.
Quare.
Ioan. 19.
Iere. 22.
Psal. 49.
Matth. 27.
Actuũ. 10.
Luca 15.
Iere. 15.

Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. 9

HIc consequenter ponit persecutionẽ maiorum. d. *Astiterunt*. scilicet, D non solum minores, sed etiam maiores, contra Christum, scilicet, *reges terræ*, &c. vbi nota quòd hoc tripliciter exponĩ. Primò quia cum non legatur aliquẽ regem Christum in passione fuisse persecutũ nisi Herodem: & ibi accipitur plurale pro singulari. Secundò, dicitur, q licet Pilatus nõ nominetur nomine regis, erat tamen de facto rex, quòd patet, quia sub se habebat regulos, ut Io. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur, &c. ipse autem Pilatus immediate erat

Rex Christus.
Ioan. 4.

erat sub Imperatore: modo inter regulum, & imperatorẽ non est dignitas media nisi regalis. Sed ideo non vocabatur rex, qa Iudæi sciẽtes regem Messiam ex eis egressurum, in metropolitana ipsorum ciuitate, aliũ regẽ sustinere non poterant. Tertiò dicitur, ꝙ duo reges Christũ ad mortẽ sunt persecuti. s. Herodes senior tpe natiuitatis qui innocẽtes occidit, & iunior eius filius qui tpe Christi passionis ipsum veste alba indutum illusit, & spreuit. Et sic de istis duobus regibus dicit. *Astiterũt reges terræ.* Et hoc quo ad laicos. Quantũ verò ad clericos dicit. Et principes conuenerũt in vnum, &c. Quãuis.n. cõtra Iesum multotiès fuissent cõgregati, tamẽ maximè tẽpore passionis ad tractãdũ de Christi morte conuenerunt, ut Mat. 26. Tũc congregati sunt principes sacerdotũ in atrium principis sacerdotũ qui dicebatꝰ Cayphas vt Iesum dolo tenerẽt. Et prædicens psal. grauitatẽ peccati istorũ notanter dicit. *Et principes conuenerũt*, &c. Vbi apparet quòd istorum peccatũ aggrauatur ex multis. Primò ex cupiditate: cum dicit. *Et principes*, licet.n. secundũ legem vnus solus princeps sacerdotũ esse deberet, tamen pp auaritiã plures sunt facti, qui sacerdotij principatum ementes, alternatis annis sibi succedebãt, vnde Chrysost. Multi erãt tũc principes sacerdotum, Lex verò vnũ solum esse volebat, sed cũ Iudaici populi ritus inciperet dissolui, multi erant principes sacerdotũ annuatim creati. Moyses aũt vnum principẽ esse iussit, & eo mortuo, alterum fieri, sed isti auaritia corrupti, principatũ emebant, &c. Secundò ex dignitate. Dignitas.n. peccantis peccatũ aggrauat: sicut & meritũ merẽtis, cuius ratio est: quia talis peccãs est Deo magis ingratus, & subditorũ corda magis mouet ad malum. Hanc igitur circunstantiam dignitatis tangens psal. dicit. *Et principes*, Sic enim egressa est iniquitas à principibus qui videbantur regere populum. Tertiò ex conspiratione, qa in vnum contra Christum conspirauerunt. Conspiratio tantum peccatum aggrauat, ꝙ omnes conspiratores reddit infames, & excommunicatos. Et hoc notans psal. dicit, ꝙ *conuenerunt in vnum.* Quartò ex præsumptione, quia aduersus dñm, &c. Quamuis enim omne peccatum sit contra Deum: tñ aliqua peccata principalius respiciunt offensam creaturę, quàm creatoris, ut gula, luxuria, auaritia, & ex cõsequenti offensam Dei: sed superbia principalius Dei offensam respicit: qua homo Deo subijci renuit. Et hoc notans dicit. *Aduersus dominum*, &c. i. aduersus patrem, & filium, qui enim contradicit filio, & patri contra dicit: patrem notat per dñm, & filiũ per Christũ eius. Vbi notãdum, ꝙ quandocunque scriptura loquitur de Christo absolutè, intelligitur de Christo in lege, & prophetis promisso, nisi in litera præcedente vel sequẽte manifestè appareat, ꝙ de alio loquatur Christo, qa filius virginis antonomatice Christus est dictus. Sicut cum Dauid dixit adolescenti. 2. Reg. 1. Quare non timuisti mittere manum in Christum dñi? per literam præcedentem apparet, ꝙ loquebatur de Saule, sic & Esa. 45. Christo meo Cyro, &c. quia hic non ponitur aliquid determinans ly Christum, ideo intelligitur de Christo filio Dei, & sic notat grauitatem peccati ex eorum præsumptione, quia aduersus dñm &c. vnde gl. ait. O stulta præsumptio, principes terræ contra regem cœli conuenerunt. Et ne ista expositio appareat non literalis, sed mystica, istum textum ad literam exponit Petrus de Christo. d. vt tactum est, Dñe, quia spiritu sancto per os patris nostri Dauid dixisti. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominũ, & aduersus Christum eius. Conuenerunt.n. nunc in ciuitate ista aduersus puerum tuũ sanctum Iesum, quẽ vnxisti, Herodes, & Pilatus cũ gentibus & populis Israel facere, quę manus tua, & consilium tuũ decreuerunt fieri, &c.

Peccatum Circunstantia. Cupiditas. Chrysostomus super Matthaũ. Dignita. 11. q. 3. præcipue et 15. q. 1. nulli. Dan. 1. Cõspiratio. 2. q. 1. conspirationẽ. Præsumptio. Christus semper intelligitur in lege promissus nisi per Christum aliud exprimatur. Actuum. 4.

Dirumpamus vincula eorum: & proijciamus à nobis iugum ipsorum. 10

POnitur hic prædictę conspirationis, & persecutionis depositio ac punitio. Et diuiditur in tres partes, quia ponitur primò cõspirationis ipsorum detestatio. secundo intentionis ipsorum frustratio. ibi. *Qui habitat* tertio iniquitatis

3. q. 44 noli inueniuntur. Dirũpere.

tatis ipsorum punitio, ibi. *Tunc loquetur.* Primò ergo ponitur conspirationis detestatio: ij enim vinculis iniquitatis se ligauerunt ad inuicem contra Christum conspirando, vt iugo suæ seruitutis alios subijcerent. Sed nos eis consentire non debemus, ideo *dirumpamus vincula eorum*, i. conspirationē eis non consentiendo, *& proijciamus à nobis iugum ipsorum eis non obediendo*. Et ista possunt esse verba Christi secundum glo. quasi dicat ipsi contra me sic sunt ligati, sed vos ò mei, non consentiatis in mortem meam, sed magis *dirumpamus vincula eorum*, idest, conspirationes, vel vinculum, idest, blandicias, & minas ipsorum non timeamus, *& proijciamus à nobis iugum ipsorum*, ne. s. eorum uolūtati seruiamus. Vel etiam possunt esse verba ipsius prophetæ in eodem sensu. Verisimilius autem videntur verba ipsorum principum sacerdotum, qui videbant Christum cum suis discipulis vnicum: & turbæ magnum ad ipsum cōcursum: ipsum reprehendentem ipsorum vitia, propter q̃ timebant locum, & gentem perdere, propter q̃ d. Si dimittimus eum sic: ecce totus mundus post eum abit: & sic perdemus nostrū locum, & gentē. Et ideo antequam inualescant, *Dirumpamus vincula eorum*. s. antequam fortificētur contra nos, *& proijciamus à nobis iugum*. s. iugū humilitatis, q̃ Christus prædicabat: q̃ Christus omnibus imponebat. d. Tollite iugum meum super vos &c. Secundò ponitur intentionis ipsorum frustratio. Intentio enim ipsorum erat per conspirationem, quam contra Christum fecerāt Christi nomen delere, & eius annihilare doctrinam dicentes. Venite disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra. Sed hoc facere non potuerunt, quinimo per passionē Christi, & mortem eius, nomen, & fides maximè creuit, ipso dicente, Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, & hoc ideo, quia Deus spreuit eos. Et hoc est, quod dicitur.

Vinculum. *Matth. 11.* *Psal. 82.* *Ioan. 12.*

11 *Qui habitat in cœlis, irridebit eos: & dominus subsannabit eos.*

Coelum enim dicuntur angeli, & animæ sanctæ quarum conuersatio in cęlis est, in quibus habitat Deus.

Deus. *Cœlum.*

A Quamuis enim Deus sit in omni re per præsentiam, potentiam, & essentiā, quia immensus est, non tñ in omni re habitat, sed solum in animabus, & angelis sanctis, in quibus habitat per gratiā, vt dicit magister, vnde psal. 21. Tu autē in sancto habitas. Hic ergo *Deus irridebit eos.* Irridere enim dicitur, quasi de cōtrario ridere, ab in, & ridere, & sic irrisio sit bucca, subsannatio verò sit rugato naso, atque contracto. Et sic isti irrisi fuerunt à Deo, quando totum oppositum eius q̃ intendebant effecit. Vt pūta credebāt per mortem crucis, Christi fidem, & no B men delere, & per hoc fuit magnificata. Credebant, positis custodibus, Christi corpus in sepulchro tenere. Et per hoc eius resurrectio amplius fuit demonstrata. Et nota q̃ tales actus, s. irridere, & subsannare Deo attribuūtur, s. qui tñ corpus non hēt, nō quia actus istos in se habeat, sed quia facit illud, per quod illi sunt digni irrideri à nobis, & subsannari.

Habitatio, Magister. lib. 1. dist. 27. *Irridere.*

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos. 12

Ponitur hic iniquitatis ipsorum punitio. Vbi notandum, quòd propriè C ira, vel furor non cadit in Deo, quia tales sunt passiones motum animi contra aliquem, significātes, qui in Deo esse nō potest, qui semper est tranquillus, propter quod dicitur, Tu autem, domine, virtutum cum tranquillitate iudicas. Cū tranquillitate autem non stat ira, vel furor. Sed dicitur iratus, vel furibundus, quia ad similitudinem irati, vel furibundi quandoque videtur punire malos. Et notandum, quòd differt isto modo loquendo in Deo ira à furore, quia tunc dicitur iratus, quando punit vt emendet, quia irascitur contra nos Deus, ut D nos conuertat non ut perdat, ut dicitur de pœnit. distin. 1. Et hoc est quòd dicitur Deutero. 32. Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Furit, autem quando punit vt damnet. Et sic ira Dei est in præsenti, sed furor in die iudicij erit, unde Iob 5. Nunc enim non infert furorem suum, neq; ulciscitur scelus valdè. Et sic Deus illis loquitur in ira, quos punit vt conuertat. In furore verò suo illos turbat, quos damnat. Et istum sensum ponit gl. d. *Tūc loquitur, ad eos*, s. per pro-

De pœ. dist. 1. ca. nunquid. *Furor. Vide de hoc vltra Psal. 6. vers. 54. Vbi videtur dicere contrarium.* *De pœ. dist. 1. sed econtrario.*

prophetas, per apostolos, & per sacram scripturam. Et hoc *in ira sua*. s. comminando pœnam, vt conuertantur. Sed in futuro *turbabit eos in furore suo*, æternaliter damnandos. Vel per ista verba notatur punitio Iudæorum pro morte Christi per Titum, & Vespasianum facta, quę magnæ iræ, & furoris indicium fuit, de qua dicitur. Quia videns Iesus ciuitatem, fleuit &c.

13 *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.*

15. q. 2. *Sit.*

PONitur hic Christi regis gloriosa sublimatio. Et duo facit, quia primò Christus ostendit suã regiã dignitatem, secundò suam æternam generationem, ibi. *Dominus dixit ad me*. Quantũ ad primum dicit. *Ego autem* &c. q. d. illi persequentes turbabuntur, sed ego ex eorum persecutione exaltabor. Quoniam ex humilitate, quam Christus in passione, & persecutione habuit, regiã dignitatem assumpsit, iuxta verbũ apostoli. d. Humiliauit semetipsum, &c. propter ꝙ Deus donauit illi nomen &c. Et aduerte, ꝙ quamuis Christus omnium rex, & dñs esset, quia rex regum, &c. Tamen regiam suam potestatẽ primò ostẽdit in ecclesia ex Iudæis, quàm ex gentibus, quę per montem Sion intelligitur secundum gl. Quia ecclesia Iudæorum priᵒ recepit radios fidei, vt mõtes prius suscipiunt radios solis. Vnde & Iudæis primò prædicauit. d. Nõ sum missus nisi ad oues &c. tanquã primis subditis eius. Et hoc est ꝙ dicit. *Ego autem constitutus sum, &c. Prædicãs præceptum eius*. Sed cũ plura præcepta Dei prædicauerit Christus in templo, quod erat in mõte Siõ: quare in singulari dicit præceptum, & non præcepta? Ratio, quia omnia præcepta vnum sunt in radice & in illo præcepto fundantur, ꝙ Christus prædicabat. d. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis &c.

Apoc. 1. Rex. Christus.

Ioan. 11.

14 *Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.*

HIc agit de æterna Christi generatione, hoc. n. est verbum Christi declarans suam æternam generationẽ à patre. Cum ei à patre dicitur. *Ego hodie genui te*. i. æternaliter. In æternitate. n. nihil transit in p̃teritum, nec in futurũ expectatur. Et adeo æterna verbi generatio conuenienter exprimitur per p̃sens tempus, cum dicitur *hodie*, generatio autem Dauid iam transierat in præteritũ, & similiter sua promotio ad regnum. Et ideo hoc verbum non potest intelligi de Dauid, maximè cum Apostolus dicat. Cui. n. angelorum dixit aliquãdo: filius meus es tu? Volẽs probare Christũ maiorẽ angelis, ergo multominus ipsi Dauid. Ad hoc autem intelligendum sciendum est, quomodo pater dicendo æternaliter suũ generat verbum. Vbi sciendum est ꝙ dicere Dei idem est, ꝙ filiũ generare, &c. Et nota ꝙ dicere Dei accipitur multipliciter. s. quandoque est, Dicere dispositionis. Dixit dominus domino, &c. Donec ponam, &c.

Hodie.

Dei. Dicere. Psal. 109.

Dicere operationis. Dixit dominus fiat lux, & facta est lux: ipse dixit & facta sunt.

Gene 1. Psal. 148.

Dicere imperationis. Locutus est dominus ad Moysen. d. non habebis deos alienos.

Exod. 20.

Dicere promissionis. Ego dico tibi, quia tu es Petrus &c. & tibi dabo claues. Dicere eruditionis. Aperiens os suum docebat eos dicens, &c.

Matth. 16. Matth. 5.

Dicere generationis vt habet. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, &c.*

15 *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrę.*

HIc ponitur regni dilatatio, & primò ponitur regni Christi dilatatio, secundò potestatis Christi explicatio, ibi. *Reges eos*, &c. Prius. n. Deus solũ Iudæos habuit sibi per fidem subiectos, quando soli notus erat in Iudæa Deus, sic & Christus primos sibi p̃ fidem subditos ex Iudæis habuit, vt apostos. Sed consequenter etiã gentes habuit, quando per apostolos per vniuersum orbem Christi fides prædicata fuit, quia tunc gentes Christi fidem susceperunt. Sed quæ fuit causa subiectionis gentiũ Christo, nisi oratio Christi, qui pro gentibus saluandis patrem exorauit, dicens Pater non pro eis rogo tantum, sed & pro

Gentes.

Ioan. 17.

prodis, qui credituri sunt per verbum eorum in me. Et isti fuerunt gentiles, qui per verbum Apostolorum Christi fidem susceperunt. Et ideo sicut soli Iudæi prius filij Dei erant, & hæredes: sic post virtutem orationis Christi gentes, cõuersæ ad fidem, ad hæreditatem Christi peruenerunt. Et hoc est, q pater filio incarnato dicit. *Postula à me, & dabo tibi*, &c. Et quia istas gentes non solũ de vna plaga mundi cõuertit ad fidem, sed etiam de omnibus partibus, ideo subdit. *Et possessionem tuam terminos terræ.* Et ex istis patet apertè, q iste Psal. ad literam non debet intelligi de Dauid, sed solum de Christo, quia regnum Dauid non se extendit ad omnes terminos terræ, sed satis strictum fuit.

16 *Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos.*

Hic ponitur explicatio Christi potestatis. Vbi notandum, q Christi potestas se extẽdit ad duo maximè. s. ad præmiationem bonorum, & ad punitionem malorum: iuxta illud. Positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ multorum. Quantum ergo ad bonos dicit. *Reges eos in virga ferrea.* Per virgam ferream virtutem iustitiæ intellige, quia sicut virga ferrea stabilis in sua rectitudine permanet: sic & iustitia obliquari nescit. Ad iustitiam autem pertinet bonis dare præmium, & supplicium malis. Et quamuis in vtroque simul concurrat Dei misericordia plus relucet in præmiatione bonorum quam iustitia: & sic iustitia plus relucet in punitione malorum quam misericordia, ideò singularẽ mentionem facit de malorum punitione facta per iustitiam Dei. d. *Et tanquam vas figuli confringes eos.* s. malos. Et aduerte q congruè mali per Dei iustitiam puniti æternaliter tanquam vas figuli confringi dicuntur. Quia sicut vas figuli fractum amplius reparari nõ potest, vt vas auri, argenti vel vitri: sic confringũtur, vt amplius per pœnitentiam reparari nõ possint, quia tẽpus pœnitentiæ fructuosæ est solum in præsenti vita. Et nota q multipliciter virga reperitur in scriptura, qua multa significantur, scilicet, Virga aurea, qua figuratur dilectionis charitas. Virga fumea, qua figuratur personalis vnitas. Virga lignea, qua figuratur corporalis castitas. Virga ferrea: qua figuratur iudicialis æquitas.

Luc. 2. — *Virga ferrea.* — *De pænit. dist. 7. nemo desperãdus.*

17 *Et nũc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.*

Hic ponitur regni Christi dilatati veneratio. Hortatur enim omnes reges, & dominos, vt Christum venerari debeant, & ipsum cognoscere regẽ supra se esse: cui ipsi subijci debent, quo niam ipse est rex regum, & dominus dominantium. Et primò hortatur eos in generali: secundò in speciali, ibi. *Seruite domino.* Primò ergo omnes hortatur in generali: vt Christum venerentur, & ei subijciantur. d. *Et nunc, reges, intelligite*, scilicet supra vos regem Christum habere. *Et erudimini.* s. exemplo Christi facere iustitiam, *Qui iudicatis terram.* Sic enim dicitur, Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Secundò eos hortatur ad obedientiam, dicens.

16. q. 2. c. 1. — *Sap. 1.*

18 *Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore.*

Vbi nota, q differentia est inter timorem Dei & mundi: quia timor Dei à peccato reprimit mentem, quia per timorem Dei declinat omnis homo à peccato. Sed timor mundi solum comprimit manum à malo, non mentem: ideo dicit Christus. Nolite timere eos, qui occidũt corpus, &c. Timor Dei, quia diligit, timet offensam: sed timor mundi timet pœnam: quia non diligit. Timor Dei spe æternorum mentem lætificat, quia timenti Deum benè erit in extremis, sed timor mundi pœnam inducit, ideo timor non est in charitate. Ad propositum volens Psal. omnes inducere ad timorem, & obedientiam Christi, dicit, *Seruite domino in timore.* Et ne quis credat, quod Deo sit seruiendum timore mundano, ideò adiungit, *Et exultate ei cum tremore*, quia timor Dei Israel ingerit exultationem de æternis, & timorem offensæ ne displiceat. Tertiò eos hortatur ad patientiam, dicens.

Timor. — *Matth. 10.* — *Eccles. 1.*

Appre-

19 *Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta.*

PEr disciplinam enim aduersa, & flagella, quibus Deus sibi dilectos corrigit, ne in æternum pereant, intelligũt, Noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum à Deo argueris, quem enim diligit dominus, castigat. Flagellat autem filium quem recipit, &c. Et huius ratio est: quia aduersa magis conseruant hominem in statu gratiæ, quàm faciant prospera, propter quòd dicit canon, quod aduersitas bonorum nõ est signum reprobationis ipsorum, sed magis virtutis. Et nota hic, quòd volens Deus suos electos in bono confirmare, ne pereant, flagellat eos, malos autem damnandos, prosperitatibus mundi abuti permittit: quod benè ostendit Greg. Nunc etenim flagellatur iustus, & verbere disciplinæ corrigitur, quia ad æternæ hæreditatis patrimonium præparatur: in voluptatibus relaxatur iniustus, quia tanto ei temporalia bona suppetunt, quanto æterna denegantur. Iniustus ad æternam mortem currens effrænatus voluptatibus vtitur: quia & vituli, qui mactandi sunt in liberis pascuis relinquuntur. Et contra, iustus à delectationis transitoriæ iucunditate restringitur: quia nimirum ad laboris vsum vitulus vitæ deputatus sub iugo retinetur. Negantur electis in hac vita terrena, quia & ægris, quibus spes viuendi est, nequaquam à medico cuncta, quæ appetunt, conceduntur. Dantur autem reprobis bona, quæ in hac vita appetunt: quia & desperatis ægris oĩa, quæ desiderant, non negantur, &c. Ad propositum ergo quia aduersa signa sunt virtutis, & hominem magis in gratia conseruant qoam prospera: ideo patienter immissa tolerari debent. Et hoc est quòd dicit, *Apprehendite disciplinam*, scilicet, patienter, *ne pereatis de via iusta*, id est, à statu gratiæ. Et consequenter ad hoc duas rationes addunt, scilicet, quòd disciplinam, & aduersa patienter ferre debemus, tum quia sunt breuia, tum quia vtilia. Breuitatem ponit dicens.

Patientia.
Prosperitas
De pæ. dist. 2. art. 5.
Heb. 52.
7. q. aduersitas.
Gregor. 31. mor. c. 4.

E *Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes, qui confidunt in eo.* 20

QVia breue est omne, q̃ finem habet respectu æternorũ vt ait Gregor. vtilitatem autem ponit. d. *Beati omnes, qui confidunt in eo*, scilicet tẽpore quo patiuntur aduersa. Aduersa enim iustis à Deo immissa, eis perpetuam securitatem conferunt, vt ait Gregor. propter quòd dicitur, Beatus vir, qui corripitur à domino. Et hoc est, q̃d hic dicit. *Cũ exarserit in breui ira eius, etc.*

Greg. lib. 7. moral.
Gregor.
Iob 5.

F

PSAL. III.

21 *DOmine quid multiplicati sunt, qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me.*

De pæ. dist. 2. si enim.

ISTIVS psal. titulus est, *Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalõ filij sui.* Ad intellectum huius tituli, ac ẽt psalm. oportet primò videre historiam supra quã iste Psal. fundatur, quæ historia hæc est, vt habetur. 2. Re. 15. Absalõ filius Dauid conspirat contra patrẽ suũ, G sibi titulum regni vendicans, vnde persecutus est patrem suum, quærens illum occidere. Cui Dauid cessit exiens de ciuitate Hierusalẽ nudis pedibus intelligens hoc sibi contingere pp peccatum adulterij cõmissum cum Bersabe, & homicidij de Vria perpetrati, sicut Nathan propheta sibi prædixerat. d. Non recedet gladius de domo tua: suscitabit enim Deus semen tuum contra te. Dum autẽ Absalon persequeretur Dauid patrem suum, conuerso contra eũ exercitu Absalon terga vertit in fugam: atq; impetu muli ductus est in ramosam quercũ, ra- H mis eius circundãtibus collũ eius, ibiq; capite intercepto pendẽs, à Ioab principe militiæ Dauid, interfectus est: quo mortuo, Dauid restitutus est in regnum & in pace regnauit. Huic historiæ alludit Psal. iste, de quo tñ principaliter nõ agit, sed de significato historiæ. s. de passione, & resurrectione Christi. Dauid enim Christus est, Absalon filius eius Iudas est: quem cum alijs apostolis filium vocat, Iesus in Euangelio. d. Nõ possunt filij sponsi ieiunare quãdiu cum illis est spon-

Absalon.
Christus.
Dauid.
Iudas.

ſponſus. A quo Iuda Chriſtus fugit,illo A diſcedente cũ cæteris Apoſtolis,in mõtem Oliueti ſeceſſit. Vel potius ab eo fugit eum mentem eius ſapientia Dei deſeruit, vt totus eſſet, & plenè diaboli, q̃ deſertio dr̃ fuga ꝑ celeritatẽ. Vnde dñs ei dixit. Quod facis,i. facere diſponis,citius fac, i. facies. Et ſicut Dauid pacem exhibuit iniquo filio Abſalõ, qui ꝑcepit populo,dũ iret ad bellũ ſeruare puerum Abſalõ,eoq́; mortuo,dixit. Quis det mihi vt moriar pro te,fili mi Abſalon? Ita Chriſtus Iudæ proditori, vt in cõuiuio, & in oſculo,& in alijs,propter quod benè dicitur Abſalon quod patris pax in- B terpretatur, abba enim pater, ſalẽ pax dicitur. Inde Abſalon quaſi abbaſalẽ dicitur. Et ſicut Abſalon, ita & Iudas ſuſpenſus interijt, quo mortuo, Chriſtus regnauit in pace, quia in gloria reſurrexit. Hoc ergo intelligẽs Eſdras.ſ.in illo facto ſignificari myſterium Chriſti paſſionis, & reſurrectionis de quibus agit Pſalm. tituli verba poſuit de hiſtoria. Quod idem Dauid per Spiritum ſanctum intelligens in primis ſerie verbis alluſit hiſtoriæ. Et tunc ſenſus tituli talis eſt. Pſal. Iſte attribuitur Dauid,ideſt, Chriſto qui loquitur hoc Pſ. dico agẽs C de eo q̃ figuratum eſt, *Cum fugeret à facie Abſalon filij ſui*, id eſt,de paſſione & reſurrectione Chriſti,quę in illa hiſtoria figurata ſunt. Sunt enim ſex Pſal. qui latè tractant de paſſione, & reſurrectione Chriſti. Primus, Domine quid multiplicati ſunt. Secundus Deus Deus reſpice in me. Tertius, Iudica me Deus. Quartus, Exaudi Deus orationem meã cum deprecor. Quintus, Saluum me fac Deus. Sextus, Deus laudem meam. Ex prædictis ergo apparet,q̃ duplex eſt ſenſus literalis iſtius Pſalmi. Primus hiſtorialis,ſecundus autẽ ſignificatus per hi- D ſtoriam, ideo agendum eſt primò de primo, & ſecundo de ſecundo. Quantum ad primum ſenſum diuide, & dic vt Nicolaus de Ly. Quantum verò ad intellectum principalem Pſal. qui eſt de Chriſti perſecutione,morte & reſurrectione, iſte diuiditur in tres partes,quia primò ponit multitudinem perſecutorũ Chriſti,& malitiam,ſecundò perſecuti Chriſti reſpirationem, & victoriam, ibi. *Ego dormiui.* tertiò perſecutorum Chriſti ex-terminationem, & miſeriam, ibi. *Quoniam tu percuſſiſti*,&c. Prima pars diuiditur in tres,quia ponitur primò inimicorum Chriſti rebellans contumacia, ſecundò patientis deuota confidentia, ibi. *Tu autem, domine ſuſceptor meus es.* tertiò orationis Chriſti impetrata efficacia,ibi, *Voce mea.* Quantum ad primũ, Chriſtus videns perſecutorum ſuorum multitudinem, in vocem querelæ cauſam ſuam patri exponit,dicens, *Domine, quid multiplicati ſunt, qui tribulãt me?* &c. ideſt,quare,quid feci q̃ tot mihi aduerſentur? præuidebat.n. Chriſtus ex omni genere hominum contra ſe inſurgere,vt ipſum morti traderent,multaſq́; tribulationes ſibi inferendas, & in omni ſui parte corporis Pagella ſe recepturum. Et hanc vniuerſalitatem paſſionis per multiplicationem tribulantium exprimit. Vbi nota, q̃ tribulantes Chriſtum in ſua paſſione verè multiplicabantur,ſi conſideres vniuerſalitatem ſuæ paſſionis,ex tribus,ſcilicet,ex parte illorum,à quibus tribulatus eſt, & ex parte rerũ, in quibus tribulatus eſt, & ex parte mẽbrorum, in quibus paſſus,& tribulatus eſt,verè à multis,ſcilicet, à gentibus, & Iudæis,à maſculis,& fœminis,vt puta ab ancillis accuſantibus Petrum, à principibus & miniſtris, à regibus, & ſubditis, à familiaribus, & notis. Vt patet de Iuda ipſum prodente, & Petro negante, à ſtantibus & tranſeuntibus, quia ſtabant principes ſacerdotum conſtanter accuſantes eum, & prætereuntes blaſphemabant eum, &c. Non ſolum aũt ſic multiplicati ſunt tribulantes Chriſtum, ſed & tribulationes, quia in omnibus rebus,in quibus quis põt tribulari, paſſus fuit Chriſtus. Nam paſſus eſt in amicis, & Apoſtolis eũ deſerentibus Matth. 25. oẽs relicto eo, fugerũt. Paſſus eſt in ſuis parentibus, vt videndo matris anguſtiã quã gladius pertranſiuit doloris. Paſſus eſt in fama,quia blaſphemabant eũ. Paſſus eſt in honore gloriæ, quia irridebãt eũ,dicentes, Aue, rex Iudęorũ. Et Herodes ſpreuit eum cum exercitu ſuo,& dederunt arundinem in manu eius. Paſſus eſt in rebus ſuis,quia omnibus ſuis veſtibus fuit ſpoliatus. Paſſus eſt in mente ꝑ timorem mortis naturalẽ, d. Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortẽ. Paſſus eſt in cor-

In paſſione Chriſtum multi fuerunt perſecuti.

Matth. 25.

pore per flagella, quia tūc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit eum, &c. vlterius cōsidera membra sui corporis, in quibus fuit passus. Nam passus est in capite per coronam spineam, passus in manibus & pedibus per clauorum vulnera, quia foderunt manus meas, & pedes meos: passus est in facie p alapas, & sputa, passus est in collo per colaphos: In lingua per vinum myrrhatum felle mixtum, & acetum. Passus est in toto corpore q̄ nudus pendebat in cruce, sic quod à planta pedis vsq; ad verticem non erat in eo sanitas. Vlterius et fuit passus per omnes corporis sensus. Per visum, quia F velauerunt faciem eius. Per tactū, quia flagellauerunt eum. Per auditum, quia multa blasphemantes dicebant in eum. Per gustum, quia felle & aceto potatus. Per odoratum, quia crucifixus in loco Caluariæ, qui erat locus fœtoris propter corpora ibidem damnatorum. Quibus omnibus consideratis, non immeritò multiplicationem tribulantium ac tribulationum suæ passionis exprimit Christus. d. patri. *Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me*, &c. q. d. secundum gl. vt quid isti taliter tribulant me. q. mirū est, quia nihil mali ab eis promerui. G *Et multi insurgunt aduersum me*. Et hoc refertur ad falsos testes, de quibus psal. *Psal. 26.* Insurrexerunt in me testes iniqui, &c. Et istorum omnium persecutorum fine caosa ostēdit Christus multiplicationē. d. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. *Psal. 77.* qui oderūt me gratis, id est, sine causa. Et aggrauatur talis persecutio, q̄a intendebant per hoc ipsum ad desperationem inducere. Et hoc est, q̄ subditur.

22 *26. q. 1. agnouimus.*

Multi dicunt animę meæ, non est salus ipsi in Deo eius,

Scilicet ille, qui Deum suum dicit, quia facit se filium Dei, non saluat eum de manibus nostris, vnde Matth. 27. *Matth. 27.* d. confidit in Deo, liberet eum nunc si vult. dixit enim filius Dei sum. q. d. Deus non saluabit eum, quia peccator est, dicente Psal. Longè à peccatoribus salus. Non enim aduertebant, q̄ Deus pater erat tūc cum Christo operans nostram salutem, Abac. 3. *Abac. 3.* Egressus es in salutem populi tui cum Christo tuo.

E 23 *Ioan. 1. 3. ad mens ā.*

Tu autem, d̄ne susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.

Ponitur hic Christi patientis deuota confidentia. Illi enim insultā es dicunt, *non est salus illi in Deo eius*. Sed ostēdit eos dicere falsum, ostēdens q̄ in Deo erat salus eius, & confidētia, quia Deus susceperat eum in suam protectionem. Vnde dicit, *Tu aūt domine susceptor meus es*. Loquitur. n. hic Christus patri vt homo, & orator. Loquitur patri vt medico, vel aduocato, aut iudici, nam medicus suscipit ægrum in suam curam, vt sanet, aduocatus reum vt defendat, iudex, vt parcat. Sic à simili dicit Christus patri, *Tu aūt domine susceptor meus es*. Quomodo aūt Christus susceptus est à Deo, notādum, q̄ tunc Deus Christum suscepit, q̄n verbum caro factum est, quia tūc persona verbi suscepit naturam humanam, non persona personam, nō natura naturam, non natura personam, vt clarè deducit Magist. Et de ista susceptione *Magister li. 3. dist. 5.* loquitur Christus patri. d. Psal 62. Adhæsit anima mea post te me suscepit dextera tua, quid. n. per dexteram, qua operamur, nisi filius intelligitur, per quem omnia Deus operatur Io. 1. Quæ per ipsum facta sunt, dicit ergo Christus, Adhæsit anima mea post te. s. non deficiendo in tāta passione, sed voluntatem tuā adimplendo, ratio, quia me suscepit dextera tua. i. filius tuus. Ex qua susceptione anima Christi fuit impeccabilis, fuit gloriosa, fuit per gratiarum plenitudinē super omnes exaltata, Et omnia ista hic notat Christus. d. *Tu autem domine susceptor meus es*, quia ad vnionem hypostaticam me suscepit dextera tua *gloria mea*, quia gloriosum me fecisti, *exaltās caput meum*. i. mentem meam super omnes alios per gratiam. H

Suscipere. Incarnatio Dextera.

24

Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Hic ponitur orationis Christi efficacia. Vbi notandum q̄ duplex est clamor. s. vocis corporalis, & sic Christus clamās voce magna expirauit. Et clamor vocis cordis, & sic oīs orās deuotè, voce cordis clamat ad Deū. Sic. n. Moyses tacens orando clamabat ad dominum. *Clamor duplex.*

Dixit

Exod. 14. *Oratio.* *Matth. 6.*

Dixit dñs Moysi, quid clamas ad me de terra.cũ.n.Deus sit spiritus,magis attẽdit ad clamorem spiritus.s.cordis quam corporis. Vnde Be.sup illo verbo Matt. Pater noster,&c. dicit vt corde clamandum sibi in oratione nouerit homo inter primordia suæ orationis, ipsum quẽ orat patrem in cęlis esse protinus admo netur,quo videlicet impetu quodam spiritus illic sibi inclamandum esse sibi meminerit orationẽ. Spiritus.n.est Deus, ideo in spiritu clamare oportet,quisquis ad eũ puenire desiderat. Isto cordis clamore clamauit Susanna,dum duceretur ad mortẽ,& exaudita est. Isto igitur clamore cordis clamauit Christus ad patrẽ orando & exauditus est pp quod dicit. *Voce mea ad dominum clamaui*. Et ideo exauditus fuit à patre, qui non faciem corporis aspicit,sed mentis, de quo clamore ait Apostolus,Quod cum clamore valido, & lachrymis, offerens,s. seipsum exauditus est pro sua reuerẽtia.omnis.n.Christi orõ exaudita fuit,vt ostendit magister. *Et exaudiuit me de monte sancto*.i.de me, quia sum sanctus mons in quo ipse Deus habitat, de quo dr. Et erit in nouissimis diebus pparatus mõs domus dñi, &c. Vis ne videre quõ fuit exauditus: de mõte sancto suo? quid.n. clamabat Christus orando,nisi vt ab inimicis eriperetur: Exaudi Deus,orationem meam cum deprecor à timore inimici mei, &c. Sed fuit exauditus, quando statim post mortem resurrexit immortalis. Et hoc est quod sequitur.

Susanna. *Clamor Christi.* *Heb. 5.* *Esa. 2.* *Psal. 53.*

Ego dormiui, & soporatus sum: & exurrexi,quia dominus suscepit me. 25

Mag. li. 3. dist. 17.

VBi ponitur Christi contra persecutores victoria per resurrectionem facta. Vbi notãdum q per dormitionẽ, in qua oẽs sensus corporis à labore quiescũt significatur mors corporis, per quã labores corporis cessãt,sic.n.de Lazaro iã mortuo dicit Christus, Lazarus dormit. Per soporẽ verò intelligit sepulturã, nam sm Catholicũ, sopor dr quies suauis, quæ dormitionẽ sequitur, & sic per dormitionẽ mortis sequitur sepultura tanquam locus quietis suauis. De istã ergo dormitione mortis & sopore sepulturæ dicit Christus, *Ego dormiui*.i. fui mortuus, *& soporatus sum*, i. sepultus. Et notat glo. q hic ly *ego*, cum põdere pronunciandum est, q.d. Ego, qui tantus sum dormiui. s. sponte mortem suscepi, & fui sepultus. Sed vide, in quo fuit exauditus, quia de manibus persequẽtium liberatus immortalis surrexit, ideo sequitur. *Et exurrexi, quia dominus suscepit me*. Sed circa istam materiã resurrectionis Christi quærunt aliqui, cũ Christi resurrectio figura, & exemplum sit nostræ resurrectionis,quare ergo statim post mortem ipse surrexit, nostram aũt resurrectionem differt vsq; in finẽ? Ad hoc tres assignãtur rationes. s. Propter meritorum multiplicationẽ. Propter suffragiorum exhibitionẽ.Propter hęreticorum extirpationem,Ex hoc infert q non debemus timere persecutores corporis,sed sperare in Deo qui protector est omnium sperantium in se. Vnde loquens in persona suorum membrorum & fidelium dicit.

Dormire. *Mors.* *Resurrectio.*

Non timebo millia populi circundantis me: exurge, domine, saluum me fac, Deus meus. 26

2.q. 1. non tur.

SEd sperare debet ecclesia in Deo, & eius postulare auxilium. d. *Exurge, saluum me fac*,&c. Sed qualiter Deus dr̃ exurgere, qui nũquam dormit? Ad hoc rñdet glo. q mos est scripturæ illa Deo attribuere,quæ ipsa facit in nobis.Sic.n. dicit Deum cognoscere, qñ nos cognoscere facit,sic.n.dixit Abrahæ,Nunc cognoui,q timeas Deum,i.alios cognoscere fecit, & in proposito exurgere nostrũ tribuimus Deo. d. *Exurge domine*, &c.i. fac me resurgere à mortuis,qmagis aperit subdens, *saluum me fac Deus meus*.

Gen. 22. 27 *12.q.2. fraternitas.*

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa,dentes peccatorum contriuisti. 27

POnitur hic persecutorum Christi exterminatio. Vbi notandum q per dentes,qui habent terrere cibum,significantur crudeles persecutores Christi,& bonorum,qui bonos vt dentes verbis lacerant, & persecutionibus terunt. Vt ostendit Gregorius.d. Ille antiquus hostis contra ecclesiam dentibus fremit,

Dẽtes persecuto. *Gregor. 23. mor. c. 6.*

eamque terribilibus oculis intuetur, qa per alios crudelia exercet, & per alios, quę exerceat, prouidet. Dentes uanque huius hostis sunt bonorũ persecutores, atq; carnificæ qui eius membra lacerãt, dum electos illius suis persecutionibus affligunt &c. Sed hi dentes contriti sunt, quia omnes Christi persecutores ad nihilum redacti fuerunt. Vt Iudas qui laqueo se suspendit, Pilatus in vindictam mortis Christi fuit per Imperatorem in exilium missus. Hærodes vermibus consumptus, subito expirauit. Principes sacerdotum, & scribæ gentem & locum pdiderunt. Totus Iudæorum populus per Titum, & Vespasianum occisus & captiuatus, & templum destructum. Ciuitas Hierusalẽ ad solum redacta. Benè ergo dicit Christus. *Quoniã tu percussisti &c.* Et aduerte ꝙ hic ly quoniam, non refertur ad præcedentia, quia tunc esset sensus, ideo ego dormiui, & exurrexi, quia tu percussisti &c. quod esset falsum, sed magis refertur ad futura, vt sit sensus, *dentes peccatorum contriuisti*, ratio quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa.

28 *Domini est salus & super populum tuum benedictio tua.*

Psal. 25. HIc concludit ex prędictis ꝙ solum Deum timere debemus, & diligere, quia solus salutem contra persecutores dare potest, propter quod dicitur, Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? &c. Ipsum solum debemus diligere, quia diligentibus se gloriã confert, quę per benedictionem significatur, ideo dicit, & *super populum tuum benedictio tua.*

PSAL. IV.

29 *CVm inuocarem, exaudiuit me, Deus iustitiæ meæ in tribulatione dilatasti mihi.*

TITVLVS istius psal. est iste. *In finem psal. cantici Dauid*, vbi sciẽdum, ꝙ finis duobus modis accipitur, scilicet pro consumptione & pro consummatione. s. quando aliquid deficit, vt cum di- *Finis.*

E citur, candela finita est, vel finis est pecuniæ nostræ. Velqñ aliquid ad esse completum, & perfectum ducitur, vt dicitur finitus est liber, vel hic est finis libri, vel finita est domus. Quandocunq; autem finis ponitur in titulis ps. finis accipitur pro consummatione & perfectione. Et quia Christus est cõsummatio & perfectio omnium fideliũ, in quem, vt in finẽ debemus tẽdere, qui de seipso dicit. Ego sum Alpha, & Omega, principiũ & finis. *Apoc. 1.* Item notandum propter hoc ꝙ dicitur in titulo, in finem psal. cantici Dauid, ꝙ in titulis psal. qñque ponitur psal. tm, *Psalmus canticum.*

F quandoq; canticum tantum, quandoq; vtrumque, & tunc diuersimode, quia qñque præcedit psal. sequitur canticum, quandoq; econtra, & horum ratio est, qm vt ait magister in glo. quod psal. cantabantur ante arcam dñi in tabernaculo, aliquando solo instrumento sine voce, aliqñ econuerso, aliquando vtroque modo, & tunc diuersimodè, quia qñque præcedebat instrumentum & vox chori sequebatur, quandoque econuerso &c. quod non sine magno agebatur mysterio. Nam psal. significat bonam operationem pp psalterium decem chordarũ. *Psal. dicitur bonus operat. o.*

G Cãticum significat exultationẽ de ęternis. vnde psal. qñque agit solum de bona operatione, & tunc dicitur psal. quandoque solum de lætitia æternorum, & tunc dicitur canticum, quandoque de vtroque, & si præcedit bona operatio, dicitur psal. cãticũ, si aũt præcedit exultatio, dicitur cantici psal. Quia igitur in isto psal. prius agitur de lætitia sibi in tribulatione data, post verò de bona operatione, ideo dicitur psal. cantici, Ex quibus apparet sensus tituli. Item notãdum ꝙ iste psal. fundatur super historiã quæ habetur 1. Reg. 2. quod quandoque

H Saul persequebatur Dauid, Dauid confugerat ad locum, qui dicebatur petra, ad quem venit Saul cum exercitu suo, & sic circundabat locum vbi erat Dauid cum viris suis quasi in modum coronæ, quod tunc Dauid desperauit posse euadere manus Saul. Et cùm oraret dominum vt ipsum liberaret, subito venit nuncius ad Saul. d. festina, & veni, quoniam infuderunt se Philistæi super terram. Et tunc compulsus fuit Saul cum exercitu suo dimittere obsessionem *Petra vbi Dauid fuit obsessus à Saule.*

Dauid

David. Et sic David qui prius in anxietate arctatus erat, recepit dilatationē: quia poterat inde ad libitum recedere. Et pro gratiarum actione fecit istū psal. d. *Cum inuocarem, &c. in tribulatione dilatasti mihi.* Exponēdo ergo istum psalmū primò applicabo ipsum ad historiā. Secundò ponam intellectum psal. Quantum ad primū dic vt Nic. de ly. Quantū ad intellectum psal. sciendum quod intentio psal. est nos abducere à vanis, & temporalib. & in finem Christum dirigere. Et secundum hoc iste psal. diuidit in tres partes, quia David primò vanos arguēdo incepat, secūdò Christū laudando prdicat: ibi, Et scitote. Tertiò sanctos ad pœnitentiā prouocat: ibi. Sacrificate. Quantum ad primum sciendum, quod mali non possunt benè corrigi sine auxilio diuino, ideo antequā arguat malos, primò diuinum quærit auxiliū. Secūdò suum sequitur propositum, ibi, filij hominū. Et quia recognitio beneficiorum fiduciā aliam impetrādi præstat, ideo primò diuinū recognoscit auxilium præteritum. Secūdò quærit futurū, ibi. *Miserere mei.* Quantum ad primū recognoscēs Dei beneficia. d. *cum inuocarem.* Cum. n. in tribulatione Saulis esset positus, inuocauit Deū & liberatus fuit: & nō solū liberatus fuit, sed in corde dilatatus; quia secūdum multitudinē tribulationū Deus in se confidentibus dat multitudinem consolationū, iuxta illud Psal. Secūdum multitudinē dolorum meorum in corde meo, &c. Per tribulationes. n. cor cōstringitur. Per lætitiam, & cōsolationem dilatatur. Hāc aūtē dilatationē cordis maximè facit charitas, quæ patit gaudiū de pura cōscientia: de qua dicit Apost. Gaudemus in tribulatione, scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia probationem: probatio verò spē: spes verò non cōfundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris: hęc dilatationē cordis generat, angustias pellit: hac viri sancti recreātur, & si extra affligātur, hac qui carent, in visceribus angustiātur, hac ergò charitate in suis tribulationibus David cōsolatus. d. *Cum inuocarem te, exaudisti me, Deus iustitię meæ,* i. dator iustitiæ, *in tribulatione dilatasti mihi,* i. dedisti mihi charitatē cōsolantem interius: qua corde gaudio dilatatur, & fortificatur ad mandata Dei perficiēda. Psal. Viam mādatorū tuorum cucurri: cū dilatasti cor meū.

Psal. 93. Rom. 5. Psal. 118.

Miserere mei: & exaudi orationem meam. 30

Consequenter diuinum quærit subsidium. d. *Miserere mei,* &c. q. d. Misertus es mei, in tribulatione dilatando mihi. Adhuc iterū miserere, vt fructuosè vanos valeam arguere, s. dādo mihi lumen tuæ sapientiæ, & vanis timorem. Eccles. 36. Miserere nostri, Deus omniū &. r. u. & ostende nobis lucem. m. i. & immitte timorem, &c.

Eccle. 36.

Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mendacium? 31

12. q. 1. omnis ætas.

Inuocato hic Dei auxilio, procedit ad malorū increpationem. d. *Filij hominum, &c.* Hic primò notandū q homo proprie solum dr virtuosus viens ratione, cum homo sit animal rōnale: & ideo mali propriè hōies non dicuntur: sed bestię. Psal. Homo, cū in honore esset, &c. Et sic nota, quod aliqui sunt hōies: sed non filij hoīum, vt & boni filij malorū: aliqui sunt hōies, & filij hominū, vt boni filij iustorū, sicut Isaac, & Iacob: Aliqui filij hoīum, sed nō hoīes, vt mali filij Iustorū, sicut Esau: Aliqui homines, sed nō filij hoīum, vt boni filij malorū. Aliqui filij hoīs, & non hominum, vt habentes vnum solū parentem, vel vnū solum bonum, & sic singulariter Christus dr filius hoīs: qa solū vnū habuit parentē, quo ad humanitatē bonum, s. matrē. Ex qbus apparet quare Iudæos, quos increpabat, David vocat filios hoīum, & nō hoīs, quia ipsi mali erāt ex bonis parentibus orti, s. ex Abrahā, Isaac, &c. Itē nota q triplex est grauitas, s. gratiæ, pœnæ, & culpæ. De grauitate pœnæ dr Eccles. 40. Graue iugū sup filios Adā à die exitus de vētre matris eorū vsq; in diem sepulturę. De grauitate gratię q animā grauē, & stabilē facit, dr Exo. 17. Quòd manus Moysi erāt graues, i. in bono stabiles. De grauitate culpæ dr, Vę genti peccatrici, populo graui iniqtate. Et meritò peccatū grauitas quædam dr, quia, sicut

Psal. 48. Esa. 1.

cut graue naturaliter descendit deorsum, sic peccatum deorsum animam trahit ad infernum. Vnde in persona peccatoris dr. Factus sum mihimetipsi grauis: cur non tollis peccatum meum? Itē nota, q̧ vanitas dr esse, q̧ verum, & fixum esse non habet: & talia sunt omnia tēporalia, vnde Ecclesiast. 1. Vidi cuncta, q̄ sunt sub sole: & ecce omnia vanitas. Similiter mendacium dūr, quia veritate carent, prętendentes beatos facere suos possessores, quos tñ miseros faciūt. Vnde sperantes in temporalibus, finaliter cum se deceptos cognoscunt, dīūt illud Esa. 28. Posuimus mendacio spem nostram & mendacio protecti sumus. Tales ergo reprehendens Psal. ait. *Filij hominum*: quia, scilicet, ex hominibus & bonis nati, mali estis. *Vsquequo graui corde*, id est, vsquequo peccati grauitatem tenebitis in corde, & voluntate, scilicet, amando temporalia. *Vt quid*, id est, quare diligitis temporalia, quę vanitas sunt & mendaciū? quia deficiunt, & decipiūt.

Iob 7.

Vanitas.

32 *Scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum.*

HIc consequenter laudādo Christū prædicat vt in ipso spem suam ponant, tum pp suam dignitatem quia mirificauit dñs sanctum suum: tum pp nostram vtilitatem: quia exaudit sperātes in eum. ideo, *Dominus exaudiet me*, &c. q.d. Ita & vos exaudiet: si spe clamaueritis ad illum. Et nota q̧ per ly, *Dominus Deus*, pater intelligitur: quia dñs est nomen potestatis: & potentia patri attribuitur, per ly *Sanctus* verò intelligitur Christus. de quo dr Daniel 9. Vngatur sanctus sanctorum, & finem accipiat peccatum. *Dominus* ergo *mirificauit sanctum suum*, idest, Deus pater mirabilem Christum ostendit per miracula multa incarnationis, vitæ, prædicationis, passionis, mortis, resurrectionis, ascensionis, & Spiritussancti missionis. Sed quia quis plus mirificatur, idest, mirandus efficitur per misericordiam, quam per aliquid aliud, iuxta illud orationis. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserando manifestas, &c. Ideo ostendit q̧ Christus maximè in operibus misericor-

De consecr. dist. 2. Iteratur.

Dominus.

Pater.

Deus.

Misericordia.

E diæ, scilicet, exaudiendo peccatores, fuit mirificatus, pp quod. d. *Mirificauit*, &c. Et maximè in operibus misericordiæ, *Quia dominus*, ipse Christus *exaudiet me*, &c. & consequenter ostendit modū, quo clamare debemus ad eum, si ab ipso exaudiri cupimus, scilicet, vt à peccatis caueamus, quia peccatores Deus nō exaudiet. Et hoc est quod dicit.

Ioan. 9.

33 *Irascimini, & nolite peccare: quę dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.*

F VBi nota, q̧ de duplici ira hic versus intelligitur, s. de ira subita, quæ est quidam primus motus, qui non est in potestate nostra: sed ei non consentire, ipsam perducēdo ad effectum, est in potestate nostra, & de ista dicit, *Irascimini*, id est, si cōtingat primus iræ motus, nolite peccare, scilicet, cōsentiendo, & ad effectum perducēdo. Et hoc idem docet Apostolus. d. Irascimini, & nolite peccare: & modum adiungit. d. Sol non occidat super iracundiam vestram. Secundò intelligitur de ira deliberata, qua quis irascitur peccatis, qñ, scilicet, peccata di-

G splicent sibi. Sic enim etiam Deus irascitur nō hominibus sed peccatis, & vitijs. de pęnité. dist. 1. quamobrem consilium meum, sic ergo & vos irascimini peccatis, & amplius nolite peccare. Et ad istū sensum aptatur sequens litera. d. *Quæ dicitis in cordibus vestris*, &c. Vbi nota q̧ per cubicula intelliguntur corpora nostra, in quibus anima requiescit, vt in cubiculo corpus. Sic.n.dr. Tu autem, cum oraueris, intra in cubiculum tuum, &c. quia deuotè orans seipsum infra corpus suū claudere debet, vt nihil de exterioribus cogitet. *In cubilibus ergo vestris compungimini*, id est, corpora uestra compūgite, & affligite. *Quæ dicitis in cordibus vestris*, id est, de illis peccatis, quæ in corde

H vestro versantur. Et de hac compunctione pęnitentiæ sequitur.

De penitē. dist. 2. tousuram.

Ira.

Ephe. 4.

Cubile.

Matth. 8.

34 *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino, multi dicunt, quis ostendit nobis bona?*

HIc enim Psal. cunctos ad agendam pęnitētiam prouocat. Vbi nota q̧ iustitia, quæ reddit vnicuiq; quod suum est,

Iustitia.

est, exigit, vt alienum restituatur quantum est possibile, homo aūt peccando aufert à Deo honorem debitum. Exigit iustitia, vt Deo ablatum honorē restituat, hoc aūt facit puniendo peccatum, ꝙ cōtra Deum cōmisit: quia tm̄ honoris inducit peccati punitio, quantum abstulit ipsum peccatum, & ideo punitio peccati vel ipsa pœnitentia dr̄ sacrificium iustitiæ: in quo. s. peccator iuste commissa peccata puniendo, seipsū sacrificat Deo. Et hoc est quod hic. d. glo. *Sacrificate sacrificium iustitia &c.* q. d. Offerte Deo nō animalia bruta, quibus non delectatur Deus, sed sacrificium iustitiæ, ꝙ est, spiritus contribulatus: vt se puniens homo per pœnitentiam mactet se Deo: qa sacrificiū Deo spiritus cōtribulatus &c. quod benè dr̄ sacrificium iustitiæ. Quid enim iustius, quam ꝙ quisq; suis peccatis irascatur potius q̄ alienis: & se puniēs per pœnitentiam satisfaciendo seipsum offerat Deo: Et per tale sacrificium sperantur bona æterna, quæ hic non recipiuntur. Sed quia pauci sunt, qui diligāt illa æterna bona, quę non vīr, quæ tm̄ sola diligenda sunt: quia cęteris solum ad necessitatem vtendum est, & non ibi finis ponendus, ideo subdit. d. *Multi dicūt, quis ostendit nobis bona.* s. ista æterna, quę dicitis sola diligenda. q. d. Quis nouit, si talia bona æterna sunt? qs nouit, si post hanc vitam boni pręmiantur, & puniantur mali? Quis enim ab inferis venit, vt ista nobis annunciet? q. d. nullus est, qui nobis talia bona ostēdere possit. Et isto modo de istis bonis æternis dubitabant: Immo potius illa esse negabant illi q. d. Non est refrigerium in fine hominis, & nō est, qui agnitus, sit reuersus ab inferis.

Punitio sacrificatio. *Sacrificiū.* *Nota.* *Bona.* *Sapien. 2.*

35 *Signatū est super nos lumē vultus tui, domine: dedisti lętitiā in corde meo.*

Hic consequēter prædictæ quæstioni rñdet. Et tria facit, qa primò. d. quis talia bona nobis ostendit? Secundò quis talia bona nobis abscōdit? ibi. *A fructu.* Tertiò quòd in talibus mēs perfectè requiescit, ibi. *In pace.* Quantum ad primum ostendens qualiter æterna bona possumus cognoscere. d. *Signatū est, &c.* Vbi nota, ꝙ per vultum Dei intelligitur ratio, per quam rationales à brutis animalibus distamus. Tum quia sicut per vultum quis cognoscitur, ita per speculum rationis cognoscitur Deus. Et sicut per vultum vnus alteri maximè assimilatur, ita & nos per rationem Deo similes sumus: vnde dr̄. Fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, & hoc per ipsam rationem, hæc aūt ratio ꝑ peccatum in nobis obscuratur per ꝙ homo dissimilis Deo efficitur, de peccatoribus dicit Psal. 34. Dn̄e, quis similis tibi? sed ista ratio per peccatum obscurata, ꝑ gratiam illuminatur, vt homo, s. cognoscat, quid quærendū, quid vitandum sit, Psal. 88. Dn̄e in lumine vultus tui ambulabunt. Est ergo vultus Dei ratio nobis impressa, lumen aūt huius rationis est gratia. Qn̄ ergo illi quærunt. *Quis ostēdit nobis bona?* Rñdendum, ꝙ ratio per gratiam illuminata talia bona cognoscere pōt, & hanc in se hn̄t, qui seipsos sacrificāt Deo sacrificium iustitiæ. Et hoc est, ꝙ dicit, *Signatum est super nos,* &c. Vel secundum aliam expositionem magis mysticam, quam literalem. Lumen vultus Dei dr̄ ipsa crux benedicta, cuius lumine signati sumus interius, & exterius, s. in fronte cordis, & corporis, quod est signū regis nostri. Vt sicut denarius signo regis signatur, ita & fidelibus signū summi regis. s. crux imprimitur, quæ verum lumen dr̄, quia virtute sacramenti crucis vera bona non solum ostendūtur nobis, verum ēt & cōceduntur, ideo subdir. *Dedisti lætitiam in corde meo,* s. lętitiā spiritualem, non foris in vanis, sed intus in corde, vbi habitat Deus, vbi quærenda est lætitia, quia intus sunt vera, & certa bona, quæ mali videre non pn̄t amore temporalium excæcati, ideo subdit.

Gen. 5. *Vultus ratio.* *Crux.*

36 *A fructu frumenti, vini, & olei sui, multiplicati sunt.*

Hic enim ostendit, quid æternorum bonorum cognitionem tollit à nobis, s. amor temporalium. q. d. quare mali talia bona non cognoscunt? Rn̄det, qa in temporalibus delectantur, & hoc est. *A fructu frumenti, &c.* Per ista tria, s. frumentum, vinum, & oleum, vsibus humanis magis necessaria intelligit oīa temporalia. A talibus. n. mali multiplicant. i. multiplicib. curis implicant, per quas distracti bona, vera non sinuntur videre.

de pęn. dis. 3. quid ergo

37 *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.*

HIc consequenter ostendit, in quo nostram fidem debemus ponere, quia.s.non in tẽporalibus,quę decipiũt, & deficiunt : sed solum in Deo, qui nec deficere nec decipere põt,d.*In pace in idipsum*, s.in ipsum Deum incommutabilẽ *dormiam & requiescam* : dormiam, s. ab omni strepitu mundi securus : *Et requiescam*, fruendo vita beata. Et hanc gratiã sibi à Deo datam recognoscit. d.

38 *Quoniam tu, domine, singulariter in spe constituisti me.*

PSAL. V.

39 *VErba mea auribus percipe domine : intellige clamorem meum.*

De consec. dist.5. non mediocriter.

TItvlvs huius psalmi est iste secundum magistrũ. *In finem pro ea,qua consequitur hareditatẽ psalmus Dauid.* Vbi notandum,ꝙ iste psalmus fundatur super historiam, quæ habetur Genesis 21. vbi legitur ꝙ Abraham habuit duos filios,vnum de ancilla Agar,s.Hismaelẽ, & alterum de libera,s.Sarra,idest Isaac. Hismael verò maior natu ꝑsequebatur Isaac, dum luderet cum eo : intelligens igitur Sarra ludum Hismaelis esse persecutionem Isaac, dixit viro suo . Eijce ancillam,& filium eius de domo, & eiecta est cum filio suo, & sit libera cum filio obtinuit hæreditatem . Ad hanc historiam respicit iste titulus , cui ẽt quædam verba Psal. alludunt. verum nõ de historia , sed de significato historiæ agitur in hoc psalmo. Libera.n.Sarra, quæ non secũdum naturam , sed per gratiam Dei peperit, ecclesiã Dei significat quæ filios spirituales Deo generat, non carne, sed spiritu & gratia Dei. Ancilla aũt significat synagogam,quę pro temporalibus seruit,& totum corpus malorum q̃ fęcundi , & terrenis abundantes persequuntur ecclesiam, & filios eius tormentis,& illusionib. quæ iñ consequitur hęreditatem æternam.illis exclusis. Et tũc est sensus tituli iste:Psal. iste dirigẽs nos in finẽ.s.in Christum,est pro ea libera.s.

Isaac.
Hismael.
Libera.
Ancilla.

E Sarra honorãda. s. de ecclesia libera per Sarram significata,quæ consequitur hęreditatẽ æternam à qua æmula eius.s. synagoga excluditur . vnde sequitur quæ consequitur hæreditatem . intentio aũt istius psal. est spe confortare fideles de æterna hæreditate hñda . His præmissis accedo ad diuisionem psal. qui diuiditur in tres partes . Quare Psalmista loquẽs in persona ecclesiæ , primò petit hæreditatẽ gloriæ sibi dari.secundò petit cõtra hostes auxilium gratiæ præstari.ibi.Dñe deduc me &c. Tertiò ostendit finaliter bonos gloriari , & malos cruciari : ibi,

F *Lætẽtur omnes qui sperant*.Prima in tres, quia primò orando hæreditatem dandã sibi petit. Secundò ad hoc rõnem adducit : ibi , *Intende voci orationis meæ*. Tertiò ab hoc malos vel synagogã excludit: ibi. *Neq; habitabit iuxta te malignus*. Primò ergo orando, petit hæreditatem sibi dari,& exaudiri.d. *Verba mea aurib. &c.* Et vide ꝙ iste orando duo facit , & duo petit. Duo.n.facit, quia verba loquitur & clamat.& quærit verba auribus percipi.& clamorem intelligi. verba pertinẽt ad os,sed clamor ad cor.vnde dicit, *verba auribus percipe & clamorem intellige.*

G Nota ergo ꝙ auris Dei non est corporale instrm̃ , sed est eius gratia qua nostris votis annuit, Sic.n.aures Dei pro exauditione orationis accipiebat Salomõ. d. Deus sint aures tuæ intentæ super orationẽ,quæ fit in loco isto, & Ps. Inclina aurem tuam & exaudi me , consimiliter intelligere Dei, est nostram orationem considerando exaudire. Sic.n.intelligere ꝓ exaudire, siue subuenire accipitur. Beatus vir qui intelligit super egenũ & pauperẽ.sic ergo ĩ oratione dẽt esse clamor cordis : debẽt esse verba oris,& verba percipit Deus, & clamorẽ intelligit

H exaudiẽdo.sed hic cadit dubiũ, nunqd̃ sufficit orãdo clamare corde sine verbis? Rñsio ꝙ duplex est oratio quædã ex institutione Christi, vel ecclesiæ certã habens formã verborum,quædã verò nullam certa habens formam: de prima dico, ꝙ si quis ad illam obligatur, ꝙ orationem verbis exprimere oportet,vt puta,cũ quis absoluit alium nõ sufficit corde dicere,dñs te absoluat,&c. sed oportet ꝙ orationem verbis formatis exprimat,sic & de officium dicendo . De oratione

Auris. 2.
Par.8.
Psalm. 40.
Quæstio.
Respon.
Vox.

tionē autem quæ certam formam instituta non habet, non obligato sufficit orare corde.

40 *Intende voci orationis meæ rex meus & Deus meus.*

HIc adducit rationē quare à Deo debet exaudiri, vbi notā ꝙ oratio nē tria exaudiri faciunt. s. humilitas, simplicitas, & assiduitas. Et secundum hoc rationes adducit. s. suam humilitatem in principio. Secundò suam fidelitatē, ibi. *Quoniam ad te orabo domine.* Suam assiduitatem, ibi. *Mane astabo tibi.* Primò ergo assignat rōnem suæ humilitatis. d. Intende, &c. Humilitas. n. orationē facit exaudiri. Iudith. 9. Superbi ab initio nō placuerūt tibi, sed humiliū & mānsuetorū semp tibi placuit deprecatio. Hanc aūt humilitatē in sua oratione ostendit. d. se Dei seruū, creaturam, & subditum. vnde vocat Deū regē suum, & dñm. d. *Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus,* per regē intellige Christum, fm consuetudinē scripturæ: ideo quia fm hominē vnctus est oleo spirituali, sed per Deum, intellige patrē qui est fons totius deitatis. Et benè pmittit regem Deo, quia p Christū peruenimus ad patrē ipso dicēte, Nemo venit ad patrē, nisi per me. Et tñ aduerte, ꝙ duabus personis loquēs, s. patri, & filio, non dicit intēdite in plurali, sed intēde in singulari, per hoc ostēdens pluralitatem personarum in vnitate essentiæ diuinæ. Ponit vnitatem essentiæ, contra Arrianos, sed pluralitatē personarum contra Sabellianos.

41 *Quoniam ad te orabo, domine: mane exaudies vocem meam.*

HIc assignat rationē suæ fidelitatis, fidelitas. n. orationē facit exaudiri, dicēte Christo, Si habueritis fidē sicut granū sinapis, & dicetis huic arbori, eradicare, & transplantare in mare, obediet vobis. Hanc aūt fidelitatē in sua oratione ostendit, quia nō ad dæmones, nō ad sortilegos orat, sed solum ad Deum, d. *Quoniam ad te orabo domine.* s. nō ad aliū. Sed quia fidēs puritatem annexā debet habere ideo subdit. *Mane exaudies vocē meam,* sicut enim per noctem peccatū: sic per mane, quod est principium diei, puritas à peccato significatur.

Humilitas. *Ioan.* 4. *1. q. 2. c. ipsi sacerdo.* *Luc.* 17. *Oratio.*

42 *Mane astabo tibi, & videbo quoniam non Deus volēs iniquitatem tu es.*

ASsignat hic assiduitatem. Assiduitas enim orationē facit exaudiri, ideo dr. Oportet semper orare, & non deficere, & Lu. 11. Si pseuerauerit pulsans, &c. Hanc ergo assiduitatē in sua oratione se habere ostēdit, quia bono mane ad orandum surgebat. d. Mane astabo tibi, &c. Hæc. n. hora apta est ad orandū, si cōsideres ex oratione principaliter duo debemus petere. s. amotionē malorum, & bonorū operationem, quæ duo isti horæ conueniūt, qm mane fit malorum, & vitiorū extirpatio & bonorum operatio. Primo. n. mane fit peccatorū exterminatio. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, naturaliter. n. dæmones odiunt lucē: ideo, adueniente mane, facilius fugant. psal. Ortus est sol. &c. In cuius figurā Deus mane oēs Aegyptios persecutores Hebræorū proiecit in mare. Exo. 14. Iam aduenerat vigilia matutina, & respiciens dñs super castra Aegyptiorū, interfecit eos, &c. Secundò mane fit bonorum operatio. In cuius figuram dicitur. Exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Et propter ista dicunt aliqui ꝙ semper oratio est maioris efficaciæ de mane, quam alia hora: in cuius signum orationes solemniores, & sacrificium ecclesiæ de mane fieri statuit, vt missa, & cōsecrationes tam personarum, quàm ecclesiarum, & altarium. Quod bene notās psal. dicit, Mane oratio mea præueniet te, In huius signum Dauid ordinauit, ꝙ Leuitæ starent mane ad confitendum, & canēdum dño. 1. Paralip. 23. Ista etiam hora maiores fiunt à Deo reuelationes. Sic enim de mane Samueli primo reuelatus fuit sermo Dei 1. Reg. 3. Quod benè notās hic Psal. d. *Mane astabo tibi. & videbo* &c. Vel secundum glos. per mane intellige puritatem conscientiæ: quæ oritur pulsis tenebris culpæ, sicut mane oritur post tenebras noctis. Ideo dicitur. Mane absque nubibus rutilat. Istud mane puritatis mentem disponit ad Deum videndum & cognoscendum. Matth. 5. Beati mundo corde &c. Et ideo dicit. *Mane astabo tibi.* Astare enim Deo notat mentis directionem ad Deum: *& vi-*

1. q. 3. existimat. *Oratio.* *Luc.* 11. *Mane.* *Psal.* 100. *Psal.* 103. *Matth.* 20. *Psal.* 86. *Puritas.*

& videbo quoniam tu es. idest sciam quoniam tu es qui stabilis manens, das cuncta moueri. Et quare orãdo mane astandum est? *Quoniam tu es Deus non volens iniquitatem.*

43 *Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.*

De pœnit. dist. 1.

Hic consequenter ab ista hæreditate malos, & synagogam excludit. Et duo facit, quia primò hæreditatem æternam excludit à malis. Secũdò eam consequendam dicit à bonis, ibi, *Ego autem in multitudine misericordia tua.* Circa primum tria genera peccatorum excludit, ad quæ cętera peccata reducuntur. s. peccantes volũtate, peccãtes opere, & peccantes ore. Primum excludit peccantes voluntate. d. *Neque habitabit iuxta te malignus:* per malignitatem. n. intelligit peccatum voluntatis. quoniã, vt ait glo. Malignus dicitur, qui malum vult proximo, & si nocere non possit, tales non habitant iuxta Deum quia per malam voluntatem separantur à Deo, non loco, sed similitudine, & hoc alijs verbis confirmat d. *Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Iniustus est. n. qui non facit, quod debet, uel facit quod nõ debet. Isti non permanebunt ante oculos domini, quia lucem Dei ipsorũ oculi tenebris peccatorum pressi sustinere non possunt. Vnde & lucem veræ intelligentiæ & si mali aliquando vident ad tempus, tamen in illa non permanent, vel hoc erit completum in iudicio, vbi mali, & si humanitatẽ Christi videbunt, diuinitatem tamen videre non poterũt ne lætentur in ea, dicente propheta, Tollatur impius, ne videat gloriã Dei. Istum aũt textum exponunt aliqui magis litteraliter dicẽtes, quòd quia Deus habitabat per gratiam solum in Iudæorum populo, quorum metropolis erat Hierusalem, ideo per Dauid fuit ordinatum, ne gentiles per ipsos significatos, ibidem habitare possint, s. in Hierusalẽ, vbi specialiter Deus habitabat. Et ad istum sensum exponunt totum istũ versum. Nos autem non talem reuerẽtiam habitationi Dei exhibemus, quia non solum in nostris ciuitatibus impios & E infideles habitare permittimus, sed qđ deterius est, hæreditatem inter Dei ministros habent &c.

Malignus. Iniustus. Esa. 26. Ecclesia. Templum.

Nota.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. 44

22. q. c. 2.

Excludit peccatũ operis. Odium. n. propriè nõ cadit in Deo: sed odire malos dicitur, quia ad modum odientis se habet, dum eos à se expellit, & damnat. Et si dicas quomodo odit operãtes iniquitatem, cum dicatur, Sap. 11. Diligis omnia, & nihil odisti eorũ, quæ fecisti? F Respõsio. q̃ naturam diligit, sed odit peccatum. Et notanter d. *Omnes qui operantur iniquitatem:* & non qui operati sunt, ne pœnitentiã excludere videatur, omnes. n. impios Deus perdit, & odit; & tamẽ parcit pœnitentibus, quia amplius nõ dicuntur impij. Omnia. n. nomina, quæ à vitijs, vel virtutibus deriuãtur, ut iustus, bonus, adulter, impius, remoto vitio, vel virtute, & nõia ipsa remouẽtur, ut debent, ut habetur 36. q. 1. His auctoritatibus 32. q. 1. quod autem tibi. *Perdẽs omnes, qui loquuntur mendacium.* G Hic excludit peccatum oris, quod est, loqui mẽdacium, & merito. Nã mendacium veritati contrarium est. Verum autẽ est de eo, qđ est: mendacium verò de eo, quod nõ est. Et sic merito perdũtur, qui declinãt ab eo, quod est, ad illud, quod nõ est. Et nota hic gl. q̃ aliud est mentiri, aliud falsum loqui, & aliud mẽdacium. Nã mentiri est contra mentem ire, vel loqui. Et sic aliquando verũ dicẽs mentitur, ut Iudæus dicens Christũ uerum Deum: falsum loqui est dicere aliter, quàm sit in re, siue credatur illud esse falsum, siue nõ. Et sic falsum dicẽs aliquãdo mentitur, ut Christianus. H d. Christum nõ esse Deum; aliquãdo nõ mentitur, quando. s. dicit falsum credẽs verũ dicere, & sic falsum dicẽs, quandoque verax est. Mendacium uerò oĩa ista cõtinet, quia mendacium est falsa vocis significatio cũ intentione fallendi. Vt ergo sit mendacium, necesse est, vt falsum subsit, & cõtra conscientiam dicatur. Et quia omne, quod est cõtra conscientiã, peccatũ est, & ædificat ad gehennã, ideo merito perduntur omnes qui loquũtur menda-

Odium. Quæstio. Respon. Mentiri. Mendaciũ.

Tria mendaciorũ genera.

mendacium. Ad hoc tñ magis declarandum, notat gl. q̃ maximè sunt tria mendaciorum genera, ad q̃ cætera reducuntur, s. mẽdacium officiosum, iocosum, & perniciosum. Officiosum, quod fit pro vtilitate alterius, ut mẽdacium obstetricum. Iocosum, quod nõ fit ad decipiendum. Perniciosum, q̃ fit ad alterius dãnum. Et omne mẽdacium licet quãdoque fit veniale in imperfectis, in perfectis tñ est mortale. Ex prædictis igitur omnibus concludit propheta, malos, & synagogam ab hæreditate Dei velut Hismael expellendam. Eo quod præuidit prophetico spiritu, synagogam oĩbus prædictis modis cõtra Christũ peccaturam. q. d. Maligni ab hæreditate Dei expellentur, quia non habitabit iuxta te malignus. Sed isti fuerunt contra Christum, quia malignus est, qui vult malũ proximo, isti aũt sine causa mortẽ Christi quærebãt. Vnde de illo populo dr̃ admiratiuè. Quãta malignatus est inimicus in sancto; Isti operabãtur iniquitatem, quia dolo quærebãt Christũ occidere. Isti loquebantur mẽdacium, quia multa falsa testimonia cõtra Christum produxerant. Quid ergo de istis fiendũ restat, nisi ut ab hæreditate expellãtur? ipsi cõtra Christum malignãdo quærebant hæreditatem Christi. d. Matth. 23. Hic est hæres, venite occidamus eũ; & habebimus hæreditatem eius. Sed tñ audierunt sententiam Christi. d. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur, &c.

Cauete legẽdum & perfectorũ mẽdacia possunt esse venialia.

Psal. 73.

45 *Virum sanguinum, & dolosum abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.*

POstquam exclusit hæreditatẽ à malis: Hic cõsequenter ostẽdit illã bonis cõcedendã. Bonus aũt est ille qui nõ in mũdo, nõ in se sperat, sed solũ in Deo quem veraciter & colit, & timet, & istis datur hæreditas, vnde dicit, *Virum sanguinum*, &c. q. d. Si ergo sic est, q̃ virum sanguinum. i. homicidã. i. peccatorẽ qui seipsum p̃ peccatũ occidit, &c. *abominatur dominus:* & sic ab hæreditate expelletur. Ideo ego hæreditatem habere cupiens, in persona ecclesiæ. d. *Ego autem sperabo in multitudine misericordiæ tuæ.* scilicet non meis meritis mihi hæreditatem dandam, sed ex misericordia tua & sic.

46 Introibo in *domum tuam*, scilicet cœlestem, *adorabo ad templum sanctum tuum*, quod. s. est Christus, *in timore tuo*. s. filiali, qui timor, quo scilicet timetur offensa non pœna, hæreditatem Dei acquirit. Quia ut dicitur Eccl. Timor dñi gloria & gloriatio. Iudæi. n. extra Hierusalem existẽtes quando adorabãt faciẽ corporis versus Hierusalem & templum vertebant. Iste aũt hoc in spiritu se facturum dicit in persona eccle. d. *Adorabo ad templum, &c.* non quidẽ corpore, sed mẽte, quia veri adoratores. adorãt patrẽ in spiritu &c.

22. q. 2. cũ deuotissimum.

47 *Domine, deduc me in iustitia tua propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meam.*

HIc consequẽter considerãs multos se habere hostes qui ad malũ conantur inducere ne hæreditatẽ dñi obtineat. s. dæmones, mũdum & carnẽ, cõtra hos petit auxilium sibi p̃stari, & duo facit: quia primò auxiliũ a Deo postulat. Secũdò malitiã suorũ hostiũ demonstrat. ibi, *Quoniam non in ore eorum.* Quãtum ad primũ sciẽdum q̃ Christus ideo à patre fuerit missus ut sua passione redimeret mũdum, & sic per iustitiã Deo pro nobis satisfaceret. quę satis factio iustitia dr̃, quia iustitia vult vnicuique reddi, ablata satisfieri, & quia mortẽ appetere nõ est humanæ naturæ, idcirco ut hanc iustitiã perficere possit auxilium Dei postulat. d. *Domine deduc me in iustitia tua*, vt. s. constanter patiar pro inimicis meis, quæ cõstantia noĩe iustitiæ intelligitur, quia iustitia idem est, quod in iure status. *In iustitia tua*, ad differentiam iustitiæ hominũ quæ solũ est exterior & apparẽs, & quæ malũ reddit pro malo. Sed iniustitia tua quæ interior est existens, quæ non malũ pro malo, sed bonũ pro malo reddit secundum illud. Benefacite ijs qui oderunt vos, &c. Et hãc iustitiã postulabat Christus ut. s. pro inimicis saluandis moreretur. Ideo dicit *propter inimicos meos*, s. conuertendos & saluãdos. Et hanc declarans iustitiam subdit. *Dirige in conspectu tuo viam meam.* vbi nota, q̃ conspectus hominis solum

Iustitia. Satisfact.

Matth. 5.

Cõspectus.

solum exteriora conspicere potest, ideo multoties fallitur: quia laudat quod laude nō est dignū: & vituperat, quod vituperari non debet, sed Dei cōspectus conscientiam interiorē cōspicit ideo decipi non potest: petens ergo dirigi in conspectu dñi, petit dirigi exterius & interius, s. in conscientiam. q. d. non quæro viā meā. i. viuere meum dirigi in conspectu hominum qui solum exteriora conspicit, sed in conspectu tuo, qui conscientiam uidet: vt. s. omnis mea voluntas, & meditatio in conspectu dirigatur. sic enim dicitur, meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Psal. 18.

48 *Quoniam non est in ore eorum ueritas, cor eorum vanum est.*

Ostendit hic quanta sit malitia inimicorum pro quibus tamē mori desiderat, vt magnitudo charitatis eius nobis magis elucescat. Et diuiditur in tres partes, secundū quod tria vitia de suis ostendit inimicis, s. Iudæis. Ostendit. n. primò quod sunt mēdaces verbis adulātes. Secūdò quod sunt crudeles, & iustos persequētes: ibi, *Sepulchrum.* Tertiò quod sunt procaces Deum irritātes: ibi, *decidant.* G Primò ostendit eos mēdaces. d. *quoniam non est in ore eorum veritas.* Hoc ideo quia multa falsa Christo imponebant: ut puta, quod in Beelzebub eijciebat dæmonia: quod prohibuerat censum dari Cæsari, quod gētes subuertebat &c. & quare talia falsa sibi imponebāt, subdit causam. *Quia cor eorum vanum est.* q. d. Ex abundantia cordis os loquitur. Hominis ergo cor vanum quomodo pōt veritatē loqui. q. d. non. inde & Phil. d. 1. Ethic. Qd vnusquisque qualis est talia loquitur & facit. Et aduerte quod vanitas cordis stat in duobus maximè, s. circa peccatū, & circa H pœnā peccati. Circa peccatum qn quis putat quæ sunt peccata, nō esse peccata habēs iudiciū corruptū. Isto modo cor vanum habuit Paulus qn putabat non esse peccatū nomē Christi persequi, sed legis impletionē. Et hanc vanitatē habuerūt Iudæi multi, qui zelū Dei habētes, sed nō secundū sciētiam arbitrabantur nō esse peccatum sed meritū ecclesiam Christi persequi, de quibus d. Christus, venit hora, ut ōis qui interficit vos,

Matth. 1.

Vanitas Cordis.

Ioan. 16.

E arbitretur obsequium se pstare Deo, & de ista vanitate ipsorū loquitur Christus. d. ipsi verò in vanū qu æsierunt animam meam. i. in corde vano nō credentes hoc esse peccatum. Vanitas aūt circa pœnam est, qn quis peccata impunita Deū. dimittere credit: qui. n. ipsum peccatū & pœnam debitā diligenter aspiceret nunquam peccaret. Et istā vanitatē habuerunt Iudæi impunitatem sibi promittentes: vnde de illis dr, Populū tuū humiliauerunt: & hæreditatē tuā vexauerūt, &c. Et dixerunt nō videbit dñs. s. ad puniendum: vnde subditur, intelligite in populo & stulti aliqn sapite, &c. Qui corripit gētes nō arguet, &c. Sequitur, dñs scit cogitationes hominum. s. illorum, qm vanæ sunt. Sic ergo isti habētes cor vanum, vana. i. falsa loquebātur quod notans d. *quod non est in ore eorum veritas.* rationem reddit, *quoniam cor eorum vanum est.*

Psal. 62.

Psal. 93.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus. 49

Hic ostēdit ipsos esse crudeles &c. Et hoc in duobus. s. alios inficiendo. ideo *sepulchrum patens,* &c. & alios decipiendo, *Quia linguis suis,* &c. patet. Qm sicut sepulchrū patēs fœtores emittit, quibus alij corrumpūtur, sic guttur istorum est sepulchro cōparabile, quo verba cōtra Christū emittebant vt alios inficerēt, & contra Christum animarent & et decipiendo, *Quia linguis suis dolose agebant,* vel aliter: isti. n. persequebantur Christum dupliciter. s. apertè & occultè, Apertè per manifestas iniurias, vt cū apertè & palam dicebant, Dæmoniū habes, qn tulerunt lapides, vt iacerent in eum: qn duxerunt eum in supercilium mōtis, vt pcipitarent eum. Et quantū ad hoc comparātur sepulchro patēti, quia patēter fœtores suarum malarum uoluntatum emittebant. Et de quolibet tali dicitur. Pharetra eius quasi sepulchrū patēs. Persequebantur et occultè, ut puta per adulationes, ut eum capere possent in aliquo defectu. Vt cum dicitur. Magister, scimus quia verax es, &c. Et quātum ad hoc subdit, *quod linguis suis dolose agebant,* quia. s. vnum verbis ptendebant,

Sepulchrū.

Psal. 51.

Iudicare.

debant, oppositum gerebant in corde. Et cuilibet tali dr̃. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula fecisti dolum. Et Psal. 13. Linguis suis dolose agebant venenum aspidũ sub labijs eorum. Et quia tales sunt, ideo subdit, *Iudica illos Deus*, quod duobus modis exponitur. Primò optatiuè, vt. s. Christus oret pro illis patrem, vt iudicet illos, i. det eis gratiam, qua illi seipsos iudicent, ne. s. damnentur æternaliter. Illa. n. Deus agere dr̃, quæ nos agere facit, sicut tũc cognoscere dicitur, qñ nos cognoscere facit. Vt Gen. 22. Nunc cognoui, ꝙ timeas Deum, i. alios cognoscere feci, sic & alios iudicare qñque dr̃, quando dat eis gratiam qua se pœnitendo iudicant ne iudicentur æternaliter, sic Deus gentes iudicauit, qñ gratiã dedit gentibus, vt errores suos cognoscerent, & se ad Christum conuerterẽt. Iudicabit gentes, & arguet populos multos. Et sic in proposito virtute orationis huius aliqui iudęorum cõuersi sunt ad Christum. Secũdò exponitur ꝓdictiuè: & tunc iudicare stat pro punire vel damnare, sancti. n. qñ prænident pœnã malis futuram illam prædicunt non optãt, sic & nunc Christus. Et hoc est ꝙ hic ait glos. Hic. n. prædicit quæ pœna sit malis futura, non est. n. hic optatio, sed videt, ꝙ futurum est secundum iustitiam Dei, quasi dicat. Et quia tales sunt, ò Deus iudica illos, non optans, sed quod futurum est prædicens, sic. n. prædicẽdo pœnam inde futuram, dicit Psalmista. Cũ iudicatur exeat condemnatus, &c. Fiãt dies eius pauci, &c. Sed prima expositio plus mihi placet.

Psal. 108.

51 ***Decidãt à cogitationibus suis secundũ multitudinẽ impietatũ eorũ expelle eos, quoniam irritauerũt te domine.***

de pœn. d. 1. medicina.

CONsimiliter iste versus pt intelligi optatiuè & prædictiuè: Optatiuè vt sit sensus. Isti irritauerũt te dñe. i. suis peccatis ad iram te prouocauerũt. Sed pro eis rogo, vt *decidant à cogitationibus suis malis*, i. ab illis cadãt, illas deserendo. Et quia hoc à seipsis non pñt facere: ideo ò tu Deus, *secundum multitudinem impietatũ eorum expelle eos*. s. ab illis, s. nõ solum ab vno peccato, sed ab omnibus. Expelletur. n. peccator à statu peccati: quoniam Deus ipsum conuertendo ad pœnitentiam ducit. Iuxta illud, Timor domini expellit peccatum. Potest etiã legi prędictiuè, & tunc non optãdo sed prophetando prædicit punitionem malis futuram, quasi quia isti irritauerunt nomen tuum dñe. Ideo decidant à cogitationibus suis. i. cadant. Decidit. n. qui spe sua frustratur. Isti autem persequendo & occidẽdo Christum sperabãt Christi nomẽ & fidem extinguere, sed deciderunt à suis cogitationibus quia per hoc Christi nomen & fides magis inualuit. Etiam quia per hoc credebãt hæreditatem Dei habere, sed per hoc illã perdiderunt, vnde dicit illud, Hic est hæres venite, &c. Sed ab istis cogitationibus deciderunt propter quod eis ibidẽ dixit Christus auferetur à vobis regnũ Dei. Et nõ solum ista pœna eis eueniet in ꝑsenti, sed etiam in futuro, quia secũdum multitudinem peccatorum, erit & pœnarum multitudo. Et hoc est ꝙ dicit. *Secundum multitudinem impietatum eorum*, &c. Et tunc expellere idem est ꝙ punire vel damnare. Sic enim dicitur Iob. 18. Expellet eum de luce in tenebras: quod exponens Greg. d. De luce ad tenebras peccator ducitur, cum de honore vitæ præsentis ad æterna supplicia damnatur.

Gregor. 14. moral. c. 11

Et lætentur omnes qui sperant in te in æternum exultabunt & habitabis in eis.

POstquam ostẽdit synagogã ab æterna hæreditate repulsam ꝓpter sua demerita, hic ostẽdit, ecclesiam Catholicam illã habere. & sicut nos per pœnas dãnatorum terruit, ita vt nos per ꝓmia alliciat de ipsa hæreditate cœlesti ꝓ bonos habenda, tria ponit, s. ꝙ est æterna. Secundò ꝙ est diuina: ibi. *Et gloriabuntur*. Tertiò ꝙ est gratuita & nõ ex meritis nostris, ibi. *Domine vt scuto*. Quantũ ad primũ ostendens ꝙ illa est æterna, d. *Et lætentur oẽs qui sperant in te in æternũ exultabũt* &c. Spes enim formata beatos nos facit, quæ. s. in solo Deo ponit̃ Psal. Gustate qm̃ suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eo. Qui. n. spe formata sperat in Deo beatus est: quia iã Deũ habet

bet in ſpe, qui eſt omne bonum. & dico ſpe formata, quia ſperare ſine meritis, non eſt ſpes, ſed præſumptio, ut ait Magiſter li.3.diſt.26. Illa aũt beatitudo eſt æternã: vnde dicit *in æternum exultabũt.* Certitudo.n.ęternitatis gaudij eſt ſuprema conditio beatitudinis, quia ſi qs nõ eſſet certus de illa æternitate, iuſtè timere poſſet cadere ab illa, & ſic iuſti timent. Talis autem timor pœna eſſet: & ſic in beatis eſſet pœna quod contradictionem includit. Et hæc eſt ratio, quare Paulus videns diuinam eſſentiam, nõ fuit beatus: quia nõ fuit certus de æternitate illius viſionis. Et quãtum ad hoc dicit. *in æternum exultabunt.* Sed q̃ erit cauſa tantæ exultationis? Certè quia Deum in ſeipſis habebunt, propter qđ ſequitur, *& habitabis in eis.* vnde gl. Hæc eſt exultatio ſanctorum æterna: cũ templũ Dei fient, & Deus habitabit in eis, ſecundum illud Apoc. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & erit eorum Deus, & ipſi populus eius: & abſterget Deus omnem lachrimam ab oculis eorum, & non erit amplius nec luctus, nec clamor, nec vllus dolor, &c.

52 *Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto.*

de pœn. d. 2. charitas.

OStendit hic ꝙ iſta beatitudo eſt diuina, qa de ſolo Deo non de creatura: propter quod dicit. *Et gloriabuntur in te.* quaſi dicat: non in alio. ſ. tanquã te habentes ad fruendum, *Qui diligunt te, quoniam tu benedices iuſto.* ſ. illa benedictione quam dabit iuſtis in iudicio, dicẽs, venite benedicti patris mei &c. Iuxta illud. Etenim benedictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem, vt videatur Deus, &c.

Benedictio.

53 *Domine vt ſcuto bonę voluntatis tuę coronaſti nos.*

HIc oſtẽdit ꝙ iſta hæreditas, eſt gratuita, quia merita noſtra ad tantã hæreditatem non ſunt condigna, ſed ſola dei bona voluntate nobis datur. Et hoc eſt quod dicit. *Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ* &c. Vbi nota ꝙ ſcutũ duplicem formam hẽt. Aliquando.n. eſt triangulare, & ſignificat fidem ſanctæ trinitatis. Iuxta illud Apoſtoli, In omnibus ſumentes ſcutũ fidei, in quo poſſitis extinguere oĩa tela nequiſſimi in ea, &c. Fides aũt non eſt à nobis ſed à bona volũtate Dei qua nos elegit ab æterno, quia bona voluntas Dei noſtram bonam voluntatem ꝓcedit. propter qđ dicit Magiſter lib.2.di.26.& 17. ꝙ fides eſt donum Dei, nec eſt ex libertate arbitrij noſtri, ſed ex gratia. Et bona volũtas Dei nobis eſt vt ſcutum in ꝑſenti, qua oĩs diabolica tentatio repellitur. Et de hac bona Dei volũtate qua per fidẽ regeneramur in Chriſto dr: voluntariè.n. genuit nos verbo veritatis. ſ. fidei. Secũdò ſcutũ hẽt formam rotũdam: & hæc ꝓpriè eſt forma ſcuti. Nam ſecũdum Catholicõ, ſcutum dr à ſcus, quod eſt rotundum, quia ſcutum rotũdum ſolebat eſſe, & ſignificat coronam gloriæ, q̃ victoribus & triũphantibus datur. Vnde apud Romanos antiquitus erat cõſuetudo, ꝙ cũ reuertebantur de bellis victores in ſignum victoriæ, & coronæ, ſcutũ rotũdum ſup caput portabãt. Et ad huius imitationem inoleuit cõſuetudo in eccleſia, ꝙ ſancti in ſignũ victoriæ cũ ſcuto rotũdo in capite pingũtur, & hãc coronam gloriæ à bona voluntate Dei ſubſequente habemus, nõ meritis noſtris: quia nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecũdum ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit, propter ꝙ dr. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Ex quibus apparet, ꝙ bona voluntas Dei eſt nobis in præſentiſcutum defenſionis ꝑ fidem, & in futuro ſcutum coronæ per beatificationem: propter quod dicit, *Domine vt ſcuto,* &c. ideſt, bona voluntas tua in præſenti eſt nobis ſcutũ, ſed in futuro erit corona.

Scutum.
Fides.
Gloria.
Corona.

PSAL. VI.

54 *DOmine, ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.*

ANTEQVAM ad expoſitionem veniam notandũ, ꝙ quia inter pſal. pœnitentiales hic eſt primus: Põt quæri, quare ſunt ſeptẽ præciſè. Ad hoc multæ dãtur rñſiones. Primò ſunt ſeptẽ, cõtra ſeptem

Quæſtio.
Septẽ quare dicuntur Pſalmi pœnitentiales.

septem mortalia peccata, primò contra superbiā, &c. secūdò sunt septē, ut ostendatur p septiformē gratiā posse deleri quicquid peccati in septenario huius vitæ, quæ septē diebus soluitur, cōmittit. tertiò quia septē sunt modi, quibus peccata delētur. s. baptismus, eleemosyna, martyrium, conuersio fratris, remittere in se peccanti, fletus & contritio, & corporis Christi cōmunicatio, vt dicit magister in glo. Vel aliter pōt dici, ꝙ ideo sunt septē, ad denotādum septē, quæ vera pœnitentia requirit quæ in illis psalmis septem continentur. s. misericordiæ Dei imploratio. In primo spei fidēs tentio, in secundo peccati frequēs meditatio: in tertio lachrymosa peccati contritio: in quarto aperta oris confessio: in quinto plena offensæ satisfactio, in sexto veniæ receptæ gratiarū actio. Vel ꝙ ideo sunt septem psal. quia septem magna peccata cōmisit Dauid, contra quę fecit septem pœnitentiæ psalmos: cōtra quodlibet faciendo psalmum distinctū, vt. n. per scripturam patet, Dauid fuit superbus, vanè numerādo populū. Dauid fuit luxuriosus, facto committendo adulterium. Dauid fuit adulator, falsè decipiendo proximum. s. Vriam, vt dormiret cū vxore sua. Dauid fuit ꝓditor, militem perdēs strenuū. Dauid fuit auarus, alienis ditādo filium. Dauid fuit homicida, multum perdēs populū. Dauid fuit hypocrita, peccatum celando proprium &c. Et sic contra ista septē peccata septē sunt psal. pœnitentiales sic, ꝙ contra primū peccatum superbiæ directè istum psalmum fecit, vt videbit. Circa istum psalmum ergo primò videndū est de titulo, qui talis est. *In finem psalmus Dauid pro octaua*; hic accipitur finis pro Christo, vt in titulo quarti psalmi. Sed hic nouus terminus ponitur. s. *pro octaua*. Vbi notandum ꝙ secundum Hebræos, Octaua est hic nomē instrumēti musici, quod octo chordas habet, sicut psalterium decem chordas habens, decachordum dr, & monochordum dicitur instrumentum quoddam solū vnam habens chordam. Et tunc est sensus *pro octaua*. i. iste psal. aptus est decātari in tali instrumento. Aliter aūt hoc exponit magister in gl. d. Quod octaua significat aduentum dñi ad iudicium, quod ideo

David. *2. Reg. 24.* *2. Reg. 11.* *2. Reg. vlt.* *Octaua.*

A secundum aliquos dr, quia dñs ad iudicium venturus est, post septem millia annorum. Sed hāc rōnem improbat, quia diem iudicij nullus mortalium nouit, dicente Christo. Matth. 4. De die aūt illo, & hora nemo scit, &c. Ideo quorūdam nimium temeraria præsumptio est, qui annis cōputatis certissime sperant post septē millia annorum futurū diem iudicij. Consequenter ad hoc alias rōnes adducit. d. Ideo dies iudicij dr octaua, quia tempora septem dierū repetitione voluuntur, post q̄ erit ille dies, qui nullā varietatem hēt. Vel ideo dies iudicij dr

B octaua, quia post duas vitas futura est. s. animæ, & corporis. Ad corpus aūt pertinēt quaternarius, quia constat ex quatuor elemētis, & quatuor qualitatibus efficitur. s. sicca, humida, calida, & frigida, & quatuor temporibus administratis. s. Vere, Aestate, Autumno, & Hyeme. Ad aīam verò pertinet ternarius ꝓpter triplicem vim animæ, quæ est rōnalis, irascibilis, & concupiscibilis. Peracta igitur vtraque vita, quasi septenario numero trāsacto, veniet octauus iudicij i quo vnicuiq; ꝓ meritis reddet. Et ideo Dauid timēs scelera & pęnitēs hic orat.

C Est ergo sensus tituli iste. *In finem psalmus Dauid pro octaua*. i. iste psal. attribuitur Dauid. i. pœnitenti, q dirigit nos in finem. i. in Christum, qui psalmus est ꝓ octaua. s. compositus. i. pro timore diuini iudicij. Consequēter accedo ad psalmū. cuius litera fundari vr super historia quę habetur 2. Reg. vlt. Vbi Dauid elatus superbia de multo populo sibi subdito, voluit scire numerum bellatorum, & fecit numerari populū, & inuenta sunt nongenta quinquaginta millia virorum pugnatorum, quod grande peccatum fuit, quia iactanter contra legem

D iussit numerare populum absque datione argenti, quæ in tali numeratione dari præcipitur. Exo. 31. Propter ꝙ Gad propheta de mādato dñi uenit ad eum. d. Trium tibi dat optio: elige vnum, qd volueris, ut faciā tibi, aut septem annis veniet tibi fames ī terra tua, aut tribus mēsibus fugies aduersarios tuos, aut tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Cui rñdit Dauid Coartor nimis, sed melius est vt incidā in manus dñi, multæ. n. sunt misericordiæ eius, q̄ in manus hominum,

Dies iudicij *Anima.* *Numerare.* *Superbia.*

minum. Immisit ergo dñs pestilentiam E in Israel, de mane vsque ad tempus constitutum: & mortui sunt septuaginta millia virorum, &c. Et super hãc historiam litera psal. fundatur. Primò ergo applicabo psal. ad historiam. Secundò exponam literam. Quantum ad primum dic vt Nic. de Ly. Quantum autem ad secũdum, notandum, ꝙ intentio istius psal. tota est inducere nos ad pœnitentiam. Partes aũt pœnitentiæ sunt tres. s. contritio, confessio, & satisfactio. Et secundum istas iste psalmus diuiditur in tres partes, quia primò ostendit suam cõtritionem, secundò suam confessionẽ, ibi, F *Quoniam non est in morte.* tertiò suam satisfactionem: ibi, *Laboraui in gemitu.* Prima in tres. Contritionem. n. inducit timor pœnæ, & ipsam sequitur amor iustitię. Primò ergo ponit timorem, quo contritio inducitur. Secundò contritionem, qua peccatum expellitur, ibi. *Miserere mei, domine.* Tertiò spem, quã amor subsequitur: ibi, *Conuertere, domine.* Quãtum ergo ad primam partem ostẽdit se habere timorem diuini iudicij. d. *domine ne in furore tuo* &c. Vbi sciendum, ꝙ aliud est argui à Deo in ira, aliud in furore corripi. vel secundũ glo. In furore G corripitur qui ad ipsi punitur, vt emendetur. Et hoc significat nomen furoris. quia furor viri nõ multũ durat: ira aũt plus durat, & sic in ira arguitur, qui punitur, ut dãnetur. Et ista duo erunt in iudicio vltimo. quia ibi aliqui damnabuntur, & aliqui purgabuntur, ut puta, quia aliqui tunc de numero saluandorũ reperientur, qui pœnam tñ peccatis eorum debitam nõ compleuerãt in purgatorio. Et tales in furore corripiẽtur: quia quantitas extẽsiua pœnæ in quantitatẽ intẽsiuam commutabitur, vtputa quia tãtam pœnã in vna hora patientur, quã H tã per viginti annos erãt passuri. Et talis pęna propter magnã acerbitatem furor dicitur. Dicit igitur. *Domine, ne in furore tuo,* &c. q. dicẽs: nolo esse inter eos, qui arguẽtur, uel corripiẽtur ĩ iudicio, sciẽs horrendũ esse incidere in manus Dei uiuẽtis. Ideo orãs deo. O dñe, qui potens es, hic seca, hic vre me, hic sana me, ne opus sit ibi. Et vere bene eligit potius hic de peccatis suis puniri, quã in alia vita: quia minima pęna purgatorij maior est quã aliqua hic possit excogitari. ut d. magister lib. 4. di. 21. Et ideo quilibet dẽt velle hic magis de suis peccatis puniri, quã punitionẽ in alia vita reseruari: ꝓpter ꝙ dr. 2. Mach. 6. Etenim multo tpe non sinere ex licentia peccatoribus agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Non. n. sicut in alijs nationibus dñs patienter expectat ut eas, cũ dies iudicij aduenerit, in plenitudine peccatorũ puniat &c. Ergo & nos cũ Psal. eligamus hic à Deo iudicari, & puniri, *ne in furore suo arguat.* Dicẽtes cum Hieremia Deo. Corripe me, dñe, veruntamen in iudicio, & nõ in furore tuo, ne forte ad nihilũ redigas me.

Pœnitentia tres partes.

Furor. Ira.

Hiere. 10.

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine quoniã conturbata sunt ossa mea. 55

Hic inducit contritionem, qua peccatũ expellitur. Vbi notandũ, ꝙ contritio vera de peccato non põt haberi sine Dei gratia, qm̃ donat deus nobis, nõ propter nostra merita, sed solum ex sua gratuita pietate, & misericordia. Iõ hoc cognoscens Psal. Primò Dei misericordiam inuocat. Secundò suam contritionẽ explicat ibi. *Et anima mea turbata est valde,* Quãtum ad primũ ait. *Miserere mei, domine quoniam infirmus sum.* Vbi primo notãdum qualiter misereri competat Deo. Cum. n. misereri sit actus misericordiæ, ille solum potest misereri, in quo est misericordia. Misericordia autẽ cum sit quædã passio, quomodo in Deo cadere potest in quo nulla passio cadit? Ideo notãdum, ꝙ misericordia duobus modis accipitur. s. propriè, & metaphoricè: propriè. n. misericordia dicitur quædam cordis compassio alterius miseriæ. Vnde Isido. 9. Etym. dicit. Quod misericordia est compassio cordis alienæ miseriæ, & inde vocabulum traxit. vnde misericordia quasi miserum cor. s. ex aliena miseria. Et sic nullo modo in Deo cadere potest, in quo nulla miseria cadit. Misericordia autem metaphoricè dicitur, quæ se habet ad modum, & similitudinem veræ misericordiæ. Vt quia vera misericordia alienã miseriã suã reputãs illam conatur expellere: sic quia Deus miserias nostras sua bonitate tollit, nõ

Contritio.

De misericordia nota.

tamen

tamen in se cor miserū habens, ideo misericors dr̄ qui ad modū se habet misericordis. Sic.n. multa de Deo metaphoricè dicuntur, quæ propriè non conueniunt Deo, vt ostendit Greg. 20. li. moral. c. 25. Sacra scriptura nonnunquam de Deo, verbis vtitur: quæ et apud hōmines habentur in vitio. Dr̄.n. Deus zelans sicut scriptum est. Dn̄s zelotes nomen eius. Dr̄ iratus, vnde scriptum est. Iratus dn̄s contra Israel. Dicitur Deus pœnitens: sicut scriptum est. Pœnitet me fecisse hominem super terram. Dicitur Deus misericors sicut scriptum est. Misericors & miserator dn̄s, patiens, & multū misericors. Dicitur præscius: vnde de illo apostolus dicit: Quos præscinit, & prædestinauit cōformes fieri imaginis &c. Et tamē nec zelus, nec ira, nec pœnitentia, nec misericordia, nec præscientia pōt inesse in Deo. Hæc nāq; oīa ab humanis qualitatibus in illum tracta sunt, dū ad nostræ infirmitatis verba descenditur: vt quasi quibusdā nobis gradibus factis, & iuxta nos positis, per ea, q̄ nobis vicina cōspicimus, ad summa eius qn̄q; ascēdere valeamus. Zelari, n. dr̄, qui cum cruciatu mentis castitatem custodit vxoris. Irasci dr̄, qui feruore animi contra puniendū vitiū accenditur. Pœnitere dicitur, cui id quod fecit displicet, & econtra mutando aliquid aliud facit. Misericors dr̄, qui pietate ad proximum mouetur. Misericordia aūt à misero corde vocata est: eo q̄ vnusquisq; intueatur quēpiam miserū, atq; ei compatiens, dū dolore animi tangitur, ipse cor miserū facit, vt eum à miseriā liberaret, cui intēdit. Præscire, dr̄ qui vnamquāq; rem priusquam veniat videt, & illud, q̄ futurum est priusquam præsens fiat, prævidet. Qūo ergo Deus zelans dicitur, qui in custodienda castitate nostra nullo mentis cruciatu tangitur? Qūo irascitur, qui in vlciscēdis vitijs nostris nulla perturbatione animi commouetur? Quomodo est pœnitens, qui illud quod semel fecerit, nunquā se fecisse dolet? Quomodo habet misericordiam, qui cor miserum nunq̄ habet? Qūo est præscius, dū nulla nisi quæ futura sunt prasciantur? Et scimus, quia Deo nihil futurum est, quando eius oculis præterita nulla sunt, præsentia nō trāseunt, futura nō veniunt, quippe quia omne, q̄ nobis fuit, & erit, in eius cōspectu p̄sto est. Et omne, q̄ præsens est scire potius pōt q̄ præscire. Et tn̄ dr̄ Deus zelans, dr̄ iratus, dr̄ pœnitens, dr̄ misericors, dr̄ præscius, vt quia castitatem animæ vniuscuiusq; custodit, humano more zelans vocatur, quamuis mentis cruciatu non tangatur, quia culpas percutit, dr̄ irasci, quamuis nulla animi perturbatione moueatur. Et quia ipse est immobilis, illud, quod voluerit, mutat, pœnitere dicitur, quamuis rem mutet, cōsilium non mutat. Et cum miseriæ nostræ subuenit, misericors vocatur, quamuis miseris subueniens, miserum cor nūquam habeat. Et quia ea, quæ futura sunt nobis, videt, quæ tamen ipsi semper præsto sunt, præscius dicitur, quamuis nequaquam ei futurū sit, quod præsens videt. Nam & ab æternitate eius quæcunque non ideo vīr, quia sunt, sed ideo sunt quia vīr. Dum ergo ad verba mutabilitatis nostræ, descenditur, ex eius quibusdam gradibus factis ascendit, qui pōt ad immutabilitatem Dei vt videat Deum sine zelo zelantem, sine ira irascentem, sine dolore, & pœnitentia pœnitētem, sine misero corde misericordem, sine præuisionibus præsciētem &c. hæc omnia Greg. Et ideo notandum, q̄ quandocunq; aliquid Deo attribuitur, quod in nobis notat imperfectionem aliquam, & aliquā perfectionem, Deo solum debet attribui quātum ad significatum perfectum, & non imperfectum, vt puta. Zelus significat duo. s. cruciatum zelantis, & custodiam castitatis vxoris. Primum est imperfectionis, Secundum perfectionis. Quando ergo zelus attribuitur Deo, tunc accipitur zelus non ratione primi, sed secundi. Similiter miseria duo significat. s. tristitiam cordis de aliena miseria, & subleuationē alienæ miseriæ, iuxta primū non cōuenit Deo, sed iuxta secundū, & sic cū Deo dicimus. *Miserere mei, domine*, nō intelligimus, q̄ miseriam cordis Deus habeat p̄ miserijs nostris, sed quòd nostras expellat miserias secūdum bonitatem suam. Sic enim dicitur. psal. 50. Miserere mei, Deus &c. sequitur, & secundum multitudinē miserationū tuarū dele iniquitatē meā. Sic & nūc ait Psal. *Miserere mei domine quoniam &c.*

Marginalia: *Exo.* 34. *4. Reg.* 13. *Gen.* 8. *Psal.* 85. *Rom.* 8. *Zelus. Ira. Pænitētia. Præsciētia. Nota.*

Misericordia Dei. Nota q̃ ista Dei misericordia in multis apparet in nobis, secundum q̃ multipliciter nobis miseretur. s. Gratiosè expe- *The. 3. Tobia. 3.* ctando. Misericordia Dei est, q̃ non sumus consumpti. *Matth. 9.* Morosè sustinẽdo, quia *Luc. 1.* non statim punit. Cum iratus fueris, misericordiam facies. Ad pœnitentiam reuocando. Misericordiam volo, & non sacrificium. Amorosè nos suscipiendo. Suscepit Israel puerũ suum, recordatus misericordiæ suæ. Virtuosè confortando. *Psal. 93.* Si dicebam motus est pes meus: misericordia tua, domine, adiuuabat me. Vigo- *Prouer. 21.* rosè fortificando. Qui sequitur misericordiam, inueniet vitam. Et quia omnia prædicta sunt necessaria volenti de peccato digne agere pœnitentiã. Ideo Psaltes, vt perfectè possit conteri, Dei implorat misericordiam. d. *Miserere mei domine* *Infirmitas.* *quoniam infirmus sum.* Sed qua infirmitate erat infirmus. Ideo nota q̃ duplex est infirmitas. s. corporalis, & spiritualis. In firmitas corporalis est quædam spiritualis sanitas, quia animam fortificat, dicẽte Apostolo. Cum infirmor, tunc potẽs sum: nã virtus in infirmitate perficitur, ideo patienter immo libenter est sustinenda, exemplo Apostoli. d. 2. Cor. 2. Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Ab ista ergo non petit hic Psal. sanari. Alia est infirmitas spiritualis, scilicet, culpæ. Omne enim peccatũ quædam spiritualis est infirmitas, qua anima debilitatur execcatur, & à Deo vera vita separatur vt dicitur 15. q. 1. Vt itaque. Et istam infirmitatem sola Dei gratia sanare potest. Ps. Qui propitiatur omnibus iniquitatib. tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Et ideo hanc à Deo Psal. hic petit. d. *Mi-* *Psal. 40.* *serere mei domine quoniam infirmus sum: sana me* &c. Sic etenim psal. orabat. d. Ego dixi, domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. Per hãc enim infirmitatem culpæ omnia virtus perturbatur. Ideo adiungit. d. *sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.* *Os ossis.* Per ossa enim quæ solida sunt & fortia, virtutes significantur. Vnde psal. 33. Custodit dominus omnia ossa eorũ, vnum ex eis non conteretur. Quod de virtu- *Ossa virtutes significant.* tibus exponit Gregor. 23. moral. c. 24. d. Ossa in scriptura sacra ꝓ virtutibus accipiuntur, sicut scriptum est. Custodit

E dominus omnia ossa eorum &c. Quod vtique non de ossibus corporis, sed de virtutibus dicitur mentis. Nam & certè nouimus, quod multorum martyrũ corporum ossa confracta sunt, & persecutores domini latronis illius, cui dictũ est. Hodie mecum eris in paradiso, sicut latronis alterius ĩ cruce ossa fregerũt &c. Ista ergo ossa virtutum per peccatũ conturbantur, quia omnis virtus mẽtis per peccatũ cadit, & dissipatur, vt amplius virtus dici non possit: quia omnis virtus Deo placet: sed nihil peccatoris, ut sic Deo placet, quia nihil ab illo accepta- F tur. Ex quo sequitur, quòd cum peccato nulla stat virtus. Et ad istum intellectum dicitur Iac. 2. Qui offenderit in vno, factus est omniũ reus, quia omniũ virtutũ formã, & meritum perdit, qui vno peccato deficit, quod benè notans Psal. dicit. *Quoniam conturbata sunt omnia ossa mea,* & notanter dicit omnia. Sed vnum *Quæstio. Peccatum.* hic oritur dubium, scilicet vtrũ per peccatum sic omnis virtus hominis conturbatur, quod existens in peccato, peccatum vitare nõ possit, sed necessario peccare cogatur. Vbi notandum quòd dubium duplicem intellectum habere po- G test, primus de peccato commisso, & sic esset sensus. Vtrum quis viribus suis peccatum commissum possit vitare, & de illo exire; & tunc quæstio non habet dubium, quia non potest &c.

Et anima mea turbata est valde, sed tu, domine vsquequo? 56 *38. q. 1. c. omnes.*

POstquam Dei postulauit misericordiam, qua vera contritio donatur nobis. Hic consequenter suã contritionem explicat. d. *Et anima mea turbata est valde*, s. pro commissis peccatis. Pro cuius euidentia notandum, q̃ turbatio est H multiplex. s. Turbatio inquinationis, & *Turbatio.* criminalis immunditiæ. Turbatio afflictionis & temporalis displicentiæ. Turbatio, correctionis & paternalis diligentiæ. Turbatio admirationis & inusitatæ apparentiæ. Turbatio damnationis, & æternalis pestilentiæ. Turbatio cõtritionis, & salutaris pœnitẽtiæ. Prima est turbatio peccati. Ipsum enim peccatum est quædam turbatio interior, qua conturbatur anima, quia ipsa cæcitate percutitur, à Deo diuiditur, & æternis pœnis obli-

obligata, instabilis ad omne bonũ reddi- A tur. Vnde de peccatoribus dicitur. Turbati sunt animi eorum valdè. Et sic ſm diuersitatem peccatorũ diuersæ sunt turbationes. Est enim turbatio temeritatis, & superbiæ, quanto enim arbor in altiore monte consistit, tanto facilius ab omni vento turbatur, & quatitur. Sic & superbi per ambitionẽ in alto situati, specialiter ab omni verbo, & suspicione turbantur. In cuius figuram Herodes rex, audiens Christum natum, statim suspicionibus agitatus, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Turbatio cupiditatis auaritiæ. In tñ enim auaritia auarum perturbat, ꝙ ipsum quiescere nunquam sinit. Vnde de auaris dr, Pauebũt, & turbabũtur in vniuersis bonis. Quod ideo dicit, quia quanto plura habet auarus, cupiditate anxius, plus intus perturbatur, propter quod ait Psal. Verunttamen in imagine pertransit homo, sed frustra perturbatur, thesaurizat, & ignorat, &c. Vbi nota, ꝙ turbatio auari dicitᷣ frustra, duplex est enim turbatio, quædam formata. s. quæ hominem erudit, & emendat, & informis, quæ non emẽdat turbatum, sed magis affligit, & cruciat & ista est turbatio auarorum, in quibus cũ C tempore cupiditas crescit, & per consequens cupiditatis turbatio. vnde ipsi Achor cupido, qui furatus fuerat de anathemate, dixit Iosue. Turbasti nos, turbet te Deus. Turbatio gulositatis, & ingluuiæ, de quibus psal. 106. Turbati sunt & moti sunt, sicut ebrius. Secundò est q̃dã turbatio afflictionis corporalis. Cũ enim homo naturaliter timeat pœnã, & aduersa fugiat, quis est, qui non turbetur ſm carnem, dum sentit pœnas, & aduersa tolerat? Quinimò & magister noster Christus ex passionibus illatis ſm carnẽ turbatus fuit. Turbatus est Iesus, & dixit, D Vnus vestrum me traditurus est. Tertiò est turbatio correctionis &c. In doctore enim & prælato, qui delinquentes corrigere studet, necessaria est qñq. turbatio saltem apparens, vt subditi turbationẽ prælati timentes, facilius corrigantur, propter quod dicitur. Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Quis enim pater corrigens natos, ridebit ad illos? Vnde Ecclesi. 7. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Vnde plus corrigit aliqñ ostẽsa turbatio, quam remissa locutio, vt pater sic corrigens dicat illud Psal. Turbatus sum, & non sum loqnutus. Quartò est turbatio admirationis, quæ scilicet procedit ex apparentia rei insolitæ, & admirabilis. Sic enim apostoli vidẽtes rem insolitam. s. Christum ambulantem supra mare, admirando turbati sunt. Videntes eum supra mare ambulantẽ, turbati sunt. Quintò est turbatio dãnationis, qm in inferno pax nullum habet locum, sed ibi perpetua turbatio, vnde de damnatis dicitur Sap. 5. Quod turbabũtur timore horribili gementes præ angustia spiritus, &c. Sexto est turbatio contritionis. Quilibet enim pœnitens de peccatis necessario turbatur, & dolet. Cum enim anima pro peccato turbatur & sibi plene peccatum displicet statim peccator de peccato mouetur, & transit ad gratiam, quod satis figuraliter ostenditur Esa. 4. Turbabo cœlum, & mouebitur terra de loco suo: per cœlum intelliᵹ ge animã, quæ cœlestis & spiritualis est naturæ, per terram verò intellige hominem terrenum, & peccatorẽ. Dum igitur cœlum, i. anima turbatur, terra mouetur de loco suo, quia peccator desinit esse peccator. Ad propositũ ergo de turbatione contritionis, & pœnitentiæ hic loquitur Psal. d. *Et anima mea turbata est valde*, s. ex peccati displicentia. Et aduerte ꝙ quamuis anima per contritionem purgata sit à peccati macula, tamen manet peccati reatus, & sequela, quam non statim sanat dominus, ẽt sanato peccato, Ideo hanc cupiens habere cõtritus exorat. d. *Sed tu, domine, vsquequo*. s. differs me non solum à culpa, sed etiam a reatu culpæ sanare. Et aduerte ſm ꝙ ait gl. ꝙ cum Deus differt nos totaliter sanare, non est crudelitatis, sed magis cautelæ, & dilectionis. ideo enim differt Deus, vt persuadeat animæ in quanta mala peccata nos præcipitant. ideo etiam vt orare non desistat Ecclesia: ideo vt ex difficultate sanationis magis caueat sibi, ꝙ enim facile sanatur, non multum cauetur, ex difficultate autem sanationis diligẽtior fit custodia receptæ sanitatis. Itẽ, etiam vt ostendatur, quæ pœna parata sit non conuersis, si tanta sit difficultas con-

Iudith. 14. *Matth. 22.* *Hier. 33.* *Psal. 38.* *Iosue 7.* *Ioan. 13.* *Eccles. 7.* *Psal. 76.* *Matth. 14.* *Esai. 4.* *Celũ signi ficat aiam, terra homi nẽ terrenũ.* *Sanare. Exaudire. Oratio.*

conuersis. Vnde alibi legitur. si vix iustus saluabitur, impius vbi apparebit? Istis ergo causis, & remissa culpa, Deus culpæ pœnã nõ statim aufert. Sic etenim loquebatur Iob deo. d. Vsq; quo nõ parcis mihi? peccaui, quid faciã tibi, ô custos &c. Vel aliter, quãto quis magis ad Deũ cõuertitur, tanto plures dæmonis tẽtationes sustinet. Et ideo Dei custodia maior est necessaria, vt nõ permittat nos tẽtari supra vires nostras. & hoc est, quod iste orauit. *Et anima mea turbata est* &c. q. d. pœnitet me peccasse, sed dæmonis infestationes patior, sed quia vires meas, quib. resistere possim, ignoro, q̃ tibi sunt cognitæ: Ideo peto scire, vsquequo tu, dñe, permittes me tẽtari. Sic etenim iste dicebat. Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi &c.

1. Pet. 4. *Iob 7.* *Tentatio.* *Psal. 12.*

57 *Conuertere, domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.*

POstquã ostendit iste pœnitens suam contritionẽ. Hic consequenter addit suam confessionẽ vbi notandum, quod maioris difficultatis est confessio peccati, q̃ sit contritio. Quinimò maioris virtutis est humilis confessio peccati commissi, q̃ sit innocentiam seruare. Si ergo nullus sine speciali Dei gratia põt se à peccatis custodire: ergo nec humiliter confitetur peccata cõmissa. Vnde Greg. d. Narratis multis virtutibus sancti Iob d. In Iob mirentur qui volunt castitatis continentiam, mirentur integritatẽ iustitiæ: mirentur viscera pietatis: ego aũt in eo non minus admiror confessionem humillimã peccatorum, q̃ tot sublimia gesta virtutum. Scio enim, quia per infirmitatis verecundiam plerunq; grauioris est certaminis cõmissa peccata prodere: q̃ non admissa vitare. Et vnumquodque malum quamuis robustius vitetur, tñ humilius proditur &c. Si ergo iste vt posset conteri de peccatis, misericordiam Dei postulauit. d. *Miserere mei, domine, quoniã infirmus sum.* &c. Multofortius & Dei gratiã postulat, vt sic ad Deũ conuertatur, quatenus, postposita verecũdia, peccata sua confiteatur. Et hoc est, quod dicit. *Conuertere domine, & eripe* &c. q. d. sm gl. *Conuertere domine*, i. fac me perfectè ad

Confessio. *Gregor. 22. mor. c. 14.*

E te conuerti. *Et eripe animam meam*. s. à timore verecundiæ, ne scilicet tanta sit verecundia peccati, vt propter eam perfecta, & humilis amittatur confessio. *Ideo saluum me fac*. scilicet à tali verecundia *propter misericordiam tuam*, vt scilicet in præsenti faciã verãm peccati confessionem. quia scilicet solum in præsenti ante mortem est tempus veræ cõfessionis, & pœnitẽtiæ. propter quod dicitur. Ante mortem confitere: à mortuo enim perit confessio. confiteberis ergo viuus, & sanus. Et ideo vt in præsenti vera sit confessio, hic orat. d. *Conuertere* &c.

Eccle. 17.

F

58 *Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?*

ET si dicas nonne ille diues epulo in inferno existens memor fuit Dei, & confessus est peccata sua, dum tormẽta iuste sibi illata confitebatur? Ad hoc respondet gloss. d. quòd in morte, id est, post mortem nullus, scilicet memor est Dei ad veniam, nec in inferno confessio facta valet ad salutem, quia nunc est tẽpus confessionis: cum autem hæc vita G transierit, non restat nisi retributio. Non est ergo contra hoc, quod in inferno confessus est diues ille euangelicus, qui Lazarum vidit in requie, qui de profundo Lazari comparatione coactus est confiteri sua mala, vsque adeo, vt fratres roget ab his præmoneri. quia non ad veniam confessio eius profuit sibi.

Quæstio. *Responsio.*

59 *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo.*

De pœ dist. 1. perfecta.

H HIc consequenter ponit suam satisfactionem. Et quia satisfactio debet esse secundum mensuram peccatorum: Ideo primò ponit mensuram suæ satisfactionis: secundò mẽsuram sui peccati: ibi. *Turbatus est à furore.* Quantum ad primũ dicit. *Laboraui in gemitu meo*, scilicet considerando quid egerim, quæ pœna futura peccato sit debita. Et vidẽs quòd gemitus præteritus non fuit sufficiens, addit. *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis* &c. Hic idẽ est lectus, & stratum & lauare, & rigare. Vel

Lauare. *Lectus.*

Vel accipitur de lecto materiali, & tunc exprimit lacrhymarum abundatiam, q. bus lectus lauari poterat: Si aũt accipiatur lectus spiritualiter, s. pro conscientia, iuxta illud Cantic. 2. In lectulo meo per noctem quęsiui, quem diligit anima mea. vnde glos. vocat lectum conscientiam, in qua quibusdam quies est, & quibusdam tormẽtum. Ibi enim mũdi corde quiescunt, & ibi malè cordati cruciantur, & tunc est sensus. *Lauabo lectum meum*. conscientiam meam. *Per singulas noctes*. i. eundo per singula peccata. Si antẽ accipiatur lectus pro carne nostra, quam regere debemus, & non ab illa regi. de quo dicitur. Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. i. subijcias tibi carnem tuam, vt eam portes, & non porteris ab illa, tunc est sensus. *Lauabo &c. Et lachrymis meis stratum meũ rigabo*, id est, carnem, vel sensualitatem *lachrymis*, id est, amaritudine pęnitentiæ lauabo, & rigabo ipsam faciendo bonis operibus fertilem, quæ prius arida, & sterilis erat, hic est lectus doloris, & pęnitentiæ, qua gratiam cõtra peccata Deus confert, iuxta illud Psal. Dominus opẽ ferat illi super lectum doloris eius.

A B — *Matth. 9.* — *Psal. 40.*

60 *Turbatus est à furore oculus meus: inueterauí inter oẽs inimicos meos.*

PEr oculum intellige rationem hominis, & intellectum. Psal. 123. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. Per furorem accipe peccatum, quia iram, & furorẽ Dei prouocat. Turbationẽ vero oculi intellige obscuritatem, & ignorantiã mentis. tunc ergo furor turbat oculum, qñ peccato intellectus & rõ obscuratur, peccatum. n. est quædam obscuritas interior, qua totus homo interior obscuratur, & intellectus obtunditur, d. ergo ostendẽs magnitudinẽ suorũ peccatorũ. *Turbatus est a furore*, s. peccato meo oculus meus. *Inueterauí inter oẽs inimicos meos*. Per inimicos accipe peccata, q naturæ insidiãtur ſm gl. Inueterare aũt fieri inutilem ad similitudinẽ vestis veteris, q nec vsui est apta, nec decori, Dicit ergo *inueterauí inter omnes inimicos meos*, i. ego qui prius à Deo fui electus, & eius gratia decorus, & fortis *inueterauí*, idest, ad nullum bonum per peccatum

Oculus. — *Furor.*

factus sum aptus. Et hoc *inter omnes inimicos meos*. idest, inter omnia peccata q. d. secundum glo. A nullo vitio immunis fui: sed omnibus vitijs cõsensi, & per hoc ostẽdit omnibus fuisse se vitijs subiectũ. Quod ideo d. ne quis desperet de grauitate peccatorum. Sed dices quãuis Dauid multis peccatis fuerit implicatus vt patuit in principio huius Psal. non tamen omnibus quia nũquam idololatra fuit. Cur ergo confitetur se inter omnia vitia cecidisse. d. *Inueterauí inter omnes inimicos meos*. Et hoc est quærere nũquid licitum est aliquid cõfiteri de se per humilitatem peccatũ, quod non fecit. Responsio aut talis gerit officium personæ publicæ, aut priuatæ: si primum, potest: quia loquitur in persona omniũ, & oẽs omnia peccata committunt, licet omnia non committantur ab vno. Si autem est persona priuata, non potest, quia tunc mentiretur, quod nulli licitum põt esse. Vel dicendum, ꝙ qñ Dauid dicit, quod inueterauit inter omnes inimicos suos, idest. in omnibus vitijs, quod ly omnes stat pro generibus singulorum peccatorum, non pro singulis generum, sicut dicitur, ꝙ Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, cum tamen multi sint qui non illuminãtur. Genera autem peccatorũ sunt tria, peccatum cordis, operis, & oris.

Quæstio. — *Confessio.* — *Respon.* — *Ioan. 1.* — C

Discedite à me, omnes, qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. 61

POstquam ostendit pœnitentiã suã, hic ostendit effectum pœnitentię, s. quod per pœnitentiam est exauditus, & ab omni purgatus peccato. Et tria facit: quia primò declinat malorum conuersationem. secundò recognoscit peccatorum purgationem. ibi, *quoniam exaudiuit dominus*, tertiò prædicit iniquorum damnationem: ibi, *Erubescant*. Quantũ ad primum dicit, *Discedite*. Sicut enim bonorum societas & conuersatio multorum bonorum est causa, sic & malorum conuersatio multorum peccatorum est causa vel saltẽ occasio. iuxta illud psal. 17. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, & ideo p pęnitentiã purgatus, vt a peccatis abstinere possit,

D — *Discedere.* — *Malus.* — *Bonus.*

sit, societatē malorum debet fugere, sic & modo facit Dauid d. *Discedite à me om nes, qui operamini iniquitatem*, non dicit qui operati estis, vt sacrā salue: puæ, quo qui operati fuerunt iniquitatē, boni sunt effecti, sed nullo sacramēto illi, qui operātur iniquitatem, sunt boni. Et nota q̄ dupliciter mali discedunt à bonis, s. in præsenti, & in futuro. In præsenti animo, quia diuersas habent voluntates, sed non loco, quia hic insimul mali mixti sunt cū bonis, sed in futuro discedūt animo & loco, quia boni à dexteris collocabuntur, mali autem à sinistris, boni in paradiso, mali in inferno. *Quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei*, i. cōpunctionem pro peccatis cōmissis, me. s. ab illis absoluendo. Et attende, q̄ hoc verbum *discedite* hic potest stare tripliciter, s. optatiuè, prędictiuè, & imperatiuè. Si optatiuè, tunc loquitur malis hominibus de separatione morum in præsenti. Si prædictiuè, tunc loquitur malis hominibus de separatione in futuro. Si autem imperatiuè, tunc loquitur dæmonibus imperando, vt ab ipso recedant, existens, enim in gratia, maiorē potestatem habet super dæmones, quā super malos. In cuius figuram legimus Christū suis Apostolis dedisse potestatem super oīa dæmonia, sed nunquam super omnes homines, & ideo imperatiuè loquitur dæmonibus. d. *Discedite*, hominibus autem optatiuè, vel prædictiuè.

Pœnitentia sacramētū. *Discedere à bonis males multis modis.* *Discedere.* *Nota.* *Matth. 9.*

62 **Exaudiuit dn̄s deprecationem meam, dominus orationem meā suscepit.**

HIc recognoscit purgationē peccatorum: quia se exauditum confitetur à Deo. Et nota, q̄ differentia est inter deprecationem & orationē, vt dicit gl. super psal. 60. Qm̄ deprecatio est affidua postulatio, quæ nō solum Deo, sed etiā hominibus offertur. Sed oratio est postulatio puræ mentis, quæ soli Deo offertur, & sic deprecari possumus Deū, & orare. Homines aūt deprecari possumus, sed propriè non orare. Vel aliter & magis ad propositum huius literæ differentia est inter deprecationē, & orationē. vt ait hic gl. quia deprecatio est pro malis remouendis, sed oratio pro bonis habendis. Et sic quādo postulamus peccata nobis dimitti, Deum deprecamur.

Oratio. *Deprecatio.*

E Qn̄ verò postulamus gratiam nobis cōferri, Deum oramus. Ideo iste se in vtroque exauditum confitetur virtute pœnitētiæ. Quo ad primum dicit. *Exaudiuit dominus deprecationem meam*. i. peccata remittendo. *Dominus orationem meam suscepit*, gratiam mihi conferendo. Vel s̄m alios, in isto versu est repetitio eiusdem sententiæ sub alijs verbis, & hoc ex magno affectu, & gaudio pœnitentis. Gaudenti. n. non sufficit semel dicere q̄ gaudet, sed pluries gaudiū suum conatur repetere. Etenim hoc pœnitentibus datur exemplum fiducialiter petendi, quia pœ- F nitentes exaudiūtur à Deo, quia lachrymæ pœnitentis in gaudium termināturs ideo à lachrymis incepit. d. *Lauabo per singulas noctes lachrymis*, &c. & in gaudiū finit, d. *Exaudiuit dominus deprecationem meam*, &c. Et sic fit in omnibus pœnitētialibus psalmis.

63 **Erubescant, & cōturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubescant valdè velociter.**

De pœnitē. dist. 2.

HIc prædicit obstinatorum damnationem. vbi aduertendum q̄ iste G versus duobus modis exponitur. s. prædictiuè, & optatiuè. Si prædictiuè, tunc est prophetia non optatio, quia hic prædicit, quid futurum sit impijs, qui hic peccatorum suorum pœnitere nolunt. q. d. *Me exaudiuit dominus*. quia peccatorum meorum memor pœnitentiam ago, sed, *Omnes inimici mei*, s. contrario modo se habēres, s. nolentes pœnitere. *Erubescant & conturbentur*, i. erubescent, & conturbabuntur, *Vehementer*, quia. s. maxima confusio malis erit in die iudicij. Quare ibi *conuertantur, & erubescant valde velociter*, i. conuertentur, & erubescent. Sed H quomodo mali tunc conuertentur? dico q̄ ibi non erit conuersio à culpa ad gratiam, sed ab actione ad passionem, quare hic mali derident bonos, & simplices, & boni deridentur. sed ibi erit conuersio, quia boni deridebunt malos, & mali deridebūtur à bonis. Vnde dicitur Iob. Deridetur iusti simplicitas, sed in futuro videbunt iusti, s. malorum collegium, & super id ridebunt, & dicent. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit &c. O quam magna & mirabilis

Quæstio. *Conuersio.* *Iob 12.* *Psal. 51.*

rabilis erit ista conuersio, quã benè tunc mali cognoscent: vnde dicent de bonis illud Sap. 5. ij sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam & finem illorum sine honore, & ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos, sors illorum est. Et ista conuersio erit celeriter, quia dum non speratur veniet, sicut enim omnibus sperantibus quęlibet mora longa videtur, sic & desperãtibus quodlibet quantumcunque longum, & distans breuiter ac celeriter venire videtur. Secundò iste versus exponitur optatiue, vt scilicet hic Psal. oret pro malis vt conuertantur ad Deum per pœnitentiam, sicut & ipse conuersus fuit, vt illi veniam obtineant, sicut & ille habuit. q. d. Dominus pœnitentem exaudiuit me. Ergo iam meo exemplo omnes inimici mei erubescant de suis actibus malis: quia mali sunt: & conturbentur per pœnitentiam, & conuertantur per pœnitentiam, scilicet ne vadant, quo ibant. Et hoc celeriter, quia scilicet mora in conuersione peccatoris periculum trahit. Ideo dicitur. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas &c.

Ecclesi. 5.

PSAL. VII.

64 **D**omine Deus meus in te speraui; saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

26. q. 6. argumentus.

HVIVS titulus psal. est. *Ignorantia Dauid quã cecinit domino super verba Chusi filij Iemini.* Pro cuius declaratione notandum. Quòd Chus, siue Chussi, qñq; est nomen proprium, qñq; appellatiuũ. Vt aũt est nomen propriũ, est nomẽ cuiusdã hominis, qui fuit amicus Dauid. vt habetur. 2. Reg. 15. Hic qñ Dauid fugiebat persequutus ab Absalõ filio suo, ad instantiam ipsius Dauid finxit amicitias cũ Absalone, prætendens se inimicũ Dauid, vt omnia, quæ Absalon tractaret cõtra Dauid, ipse sibi signi ficare posset. Tunc ergo accidit ꝙ Achitofel, cuius consilio Absalon regebatur

Chussi.

Achitofel.

A & persequebatur patrem suum, consiliũ dedit ipsi Absalon, vt ipse cum duodecim millibus bellatorum statim inuaderet patrem suum, & eum perderet, dum adhuc esset in campestribus, antequã intraret aliquod fortalitium: quia tunc difficilius eum posset habere. Chussi autem dedit consilium oppositum. d. Scis patrem tuũ esse virum bellicosum, & nos fatigatos: melius est ergo, vt pater tuus aliquam ciuitatem ingrediatur. Et tunc congregato toto regno, circundabimus ciuitatẽ, sic ꝙ nullo modo euadere poterit manus tuas. Placuit autẽ hoc consilium Chussi B magis Absalon, quam consilium Achitofel: propter quòd Achitofel indignatus, statim se laqueo suspendit. Et Chussi statim occultè scripsit ipsi Dauid, quid actum erat. Et tunc super istis verbis Chussi, Dauid gratias Deo agens, & petens liberari à tam dura persecutione filij sui Absalon, istum Psal. composuit: Dauid enim primum ignorabat consilia Absalon contra ipsum, sed per verba Chussi sibi reuelabantur. Et sic est sensus tituli, iste psal. est *ignorantia Dauid:* quia prius ignorabat consilia Absalon, quam cecinit domino, scilicet, confitendo se C ignorasse: *super verba Chus.* s. quæ ignorãtia fuit amota per verba Chus, &c. Et ad istum intellectum satis concordat litera psalmi. Sed Hieronymus istum sensum tituli nõ approbat, sed vult, quòd Chussi hic sit nomen appellatiuum, & non proprium, & significat Aethiopem. Vnde nota, quòd hic Chussi, idest, Aethiops, significat Saulem, eo quòd fuerit denigratus in fama pro iniqua persecutione Dauid, & horrenda persecutione sacerdotũ Nobe in odium Dauid, vt habetur. 1. Reg. 22. cuius occisionis Dauid fuit culpabilis per ignorantiam crassam, eo quòd præ D sente Doegh Idumæo petiuit sibi dari ab Achimelech panes propositionis, & gladiũ Goliæ, ꝙ cũ Sauli per ipsum Doegh fuisset nunciatum, illos sacerdotes fecit occidi. Fuit ergo Dauid hoc ignorans futurum ignorantia crassa: quia benè poterat scire quod Doegh illũ accusaret Sauli. Vnde qñ audiuit mortem illorum sacerdotũ, dixit. Ego sum reus animarum oĩum, sciebam enim, idest, scire poterã, ꝙ cum ibi esset Doegh Idumæus, proculdubio nunciaret Sauli. Vnde Dauid tũc audiens

Hierony.

Aethiops.

diens crudelem mortem sacerdotum illorum à Saule factam propter ipsum, timuit multū incidere in manus Saul. Et ideo tunc fecit istum psalmum, petens à Deo liberari. Et nūc sensus tituli est iste. Ignorantia Dauid, scilicet prædicta, quā scilicet culpam ignorantię.i.propter quā delendam cecinit domino.s.hunc psal.*su per verba Chusi*. idest, Saulis denigrati in fama, & moribus, quia mandauit occi di sacerdotes domini *filij Iemini*.quia ad literam, Saul fuit de stirpe Iemini, vt habetur. 1. Reg 9. Et secundum istum sensum Dauid fecit istum Psal. liberari petens à crudeli persecutione Sauli. Et sic Psal. iste diuiditur in duas partes: quia primò Dauid à Deo petit liberari: secundò rationes adducit, quia debet liberari ibi. *Domine Deus meus si feci istud*, &c. dic vt Nic. de Ly. Iste Psal. agit de mysterijs Christi per historiā prædictam figuratis. Vnde intētio Psal. est nos monere ad gratiarum actionē pro mysterijs Christi hic fidelibus reuelatis. Et diuiditur in partes sex, quia hic sex reuelātur mysteria Christi.s. incarnationis in principio. Secundò passionis: ibi. *Si reddidi retribuentibus mihi mala*. Tertiò resurrectionis: ibi. *Exurge domine*. Quartò ascensionis. ibi. *Et propter hanc in altum regredere*. Quintò iudicij, & vltimæ retributionis: ibi. *Iudica me, domine secūdum iustitiam meam*. Sexto nostræ per Christū beatificationis ibi. *Confitebor domino secundum iustitiam eius*. In prima ergo parte agit de mysterio incarnationis Christi. In prima.n. parte ostendit mysteriū incarnationis Christi nobis esse necessarium ex duobus.s. rōne liberationis à vitijs, & rōne redēptionis ibi. *Nequando rapiat*. Quantum ad primum sciendum q̄ vitia sunt hostes humani generis, qui nos persequuntur. Et quia anima nostra suis viribus destituta sine Dei gratia vitijs non valet resistere ideo dr. Oēs persecutores eius apprehenderunt eam. Sed ab istis inimicis & persecutoribus solus Christus incarnatus nos liberare potuit, nos corrigendo: nō enim purus homo nos liberare poterat, quia quilibet peccator erat, nec solus Deus, quia correctar, & liberator videri debet à liberato, & sic necessarium fuit, vt liberator noster Deus esset & homo. Quæ omnia clarè deducit Greg. d. Vitiolus homo corrigi nō poterat, nisi per Deum. Videri autem debuit, qui corrigebat, vt prębendo imitationis formā, anteactæ malitię mutaret vitam. Sed videri ab homine non poterat Deus, homo ergo factus est, vt videri potuisset. Et infra probat q̄ nullus purus homo nos liberare poterat. d. Omnes nos vnica illa persuasio in culpæ contagio ab ipsa radice polluerat: nullusq; erat, qui apud Deū pro peccatoribus loquens, à peccato liber appareret: quia ex eadem massa conditos cunctos par textus inuoluerat. Proinde venit ad nos vnigenitus patris & assumpsit à nobis naturā, non perpetrans culpā. Sine peccato quippe esse debuit, qui pro peccatoribus intercedere posset quia nimirum alienæ pollutionis contagia non tergeret, si propria sustineret. Sic igitur filius Dei incarnatus solus nos liberare potuit, ipso dicēte, si filius vos liberauerit, vere liberati eritis. Si ergo solus filius incarnatus nos à vitijs liberare pōt, quid est dicere Deo, libera me à persequentibus me, nisi mysteriū incarnationis verbis efflagitare? Quod nunc facit Psal. d. *Domine Deus meus, in te sperauit libera me*, &c. q. d. secundum gl. O Domine oium per potentiam, Deus per creationē, meus per incarnationē, quia tunc seipsum nobis dedit. *In te sperauit*: non in me: *libera me*.s. carnem assumendo, *ab omnibus persequentibus me*.s. ab oibus spiritualibus inimicis, vitijs.s. & peccatis. Et hoc modo liberari per Christi incarnationem Iob à Deo postulabat d. Libera me Domine, & pone me iuxta te, scilicet humanitatem tuæ personæ vniendo.

Al. nunciaret. — *Tre. 3.* — *Persequuntur.* — *Peccatum.* — *Inimicus.* — *Greg. 24. mor. c. 1.* — *Nota de incarnatione.* — *Ioan. 8.* — *Io 17.*

Nequando rapiat vt leo animā meā: dum non est, qui redimat, neque qui saluum faciet.

65 16. q. 2. Visis.

Ostendit hic mysterium incarnationis ratione redemptionis. Vbi nota, quòd ante Christi incarnationem genus humanū propter peccatū sub potestate diaboli erat subiugatū: à qua feruitute non nisi per Christum incarnatū poterat redimi. Cuius ratio est, quia nullus poterat pro peccato commisso Deo tm̄ bonum reddere, quantum mali fuerat peccatū: & tm̄ homo obligabatur.

Incarnatio. Satisfactio. Peccatum, altas indebitum.

Deus

Deus ergo solus poterat, sed non debe- A bat, homo debebat, sed non poterat, ut ergo idem homo posset debitū soluere, quod debebat, necesse fuit, vt Deus homo fieret, qui vnus existens poterat, q̄a Deus: debebat, quia homo: et ex alio quia nulla creatura poterat nos reducere ad tātam libertatem, quantam homo habuit ante peccatum nisi solus Deus homo: quia si aliqua creatura nos redemisset, rōnabiliter serui illius facti essemus: et ex alio, quia ad illum spectat iniuriam remittre, quia iniuriam passus est. Primo aūt peccato filius Dei specialiter fuit iniuriatus: qui primi parētes B in sapientia Deo voluerunt æquari, sapientia aūt filio attribuitur. Ex dictis rationibus Christus incarnatus redēptor noster dr̄ quia solus ipse nos poterat redimere, quod benè notabat Psal. d. Deus redimet animam meam &c. cum accederit me. s. ad vnionem hypostaticam. Quæ benè notans Greg. d. Ipse nāque diabolus peccato primi parentis sub potestate sua quasi iuste tenebat hominē, qui libero arbitrio cōditus iniusta suadēti diabolo consensit. Redimenda igitur erat talis culpa, sed non nisi per sacrificium deleri poterat. Sed quale sacrificiū C quærendum erat pro redemptione hominis? Nec. n. iustum fuit, ut pro rōnali homine brutorum aīalium victimæ caederentur. Non ergo bruta aīalia pro rationali animali. i. pro homine, dignæ victimæ fuerunt. Requirendus ergo erat homo, qui pro hominibus redimendis offerri debuisset, ut pro rōnali peccāte rōnalis hostia mactaretur. Sed homo q. dem sine peccato inueniri non poterat, & oblata ꝓ nobis hostia quomodo nos à peccato mundare potuisset, si ipsa peccati contagio non careret? Inquinata quippe inquinatos mūdare non potuisset. Ergo vt rōnalis esset hostia hō fuerat offerendus: ut verò peccatis mundaret hoīem homo et sine peccato. Proinde venit propter nos in vterum virginis filius Dei, qui pro nobis factus est homo. Sumpta est ab illo natura, non culpa. Fecit pro nobis sacrificium corpus suum &c. quibus noster redemptor est effectus. Ex quibus patet, ꝙ propriè nomine nostri redēptoris Christus incarnatus intelligitur. Sic ergo ratione redēptionis mysteriū incarnationis ostendit Psal. d. *Nequando rapiat vt Leo animā meam, dum non est, qui redimat, &c.* q. d. Si non veniat Christus carnem assumēdo, qui nos redimat, & saluos faciat. Leo. s. diabolus, qui tanquā leo rugiens circuit, &c. *Rapiat animam meam.* s. de corpore ad pœnam æternam. Et ideo ne animas nostras rapiat leo diabolus, Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret.

Psal. 48. *Gregor.* 17. *mor. c.* 15.

Diabolus.

Aliter hac littera habetur in origi nali Gregorij.

Redēptio.

1. Pet. 6.

ad Gal. 4.

Domine Deus meus, si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

66. De pœn. di. 6. opponitur.

Consequenter hic agit de sacramento passionis Christi. Et hic stilus loquendi mutatur, quia in præcedentibus Psal. loquebatur in persona propria, postulando Christi incarnationem, nunc autem loquitur in persona Christi, ostēdendo suam innocentiam & patiētiam in passione. Et tria facit. Quia primò ostendit Christi innocentiam. Secundò Christi patientiam ibi. *Si reddidi retribuentibus.* Tertiò Christi passionē asperrimam, ibi. *Persequatur inimicus animam meam.* Quantum ad primum ergo ostendit Christus suam innocentiam d. *Domine Deus meus si feci istud, &c.* Vbi primò notandum ꝙ ista dictio, si, in scriptura tripliciter ponitur. s. Quandoque affirmatiuè. s. si pro quia: Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Aliqñ negatiuè, vt quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Aliquando neutraliter: vt, tamen dico vobis, ꝙ si pseuerauerit pulsans, &c. & Matth. Si sciret pater familias qua hora, &c. Hic autem tenetur merè negatiuè. Item notandum ꝙ quando aliquod peccatum po- D nitur sine speciali nomine tunc significat maximum peccatorum, scilicet, superbiam, quæ est fons, & origo omniū vitiorum propter quod hic dicit glos. Quod quando hic dicitur. *Domine Deus si feci istud,* ly istud significat peccatū superbiæ quæ est radix oīum malorum. Et hoc est primū vitium recedētibus. s. à Deo & vltimū redeuntibus. Per iniquitatem aūt intelligitur gn̄aliter peccatū operis. Ex istis apparet sentētia textus, qm̄ Christus volens ostēdere ꝙ absque peccato

Luc. 22. *Psal.* 94. *Luc.* 17. *Matth.* 25.

Peccatum. Superbia Iniquitas.

peccato proprio passus est patri suo per modum querelæ d, *Dominus Deus*.s. per *si feci istud*. i. peccatum superbiæ quod sine nomine dixi. Si. i. non feci. *Et si est iniquitas in manibus meis*. i. non est. q. d. Christus illud, Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.

Iob 17.

67 *Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.*

VBi Christus ostendit suę passionis patientiam. Vbi nota q reddere in scriptura quadrupliciter distinguitur scilicet Reddere pro bono bonū. Reddet Deus mercedē laborū sanctorū &c. & Matth. Voca operarios & redde illis mercedem, & hoc est opus iustitiæ. Reddere malum pro malo. Reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos: quod quandoque fit virtute iustitiæ: & sic licet: quandoque verò liuore vindictæ, & sic spectat ad vitiū iracundiæ reddere malum pro bono. Nunc redditur pro bono malum, quia foderūt, &c. Et hoc est opus summæ malitiæ: reddere pro malo bonum. Videte ne quis malum pro malo reddat, sed ē contrario benedicentes, & hoc est opus summæ patientiæ. Modo ad propositū, opus summæ malitiæ faciebant persecutores Christi ipsum persequendo: quia mala pro bonis in passione sua sibi reddebant. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorū opus me lapidatis? Christus verò econtra erga eos habebat opus summæ patientiæ, quia non reddebat malum pro malo, sed pro malo bonum, quia vt dicitur, Cūm malediceretur, non maledicebat, cū pateretur, non comminabatur, &c. Et hāc summam Christum in passione habuisse patientiam patet, maximè cūm pro inimicis oraret, vt non perirent: quod ostendens ipse Christus nunc dicit, *Si retribui retribuentibus mihi mala*, scilicet, pro malis. s. idest, nō retribui malū pro malo, nec solū pro bono bonū, sed quod est summę patientię, retribui bonū pro malis, & tamen ipsi me persequuntur, vnde subdit, *Decidam ab inimicis meis*. i. tanquam inanis & impotēs. *Decidam ab inimicis meis*. s. per mortem, & passionē.

Reddere. Sap. 4. Matth. 20. Psal. 94. Hiere. 18. 1. Thes. 5. Ioan. 10. 1. Petr. 2. Patientia Christi.

E *Persequatur inimicus animam meā, & comprehendat, & conculcet in terra vitā meam, & gloriam meā in puluerem deducat.*

68 11. q. nemo.

IDest, persequetur inimicus animam meam, comprehendet & conculcabit in terra vitam meam, & gloriam meam in pulnerem reducet, q ideo dicit quia ad horam passionis omnis Christi gloria in puluerem, id est, in nihilum deducta videbatur, quādo, scilicet omnia opposita gloriæ regali videbantur in eo: F vt puta pro corona regni coronam habebat spineam, pro sceptro arundinem, pro purpura vestē albam, pro solio crucem, pro calice spongiam aceto pleuā, pro familia nullum ex apostolis, quia omnes, eo relicto fugerunt. Vnde tunc merito de diabolo & mēbris eius Christus poterat dicere illud, Spoliauit me gloria mea, abstulit coronam de capite meo, destruxit me vndiq; & pereo. Non enim credendum est, q Christus iureiurando hoc sibi imprecetur, sed prædicit quod futurum erat, prophetizat ergo & non iurat per execrationem quod est G grauissimum iusiurandi genus, cum dicit, Si illud feci, hoc patiar, vt ait glo.

Passio Christi. Luc. 22. Iob 19.

Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum. 69

HIc consequenter agit de mysterio resurrectionis Christi, & duo facit: quia, primò resurrectionem Christi postulat, secundò eius meritum & fructum indicat, ibi, *Exurge domine Deus meus in præcepto*. Quantum ad primum sciendum, quòd Christi resurrectio fuit opus magnæ misericordiæ & iustitiæ. Misericordiæ, quia per illā & nostra resurH rectio fiet ad gloriā vltra merita nostra. Iustitiæ, quia per illam fiet resurrectio malorum ad ipsorum pœnam & vindictam. Sicut Simeon de ipso Christo prædixit. Positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum. Etiam ex alio quia per aliam multi per gratiam illuminati cōuersi sunt ad fidem, quod fuit opus misericordiæ, & per illā multi magis obstinati suis iniquitatib. relicti fuerunt, quod fuit opus iustitiæ: ideo ipsa Christi resurrectio respectu bonorū, dr opus

Resurrectio Christi. Luc. 2.

opus misericordiæ, & respectu malorum opus iustitiæ. Et quia Dei iustitia, qua malos punit, per irã figuratur, quia tunc ad modum irati se vr̃ habere, ideo eius resurrectio dr̃ in ira Dei fieri.i.in iustitia. Et hoc est quod dicis, *Exurge domine in ira tua*.i.non solum per tuam resurrectioñe dabis bonis gratiam per misericordiã, sed & malis pœnam per iustitiã. Sic etenim iustitiam malorum punitiuam per iram significabat. Dominus in ira sua cõturbabit eos & deuorabit eos ignis, & cõsequenter ostendis ꝙ sit opus misericordiæ d. *Et exaltare in finibus inimicorum meorũ*. Hic enim ostendit ꝙ per Christi resurrectionem diabolus, & angeli eius, qui specialiter inimici dicuntur humani generis, expellentur de possessione sua. Possessio enim diaboli sunt mali homines quos per peccatum diabolus possidet: cũ enim iustificatur impius, vt dicit gl. à possessione diaboli migrat in templum Dei, & in ipso Deus exaltatur, qui per ipsum prius vilipendebatur, & hoc est quod dicit, *Exurge, domine*.s. à mortuis. *Et exaltare in finibus inimicorum meorum*, idest, in possessione diaboli & angelorum eius, vbi.s.honoraris à cõuersis hominibus, qui prius erãt diaboli possessio, sic enim in finibus inimicorum Deus exaltatur, qñ in cordibus conuersorum grandescit & alius colitur & prædicatur, pp quod dr̃. Accedet homo ad cor altũ & exaltabitur Deus. Ad cor altũ accedit homo, qñ non terrena, sed cœlestia meditatur & tunc exaltatur Deus, scilicet in corde eius. Deus enim non in se, sed in corde hominis grãdescit, vt ibidẽ dicit gl. Sic enim dicitur. Zach. 14. Exaltabitur Dominus, & habitabit in loco sancto suo.s.qui prius possessus erat à diabolo. Sic enim exurgere à mortuis Christum, vt diabolus à nobis fugaretur orabat Psalm. d. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.

Ira Dei. — *Psal. 10.* — *Diabolus.* — *Exaltare.* — *Psal. 61.* — *Psal. 67.*

70 *Et exurge domine Deus meus in præcepto, quod mandasti. & synagoga populorum circundabit te.*

23.q.5.alemannus.

Ostendit meritum, & fructũ Christi resurrectionis. Et primò meritum, d. *Exurge domine Deus in præcepto quod mandasti*. Vbi notãdum, ꝙ per domini præceptum intelligitur humilitas, quam Christus maximè exẽplo nos docuit, & verbo. d. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Et hoc est illud præceptum lucidum, quod oculos mentis maximè illuminat, ipsos excæcat superbia ei opposita, de quo Psal. Præceptum domini lucidum, &c. Per hoc autẽ præceptum quo.s. Christus vsq; ad mortem crucis obediens patri se humiliauit exaltatus per resectionẽ, iuxta processũ apostoli. Humiliauit semetipsum, &c. Declarans ergo meritum resurrectionis Christi. d. *Exurge domine, in præcepto, quod mandasti*, idest, virtute humilitatis, quam verbis mandasti, & exemplis tu resurges. Consequenter ostendit fructum resurrectionis. d. *Et synagoga populorum circundabit te*. Synagoga enim dicitur à syn, quod est con, & goge aggregatio, vel aggregare: & inde synagoga, idest simul aggregatio vel congregatio. Per resurrectionem enim domini congregatio diuersa populorum circundedit Christum, scilicet, quidam amando, & se ad Christum conuertendo, & quidam persequendo. Circundederunt enim Christũ, vt ait gl. populi vel humilem contemnẽtes, vt persequentes, vel humilem amantes, vt credentes. Quia sicut dictum est in præcedente versic. visa & prædicata Christi resurrectione, aliqui obstinati fuerunt ad malum, non credentes: & aliqui conuersi ad bonum, & facti fideles. De primis dicit Christus. Circundederũt me canes multi &c. scilicet, apostolos & fidem persequendo. De secundis dicit Christus, Circundabo domum meam ex ijs, qui militant mihi.

Matth. 11. præceptũ. Humilitas. — *Psal. 18.* — *Synagoga.* — *Circũdare.* — *Psal. 21.* — *Zach. 9.*

71 *Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.*

Consequenter hic agit de mysterio ascẽsionis. Sicut enim Christus per incarnationem de alto venit ad ima, de cœlis ad terras, sic per ascensionem suam de terris ad cœlum. De imis ad alta est regressus. Et hoc præuidens psal. d. *In altum regredere*, sic enim & in psal. 18. dicit. A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Sed quid est quod ait? *Et propter hanc*, vbi nota quòd *hanc* refertur ad synagogã, de qua statim superius dixit. Et synagoga populo-

Ascensio Christi.

pulorum,&c. *Et propter hanc*. ideſt,ſynagogam *in altum regredere*. Illa enim ſynagoga,quę Chriſtum reſuſcitatum circundedit,fuit duplex ſcilicet amãtium & perſequentium. Et de vtraque dicit. *Et propter hanc in altum regredere*,ſcilicet,ad cęlum aſcẽde:vnde *propter hanc* ſcilicet credentium, *in altum regredere*, vt de alto mittas eis ſpiritumſanctum, quia ſi in altum regreſſus non fuiſſet,ſpiritusſanctus non deſcendiſſet ad ſynagogam, ideſt ad populos congregatos. Sic enim ipſe Chriſtus dicebat. Expedit vobis,vt ego vadam:ſi enim non abiero,paracletus nõ veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam vobis eum. Et hoc eſt, quod hic orans Pſal. dicit. *Et propter hanc*,ſcilicet congregationem fidelium *in altum regredere*:vt ſcilicet eis ſpiritumſanctum mittas. Hoc etiam & de ſynagoga perſequentium dominum intelligitur. *Et propter hanc in altum regredere*,te illi ſubtrahẽdo:quia ſcilicet locum non habes in malis, & ideo ſubtrahendo te illis in altum regredere: Ex prædictis apparet, quam iuſte Deus iudicat congregationes,vel ſynagogas diuerſas,ſcilicet bonis dando ſpiritusſancti gratiam, & à malis ſe ſubtrahendo, nec cum eis etiam ſpiritualiter habitando. Et ideo ſubditur. *Dominus iudicat populos* q.d.pſal. Dominus iudicat populos:quia bonis dat gratiam, ſed obſtinatos in ſua relinquit malitia,& ſic malos diſcernit à bonis. Quod in alio loco orat Pſal. d. Iudica me Deus,& diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta.

Ioan. 16.

72 *Iudica me,domine,ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me.*

Conſequenter hic agitur de vltimo iudicio, quo venturus eſt iudicare bonos,& malos. Et duo facit,quia primò agit de iudicio, quo ad bonos: ſecundò quo ad malos. Secunda pars eſt ibi. *Niſi conuerſi fueritis*. Prima diuiditur in tres partes,quia primò ad bonos iudicãdos,primò oſtendit Dei iuſtitiam:ſecundò Dei miſericordiam. ibi. *Conſumetur nequitia peccatorum*:tertiò Dei patientiã. ibi, *Deus iudex iuſtus fortis,& patiens*. Primò igitur oſtendit Dei iuſtitiam quæ bonos iudicando eis iuſte retribuet. Vnde de hac confidens ait. *Iudica me, domine,ſecũdum iuſtitiam meam*. Vbi nota ꝙ duæ ſunt partes iuſtitiæ ſcilicet declinare à malo:& facere bonũ,quas in perſona iuſtorum Pſal. ſe cõfitetur habere. d. *Iudica me,domine,ſecundum iuſtitiã meã*: quæ.ſ.eſt in bonis faciendis. *Et ſecundum innocentiam meam*,quæ.ſ.eſt in decliuandis malis. Sed fortè dices. Qualiter iſte tantum præſumit,vt ſe tãtum iuſtificet, vt ſm ſuã iuſtitiã iudicari petat à Deo, cum tamen nõ ſm iuſtitiam, ſed ſolum ſecundum miſericordiam Dei ſe in præſenti Pſal. ſaluari poſtulabat. Saluum me fac propter miſericordiam tuã. Reſponſio. dicitur primò quòd iſta Pſal. non dicit optando, ſed propheti zando: vt ſit magis futurorum prædictio, quàm poſtulatio. Secundò quia in præcedenti pſal. gerebat formam pœnitentis: ideo poſtulabat miſericordiã, qua vocamur ad pœnitentiam. Nunc poſt peractã pœnitentiã,accepta remiſſionis gratia, qua quis iuſtificatur à Deo, ne ſit ingratus, iuſtitiam à Deo ſibi datã commemorat. d. *Iudica me, domine, ſecundum iuſtitiam meam*. Nõ quidẽ præſumens de ſuis meritis, ſed magis Deo gratias reddens de iuſtitia à Deo ſibi data. q.d. ſicut tua gratuita bonitate me iuſtificaſti non meis meritis,ſic per illam iuſtitiam à te peto, gratioſè iudicari. Et ꝙ iſtam iuſtitiam,& innocentiam non ſibi attribuat, ſed ipſi Deo notat, cum ſubdit. *Et innocentiam meam ſuper me*. q.d. ſecundum glo. Iuſtitiam,& innocentiam dico meam, quæ à te mihi data: ideo illam & iuſtitiã & innocentiam dico ſuper me:quia deſuper à Deo ſunt,& non ex me. Et iſto modo dona Dei dicimus noſtra: non quia ex nobis,ſed quia nobis data à Deo vt oſtẽdit Gregor. ſuper illo verbo Iob, Reddet homini iuſtitiam ſuam. d. Iuſtitia noſtra dicitur,nõ quia ex noſtro noſtra eſt; ſed quia diuina largitate fit noſtra. Sicut in dominica oratione dicimus. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Ecce & noſtrum dicimus:& tamen,vt nobis detur,oramus:noſter quippe ſit cum accipitur,qui tamen Dei eſt, quia ab illo nobis datũ, eſt ergo Dei exmunere & noſter fit veraciter per acceptionem. Sic & modo iuſtitiam ſuam dicit Pſal. qui à Deo ſibi datam confitetur, dicit ergo.

Iuſtitia. *Quæſtio.* *Iudicare.* *Greg. 24. mor. c. 7.*

Iudica

Iudica me domine, secundum iustitiam, & meam, &c. q. d. sicut per iustitiam tuam mihi datam me iustificasti, & per consequens in numero filiorũ constituisti: ita oro vt me iudicando ad partem dexterã ponas cum filijs, & bonis. Vel alio modo pôt declarari, ꝙ iustitia dicatur nostra quia ad iustificationem hominis requiritur, & Dei gratia iustificans, & hominis voluntas mala detestans & appetens bona, & sic ratione gratiæ dicitur esse Dei, & ratione liberi arbitrij dicitur nostra, sm enim Aug. Qui fecit te sine te non iustificabit te sine te. Et hoc est, quod dicit Magister, ꝙ non est meritum in homine, quod non sit à gratia, & à libero arbitrio nostro. Et hoc est, quod dicitur Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis, domine Deus noster.

Magister lib. 2. dist. 17.

B

75 *Consummetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda & renes Deus.*

HIc ostendit Dei misericordiam. Et duo facit. Quia primò ostendit Dei misericordiam in iudicando. Secundò illam sibi præstari postulat. ibi. *Iustũ adiutorium.* Quantum ad primum dicit. *Consummetur nequitia peccatorũ.* Vbi notandum ꝙ in hoc magna misericordia Dei apparet in nobis: quia vt merita nostra crescant, per quę in iudicio maiora nobis præmia dentur, non solum bona, sed etiam mala aliorum, & peccata ad nostrum meritum proficere facit: quia crescente malitia malorum & peccatorum: & iustorũ merita crescunt. Et hoc est, quod dicit apostolus. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Cogita quantũ nequitia tyrannorum profecit martyribus, quia quantò plus eorum crescebat nequitia tantò maior erat victoria, & gloriosior erat corona. In cuius signum quantò maior fuit contra ecclesiam persecutio, ipsa magis crescebat, & dilatabatur. Et hoc est quod dicit Greg. Aeternitatis quippe præmia præstolantes vires ex aduersitatibus sumũt: quia crescente pugna, gloriosiorem non ambigunt habere victoriam. Sic itaque electorum desideria, dum premuntur aduersitate, proficiunt. Sicut ignis flatu premitur, vt crescat: & vnde quasi extingui cernitur, inde roboratur. In eo nãq; ostendimus quanta ad Deum charitate flagramus: si non solum ad eũ per tranquilla, sed & per aduersa & dura trãsimus. Deus enim summè bonus, mala fieri non permitteret, nisi ipsa mala bonis proficerẽt: Et hinc est quod sicut quãbona malis nocent, sic & mala proficiũt bonis. Et hoc non est, nisi ex misericordia Dei, quam habet erga suos electos. Hanc igitur misericordiã notãs Psal. dicit. *Consummetur nequitia peccatorũ & diriges iustum.* q. d. Consummetur nequitia peccatorum .i. perficiatur: vt qui in sordibus est, sordescat adhuc: vt tandem inueniat iustum cõtra se Dei iudicium, quod prædicit, non optat. Et quia crescente malorum nequitia, crescunt & merita iustorum, ideo subdit. *Et diriges iustum*, vt per illorum nequitiam dirigatur iustus, idest, eius merita crescant. Verum quia per consummationem malitiæ peccatorum à nobis non potest cognosci, in quo crescat iustus & dirigatur, quia maximè versatur in corde, quod nobis non patet, sed soli Deo, qui solus nouit corda omnium filiorum hominum: ideo subdit. *Scrutans corda, & renes Deus*, idest cogitationes, & delectationes. i. solus Deus nouit *corda*, idest, *cogitationes*, & renes, idest, delectationes quæ per renes significantur: quia in renibus viget delectatio carnis, quæ communior est cæteris, & maior. q. d. Quia Deus nouit quid quisq; cogitet, quid quemque delectet: an scilicet cogitationes sint bonæ, vel malæ: an delectationes sint bonæ, vel malæ. Ideo ipse solus nouit, quis iustus dirigatur, crescente nequitia malorũ, & quis decrescat. Vnde ad Roma. 8. Qui autem scrutatur corda, scit quid desiderat spiritus, scilicet, an bonum, vel malum.

Roma. 8. Aduersitas. Meritum. Bonus.

Gregor. 26. mor. c. 10.

Cor. Renes.

C

D

Iustum adiutorium meum à domino, qui saluos facit rectos corde. 74

COnsequenter hic diuinum postulat adiutorium. Quia enim statim dictum est, quòd nequitia peccatum dirigit occasionaliter iustum: sciens iste, ꝙ proprijs viribus talibus nemo meritoriè resistere potest: ideo in persecutionibus, & aduersitatibus positus vt in illis dirigatur & non deficiat Deum sibi auxi-

auxiliari postulat. d. *Iustū adiutoriū*, &c. Vbi nota ꝙ Deus illos adiuuando exaudit qui iusta petunt, petentibus autem iniusta, magis contrariatur. Verbi gratia iens quis ad homicidium perpetrandum, rogat Deum, vt illud peragat faciliter: similiter de adulterio, & alijs malis: nunquid credendum est, Deum talibus patrocinari? Certè minimè: quia quia solum rectis corde iusta petentibus patrocinatur, vnde Chrysosto. Omnis colonus, cuius terram possidet, illius auxilio opus habet. Et qui iustitiam tenet, nullius auxilio indiget nisi Dei. Et qui in iniquitatibus ambulat, diaboli auxilium necessarium habet. Colonus enim Dei auxilium diaboli non requirit. Colonus autem diaboli adiutorium Dei, & si requirit, non inuenit. Vidistine aliquādo euntem ad furtum Deum orantem, vt benè prospetet in furto vt non comprehendatur in crimine: aut qui vadit ad fornicationem, nunquid signum crucis sibi apponit in fronte, vt non cōprehendatur in crimine? quod si fecerit, nō non solum non adiuuatur, sed tunc amplius tradetur: quia nescit diuina iustitia criminibus patrocinia dare, vnde hoc sciens propheta, solum à Deo iustum adiutorium petit, quia multi sunt, qui aduersa sustinent vel pro vana gloria, vel ad alios decipiendum à quorum numero iste se excludit. d. *Iustum adiutoriū meum à domino, Qui*, scilicet ipse solum rectis corde auxiliatur: propter quod subdit. *Qui saluos facit rectos corde*, vnde: Deus in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina.

Chrysosto. sup. Matth.

Psal. 74.

75 ***Deus iudex iustus, fortis, & patiēs: nūquid irascitur per singulos dies?***

OStendit hic Dei patientiā. Magna est enim patientia Dei, qui peccatores non statim iudicat, sed eos patienter expectat, vt cōuertantur. Quis enim saluus esset si peccatores ad pœnitentiā non expectaret? Nō Paulus, Christū qui persequebatur, non Petrus qui Christū negauit, &c. vnde ait apostolus. Cum cōtemnis patientiam eius, ignoras quoniā benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, vbi glo. Copiosa est patientia Dei, quæ multa peccantibus bona ministrat: blandiens vt ad pœnitentiam extrahat. Copiosa est patientia Dei, quæ tot, & tanta peccantes sustinet, nō cito eos punit, &c. Tñ & si modo patiens est cogita, quod ēt fortis est, & iustus. Fortis cui nullus resistere pōt. Iustus quia nullum peccatum impunitum per mittit. Quod ideo dicit, vt magis nos ipsum timendo, eius patientiam non contemnamus. Et hæc oīa notans Psal. d. *Quod Deus est, iudex, fortis, & patiens: nūquid irascitur per singulos dies*. s. peccata statim puniendo. q. d. non, sed expectat ad pœnitentiam, vt conuertamur. Et, si non conuertamur grauius iustè puniat ratione cōtemptus suæ patientiæ. Illa enim peccata sunt grauiora, arctiori pœna plectenda, quæ diutius animam detinent alligatam. extra de consuet. cum tanto.

Rom. 2.

Nisi conuersi fueritis, gladium suum vi brauit: arcum suum tetendit, & parauit illum. 76

De pœ. dist. 6. in fine.

COnsequenter hic agit de iudicio Dei, quo ad malos. Et tria facit: quia primò ponit peccatorum malitiam & inquinationem, ibi. *Conuertetur dolor eius*. Quantum ad primum dicit, *Nisi cōuersi fueritis*, &c. Vbi nota, ꝙ per gladiū, Dei scriptura sacra intelligitur, iuxta illud Apostoli. Assumite gladium spiritus quod est verbū Dei. Iste est ille gladius de ore Dei procedens ex vtraque parte acutus, de quo Apoc. 1. Ex ore eius gladius ex vtraq; parte acutus exibat: quia sacra scriptura ex ore Dei procedit, nō humanitus adinuenta, ex vtraq; parte acumen habet: quia bonis prēmia, & malis minatur supplicia. Similiter arcus dicitur sacra scriptura: Arcus enim habet duo. s. lignum durū, & chordam mollem & in lignum durum per chordam mollem flectitur. Sic sacra scriptura habet, vetus testamentum quod durum erat, & rigoris: quia ibi oculum pro oculo. & dentem pro dente, &c. quę satis dura, & rigorosa erant. Habet & nouū testamentum, quod totum est molle, & pietatis: quia indulgētiam prædicat, & benefacere ēt inimicis. Et sicut per chordam flectitur lignum, sic per nouum testamentum duritia veteris testamenti flectitur, & domatur. Et de isto arcu scripturæ dicit

Gladius. Ephesius.

Arcus scriptura sacra

Iob 29. cit dñs. Arcus meus in manu mea instaurabitur, quia. s. sacra scriptura, quæ modo malis pœnam minatur, nisi conuertantur, tunc. s. in vltimo iudicio instaurabitur. i. verificabitur: quia tūc quod verbis modò minatur, verificabitur per exhibitionem pęnæ. Dicit ergo malis minando. *Nisi conuersi fueritis*. s. à peccatis vestris. *Gladium suum vibrauit*. i. sententiam, quā modo minatur scriptura, mādabit executioni: quia manifestam vindictam exercet in malis. Et eodem modo *arcum suum*. i. sacram scripturā, quæ modo malis minatur, *tetendit & parauit*: tetendit quippe: quia ipsam per suos doctores exposuit: vt. s. in ipsa apertè cognoscantur supplicia malorum debita. *Et parauit*. s. ad percutiendum: *Nisi conuersi fueritis*. Quod ideo dicit, ne remissa putetur Dei patientia, quæ malos patienter expectat. Ideo dicit parauit arcū suum, vt mox missurus sagittas putetur, sicut qui arcū parat, vt sagittas emittat. Sed quales sagittas emittet: subdit.

77 *Et in eo parauit vasa mortis sagittas suas ardentibus effecit.*

26. q. 2. in fine. Sagitta duplex. Vbi nota quòd sacra scriptura duplices sagittas continet: quas in iudicio emittet, scilicet sagittas mortis, & sagittas amoris. Per sagittas mortis iaculabit sententiam contra malos, dicens. Ite maledicti in ignem æternum. Sed per sagittas amoris bonos in suo confirmabit amore, & gloria. d. Venite benedicti, &c. Primæ sagittæ vocantur vasa mortis, quia mortem perpetuā malis immittent. Secundæ vocantur sagittæ ardentes, quia bonos ad Dei amorem totaliter accendent. De sagittis contra malos dicit dñs. *Deut. 32.* Inebriabo sagittas meas sanguine, gladius meus deuorabit carnes de cruore occisorum. Quod sic loquitur ad significandum acerbitatem pœnæ damnatorum. De sagittis verò ardentibus pro bonis dicitur. *Psal. 119.* Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs, vbi gl. Sagittæ sunt verba scripturæ sacræ: quia verbis Dei sagittatur cor ad amorem Dei: vt fiat in eo vulnus non liuoris, sed amoris. *Carbo.* Carbones verò sunt exempla iniquorum conuersorum ad Deum: qui benè dicuntur carbones, qui ad literam de mortuis reuiuiscunt, quā- *Conuersio peccator.*

A do accenduntur. Ita qui se conuertunt ad dominū, de mortuis reuiuiscunt, igne charitatis calefacti, & suo exēplo alios accendunt: vt quod verbis quis accipit, credat se facere posse. Dum multi etiam delicati & fœminæ, vt Agnes, & Agatha, illud implerint. Etiamsi multum peccauerint, vt Paulus, & Maria, eo amplius amauerunt. Hæc exempla dicuntur carbones desolatorij, uel vastatorij: quia vastando ad desolationem ducunt carnales cogitationes, & seculares amores. Et de istis sagittis ardentibus vulnerabūtur in iudicio beati: vt ab amore Dei amplius discedere non possint, de quibus B nunc dicit. *Et sagittas suas ardentibus effecit*. Istæ ergo sunt sagittæ acutæ quibus quilibet bonus in iudicio vulneratus, dicet illud. Posuit me quasi sagittā electā, in pharetra sua abscōdit me, &c. *Esa 49.* Vel aliter, isti duo versus de Christo intelliguntur: vt per gladium significetur Christus, qui est verbum Dei, de quo Apostolus. Et gladium spiritus assumite, quod est verbum Dei. Iste gladius in primo aduentu suo vagina humanitatis fuit tectus: sed in secundo aduentu vibrabitur, coruscabit. s. lumen suis, & C impios terrēs. Similiter per arcū, intellige Christum, de quo. Vide arcum, & benedic qui fecit illum: valde enim speciosus est in decore suo. Iste arcus fuit paratus, qū operatione spiritussancti ex Maria virgine formatus fuit, & homo factus. Fuit tensus, quando in cruce brachia in modum arcus tetendit. Sed iste arcus habet vasa mortis, & sagittas ardentes: quia in iudicio malos damnabit: sed bonos assumendo, charitate vulnerabit, &c. vt supra. *Christus. Arcus. Ephes. 6. Gladius. Eccles. 43.*

78 *Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.*

D Hic consequenter ponit peccatorū malitiam & demerita, quibus scilicet iustè damnabuntur. Ad cuius intellectum notandū, q in scriptura multiplex dolor continetur, s. dolor deformis. s. peccatū, quod dolor dr, quia causa omnis doloris: vnde dicitur. Eos, qui se obseruant à doloribus. s. a peccatis, liberabit. Et est dolor informis, scilicet pœna præsens huius vitæ. Si autem in potētatibus 80. anni, & amplius eorum labo, *Hiere. 80.*

labor,& dolor. Et est dolor informatus. E s.gratia.s.dolor cótritionis: Dolor meus super dolorem, quia.s. dolor contritionis est super dolorem peccati. Et est dolor informans, scilicet, passio Christi. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, si est dolor sicut dolor meus. Et est dolor dãnationis; vñ de dãnato dr. Oĩs dolor irruet in eum. Hic aũt accipitur dolor pro peccato, per iniquitatem verò, & iniustitiã accipe peccatum exterius in operatione. Quãuis enim oẽ peccatũ sit iniquitas. 1.Io.5.tñ proprius accipitur pro peccato operis: vt habetur Psal.6. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Et similiter iniustitia accipitur hic pro peccato operis, peccata enim interiora abscondi possunt: sed exteriora patent. Ideo de peccato exteriori, & patenti sub nomine iniustitiæ dicitur. Iniustitiam meam non abscondi. Modo ad propositum; quia dictum est, quòd Deus contra malos gladium suum vibrauit, & arcum tetendit, &c. Forte diceret aliquis: ergo Deus est causa damnationis eorum. Respondet Psal.d.non: sed malicia, & peccatum est causa damnationis, probat.d. de primo homine. Quia concepit dolorem, idest, peccatum in corde *& peperit iniquitatem*, scilicet, & iniustitiam, peccatum, cordis executioni mandando. *Concepit namque homo dolorem*.i.peccatum à diabolo: qñ consensit suggestioni diaboli.d. Eritis sicut dij: sed peperit ex illo cóceptu iniquitatem, & iniustitiam, quando peccatum in corde conceptum ad actum perduxit, comedendo lignum vetitum. Et similiter de quolibet alio homine peccante potest dici: ꝙ prius concipit dolorem, idest, peccatum in mente: & postmodum ipsum parit in opere: vt sic cuilibet peccatori dicatur illud. Multiplicabo erumnas tuas. Et causam subdit, quia cóceptus tuos in dolore paries. Et quantum ad hoc notare possumus. ꝙ iste conceptus peccati est multiplex in scriptura: ſm diuersitatem peccatorum, scilicet conceptio ambitionis & superbiæ figurata in Agar, quæ ex conceptu superba est effecta. Illa concepisse se videns despexit dominam suam, figurans illos qui ex conceptu bonorum operum superbiunt. Deceptionis, & malitię, qua

Thren.3. *Iob 20.* *Iniquitas.* *Peccatum.* *Iniustitia.* *Psal.31.* *Quæstio.* *Gen.3.* *Concipere.* *Gen.16.*

quis scilicet per falsitatem concipit proximum decipere. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Concepimus, & locuti sumus de corde verba mẽdacij. Cóceptio carnalitatis & luxuriæ. Luxuria enim est quidam intrinsecus ardor, qui nõ solũ intus mentem comburit, sed ẽt extra corpus vt stipulam consumit. Concipientis ardorem, & parientis stipulam. Conceptio crudelitatis, & seuiciæ: qui conceptus magis est fœmineus quam virilis. Concepit, & peperit filiã & dixit, voca nomen eius absque misericordia: quia non addam vltra misereri. Conceptio ociositatis, & pigritiæ: qua quis bona opera solum in fine agere concipit: quod figuratur in Elisabeth, ꝙ solum in senectute concepit filiũ Elisabeth. Luc. 1. Et ipsa concepit filiũ in senectute sua. Conceptio maledictionis blasphemiæ. Iob 21. de impijs dr. Bos eorũ concepit, & nõ abortiuit, &c. Istæ ergo sunt malæ cóceptiones ex quib. in iudicio mali dãnabuntur. Vnde ostẽdens hic cãm dãnationis ipsorũ d. *Ecce parturit iniustitiam, concepit*, &c. Et iste talis cóceptus est quędam concupiscentia interior, quæ exterius operis parit peccatum. Iacob. 1. Cócupiscentia, cum conceperit, parit peccatũ. Et de peccato simile subdit: dicẽs. F G

Esa.59. *Esa.33.* *Osea.1.*

79 *Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit.*

QVasi d. talis cóparabilis est aperiẽti lacum. s. cócipiendo, hoc est dicere, *Lacum aperuit*: aperiendo mentẽ suã diabolo suggerenti & consentiendo. *Et effodit eum*. i. similis est fodienti lacũ, in parturiendo per opus, qui. n. fodit lacũ operatur: & sic, qui instat operi fraudis, vel peccati, lacum effodit. Sed quid sequitur? ꝙ *incidit in foueam, quam fecit*, idest, similis est incidenti in foueam, quã fecit, sic & iste parauit sibi foueam, i. dignũ se fecit fouea dãnationis peccãdo: & ideo: merito *incidit in foueã, quã fecit*. i. incidet. Qui fodit foueã incidit in eã. H

Lacus. *Prou.26.*

80 *Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.*

COnsequenter ponitur sentẽtia dãnationis in iudicio contra peccatores. Vbi nota, quòd per caput, quod est

Caput.

est principalis pars corporis nostri, ipsum intelligitur corpus: sic.n. caput pro corpore accepit scriptura, qñ Achis dixit ad Dauid. Ego custodem capitis mei ponam te cūctis diebus. Vertex aūt hominis, qui est superior pars totius hominis, est ipsa anima, vel ratio. Et quia in aïa magis relucet species, & imago deitatis, quā in corpore: ideo de anima figuratiuè dr̃ sub nomine verticis. Species gloriæ domini quasi ignis in vertice. Conuertitur ergo dolor in caput, quando corpus per dolorem .i. per peccatum punitur æternaliter. Descendit iniquitas in verticē quādo dānatur ęternaliter. Volens ergo istud ostendere, q̃ in iudicio mali propter peccatum damnabūtur æternaliter, & quo ad corpus, & quo ad animam, d. *Conuertetur dolor eius in caput eius*. s. quo ad corpus, *& in verticem ipsius iniquitas eius descendet*, cum. s. pœnis æternis subijcientur. Vnde meritò de damnato tunc poterit dici illud. A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas.

Exod. 24. *Iudicium vltimum. Peccator.* *Iosue 2.*

81 *Confitebor domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini domini altissimi.*

Hic vltimo agit de mysterio nostræ beatificationis per Christum. Vbi notādum primò, q̃ multiplex est in scriptura confessio. s. confessio reorū dānatiua, qua. s. quis in iudicio forali crimen suum confitetur: de qua dr̃ in canone, q̃ secundum cōfessa, & probata iudex iudicare debet. Et de ista dixit Iosue ad Achor. Fili, cōfitere, & indica mihi quid feceris: ne abscōdas. Rñdit ei Achor. Vere ego peccaui, &c. Et ex ista confessione fuit damnatus ad mortem. Confessio peccatorum purgatiua, de qua psal. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meam domino, &c. Et de ista dicitur, q̃ confessio subita latroni pendēti in cruce, subito aperuit paradisum. Confessio gratiarum redditiua, de qua dicitur. Cōfitemini domino quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. Et ista tali confessione omnis creatura suo modo cōfitetur domino. s. vel per se, vel per rationales creaturas, sicut illa, quæ non habent sensum laudandi, quæ tamē Deum laudant: quia nobis materiā laudis præstant. Tamen homo maximè sic tenetur Deo confiteri .i. gratias agendo ipsum laudare. Confitebor domino nimis in ore meo. Quod maximè faciunt beati in patria, iuxta illud. Confitebuntur cœli mirabilia tua, domine .i. homines cælestes, qui habitant in cœlis: quia beati, qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Et de ista confessione laudis, quā beati faciunt in patria hic d. Psal. *Confitebor domino secundum iustitiam eius*. i. propter iustitiā eius. q. d. expressi superius, quomodo institia Dei iustè malos puniet, & instè bonos præmiabit. Ideo ego *Confitebor* cum bonis *domino*; quid? q̃ iustè damnat malos, & bonos p̄miat: & sic *psallam nomini domini altissimi*. s. in patria. Psallere. n. ad gaudium pertinet: q̃ commune erit hominibus beatis cum angelis. Vnde quilibet beatificandus dicit illud Ps. In cōspectu angelorum psallā tibi, &c.

Confessio. *2. q. 1.* *Iosue 2.* *26. q. 6. cognouimus.* *Psal. 105.* *Psal. 108.* *Psal. 88.* *Psal. 127.*

PSAL. VIII.

82 Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

De consec. dist. 4. post quā ascendit.

Titvlvs huius Psalmi est. *In finem Psal. Dauid pro Torcularibus*: pro eius euidentia notandum q̃ sicut in scriptura diuersæ res eodem nomine quandoque nominantur propter diuersas proprietates significati illius nominis, ut leonis nomine quandoque significatur Christus, quandoque diabolus. Sic econtra quandoque eadem res diuersis nominibus nuncupatur. Ad propositum ergo ecclesia catholica licet sit vna, nomina tamē habet distincta: quia quādoque vocatur sponsa, quandoque mater, quandoque area, quādoque torcular. Dicitur sponsę: quia Christo per fidem copulatur: veni sponsa mea, veni. Quandoque dicitur mater, quia nos per fidem generat. Hęc est mater mea: quicūque enim fecerit voluntatē patris mei, &c. Vocatur area: quia sicut in area grana

Ecclesia. *Cantic. 4.* *Matth. 12.*

grana à paleis, ita in ecclesia boni à malis opere ministrorum separantur, non loco sed effectu, & quasi à tegumentis purgantur, & ut frumenta in area à paleis. Quæ tñ necessaria erãt, vt simul orirentur & erescerent, & ad maturitatem peruenirent, eo q vita malorum proficit bonis. Vnde de ecclesia dicitur, *Matth. 3.* Christus permundabit arenam suam, & congregabit triticum suum in horreũ, paleas autem comburet igni, &c. Quando que verò dicitur torcular quia sicut in torculari vinum diuiditur à vinacijs, ita in ecclesia boni separantur à malis: & sicut vinum cũ vinacijs crescit, & maturescit: ita mixtio malorum bonis est necessaria, q similiter incipiunt, crescũt, & consummantur, sed boni in bono, & mali in malo, in futuro verò ẽt loco separabũtur. *Torcular.* Vel ideo ecclesia dicitur torcular, quia sanguine sanctorum martyrum est expressa, & collecta. In ecclesia enim sicut in torculari corpora eorum: qui pro nomine Christi afflictione persecutionis calcantur, quasi accina remanent in terra: animæ verò ad requiẽ cœlestis habitationis emanant. Et quia ista sunt in ecclesia catholica, ideo ipsa nomine torcularis exprimitur. Cum ergo in titulo ponitur pro torcularibus nihil de uisibilibus torcularibus intelligitur, sed de spiritualibus per visibilia torcularia significatis. i. de ecclesia. Quia de ecclesiæ constitutione & causa constitutionis hic agitur in isto psal. s. de Christi ascensione, & spiritussancti missione. Cum. n. Deus post resurrectionẽ ascendit, misit spiritũ sanctum in apostolos, & in alios fideles quo impleti prædicando ecclesiam congregauerunt: & proprio sanguine quasi p torcular de ipsorũ corporib. expresso cõseruauerũt. Ex pdictis põt patere titulus ps. q est. *In finẽ psal. David pro torcularibus.* i. iste psal. Dauid in finẽ nos dirigẽs. s. in Christũ est agẽs de torcularibus. i. de ecclesijs, q. a. s. agit de ecclesiarum cõstitutione & de causa cõstitutionis. Intẽtio Psalmistæ est errorẽ Iudæorũ, qui dicunt tñ: In Iudæa Deum notum: & Donatistarum, qui tñ in Africa dicũt veram ecclesiam esse, & oĩum similium confutare, quibus dictis accedo ad psalmi diuisionem. Vbi primò sciendũ q totus iste psal. est de victoria facta per Christum, cuius virtute cõgregata est ecclesia sub ipso Christo: cuius Christus est caput. Vñ iste psal. nõ fundatur supra aliquã historiam, sed immediatẽ agit de ipso Christo: vñ & Christus istũ psal. de seipso esse factum ostendit, nã cũ pueri, in tẽplo ad Christi laudẽ clamarẽt, Osanna filio Dauid, principes sacerdotũ indignati dixerunt ei, Audis quid isti dicunt? q. d. nõ deberes sustinere talem falsum applausum. Et Iesus respõdit eis. Nunquid nõ legistis. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti*, &c. q. d. *Matth. 21.* Vos qui legitis scripturas deberetis intelligere hoc scriptũ esse de me. Hoc patet ẽt per Apost. *Heb. 2.* vbi magnã partẽ istius psalmi inducit dictam de Christo dicẽs sic. Quid est hõ q memor es eius? &c. vsq; ibi oĩa subiecisti sub pedibus eius. Quod postea exponendo de Christo d. Eum aũt qui modico q̃ angeli minoratus est, videmus Iesum p passionẽ mortis gloria & honore coronatũ. Nec põt dici, q istæ expositiones sint mysticæ, & nõ literales: quia Christus loquebatur legisperitis, & apostolis Hebræis, qui nõ recipiebãt nisi literalẽ sensum. Agit igitur totus iste psal. de Christo: iccirco intitulatur *pro torcularibus*, eo q sanguis Christi de corpore suo fuit expressus p coronã spineã, per flagella, & vulnera, sicut vinũ exprimitur in torculari. Item sciendum q licet triũphus & victoria Christi puenerũt rõne suæ humanitatis patiẽtis i cruce, ut ostẽdit Apost. Humiliauit semetipsum factus obediens, &c. propter qđ & Deus exaltauit illũ, &c. Effectiuè tamen uirtute Deitatis. Et secundum hoc Psal. primò agit de Christi deitate, secũdò de eius humanitate, ibi, *Quid est homo quod memor es eius.* Circa primum. s. circa deitatem Christi sic procedit, quia ostendit quòd Christus rõne suæ deitatis, primò est admirabilis: secũdò quòd est ineffabilis, ibi. *Quoniã eleuata est*, tertiò quòd est laudabilis. ibi. *Ex ore infantium*, quartò quòd est p creaturas intelligibilis. ibi, *Quoniã videbo cælos.* Qm̃ ergo ad primũ ostẽdens q deitas Christi admirabilis toti mũdo, d. *Domine dominus noster quã admirabile.* &c. Vbi primò notandũ q q̃uis nomen dñe dñs eo q significat potestatẽ appropriatẽ competat patri: tamen quia est nomẽ

causæ, sicut & hoc nomen Deus: ideo et de quolibet persona diuina dicitur, sicut & Deus. Quod enim dicatur de patre, & etiã de filio patet psal. 109. Dixit dominus domino meo. i. pater filio: hic aũt accipitur pro filio: quia hic filio loquitũ Psal. Et nota ꝙ bis vocat eum dominũ ratione creationis & gubernationis, & ratione specialis cultus & protectionis, Primo modo est omniũ generaliter dominus. Hester. Dñs omnium tu es & dominus est terra, &c. Secundo modo specialiter est dominus fidelium: qui singulariter dicunt illud Io. Dominus meus & Deus meus. Nomẽ aũt hic accipitũ pro fama, & gloria, sicut de Iuda Machabæo dicitur quòd dedit semetipsum vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum. Et sic accipitur hic *admirabile est nomẽ tuum* idest, fama & gloria tua. Et non solum in vno loco: sed *in vniuersa terra*. q. d. Deo fama, & gloria tua vbiq; est admirabilis, non in Iudæa tantum, vt dicunt Iudæi, non in Africa tantum, vt dicunt Donatistæ. Iudæi ergo, nec Donatistæ nec aliquis alius sibi vindicet, quòd est commune omnium. Ad hoc autem declarandum, scilicet qualiter, & quare nomẽ Christi quo ad deitatem est admirabile in vniuersa terra. Est notandum, quòd aliquis in scriptura admirabilis redditur propter multa, scilicet ratione potestatis & efficaciæ: ratione veritatis, & facundiæ, ratione sanctitatis & iustitiæ, ratione formositatis, & decentiæ, ratione paupertatis voluntariæ, ratione triumphantis & victoriæ, quæ omnia in Christo fuerunt excellenter, propter quod admirabilis vniuersaliter prædicatur, primò quis admirabilis prædicatur ratione potestatis: si admirantur homines magna opera consequens est, vt admirentur & facientem, vnde Iob 5. Ad Deum ponam eloquium meum, qui facit mirabilia absque numero. Sic & ratione potestatis Christus vbique admirabilis redditur dicente Psal. *Domine dominus noster quam admirabile* &c. q. d. secundum gloss. *Domine admirabile est nomen tuum*. idest, gloria & fama tua, & hoc propter creaturas tuas quas fecisti, & regis. Admirabile dico, & infinitum, nullus enim mortalium sufficit omnes creaturas cognoscere: in

Ioan. 19.

1. Mac. 6.

Admirabile.

A quibus te nobis admirabilem facis. Et nota secundum aliam gl. ꝙ Dei nomen Christi admirabile diuersimodè est in terris diuersis. Primò est mirabile in terra vbi timetur & non amatur: & sic fuit mirabile apud Aegyptios inter quos mirabilia sua operatus est Deus tanquam in seruos & rebelles non ut in filios. Exod. 3. dixit dominus. Extendam manum meam & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis. Secundò est admirabile in terra, vbi amatur & non timetur seruiliter, vt in iustis & beatis: Eccl. 44. Audiens auris admirabitur, &

B Esa. 60. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. Tertiò mirabilis in terra, vbi amatur & timetur, & sic est admirabilis apud nouiter, conuersos, nondum perfectos, & sic mirabilis fuit apud Pilatum qui amabat, sed Cęsarem timebat seruiliter, de quo dicitur Matth. 27 ꝙ Christus non respondit ei: ita vt miraretur præses vehemẽter, quia ergo oĩs terra sub aliqua istarum trium partium continetur: ideo nunc benè de eo dicitur. *Admirabile est nomen tuum in uniuersa terra*. Et de hoc diffuse vide Gre. 6. mo. c. 6. super illo verbo Iob.

C Qui facit mirabilia, &c. Secundò quis admirabilis redditur ratione veritatis, & facundiæ, siue eloquentiæ. Sic enim serui Holofernis audientes sapientiam & eloquentiam Iudith, admirabantur Iudith. 11. dicitur quòd admirabantur sapientiam Iudith, & dicebant alter ad alterum. Non est talis mulier super terrã in aspectu, & sensu verborum. Sed quis ratione sapientiæ & facundiæ magis admirabilis Christo? Vnde de Christo dicitur. Cœpit Iesus in synagoga docere, & multi videntes admirabantur in doctrina eius dicentes. Vnde huic hæc

D omnia? & quæ est sapientia quæ data est ei? &c. Et Lucæ 4. Mirabantur omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius. Tertiò quis admirabilis redditur ratione sanctitatis. Si enim effectus insolitus inducit admirationem, quomodo sanctorũ uita nõ erit admirabilis? qui de terra creati nihil amant terrenũ sed templum Dei effecti in cœlestibus conuersantur: vnde ratione sanctitatis illa mater septem fratrum videns pro lege Dei martyrizari, sanctitate eos confortans

Matth. 6.

fortans admirabilis omnibus facta fuit de qua dicitur. Supra modo autem mater admirabilis, & bonorum memoria digna parentes singulos filiorum hortabatur. Sed quis sanctitate mirabilior Christo? certè nullus, quia ipse sanctior cæteris, vnde de ipso dicitur psalm. 67. Mirabilis Deus in sanctis, & gloriosus. Et etiam videtur in dictione admirabilis. Vnde ratione omnium prædictorũ quantum admirabilis nobis sit Deus, ostendit Gregor. Quis omnipotentis Dei mirabilia scrutari sufficiat? q̃ cuncta ex nihilo creauit, q̃ propria mundi fabrica mira potentiæ suæ virtute dispo F sita & super aera cœlum suspenditur: & super abyssum terra libratur, quòd hominem fecerit: vt ita dixerim in breui colligens mundum alterum, sed rationabilem, q̃ hunc ex anima & carne constituẽs, in inuestigabili virtutis dispositione permiscuit sputum & lutum. Sed tamen in hic omnibus Deum admirabilẽ admirari negligimus, quia ea quæ incõprehensibili indagatione mira sunt, humanis oculis vsu viluerunt, vnde fit. Si mortuus homo suscitetur omnes in admirationem exibunt: & quotidie homo qui non erat nascitur, & nemo miratur: G cum tamen proculdubio omnibus constet q̃ plus sit creare qđ nõ erat, quàm reparare quod erat. Quia arida virga Aaron floruit, cuncti mirati sunt. Quotidie ex arenti terra arbor producitur vilisque puluis in lignum vertitur, & nemo miratur. Quod ex quinque panibus quinque millia hominum sunt satiata, & escæ in dentibus hominũ creuissent: cuncti sunt mirati: sed quotidie sparsa semina in plenitudinem multiplicãtur spicarum & nemo admiratur. Aquam in vinum semel conuersam cuncti vidẽtes admirati sunt. Sed quotidie humor H terræ in radicem vitis attractus per botrum in vinum vertitur & nemo miratur. Mirabilia itaque sunt opera Dei q̃ homines mirari negligunt, quia ad cõsiderandum vsu torpescunt: vnde psal. 110. Mirabilia opera domini exquisita in omnes uoluntates eius, Sed ista omnia esse miranda, considerans Psalm. dicit, *Domine dominus noster quam*, idest, infinitè *ad mirabile est nomen tuum in vniuersa terra*. Quia etsi Deus aliqua mirabilia in

Mirabile. *Gregor. 6. li. mor. c. 6.*

Opera misericordia.

E vna parte mũdi facit, quæ non facit in alia, nulla tamen est pars mundi, in qua non operetur mirabilia.

Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. 83

HIc consequenter ostendit, quòd Christus ratione suæ deitatis à nobis est ineffabilis, quia. s. de ipso ut dignus est, loqui non possumus. Vbi primo notandum, quòd per magnificentiam Dei intelligitur Christus secũdum Apostolum primæ Corinthiorum primo, est virtus & sapientia Dei. Per virtutem autem, & sapientiam fiunt opera magna, circa quæ consistit virtus magnificentiæ, ut dicit philosophus. Et ideo de Christo qui in nubibus est ad cœlum eleuatus, sub nomine magnificentiæ dicitur psalm. 67. Magnificentia eius, scilicet Christus, qui est magnificentia Dei in nubibus: per cœlum autem intelligitur quandoque scriptura sacra quæ de cœlestibus agit iuxta illud psalmo decimooctauo, Cœli enarrant gloriam Dei. Quandoque rationalis creatura, scilicet angelica, & humana. De angelis dicitur Matthæi capit. sexto. Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra. De hominibus uerò dicitur Iob cap. decimoquinto. Cęli non sunt mundi in conspectu eius. Volens ergo ostendere ipsum Christum quo ad deitatem eius, nobis forè ineffabilem, dicit. *Quoniam eleuata est magnificentia tua super cęlos*, idest, super omnes scripturas, super omnes homines & super cœlos angelos. Vnde glos. *super cœlos*, idest super scripturas. Quia excedit eloquia omnium scripturarum incomprehensibilitate. Vel *super cœlos*, idest super omnes rationales creaturas humanas & angelicas. Scripturæ autem merito cœli dicuntur, quia diuina mysteria celant. Eleuatus est ergo Christus super omnes cęlos: quia tantam excellentiam cęli quasi nube tecti comprehendere non possunt, vnde quasi nube obumbrati dicuntur: Qui operit cœlum nubibus, si si autem cœli accipiantur materialiter, tunc hic expresse prædicit Christi Ascensionem, de qua Apostolus. Quod ascendit super omnes cœlos, vt

4. Ethic.

Cœlum. *Scriptura.*

Ascensio. *Eleuatio.*

Psal. 146.

Ephe. 4.

vt adimpleret omnia. Quod ideo dicit, Quia Christi humanitas super omnes cœlos ad dexteram patris est eleuata. Et de ista eleuatione ad literam dicitur, Et videntibus illis, eleuatus est, &c. Ascendit super cœlum cœli ad orientem. Et si quæras, quomodo Christus etiam secundum deitatem incomprehensibilis est à nobis vel angelis, nonne claré videtur à beatis? Respondeo q sic sed nō comprehenditur: quia non videtur quantum in se visibilis est. Iuxta illud 1. Tim. 6. Deus habitat lucem inaccessibilem, &c.

Act. 1. *Psal. 67.*

84 *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudē propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.*

Consequenter hic ostēdit q etsi est incomprehensibilis tamē à nobis est laudabilis. Vbi notandū q infantes & lactentes aliqñ dicuntur secundū ætatem, aliquādo secundum innocentiā, & puritatem. Primo modo dr̄ Matth. 18. q apostoli offerebant ad Iesum infantes, ut tangeret eos. Secundò modo dr̄ 1. Pet. 2. Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo, &c. Quantū ad primum modum vult ostendere quod non solū ab angelis laudatus est Christus. s. in natiuitate qñ angeli cantauerūt, Gloria in excelsis. Sed ab infantibus & pueris quando. s. ut habetur Matth. 21. Videntes principes sacerdotum, & scribæ pueros clamantes in templo, & dicētes, Osanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt. Audisti quid isti dicunt. Iesus autem dixit eis, vtique: nunquam legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Et qm̄ ad hoc d. *perfecisti laudem*, ad denotandū quod ista laus infantium mirabilior fuit quam laus angelorum. Primò quia isti confitebātur Christum verum Deum dicentes. Osanna. i. obsecro salua in excelsis. Nullus autem salutem in excelsis. s. gloriam dare pōt, nisi Deus. Gratiam & gloriam dabit dñs. Et in hoc hæc laus æqualis fuit angelorum laudi, Sed ratione efficientis hæc fuit perfectior: quia isti pueri erant illiterati qui ex scientia legis & prophetarum Christi deitatem cognoscere nō poterant, vel confiteri, propter quod

Infans. *Luc. 2.* *Psal. 83.*

A ista laus videtur processisse immediate à spiritusancto, linguas istorum infantium mouente per se & immediatè, sicut locutio asinæ Balaam non fuit ab ea nisi passiuè, sed effectiuè fuit ab angelo lingua eius mouente. Et ideo quanto spiritussanctus perfectior est angelo tanto ista laus puerorum fuit perfectior laude angelorum. Et ideo istam laudem perfectam ostendēs d. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Si autem accipiantur infantes non ætate sed puritate: sic per infantes accipiuntur apostoli, & alij simplices, quorum laus est B perfectior, & mirabilior quàm laus à sapientibus mundi data, quia ista inspiratione spiritussancti, illa humano studio dicta. Et hoc est quod ait gl. Infantes & lactentes non solum pro ætate, sed pro simplicitate accipimus sicut Petrus ait. Quasi modo geniti infantes, &c. Et sic infantes ostendit apostolos: quoniam stulta mundi elegit Deus vt fortia confunderet. Vnde hæc perfectior est laus, quia ad eam non humana sapientia sed diuina gratia accedunt, *vt destruas inimicum & vltorem.* Vbi nota q populus Iudæorum, singulariter Christo inimiC cabatur iuxta illud Mat. 10. Inimici hominis domestici eius. Dicebatur etiam vltor qa sub velamine & titulo iniuriæ legis Mosaicæ, Christum persequebatur. Ex dicta autē laude fuit destructus populus Iudæorum: quia per istam laudem puerorum, & eius increpationem principes sacerdotum & maiores cōfusi fuerunt Matth. 21. Vel inimici vltores dicuntur omnes pagani & idololatræ, qui dicuntur inimici Christi secūdum Glossā. Quia generaliter inimici Christi dicuntur omnes, qui dispensationi per crucem factæ contradicunt. Vltores D autem dicūtur, quia idolorum suorum hominem ardentissimè vindicabant, sed isti per laudem ex ore infantium fuerūt destructi quando ad prædicationē apostolorum, dissipatis idolis, gentes ad Christum conuersæ fuerunt. Vnde isti infantes in puero Hieremia figurantur cui dixit dominus. Ecce constitui te super gentes, & regna vt destruas, & ædifices, &c. vt destruas, scilicet, gentilitatem: & ędifices ecclesiam.

Apostolus. *Iudæus.* *Inimicus vltor.*

85 *Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum : lunam & stellas quæ tu fundasti.*

Cognitio Deus. Creatura. Rom. 1.

HIc consequenter ostendit ipsum Christum Deū per creaturas intelligibilem esse à nobis: quia per cognitionem creaturarum ipsarū creator cognosci potest: vt ait Apostol. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt à creatura mundi intellecta cōspiciuntur. Sic enim philosophi ex cognitione creaturarum intellexerunt ipsum Deum, per quē oīa facta sunt. Et quia inter creaturas visibiles cælum, & stellæ & luna cum sole excedunt: ideo magis ex istorum cognitione cognouerunt Christi deitatem, per quem ista sunt facta. Et hoc est quod d. *Quoniam videbo cælos tuos*, &c. q. d. ex ista visione tu Deus à nobis es cognoscibilis. Et hoc est quod dr Sap. 13. A magnitudine enim speciei, & creaturæ cognosci visibiliter poterit eorum creator. Vel aliter per cælos intellige Apostolos qui gloriam Dei per mūdum prædicauerūt, Psal. 18. Cęli enarrant gloriam Dei. Per digitos verò intellige sanctam trinitatē: quæ tribus digitis significatur in scriptura. Esa. 40. Tribus digitis appendit molē terræ. Per lunam intellige vniuersalem ecclesiam, quæ lumen suum nō a se, sed à sole recipit, i. à Deo, quæ quantò remotior est à sole, tantò amplius illuminatur & crescit, quia quādo Deus ecclesiam suam videbatur relinquere manibus persecutorum: tunc clarior erat sanctitate, & maior fidelium numero: quanto autem magis Deus illi propinquior creditur dando illi pacem, & temporalium abundantiam, tātò minus clarescit sanctitate, & minor fidelium numero apparet. Et quia ecclesiam suam Deus virgini matri protegendam specialiter cōmisit, ideo de ipsa sub nomine lunæ dicitur, Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Per stellas verò intellige ecclesias particulares, sicut dicitur Apoca. 1. Septem stellæ, septem ecclesiæ sunt. Est ergo sensus, Tu ergo Deus hominibus es cognoscibilis. s. per prædicationem Apostolorum mundo innotesces. *Quoniam ego.* s. in posteris meis, *videbo cælos tuos*. scilicet Apostolos tuos & prædicatores, qui te mundo manifestabunt: *Quia sunt* E *opera digitorum tuorum.* s. operatione trinitatis facti & illuminati. Et sit videbo, scilicet, per eos, & ipsorum prædicationem *lunam & stellas*. i. ecclesiam vniuersalem Romanā, & alias particulares ecclesias. *Quas tu fundasti.* Quod ideo dicit: quia Apostoli solum ministri fuerāt ædificationis ecclesiæ, tu verò auctor & magister. Et hoc est quod de Deo dicitur Psal. 137. ꝙ fecit lunam & stellas in potestate noctis, quia ad hoc ecclesia Romana, scilicet luna, & stellæ aliæ ecclesiæ particulares à Deo mediātibus Apostolis sunt fundatæ, vt de credendis illu F minet noctem vitæ præsentis.

Sol. Luna. Digitus. Ecclesia. Aduersitas. Apoc. 12.

Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? 86

11. q. 3. ad mensam.

COnsequenter hic agit de Christi humanitate. Et quatuor facit, quia primò ostendit incarnationis Christi beneficium. Secundò Christi passionis meritum. *Minuisti eum paulo minus.* Tertiò Christi dominationis imperium, ibi: *Omnia subiecisti.* Quartò concludit ex præfatis psal. principium, ibi, *Domine dominus* G *noster.* Primò ergo ponit incarnationis Christi beneficium, ostendens ꝙ non ex meritis nostris, sed solū sua gratia Deus per filium suum nos visitauit: quando. s. verbum caro factū est: ꝙ dicit, *Quid est homo*, &c. Vbi primò notandū, ꝙ hic per hominem omnes peccatores intelligun tur, sed per filium hominis iusti, vt dicit glo. Vnde ad faciendā differentiam inter hominem, & filium hominis disiunctionem inter mediam ponit. d. homo, aut filius hominis qui homo est: sed non ecōtrario, vt Adam qui fuit homo, sed non filius hominis. Homo ergo hic accipi H tur, omnis qui portat imaginem terreni hominis. i. omnis malus & peccator. Filius aūt hominis specialiter dicitur Christus, & sic imitatione filius hominis dicitur omnis qui portat imaginem Christi scilicet omnis iustus imitator Christi, & vtrosque respicit Deus sua misericordia scilicet malos & bonos, sed malos respicit seiunctim à Deo, bonos aūt quasi propinquos, & præsentes. Et hoc est qđ ait. *Quid est homo.* s. peccator, *quod memor es eius*, q. n. per memoriam aspicitur, quasi longè

Homo. Filius. Peccator.

longè positum videtur. *Aut filius hominis: quoniam visitas eum*, q.n.visitatur prope conspicitur. Item nota, quod per visitationem Dei incarnatio verbi intelligitur, iuxta illud Luc. 1. Benedictus dñs Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Ostendẽs ex nullo nostro merito verbum esse caro factum, ait. *Quid est homo*.i.peccator, *aut filius hominis*.i.iustus. *Quid est*.i.qđ est meritũ eius, *quia visitas eum*: ipsum assumendo ad verbi vnionem. q.d. nullũ fuit meritum eius. Sic.n. dicit Apost. Apparuit humanitas saluatoris nostri Dei.i. Deus in humanitate nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

Incarnatio. Visitatio.

87 *Minuisti eum paulominus ab angelis gloria, & honore coronasti eũ, & constituisti eum super opera manuum tuarum.*

Hic ostendit meritum Christi passionis. Vbi notandum q meritum exaltationis Christi fuit humilitas passionis eius, iuxta illud Apost. Humiliauit semetipsum, &c. ppter quod Deus exaltauit illum, &c. quamuis aũt Christus dignitate maior esset angelis, ut pbat Apost. Et hoc rõne suppositi, tñ vt nos sua passione redimeret, in hoc minor angelis est effectus, quia fuit passibilis, & mortalis, quod angelis non conuenit, qui sunt merè spiritus. In hoc ergo fuit meritum Christi, quia minoratus ab angelis.s. quia mortalis p nobis passionem & mortẽ suscepit, & ex illo merito fuit exaltatus, quia rex dñs & iudex oĩum factus. Vnde completo passionis triũpho ait. Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Quod notãs Psalmista statim subdit. *Gloria & honore coronasti*, &c. Vbi nota præmium Christi: *quia gloria & honore*, &c. Gloria. idest, claritate corporis incorruptibilis. *Et honore*, vt omnibus sit venerabilis. Et bene ait, *coronasti*: quia circulus mundi, q est quasi similis coronæ ad fidem Christi merito suæ passionis peruenit. *Et constituisti eum super opera manuum tuarum*: vt ostẽdat & angelos Christo esse subiectos. Qua.n. angeli sunt opera manuũ Dei: ergo & super eos constitutus est Christus. Et ad istũ intellectũ allegat Apost. de Christo istum versum. *Minuisti eum paulominus ab angelis & gloria & ho. co. eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum Omnia subiecisti sub*, &c. In eo enim quòd omnia subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Sequitur, Eũ autem qui modice, quã angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum.

Humilitas Christus Angelus. Hebr. 1.

Matth. vlt.

88 *Omnia subiecisti sub pedibus eius oues & boues vniuersas, insuper, & pecora campi.*

Ostendit hic consequenter altum Christi dominationis imperiũ, & duo facit: qa primò ostẽdit bonos Christi imperio subiectos: secũdò malos: ibi, *Insuper & pecora campi*. Quantum ad primum notandum q boni sunt duplici differentia. Quidam sunt innocẽtes, & subditi, quidam uerò præsidentes, & prælati. Primi significantur per oues. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me. Secundi uerò signĩficãtur per boues: boues.n. terram scindunt, & eam fructificare faciunt. Sic & boni prælati corda subditorum prædicando, & corrigendo scindunt ducentes ad pœnitentiã: & illa fructificare faciũt per virtutum opera. Et sicut deficientibus bobus, manet terra inculta, sic bonis prælatis deficientibus, steriles subditi manent. Et de illis bobus prælatorum bonorum dr. Vbi non sunt boues, præsepe vacuum manet, vbi aũt plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis quàm subditos, imperio Christi esse subditos. d *Omnia subiecisti sub pedibus eius*. idest, sub volũtate eius: *oues & boues*. Et si dicas, quare mẽtionem non facit de angelis, dico q ideo, quia illi continentur in numero platorum, quia nobis pfidem. Ad quod denotandum, d. *Boues vniuersas*, vt nullam prelationem excludat. Et quamuis bos sit communis, tñ secundum glo. feminino genere vtitur vt notet fructificationem prælatorum, qui.s. semine verbi Dei corda hominum fructificare faciunt, & sic est punctus, ibi, *oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi*. Hic consequenter ostendit malos Christo subiectos, Vbi notandũ

Bonus.

quòd mali sunt in triplici differentia: sicut est triplex principale peccatum ad quæ cætera reducuntur. s. luxuria, superbia, & auaritia. Et secundum hoc ostendit oēs malos Christo subditos: primò luxuriosos, secundò superbos, ibi, *volucres cæli*, tertiò auaros, ibi. *Et pisces maris*: Primò ergo de luxuriosis dicit: *Insuper & pecora campi*: per pecora enim luxuriosi significantur. Nam secundū Catholicon, pecus dicitur omne animal q̄ humana effigie caret, & humana lingua. Quid autem magis aufert humanā formam & linguam quàm luxuria, quę humanum intellectum furans, hominem vertit in bestiam. Vocantur ergo luxuriosi, *pecora campi*, quia tales in carne viuentes, nihil arduum, nihil laboriosum ascendunt, sed campos. i. latam viam sequentes, omne quod delectat, sequuntur. De istis pecoribus. s. de luxuriosis dicitur. Qui post carnem & immunditiā concupiscentiæ ambulant: ij velut pecora irrationabilia in corruptione sua peribunt. De quibus nunc dicit, *Insuper & pecora campi*.

1. Ethic. Nota. 2. Petr. 2.

89 *Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.*

Superbia. Volucris. Esa. 14. Piscis. Auaritia.

Hic ostendit supbos subditos Christo, per volucres enim cœli qui in altum se eleuant, intellige superbos, q se mente in altum extollunt, se reputantes præ alijs altos, & Deo subijci recusantes, illum regem superbię imitantes, qui dixit, Ascendam in cœlum, & exaltabo solium meum, &c. *Et pisces maris*: per istos intellige auaros, qui in profundo maris huius sęculi tēporalia, quæ quasi semitę in mari citò euanescunt, inquirunt studio pertinaci: de quibus auaris in alio psalm. dicitur. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, &, Vestigia tua non cognoscētur, Quod ideo dicit, quia auarus propter diuitias acquirendas, multas difficiles perambulat vias, sed eius vestigia non cognoscūtur, quia diuersas vias auari repertunt, vt suas vsuras, vel auaritias pallient, vnde de hac auarorum semita dicitur. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula eius super semitam.

90 *Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.*

Hic ex omnibus præcedentibus cōcludit primò principium, quasi dicat; Ex omnibus, quæ tu, Deus fecisti, circa Christum, quo ad eius deitatem in prima parte Psal. & quo ad eius humanitatem in secunda parte apparet, q̄ nomē tuū admirabile est in vniuersa terra.

PSAL. IX.

Confitebor tibi, domine, in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

Titulus huius Psalmi est iste, *In finem pro occultis filij Psal. Dauid*. Vbi primò notandum secūdum magistrum in gl. q̄ quando in scriptura ponitur filius sine alio additamento; per filium significatur Christus Deus, & homo; qui per excellētiam dicitur filius, s. Dei quo ad deitatem, sicut de seipso dicebat ipse. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Et ipsius Dauid quo ad humanitatem. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, &c. Sic ergo ly *filij*, in titulo potest referri ad Deum, & ad Dauid, ut cum dicitur, *pro occultis filij*, s. ipsius Dei vel ipsius Dauid. Item notandum, q̄ in eo, q̄ dicit *pro occultis filij*: nō manifestando, quæ sint illa occulta, iam prætendit q̄ ipse filius habet aliqua occulta, & aliqua manifesta. Est ergo sciendum, q̄ duplex est aduentus istius filij. i. Christi, primus fuit in humanitate occultus. Et hic gentibus profuit, sed ipsi Iudæi excæcati fuerunt. Et hoc est q̄ dicit Apostolus. Vnde cæcitas contigit in Israel, vt plenitudo gentium intraret. Secundus erit in maiestate qui erit manifestus omnibus. Matth. 25. Cū venerit filius hominis in maiestate sua, &c. Sic & cōformiter istius filij Dei duo sunt iudicia. Vnū occultum q̄ est iudiciū discretionis. Aliud manifestum q̄ erit iudiciū discussionis. Primum est iudicium occultū discretionis, quo scilicet discernūtur boni

Filius. Christus. Ioan. 8. Esa. 9. Aduentus duplex. Rom. 11.

bonis à malis, & fideles ab infidelibus. Quod maximè incœpit à prædicatione Christi, & Apostolorum. Isto enim Dei occulto iudicio aliqui conuersi sunt ad fidem, alijs in infidelitate induratis, cuius ratio nobis occulta est omnino. Unicum Apostolus dixisset. Cuius vult miseretur, & quẽ vult indurat. Postea subdit. Vide ergo bonitatem, & seueritatẽ Dei, in eos quidem, qui non credunt, seueritatem, in te aũt, qui credis, bonitatem Dei, si permãseris. Et subdit ex hoc. O altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius &c. Et verè occulta sunt Dei iudicia & incomprehensibilia: vt ostendit Gregorius. Duo ad hanc lucem paruuli veniunt, vni datur ut ad redemptionem per baptismum redeat, alter autem subtrahitur, ne hunc regenerationis vnda profundat. Et sępè fidelium filius sine fide rapitur. Et sæpè infidelium filius, concesso sacramento fidei, renouatur. Quis ista iudicia Dei cognoscat? Latro quod de patibulo transiuit ad regnum, & Iudas de Apostolatus gloria lapsus est in tartarum. Istã ergo sunt occulta Dei iudicia discretionis, de quibus dicit Psal. Iudicia Dei abyssus multa. Secundum est iudicium manifestum, scilicet, iudicium discussionis, quod erit in fine mundi, quod erit valdè clarũ, quia ibi & occulta cordium erunt manifesta. Et quamuis tunc erit manifestum, tamen ad præsens nobis est valdè occultũ: de illo dicit Christus. De die autem illo, & hora nemo scit. Vltimum autem iudicium datum est Christo, ipse teste, Pater omne iudicium dedit filio, &c. Et de vtroque iudicio agit iste Psal. Est ergo sensus tituli iste, *In finem pro occultis, &c.* iste Psal. factus est à Dauid *pro occultis filij*, idest, pro duplici iudicio prædicto dato filio. *In finem*, scilicet in Christum nos dirigens. Vel, *in finem*, idest, dirigens nos ad considerationem finis mũdi, & æternæ beatitudinis, quæ tunc dabitur bonis, vt vltimus finis. *Confitebor tibi, domine, &c.* Tota intentio istius Psal. est fidelibus ostendere, quòd mundus non fato, vel fortuna regitur, sed Dei prouidẽtia, quæ per sua occulta iudicia mũdum gubernat, & regit. Et diuiditur in duas partes. Quia primò à regimine mundi excludit fatum, vel fortunam. Secundò diuinam ostendit prouidentiam, ibi *conuertendo inimicum &c.* Quantum ad primum sciendum, quòd aliquorum error fuit, quòd mundus iste non per ipsum Deum regitur, sed per fatum, & fortunam: dicentes, quòd Deus superiora per se regit, sed de inferioribus minimè curat, innitentes verbis Apostoli. Nunquid de bobus cura est Deo? Sed istum errorem excludit Greg. d. Sunt nonnulli, qui Deum res humanas curare non existimant, & eas ferri fortuitis motibus putant contra quos dicitur. Subter omnes cœlos ipse considerat, acsi apertè diceretur. Qui summa regit, etiam extrema non deserit. Qui enim vbique præsens est, & vbique æqualis est, etiam in dissimilibus, sibi ipsi dissimilis non est. Aequè ergo omnia respicit, æquè cũcta disponit, qui in omnibus locis præsens, nec localiter tenetur, nec varia curando variatur. Consimili ergo modo, nũc Psal. prædictum errorem euacuans, dicit: *Confitebor tibi domine, in toto corde meo,* quasi dicat, laudabo te, & hoc in toto corde meo, non solum in parte, vt quidam faciunt qui quædam opera domini approbant, & quædam blasphemãt, qui quædam per se facere Deum putant, quædam per fortunam. Isti Deo confitentur, id est, Deum laudant, non in toto corde, sed solum in parte. Sed ego non sic, sed *confitebor tibi in toto corde meo.* Quia in nullo de prouidentia Dei dubito, sed omnia per te regi confiteor, & credo quæ stulti temere, & casu regi putant. Hęc autem confessio nõ est criminis, sed laudis. Illa luget, ista gaudet, illa medico vulnus ostẽdit, hęc de sanitate gratias agit. *Narrabo omnia mirabilia tua,* sed quis omnia mirabilia Dei narrare sufficiat? Cum de ipso dicatur, Quòd facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia quorum non est numerus. Quia mirabilia Dei opera sunt magna virtute, inscrutabilia ratione, innumerabilia multiplicitate, vt ibidem dicit Greg. quomodo ergo iste audet dicere, narrabo omnia mirabilia tua? Ad hoc respondetur, primò quòd in ista locutione est quædam figura Grammaticalis, quæ dicitur hyperbolica locutio, scilicet, vt accipiatur totum pro parte. Tota

Marginalia: *Rom. 9.* *Rom. 11.* *Gregor. 27. mor. c. 2.* *Latro.* *Iudas.* *Psal. 5.* *Matth. 24.* *Ioan. 5.* *Regere. Mundus. Fortuna.* *1. Cor. 9.* *Greg. 27. mor. ca. 14.* *Iob 37.* *Confessio.* *Iob 9.* *Totum. Pars. Omnia.*

Tota ciuitas currit ad plateam, hoc ad denotandum multitudinem euntium, quamuis multi non vadant. Sic enim dicitur Matth. 2. Turbatus est Herodes, & omnis Hierusalem cum illo. Sic & in proposito volens Psal. ostendere multitudinem mirabilium Dei, quæ in hoc Psal. narrat, vtitur signo vniuersali. d. *Narrabo omnia mirabilia tua.* Secundò dicendum, q hic ly *omnia*, stat pro generibus singulorum, non pro singulis generum, vt supra fuit dictum. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Vnde dicit hic glos. Omnia enim mirabilia narrat, quia de visibilibus ad inuisibilia transit, vt puta si quis dicat Christum, qui Lazarum suscitauit in corpore, Paulum suscitasse in mente. Tertiò dicendum, q ly *omnia*, stat accommodè, vt sit sensus: omnia, quæcunque dicam de tuis operibus, sunt mirabilia.

Psal. 6.

92 *Lætabor, & exultabo in te psallam nomini tuo altissime.*

OMnia enim opera bona cum bilaritate mentis debent fieri secundum Apostolum. Hilarem datorem diligit Deus. Ideo Psal. hanc narrationē mirabilium Dei cum lætitia, & exultatione se facturum dixit. *Lætabor, & exultabo, &c.* Et nota q suam hilaritatem exprimendo, Ps. tria dicit, s. q lætabitur, q exultabit, & q psallet: quæ tria distinguuntur. Quia lætari propriè est incus in corde. Exultare verò est interius in corde, & extra in opere. Exultatio.n. est quasi extra saltatio, s. qn quis lętatur interius & exterius: vnde dicit Catholicō, q exultatio est verborum, atq; mēbrorum. Lætitia verò est mentis gaudium. Psallere verò est lętitiam cordis operibus dilatare: vnde psallere, quasi salire. Volens ergo Psal. ostendere in narratione mirabilium Dei se perfectam habere lætitiam. d. *Lætabor*, quo ad cor interius. *Et exultabo* per membra corporis exterius. *Et psallam nomini tuo, altissime*, id est, operibus ostendam nomen tuum fore altissimum. Sic.n. Deum altissimum facimus cum per nostra opera bona ipsum altissimum prædicamus. Sic enim alibi dicit. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.

2. ad Corinth. 9.
Lætitia.
Exultatio.
Psallere.
Psal. 63.

E 93 *In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua.*

HIc consequenter diuinam ostendit prouidentiam. Et hoc secundum duplex Dei iudicium, s. discretionis, & discussionis. Et primo agit de iudicio discretionis. Secundò de iudicio discussionis, ibi. *Conuertantur peccatores in infernum.* Iudicium autē discretionis Dei occultum circa duo existit, s. circa dæmones, & circa homines. Primò ergo agit de iudicio circa dæmones. Secundò de iudicio erga homines: ibi. *Increpasti gentes.* Quantum ad primum sciendum, q altum est iudicium Dei, quo dæmones à quibusdam expellit, in quibusdā permittit, q isti à potestate diaboli liberētur, & alij in eius potestate dimittātur. Et ista talia Dei iudicia hic narrat. d. *In conuertendo inimicum meum, &c.* Christus enim inimicum, s. humani generis, s. diabolum retrosum conuertit, qn per suam incarnationem, prædicationem, & mortem à quibusdam, s. à suis fidelibus expulit, sub ipsius potestate alios relinquendo. Retrorsum ergo fuit diabolus conuersus, qn mundi principatum per Christum amisit. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Vnde de dæmonibus subdit. *Infirmabuntur, & peribunt à facie tua*, quia sic debilitata fuit virtus dęmonum per Christum, vt nullo modo ei, nec eius Apostolis resistere possēt. Dedit eis virtutem super omnia dęmonia, &c. Reputabant enim dæmones à facie Christi perire, qa ab eo arcebantur ne hominib. nocere possent, vt ante poterant, vnde per Christum arctati dicebantur. Quid nobis & tibi, Iesu Nazarene? venisti ante tps torquere nos. Vel iste versus pōt intelligi de quolibet malo homine, qui ante aduentum Christi persequebatur ecclesiam, qui per Christum & eius successores fuerunt conuersi, s. de persecutione ad defensionem, de odio ad amorem. Qui sic conuersi perierunt, s. ab illo, q erant, & peruenerunt ad illud, quod non erant. Et sic hic orat pro malis, vt conuertantur, q. d. *conuertantur retrorsum*, i. sequantur te non præcedant, non dent consiliū, sed accipiant. Sic.n. retrorsum conuersus fuit Petrus, qui

Iudicium.
Inimicus.
F
Retrorsum
G
Ioan. 12.
Matth. 10.
Matth. 1.
H
Malus homo.

qui præcedendo Sathanas, sed sequēdo discipulus fuit. Sic Paulus, &c.

94 *Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam, sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.*

OStendit hic causam talis cōuersionis, q. scilicet fuit humilitas Christi passionis. Quod notans dicit, *Quoniam fecisti iudicium meum, &c.* q.d. Ideo inimicus conuersus est retrorsum, quia tu fecisti iudicium meum, &c. Sed quod fuit hoc iudicium, & quæ causa nostra, quā Christus fecit? Christus pro nobis, certè causa fuit, qn pro nobis accusatus coram Pilato, contra ipsum causa ventilabatur. Iudicium verò, qn post ventilationem causæ pro nobis morti fuit adiudicatus. Et nota q dicit *iudicium meū, & causam meam*, meum, inquit, quia ista mihi seruierunt, & ad vtilitatem meam fuerunt. Qualiter nautæ dicunt illum ventum suum, qui eis valet ad benè nauigādum. Vocatur ergo illud iudicium & illa causa & dñi, & nostra: dñi, quia in corpore suo illa suscepit: nostra autem, quia pro vtilitate nostra sunt facta. Vnde quia istud iudicium suscepit non necessitate, quia sine peccato, sed volūtate: ideo dicit Iob. Non contempsi subire iudicium cum seruo meo. Et istud iudicium nobis tribuit, i. pro nobis sustinuit. Iudicium tribuit pauperibus. Sed vbi hoc iudicium peractū fuerit, consequenter ostendit. d. *Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiā.* Thronus enim est regnum. Quid enim fuit thronus Christi nisi crux? in qua regio titulo fuit insignitus. Scripsit & titulum Pilatus, & posuit super crucem eius Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Crux ergo est ille Christi thronus, i quo Christus manens omnibus fuit gratiosus gratiam omnibus præbēs, quia ibi seipsum obtulit pro nobis: propter q dicit Apostolus. Adeamus cū fiducia ad thronū iustitiæ ipsius. Et i isto throno crucis sedēs rex noster iudicauit iustitiam, quia ibi non potentia, sed iustitia, diabolum superauit, & nos ab ipsius potestate eripuit, quia ibi pro nostris peccatis patri satisfecit, secundum dictamen iustitiæ. Sed si dicas, Qualiter mors Christi dicitur iustitia, qua diabolus fuit victus, cū

Iudicium. Causa accusatio corā Pilato.

Cōparatio.

Iob 13.

Iob 36.

Thronus Crux.

Quæstio.

A fuerit mors illa iniustissima, quia ille sanctissimus, & innocens iniustè fuit occisus? Responsio, q iniustissima fuit ex parte agentium, sed iustissima ex parte patientis, qui affectu iustissimo peccatū impunitum nolens dimittere, & videns nos inualidos ad satisfaciendum, omnia nostra peccata pertulit in corpore suo. Vnde qualiter in throno crucis sedens operatus est iustitiam, ostēdit Magister, dicens: Quod morte Christi iustitia superatus est diabolus, & non potentia. Et quomodo id factum sit, explicabo vt po B stero. Quadam enim iustitia Dei in potestatem diaboli traditum est genus humanum, peccato primi parentis in omnes originaliter transeunte, & illius debito obligante, vnde omnes homines ab origine sunt sub principe diabolo. vnde Apostolus. Eramus natura filij iræ, natura. s. vt est damnata peccato ab initio. & infra. Et tandem hominem, quem cō missio peccatorum diabolo subdidit, remissio peccatorum per sanguinem Christi data, à diabolo eruit: vt sic iustitia vinceretur diabolus, & non potentia. Quia nihil in Christo morte dignū inueniēs, occidit eum, vnde vtiq; iustum fuit, vt C debitores, quos tenebat, liberi dimitterentur in eum credentes, quem sine aliquo debito occidit. Et sic non potestate, sed iustitia ipsum superauit. Et sic in throno crucis manens iustitiam iudicauit. Et hoc tangens hic Psalm. d. *Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.* i. qui diabolum iudicas, & condemnas per iustitiam. Et quia in isto iudicio operatus est iustitiam, fortiter patiendo pro nobis. ideo de ipso dicitur. Deus iudex iustus, fortis, & patiens.

Magister. lib. 3. dist. 20.

Ephe. 2.

Psal. 7.

95 *Increpasti gentes, & perijt impius, nomen eorum delesti in æternum, & in sæculum sæculi.* D

15. q. 1. non est.

COnsequēter hic agit de iudicio Dei discretionis erga homines. s. qualiter suo occulto iudicio aliquos ad fidē vocat, & alios in suis permittit errorib. Et duo facit, quia primo ostendit bonorum electionem. secundò eos inducit ad gratiarum actionem, ibi, *psallite domino.* Circa primum, vbi ponit bonorum electionem, multa facit. Quia primò ponit genti-

gentilium vocationem. Secundò persequentium cōuersionem, ibi, *Inimici defecerunt framea*. Tertiò Apostolorum prædicationem, ibi. *Perijt memoria*, &c. Quartò iustorum præmiationem, ibi. *Parauit in iudicio thronum suum*. Quintò deuotorum confortationem: ibi. *Et factus est dominus refugium*. Sextò orationum exauditionem, ibi, *Et sperent in te*. Quantum ergo ad primum ostendit vocationem gētilium & idololatrarum ad fidem.d. *Increpasti gentes*, &c. Per gētes.n.gētiles, & idolatras intellige, quos Christus increpauit per prædicationē Apostolorum: & ipsos conuertit ad fidem, vt Petrus Italiam, Ioannes Græciam, Thomas Indiā, Matthias Aethiopiam, & sic de alijs. Et sic ergo per increpationem Apostolorum perijt impius. Impius. n. propriè dr infidelis, & idololatra: sicut & pietas propriè cultū Dei respicit, *perijt* ergo *impius*: quia ipsi infideles de impijs facti sunt pij. Non enim amplius dīr impij, qui Deo credunt. Cum enim quis de impio ad pium vertitur, tunc perijt impius, & pius efficitur: sicut cum quis de luxurioso fit castus. Et hoc est ꝙ dicitur. Verte impios, & non erunt, quia scilicet nomen impij perdunt, &c. Et hoc est ꝙ subdit. *Nomen eorum delesti in æternum*, &c. quia.s. prius vocabantur pagani, modo Christiani vocantur, & etiam nomina idolorum perierunt de terra, sicut prædictum fuerat. In die illa dicit dñs perdam nomina idolorum de terra, & non remanebūt vltra. Et aduerte ꝙ ait, *nomen eorum delesti in æternum, & in sæculum sæculi*. Per sæculum intelligitur præsens mūdus, qui voluitur vicissitudine temporum sibi succedentium: sed sæculum sæculi est æternum quod in incommutabilitate æternitatis consistit, cuius istud præsens sæculum est imago, & vmbra. Cum ergo, dicit, *in æternum*, & subdit *in sæculum sæculi*. est explanatio illius, quod præmiserat *in æternum*. s. ne dicēdo, *in æternum*. solum præsens sæculū intelligeres: ideo subdit, *& in sæculum sæculi*. i. non solum in præsenti sæculo mutabili: sed & in futuro inuariabili. Est ergo præsens sæculum. s. vmbra futuri, & sic ly, *sæculum*, stat pro præsenti: & ly, *sæculi*, pro futuro. Et sic intellige quouescunq; dr, per omnia sæcula sæculorum, vel in sæcula sæculorum, i. in præsenti & in futuro.

Nomen.
Impius.
Prou.13.
Zach.13.
Sæculum.

Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti.

96
32.q.5. cultor.

HIc ostendit persequentium conuersionem.s. per occultum iudicium Dei factum. Hic.n. *inimici* est casus genitiui, vt sit sensus: frameæ vel gladij *inimici*.s.diaboli defecerūt. Gladij.n. quibus quis vtitur ad hostium interemptionem, persecutores fidei significant, quibus vsus est diabolus contra ecclesiam, & sanctos martyres trucidando. Nonne gladius diaboli fuit Paulus, qui supra modum persequebatur fideles? Nonne gladius diaboli fuit Magdalena, quæ suo malo exemplo multos spiritualiter occidebat? & sic de alijs. Et isti gladij defecerunt: quia de persecutoribus facti sunt defensores. *Defecerunt*, inquit *in finem*, quis.n. est finis noster nisi Christus? per quem oēs isti gladij, & satellites diaboli defecerunt, *Defecerunt* ergo *in finem*.i.pp finem Christum, vel *defecerunt in finem*.s. in Christum conuersi: Et istas frameas deficere orabat Psalm. Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me, &c. Nonne conclusus fuit Paulus qñ argumento luminis Christi fuit superatus? Et ideo ad hoc ꝙ defecerunt frameæ inimici, sequitur, quod *ciuitates eorum destruxisti*. Vbi nota ꝙ mysticè ciuitatē hēt Deus, & ciuitatem hēt diabolus. Ciuitas Dei est quælibet anima iusta in qua inhabitet. Fluminis impetus.s.gratiæ, lætificat ciuitatem Dei. Ciuitas diaboli est quælibet aīa Deo rebellis: in qua diabolus inhabitat: de qua dr. Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Hic aūt accipiuntur ciuitates pro iniustis animabus, in quibus habitabant dæmones iniqui Christo contradicentes, cum dicit. *Et ciuitates eorum destruxisti*. Cōsequēs est.n. ꝙ si frameæ diaboli defecerunt, ꝙ ad Christum sunt conuersi ꝙ similiter & ciuitates diaboli sīn destructæ: quia.s. non amplius diaboli ciuitates, sed Christi sunt effectæ. Vt patet in Paulo, qui prius persequendo ecclesiam, diaboli ciuitas erat: intentus in ijs, quæ huius mundi erant. Cuius post modum ciuitas destru-

Gladius.
Persecutor.
Psal.34.
Ciuitas.
Psal.45.
Psal.54.

destructa fuit, vt amplius non de malis, A nō de terrenis, sed solum de cœlestibus meditaretur in cœlestibus cōuersando: vnde audi ipsum in persona omnium ae conuersorum dicentem. Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus.

Hebr.13.

97 *Perijt memoria eorum cum sonitu, dominus in ęternum permanet.*

35.q.4.c.1.

HIc consequenter ostendit Apostolorum prædicationem, quæ. s. fuit causa defectionis gladiorum, & destructionis ciuitatū. Vbi nota, ꝙ hic sonus accipitur pro sono prædicationis Apostolorum, qui totum orbem repleuit. de quo Ps. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Isto ergo sono *perijt memoria eorum*. s. apud Deū: ne. s. eos puniat. sic. n. peccata apud Deū, manent in memoria, quæ ad puniendum reseruat. In memoriam, redeat iniquitas patrū eius in conspectu dn̄i. Et illa à memoria Dei cadere dr̄, quæ non reseruat ad puniē-dū. Non erunt in memoria amplius iniquitates priores, *Vel perijt memoria eorū cum sonitu*, ritus & cultus idolorū sono prædicationis perijt de terra, & hoc in magna parte, sed in fine mundi tota. C liter peribit, quia tūc exaltabitur solus Deus. Et hoc est ꝙ subditur. *Dominus autem in æternum permanet:* quia regnū, & nomen dn̄i nostri Iesu Christi in æternum stabile erit: sicut angelus virgini prædixit. Regnabit in æternum, & regni eius non erit finis.

Sonus. prædicatio. *Psal.8.* *Psal.108.* *Esa.65.* *Esa.65.* *Luca 1.*

98 *Parauit in iudicio thronum suum: & ipse iudicabit orbē terrę in æquitate, iudicabit populos in iustitia.*

9.q.3. aliorum.

COnsequenter hic ostendit bonorū præmiationē similiter, & punitionem malorum. D Vbi sciendum, ꝙ potestatem iudiciariam acquisiuit Christus per humilitatis patientiam, qua in cruce fuit iudicatus, vt ostendit Apostolus. Vt. s. qui in humilitate iudicatus est & suspensus in cruce, in maiestate oēs iustè, & apertè iudicabit, bonis ꝓmia donans, & reis supplicia. Per thronum. n. Christi, vt dictum est: ipsa crux dominica accipitur. *Parauit ergo in iudicio thronum suum*, s. parauit crucem in iudicio, quia per virtutem crucis cunctos iudicabit & bonos & malos, omnes tamē iuste propter quod subdit. *Quod iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in iustitia.* Per iustitiam, & æquitatem idem intelligit, sed per orbē terrę accipe terrenos peccatores & malos, per populos autem bonos in Christi fide copulatos, quos omnes iudicabit in æqtate & iustitia. Quid enim ęqnius & iustius esse pōt, quam populos, idest, electos congregare secum ad iudicandum, & cæteros diuidere, hos ad dexteram, illos autem ad sinistram? Hoc idem sub alijs vebis ponitur Ps.15. B Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

Crux. *Phili.2.* *Crux Christi præsentabitur in iudicio.* *Iudicium.*

99 *Et factus est dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione.*

7.q.1. aduersitas.

HIc consequenter ponit deuotorū confortationem. Superius enim dictum est, ꝙ iudicabit omnes bonos, & malos, ne ergo fortè turberis: considerata multitudine aduersorum, & tentationum, quibus per te resistere non vales: & ex hoc desperes cum bonis iudi- C cari: ideo nunc te confortans dicit: Sis pauper, & dominus erit adiutor tuus, & refugium tuum. *Quia factus est dominus refugium pauperi, &c.* Illis scilicet pauperibus, de quibus dicitur. Beati pauperes spiritu, &c. scilicet, humiles, spiritum inflatum per superbiam non habentes, vnde Augus. ait, Legimus scriptum de appetitione rerum tēporalium, omnia vanitas, & pręsumptio spiritus, præsumptio autem spiritus superbiam, & audaciam significat. Vulgo etiam superbi magnum spiritum habere dicuntur: & rectè, quoniam spiritus idem est, quod vē- D tus. Quis autem nesciat superbos inflatos dici, & tanquam vento distentos; qua propter rectè intelligunt pauperes spiritu humiles, & timentes Deum, non habentes spiritum superbia vel alio vitio contra Deum inflatum, vel hic pauperes accipe qui nihil curant de mūdo. Sic enim exponit glos. *factus est refugium pauperi*, idest, illis, qui nihil amant in transitorijs. Vnde factus est refugium, quo ad bona peragenda, sed adiutor quo ad mala vitanda, propter quod

Matth. 5. *August. in sermone domini in mōte.* *Pauper Humilis.*

quod dicit, *adiutor in opportunitatibus, in tribulatione*, quia adiuuat sperantem in se, qñ oportet licet quandoq; ad tempus deserere videatur: Cogita quam fortis adiutor fuit sanctis martyribus, in suis tribulationibus, quam dulce refugium omnibus ad ipsum deuotè confugientibus: sed maximè qñ oportet, vnde dicit, *in opportunitatibus*, quia nô semper oportet, ideo qñque vtile est, quosdam suis viribus permittere, ne de se præsumāt, & vt alijs compati discant. Sic enim reliquit Petrum ab ancilla superari. Et de isto adiutorio dr̃. Liberauit pauperem à potēte, parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Vbi nota, ꝙ Deus suorum pauperum adiutor est tripliciter, scilicet, quia eos adiuuat liberando à dæmonum violentia. Adiuuat, liberando eos à peccatorū immunditia. Adiuuat, liberando eos à damnatorum miseria. Primò eos adiuuat, liberando à dæmonum violentia, ideo dicit, Liberauit pauperem à potente. Per potentē intellige diabolum: vnde ibidem dicit glo. Liberauit pauperem à potente, i. à diabolo quem potentem fecerunt non sua merita, sed nostra peccata. Si aūt quæras, quem pauperē sic adiuuat, subdit. Cui non erat adiutor, quia nullus hominum quantuncumq; iustus, & nullus angelus, nulla lex hominem à potestate diaboli liberare poterat: nisi tm̃ leo de tribu Iuda: qui sic adiuuando liberat, quia peccata, quibus homo à diabolo tenetur, relaxat: vt merito quilibet nostrum dicat illud. Dñs mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos, s. dæmones. Secundò adiuuat pauperes, ipsos liberando à peccatorum immunditia: ꝙ notatur cum subditur. Parcet pauperi, & inopi. Quid enim prodesset, hominē adiuuare contra hostes extrinsecos, nisi ēt contra intrinsecos adiutorium ferret. Ideo principalius eius adiutorium contra vitia postulemus secundum illud Psal. Adiuua nos, Deus, salutaris noster: & pp gloriam nominis tui libera nos, s. à vitijs. Tertiò adiuuat pauperes, ipsos liberando à damnatorum pestilentia. Expulsis.n. hostibus interioribus, & exterioribus, tunc saluat animas, quod notatur cum dr̃. Et animas pauperum saluas faciet: vbi secundū gl.

Psal. 71.

Deus pauperum adiutor tripliciter.

Psal. 118.

Psal. 78.

E Duplex adiutorium gratiæ commendatur. Primum est in remissione peccatorum: cū dicit, Parcet pauperi, & inopi. Secundum est in collatione præmiorū: cum dicit. Et animas pauperum saluas faciet. Quibus consideratis, nostrum quilibet Dei adiutorium quærere debet, dicens. Adiutorium meum à domino, qui saluos facit rectos corde. Quæ omnia benè hic Psal. notat. d. *Et factus est dominus refugium pauperi, adiu. &c.*

Psal. 7.

F *Et sperent in te homines, qui nouerūt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te domine.* 100 3. 9. 8. *fine.*

Consequenter hic ostendit orationum exauditionem. Vbi notandū, ꝙ ad hoc, ꝙ quis orando debitè quærat dominum, duo requiruntur, s. spes impetrandi, & diuini nominis notitia, quæ duo hic præmittit. d. primò, *sperent in te*, secundò. d. *qui norunt nomen tuum*, & cōsequenter efficaciam postulationis adiūgit. d. *Quoniam non dereliquisti*, &c. Quis enim infirmus sine spe habita in medico sanitatem obtinebit? Sic & spes impetrandi habita in Deo, facilius postulata concedit, d. Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum. Et ex hoc remouetur postulatio malorum, vel temporalium, in quibus nullo modo spes est ponenda: quia, vt dicit Magist. Spes solum est de rebus bonis futuris, & ad Deum pertinentibus. Et ad hoc notandum dicit, *Sperent in te*: vbi glo. In te, inquit, sperent, non in sæculo, vel temporalibus. vnde Greg. d. De creatore desperare est spem in creatura ponere. In rebus aūt dubijs spē fixerat diuesille, qui dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, &c. sed hunc diuina vox increpat. d. Stulte, animam tuam hac nocte repetent à te. quæ aūt parasti, cuius erunt? Eadem nanque nocte sublatus est qui in rerum abundantia spem ponendo, multa tempora fuerat præstolatus, vt. s. qui in longum tempus se mansurum sperabat subsequentem diem vel vnum, minimè videret. Quasi. n. in aquis defluentibus fundamentum ponere est in rebus laben-

Oratio.

Spes.

G

Magist. lib. 3. dist.

Greg. 32. mor. c. 31.

H

Luc. 12.

labentibus fiduciam spei velle solidare, &c. Non.n.in istis spes est ponenda, sed solum in Deo, q notans Psal. d. *Et sperent in te*, Mihi aūt adhærere Deo bonum est,& ponere in dño Deo spē meā. Sed quia spetare nullus pōt in illū, quē nullo modo cognoscit, ideo subdit. *Et sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum.* Sed q est istud nomen Dei,q noscere nos oportet?Nomen aūt scitur,cū ille cuius est nomen cognoscitur. Nomen aūt Dei est dñs,vnde, Qui ascendit super occasum dñs nomen illi, vnde gl. Hoc nomen bene nouit,qui libenter ei seruit vt dño. Vel secundum glo. Nomen domini est, qui est, vnde dominus ad Mosen ait. Ego sum,qui sum,hæc dices filijs Israel,qui est, misit me ad vos. Quod nomen rectè intelligit, qui spem non ponit in ijs rebus,quę temporis volubilitate præterfluunt,nil habentes nisi fuit,vel erat: qm quod in illis futurū est,cum venerit, statim fit præteritum, quod expectatur, cum cupiditate, cum dolore amittitur,non tenetur cum certitudine. Et ideo nemo speret in transitorijs, sed in eo, cuius essentia non nouit pręteritum,vel futurum. Et tales sic quærentes dominum, accipere merentur,q quærunt. Et de talibus sequitur. Quoniam *non dereliquisti quærētes te domine.* Et de talibus dicitur, Hæc est generatio quærentium dominum,quærentium faciem Dei Iacob.

Psal.72. *Psal.97.* *Psal.13.*

101 *Psallite domino, qui habitat in Sion: annūciate inter gentes studia eius.*

8.q.1.oportet.

Consequēter hic excitat bonos ad gratiarum actionem. Primò facit hoc: secūdò ostendit,de quibus gratias Deo debemus agere: ibi. *Quoniam requirens sanguinem*, Quantum ad primū dicit, *Psallite domino, &c.* Et diuiditur in partes sex,secundum q sex ponit beneficia,de quibus electi Deo gratias debēt agere.s.primò de prędicatione euāgelica: secundò de martyrum victoria, ibi: *Quoniam requirens:* tertiò de humilium custodia, ibi. *Miserere mei domine, vide humilitatem, &c.* quartò de collata innocentia,ibi, *Qui exaltas me de portis mortis*, quintò de persecutorum prostrata superbia,ibi,*Exultabo in salutari tuo:* sextò de summa Dei iustitia, ibi,*Cognoscetur dominus.* Quantum ergo ad primum,ostendit q gratias Deo debemus agere de prædicatione facta gentilibus euangelij.d.*Psallite domino,qui habitas in Sion*. Sion.n.erat mons intra ciuitatem Hierusalem, vbi templum Dei erat, in quo Deus colebatur, & interpretatur specula, siue speculatio, & sic significat ecclesiam triumphantem in qua Deus speculatur à sanctis facie ad faciē, & colitur,in qua specialiter habitat Deus. Licet.n.Deus sit vbiq; per essentiam,præsentiam, & potentiam,in beatorum ecclesia tñ singulariter habitat per apertā visionem atq; gloriam, iuxta illud Psal. 112. Quis sicut dñs Deus noster, qui in altis habitat. Sic ergo per Sion hic significatur triumphās ecclesia, in qua Deus clarè cernitur. Ps. Videbitur Deus deorum in Sion. Quid aūt sunt iudicia eius, quæ inter gentes debemus annunciare, nisi lex euangelica, quæ Dei iudicia continet malorū & bonorū, vt pater Matth. 25. quamuis.n.ista Dei iudicia, siue studia legis euangelicæ primò Iudæis fuerint nunciāda, quia illa repulerūt, ideo consequenter gentibus erant pdicanda. Sic.n.vt habetur Act.13. Paulus,& Barnabas constanter dixerunt Iudæis,vobis oportebat primū loqui verbum Dei:sed qm illud repulistis,& indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes, &c. sic.n.nobis præcepit Deus, O Deus q̄ beatissimū est istud q obscura Dei iudicia.s.fides & volūtas eius nobis sint nunciata,nō solum exterius per prædicationē, sed magis interius per inspirationē, sine quibus in gētilitate remāsissemus, & essemus perditionis filij. Ideo gratias Deo de hoc agentes dicamus illud, Non fecit taliter omni nationi,& iudicia sua non manifestauit eis.

Sion. Ecclesia. *Habitatio Dei.* *Psal.8.* *Psal.47.*

Quoniam requirens sanguinem eorū recordatus est, & non est oblitus clamorem pauperum. 102

Hic cōsequenter ostenditur sm beneficium, pro quo psallere debemus,Deo gratias agēdo.s.de martyrum victoria. Christus.n.sanguinē sanctorū martyrū vindicat, occisores puniendo æternaliter. *Et clamorem suorum pauperum*,s.sanctorum martyrum exaudit,eis dando

dãdo in passionibus victoriã,& postmodum gloriam in cęlestibus, & hoc est ꝙ dicit. *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est*, non ꝙ obliuio cadat in Deo, sed quia qñ peccatorum pœnã inferre differt, obliuisci vr, sed recordabitur in iudicio eos æternaliter, quo ad corpus, & animam damnando. *Non est oblitus clamorem pauperum*.i.martyrum, ipsos exaudiendo. Quid.n.clamant sancti martyres ad Deum nisi vindictã sanguinis ipsorum? Apoc.6. Vidi animas in terfectorum pp verbum Dei, & clamabant dicentes. Vsquequo non vindicas, sanguinem nostrum,&c. ꝙ sancti orant, non quidem optando, sed prędicẽdo, vel si vindictam optant, hoc faciunt per accidens, quia qñ malis in iudicio pœna æterna tribuetur, tunc boni coronabun tur, vel hoc clamãt se diuinę iustitiæ cõformando. Sic ergo ipsorum clamorem non obliuiscitur Deus, quia ipsos exaudit. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cũ ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Et si dicas: quõ exaudiuit clamorem ipsorũ, ipsos eripiendo de manibus inimicorũ, qñ ipsos occiderunt? Rñsio, ꝙ tota volũ tas persecutotum non referebatur ad martyres, sed ad Christũ, cuius nomen, delere conabãtur, & ipsum martyribus auferre quorum neutrum facere potuerunt, imò per mortem martyrum nomen Christi magis amplificabant, & ipse Christus, in cordibus martyrum magis imprimebatur.

Psal.90.

Quæstio.

Resp.

103 *Miserere mei domine vide humilitatem meam de inimicis mei.*

HIc ponit tertium beneficium, s.humilium custodiam. Vbi nota, ꝙ vt superius dictum est aliter miseretur homo, aliter Deus, quia homo misereť qñ de alterius miseria cor miserum hẽt, & misero subuenire studet, quorũ primum imperfectiõé dicit, secũdum aũt perfectiõé. Deus aũt miseretur nobis, non quidé miserum corde nostra miseria gerens, quia hoc imperfectiõé dicit, sed secundũ illud est qđ dicit perfectiõé.s. subleuãdo miseriã nostrã. Dicere ergo, *Miserere mei Domine*, nil aliud est dicere Deo, nisi subleua, & tolle miseriã meam.

Miserere.

E Dicere aũt homini, *miserere mei*: est dicere simul mecũ patiaris miseriam per cõpassionem, & me adiuua. *Vide humilitatem meam*. Vbi nota, ꝙ videre Dei est multiplex, s. videre cognitionis, & sic omnia videt, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Ad Hebr.4. Ecclesi.23. Omnia videt oculus eius. Videre punitionis, & sic videt mala, qñ illa punit. Gen.19. Descendã, & videbo an clamorem eorũ, qui venit ad me, opere cõpleuerint. Et est videre approbationis, & illa solũ videt, quę approbat. Vnde Greg. super illo verbo Iob 28. Omne pretiosum vidit oculus eius ait. In scriptura sacra videre Dei aliqñ pro eligere, vel approbare ponitur, sicut in euangelio scriptũ est, cum esses sub ficu, vidi te.i. elegi te. Hoc ergo videre approbationis postulat Ps.h.d. *Vide humilitatem meam*, vnde gl. Aspectus Dei auxilium est, qui cũ sit lux tenebras fugat, serenans mentẽ, & est sensus. *Vide humilitatem meam*, idest, adiuua humilitatẽ meam, vt scilicet, tibi sit grata, & accepta. sic & videre Dei postulabat Hieremias. d. Vide dñe afflictioné meam, qm erectus est inimicus.i. approba patientiã meã, & adiuua. Dicit ergo, *vide humilitatem meam de inimicis meis*.q.d. Ex superbia inimicorũ æstimať humilitas iustorũ, quia iusti tñ humiliantur, quantum illi extolluntur.

Videre Dei.

F

Greg.18. mor.c.23.

Thren.1.

G

Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.

104 11.q.3.c.absit.

POnitur hic quartũ beneficium, pro quo debemus Deo gratias agere, s. pro collata innocentia. Vbi vide ꝙ duas hic portas nominat. s. portas filiæ Sion. Portæ mortis sunt vitia, per quæ itur ad perpetuam mortẽ. Portæ verò filiæ Siõ virtutes per quas itur ad Sion, nã filia Sion erat Hierusalem, quæ visio pacis interpretatur, & per virtutes vadimus ad visionem pacis æternam. Exaltat ergo nos Deus de portis mortis, quando de vitijs nos eruit, & ab illis absoluit. Et ad quid? vt scilicet perueniamus ad portas filię Sion, s. cœlestis Hierusalem, vbi à beatis, & sanctis prædicatur omnes Dei laudes, primæ ergo. s. vitia sunt portæ mortis, secundæ sunt portę vitæ, sed

H

Porta mortis.

Deus

Deus nos exaltat.i.absoluit à primis,vt perueniamus ad secũdas. Vel aliter,primæ sunt portæ perditionis,q̃sunt latæ, secũdæ sunt portæ saluationis,quæ sunt arctæ,de quibus dicit Christus. Intrate per angustam portam,quia lata est porta & spaciosa via,quæ ducit ad perditionem:& multi sunt,qui intrant per eam, quàm angusta est porta & arcta via,quæ ducit ad vitam,& pauci intrãt per eam. Vnde Chrysostomus.Porta perditionis est diabolus,per quàm introitur in gehẽnam. Porta vitæ est Christus,per quem introitur in regna cœlestia.Lata autem porta dicitur esse diabolus:non magnitudine potentiæ extensus,sed obstinatę superbiæ licentia dilatatus. Porta autem angusta dicitur Christus, non paruitate potestatis exiguus, sed humilitatis ratione collectus: quia quem totus non capit mundus, seipsum inter angustias vteri virginalis inclusit.Via autem perditionis est omnis iniquitas,quæ dicitur spatiosa: quia non est inter regulam disciplinæ inclusa:& ambulantes in ea,quicquid eos delectauerit,hoc sequẽtur: via autem vitæ dicitur esse omnis iustitia, quæ propter causas contrarias dicitur arcta.Cõsiderandum autem est: quia nisi quis ambulauerit per viam,nõ peruenit ad portam. Qui enim non ambulant per viam iustitiæ,impossibile est,vt Christum cognoscant. Similiter non currit in manus diaboli,nisi qui ambulat in via peccatorum. Vel aliter, portæ mortis sunt secundum gloss. corporei sensus, à quibus exaltantur, qui quærunt,sed quæ non videntur: & portæ filiæ Sion sunt sacramenta,& initia fidei,quæ pulsantibus aperiuntur,vt perueniant ad occulta, quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit. Et est sensus,*Exaltas me de portis mortis*.i.ab appetitu temporalium, quinque sensibus subiacentium.Et ad quid? *vt annũciem omnes laudes*.i. scilicet ijs, qui sunt in portis filiæ Sion.i.in sacramentis,& initijs fidei.Vel aliter portæ mortis sunt hæretici,& eorum dogmata. Portæ vitæ sunt prophetæ,apostoli,& ipsorum doctrina,qui per bonam doctrinam ad vitam ducunt:sicut hæretici per malam doctrinam ad mortem.Et est sensus.*Exaltas me de portis mortis*,idest,à doctrina hæreticorum:

Matth. 7.

Porta diaboli.

Chrysostomus super Matth.

Porta mortis.

A & colloces me, *in portis filiæ Sion*. idest, in prophetis,& apostolis, *vt annunciem omnes laudationes tuas*, quæ, scilicet in illis continentur.

Exultabo in salutari tuo: infixæ sunt gentes in interitu,quem fecerunt. 105

HIc ponitur quintum beneficium.s. persecutorum prostrata superbia. Vbi nota, q per salutare Dei quo salus denotatur, & efficitur, Christus salutor intelligitur.DeChristo dixit Simeõ: Viderunt oculi mei salutare tuum. Hoc ergo salutare nos saluat à tyrannorum B superbia: dum plus constantiæ tribuit martyribus, quam sit posse tyrãnorum, vnde dicebat Vincentius. Videbis me plus posse Dei virtute, dum torqueor, quàm possis tu ipse,qui torques. Etiam multoties volẽtes occidere corpora sanctorum subito in corpore & anima sunt mortui, & in infernum demersi. Sicut Aegeas in persecutione Andreę à dęmone suffocatus expirauit. Et Quintianus, sancta Agatha interfecta, Dei iudicio in flumine suffocatus interijt. Et Domitianus eo anno,quo sanctum Ioannẽ Euangelistam exulare fecit, à senatu Romano interfectus est, & sic de multis alijs: C quæ omnia considerans hic Psal. gratias agens Deo. d. *Exultabo*. s. *spe in salutari tuo*. i. in Christo qui suos saluat, & per quẽ *infixa sunt gentes*.i.tyranni, *in interitu*.i.in morte,*quem fecerunt*, s. alijs.

Salutare. Luc. 2.

Persecutio tyrannorũ. Not. de morte persequẽtium martyres.

In laqueo isto,quem absconderunt cõprehensus est pes eorum. 106

ISte versus primum declarat. Vbi nota q laqueus dicitur dolosa cogitatio qua quis quærit alium decipere, vel perdere. Pes autem animæ est amor, qui,si prauus est,dicitur cupiditas, vel libido: D si bonus,dicitur charitas. Amore enim mouetur anima quasi ad locum, ad quẽ tendit, idest,ad delectationem bonã, vel malam. *In laqueo ergo isto, quem absconderunt*.idest, in dolosis cogitationibus, qui bus plures tyranni laqueum mortis parantes Christianis, ipsi cõprehensi sunt, vt scilicet mortem,quam alijs inferre cogitabant,ipsi prius in se reciperent: & ab illa comprehenderentur. Vt puta Holofernes, qui dolosè disponebat perdere populum Iudæorum, primò ipse manu

Laqueus.

Dolus.

Cogitatio.

Iud. 3.

fœminæ fuit interfectus, & sic de multis alijs Et hoc est, quod dicit. *In laqueo isto, quem absconderunt*, &c. Vnde ille versus consimilis est illi superius dicto. Lacum aperuit, &c. Et conuertetur dolor eius in caput eius, & multi sunt similes.

Psal.7.

107 *Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.*

15.q.1.canon est.

HIc ponitur sextũ Dei beneficiũ, s. Dei summa iustitia. Quãuis enim Deus in seipso sit æternaliter summa iustitia, non tñ hoc nobis innotescit nisi per effectus, quia ex hoc, ꝙ bonis tanta beneficia præstat, vt dictum est: & malos punit: ipse à nobis summè iustus, & omnium dominus cognoscitur, & hoc est ꝙ d. *Cognoscetur dominus iudicia faciens*, &c. Cognoscetur enim vel hic à suis, vel in iudicio ab omnibus, faciens iudicia, scilicet secernens hic merito non loco malos à bonis: vnde qualiter separẽtur mali à bonis per iudicia Dei ostendit. d. *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator*. q. d. Non à Deo procedit, quòd mali hic crucientur, sed ab eis, quia ipsa peccata sunt eis cruciatus, & tormẽta. Tamen hic notandum de cognitione Dei, quòd, vt dicit Richardus super illud Psal. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, &c. Quidam namque sunt qui a Deo cognoscuntur & Deum cognoscunt. Cognoscere enim Dei, est fœlicem facere. Cognoscere autem hominis, est de percepta fœlicitate gratias agere, & tales sunt Angeli. Quidam nec cognoscunt Deum, nec cognoscuntur à Deo, vt pauperes necessarij, quos nec rerum temporalium copia ditat, nec beatificat seruitus diuina. Quidam cognoscuntur à Deo, sed Deum non cognoscunt, vt diuites huius sæculi, qui acceptis opibus, affluunt, sed carnalibus desiderijs pressi, nunquam ad cœlestia cor suspendunt. Quidam verò non cognoscuntur à Deo, sed Deum cognoscunt, vt pauperes voluntarij, quos nec tribulatio, nec angustia, nec alia quæcunque pericula possunt separare à charitate Christi. In quorum persona loquitur Dauid. d. Deus meus, Deus meus, respice i me. Nunquid vero incogniti videntur, qui orant, vt respiciantur? veruntamen licet habeantur quasi ignoti, licet videãtur derelicti, ipsi tamen Deum, cognoscunt quem exorant deuotè. Et de ista dicit Deus, Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, &c. Ac si apertè Angelis suis dicat, & alijs, quos hic fœlices facit, Quid mirum, si mihi seruitis, quos fœlices facio: quando & illi mihi seruiunt, quos in sua paupertate derelinquo? Et ab istis talibus pauperibus cognoscitur dominus iudicia faciens: quia etsi malos opibus temporalibus ditat, ipsos tamen in operibus manuum suarum comprehendi, & cruciari permittit: bonos autem & si pauperes temporalibus velut incognitos permittat, illos tamen à cruciatu mentis pati non sinit.

Cognitio. *Richardus.* *Psal.17.* *Psal.21.* *Psal.17.*

Conuertũtur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum. 108

POstquã egit Psal. de iudicio discretionis occulto, Hic consequenter agit de iudicio discussionis, quod erit in fine mundi. Verum ante iudicium vltimum venturus est Antichristus ad mundum seducendum: Ideo iste duo facit: quia primò ponit iudicium vltimũ, quo peccatores damnabuntur: secundo ponit aduẽtum Antichristi prauium, quo gentes seducenturibi, *Exurge, domine*: quantum ad primum, sciendum, ꝙ in vltimo iudicio duplex sententia dabitur, scilicet; pro bonis, & contra malos. Et licet sententia bonorum præcedat sententiam malorum quia primò dicet ijs, qui erunt à dextris, Venite, &c. Deinde ijs; qui erunt à sinistris. Discedite à me, &c. Tamen sententia malorum prius executioni mandabitur, & consequenter sententia bonorum, propter quod dicitur Matth.25. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem, &c. Et iuxta ista Psal. duo facit: quia primò ponit sententiam malorum. d. *Conuertantur peccatores*, &c. secundò sententiam bonorum ibi. *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis*. Quantum ergo ad sentẽtiam malorũ dicit. *Conuertantur peccatores*, &c. Peccatores enim in præsenti delitijs affluunt, & suis voluptatibus abutuntur, sed in iudicio à suis voluptatibus ad æternas pœnas

Sententia cõtra malos prius executioni mandabitur.

nas conuertentur, quod notans. d. *Conuertãtur peccatores in infernũ*. Et qui peccatores? subdit. d. *Omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum*. Ille enim obliuiscitur Dei qui Dei mãdata non seruat in opere. Ideo dignum est, vt Deus illius obliuiscatur, impium non liberans à pœna, ideo i persona cuiuslibet peccatoris sic dãnandi dicitur. Repulsa est anima mea: oblitus sum bonorum. s. quæ facere debebam. Sed notandum q̃ quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, vsque ad diem iudicij. In primo est summum bonum sine omni malo, scilicet, paradisus. In secundo est summum malum sine omni bono, s. infernus. In tertio est malum, & bonũ, scilicet, gratia, & pœna, scilicet, purgatorium: In quarto carẽtia boni, sine malo, scilicet, limbus. Et ista quatuor loca erũt vsque ad diem iudicij: sed post diem iudicij, solum erũt tria, scilicet, paradisus, limbus, & infernus: quia amplius purgatorium nõ erit. Si quæres de situ, vbi sunt ista loca. Respondeo, q̃ ista loca possunt considerari, aut secundum situm, aut secundũ qualitatem, nulli dubium, q̃ sunt distincta ista inferna: quia in vno est pœna sensus, non in alio: Et omnia ista loca in plurali vocantur inferna. Si autem considerentur quantum ad situm, satis credibile est, quòd omnium istorum infernorum sit vnus situs, sic quòd in eodem loco sal tem continuò sunt omnia ista inferna. Hoc autem probo. Primò, quia infernus damnatorum, & limbus sanctorum patrum, & puerorum sunt vnus locus: ergo etiam & locus purgatorij, consequentia nota: quia limbus minorẽ conuenientiam habet cum inferno damnatorum, quam purgatorium: quia infernus, & limbus conueniunt solũ in vno, scilicet in carentia visionis diuinæ: infernus autem, & purgatorium conueniunt in carentia visionis, & in pœna sensus. Sed cõsequens probo, primò per Greg. Vbi expressè vult, quòd Christus descendẽdo ad inferos extraxit de inferno sanctos patres, ibidem damnatos relinquẽdo: vnde, sic dicit Christus, Ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, omnia enim traxit, qui de electis suis apud infernũ nullum reliquit. Omnia igitur abstulit: omnia itaque electa.

Thren. 3. — *Nota quomodo quatuor loca assignantur post hãc vitam animabus paradisus, infernus, purgatorium, limbus.* — *Quæstio. Respons.* — *Nota conuenientiã istorũ locorũ, s. inferni, & limbi, et purgatorij.* — *Greg. hom. 22.* — *Ioan. 12.*

Neque enim infideles quosque, & pro suis criminibus æternis supplicijs deditos dominus resurgendo ad veniam reparauit. Sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide, & actibus recognouit, vnde rectè per Oseam dicit. Ero mors tua, ò mors: ero morsus tuus ò inferne. Illud nãque, quod occidimus, agimus, vt penitus non sit. Ex eo autem, q̃ mordemus, partẽ abstrahimus, parteq; relinquimus, quia ergo i electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit, quia verò ex inferno partem abstulit, partemq; reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum, ait ergo, Ero mors tua ò mors. Ac si aperte dicat: quia in electis meis mortem funditus perimo, ero mors tua, ò mors. Ero morsus tuus, inferne, quia, sublatis eis, te ex parte transfigo. Item huic opinioni assentit sanctus doctor. lib. 4. dist. 15. d. q̃ limbus patrum & infernus sunt in eodem loco. Hoc etiam dicit de limbo puerorum. Item hoc est de mente beati Aug. d. Non absurde credi videtur, antiquos sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem, à tormentis quidem impiorũ remotissimos, sed apud inferos fuisse, donec eos Christi sanguis erueret. Imaginor ego in hoc, quod idẽ est locus inferni, limbi, & purgatorij: sed diuersis nominibus nuncupatur propter diuersitatem ibidem existẽtium. Sicut. n. idem carcer damnatis ad mortem, erit carcer mortis, damnatis in pecunia, erit carcer pecuniarius, dãnatis ad certũ tẽpus, erit carcer tẽporalis, sic & idem locus dãnatis perpetuis tormentis, est infernus, dãnatis ad tempus, est purgatorium, dãnatis perpetuo, ne Deum videant sine alia pœna, dicitur limbus. Sed forte d. vbi est talis locus? Ad hoc respondeo, q̃ s̃m doctores, situs inferni, limbi, & purgatorij est in medio, vel in centro terræ. Quod probatur multipliciter, Primò per gl. super illud Ionæ 2. Proiecisti me in profundum in corde maris. d. Quod sicut cor est in medio hominis: sic & infernus est in medio terræ, hoc idẽ ponit glo. super illud Esa. 14. Infernus subtus te conturbatus est, &c. Et, si dicas: poteſt ergò nesciri distantia quãta sit à superficie terræ vsq; ad infernũm. Respondeo q̃ sic: quia quicunq; põt scire quantum vnum

Osea. 8. — *Occidere, Mordere.* — *Doctor sanctus.* — *Aug. 20. de ciuit. Dei. cap. 15.* — *Nota optimã distinctionẽ de loco inferni.* — *Quæstio.* — *Terra.* — *Quæstio bona.* — *Secundum doctrinam Ptolomæi*

ambitus terra continet. 22040. miliaria. Diameter vero. 6500. miliaria Semidiameter. 3245. miliaria.

corpus sphæricum gyrat, faciliter potest scire quantum est à superficie vsque ad centrum. Nota ergo, quod, vt dicit Catholicon in litera terra, secundum sapientes mathematicos, qui secuti sunt Ptolomæum: Rotunditas terræ est viginti duo millia, & quadraginta milliaria. Cum autem circulus vincat diametrum per tria, & septimam partem, quia proportio circuli ad diametrum est sicut proportio viginti duarum ad septem. Viginti enim duo continent ter septem, & vnitatē, quæ est pars eius septima, Sequitur quòd quantitas diametri terræ erit ferè sex millia quingēta milliaria. Et dico fere: quia deficiunt nouem milliaria ad complēdum sex millia quingenta. Est ergo quantitas diametri circuli terræ sex millia quadringenta, & nonaginta vnum milliaria.

Nota de distantia inferni ad terrā.

Cum igitur infernus sit in centro terræ, sequitur, quod distat à superficie terræ solum per medietatem dicti diametri, quę medietas facit tria millia ducenta quadraginta quinque milliaria cū dimidio. Et per tantum spatium infernus est sub pedibus nostris.

Quæstio.

Iterum fortè quæres. Vtrum in inferno sit aliqua redemptio. Et hoc est quærere, vtrum supplicium damnatorum in inferno, aliquando finem sit habiturum. Respondeo quod aliquorum, vt puta Origenis opinio fuit,

Dānatur.

quòd omnes finaliter existentes in inferno, liberabuntur, quod multis rationibus probare conantur, sed opinio est hæretica: vnde illorum opinionem cū suis rationibus recitat Greg. & illas soluit. d.

Gregor. 34. mor. c. 11. & 12.

Sunt enim nūc qui iccirco peccatis suis finē ponere negligunt: quia habere quandoque super se finem diuina iudicia suspicantur. Quibus breuiter respondemus, quòd si quandoque finienda sunt supplicia reproborum: ergo quandoque finienda sunt gaudia beatorum. Per semetipsum namque veritas dicit. Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem

Matth. 25.

in vitam æternam. Si igitur verum non est, quod minatus est: nec illud verum est, quod promisit. At illi, inquiunt. Iccirco æternam pœnam peccatoribus minatus est, vt eos à peccatorum perpetrationibus compesceret: quia creaturæ suæ æterna supplicia minari debuit, non inferre. Quibus citius respondemus. Si falsa minatus est, vt ab iniustitia corrigeret, etiā falsa pollicitus est, vt ad iustitiam prouocaret. Et quis hac eorum insaniam toleret, qui, dū promissionibus suis reproborum supplicia finiri asserūt, assertione sua & electorum præmia remunerationesq́; confundunt? Quis hanc eorum insaniam toleret, qui conantur astruere verum non esse, quod veritas de æterno igne comminata est? & dum satagunt Deum prædicare misericordē, non verentur ipsum prædicare mendacem. At illi, inquiūt, Sine fine punire nō dēt culpā cum fine. Iustus nimirum est omnipotens Deus, & quod non æterno peccato commissum est, æterno nō dēt puniri tormento. Quibus citius, dicimus quod rectè dicerēt. si iudex iustus, districtusq́; veniens non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui. n. ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerūt. Voluissent quippe sine fine viuere, vt sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nā magis appetunt peccare quàm viuere: ideo hic semper viuere cupiunt, vt nunquam desinant peccare, dum viuunt. Ad districti ergo iudicis sentētiam pertinet, vt nunquam careant supplicio, quorū mēs in hac vita nunquā voluit carere peccato. Et nullus detur iniquo terminus vltionis, qui, quandiu potuit, habere noluit terminum criminis. At inquiunt, Nullus iustus crudelitatibus pascitur, & delinquens seruus iccirco à iusto domino cædi præcipitur, vt à nequitia corrigatur. Ad aliquid ergo cæditur, cum dominus eius crudelitatibus non delectatur. Iniqui autem gehennæ ignibus traditi, quomodo sine fine semper ardebunt? Et quia certum est, quòd pius, atque omnipotens Deus non pascitur cruciatibus iniquorum, cur cruciantur miseri, si non expiantur? Quibus citius respondemus, quòd omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatibus non pascitur: quia autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio, & quidem sua iniquitate puniuntur: & tamen ad aliquid cruciantur, scilicet, vt iusti omnes in Deo videant gaudia, quæ percipiunt, & in illis respiciant supplicia, quæ euaserunt, vt tanto magis in æternum se diuinæ gratiæ debitores esse cognoscant,

Vide an in inferno possit esse redemptio secundū beatum Grego. 34. mor. ca. 12.

Nota.

gnoscant, quanto in ęternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vitare potuerunt. At illi inquiunt. Et vbi est, q sancti sunt, si p inimicis suis, quos tunc ardere videbunt, non orabūt? quibus vtiq; dictum est, Orate pro inimicis vestris, ad quod respondemus, q sancti orāt pro inimicis suis, eo tempore, quo possunt ad fructuosam pœnitentiam eorum corda conuertere: atque ipsa conuersione saluare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est, nisi q ait Apost. *2.Ti.2.* Vt det illis Deus pœnitentiam, & resipiscant à laqueis diaboli, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem? Et quomodo pro illis tunc orabunt, qui iam nullatenus possunt ad iustitiæ opera ab iniquitate commutari? Eadem itaque causa est, cur non tunc orent pro hominibus æterno igne damnatis, quia nunc ēt causa est, vt non orent pro diabolo, & angelis eius, æterno supplicio deputaris. Et quæ nunc etiam causa est, vt nō orent sancti homines pro hominibus infidelibus, impijsque defunctis, qui de eis vtique, quos æterno damnatos supplicio iam nouerunt, ante illum iudicis iusti cōspectum orationis suæ meritum cassari refugiunt: quod si nunc quique viuentes iusti mortuis, & damnatis in iustis minime compatiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne se perpeti etiam ipsi nouerunt, *al. omnino.* quanto districtius tunc iniquorum tormenta respiciunt, quando ab omni vitio corruptionis exuti ipsi iam iustitiæ vicinius, atque arctius inhærebunt? Sic quippe eorum mentes per hoc quod iudici inhæreni, ius discretionis absorbet, vt omne eis non libeat quicquid ab illius internæ regulæ subtilitate discordat. Hęc breuiter contra Origenistas diximus. Hæc Greg. Volens ergo Psal. ostendere, quanta erit malorum pœna, dicit, ***Conuertantur peccatores in infernum.*** vbi. s. cruciatus perpetuus erit, & q hoc de omnibus intelligatur subdit: ***Omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum.*** s. in fine vitæ morientes sine remedio pœnitentię. *Greg.16. mor.c.31.* Dignum nanque est, vt ait Greg. vt omnipotentis Dei misericordia illius obliuiscatur: qui iustitiæ Dei fuerit oblitus, quia quisquis eum nunc iustum non timet, eum posteà non inueniet misericordé, vnde dicitur psal. *Psal.49.* Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit, qui eripiat. Ne quando scilicet infernus rapiat.

109 23.q.I. ***Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.***

Hic consequenter ponitur sententia bonorum. Sicut enim mali puniẽtur æternaliter: sic & boni præmiabuntur æternaliter. Et nota, q hic accipitur finis p finali iudicio, in quo Deus pauperum suorum recordabitur. Sicut enim supra dictum est: illos Deus cognoscit, quos facit fœlices, ita conformiter illorum dicitur obliuisci, quos in miseria stare permittit, vnde & pauperum in præsenti vita dicitur obliuisci, sed in finali iudicio eos cognoscet dum eos faciet fœlices. Et hoc est, quod iste *Psal.73.* orabat. Non tradas bestijs animas confitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. i. secundum glos. Non tradas bestijs, i dest, diabolo, & angelis eius animam confitentem tibi, quæ scilicet pęnitens confitetur peccata. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem, id est, ne obliuiscaris ducere in finem Christum, sed potius ad Christi consortium ducas, quæ omnia prædicendo ponit. Sed quia non omnis pauper Deo placet. Ideo notandum, quòd triplex est paupertas *Paupertas triplex.* scilicet quædam cum impotentia, quædam cum patientia, & quædam cum complacentia. Prima est mala propter malum pœnæ cum malo culpæ. Omnes dies pauperis mali, & Eccle.25. Tres species odiuit anima mea, *Prou.5.* pauperem superbū, &c. Secunda est bona, quia hēt malum pœnæ sine malo culpæ, & meritoria rōne patientiæ. Iste pau *Psal.33.* per clamauit & Deus exaudiuit eū. Tertia est optima pp donū excellentis gratiæ, de qua Matth. Beati pauperes spiritu, &c. De duab. ergo vltimis paupertatibus intelligitur iste textus. ***Quoniam non in finem obliuio erit pauperis,*** &c. vnde hic ait gl. Pauper in fine non erit in obliuione: & si hic videat oblitus cū mali florent fœlicitate sæculi, & iusti laborāt, sed in fine istorū status cōuertet, qa illi

illi de diuitijs sæculi ad æterna tormenta transibunt: isti autem de paupertatibus ad fœlicitatem æternam.

110 *Exurge, domine, non confortetur homo: indicentur gentes in conspectu tuo.*

Aduentus Antichristi.

Hic consequenter ponitur aduẽtus Antichristi, qui finale iudiciũ præcedet. Et tria facit: quia ponitur primò Antichristi aduentus, & apparitio: Secũdò Antichristi crudelitas, & persecutio: ibi, *Vt quid domine recessisti longe.* Tertiò eius victoriosa dissipatio: ibi, *Exurge, domine Deus exaltetur manus tua.* Quantũ ad primum, ꝙ Antichristus adueniens apparebit cum magna potestate, & cum astutia, & calliditate: & sic Psal. duo facit quia primò præmittit eius potestatem, secundò adiungit eius calliditatem: ibi, *Constitue domine legislatorem.* Quantum ergo ad primũ notandum, ꝙ magna erit Antichristi potestas, nam vt habetur Apo. 20. Figuraliter angelus. i. Christus descendens de cœlo. s. per suam incarnationem apprehendit diabolum, & ligauit eum per annos mille. i. ipsius potestatem ligauit, ne tantũ nocere possit, quãtum vult, vsque ad tempus Antichristi, & tunc soluetur diabolus: quia omnem suam potestatem, & crudelitatẽ per Antichristum contra electos exercebit, in tantum, vt etiam electi, si fieri potest, in errorem mittantur. Hãc ergo magnam Antichristi futuram potestatem contra electos præuidens, ac timens Psal. ait. *Exurge domine, non confortetur homo.* i. nõ præualeat tuis electis. quia enim statim supra dixerat ꝙ patientia pauperum nõ peribit in finem. Et ideo cõsiderans magnam Antichristi potestatẽ contra electos pauperes orat. d. *Exurge, domine, non præualeat homo.* s. contra tuos pauperes electos. Et nota, quòd Antichristus vocatur hic homo, non quia se reget secundum rationem, à qua dicitur homo, sed quia fallax & mẽdax erit secundum quòd post lapsum factus est homo: ex eo quia mentietur. d. se Christum esse, cum non Christus sit, sed purus homo. Sic enim eum hominem vocat Apostolus Paulus, d. Nisi reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, q. d. Ante iste homo veniet: quam iudicij dies adueniat: Et quamuis iste Antichristus sic electis non præualebit: tamẽ præualebit alijs, qui eius timore cadent à fide. Et hoc est, quod subdit, *indicentur*, i. iudicabuntur gentes, s. ab Antichristo, *In conspectu tuo.* Hic enim per conspectum Dei, qui videt occulta, accipe iudicia Dei nobis occulta, quibus fit vt electis nõ præualeat Antichristus, & *vt gentes*. i. gentiliter viuentes iudicet. Qui tales iudicabũtur ab Antichristo, idest, in peccatum præcipitabũtur, quo digni erunt æterno iudicio.

Potestas.

Homo dicitur Antichristus, non tamẽ reget se ratione.

2. Thes. 2.

Conspectu pro iudicio.

111 *Constitue, domine, legislatorem super eos: sciant gentes, quoniam homines sunt.*

Consequenter hic ostẽdit Antichristi calliditatem. Secundum enim expertos fortius hominem trahit amor quàm timor ad bonum, & ad malum: vnde amor voluptatis plus inclinat hominem ad malum, quàm timor aduersitatis. Quod ergo Antichristus subiugare non poterit terrore suæ potestatis, subiugabit blandimentis voluptatis, donãs diuitias, cõcedens voluptates & delitias: vnde legem faciet contrariam legi Christi. Christus enim legem dedit paupertatis voluntariæ: ipse autem reuelatione dæmonum thesauros absconditos inueniet: & omnes sibi adhærentes ditabit. Christus legem dedit munditiæ: & ipse legem dabit voluptatis, & luxuriæ. Christus legem dedit humilitatis, & ipse dabit legem superbiæ. Et hoc præuidens psal. d. *constitue, domine, legislatorem*, &c: i. constitues quod dicit prædicendo, non orando, vnde magister in glo. *Constitue, domine, legislatorem.* s. Antichristum super eos, idest, in ruinam eorum. *Vt sciant gentes*. i. idololatræ, qui Antichristo credent, *quoniam homines sunt*. i. tunc adueniente pœna, scient per experientiam se homines esse, idest veteres homines, veteri homini, idest, peccatis seruientes. O quã digna transmutatio, vt, qui Christum latorem legis beatificantis noluerunt recipere, tanta cęcitate puniantur, vt latorem legis perditionis recipiant? Hoc. n. aperte Iudæis Christus prædixit. Ego

Legislator.

Ioan. 5.

Ego veni in nomine patris mei,& nō accepistis me, sed si alius veniet ī nomine suo,illum recipietis. Ac si apertè Iudæis Christus dicat,secūdum Archidiaconū. Ideo veni in mundū legem dando Euangelicam,vt per me glorificetur pater, & non accepistis me,credendo. Sed Antichristus veniet in nomine nō patris, sed in nomine suo:quia lege sua nō gloriam patris,sed propriam quæret. Quia enim Iudæi noluerunt recipere verū latorem legis Christum, ideo in pœnam peccati huius,recipient falsum latorē legis Antichristum:vt, qui noluerunt credere veritati,mendacio credant.

Quia Iudæi noluerūt recipere legē Christi,recipient legē Antichristi.

112 *Vt quid domine, recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione.*

25.q.1.illa.

HIc consequitur crudelitas persecutionis Antichristi. Et duo facit, quia primò ad confortandū fideles ostēdit, q illa persecutio bonis erit vtilis & fructuosa. Secundò q erit terribilis,& venenosa, ibi: *Quoniam laudatur peccator.* Quoniam ad primum ostendens q illa persecutio erit vtilis, d. *Vt quid domine,recessisti*,&c. Vbi notandum q talis & tanta erit persecutio ecclesiæ tempore Antichristi, vt videatur ecclesiam Deus deseruisse,& ab ipsa recessisse,quia enim illo tempore omni potestate diaboli Antichristo tradita,licebit ei talia,ac tanta mirāda facere,ut Deus esse credatur. Et ideo ex hoc Psal. quasi in vocem gementium per modū querelæ Deo d. *Vt quid domine,recessisti longe.* s. ab ecclesia tua. Longe enim à nobis recessisse videtur Deus, quando subuenire nobis differt. Isto modo Deum à se recessisse,dicebat Saul,quia auxilium sibi non dabat. Ait Saul,Philistæi pugnant aduersum me,& dñs recessit à me: & exaudire me nō voluit. Sic & modo Psal.præuidens magnā ecclesiæ tēpore Antichristi persecutionem,per modum querelæ quærit à Deo quare ecclesiæ suæ subuenire sic tardat. d. *Vt quid domine, recessisti longe*, Et statim subdit causam:quæ.s. est uestra utilitas. d. *Despicis in opportunitatibus in tribulatione*,Opportunitas enim pro vtilitate accipitur. q.d. secundum glo. *Despicis in opportunitatibus,in tribulatione*, idest, opportunè,& vtiliter despicis tuos, & finis tribulari. *Despicis*, dicit secundum hoc quod uidetur gementibus, dum auxiliū differs:sed opportunè,& utiliter illud facis. Et quæ sit illa opportunitas vel vtilitas talis recessus vel despectus, ostendit,cum subdit.

Antichristi persecutio.

Recedere lōgè Deus.

1.Reg.28.

Dum superbit impius, incenditur pauper,comprehenduntur in consilijs, quibus cogitant. 113

VBi nota, q aduersitates electis proficiunt: quia occasione illarū præsentem uitā magis despiciunt,& ad Deū uenire desiderant:ad amorem Dei accēduntur,& purificantur,quod hic notans psal. dicit, *Dum superbit impius*,s. Antichristus contra ecclesiam,uel sanctos,ipsos persequēdo,*tunc incenditur pauper*.s. desiderio tui aduētus:vel *incenditur* amore Dei.uel *incenditur*, idest, purificatur, fornax enim tribulationis, ut ait glo. ligna vitiorum incinerat:& aurum uirtutum purgat:uel malos comburit, & bonos purificat. Ex his liquet, quod mira prouidentia Dei operatur de malis, cōparatione namq; peccatorum boni magno studio bonæ spei accenduntur ad rectè viuendum. Sic & per hęreses crescit, & gratior est cognitio ueritatis. Ista ergo talis superbia impiorum bonis proficit,quos incendit,sed ipsis malis nocet, quos per culpam & pœnam comprehēdit. Ideo de malis subditur. *Comprehenduntur in consilijs suis,quibus cogitant*,i.in cogitationibus suis,quibus cogitant cōprehendere sanctos,ipsi cōprehendunt: quia malæ cogitationes ipsis sunt uincula,& reatus ad pœnam æternam.

Aduersitas.

Iustus.

Incendere.

Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: & iniquus benedicitur. 114

De pæ.d.1. illud verò.

COnsequenter ostēdit, q illa Antichristi persecutio erit terribilis, & periculosa. Quod ostendit ex sex conditionibus.s. q illa persecutio,primò erit alliciens,& fraudulosa. Secundò erit superba,& ambitiosa: ibi. *Non est Deus in conspectu eius.* Tertiò q erit sacrilega, & facinorosa:ibi, *Dixit enim in corde suo non mouebor.* Quartò, q erit deceptoria, & insi-

insidiosa:ibi, *Oculi, eius in pauperem.* Sextò q erit obscura, & tenebrosa:ibi, *Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus.* Quantum ergo ad primum ostendit, q illa persecutio erit alliciens, & adulatoria. d. *Quoniam laudatur peccator*, &c. Magnū enim periculum est peccatori, dum in peccatis laudatur, quia tunc ad peccandum amplius incitatur. Ipse autem Antichristus operatione dæmonum in suis malitijs ab omnibus malis laudabitur: quinimò vt Deus reputabitur, & ideo ex hoc magis ad crudelitatem, & peccatū contra bonos incitabitur. Vnde quantum malū sit adulari peccatoribus: ostendit magister in glo. d. Hæc est magna ira Dei, vt desit correctio peccati, & adsit adulatio. Adulantium enim linguæ alligant animas in peccatis: delectat enim facere illa, in quibus nō solum non inuenitur reprehēsor, sed auditur laudator. Vnde quantum malum sit laudare peccatores, & eis adulari, ostendit Greg. d. sunt namque nonnulli, qui, dum malefacta hominum, laudibus efferunt, augēt, quæ increpare debuerunt. Hinc enim per prophetam dicitur. Væ, qui consuunt puluillos sub omni cubito manus & faciunt ceruicalia sub omni capite, & vniuersæ ætatis. Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt molliter quiescat. Quisquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum sub capite, vel cubito iacentis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter requiescat, &c. Vel etiam potest intelligi de quolibet alio peccatore, quem tunc Antichristus laudabit, ipsum honoribus & diuitijs extollēdo: vt amplius ipsum præcipitet. quòd autem talis adulatio adulatum ad peccandū magis prouocet, ostēditur, cum subditur.

Greg. 18 mor. c. 3.

Ezech. 13.

115 *Exacerbauit dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret.*

Exacerbare.

Exacerbare enim idem est, q vuas acerbas colligere, quæ stupefaciūt dentes, & irritāt. Et sic exacerbare Deū, est ipsum prouocando ad iram prouocare, quia ergo peccator laudatus amplius in peccato confirmatur, ideo per ipsum amplius Deus irritatur cōtra eū, E & prouocatur. Et hoc notans dicit, *Exacerbauit dominum peccator*, i. peccando fecit Deum acerbum, & durum contra seipsum prouocādo. Qualiter autem Antichristus Deum exacerbabit, & contra seipsum fecit acerbum, ostenditur, cum subditur. *Secundum multitudinē iræ suæ non quæret.* i. Deus, non quæret peccata Antichristi, vt illa hic puniat, sed illa reseruabit in futuro grauius punienda, & hoc *secundum multitudinem iræ suæ*. Vbi nota q magna misericordia, & dilectio Dei ostenditur erga peccantem: qñ statim peccata punit, & nō reseruat illa in F futuro sęculo puniēda, propter quod dr, Etenim multo tempore non sinere peccatores ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium, &c. Sic & per oppositum peccata hic impunita dimittere, vt grauius in futuro puniantur, est indicium iræ domini. Sic ergo quia Deus non quæret peccatum Antichristi, ad puniendum in futuro, erit signum iræ Dei contra ipsum. Vnde magister in gl. *secundum multitudinem iræ suæ non quæret.* Deus enim qui solet alios quærere, & à malis reuocare, non quæret eum. s. Antichristum. i. non G attendet ad peccata eius, vt hic vlciscat illa in futuro grauius puniturus. *Et hoc secundum multitudinem iræ suæ*. i. quia Deus multum est illis iratus quos per fraudes & scelera ad diuitias, & honores peruenire finit. magna enim ira Dei est quando peccantem non corripit, sed vagam licentiam in peccatum ruendi permittit. Vnde ad peccantem synagogam dicitur. Recessit à te zelus meus, non visitabo super filias tuas, & vxores, cū fornicatæ fuerunt. Et iccirco à Deo humiliter postulemus, vt hic peccata puniat, & nō illa in futurū puniēnda reseruet.

2. Mac. 6.

Ezech. 6.

H

Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tēpore. 116

Consequēter hic ostendit, q erit superba, & ambitiosa Antichristi persecutio. Vbi aduertendū q superbia Antichristi in fine maior erit q fuerit superbia diaboli. Diabolus enim superbiens voluit æquari Deo, dicēs illud Esa. 14. Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Sed Antichristus

Antichristus. Superbia. Antichristi.

christus nō se æqualem Deo faciet: sed A maiorem prædicabit esse Deo:& Deum nullius estimationis esse reputabit. Vnde de illo dicit Apostolus, q̃ reuelabitur homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, q̃ dicitur Deus, aut colitur. Quæ verba pertractans Greg. dicit. Nam, cũ de Antichristo dicitur, quod extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut colitur, apertè monstratur, quòd diabolus appetendo dudum Dei similitudinem qua si iuxta Deum se erigere voluit, sed in superbiæ culpam crescendo, iam se supra omne, quod dicitur Deus, aut colitur, se extollit. Hãc ergo eius superbiã nunc exprimens psal. d. *Non est Deus in conspectu eius.* quare.s.seipsum solum esse Deum prædicabit. Et quantum erit ex hoc peccatum eius, ostendit. d. *Inquinata sunt via illius in omni tempore.* s. viæ illius. i. cogitationes, verba, consilia, & opera in omni tempore vitæ suæ erunt sordidæ, & malę. Vel hoc, quod d. *in omni tempore*, dicitur per comparationem omnium, qui fuerunt ante eum in aliquo tempore, ut sit sensus, viæ illius magis erunt inquinatæ, quam fuerunt viæ alicuius alterius in aliquo tempore ante eum. Vnde qualiter non æstimabit ipsum Deũ esse in cõspectu suo, subdiiur.

117 *Auferuntur iudicia tua à facie eius omnium inimicorum suorum dominabitur.*

IDest, quia iudicia Dei super se vẽtura non cogitabat: quia ex eo quod pœna differetur per aliquod tempus, ideo putabit Deum nõ iudicaturum malos: & per consequens Deum putabit non esse Deum: sed se solum esse Deum. Vbi notandum, q̃ quicũque putat Deo placere mala, non putat eum esse Deũ: vel qui dicit eũ omnibus peccantibus parcere. Idem namque est Deo esse Deũ, & esse iustum: quia iustitia in Deo Deus est, qui ergo negat Deum esse iustũ, negat esse Deum: eum verò negat iustum, qui putat ei mala placere, vel non punire. Quia igit Antichristus putabit Deũ non punire peccata, quia *auferentur iudicia tua à facie eius.* Ideo ex hoc sequitur: quòd *non est Deus in conspectu eius.*

Negare Deum.

Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Sic ergo hoc quod dicitur, *Auferentur iudicia tua à facie eius*, est declaratiuum illius: *non est Deus in conspectu eius.* Quod autem sequitur, *omnium inimicorum suorum dominabitur* est declaratium illius: *inquinata sunt via illius in omni tempore.* Hic. n. cum dicitur: *omniũ inimicorum suorum.* intelligitur, s. omniũ inimicorum Dei, quorum omnium ipse dominabitur: q̃a oẽs peccatores in malitia superabit, & excedet. *Et ideo inquinata erunt via illius in omni tempore.* i. super omnes alios malos qui fuerũt ante B eum in aliquo tempore. Vel ad literam *omnium inimicorum suorum dominabitur.* Antichristus, quia secundum gl. dicitur, quod Antichristus omnes reges superabit, ut solus regnet, & sedeat in templo Dei, extollens se sup omne, q̃ dr̃ Deus. Sed qualiter ad hoc perueniat, subdiiur.

Dixit enim in corde suo: non mouebor à generatione in generationem sine malo. 118

HIc consequẽter ostendit, q̃ Antichristi persecutio erit facinorosa C & sacrilega, quia magicis artibus & diabolicis ad im̃ diuium perueniet, & per illas credet regnũ suũ fore semper pmansurum. Et sic per ly. *sine malo* intellige sine malis artibus. Vnde sic exponit magister. *Dixit enim in corde suo.* i. dicet secretè apud se, quia se per malas artes regnaturum non dicet alijs: sed ista dicet in corde suo. Et quid dicet; *Non mouebor à generatione in generationem sine malo*, i. fama mea non transibit de hac generatione ad aliã, & ad posteros *sine malo.* i. nisi malis artibus. Idest tale culmen, & tam excelsum principatum consequar; D de quo posteri tacere non possunt. Animus. n. perditus, & expers bonarum artium, & à iustitiæ lumine alienus, malis artibus sibi aditũ semp moliẽ ad famã tam diuturnã, ut apud posteros ẽt celebreẽ. Vel aliter putabit Antichristus, se de hac ḡeratione mortali ad immortalẽ cũ corpore transiturũ, & hoc p suas magicas artes. Cõsimiliter. n. & Simon ille magus se putauit cum sceleratis artibus cęlũ adepturm: & de humana ḡatione in diuinam magicis artibus trãsiturum.

Simon magus.

Consi-

Cõsimiliter ergo ista in corde suo cogitans.d. *Non mouebor à generatione in generationem sine malo*, idest, nisi artibus malis mediantibus. Sed quia omnia ista celata tenebit in corde, non ostendens alijs, quòd talia per magicas artes faciat: sed prætendet quòd virtute diuina. Ideo subditur.

119 *Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor, & dolor.*

VBi aduertẽdum, quòd illud, quod tenetur infra os vel sub lingua, manet occultum. Sic & cogitatio, quę alijs ad extra non manifestatur, dicitur esse in ore non extra. Et ideo notãs, ꝙ tales artes, quibus Deus maledicitur, & blasphematur, tenebit occultas, ideo dicit. *Cuius os plenum est maledictione*.i. maledictionem, & blasphemiam intra se absconsam tenebit. Insuper addit. *Quod os eius plenum est amaritudine & dolo*. Duobus enim modis principaliter excogitabit omnes sibi subijcere.s. per minas & tormenta, & per blandicias, & dolositates. Primus modus significatur per amaritudinem, & secundus per doloré. Et sic os eius plenũ erit maledictione: quia per artes diabolicas Deum blasphemabit. *Amaritudine*, quia minis & tormentis. *Et dolo*. quia blandicijs & deceptionibus. Sequitur. *Et sub lingua eius labor & dolor*, quia.s. omnis cogitatio eius erit de labore inferendo sanctis, & dolore corporeo, quia cogitabit qualiter sanctos sibi resistẽtes affligat, & occidat. De. isto enim alibi dicitur. Iniquitaté meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit.

Antichristus.

Psal. 35.

120 *Sedet in insidijs cũ diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.*

De pæ.d.2. si enim.

HIc consequenter ostendit, ꝙ erit deceptoria & insidiosa. Vbi notandũ quòd Antichristus tenebit modum oppositum Christo: nam Christus volens fidem catholicam toti mundo tradere, elegit apostolos pauperes, ignobiles, & indoctos. Antichristus autem amicos sibi faciet mundi potentes, nobiles, & doctos, quos diuitijs, artibusq; magicis per ipsum repertis ditabit, vt per illos alios pauperes, & impotentes tã minis quàm dolo peruertat: & cum talibus sua consilia & suos dolos contra sanctos habebit. & hoc est, ꝙ dicit. *Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis*: quia per occultas insidias & dolositates, quas insimul excogitabunt, sanctos deducent ad mortem, & modus insidiarum erit iste dicit glo. Nam altos, & potentes huius seculi ditabit muneribus, & altis exaltabit honoribus: quorum falsam fœlicitatem ad alios decipiendum ostentabit. *Et vt interficiat innocentem*, quod duobus modis exponitur, scilicet spiritualiter, & corporaliter: spiritualiter, vt scilicet de innocente faciat nocentem: Corporaliter autem vt, si ei consentire nolint, interficiat corpus. Interficitur enim quis spiritualiter, cum de bono fit malus: & resuscitatur, cum de malo fit bonus.

Antichristus elegit potẽtes, sed Christus fecit contrarium.

Persecutio Antichristi insidiosa.

121 *Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.*

23.q.4. duo.

COnsequenter hic ostendit, ꝙ eius persecutio erit crudelis, & furiosa. Vbi notandum, ꝙ Antichristi persecutio erit crudelissima cæteras oẽs præteritas excedẽs persecutiones. Et, si quis dicat, quomodo erit crudelior persecutio omnibus præteritis, cum sancti martyres iam omnia crudelia fuerint experti, quid crudelitatis poterit Antichristus facere, quod alias factum non fuerit? Respondeo. Sanctis martyribus omnia tormenta erant leuia, quia aperta miracula Christus per eos, vel circa eos faciebat: quibus persecutores confundebantur, & ipsi martyres confortabantur. Tunc autem erit oppositum, quia persecutor crudeliter sanctos persequetur, & ipse miracula faciet: quibus ipse amplius admirabilis reddatur, & martyres quasi territi dubitare videantur. Et hác sententiam ponit Greg. istum versum inducendo.d. Quæ enim pœnarum genera non iam vires martyrum exercuisse gaudemus? Alios namque improuiso ictu immersus ingulo gladius strauit: alios crucis patibulum afflixit, in quo & mors prouocata repellitur, & repulsa prouocatur. Alios hirsutis serra dẽtibus attriuit: Alios armato ferro insultans vngula

Antichristi crudelitas.

Quæstio.

Martyr.

Respon.

Greg. lib. 4. mor. c. 32.

vngula sparsit: Alios beluina rabies morsibus detruncando comminuit: Alios ab intimis viscerum per cutem pressa vis verberum rupit: Alios effossa terra viuos operuit. Alios in altum demersos mors præcipitiũ fregit. Alios in se proiecta aqua replendo absorbuit: Alios edax flamma ad cineres depasta cõsumpsit. Quid igitur est, quod in istis tormẽtis tunc atrocius crescat? Respondet. Nisi hoc, quod veritas dicit. Surgent pseudochristi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia i ita vt in errorem mittantur, si fieri potest, etiam electi. Nunc enim fideles nostri mira faciunt, cum peruersa patiuntur: tunc autem Antichristus cum peruersa inferet, mira operabitur, pensemus igitur, quæ erit illa humanæ mentis tentatio: quando & pius martyr, & corpus tormentis subijcit, & tamen ante eius oculos miracula tortor facit. Cuius tunc virtus non ab ipso fundo quatiatur, quando is, qui flagris cruciat, signis coruscat? quia ipse Antichristus & altus tunc erit veneratione prodigij, & durus crudelitate tormenti. Vnde per Dauid dicitur. *Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.* Ad apertam namque potentiam suffecisset, vt leo esset, etiam si insidians nõ fuisset. Rursus ad occultas versutias suffecisset, ne insidians surriperet, etiam si leo non fuisset. Sed quia Antiquus hostis per hũc tunc cunctis viribus effrenatur: sæuire per vtraque permittitur, vt contra electos in certamine, & fraude & virtute laxetur per potentiam, sed fraude per signa. Recte ergo & leo & insidians dicitur, Insidians per miraculorum speciem: sed leo per singularem uirtutem, hæc Gregor. benè ergo dicit Psalm. *Oculi eius in pauperem*, &c. Hic accipe pauperem pro humili, & virtuoso, quia contra tales maximè intẽdet crudelitas Antichristi, & ad huius declarationẽ subdit.

Matth. 24.

122 *Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum.*

Vtenim dictum est: duplici via persequetur bonos, & pauperes, scilicet dolo, & violentia, hos modos his exprimit. d. Quo ad dolum, & blandicias. d. *insidiatur vt rapiat pauperem*, insidiæ

A enim in abscondito fiunt, Quo verò ad violentiam addit, *rapere pauperem*, scilicet conabitur, *dum attrahit eum*, scilicet per violentiam, attractis enim fit publica violentia: verum tali persecutione & si nocebit sanctorum corporibus, magis autem sibi ipsi nocebit: quia ex hoc in interitum cadet æternum. Et hoc est quod subditur.

123 *In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.*

B Quia per insidias suas, & miracula sanctos humiliabit, quia quanto maiora signa faciet, tanto magis sancti humiliabuntur, i. contemnentur, & pro nihilo habebuntur. Sed sibi ipsi magis nocebit, quia *inclinabit se*, scilicet non voluntariè: sed diuina virtute deponetur de tanta sublimitate ad ima: *quia cadet, cum dominatus fuerit pauperum.*

Antichristus humiliatur.

124 *Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus: auertit faciem suam, ne uideat in finem.*

C Hic consequenter ostendit, q illa persecutio erit obscura, & tenebrosa: quia, scilicet sicut ipse nõ credet Deũ curare de istis inferioribus, sic & alios ad tantam mentis cæcitatem ducet, vt non credant Deum de terrenis curare. Ex isto enim textu habetur, q Antichristus erit illius opinionis q intellectus diuinus ista inferiora non curat: nec circa illa versatur. Et hic nota, q finis accipitur dupliciter. s. pro vltimo iudicio, & fine mundi. Et sic finem accipit Christus. d. Oportet hæc primum fieri, sed D nondum finis, & tunc est sensus. Quod Deus mala nostra non videbit in finem, scilicet, sæculi illa iudicando. Accipitur etiam aliquando finis pro terra: eo quia terra finis est rerum, & vltimum elementum. Sic enim finis pro terra accipitur. In manu eius sunt omnes fines terræ, & tunc est sensus, *Auertit faciem suam, ne videat in finem*, idest in terram. q. d. non videt nec considerat illa, quæ fiunt in terra. In finem enim vt dicit gloss. dicunt Deum non videre, qui dicunt

Finis dupliciter dicitur. Matth. 24.

Psal. 94.

cunt eum non curare humanas res, quę fiunt in terra, & istius falsæ opinionis erit Antichristus.f.q Deus non videt illa, quæ fiunt in terra, vnde tales dicunt illud Iob 22. Nec nostra cõsiderat,& circa cardines cœli perambulat. *Dixit enim in corde, suo oblitus est Deus*. f. fui ad puniendũ. Hoc aũt putare, f. impunitum remanere peccatum, est negare iustitiam Dei, & per consequens ipsum Deum. *Auertit faciem suam, ne videat in finem*, expositum est.

Iob 22.

125 *Exurge, domine Deus, exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum*.

Consequenter ponitur ipsius Antichristi victoriosa depositio, & protractio: pro qua sancti assiduè Deũ orabunt. Et tria facit: quia ad hoc ponitur primò sanctorum deprecatio. Secundò Antichristi depositio: ibi. *Contere brachium*. Tertiò gratiarum actio: ibi. *Deus regnabit*. Quantum ergo ad primum, postulat Dei auxiliũ cõtra Antichristũ. d. *Exurge, domine, exaltetur manus tua*. Dormire enim quasi videtur Deus, qñ bonos à malis affligi permittit, & peccatores prosperari. Similiter & exurgere dicitur: qñ bonos adiuuat, & malos flagellat, & hoc petit Psal. nomine bonorũ. d. *Exurge domine*. Precatur enim Dei iudicium, vt illa Antichristi persecutio, in qua tot mala fient, cito finiatur. *Exurge ergo, domine*. i. cito veni, & manifesta potentiam tuam, *& exaltetur manus tua*, quia enim per manus operamur, ideò manus significat potẽtiam: & sic manus Dei est potẽtia Dei. Manum suam misit ad fortia. Et hæc manus tunc exaltatur non quidem in se, sed in nobis: quia per effectum ipsam altam videmus, qñ malos bonis nocentes deprimit, & sic summè nobis exaltata videbitur, qñ filium perditionis Antichristum deponet. Sic & manum diuinæ potẽtiæ exaltari. i. manifestari postulabat Esa. d. Domine, exaltetur manus tua, & ignis hostes tuos deuoret. Vel per manum intellige ipsum Dei filium: per quem omnia Deus operatur: quæ in depositione Antichristi summè exaltabitur, quia tunc ab omnibus cognoscetur solus verus Deus, & dominus. Et cum ipso Antichristo omnia idola penitus contenentur iuxta prophetiam Esa. d. Exaltabitur dominus solus in die illa: quia dies domini exercituum super omnem superbum. f. Antichristũ, & complices eius. Et eleuabitur dominus solus in die illa: & idola penitus conterentur. Hanc ergo exaltationem Christi contra Antichristum postulans dicit. *Exurge, domine, exaltetur manus tua*. i. filius tuus contra Antichristum adiuuando electos tuos, ideo subdit. *Ne obliuiscaris pauperum*, sicut putat Antichristus, & eius complices. d. *Oblitus est Deus, auertit faciem suam, ne videat*.

Dormire. Exurgere. Manus Christi. Esa. 26. Esa. 2.

126 *Propter quid irritauit impius Deum? dixit. n. in corde suo, non requiret*.

Consequẽter hic ponitur Antichristi depositio. Vbi notandum, q vt habetur in glossa, Persecutio, & dominium Antichristi modico tempore durabit. f. solum per tantũ tps, quantũ fuit prædicatio Christi, f. per tres annos cũ dimido. Et illo tpe Enoch, & Helias, qui viui translati fuerunt in paradisum, scilicet Enoch Gen. 5. & Ecclesi. 64. Helias aũt vt habetur. 4. Reg. 2. Redibunt ad præliandum contra Antichristum, vnde dr. Ecce ego mittam vobis Heliam, autequam veniat dies domini magnus, & terribilis; vt conuertat corda patrum ad filios, & filiorum ad patres. Quia. f. isti prædicando, & legem exponendo, ostedent Christum verum esse Dei filium, sicut patres antiqui Iudæorum spe crediderunt illum esse futurum: sic & Iudæi, qui tunc tpis erunt, conuertentur ad fidem patrum, vt. f. filij patrũ. f. Iudæi, sic intelligant legem de Christo, sicut eorũ patres. f. prophetæ intellexerunt, vt Moses, Dauid, Esa. &c. Et similiter conuertet corda patrum ad filios, quia intelligentia patrum ad filios perducetur, dũ illud, quod senserunt patres, sentient simul & filij: vt ostendit Augustinus. Et ideo, quia fides incepit in Iudæis, & postea venit ad gentes: quæ in fine mundi ad Iudæos reuertetur: ideo missa incipitur in parte dextera altaris: postea itur ad sinistram, deinde ad dexteram reuertitur. Vnde de tpe persecutionis Antichristi quantum durabit, & de istorum prædicatione contra ipsum dr, q, Datũ est templũ Dei gentibus. f. Antichristo, & complicibus eius & conculcabunt illud mensi-

Enoch. Helias. Malac. vltimo. Augu. 22. de ciui. Dei cap. 29. Apoc. 11. Nota tẽpus durationis Antichristi.

mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis .s. Enoch, & Heliæ. Et præliabuntur diebus mille ducentis sexaginta .s. tribus annis, & sex mensibus. Et cum finierint testimonium suũ. s. tanto tpe, bestia, quæ ascẽdit de abysso .s. Antichristus, faciet aduersus eos bellũ, & occidet eos: & iacebunt corpora eorum in platea magnæ ciuitatis .s. Hierusalem, vbi dñs eorum .s. Christus, crucifixus est. Et post occidetur Antichristus spiritu oris Christi .i. virtute spiritussancti, qui a Christo procedit: & hoc ministerio archãgeli Michaelis vt d.gl. 2. The. 2. Occidetur autem, vt tradunt doctores in monte Oliueti stans in papilione, & in solio suo, vbi Christus ascendit ad Cœlos. Illo autem interfecto, nõ statim veniet Christus: sed electis concedentur ad pœnitentiam quadraginta quinq; dies. Ad propositum ergo, præuidens Psalm. Antichristi finem, & quàm modico tempore durabit eius superbia, dicit, *propter quid irritauit impius Deum?* Et tria facit: quia primò ponit Antichristi increpationem. secundò bonorũ saluationem: ibi. *Tibi derelictus est pauper.* & tertiò Antichristi cum suis damnationem: ibi, *Contere brachium.* Quantum ergo ad primum increpans Antichristum dicit: *propter quid irritauit impius.* s. Antichristus *Deum*. i. quid profuit ei tanta mala facere, & non considerare finem suũ, qualiter eum Deus esset puniturus, *quia dixit in corde suo, non requiret,* scilicet Deus peccata mea, vt illa puniat: sed decipietur: propter quod nunc loquens Deo subdit.

127 ***Vides, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas.***

QVasi.d. falsum existimabit, qm tu Deus vides quia oculis tuis oĩa nuda sunt, & aperta. Et ꝙ Deus oĩa videat, ꝗ Antichristus erga sanctos faciet, subdit, *Quoniam tu laborem, & dolorem consideras,* quẽ .s. laborẽ, & dolorẽ ille sanctis inferet, de quo dictum fuit superius, *sub lingua eius labor, & dolor.* Et ad quid istum laborem, & dolorem considerasi? certè, *Vt tradas eos.* s. Antichristũ & suos, laborem, & dolorem sanctis inferentes, *in manus tuas.* s. iustitiæ tuæ. Et nota quòd sicut manus Dei est potestas creatiua singulorum. Manus tuæ domine fecerunt me, &c. Est cõseruatiua creatorũ. In manu eius nos & sermones nostri. Est protectiua deuotorum. In manu forti eduxi vos de Aegypto. Sic et est punitiua reptoborum, ideo dr, Alleua manum tuam super gentes alienas: vt cognoscant potentiã tuã. Et sic isto modo vltimo, tradi in manus Dei, est Deũ per suã iustitiã & potentiã de peccatoribus vindictam sumere. Sic ergo Deus laborem, & dolorẽ considerat, quem Antichristus cum suis complicibus bonis inferet, vt *tradas eos in manus suas,* s. vt eos puniat. Vel aliter, vbi notandum, ꝙ videre aliqñ accipitur pro sustinere, vel permittere transire, & non curare, sic.n. dr Prouerb. 25. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas. Et sic accipiẽdo hic, iste versus est expositorius prçcedentis. Et sunt verba Antichristi, Deo dicẽtis. Vides .s. peccata mea, & sustines, nec ea punis, & rationem subdit. d. *Quoniam tu laborem, & dolorem consideras.* Solent.n. hoĩes, vt ait gl. interdũ non sumere vindictam de iniurijs sibi illatis: quia timent laborare, vel irasci. Sic impius iste Antichristus de Deo putat, ꝙ non valeat Deus tot mala punire sine labore, & ita. Sensus aũt pronunciationem requirit, in qua si erratũ fuerit, obscurabitur. Sic.n. dixit impius: nõ requiret Deus, ratio, quia Deus laborem, & dolorẽ considerat, vt tradat eos in manus suas, quasi laborare & irasci timeat, & ideo parcat eis: ne puniẽdo eos laboret, & turbetur ira: sic vt aliqñ faciunt homines, dissimulando vindictã, ne irascantur. Et sic est sensus. Dixit Antichristus. *Non requiret Deus.* s. mala, quç facio, & dixit. Quid tu, ò Deus, *Vides,* i. sustines mala, & impunita dimittis, *quia tu laborem, & dolorem consideras,* quem .s. sustinere te oportet, ad hoc, *vt tradas eos in manus tuas.* i. quia times laborare, & irasci, si punias eos. Et forte hoc cogitabit Antichristus: quia se Deum prædicabit, & expertus multos labores & dolores quos ipse patietur, alios puniendo: similiter considerat, ꝙ accidat Deo. Et ex hoc apparet, quantum erit per diabolum deceptus, vt se dicat Deum, & laborare, & dolores pati.

Hebra. 4. *Manus Dei.* Iob 10. Sap. 7. Exo. 13. Eccle. 36. *Videre.* *Punitio.*

Tibi

128 *Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.*

De pe.d.4. finu.

HIc consequenter ostendit bonorũ cõfortationem, & protectionem. Vbi nota, quòd nomine pauperis, & orphani bonos fideles intelligit. Pauper. n. dicitur humilis Matt. 5. Beati pauperes spiritu. Orphanus verò carens patre, & matre. Huius enim vitæ temporalis pater est mundus, mater verò concupiscentia carnis, & sic orphanus dicitur ille, qui mundo caret. s. cui crucifixus est mũdus, & qui carnem suam cum vitijs crucifixit, & cõcupiscentijs, & talibus Deus finaliter adiutor erit. Ideo enim voluntarius pauper omnia mundi relinquit, vt Deus tamen spes eius sis & adiutor. Vel per pauperem & orphanum populũ Iudaicum intellige, qui verè pauper est, quia vagabundus per mundum: orphanus est, quia Christum patrem negauit, & matrem synagogam perdidit. Et hinc Deus in finem erit adiutor, quia ipsos per prædicationem Heliæ, & Enoch cõuerter ad fidem, & saluabit. Tunc enim vt dicitur de populo Iudæorum, Deus parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet.

Pauper. Orphanus. Psal. 71.

129 *Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.*

OStenditur hic quòd sicut Deus in fine adiutor erit bonorum, sic erit damnator Antichristi, & reproborum. Quid enim per brachium peccatoris intelligitur nisi superbia, & Antichristi potestas, de quo brachio Iob 83. d. Brachiũ excelsum confringetur, quod exponens Greg. d. Quid namque excelsum brachium dicitur, nisi superba Antichristi celsitudo: quia supra superbas mentes hominum fastu gloriæ sæcularis erigitur: ita ut homo peccators & ꝗ æstimari homo despiciens, Deum se super homines mentiatur. Quia verò huius superba potentia districti aduentu iudicis erit ferienda, sicut scriptum est, Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, ideo rectè de ipso Antichristo dicitur. Et brachium excelsum confringetur. Similiter & nunc Psalm. præuidens

Brachium, Potestas Antichristi. Superbia. Gregor. 29 mor. c. 4. 2. Thess. 2.

E istius brachij cõfractionem. d. *Contere brachium peccatoris, & maligni.* ubi glossa. *Contere brachium. p. & ma. i.* potentiam illius pessimi Antichristi, qui peccator est in se, & malignus in alios: uel peccator est uiolentia, & malignus fraude. Et qualiter sit conterenda subdit. *Quæretur peccatum illius* &c. id est, quæretur peccatum illius per iudicium, & punitionẽ, & ipse sic punitus peribit, & sic non inuenietur, scilicet amplius in potestate, sed in tormentis. Vel aliter peccatum Antichristi utile erit ad purgationem malorum, sicut peccata, & persecutio-
F nem iustorum: sicut dictum est supra: consummetur nequitia peccatorum, & diriges iustum. Item, dum superbit impius, incenditur pauper. *Quæretur ergo, peccatum* Antichristi, scilicet an sit amplius necessarium, ad purgandum bonos, sicut antea. *Et non inuenietur,* scilicet tunc esse necessarium: quia iam non erit locus illius peccato, omnibus iustis tunc purgatis. sicut plano ferro amplius lima non est opus.

130 *Dominus regnabit in æternum & in sæculum sæculi: peribitis gentes de terra illius.*

G

De consecr. dist. 3. cap. ult.

COnsequenter hic omnibus prædictis consideratis, ponitur gratiarũ actio. Et diuiditur in partes tres, quia de tribus agit gratias, scilicet primo de æternitate fœlicitatis. Secundò de exauditione orationis: ibi *desiderium pauperum.* Tertio de præmiatione humilitatis: ibi, *Iudicare pupillo, & humili.* Quantũ ad primũ dicit, *Dominus regnabit,* &c. Vbi notandum, quòd sicut opposita iuxta se posita magis elucescunt sic, & conformiter considerata damnatione reproborum, magis elucescit felicitas sanctorũ.
H Et hinc est, quod quamuis damnati videant beatos vsque diem iudicij, vt ipsorũ pœna magis crescat, & beati videant dãnatos, vt eorum augeatur gloria. Tamẽ Deus puniens damnatos citra condignũ ne tantũ puniantur: non permittet damnatos post iudiciũ videre beatos, & quia præmiat beatos vltra condignũ, vt amplius præmientur: faciet ẽt post iudicium beatos semper videre damnatos: vt videndo pœnas, quas euaserunt cogno-

Nota.

gnoscant quales gratias Deo agere debeat, vt dicit magister. Sic & nunc conformiter ex comparatione damnatorũ ad præmiationem bonorum Psal. vult ostẽdere, quòd maius erit gaudium beatorum, & ex consequenti quantum gratias boni Deo reddere debent, dicens primò quo ad bonos. *Dominus regnabit in æternum & in sæculum sæculi*, scilicet supra bonos ipsos beatificãdo. Sic enim Mariæ prædixerat angelus, Regnabit in domo Iacob in æternum, idest, in beatis, qui dæmonem, vitia, supplantauerat, & mundum. Et consequenter addit punitionẽ malorum. d. *Peribitis gentes de terra illius*, idest, gentiliter viuentes. Gentès enim vocat non habentes Dei cultum, & legem. *Peribitis*, inquit, *de terra illius*. Sed quare dicit terra illius, cum omnis terra sit Dei? Domini est terra & plenitudo eius. Ideo notandum quòd triplex est, scilicet beatorum, viatorum, & damnatorum. Terra damnatorum, dicitur infernus, quia in medio terræ collocatur. Terra miseriæ & tenebrarum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, & ista est Dei punientis. Terra viatorum est terra vitæ præsentis nobis data ad viuendum. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus, & ista est Dei miserentis. Terra beatorum est terra cœli: nam cœlum vel patria beatorum terra dicitur propter stabilitatẽ durationis. Credo videre bona domini in terra viuentium: & Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, & ista est Dei præmiantis. Et singulariter dicitur terra Dei, quia ibi, nemine discrepante, ab omnibus concernitur, videtur amatur, & possidetur. Et de ista terra modis nunc dicit Psalm. *Peribitis gentes de terra illius*.

Magister. lib. 4. d. 50.
Luca 1.
Gentes.
1. Psal. 23.
Terra triplex.
Iob 10.
Prouer. 12.
Psal. 26.
Matth. 5.

131 *Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.*

Consequenter hic gratias agit de exauditione orationis. Vbi nota ꝙ desiderium non est respectu præteritorum proprie, nec pręsentium, sed solum futurorum, & est semper cum quadam anxietate, & pœna ex dilatione illius, quod desideratur. Sancti autem & martyres laborantes in malis huius sæculi desiderant diem iudicij cum magno feruore, quia tunc ab omnibus malis eruentur. Istam etiam diem desiderant, non solum existentes in purgatorio, vt ab illis pœnis eruantur, sed etiam existentes in paradiso, vt secundam stolam beatitudinis accipiant, & propter hoc ad Deũ pro vindicta malorum clamant. d. Quare non vindicas sanguinem nostrũ? Istud ergo desideriũ exaudiuit dominus, quia sic facere decreuit. Vel ibi accipitur præteritum pro futuro, & hoc propter certitudinem futuri a Deo ordinati. Vel aliter notandum, quod desiderium est triplex. scilicet naturale, Iob 35. Firmamẽtum desiderat nubes. Animale. Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c. Rationale, vt cum quis desiderat virtutem, & sapientiam. Cum præsens est, imitantur illam: & desiderant eam, cum se eduxerit. Sic vir pauper, & iustos istud triplex desiderium transcẽdit. Primo transcendit desiderium naturalis tendentiæ desiderando dissolutionem corporalem. d. illud. Phili. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cũ Christo. Secundo transcendit desiderium animalis concupiscentiæ, desiderando spiritualem conuersationem. d. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Tertiò transcendit desiderium rationalis appetitiuæ, desiderando facialem Dei visionem. Anima mea desiderabit te in nocte, scilicet videre te. De quo 1. Petri. 1. In quem desiderant angeli prospicere. *Desiderium ergo pauperum exaudiuit dominus*, ipsos educendo de mundo, ipsos spirituales faciendo, & ipsos in cœlestibus beatificando, quia vt dicitur Prouer. 10. Desiderium suum iustis dabitur. Sed quia tale bonum desiderium iusti pauperes à seipsis non habent, sed à Dei gratia præueniente, & corda eorum præparante, ideo illud desiderium vocat *præparationem* d. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua*. Et hic accipitur audire pro exaudire: & auris pro misericordia. Sic accipitur audire. Psal. 29. Audiuit dominus, & misertus est mihi dominus factus est coadiutor meus, & auris pro misericordia. Auribus percipe lachrymas meas.

Desideriũ.
Martyr.
Beatus.
Apoc. 6.
Esa. 41.
Sap. 4.
Galat. 2.
1. Pet. 1.
Audire pro exaudire, et auris pro misericordia.
Psal. 83.

Indicare

132 *Iudicare pupillo, & humili, vt non apponat ultra magnificare se homo super terram.*

De præmiatione humilium, vbi notat magister in glo. quòd aliud est iudicare pupillum, & aliud iudicare pupillo. Iudicat enim pupillum etiam, qui condemnat ipsum, sed iudicat pupillo, qui pro illo sententiam fert, & sic.d. *Iudicare pupillo*, ostendit quòd sententia danda erit pro ipso, & sic exprimitur ipsius præmiatio. Et tunc scilicet in iudicio implebitur de pupillo quod scribitur. 2. Reg. 18. Iudicauit pro te hodie dominus. Isto autem iudicio peracto, cessabit omnis tyrānus propter quod subdit, *vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.* Vel intelligitur de Antichristo qui solum homo erit quamuis mentiendo dicat se Deum esse. Tunc enim omnia mala finientur super terram, cū antichristus cum omnibus suis membris dānabitur, quia vt dicitur Iob 3. ibi, Impij cessauerunt à tumultu. i. cessabūt.

Iudicare. vide differentiā inter iudicare pupillū & pupillo.

2. Thes. 2.

PSAL. X.

133 IN *Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: transmigra in montem, sicut passer.*

PRISTINVS titulus Psal. est *in finem psal. Dauid.* Cuius patet expositio ex su prædictis in titulis aliorū psalmorū præcedētium. De historia autem, supra quam iste Psal. fundatur, & de expositione literali, dic vt Nic. de Ly. Quantum ad intellectum Psal. notandum, q̄ in isto psalmo agit propheta de hæreticis, qui sunt membra putrida mentientes se veros catholicos, & Christum habere. Et sic alios conantur ab vberibus sanctæ matris ecclesiæ abducere: & ad se illos adducere, affirmantes, quod apud se sit Christus. Et quasi piè, & studiosè sunt admonentes, vt ad eos transeundo, trāsmigremus in Christum. Quibus in isto Psal. respondet propheta, redarguens eos, & docens eis esse resistendum. Vnde ps. iste diuiditur in duas partes. Quia

E primò ponuntur bonorum, & malorum merita, & demerita. Secundò vtrorunq; præmia & supplicia: ibi. *Dominus in templo*, &c. Prima in duas, quia primò ponūtur bonorum merita. Secundò malorū demerita: ibi, *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum.* Quantum ergo ad primum loquens in persona omniū bonorum dicit. *In domino confido.* Vbi notandum, quod volens exprimere breui sermone omnes virtutes, & merita iustorū, & fideliū, ait, *In domino confido*, quia confidentia in domino, omnes virtutes continet: qm̄ ipsa est remissio peccatorum, F operatio meritorum, fortitudo animorum, cognitio credendorum, superatio dæmoniorum, acquisitio premiorū. Primò namq; confidentia in Deo facit remissionem peccatorum. Matt. 9. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Nec mirum, qm̄ confidentia in Deo, fidē includit, quia componitur, ex con, & fide: fides aūt peccata purgat. Actuū. 15. Fide purificans corda eorum, ideo dicit apōstolus. In Christo habemus fiduciam, & accessum in cōfidentia per fidē eius. Secundò est actiua meritorum. Si. n. peccatum sine Dei gratia purgari non pōt, & G ipsa gratia oīa nostra efficit merita: consequens est vt confidentia, quæ peccatū purgat ēt in nobis nostra merita operetur, vnde Hiere. 17. Benedictus vir, qui confidit in dño, & erit dñs fiducia eius: & erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas: nec aliqñ definet facere fructum. Tertiò causat fortitudinem animorum, qm̄ confidentia in Deo animā vnit Deo: vnitus aūt Deo stabilis est, & fortis, ideo dr̄. Confide in dño, & sta in loco tuo. Locus aūt noster, in quo stabiliter manere debemus, est cor nostrum, à quo extrauagando per spatia non de- H bemus exire: & in ipsōs nos stabiles facit confidentia in dño. Psal. 124. Qui cōfidunt in dño, sicut mons Sion non commouebitur in æternū. Quartò facit veritatis cognitionem, Sapiē 3. Qui confidunt in dño, intelligent veritatem &c. Quintò facit dæmoniorū superationē: vnde dr̄ de Machabæo. Machabęus aūt confidebat semper cum oī spe auxilium sibi a Deo affuturum, qua confidentia ipse frustratus non fuit. Nam vt ibidē sequitur, dñs per manum Hieremiæ prophetæ

Confidentia. Spes.

Ephe. 3.

Eccles. 11.

1. Mac. 15.

phetæ gladium ei porrexit, in quo aduersarios suos superauit. Sic enim per confidentiam ad aduersarios superandũ nos suo exẽplo hortabatur Christus d. Confidite, ego vici mundum. Ista confidentia Susanna de suis hostibus iudicibus triumphauit, de qua Dan. 13. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino, ista virtute superantur pericula maris, vnde naufragantibus discipulis dixit Iesus. Confidite, ego sum, propter quod dicitur Dan. 4. Non est confusio confidẽtibus in te. Sextò facit acquisitionem præmiorum. Ad Hebr. 6. Confidimus autem de vobis, dilectissimi meliora, & viciniora saluti. Et ideo ad istam virtutum virtutem conseruandam nos hortatur Apostolus d. Nolite amittere confidentiam vestram, quæ multam hẽt remunerationem. Quia ergo sicut confidentia cæteras virtutes cõtinet, ideo merita, & virtutes iustorum breui uerbo exprimens Psal. d. *In domino confido*. Et quia cõfidens in dño, ideo exprimit omnia tentamenta hæreticorum, uel aliorum malorum, ipsos reprehendendo. d. *Quomodo dicitis animæ meæ*, &c. Litera hic est duplex, quia aliqua littera habet montem, & alia montes. Si aũt legatur in singulari, *transmigra in montem*, tunc per montẽ Christus intelligitur, de quo sub montis nomine dr. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes, &c. Et tunc sunt verba hæreticorum dicentium cuilibet fideli, *transmigra in montem sicut passer*, i. Christũ, qui apud nos est, quasi ipsis dicat Psal. Quomodo monetis me transire ad vos, tanquam multi sint Christi, quasi mirũ est, quia, si hoc fecero, ero sicut passer, s. instabilis, contra illud, quod præmisi. d. *In domino confido*. Si aũt legatur montes in plurali, tunc per montes. i. alti per superbiam, qui fideles à vera fide seducere volentes, dñt: *transmigra in nos*. i. in societatem nostrã. *Sicut passer*, q dicunt adulando. i. quia tu sicut passer pẽnatus es virtutibus, & præceptis, ideo nobiscũ, qui sumus alti, debes habitare, sicut & passer in altis habitat, & tunc istos reprehẽdẽs. d. *Quomodo dicitis animæ meæ*, hoc q. d. mirum est, cum Christus, quẽ vos dicitis habere, non alta quærere, sed humilitatem docuerit.

Ioan. 16.

Matth.

Hebr. 10.

Esa. 2.

Mõtes sunt hæretici.

Quoniam ecce peccatores intenderũt arcum suum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.

134 *de pr. dist. 2. apponitur.*

Hic consequenter ponit malorum demerita, & peccata, s. hæreticorum, vel dæmoniorum, quorum malitia præcipuè intendit ad corrumpendam & applicandam scripturam sacram ad suos errores, vel mala defendenda. Vnde nota q per arcum scriptura sacra intelligitur, vt supra fuit declaratũ sup illo verbo psal. 7. Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum vibrauit, arcum suum tetendit. Hunc autem arcum intendunt hæretici, plicant, & torquent. Cum enim intẽditur arcus vtraque pars eius, scilicet lignum & chorda plicatur; quia tàm nouum testamentum quàm vetus torquenẽ à vera intelligentia, & ad suas hæreses applicant. Sicut verbi gratia, dicit scriptura, q cum esset desposata Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est habens in vtero. Istam scripturam plicant hæretici, vt Antidicomaritæ, vt 24. q. 3. quidã hæretici. d. Quod ex hoc habetur, q Maria post natum Christũ, cum Ioseph, fuit carnaliter coniuncta. Vnde sic plicando scripturam arguebãt. Cum enim ante sic idem, quod prius, est differentia temporis: sed prius tempus relatiuè dicitur ad posterius, 4. Physic. ergo si prius, quam conuenirent, habuit in vtero, consequens est, quòd postea conuenerunt. Sed non aduertunt, quod hæc dictio ante exponitur affirmatiuè & negatiuè. Affirmatiuè, quod illud dicitur ante, post quod aliud sequitur. Negatiuè verò illud dicitur ante quod nihil tale præcedit, & sic intelligitur hic ly ante. Similiter & alij torquentes arcum scripturæ dicunt, quòd virgo Maria habuit plures filios præter Christum, quia dicitur Luc. 1. quòd peperit filium suum primogenitum, primogenitus autem quis non dicitur, nisi respectu sequẽtium, soluitur, vt prius. *Parauerunt sagittas suas in pharetra*. Pharetra dicitur cor, quod sagittas continet, scilicet acuta & acerba consilia.

Arcus dicitur scriptura sacra.

Matth. 1.

Ante.

Primogenitus.

Pharetra dicitur cor.

ut sagittent in occultis rectos corde. s. fideles etiam simplici sensu scripturarũ degentes. Sic enim dicitur Psal. 63. Intẽderunt arcum rem amaram, vt sagitent in occultis immaculatum, quia. s. tales vt ibi dicit glo. gestant mel in ore, & aculeum in dorso. & dicit *in occultis*, quia hę retici in planis, & apertis scripturis simplices non possunt decipere, sed in occultis locis, & obscuris, tũc sensum scripturæ conantur peruertere, & hoc est ꝙ subditur.

135 *Quoniam quæ perfecisti destruxerũt, iustus autem quid fecit?*

ID est, sensum scripturę, quem tu perfecisti. s. scripturas quas tu perfecte edidisti, destruxerunt, vel sensum scripturę, quem tu perfecisti. s. implendo in te prædicta in scripturis, destruxerunt, idest, peruerterunt. *Iustus autem quid fecit?* Nomine enim iusti Christus intelligitur, quia est iustus iustificãs alios, vnde non solum amici, sed etiam inimici & persecutores eius ipsum nomine iusti vocant, vt Pilatus dicit Matth. 27 Innocẽs ego sum à sanguine iusti huius: vxor Pilati. d. Lucæ 22. Nihil tibi, & iusto illi. Centurio, qui ipsum crucifixit, d. Verè hic homo iustus erat. Ipse Iudas, qui eũ tradidit. d. Matth. 27. Peccaui tradẽs sanguinẽ iusti. *Iustus ergo quid fecit?* id est, Christus, q. d. isti sic peruertẽres scripturas vt diuidant ecclesiam non benè attẽdunt quid iustus. i. Christus fecerit, quia faciũt oppositum, quia isti ecclesiam conantur diuidere: sed Christus eam pace vnit, s. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Christus. n. tantam pacem ecclesiæ exhibuit, vt ẽt traditorem suum Iudam mira patiẽtia toleraret, & ad prædicandum regnum cęlorum cum alijs Apostolis mitteret, & ei sicut cęteris eucharistiam daret, quẽ ante suũ traditorem, & diabolum nominauerat, cui omnia prædicta contulit, vt ostenderet dona Dei ad illos peruenire, qui fidem Christi accipiunt, ẽt si talis sit, per quẽ accipiunt, qualis Iudas fuit. Isti aũt hæretici per oppositum faciunt, quia ẽt fideles à fidelibus fidẽ sacrę scripturæ accipientes, ẽt peruertere conãtur. Nõ ergo cõsiderant, q. d. iustus. i. Christus fecit.

Iustus Christus. *Vxor. Pilatus.* *Centurio. Iudas.*

E *Dominus in templo sancto suo, dominus in cœlo sedes eius.* 136

HIc consequenter ponit bonorum præmia, & supplicia malorum. & primò ponit primum, & secundo secundum: ibi, *Pluet super peccatores.* Quantum ad primum nota, ꝙ tria bona domi nus bonis tribuit, & secundum hoc ista pars diuiditur, quoniam Deus suos primò inhabitat: secundò illos gratificat, ibi. *Oculi eius in pauperem*, tertiò ipsos purificat: ibi, *Dominus interrogat iustũ.* Quantum ad primum ostendit ꝙ domi- F nus bonos inhabitat. d. *Dominus in templo sancto suo*, &c. Quilibet enim iustus templum Dei dicitur, teste Apostolo, Templum Dei sanctum est, quod estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis. si quis autem violauerit templum Dei, disperdet illum Deus, quamuis enim vbique sit Deus: non tamen vbiq; habitat: habitat enim in illis, qui sunt templum eius cœlum. In malis autem non habitat, licet sit in illis, vt ostendit Magister, dicens, In sanctis enim habitat Deus, in quibus est per gratiam: non enim, vbicunq; est Deus ibi habitat: sed vbicun- G que habitat, ibi est. In solis ergo bonis habitat, qui sunt templum eius & sedes eius, vnde per Esaiam dominus ait. Cęlum mihi sedes est, terra aũt scabellum pedum meorum. Quia in electis, qui sunt cœlum habitat Deus, & regnat, qui eius voluntati deuoti obtemperant. Malos verò, qui sunt terra, iudicij discretione calcat, vnde in libro sapien. dicitur. Thronus sapientiæ anima iusti, quia in iustis specialius est quam in alijs rebus, in quibus tñ omnibus est totus, Quemadmodum August. ait. Anima per omnes particulas corporis tota adest simul, H nec minor i maioribus, nec maior in minoribus, sed tñ in alijs intensius, in alijs remissius operatur: cum in singulis particulis corporis tota essentialiter sit. Sic & Deus, cum sit essentialiter in omnibus totus, in illis tamen plenius dicitur esse, quos inhabitat, idest, in illis, in quibus ita est, vt faciat eos templum suum. Istud ergo est donum, ꝙ Deus suis facit electis, quia. s. illos inhabitat per gratiã, de quibus nunc Psal. dicit. *Dominus in templo sancto suo, dominus in cælo*, &c.

Habitat Deus. Templum. Bonus. *2. Cor. 3.* *Magister lib. 1. dist. 37.* *Esa. 66.* *August. in epist. ad Hieron. de orig. animæ.* *Psal. 102.*

Et

Et alibi. Dominus in cœlo sedes eius. Vocantur enim sancti non solum templum Dei, sed etiam cœlum, quia in cęlestibus mente consistunt.

37¹ *Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum.*

Oculus Dei. Misericordia & gratia.

POnit hic secundum donum, q̃ suis dat electis, quia. s. eos gratificat. Vbi sciẽdum, q̃ per oculos Dei intelligitur misericordia, & graria Dei, quibus suos electos respicit & sibi facit gratos. Sicut & respectus Dei dr̃ auxilium Dei, quia B illum suis respicit oculis, quem suo auxilio sibi gratificat. Sicut de Petro legit̃. Respexit dñs Petrum, & ideo statim Petrns egressus foras, fleuit amarè. *Oculi ergo domini in pauperem respiciunt,* quia ipse pauperes spiritu sua adiuuando gratia, facit sibi gratos, & ideo, si aliqnando aduersa suis pauperibus infert: tñ hoc misericorditer facit, vt medicus, pp q̃ Psal. d. Oculi dñi super iustos, aures autem eius in preces eorum. vbi glo. Oculi dñi. i. respectus misericordiæ Dei sunt super iustos: etiam qñque vt medicus secat, & vrit, per quod videtur respicere, quia hoc facit vt sanet, & parcat in sempiternum, & consimili modo nunc ait. *Oculi eius in pauperem respiciunt & palpebræ eius interrogant filios hominum.*

Luc. 22.

Psal. 33.

Palpebra iudicia diuina.

Vbi nota q̃ palpebræ, quia illis clausis, nihil videmus, illis verò apertis, videmus significant diuina iudicia, quibus nos interrogat Deus & probat, quę aliqñ sunt nobis aperta, qñque verò clausa, & obscura. Vide quid istum textum exponens Greg. d. Tribus modis interrogare nos conditor noster consueuit, cum aut flagelli discretione nos percutit, & quanta nobis insit vel desit patientia, D ostendit, aut qñ quædam, quæ nolumus præcipit, & nostram nobis obedientiam vel inobedientiam patefacit, aut qñ aliqua nobis occulta patefacit, & aliqua abscõdit, & mensuram nobis nostræ humilitatis innotescit. Et ponit exemplũ. d. flagello namque nos interrogat, cum mentem sibi benè per tranquilliratem subditam, afflictionibus pulsat. vnde & Iob laudatur attestatione iudicis, tamen ictibus cæditur percussoris, vt eius pa-

Greg. 28. mor. c. 17.

A tientia tanto verius clarescceret, quanto inquisita durius fuisset. Præcipiendo autem dura, dominus nos interrogat, sicut Abraham terram suam iubetur egredi, & pergere quo nesciebat, in montem vnicum filium ducere, & quem ad consolationem senex acceperat, immolare. Cui nimirum ad interrogationẽ benè rñdẽti. i. ad iussionẽ benè obedienti dr̃. Nunc cognoui q̃ timeas Deũ, scire namque Dei est, nostram obedientiam nos scire facere. Aperiendo quoq; nobis q̃dã, atq; claudẽdo, nos interrogat Deus, sicut per Psal. dr̃, *palpebra eius interrogant filios hominum.* Palpebris quippe apertis cernimus, clausis nihil videmus. Quid ergo per palpebras Dei, nisi iudicia eius accipimus, quæ iuxta aliquid clauduntur hominibus, & iuxta aliquid reserantur, vt homines, qui seipsos nesciunt, sibi ipsis innotescant: quatenus, dum, quædam intelligendo comprehendunt, quędam verò cognoscere omnino non pñt eorum corda, sese latenter inquirant, si illos diuina iudicia vel clausa non stimulant, vel aperta non inflant. Hac. n. Paulus ĩterrogatione probatus est, qui post ascensionem tertij cęli post C supernæ locutionis mysteria. d. Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis sit. Apertis ergo palpebris Dei interrogatus Paulus, rectè rñdit, quia superna secreta attigit, & tñ in humilitate cordis sublimiter stetit. Qui rursum cum secreta Dei iudicia de repulsione Iudęorum, & gentium vocatione discuterer, atq; ad eam peruenire non posset, quasi clausis palpebris Dei interrogatus est. Sed rectum illi respon sum reddidit, q̃ Deo se in ipsa sua ignorantia scienter, inclinauit. d. O altitudo sapientię, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt &c. Ecce enim abscõsis mysterijs, quasi clausis palpebris interrogatus, recta rñdit, qui secreti aditũ pulsans, quia per cognitionem intromitti ad superiora non valuit, per confessionem ante iannas humilis stetit, & q̃ intus comprehendere non potuit, foris remanendo laudauit. Ex quibus patet, q̃ palpebræ Dei ideo nos interrogant, vt amplius nos sibi gratificent. Vel aliter, per palpebras Dei, apertas intellige p̃spera, per clausas aduersa, quibus suos

Psal. 10.

Greg. c. 8.

1. Rom. 3.

Rom. 11.
al. timendo

Deus probat & interrogat, vt in prospe E ris sint humiles, & stabiles in aduersis, vt clausis palpebris non fatigentur, & apertis non inflentur.

138 *Dominus interrogat iustum, & impium, qui autem diligit iniquitatẽ odit animam suam.*

HIc ponit tertium beneficium, s. ꝙ Deus purificat. Dictum.n.statim est, dñs nos interrogat per aduersa,& ꝓspera,s. immittendo. Sed quia hoc commune est & bonis, & malis quamuis differenter, ideo dicit, *Dominus interrogat iustum & impium*.s.iustum purificando, F quia iustus per patiẽtiam aduersorum, & per humilitatem habitam in prosperis purificatur,& Deo magis gratus redditur. Impius aũt per impatientiam aduersorum, & superbiam habitam in prosperis, magis inquinatur. Quæ diuersitas non prouenit ex parte interrogationis, sed ex parte diuersitatis rñsionis, qa iustus prosperis interrogatus, rñdet humiliter, & malus superbè. Similiter iustus interrogatus, vel pulsatus aduersis, rñdet patienter, malus aũt impatienter. Et quia superbia in prosperis,& murmuratio in aduersis, est quædam iniquitas G. à Deo, & si iusti illis interrogationibus purgantur, iniusti tñ amplius sordidantur: ideo sequitur. *Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam*, & sic malus sibi ipsi nocet non alijs. Et attende secũdum ꝙ ait magister in glos. Nota ꝙ ait. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suã*, non dicit qui facit. Iniquitas enim idem est ꝙ peccatũ: vnde Io. ait, Omnis qui facit peccatũ,& iniquitatem facit, nemo vero sine peccato viuit. Ille verò diligit iniquitatem, qui ex desiderio, & affectu peccat. Ex quo apparet, ꝙ ista glos. vult ponere dñiam inter peccatũ veniale, sine H quo nullus viuit, & peccatũ mortale, ꝙ ex electione,& desiderio fit. Ex quo sequit̃, ꝙ omne peccatũ factũ ex electione voluntariè,& à proposito, est mortale.

Io.m.8.

139 *Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.*

De pœ. dist. 3. qui vult.

COnsequenter hic ponit supplicia malorum, Vbi primò notandum, ꝙ per laqueos intelliguntur peccata, qa peccatis diabolus capit animas, sicut laqueis auceps capit aues: vnde Prouerb. 29 Peccãtem virum inuoluet laqueis.s. & Paulus d. Resipiscant à laqueis diaboli, quibus captiui tenentur: peccata autem generaliter sunt tria, ad quæ alia tẽ ducuntur.s.auaritiæ & cupiditatis, luxuriæ,& voluptatis, superbiæ, & vanitatis. Peccatũ auaritiæ per ignem figuratur, quia sicut ignis lignis non satiatur, sed magis accenditur, sic & auaritia non satiatur pecunia, sed magis irritatur, vnde Prouerb.30. Ignis nunquam dicit sufficit. Et Ecclesiast.5. Auarus non replebitur pecunia. Sulphur verò res fœtida, & ignita significat peccatum luxuriæ, in cuius signum super luxuriosos & fœtidos homines pluit Deus ignem cum sulphure. Gen.19. quod declarans Greg. d. Sulphur fomentum est ignis, quod tamẽ sic ignem nutrit, vt fœtorem grauissimum exhalet, quid itaq; in sulphure nisi peccatum carnis accipimus, quę dum peruersis cogitationibus, quasi quibusdam fœtoribus mentem replet, æterna ei incẽdia præparat, & dum fœtoris sui nebulã in mente reproba dilatat contra eam flammis subsequentibus, quasi fomenta subministrat? Nam quòd per sulphur fœtor carnis accipitur, ipsa sacri eloquij historia restatur, quæ contra Sodomam ignem,& sulphur pluisse dominum narrat. Qui cum carnis eius scelera punire decreuisset, in ipsa qualitate vltionis notauit maculam criminis, &c. vnde de luxurioso dicitur. Aspergatur in tabernaculo eius sulphur, Quid autem per *spiritum procella* nisi superbia designatur? Nam propriè est subita vis ventorum cum pluuia, & dicitur procella à percutio percutis, quia percutiat. Quid autem est superbia, nisi quidam ventus cum impetu alios percutiens, & despiciens, vnde de superbis impijs dicitur. Procella ruẽs in capite impiorum. *pluet ergo dominus super peccatores*, & hoc in præsenti, *laqueos*.s.peccata, quibus illaqueamur. Quod quidem pluere dr̃, quia malos in peccatis permittit cadere, quia subtrahit ab eis auxiliũ gratiæ suæ, & in omne peccatum permittit cadere, quia in tria ꝑdicta peccata, ad q̃ oĩa alia redu cunt̃.s. auaritiæ, & hęc est ignis luxuriæ, & hęc est sulphur: sup̃biæ, & hęc est spiritus

Laqueus. Peccatum. Prou.29. 2.Tim.2. Ignis. Auaritia. Prou.30. Eccl.26. Sulphur. Luxuria. Gen.19. Greg.14. mor.c.10. Gen.19. Iob 18. Procella. Superbia. Hier.30.

Pœna aeterna.

ritus procellę. Et quia omne peccatum est pœna, ideo d. quod hæc est pars calicis eorũ in præsenti: sed in futuro aliam partem habebunt. Calicis. s. æternam pęnam ignis sulphuris, & procellæ, quæ pęna æterna vere ijs nominibus significatur: dicitur. n. laqueus, quia quos semel capit, amplius non relaxat: dr ignis est ibi crucians: dicitur *sulphur*, propter fętorem: dicitur *spiritus procellarum*, pp varietatem pęnarũ. Sic igitur istius calicis s. pœnæ malorũ, vna pars est in præsenti vita, alia pars in futura. Et hic est calix damnationis æternæ, de quo dicitur. Babylon ciuitas illa magna venit in memoriã Dei, date illi calicem iræ eius. Babylon, quæ interpretatur confusio: significat cõfusam multitudinem damnatorũ.

Apoc. 16.

140 *Qm iustus dominus, & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.*

16. q. 1. reuertimini.

Iustitia.

Hic ostendit, quare Deus sic bonis dat pręmia, & malis pœnas, d. *Quoniam iustus dominus, & iustitiã dilexit*, per iustitias intellige bonos: quia plures iustitias habent. Dei autem vnica sola est iustitia, quasi dicat, *Dominus iustus est*, ideo *dilexit iustitias*. s. bonos eos præmiando. Etiã quia iustus est, *ideo æquitatem vidit vultus eius*, malos puniendo, quia vt dicitur, psal. 33. Vultus aũt domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

PSAL. XI.

141 *Saluum me fac, domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates a filijs hominum.*

22. quest. 3. aliqui.

Iste Psal. talem habet titulum. *In finem psal. Dauid pro octaua*, & idem titulus, psal. 6. Et hic pro octaua eodem modo exponitur sicut ibi, s. pro Die iudicij. Sed in hoc istius tituli intentio differt ab illo, quia ibi Dauid loquitur in illo psal. 6. in persona peccatoris timentis octauam, s. Diem iudicij, ne puniatur: ideo ibi diuinã postulabat misericordiam. Hic autem loquitur in persona viri perfecti optantis octauam iudicij, & orantis vt veniat: quia hic petit

A propheta iniquitatem mundi destrui, vt ad veritatem futurę promissionis perueniat. Et est sensus tituli iste. *In finem Psal. Dauid*. i. psal. iste factus à Dauid dirigens nos in finem, s. Christum: est factus *pro octaua*. i. pro Die iudicij, quẽ iustus desiderat, vt iniquitas mundi destruatur, & veniat veritas promissionis beatitudinis æternæ. Intentio huius est reuocare homines à falsitatibus sæculi ad eloquia Dei, in quibus nostra salus consistit. Item sciendum, quòd iste Psal. fundatur supra quandam historiã, quæ habetur. 1. Reg. 23. Nam cum Da-

B uid fugeret a facie Saulis persequentis eum: accidit ꝙ Philistæi pugnarent cõtra vnam ciuitatem regis Saulis, quæ dicebatur Ceila. Quod audiẽs Dauid pietate motus descendit cum socijs eius ad liberãdum ciuitatem illam, & pugnauit contra Philistæos & obtinuit victoriam. Et ibidem in ciuitate illa cæpit habitare cum suis. Viri Ceilę ingrati contra Dauid, statim tractauerunt tradere Dauid, & viros eius in manibus Saulis: & nunciauerunt Sauli quòd Dauid habitaret cum eis. Quo audito, Saul mandauit totum exercitum suum parari, vt ciuitatẽ

C illam circundaret: & sic caperet Dauid. Dauid autem hæc audiens, consuluit dominum per Abiathar sacerdotem: qui respondit, ꝙ viri Ceilæ volebant eum tradere in manus regis: propter quod Dauid tunc fugit de ciuitate illa: & sic saluatus fuit de manibus Saul. Et in ista tali proditione orans fecit istum Psal. Sic ergo duo faciam: quia primò cõcordabo literam psal. cum historia: secundò exponam psal. quo ad intellectum significatum. Et sic psal. iste diuiditur in partes tres: Quia primò Dauid ponit suam deuotam orationem. secundò explicat

D Ceilorum falsam proditionẽ. *Vana locuti sunt*, tertiò ponit Dei benignã exauditionẽ ibi, *Propter miseriam inopum*, &c. Dic vt Nic. de Ly. *Saluum me fac domine*, &c. Nunc accedo ad verum intellectum psal. Diuiditur autem psal. iste in tres partes. Quia primo à malis mundi liberari postulat humiliter. secundo aduentum Christi liberantis prædicat vtiliter ibi *Propter miseriam inopum*: tertio in fine cũctos iustè iudicari explicat veraciter. ibi: *Tu domine seruabis nos*.

Circa primum duo facit; Quia primò ponit malorum mundi periculum. Secundò contra illud diuinũ postulat suffragium. ibi. *Disperdat dominus.* Mala autem mundi in duobus consistunt. s. in carentia bonitatis, & iustitiæ, & in abundantia falsitatis, & malitiæ, & sic primò explicat primum, secundò secundũ ibi. *Vana locuti sunt.* Quantum ergo ad primum explicat malum mundi statum, ostendit, quod in mundo est carentia sanctitatis, & omnis virtutis. d. *Saluum me fac, domine quoniam defecit sanctus.* Vbi nota, quod sanctus in scriptura quandoque accipitur pro Christo, quandoque verò pro quolibet homine iusto: Dicitur enim Christus sanctus, quia oẽs sanctificans. Hæc dicit sanctus, & verus, qui hẽt clauem Dauid, &c. Et hunc esse sanctum & dæmones cognouerunt, vnde exclamauit dæmon Christo. d. Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene, venisti ante tempus torquere nos? Dicitur & quilibet iustus sanctus. Et quia talis quilibet quandiu est in præsenti vita, semper proficere potest. Ideo dicitur. Qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Et de vtroq; in simul dicitur. Sancti estote qm ego sanctus sum. Et de vtroq; hic intelligitur. Et primò de sancto, qui est Christus, qui licet in seipso deficere non possit, tamen nobis deficit, dum fidem eius nõ habemus quia deficit illis qui in ipsum non credunt: immo multi contra ipsum malignantur: quibus non sufficit, quod in ipsis deficiat sanctus, sed conatur fidem eius facere in alijs deficere. d. Psal. Quanta malignatus est inimicus in sancto. Sic ergo quandocunque Christi fidem deseris verbis, vel factis, tibi nõn in se deficit Christus, sicut sol nõ in se deficiẽs, tamen deficit cæco, vnde quilibet peccator de Christo, qui est vita animæ, dicere potest illud, Defecit in dolore vita mea. In dolore. s. peccati. Si autem accipiatur sanctus pro homine iusto, etiam defecit sanctus, quia respectu malorum hominum pauci iusti reperiũtur. Quoniam vt dicitur. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum. Et hoc est, quod deplorabat propheta. d. Perijt sanctus de terra, & rectus non est in hominibus, omnes in sanguine insidiantur. Vir fratrem suum venatur ad mortem. Malum manuum suarum dicunt bonum: Principes postulat, &c. Ex quibus verbis ostendit sanctitatẽ in omni statu, & gradu defecisse. Et primò quo ad regulares, & monachos. d. Perijt sanctus de terra. Terra enim propter stabilitatem significat religionem, quæ stabilior, & securior est mundo. Et vbi hodie est sanctitas, vel regularis obseruantia? Secundò defecit quo ad clericos seculares, qui notantur per homines, quia præ cæteris ratione debẽt vti, quibus commissa est cura dominici gregis, de quibus dicit, Rectus non est in hominibus, quia omnes declinauerunt ad auaritiam à propheta vsque ad sacerdotem. Tertiò quo ad laicos, qui maxime deficiunt. s. sanguinem pauperum deuorando, quo ad tyrannos de quibus. d. Omnes in sanguine insidiantur, innocẽtem sanguinem persequẽdo, quo ad populares, qui stimulo inuidiæ se inuicem persequuntur, & lacerant de quibus dicit. Vir fratrem suum venatur ad mortẽ, artes, & mercantias falsificando, quo ad artifices, & mercatores, de quibus dicit. Malum manuum suarum dicunt bonum, iudicia vendendo, quo ad officiales, & iudices, de quibus dicit. Principes postulat, vt pura dicendo. Quid mihi vultis dare, & ego eũ vobis tradam? quia hodie plures sententias dat pecunia, quàm faciat iustitia. Merito ergo dicit psalm. *Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus*, quia in nullo statu amplius reperitur sanctitas, Quod benè præuiderat Esa. d. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, causa viduæ non ingreditur ad eos, &c. Propter quod de hominibus mundi sequitur Ps. d. *Diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* Et nota, quod dicit *veritates* in plurali, quia multiplex est veritas, quæ hodie diminuta imò annihilata videtur. s. veritas doctrinæ, quæ spectat ad doctores. Magister, scimus, quia verax es, &c. Veritas iustitiæ, quæ spectat ad iudices. In iudicio non acquiesces sententiæ plurimorum, vt à vero denies. Veritas vitæ, quæ stat in operatione mandatorum. Non diligamus verbo,

Marginal notes: *Sanctus.* — *Apoc. 3.* — *Matth. 8.* — *Apoc. 3.* — *Leuit. 16.* — *Christus.* — *Deficere.* — *Psal. 73.* — *Psal. 30.* — *Iustus.* — *Psal. 13.* — *Mich. 7.* — *Terra religionem denotat.* — *Esa. 16.* — *Esa. 1.* — *Matth. 22.* — *Exo. 23.* — *2. Io. 5.*

verbo, neque lingua, sed opere, & verita A te. Quæ tamen omnes veritates hodie defecisse videntur. Sic enim prædictum fuit. Veritas corruit in plateis. Quid ergo mirum, si iustus homo tot mala mundi cernens desiderat vltimum iudicium? d. *Saluum me fac, domine, quoniam defecit sanctus*, &c.

Esa. 59.

142 *Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde locuti sunt.*

HIc consequenter ostendit, in mundo esse abundantiam falsitatis, & B malitiæ. Vbi sciendum ꝙ quamuis malum sit carere sanctitate, tamen peius est abūdare prauitate: sicut quamuis bonum sit declinare à malo, tamen melius est facere bonum. Dicit igitur. *Vana locuti sunt*, &c. Vbi sciendum, ꝙ vanitas siue vanus dicitur à venus. Et idem est vanus ꝙ falsus, vacuus, inanis & irritus, eo ꝙ venerei homines intenti veneri sunt tales. Et sic vana dicuntur falsa, lubrica, & inutilia. Isti ergo *vana locuti sunt*, ad alios decipiendum, vel ad venerea peragenda. Et nota ꝙ dicit. *Locuti sunt in corde, & corde*. In hoc notatur cor duplex, & deceptorium, quia minus malū esset, si quis vana loqueretur corde simplici, vt puta credens bene loqui, ideo notans duplicitatem dicit. *Labia dolosa in corde, & corde*. Et quibus? s. *ad proximum suum*. Et notat glo. Quod proximus dr tribus modis. s. Conditione primæ natiuitatis, secundum quem modū omnis homo proximus alteri dicitur. Et sic dicitur Exo. 20. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimoniū. Certum est enim, ꝙ ibi accipitur proximus pro omni homine. Carnis consistione. Et sic dicitur. Prouerbiorum 14. D Proximo suo etiā pauper odiosus erit. Beneficij collatione, sicut de vulnerato dicitur Luc. 10. Quis tibi vr illi fuisse proximus, qui incidit in latrones? Rñdit ille. Qui fecit misericordiam cum illo. Ad denotandum ergo quantum malum hodie regnat in mundo, quia non tenetur fides erga aliquem proximū, dicit, ꝙ *vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum*. Et vere hodie magis solito docet experientia.

Vanitas quid est.

Proximus.

Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

143 1. q. 1. sunt plurimi.

COnsequenter hic contra prædicta mala diuinū postulat suffragiū. Vbi aduerte, ꝙ non orat cōtra homines, sed cōtra vitia, & dolos, ideo dicit, *Disperdat dominus*. Dñt. n. philosophi, & experiētia docet, ꝙ oīs virtus fortior est vnita q̄ dispersa, patet de virtute aquæ in simul collectæ: patet de virtute grauitatis insimul collectæ in vnum corpus ad descendendum, & dispersæ, quia citius collecta descendit. Rogans ergo ne tales mali nocere possint. d. *Disperdat dominus labia dolosa*. & non dicit, disperdat dñs dolosus. Sic etenim & psal. 58. orabat de talibus. d. Disperge illos in virtute tua & depone eos, protector meus, dñe. Hic enim contra duo uitia maximè orat: quæ. s. hominibus magis nocent. s. contra dolositatem, & contra superbiā. Contra dolositatem dicit, *Disperdat dominus vniuersa labia dolosa*. Dolosus. n. dr à dolo, & est dolosus idem, ꝙ fraudulentus, malitiosus occultus, blandus sermonibus, callidus mente. Et nota ꝙ differunt dolosus, insidiosus, & fraudulen- C tus. Nam vt dicit Catholi. ꝙ dolositas est in mēte, insidiæ in loco, vel telo, sed fraus circa fidem promissam, quæ trīom nia insimul hic notans Ps. d. *Disperdat dominus vniuersa labia dolosa*, & per labia accipit omne illud, i quo dolus pōt esse. Sic. n. orabat Ps. d. Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum, &c. Consequenter orat contra vitium superbiæ. d. *Et linguam magniloquam*. Lingua magniloqua est magna & grādia loquēs, sicut sunt superbi hypocritæ, & sapientes philosophi mundi, qui alios ornatu, vel fastu verborum conantur decipere. Sic. n. magniloquos pro superbis accipit scriptura. Sopho. 3. d. Auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ. Hoc etiam consequenter exponit Psal. qui sint magniloqui. d.

Dolosus. Insidiosus Fraudulentus.

Labia.

Psal. 30.

Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est?

144 11. q. 1. illud.

QVia superbi & potestatem linguæ, & alia à se, & non à Deo se arbitrantur habere. d. *Linguam nostram magnifica-*

Lingua.

gnificabimus, labia nostra à nobis sunt. s. & non à Deo. Vnde iactant se de potestate labiorum, quasi à Deo non sit, vnde dicunt. *Quis noster dominus est?* q.d. Quis est, cui subdamur. q.d. nullus.

145 12.q.2. gloria episcopi.

Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus.

OStensis hic malis, quæ in isto mũdo abũdant, & inuocato Dei adiutorio, consequenter aduentum Christi nos à prædictis liberans ostendit. Et nota q; duplex ponit adiutorium. s. primũ Christi incarnationem, ſm verò scripturarum consolationem. ibi. *Eloquia domini.* Quantum ergo ad primum. d. *Propter miseriam inopum*, &c. Differentia.n. est inter inopes & pauperes secundum Catholi. Quĩ ops opis idẽ est q; diues, & opulentus, vnde componitur cum in, quod est sine, & dr̃ inops. i. sine diuitijs, & facultatibus terrenis. Vnde inops dr̃ proprie, qui nihil hẽt, qui nec sibi sufficere põt, nec alijs elargiri. Pauper aũt dr̃, qui licet alijs elargiri non possit, tñ sibi sufficit, & sic per inopes intellige gentiles, qui nec legem, nec prophetas habuerunt, quibus ad cultum vnius veri Dei ducerentur, & sic nec alios ducere poterant. Pauperes aũt erant Iudæi, qui licet haberent legem, & prophetas, quibus ad vnius veri Dei cultum ducerentur, tñ hoc alijs elargiri non sufficiebant, quia ſm legem alias gentes abominabantur, nec conuersabantur alijs nationibus. Et hoc q; dicit gl. Inopes rectè gentiles dñr, qui nec legem, nec prophetas habuerũt. Pauperes verò Iudæi sunt, qui quamuis legem, & prophetas haberent, illas tñ spiritualiter non intelligẽtes mysteria alijs cõicare non valebant. Volens ergo ostendere Deus, q; filij sui incarnatio remedium præstaret Iudæis & gentilibus, ambos commemorans dicit. *Propter miseriam inopum*, &c. Vt enim alias dictum est, dormire dr̃ Deus, qñ suis non subuenit, sed eos affligi permittit. Et sic per oppositum exurgere dr̃, qñ suis succurrit, & eos defendit. Et q̃ maximè subuenit mũdo per mysterium incarnationis, nunc ipsum prænuncians dicit. *Propter miseriam inopum*, &c. Nũc, idest, in tpe ordinato à Deo. De quo tpe dicit Apostolus. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis, &c. Vnde quid faciet sic exurgens, & qualiter auxilium nobis præstabit subdit. d.

Inops. Pauper. Gentiles. Iudæi. Dormire Dei. Exurgere. 2.Cor.6.

Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.

146

SAlutare enim idem est, q; saluator, & sic significat Christum omnium saluatorẽ, iuxta illud. Nũc dimittis seruum tuum, &c. Quia viderũt oculi mei salutare tuum. Et de hoc salutari. d. *Ponam in salutari.* i. in Christo. Sed quid ponet in ipso? s. suum adiutoriũ nobis dandum & nostram redemptionem. Et quod istud salutare sit nobis sufficiens adiutorium subdit. d. *Et fiducialiter agã in eo. Fiducialiter.* i. potenter, quia nihil Christo resistere poterit. Per hoc volẽs distinguere Christũ ab alijs prophetis, & scribis ante missis, quia istud salutare non docebit populum, sicut fecerunt alij prophetæ, qui docebant legem, sed legem mutare, vel terminare non poterant. Sed Deus in Christo fiducialiter agit, quia Christus docuit tanquam potestatem habens. s. addere legi, terminãs legem, & legem nouam condens pro voluntate sua tanquam dñs legis. Et hoc est, q; dicit. *Fiducialiter agam in eo*, q. s. non feci in alijs, qui tantam docendi, & agendi potestatem non habuerunt. Sic ergo Deus *Fiducialiter.* i. potenter egit in Christo, quia Christus docebat tanquam potestatem habens, quia legem perficere & commutare poterat, quod nemo alius potuit. Vt dicit. Canon. 251. Si ergo primam sedem.

Omniũ Salutare. Luca 2. Christus.

Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum.

147

HIc consequenter ponit secundum adiutorium à Deo nobis datum. s. scripturarum cõsolationem, vnde sacra scriptura quam salutare Christus debet prædicare ad nostram consolationem subdit, *Eloquia domini*, &c. Vbi nota q; quamuis Christus multoties prædicauerit, & multis in locis, tñ principalis eius prædicatio, & eloquium fuit sermo ille, quem

Prædicatio Christi.

quem fecit in monte, dando euangelicā legē. Matth. 5. Videns Iesus turbas, &c. Et de illis eloquijs domini & sermone nunc ad literam. d. *Eloquia domini*, &c. Vbi aduertendū, q eloquia dñi præfata nobis dant adiutorium contra omnia mala prædicta. Nam vt dictum est duplex malum in præsenti vita abundat scilicet carentia boni, & malorum abundantia. Sic per oppositum in eloquijs diuinis est carentia omnis mali, & omnis boni abundantia. Ibi enim est carentia oīs mali. s. culpæ, q. s. est triplex. s. voluptatis, luxuriæ, superbiæ, & auaritiæ. Vnde istorū oīum carentia ostendit, & primo mali luxuriæ. d. *Eloquia domini eloquia casta*, quia. s. contra luxuriā, castitatem prædicant, & munditiam. Beati mundo corde, &c. Vnde de munditia eloquiorum dī. Neptalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. Neptalim. n. qui interpretatur cōuertens eos, significat Christum. Secundo excludūt malum superbiæ, quia *sunt argentum igne examinatum*. Argentum. n. quod est inter metalla sonorum, significat sonorositatem prædicationis. Ignis verò inflammans significat charitatem dilectionis, dicente dño. Ignem veni mittere in terram. Eloquia ergo dñi sunt argentum igne examinatum, quia charitatē, & dilectionem ad proximum prędicāt, qua superbia excluditur, propter q in suo sermone præfato Christus dicebat. Diligite inimicos vestros, &c. vñ & Psal. Ignitum eloquium tuum vehementer. Et de Ioseph dī, Eloquium dñi inflammauit eum, &c. Tertiò excludunt peccatum auaritiæ. quia *sunt argentum purgatum terra*. Hic. n. genitus terræ ponitur pro ablatiuo, more græcorum, vnde est sensus, purgatum terræ. i. separatum a terra, nihil terrenitatis habens vel docens. Sic enim in præfato sermone eloquium Christi purgatum erat à terra, & à terrenis quando dicebat. Nolite thesaurizare vobis in terra, &c. quia solum diuina docet amare. d. illud Iob, Ad Deum ponam eloquium meum. Sic ergo eloquia domini sunt casta per castitatis continentiam contra luxuriam, sunt igne examinata per charitatis amicitiam contra inuidiam, sunt igne examinata per charitatis amicitiam, contra

Euangeli. *Eloquium.* *Peccatū luxuria.* *Matth. 5.* *Gene. 49.* *Superbia.* *Luca 12.* *Matth. 5.* *Psal. 118.* *Deut. 32.* *auaritia.* *Matth. 6.* *Iob 5.*

A superbiam, sunt probata terræ per paupertatem voluntariam contra auaritiā. Vnde patet q cōtinēt omnis mali carētiam. Et ideo vt per eloquium domini timeamus aliquod dictorum vitiorum incurrere orando Deo dicamus illud; Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Secundo principaliter in eloquijs domini est abundantia omnis boni, quod notatur, cū dicitur, Quod est *probatum septuplum*, Dicitur enim dictū eloquium Christi probatum septuplū, quia septem donis Spiritussancti ornatum in quibus omnis virtus cōtinetur,
B quæ dona sunt septem. s. timor domini, pietas, scientia, fortitudo, consilium, intellectus, & sapientia, quæ omnia Christus in illo sermone pdicauit, & sic eloquium suum septuplum probauit. i. septem illis virtutibus ornauit, vt ostēdit August. primo lib. de sermo. domini in monte. d. Videtur mihi septiformis gratia Spiritussancti: de qua Esaias loquitur, his gradibus congruere, sed interest in ordine illa ponendi, quia Esaias incipit illa dona ab excellentiori, & terminat in timorem. Christus verò incepit à timore, & terminat ad sapientiā, vnde
C sequitur, illa dona concordans cum gradibus in isto sermone contentis, dicit, Timor domini congruit humilibus de quibus, hic dicitur. Beati pauperes spiritu. Pietas congruit mitibus, qui enim piè quærit, honorat sanctam scripturā, & non reprehendit, quod nō intelligit, & propterea non resistit, quod est mitem esse, de quibus hic dicitur. Beati mites. Scientia congruit lugentibus, qui iam cognouerunt in scripturis, quibus malis victi teneantur, quæ tanquā bona, & vtilia ignorantes appetierunt, & propterea lugent, de quibus hic dici-
D tur. Beati qui lugent. Fortitudo congruit esurientibus, & sitientibus, qui laborant esurientes, & sitientes æterna gaudia, & desiderant se à terrenis auertere, de quibus hic dicitur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Consilium congruit misericordibus: hoc enim vnum remedium est de tantis malis euadendis, vt dimittamus, sicut & nobis dimitti volumus, de quibus hic dicitur. Beati misericordes. Intellectus congruit mundis corde tanquam purgato oculo,

Psal. 118.

oculo, quo cerni possit, quod corporis oculus non vidit, nec auris audiuit, de quibus hic dicitur, Beati mundo corde. Sapientia congruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt omnia, nullusq; motus aduersus rationem rebellis est: de quibus hic dicitur. Beati pacifici. Ex quibus omnibus apparet, qualiter eloquia domini. s. quæ in monte protulit, septé donis spiritussancti sunt probata, & ornata. Ideo de illo eloquio dicitur, q̃ est *probatum septuplum* Alia verò litera habet, *probatum centuplum*: quam credo vitio scriptorum corruptam. Et tunc ly *centuplum*, staret pro præmio, iuxta illud, Centuplum accipietis, &c. & esset sensus, eloquium domini est probatum centuplum. i. donat centuplum: per qđ æternum præmium intelligitur.

Matth. 16.

148 *Tu domine, seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum.*

2. q. 7. testes.

HIc vltimò concludit cunctos iustè iudicari. Et primò ostendit præmiationem bonorum. Secundò punitionem malorum, ibi *In circuitu impij ambulant*. Quantum ad primum sciendum, q̃ dominus aliter seruat, aliter custodit. Seruat enim protegendo ne in peccatis labamur: sic. n. pro suis orabat Christus. Rogo, vt serues eos à malo, scilicet culpæ non pœnæ: quia illos mittebat sicut oues in medio luporum. Custodit auté quos ad æternam gloriam ducit. Custodit dominus animas sanctorum suorum. Loquens ergo Deo de præmiatione iustorum. d. *Tu domine seruabis nos*, scilicet deducendo nos ad gloriam, ideo d. *A generatione in generationem*.

Seruare.
Custodire.
Ioan. 17.
Psal. 96.

149 *In circuitu impij ambulant; secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.*

24. q. 3. Hæreticus.

COnsequenter hic cócludit punitionem malorum: Vbi nota, q̃ per circuitum bona temporalia præsentis vitæ significátur: quia per circuitum septem dierum vertuntur. Et quia omnia téporalia sunt labore plena: ideo ambulare in circuitu significat temporalium laborem, quem habét mali pro suo præmio. Vnde istum passum exponens Grego. d. *In circuitu impij ambulant*, quia dum interiora non appetunt, in exteriorum labore fatigátur. *Secundum altitudinem tuam multiplicasti*, &c. Per filios hominũ intellige Iudæos natos ex hominibus ratione vtétibus, vt supra psal. 4. Quos Deus multiplicauit sicut stellas cœli ſm promissionem, factam Abrahæ. Quos Deus multiplicauit non solũ numero, sed multis beneficijs: quamuis rebelles Deo essent, & ingrati: *quia in circuitu ambulabant*. i. solum temporalia quærebant, & ideo, si quis quærat, quare tantum eos Deus multiplicauit. Respondet Psal. d. Quod hoc non fecit Deus secundũ ipsorum merita: sed secundum suam altitudinem, & magnificentiam, sicut altum alta facere decet.

Circulus.
Téporalia.
Gregor. 2. mor. c. 4.
Filij hominum.

PSAL. XII.

150 *VSquequo, domine, obliuisceris me? in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me?*

De summa trinit. & fide cath. c. 1.

TItulus istius Psalmi est. *In finem psal. David.* Qui titulus patet ex pdictis. De materia verò historiali, per quem factus est ps. iste, dicunt doctores, q̃ iste psalm. factus est de quatuor regnis, quibus tribulati, & afflicti fuerunt Iudęi post morté ipsius Dauid. Quę ipse prænidens in spiritu, pro ipsorũ liberatione Deum exorabat. Primum fuit regnum Babyloniorum, quod destruxit ciuitaté Hierusalem & templum, & captiuauit populum sub Nabuchodonosor rege, vt habetur 4. Reg. 25. Secundum fuit regnum Assyriorum, quod captiuauit regnum Israel tempore Oseæ prophetæ: vt habetur 4. Reg. 18. Tertium fuit regnum Græcorum, per quod fuit positũ idolum abominationis in templo, & populus occisus, & compulsus ad idololatriã sub Antiocho rege: vt patet in lib. 1. Machabæorum 1. 2. & 6. cap. Quartum fuit regnum Romanorum, per quod fuit iterum templum destructum, & ciuitas, & populus occisus, captiuatus & venundatus per Titum, & Vespasianum imperatores. Et cótra istas captiuitates Iudæo-

Regnũ quadruplex.
Captiuitas Iudæorum.
Nota de ratione captiuitatis.

nitatis Iudæorum vsque ad finē mundi propter mortē Christi. Act. 1.

Iudæorum hic orat psalm. Et eius oratio sic fuit exaudita. Quod à prima captiuitate fuerunt liberati per Cyrum, qui remisit captiuitatem, dans eis licentiam ædicandi templū: vt patet. 1. Esdr. 1. A secunda fuerunt liberati per Dariū regem: sub quo consumptum est templum secundum: vt habetur. 1. Esdræ 6. A tertia fuerunt liberati per Machabæos: vt patet in libris Machabæorum. A quarta non debet liberari nisi in fine mundi per Christum, qui tunc in fine restituet regnum Israel: propter quod ipsum interrogabant apostoli dicentes Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Et de istis captiuitatibus, & liberationibus dicitur. Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam, quod sic exponitur, quod licet scelera tria per quæ incurrerūt tres primas captiuitates fuerint eis remissa, vt liberarentur, quartum tamen scelus, quod fuit Christi occisio, propter quod sunt in præsenti captiuitate, non remittetur eis, scilicet, ꝙ ab ista captiuitate liberentur vsq; adfinem mundi. Et secundum istas quatuor captiuitates Dauid Deo facit quatuor quæstiones. Et primò de vltima captiuitate, quæ durabit vsque in finem dicit. *Vsquequo obliuisceris me domine?* & respondet, *in finē.* quia, scilicet illa captiuitas vsque in finem durabit. Secundò quærit de captiuitate Babylonica. d. *Vsquequo auertis faciem tuā à me?* Auersa enim uidebatur facies Dei à populo suo, quando permisit Babylonios destruere templum, & ciuitatem, & captiuare populū. Tertiò quęrit de captiuitate Assyriorum. d. *Quandiu ponā consilia in anima mea, & dolorem in corde meo per diem?* id est, per singulos dies, vides populum tuum sic affligi per Assyrios. Quartò quærit de captiuitate Græcorum. d. *Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?* &c. s. Antiochus, qui fuit per superbiam ita elatus, vt videretur sibi ꝙ haberet pelagum ad iter agendum, & terram ad nauigandum. Hic enim populum Israel multum afflixit, & suppeditauit, quod præuidens Dauid. d. *Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?* Consequenter factis quæstionibus auxilium Dei inuocat d. *Respice in me, & exaudi me, domine Deus*, Illum enim respicit

Amos. 2.

2. Mach. 5.

Respicere. Exaudire.

A Deus, quem exaudit, & liberat: & ab illo auertit faciem suam, quem permittit cadere. Respice in me, & miserere mei: da imperiū puero tuo. s. populo tuo. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cō turbatus. Et in quo velit exaudiri, subdit. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte*, scilicet mortalis culpę & per consequens gehennæ, scilicet fractus impatientia, & desperatione sub tot aduersitatibus & tribulationibus. Et hoc est quod subdit, *Nequādo dicat inimicus meus, præualui aduersus eum*. Gloriatur enim diabolus, quando aduersus aliquē

Psal. 85. Psal. 29.

B præualet, ipsum superando per culpam, vt ipsum trahat ad gehennam. *Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero*. Omnia enim illa regna ad hoc tribulabant Iudæos, vt ipsos mouerent de terra sua. *Ego autem in misericordia tua speraui.* q. d. non in iustitia mea. Consequenter præuidens ꝙ ab vltima captiuitate solū per Christum in fine debet liberari. d. *Exultauit cor meum in salutari tuo*, scilicet in Christum. *Cantabo domino, qui bona tribuit mihi.* i. finaliter mihi tribuet bona gratię, & glorię. *Vsquequo, domine*, &c. Totus iste psal. agit de desiderio sanctorum

C patrum, quo desiderabant filium Dei nostram humanitatē assumere, vt à peccatis, & diabolo liberaret, vnde Psal. loquens in persona sanctorum patrū duo facit. Quia primò ipsorum exprimit desiderium, secundò ad hoc adimplendū Dei petit adiutorium. ibi. *Respice in me*, Circa primum tria facit. Quia primò Christi quærit incarnationem, secundò suam ostendit afflictionem. ibi, *Quandiu ponam consilia*, &c. tertiò hostis ponit elationē, ibi, *Vsquequo exaltabitur*. Quātum ergo ad primum Christi quærens, & desiderans aduentum. d. *Vsquequo, do-*

D *mine, obliuisceris me in finem?* V bi notandum, quod dupliciter hic nominat Christum, scilicet, quia dicit Christum finē, & faciem Dei. Vocatur enim Christus finis, non quidem consumptionis: sed consummationis, & perfectionis: quia in ipso est completa omnis virtus, & perfectio, in quantum enim Deus est, omnia perficit: sed in quantum homo, oī perfectione fuit perfectus, & sic erat principiū à quo oīa, & finis in quem oīa. Ego sum Alpha, & Omega, principium & finis,

Christus. Finis.

Apoc. 1. Rom. 9.

Alpha

Facies. Christi. Ioan. 17.

Alpha enim est prima Græcorum literæ & Omega, vltima. Sic enim & Apostolus finem dicit Christum. Finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti. Secundò Christus dicitur facies Dei: quia sicut per faciem cognoscitur homo, sic per Christũ Dei cognitio est nobis manifestata: de ipso.d. Pater, manifestaui nomen tuũ hominibus, &c. vnde de hac facie dr. Misericordia, & veritas præcedent faciẽ tuã. Vocatur ét Christus facies: quia sicut in facie solum omnis sensus continetur & in nulla alia parte corporis: quia facies per oculos videt, per aures audit, per nares odorat, per linguam gustat, & per tactum sentit: sic & Christus solus oẽs sensus spirituales.i. dona gratiarũ habuit, de quo dicit Gregor. Redemptor noster in carne veniens operationes septiformis spiritus simul in se iunctas, & manẽtes habuit, de quo dicitur, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini, de quo & Zach. ait. Super lapidem vnum septem oculi sunt. Nullus verò hominũ operationes spiritussancti omnes simul habuit nisi mediator Dei, & hominum: alius namq; prophetiã, alius virtutes, alius sciẽtiam, alius genera linguarum, alius interpretationem sermonum iuxta distributionem spiritussancti accepit: ad habenda verò cuncta eiusdem spiritus munera, nemo pertingit. At verò conditor nost r, infirma nostra recipiens, per diuinitatis suæ potentiã se similiter habere omnes spiritussancti virtutes docuit, &c. Et sic non immerito per faciem quæ omnes sensus corporis continet figuratur: vnde merito de ipso dicitur. Facies tua plena gratiarum. Hãc faciem.s. Christum pro gratia impetrãda postulabãt sacerdotes.d. Propter Dauid seruum tuum nõ auertas faciẽ Christi tui. Et vis videre, quantum gratiosa sit ista facies, quæ Christus dr, ét antequam nasceretur dicũt Hebræi, q cum sacerdotes transferrent arcam dñi &c. vide in illo versiculo. Propter Dauid serdum tuum non auer. fa. &c. Istam faciẽ. s. Christi incarnationẽ desiderabant an-

Psal. 88. Gregor. 29. mor. c. 30. Esaia 11. Zach. 3. Hester. 16. Psal. 111.

E tiqui.d. Ostende nobis dñe faciem tuam & salui erimus, & Iob conquerendo dicebat. Cur faciem tuam abscondis &c. De Christi ergo incarnatione ostendẽs Psal. sanctorum desiderium per modum querelæ Deo dicit. *Vsquequo* dñe, &c. Et est sensus. Vsquequo dñe tardabis me ducere in finẽ.i. in Christũ incarnandũ. Et idem sub alijs verbis repetit.d. *Vsque quo auertis faciem tuam à me?* i. non mihi ostẽdis Christũ incarnatũ? De ista Christi facie nota, q ab ista facie manat radius oĩs sapientiæ. Facies eius, sicut sol lucet in virtute sua. Manat fluuius oĩs gratiæ.

F Facies tua plena gratiarum. Manat salus oĩs conualescentiæ. Psal. Ostende faciẽ tuam, & salui erimus. Gen. 32. Vidi dominum facie ad faciem &, salua, &c. Manat fructus oĩs fęlicitatis & lętitię. Ostẽde mihi faciem tuam. Rñdit. Ego ostendam tibi omne bonũ. Et cũ istis non obstantibus, hæc facies fuit in passione deturpata per conspuitionem. Faciem meã conspuere non verentur. Expuerunt in faciẽ eius. Velata per irrisionẽ. Cęperũt cõspuere in eũ, & velare faciẽ eius. Percussa per flagellationẽ, Alapas dederũt in faciẽ eius. Et oĩa ista ad patientiã ducũt.

Psal. 75. Iob 13. Incarnatio. Facies Christi. Apoc. 1. Hester. 1. Gene. 32. Exo. 33. Tob. 30. Matth. 26. Matth. 26. Mar. 14.

G *Quãdiu ponam consilia in anima mea dolorem in corde meo per diem?*

151 De pæ. d. 1. serpens. Consilium.

Consequenter hic ex dilatione incarnationis Christi suam ostendit anxietatem & dolorem. Vbi nota q consilium qñq; accipitur pro bona operatione, per quã aliquis alteri cõsuluit bene operari. Sicut enim efficacius quis docetur exemplis quàm verbis, sic & cõsimiliter efficacius est consilium sanctis operibus datum & exemplis quam solis verbis. Et hinc est, q quilibet benefaciẽs suis operibus cõsulit proximo benefacere.

H Et ex hoc bona operatio, quæ per manus significatur, consiliũ in scriptura dr, vnde Prouerb. 31. de forti muliere dr. Operata est cõsilium manuum suarum. Et ideo quia præ oĩbus alijs Christus suis operibus bonis & exẽplis nobis benefacere consuluit, ipse cõsilium nostrũ dr. Sic.n. de Christo dixit Gamaliel sub noĩe consilij. Si ex hominibus est hoc cõsilium.s. Christus: dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis illud dissoluere. Item notandum q istud cõsilium, quod

Christus. Act. 5.

est Christus qñq; habetur solum in mē A te per desiderium, qñque verò etiam extra per præsentiam corporalem. Sancti ergo patres, qui Christum futurum esse sciebant, & ipsum præsentialiter videre desiderabant, ipsum habebant intus in mente, sed non in exteriori præsentia. Et quia desideriū ex dilatione rei desideratæ affligit mentē: ideo ex tali ardenti desiderio affligebantur: quia Spes, quæ differtur affligit aïam. Sic ergo Psal. ostēdens sanctorum desideriū de Christo incarnādo, in persona ipsorum loquitur, d. *Quandiu ponam consilia in anima mea*, q.d. Quādiu habebo Christū incarnandū solum in mente per desideriū, & nō præsentiam corporalē, affligar. Et sic *ponam dolorem in corde meo per diem*. i. per singulos dies. Et istum intellectū habet magister in gl. d. Magna anxietas est cōcupiscere, & desiderare bonū, & diutius expectare, quia tunc crescit desiderium in dolorem: quia spes. quæ differtur, affligit animam. Et attende, q Christum vocat consilia in plurali propter pluralitatem sanctorum operum & exemplorum, quibus nobis consulit.

Prouer. 13.

152

7. q. cū percussio.

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me domine Deus meus. C

Matth. 13. Inimicus idololatria. Diabolus Exaltare. Ioan. 12.

CONsequēter hic ex dilatione incarnationis hostis ponit elationē. Vnde nota q inimici nomine diabolus intelligitur. Inimicus, qui super seminauit zizania, est diabolus. Iste ante Christi incarnationē in mundo exaltabatur, quia quasi vbique per idololatriā colebatur; vnde & mundi princeps appellabatur; qui tñ per aduentum Christi depositus fuit, & subiugatus, Christo dicente Do- D lens ergo propheta diabolū supra hies exaltari, ac dñari, anxiè à Deo quærit *Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?* Et loquitur in persona humani generis. q.d. Tam diu exaltabitur, quandiu differs incarnationem. Vnde magister in gl. Hoc ideo dicit: quia ante Christi aduentū diabolus captiuos tenebat hoïes, quia ante Christi aduentū nullus plenè ei resistere poterat, vnde ipse elatus dicebat. Super astra cœli exaltabo solium meum, quia etiam quādoque iustos superabat. *Respice, & exaudi me domine Deus meus.* Hæc est secunda pars principalis, in qua postquam suum expressit desideriū, nunc Dei postulat adiutoriū, secūdò incarnationis explicat beneficiū ibi. *Illumina oculos meos.* Quantū ad primū dicit. *Respice in me*, &c. Quid.n. hoc loco est respicere Dei super hoiem, nisi filiū in carne ad hoïes mittere? Sic.n. respicere pro Incarnatione. Psal. accipiebat.d. De cęlo respexit dñs: & vidit oēs filios hoïum, vbi glo. De cœlo respexit dñs, in aduentu filij sui. Et vidit misericorditer non peccata à quibus auertit B faciem, sed omnes filios hoïum. s. omnes qui in nouam vitam volunt renasci pertinentes ad filium hominis. Et nota q iste respectus incarnationis est respectus sapientiæ cognoscentis omnia: quia omnia nuda sunt. & aperta oculis Christi in carnati, vnde Iob, Omnia, quæ sub cœlo sunt, respicit. Respectus iustitiæ punientis crimina, Respexit dominus super castra Aegyptiorum, & interfecit exercitum eorum. Respectus clementiæ conferentis commoda. Ad quem resp ciam, nisi ad humilem, & trementem sermones meos? Illo respectu misericordia respexit Virginem Mariā: quæ. d. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc, &c. Et isto respectu per incarnationem se nunc respici Psal. postulat, dicens. *Respice in me, & miserere mei.*

Esa. 14.

Respicere Dei. Psal. 33. incarnatio Dei.

Iob 29. Hebr. 4. Exod. 14. Esa. 67.

Illumina oculos meos, ne vnquàm obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, præualui aduersum eum.

Luc. 1. 153 16. q. 2. Visis.

OStendit hic incarnationis beneficium: quia scilicet per illam beatificamur, Vbi notandum quòd beatitudo est duplex, scilicet viæ & patriæ, & spei, & rei. Et sic conformantur adinuicem; quia præmijs patriæ correspondent merita viæ. Præmia autem consistunt in tribus scilicet in clara diuinitatis cognitione. Hæc est vita æterna, &c. In certa æternitatis duratione. Ibunt iusti in vitam æternam. In sancta voluntatis dilectione. Conformiter & merita viæ consistunt in cognitione credendorum, quam charitas perficit,

Beatitudo duplex, scilicet via; & patria. Ioan. 17. Matth. 25.

cit, quæ omnia facit verbi incarnatio. E Et ista pars diuiditur in tres. Quia primò postulatur cognitio credendorum. Secundò stabilitas agendorũ. ibi. *Qui tribulant me.* Tertiò exultatio interiorum. *Exultabit cor meum.* Quantũ ergo ad primũ petit illuminari per fidẽ. d. *Illumina oculos meos.* s. interiores vt. s. perfectè credã quæ sunt fidei: Christus. n. est illa vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Qui de seipso. d. Ego sum lux mundi &c. Sic enim Christus oriens ex alto venit illuminare iis, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent. Nonne quasi totus mundus in tenebris positus erat, qui idola pro vero Deo colebat? Sed oculos hominum tunc illuminauit, qñ ad dissipãdum cultum idolorum, filium misit in carnem. Quod nũc postulat Psal. d. *Illumina oculos meos.* Et ad quid? *Ne vnquam obdormiam morte.* s. peccati: quia quilibet lumine fidei carens, spiritualiter mortuus iacet. Et ideo diabolus maximè conatur lumen fidei tollere: vt, illo amoto hominem ad libitum per errores ducere possit, & præualere. Et hoc timens Psal. d. *Nequando dicat inimicus meus præualui aduersus eum.* Dicit ergo *illumina oculos*, &c. s. cordis, ne infidelitatis peccato claudantur. Oculi enim, vt dicit gl. obdormiunt in morte: quando lumine fidei sepulto, clauduntur.

Illuminare. Christi incarnatio. Ioan. 1. Ioan. 8. Luca 1.

154 *Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.*

Perseuerantia.

HIc consequenter quærit stabilitatem perseuerãtiæ. s. ne cadat a virtute. Inter omnes virtutes, quas odit diabolus, est perseuerãtia in bono: quia sine perseuerantia nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Et ideo ipsam, quãtũ potest conatur dissipare: & de ipsius dissipatione gaudet. Et hoc est, quod dicit, *Qui tribulant me.* s. diaboli, & angeli eius, *exultabunt si motus fuero.* s. à bono proposito. Sed quis istum motum magis superat quam Christi incarnatio, qui diabolum sic ligauit, vt à bono proposito nos inuitos mouere non possit? Et ideo subdit. d. *Ego aũt in misericordia tua speraui.* Qualiter autem Christus incarnatus nobis dat stabilitatem: ne à proposito bono moueamur, ostẽdit magister. Quia diabolus victus à sanctis hominibus, amplius alium de eodem vitio superare non potest: Ideo Christus incarnatus ab ipso de tribus principalioribus peccatis voluit tentari: vt de ipsis alium amplius tentare non posset: sic debilitans hostẽ fortificat suos, & hoc est, ꝙ dicit Psalm. *Ego autem in misericordia tua speraui.* Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua, domine, adiuuabit me. Alia litera habet. *Qui tribulant me, exultabunt, si* F *mortuus fuero*, & in idem redit, quia qui stabilitatẽ fidei perdit, moritur spiritualiter. Sed prima litera communior est.

Magister li. 2. dis. 6. Psal. 43.

Exultabit cor meum in salutari tuo cãtabo domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini domini altissimi. 155

HIc consequenter quærit exultationem internorum, qua scilicet plaudere desiderat de Christi incarnatione. Christus. n. quia saluatór noster est, ideo salutare dicitur. Viderunt oculi G mei salutare tuũ. Et in isto salutari, ꝙ est Christus, omnis nostra lætitia est ponẽda. Exemplo gloriosæ virginis, quæ ait. Exultet spiritus meus in Deo. Sic & nũc conformiter Psal. in hoc salutari exultat. d. *Exultabit cor meum in salutari tuo.* Sicut. n. non potest homo duobus dominis seruire, sic nemo potest in sæculo exultari, & in Christo salutari, quia amicus huius mundi, inimicus Dei reputabitur. Multum enim inter se hæ exultationes, & gaudia differunt, suntque contraria, nec possunt simul esse. Sæculi namq; lætitia est impunita nequitia, vagari in H spectaculis, ebriositate ingurgitari, turpitudine fœtere, & nihil mali pati. Sed in salutari, exultatio est carnem domare, nequitiam impunitam non relinquere, tota mente in Deum consurgere, mala pati & mala non reddere. Primi lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Secundi autem in domino, de quibus dicitur. Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio: Et quia talis exultatio etiam per signa exteriora demonstratur: ideo subdit, *Cantabo*

Salutare. Luca 2. Luca 1. Exultatio. Lætitia. Psal. 32.

tabo domino, qui bona tribuit mihi, s. bona gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. *Et psallã nomini domini altissimi*, Et est sensus. Cantabo, & psallã nomini tuo altissime, id est, cũ gaudio gratias agã corde, & opere. Si ergo iste tantũ desiderat Christũ venturum, sic famulatur: quid faciendũ nobis est, iam Christo incarnato, & suscepto? vtique eidem famulandũ est, secundum illud. Seruite domino in more & exultate ei cum tremore. Et istam exultationem facit charitas, quia vt dicitur. Charitas congaudet veritati, scilicet quæ Christus est.

Psal. 2.

PSAL. XIII.

156 **D***ixit insipiens in corde suo, non est Deus.*

CHRISTVS psal. titulus est. *In finem Psal. David.* Et patet expositio ex supra dictis. Iste Psal. historialiter exponitur de Nabuchodonosor rege Babylonis: qui blasphemauit Deũ Israel verbo, & facto, q̃ s. iussit incendi templum Dei per Nabuzardam: quod non fecisset, si Deum verum reputasset. Et sic in isto psal. ẽt quo ad literam Dauid prophetice de futuro loquitur tanquam de præterito. Et secundum hoc iste psal. dicitur, &c. Dic vt Nic. de Ly. Dixit insipiens, &c. Iste psal. vult redarguere Iudæorũ insipientiam, q̃m vt in præcedenti psal. patuit, antiqui patres Iudæorum cũ magno desiderio & deuotione expectabãt Christum in lege eis promissum & ipsum videre: propter quod, & Christus dicebat. Multi reges, & prophetę voluerunt videre q̃ vos videtis, &c. Sed q̃ñ Christus venit, Iudęi ipsum spreuerunt, & Deũ esse negauerũt, sibi dicẽtes illud, Nõ de bono &c. sed q̃ tu hõ sis, teipsum Deũ facis. Ideo propheta hic increpat insipientiã Iudæorum, & duritiam, quia Christo præsenti, quem ante optauerant, non crediderunt: primò ipsum negauerunt. Et sic tota intentio Psal. est confutare Iudæos Christi contemptores. Et ad istum intellectum Psalm. iste diuiditur in partes tres; quia ponitur

15. q. 1. c. 1.
4. Reg. 25.
Luc. 10.
Ioan. 8.

A primò debita Iudæorum increpatio, secundò adhibitã Iudæorum condemnatio. ibi. *Nonne scient omnes*, tertiò finalis Iudæorũ reuersio, siue conuersio. ibi. *Quis dabit ex Sion*. Quantum ad primũ notandum, q̃ de multis malis hic Iudæi increpantur. s. quia erga Christũ multipliciter mali fuerunt. Et ponitur primo ipsorum execrabilis stultitia. s. quia *Dixit insipiens*, &c. secundò ipsorum abominabilis idolatria. *Quia corrupti sunt*, &c. tertiò ipsorũ ingrata resistentia. *Quia dominus de cęlo prospexit*, quartò ipsorum adulãs & fętida fallacia, *Quia sepulchrũ*

B *patens*, &c quintò ipsorũ crudelis & per sequens sæuitia. *Quia quorum os maledictione*, sextò ex prædictis concluditur eorũ condigna miseria. *Quia contritio, & infœlicitas*. Quantum ergo ad primum ponitur ipsius populi Iudæorum execrabilis stultitia, vnde de illo proposito præmittit. d. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus*. Non quòd Iudæi negarent Deũ esse: cum scriptum sit. Notus in Iudæa Deus, Et ẽt ipsi Christo dicebãt. Nos ex fornicatione nati non sumus: vnũ patrẽ habemus Deũ: sed q̃a negabãt Christũ, quẽ hoĩem videbant, esse Deũ. *Et sic di*

C *xit insipiens*. s. Iudæorũ populus, *in corde suo, non est Deus*. i. hic homo non est Deus. Sed hic dubiũ est, vtrum Iudæi cognouerunt Christum esse verum Deũ. Et vr̃ q̃ sic, teste Christo de eis parabolicè. d. Quod agricolæ videntes filium patris familias dixerunt. Hic est hæres, venite occidamus eum, &c. Quod exponens Hiero. ait, per hoc manifestè dñs probat Iudæorũ principes non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Intellexerunt enim illum esse, cui pater per prophetam d. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem

D tuam. Hæreditas quippe filio sancta ecclesia data est: quam non moriens pater reliquit, sed ipse sua morte moraliter acquisiuit. Ad oppositũ est Petrus Apostolus. d. Iesum, quẽ vos interemistis, &c. nunc scio, fratres, quòd per ignorantiã fecistis, sicut & principes vestri, &c. Itẽ Apostolus ait. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Respondet glo. super prædicto verbo. Si enim cognouissent, &c. d. Iudæorũ quidam cognouerunt Christum, alij

Psal. 75.
Ioan. 8.
Quæst.
Matth. 21.
Psal. 2.
Actuum. 3.
1. Cor. 2.
Respons.

alij vero non cognouerunt. De ignorantibus dicit Petrus, Scio fratres quod pec ignorantiam fecistis. Isti enim non cognouerunt illum esse qui in lege promissum fuerat. Maiores verò, vt scribæ, & Pharisæi, & principes Sacerdotum cognouerunt ipsum esse, qui in lege promissus fuerat: Sed ipsum esse Deum, vel Dei filium nescierunt: ideo de vtrisque sic accipi potest. Si cognouissent minores illum esse messiam, in lege promissum, vel maiores illum esse Deum, vel Dei filium, nunquam dominum gloriæ crucifixissent: non. n. hoc facerent si Deum esse scirent. Si enim dæmones Deum factum esse hominem non intellexerunt: quanto magis homines? Nō igitur illum scierunt, aliter dæmones, & aliter principes. Sciebant enim esse illum, qui promissus erat in lege non tamen mysterium eius, quòd filius Dei erat ab æterno sciebant, nec sacramentum incarnationis passionis & redemptionis. Quod ergo in Euangelio clamant dæmones. Quid nobis, & tibi, fili Dei summi? magis ex suspicione, quam ex cognitione dixisse credendi sunt. Et, si dicas si ignoranter ipsum occiderunt ergo mortaliter non peccauerunt. Respondeo, quod istorum ignorantia non fuit inuincibilis, sed voluntaria: a principio enim scierunt ipsum esse verum Dei filiū, vt patet per propheciā quam allegauerunt Herodi. Et tu, Bethleē terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Sequitur. Et egressus eius à diebus æternitatis, sed hoc Herodi dicere noluerunt, ne ab ipsius persecutione cessaret, timentes se per eum reprehendendos. Cognouerunt ergo eum esse verum Dei filium à principio: sed postea, quando cæpit prædicare, & eorum vitia corrigere, ipsi contra ipsum inuidia concitati fuerunt, & ira. Et sic ipsorum cognitio per inuidiā fuit obnubilata, vt amplius non aduerterent ipsum esse Deum. Et per istum modum de illo populo saltem quo ad maiores hic dicit Psal. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.*

Obiect.

Respon.

Matth. 2.

E *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis: non est, qui faciat bonum nō est vsq; ad vnum.* 157

HIc consequenter reprehenditur ipsorum abominabilis idolatria. Vbi notandū, quod sicut corruptio luxuriæ vastat, & perdit corpora, sic & idololatria corrumpit animas. Vnde & ipsa idololatria quædam spiritualis fornicatio dicitur. Reliquerunt Deū & fornicati sunt post Deos populorū terræ. Vnde dicit canon, quod fornicatio est duplex. s. carnis, & idololatriæ. Quia ergo Iudæi proni F erāt ad idololatriā vt patuit de Salomone, qui amore mulierū alienigenarū captus, templa idolis fabricauit: & sic de multis alijs: vt patet per totum librum Reg. ideo de hoc increpans Ps. d. *corrupti sunt.* s. per fornicationē idololatriæ. *Et abominabiles facti sunt in studijs suis.* Per studia hic intellige ipsorū affectiones: quibus plus mundum quam Deū amabant, & ideo faciliter recedebāt à Deo: & sic relicto Deo, abominabiles erant alijs nationibus. Vnde de Iudæis ad literam dr. Ipsi intrauerunt ad Belphegor, & abominabiles facti sunt sicut ea, quæ G dilexerunt. O Deus quot sunt hodie, qui sub Christianitatis nomine idola colentes, abominabiles sunt effecti tā Deo quam hominibus. Quilibet. n. illud colit, quod plus diligit, & adorat: vt puta. Superbus colit idolū mundanæ potestatis, Auarus idolum pecuniæ. Lubricus effigiē mulieris, & sic de alijs. Et de talibus dicit Apostolus. Cōfitentur verbis se nosse Deū factis autem negant: cum sint abominati, & incredibiles & ad omne opus bonū reprobi, & hoc est, quod de talibus sequitur. *Non est qui faciat bonum: non est vsque ad vnum.* Hoc aūt, quod H hic dr in isto versu. *Non est vsque ad vnū* non hr in hebreo nec in trāslatione Hieron. iuxta hebraicā veritatē: sed benè hr in versiculo alio sequenti: fuit ergo hic appositū, nescio à quo, tn sic exponitur. *Non est qui faciat bonum,* s. meritorium: quāuis aliqua bona de genere et idololatriæ facient: sed quia sine fide bonum meritoriū nullus facere potest: quia fides maximè tendit in Christum, qui vnicus patris dr, Ideo sine isto vno. i. sine Christi fide nullus bonum facere potest.

Luxuria Fornicat. duplex.

1. Para. 5.

28. q. non solum.

Osee. 9.

Idolum. Superbi. Auari. Luxuriosi.

Ad Titum.

Negari Deum.

Non

Non est ergo, qui faciat bonum: non est vsque ad vnum, idest vsq; ad fidē vnius. Vel aliter. Quia omnes gentes erāt idolatræ, excepto populo Iudæorū, in quo semper aliqui fideles, & boni fuerunt. Ideo de omnibus gentibus dicit. *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*, scilicet populum vnum Iudæorum.

158 *Dominus de cælo prospexit super filios hominum vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum.*

HIc tertiò consequenter improbatur ipsorum ingrata resistentia. Vbi nota, φ per cælum intelligitur humana natura à verbo assumpta, per quā oculo suo misericordiæ respexit super filios hominum, s. Iudæos, qui homines, idest, ratione vtentes patres habuerūt. Et de isto cælo dr. Dominus in cælo parauit sedem suam, idest, in humanitate Christi in qua inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ad quid respexit super filios hominū? Certè *vt videat si est intelligēs, aut requirens Deum*, idest, vt videri faciat, siquis intelligit eor de Deum esse in homine, aut requirat Deum, scilicet sequendo eius mandata. Ad hoc enim venit filius Dei, vt crederetur verus Deus, & verus homo, vt per talem fidem saluaremur. Et tamen audi Iudæorum ingratam resistentiam, quia sequitur.

Psal. 103.

159 *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonū, non est vsque ad vnum.*

DEclinauerunt. s. à mādatis eius illa contemnēdo, quia non in Deum, sed in terrenis rebus corda sua declinabant. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Vnde de ipsorum declinatione dr. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam à summo vsq; ad nouissimū. Et quia sine obseruatione mandatorum Dei cætera sunt inutilia, *Ideo quia omnes declinauerunt*, s. à diuinis mandatis, ideo omnes inutiles facti sunt, &c. vt prius. Et si dicas. Nonne in populo Iudæorum aliqui erant non declinantes in mādatis Christi? Dico quòd sic sed quia tam pauci

Psal. 16. *Esaia. 56.* *Declinare.*

A erant respectu malorum, ideo non ponuntur in numerum.

160 *Sepulchrum patēs est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum.*

HIc quartò consequenter increpatur ipsorum fœtida, & adulans fallacia. Hic primò notandum φ isti tres versus sequentes, vsque ibi. *Nonne sciet*, non habentur in hebræo: ideo non videntur facti à Dauid, sed ab alio additi, in cuius signum, infra vbi est psal. repe-B titur. s. psal. 52. Dixit insipiens, isti tres versus non habentur. Et, si dicas contra, quia isti tres versus recitantur ab Apostolo contra Iudæos, vbi dicit. Non est iustus quisquā, non est intelligens Deū, Omnes declinauerunt, &c. Sepulchrū patens, &c. vsque ibi. Non est timor Dei ante oculos eorum. Dicitur, quòd Apostolus istos tres versiculos confecit contra Iudæos: ex sententia multorum aliorum psal. Ipsos ergo inserendo huic Psal. sicut textus communis habet, exponam. Notandum ergo vt superius dictum est Psal. 5. quòd sicut sepulchrum C patens fœtores emittit, quibus alios inficit, sic & guttur Iudæorum verba fœtida & falsa contra Christum emittebāt, vt alios contra Christum animarent & inficerent, vt puta cū Christo dicebāt, Samaritanus es tu & dæmonium habes. Hic est publicanorum & peccatorum amicus. Et sic contra Christum linguis dolosè agebant. Vel aliter, Notandū, quòd Iudæi dupliciter Christum persequebantur, scilicet apertè, & occultè. Apertè, scilicet per manifestas iniurias, vt quando apertè tulerunt lapides vt iacerent in eum: & quantum ad hoc D comparantur sepulchro patenti, quia patenter fœtorem suarum malarum voluntatum emittebant, & quantum ad hoc de ipsis dicitur, pharetra eius quasi sepulchrum patens. Occultè etiam ipsum persequebantur: vt puta. Quando collegerunt pontifices, & Pharisæi concilium dicētes, quid facimus, &c. Et quantum ad hoc subditur, *quod linguis suis dolosè agebant*, quia scilicet vnum verbis prætendebant, & oppositum gerebant in corde. Et de tali quolibet dicit.

Rom. 3. *Matth. 9.* *Persecutio Iudæi Christum.* *Ioan. 8.* *Hier. 5.* *Ioan. 11.* *Psal. 51.*

G Tota

Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Ideo subdit. *Venenum aspidum sub labijs eorum.* Aspis.n.aures claudit, ne vocẽ audiat incantantis: cuius venenũ est mortiferũ. Sic & isti aure cordis pcepta Christi audire nolebant: & sub labijs, i. occultè venenũ mortiferũ contra Christũ, i. intentionẽ mortiferã habebant. Quod ideo dr̃, quia isti erga Christũ qñq; mel gerebant in ore, sed venenum in corde: vt qñ ei dixerunt. Magister scimus, quia verax es, &c. Vnde de Iudæis ad literam dicitur, Fel Draconum vinum eorũ, venenum aspidum, & insanabile.

Aspis. — *Math. 22.* — *Deut. 33.*

161 *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.*

HIc quintò consequẽter increpatur eorũ crudelis sæuitia. Erant.n. crudeles contra Christũ duobus modis, s. verbis iniuriosis, & factis ipsum persequendo, & quantum ad verba iniuriosa. d. *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est*, Glo. i. opprobrijs, & blasphemijs: vt puta qñ existenti in cruce dicebant, Alios saluos fecit, &c. Et si filius Dei es descende de cruce, &c. Quantum verò ad facta, quibus eũ persequebãtur: subdit. *Veloces pedes eorum*, &c. Per pedes intellige affectiones, & vota eorum. quæ oĩa erant velocissima, i. prompta ad effusionem Christi sanguinis, & eius fideliũ. Ideo veloces, i. assueti. Et nota triplicem velocitatem malam, qua isti cõtra Christum veloces fuerunt, s. Est velocitas turbationis & iracudiæ. Ne sis velox ad irascendum: ira.n. in sinu stulti requiescit. Velocitas locutionis indebitæ, Vidisti hominem velocem ad loquendum: stultitia magis sperãda est, quam correctio. Velocitas persecutionis & sæuitiæ, de qua hic dicitur. *Quod veloces sunt pedes eorum ad effundendum sanguinem.*

Velocitas triplex. — *Eccles. 7.* — *Prouer. 29.*

162 *Contritio & infœlicitas in vijs eorũ: & viã pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum.*

3. q. 2. accusatores.

HIc sextò cõsequenter ex prædictis concluditur eorum condigna miseria. Vbi primò notandum, ꝙ contritio vel conteri aliquando idem est quod pœnitere: & sic dicitur. Qui sanat contritos corde. Et sic non accipitur hic. Quãdoque verò idem est, quod confringi sine comminui: & sic dicebat Christus, qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, super quem verò ceciderit conteret eum. Quod exponit Augus. in, de verbis domini de contritione pœnæ. Et sic accipitur hic contritio: quia taliter ipsi Iudæi in præsenti vita erant conterendi, vt amplius reædificari nõ possent propter eorum superbiam contra Christum, de quibus dicitur. Eleuati sunt ad modicum & non subsistent: & sicut summitates spicarum conterentur. Per infelicitatem verò, quæ directè opponitur sanctorum fœlicitati, æternam damnationem accipe. Infœlices supra modum animæ suæ. Dicens ergo. *Contritio & infœlicitas in vijs eorum.* vult dicere, quòd vijs eorum, idest, operibus correspõdet contritio pœnæ temporalis, & infœlicitas æternæ damnationis, vnde contriti fuerunt temporaliter & dissipati per Titum, & Vespasianum: sed infœlices erunt per vltimum iudicium. Et causam tantæ pœnæ subdit. *Quia viam pacis non cognouerunt*, idest, quia ipsum Christũ noluerunt cognoscere, qui est via, ueritas, & uita. Deinde subdit causam, quare nõ cognouerunt uiam pacis. *Quia non est timor Dei ante oculos eorum.* Sine timore domini nullus potest iustificari. Et sine iustitia nullus uiã pacis cognoscere potest. Quia non est pax impijs.

Contritio. — *Psal. 102.* — *Matth. 21.* — *Iob 25.* — *Sap. 15.* — *Ioan. 14.* — *Eccles. 1.* — *Esa. 48.*

163 *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam, sicut escam panis?*

24. q. 1. quia.

HIc est secunda pars principalis: in qua ponitur iusta Iudæorum condemnatio. Et duo facit, quia primò ponitur eorum punitio, secundò punitionis ratio. ibi, *Dominum nõ inuocauerunt.* Quantum ad primum sciendum, quòd, sicut culpa oculum mentis excæcat, sic pœna sequens ipsum aperit, ut dicit Gregor. Ideo illi qui noluerunt cognoscere Deum uiuendo uitiosè, ipsum cognoscent in pœnis iustum, & ultorem. Et hoc est quod dicit. *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem?* quasi dicat,

Culpa. — *Pœna.* — *Oculus.* — *Gregor. 7. mor. c. 7.*

erat, cognoscent tunc Deum punitorem A qui modo nolunt eum cognoscere, misericordem. Et statim peccatum omnium prædictorum refert ad maiores principes & prælatos. d. *Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis*. Maiores enim, & prælati deuorant plebem duobus modis, scilicet subditos malis exemplis corrumpendo, & ipsorum bona auferendo. Quantum ad primum dicit, *Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatē?* quasi dicat, imo cognoscent, quia prælati, & maiores tot mortibus sunt digni, quot ad subditos perditionis exempla transmittunt. Quantum ad secundum dicit. *Qui deuorant plebem, &c.* Deuorāt enim plebem dominicam, qui sumptus à subditis quærunt. Sed debitum subditis curæ officium non impendunt: quod ostēdit Greg. super illo verbo Iob 31. Si comedi fructus eius fructus absque pecunia. d. Fructus terræ absque pecunia comedere est ex ecclesia sumptus accipere: sed eidem ecclesiæ prædicationis officium non præbere. Vnde terræ fructus absque pecunia comedit, qui ecclesiastica commoda ad vsum corporis percipit, sed exhortationis officium subditis non impendit. Et sequitur. Quid ad hæc nos C pastores dicimus, qui aduentum districti iudicis recurrentes, officium quidē præconis suscipimus, sed alimenta ecclesiastica muti manducamus: exigimus, quod nostro debetur corpori: sed non impendimus, ꝙ subditorū debetur cordi, &c. Illi ergo deuorant plebē, qui bona plebis accipiunt, sed pretium bonorū non soluunt. Et non cogitant tales superiores illud quod scribitur. Decimas, quas deuorauit, euomet: quia scilicet pro illis punietur æternaliter.

Prælatus.
Subditus.
11.q.3.præcipue.
Grego.22. mor.c.23.
Iob 20.

164 *Dominum non inuocauerunt: illic tre-* D *pidauerunt timore, vbi non erat timor.*

Hic redditur ratio talis punitionis, duplex enim est causa damnationis Iudæorum. Prima amor mundanorum: Secunda despectio supernorum, ibi. *Quoniam dominus in generatione iusta est*. Quantum ad primum, quòd Iudæi plus temporalia amabant quā æterna: & ideo plus timebāt terrenis priuari, quàm cœlestibus: sed quia de terrenorum perditione non debemus timere, sed de cœlestium, ideo *trepidauerunt timore vbi non erat timor*, scilicet habendus. Et hoc est quod ait gloss. *Dominum non inuocauerunt*: non enim Deum verè inuocat, qui displicentia Deo amat. Isti autem terrena supra æterna amabant: ideo trepidauerunt timore vbi non erat timor. Timuerunt enim perdere terrenum regnum, vbi non erat timendum, Et non timuerunt perdere cœlum, vbi timendum erat.

Tēporalia.

B *Quoniam dominus in generatione iusta est: consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est.* 165

Ponitur hic ipsorū despectio supernorum. Isti enim despexerunt Christum pauperem, & eius legem, ponentes magis spem in temporalibus quam in Christo, & eius doctrina. Et hoc est, quòd dicit. *Quoniam dominus in generatione iusta est*. supple, sed non in vobis, quia iusti non estis, quia despexistis iustum Christum. Ideo illi populo dicit, quod sequitur. *Consilium inopis confudistis*, idest, Christi consilium recipere noluistis, qui ad vos liberādos venerat. Et secundum glossam hoc cum admiratione debet legi. *Quoniam dominus spes eius est*. Consilium enim Christi pauperis erat, spem in Deo non in temporalibus ponere. Et hoc consilium isti cōfuderunt, spem in temporalibus magis quam in Deo ponentes. Vnde de illo Iudæorum populo dicitur. Ecce homo, qui nō posuit Deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.

Psal.51.

D *Quis dabit ex Sion salutare Israel: cum auerterit dominus captiuitatē plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.* 166

Haec est tertia pars principalis, in qua ponitur Iudæorum finalis ad Deum conuersio. In fine enim mundi Christus sua virtute cōuertet populum Iudaicum ad veram suam fidem. Quod nullus alius propheta vel ex Iudæis natus facere potest: quē tamen & eius consilium

Iudæorum. Conuersio.

filium ipsi modo despiciunt, & hoc est quod dicit. *Quis dabit ex Sion salutare Israel*, idest, quis alius ex Sion, idest, ex Iudæis procedens. *Dabit salutare Israel*, id est, saluabit finaliter, Iudæos subaudi, nisi ille pauper Christus, cuius consiliũ confudistis? Quia *cum conuerterit captiuitatem* Israel: quia, scilicet modo Israelitæ sub potestate diaboli captiui tenẽtur propter infidelitatem: sed cũ in fine conuerterit eos ad fidem, tunc *exultabit Iacob, & lætabitur Israel*. Exultabit Iacob supplantator: quia, sicut illi fuerũt à diabolo supplantati: sic per fidẽ ipsum supplantabũt. *Lætabitur Israel*, quia Deum facie tenus postea videbunt. Sic enim adimplebitur, quod dicitur. Lætetur Israel in eo, qui fecit eum.

Psal. 149.

PSAL. XIV.

167 **D***omine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo.*

ISTIUS Psal. titulus est *Psalmus Dauid*. Patet expositio ex præmissis superius multis. Iste psal. non est historialis, sed totaliter morũ instructorius. Vbi notandum, quod, vt habetur Deut. 12. & pluribus alijs locis promisit dominus filijs Israel, quod, si obseruarent præcepta domini, & facerent quod rectum, & iustum est, & à malo declinarent, quod ipsi in pace habitarẽt terram promissionis: & nullus per circuitũ eis noceret. Si autem facerent oppositum quod eos expelleret de terra, & inimici ipsorum ipsos superarent. Verum, quia maius est habitare in templo, & in sorte domini, quam sit habitare generaliter in terra: quia tẽplo maior reuerentia debetur, quam reliquæ terræ, quæ templi habitatio maximè ad sacerdotes, & clerũ pertinet. Ideo in hoc vult Psal. ostendere quas conditiones clerici & sacerdotes debent habere, si dignè in tabernaculo ecclesiæ habitare volunt, & seruire Deo, per hoc volens ostendere, quòd isti maioris perfectionis esse debent, quam cæteri homines, sicut maioris sunt dignitatis. Et secundum hoc Psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primò Dauid circa prædicta mouet quæstionem, secundò ponit quæstionis solutionem, ibi. *Qui ingreditur sine macula*, tertiò ex prædictis ponit intentam conclusionem. ibi, *Qui facit hæc*. Dic vt Nicol. de Ly. *Domine quis habitabit*, &c. Notandum quod duplex est ecclesia, scilicet militãs & triũphans. Militans est in via, sed triumphans in patria. In præsenti autẽ ecclesia sunt semper mixti boni cum malis, & mali cum bonis: hoc ideo vt bonorum merita per malitiam crescant malorum, vt ostendit Greg. d. Abel esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Sic & in tritura areę grana sub paleis premũtur: sic flores inter spinas prodeunt, & rosa quæ crescit cum spina, quæ pungit. Sic & bonis semper permixti sunt mali. Duos namque filios habuit primus homo: sed vnus electus, alter reprobus fuit. Tres quoque filios arca Noe continuit, sed duobus in humilitate persistentibus, vnus ad patris irrisionem ruit. Duos Abraham filios habuit. sed vnus innocens, alter verò fratris persecutor fuit. Duos quoque filios Isaac habuit: vnus in humilitate seruatus, alter verò & priusquam nasceretur reprobatus est. Duodecim Iacob filios genuit: sed ex his vnus per innocentiam venditus: cæteri verò per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim quoque Apostoli in sancta ecclesia sunt electi, sed ne improbati remanerent: vnus eis admixtus est, qui eos persequẽs probaret. Sic namque iusto peccator cum malitia iungitur, sicut in fornace auro palea cum igne sociatur: vt quo ardet palea, aurum purgatur. Et hinc est quòd in præsenti ecclesia propter corporalẽ cohabitationem malorum cum bonis, non possumus scire, qui verè sint de vnitate ecclesiæ, & vera ac viua Christi mẽbra. Vnde quidam iactant se esse de ecclesia, cum verè secundum meritum non sint. Ideo intentio huius Psalmi est talium præsumptionem reprimere, & quasi sacerdos ante altare stans, quærit à Deo, qui sunt illi, qui in præsenti ecclesia dignè Deo militent, & ad ecclesiam triumphalem pertineant in futurum. Cui à Deo datur responsum plenæ diffinitionis: Quo clarè ostenditur, qui, & quales verè & dignè sint de præ-

Bonus. Malus. Gregor. 22. mor. c. 30.

Ecclesia.

præsenti ecclesia,& in futura beatifican di. Et ad istam intentionem psalmus iste diuiditur in tres partes. Quia in prima parte habere quærit bonorum cognitionem. In secunda à Deo recipit bonorũ descriptionem. ibi, *Qui ingreditur sine macula*. In tertia concludit bonorum stabilem fruitioné. ibi, *Qui facit hac*. Quantum ad primum à Deo quærit. d. *Domine quis habitabit*,&c. vbi notandum, quòd per tabernaculum præsens ecclesia militans intelligitur: sed per montem ecclesia triumphans. Per tabernaculum ergo figuratur militans ecclesia: quamuis multa alia figurentur. Nam in scriptura tabernaculum mysticum reperitur multiplex. s. Tabernaculum carnalitatis maculatæ. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt, quia. s. seruientes tabernaculo sui corporis, ad altare Dei accedere nó debét. Synceritatis ordinatæ: quia etiam corpus hominis iusti tabernaculum dicitur, in quo anima eius habitat, vnde Petrus corpus suum tabernaculũ esse. d. Scio q velox est depositio tabernaculi mei. Deitatis incarnatæ: nã Christus tabernaculum esse dicitur: de quo dicitur. In sole, idest, in gloriosa virgine posuit tabernaculum suum. Virginitatis fœcundatæ. s. gloriosa virgo Maria: quę de seipsa dicit. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Fęlicitatis vltimatæ, scilicet triũphantis ecclesiæ. Quã dilecta tabernacula tua, domine virtutum. sequitur. Beati, qui habitant in domo tua domine. Fidelitatis sociatæ, scilicet militans ecclesia. Ecce tabernaculũ Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt, & ipse erit ipsorum Deus. Modo ad propositum. Tabernaculum quamuis multa significet, proprius tamen significat ecclesiam militantem, vnde hic ait gl. *Domine, quis habitabit*, scilicet dignè. *In tabernaculo tuo*, idest, in præsenti ecclesia: vbi contra diabolum dimicamus. Quia & si tabernaculum quandoque ponatur pro habitatione sempiterna: tamen proprium est belli, & militantium. Vnde milites dicũtur contubernales, tanquam simul habẽtes tabernacula. Et hic sensus adiuuatur ex eo, quòd alia litera, & translatio habet. Quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? Vnde ad hoc facit, quod dicit Catolicon. s. q tabernaculum dicitur à taberna, quæ est domus, quę modicum durat, scilicet quousque res ibi vendantur. Et inde tabernaculum dicitur mansio, quæ non est propria, sicut castra militum in expeditione, quia ea relinquũt. Consimiliter quia in præsenti ecclesia sumus tanquam milites pugnantes contra mundum, carnem, & diabolum, ideo ipsa dicitur esse tabernaculum, & non domus permansiua: quia de ipsa transmigramus ad triumphãtem. Et quia in isto tabernaculo nullus verè habitat nisi iustus: quia peccatores in ecclesia solo nomine sunt, ideo dicitur, Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Per montem autem figuratur cœlestis patria. Vnde magister in glos. Per montem æterna beatitudo figuratur, vbi est visio pacis, & supereminentia charitatis: vbi nullus in agone contendit: sed quilibet in æterna pace quiescit: in quo monte beneplacitum est Deo habitare: etenim dominus habitabit in finem. Ex prædictis apparet, quòd intentio Psal. est quęrere, quis verè & dignè est de ecclesia militãte. d. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo*? Et quis dignus erit quiescere in cęlesti patria. d. *Quis requiescet in monte sancto tuo?*

Margin: Tabernaculum multiplex. — Hebr. 13. — 1. Petr. 1. — Psal. 18. — Eccle. 24. — Psal. 83. — Apoc. 21. — Psal. 45. — Mons.

Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam. 168

HAec est secunda pars principalis, in qua ponit quæstionis responsionem. Vbi notandum, quòd solum ille verè & dignè pertinet ad ecclesiam militantem, & per consequens ad triũphantem tendit, qui quattuor virtutibus cardinalibus adornatur, scilicet iustitia, prudentia, fortitudine, & temperantia. Vnde ad istam quæstionem dominus respõdendo dicit sententialiter, quòd ille habitat in tabernaculo, &c. qui prædictis virtutib. perficitur. Et sm hoc hęc pars quatuor habet partes. Quia primò hoc ostéditur de iustitia, secũdò de prudẽtia, ibi. *Qui loquitur veritatem*. tertiò de fortitudine, ibi. *Ad nihilum deductus*. quartò de temperãtia, ibi. *Qui iurat proximo suo*. Quantum ergo ad virtutem iustitiæ dicit. *Qui ingreditur sine macula*, &c. Iustitia enim duas hẽt partes. s. declinare

à malo,& facere bonum. Et quantum ad primam partem. d. *Qui ingreditur sine macula.* Et quantum ad secundam partem. d. *Et operatur iustitiam*. Quantum ergo ad primam partem iustitiæ. d. *Qui ingreditur sine macula*. Peccatum enim quædam interior est macula, qua hominis interior facies maculatur. Et sic nota, quod macula peccati est multiplex, qua carere debemus, scilicet, Macula temeritatis,& superbiæ: vnde de superbo Angelo dicitur. Dedisti maculam in gloria tua. Macula cupiditatis & auaritiæ. Beatus vir, qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abijt. Macula carnalitatis & luxuriæ: vnde de innocétibus dicitur. Quod sine macula sunt ante thronum Dei. Et quia ista macula maximè clerum dehonestat. ideo dicitur. 1. Mach. quòd Iudas elegit sacerdotes sine macula. Et quia ad ista tria vitia reducuntur cætera: ideo per maculam intellige omnia peccata, cum dicit. *Qui ingreditur sine macula*, quia volens esse verè & dignè de ecclesia Dei, omnē maculam peccati operis vel cordis pellere debet, vt ostendit Greg. super illo verbo Iob. Si iniquitaté, quæ in manu tua, abstuleris à te, & nō manserit in tabernaculo tuo Iniustitia, tūc eleuare poteris faciē tuam absq; macula,& eris stabilis. d. Quia peccatū aut sola cogitatione cōmittitur, aut cogitatione simul,& opere perpetratur. Iniquitas ergo in manu est, culpa in opere: Iniustitia verò in tabernaculo est, iniquitas in mente. Mens quippe nostra tabernaculum non incongrue dicitur, in qua apud nosmetipsos abscondimur, dum quod cogitamus, foris in opere non videtur. Prius autem à manu iniquitatem subtrahi, & post à tabernaculo admonet iniustitiam abscindi: quia quisquis iam praua opera à se exterius resecat: necesse est profectò, vt ad semetipsum rediēs, solerter sese in mentis intentione discutiat: ne culpa, quā iam in actione non habet, adhuc in mente perduret. Quod enim vltimum est in constructione, primū est in corruptione. Quæ duo si perfectè egerimus, ad Deum statim sine macula faciem leuamus. Interna quippe facies hominis mens est: in qua nimirū recognoscimur, vt ab authore nostro diligamur. Quam faciem leuare, est in Deum animam per sanctæ orationis studia attollere. Sed eleuatā faciem macula inquinat, si mentem reatus suæ cōscientiæ accusat. Et infra cap. 17. Tunc ergo verè sine macula faciē leuamus, cū nec nos mala prohibita cōmittimus, nec ea, quæ in nobis a proximis cōmissa sunt, ex proprio zelo retinemus. Et hæc oīa breuiter tangens Psal. d. *Qui ingreditur sine macula*. Sic enim cuilibet cōsulitur Eccl. 33. Ne dederis maculam in gloria tua. Sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi bonū faciamus, ideo subditur secunda pars iustitiæ. *Et operatur iustitiam*. Ad huius intelligentiam, notandum, quid propriè est iustitia,& quā sit vtilis. Iustitia enim à iuris peritis sic diffinitur. Iustitia est cōstans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuēs. Quæ diffinitio est bona, si benè intelligatur, nisi quia actus ponitur ibi pro habitu, omnis igitur virtus habitus est. Ponitur ergo voluntas ad ostendendum, quod actus iustitiæ debet esse voluntarius. Additur constans, & perpetua, ad designandum habitus firmitatem, qui est de difficili mobilis. Et ista diffinitio est quasi eadem ei, quā ponit Philosophus. d. Quod iustitia est habitus, sm quem aliquis dicitur operatiuus iustorum sm electionem iusti. Et ista iustitia multum est diligenda: quia multas virtutes continet: quoniam oppressa iustificat, obliqua rectificat, iurgia pacificat, bona dignificat, sancta multiplicat, in patria glorificat. Primò ergo iustitia oppressa iustificat. Ad hoc enim cōstituitur iudex, & portat gladium. 2. Cor. 6. Per arma iustitiæ. vnde 2. Rheto. Philosophus. d. quod hoīes putant illos iustos esse, qui non viuunt ab alijs, s. de rapina: imò opprimūt raptores: Exemplū Dionidæ piratæ ponit Aug. qui cùm captus fuisset, & ductus ad Alexādrum, petit ab eo Alexander: Cur mare infestas? Ille impertertitus respōdit. Et quare tu opprimis mundum? Ego vocor latro: quia parua classe mare conturbo. Tu verò, quia tanta acie totum mundum perturbas, vocaris imperator: me paupertas facit aliorum oppressorem,& paucorum, sed te cupiditas multorum facit turbatorem. Miratus Alexāder constantiā eius, dixit. Experiar, an mutatio fortunæ te faciat meliorem, vnde ad hoc probādum, cum

Macula peccati multiplex. — *Eccl. 47.* — *Ecclес. 31.* — *Apoc. 14.* — *Greg. 10. mor. c. 16.* — *Peccatum.* — *Iustitia.* — *Philosoph. 5. Ethic.* — *Alexāder.* — *Pirata.* — *Tyrannus.*

Esa. 11. *Traianus.* *Sap. 1.* *Greg. lib. 9. mor. c. 14.* *Valerius.* *Alexand.* *Psal. 84.* *Tullius.* *Eccle. 30.*

eum fecit militiæ ascribi: vt posset inde saluis legibus militare. Qui deinceps in ftus effectus, malorum erat oppressor & iustorum defensor. Vnde de quolibet ta li dicitur. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Secundò iustitia obliqua recti ficat. vnde 2. Rhetor. dicitur. Quod iusti tia est virtus, per quam singuli habent quæ sua sunt. Et Ansel. dicit, ꝙ iustitia est rectitudo voluntatis propter seipsam seruata. Exemplum de Traiano imperatore: qui cùm ascendisset equum, vt iret ad bellũ, quædam vidua ipsum interpellauit, vt contra iustitiam sibi factum defenderet. Qui respondit. Faciam, cũ rediero. Et illa. Si nõ redieris? Et ille. Successor meus faciet tibi. Et illa replicauit. Si successor tuus faciet, quid ad te, vel quid tibi proderit? Quod ille benè considerans, de equo descendit, & eidē fecit iustitiæ complementum. Ideo bene dicitur. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Ex hoc sequitur: quòd defendēs iustitiam propter lucrum, non est iustus, vt faciũt aduocati, & procuratores: quia tales non iustitiam, sed lucra diligunt: vt ostendit Gregorius. Tertiò iustitia iurgia pacificat. Et ideo omnes diligunt iustos, vt dicitur 2. Rhetor. quia iurgia sedant, & lites. Exemplum ponit Valerius lib. 6. de Alexandro. Qui, cum orta esset dissensio inter ipsum, & milites suos, elegerunt aliquos, qui de hoc cognoscerent, & iustè condemnarent iniustum. Quod cum illi in castrensi iudicio sententiam contra Alexandrum dedissent, Alexander gratum habuit, & iudicibus gratias egit: quia iustos esse probauit illos. Et hoc est, quod in Psal. dicitur. Iustitia, & pax osculatæ sunt. Quartò iustitia bona dignificat, vnde Tullius 1. Rhetor. dicit, ꝙ iustitia est habitus animi communi vtilitate seruata, vnicuiq; tribuēs dignitatem. Et idem Tullius lib. 1. de officijs dicit. Quod duo fuerunt præcepta Platonis, secundum iustitiam volētibus prodesse reipublicæ. Primum vt vtilitatem ciuium sic tuerentur, ut quæcunq; agunt iudices, ad iustitiam referāt, obliti commodorum suorum. Alterum præceptum, ut totum corpus reipublicæ curent: ne, dum partem alteram tuentur, alteram deserant. Et ad hoc facit scriptura, dicens. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. Quintò iustitia sancta multiplicat. Vñ Seneca in libro de quatuor virtutibus card. dicit. Quid est iustitia, nisi tacitæ naturæ conuentio in adiutorium multorum adinuenta? Vnde exēpla multa ponuntur à doctoribus de illis, qui propter iustitiam ad multiplicationem reipublicæ ita insudabant, quòd de propria vtilitate nihil curabant. Vnde Augustinus narrat de lucio Valerio, qui Cōsul moriens, adeo pauper fuit, vt de cōmuni sumptu traderetur sepulturæ. Et ideo dicitur, Si sequeris iustitiam, apprehendes illam, & indues illam quasi poderem honoris. Sextò iustitia in patria glorificat. Vnde Macrobius in principio somnij Scipionis ponit, quòd pater Scipionis apparuit ei dicens. Iustitiam, & pietatem cole: quæ iustitia cum sit magna hic in præsenti, maxima est in patria. Est enim via, qua itur ad cœlum. Et ideo propter iustitiam multi appetebāt mori: vt per iustitiam saluarentur: vt fuerũt omnes sancti. Et ideo dicit Psal. Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo. Ex quibus omnibus patet virtus iustitiæ, quam primo debet habere, volens verè de ecclesia Dei esse, vt dicit psalm. hic, quòd ille in tabernaculo ecclesiæ habitat, qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Ideo dicitur, Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.

Seneca. *Aug. 15. de ciuit. Dei.* *Eccl. 27.* *Psal. 16.* *Psal. 88.*

169

Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.

Hic consequenter ponit secundam virtutem: quæ scilicet est prudentia largo modo dicta, quòd scilicet comprehendit veritatem. Vnde secundum gl. in hoc notatur prudentia, cum dicit. *Qui loquitur veritatem*, &c. Vbi notandũ, quòd triplex est veritas, scilicet cordis, oris, & operis, Quarum quælibet est seruanda existenti verè ac dignè de ecclesia. Primò est veritas cordis. Accedamus ad eum cũ corde vero. Et quantum ad hanc. d. *Qui loquitur veritatem in corde suo*, vnde magister in gl. Congrue autem dixit. *Loquitur veritatem in corde suo*. Nã, si quis putans alium fallere, & tamen verum dicit, ille veritatem habet in labijs, sed non in corde. Parum itaque est, verũ loqui, nisi sit verũ in corde. Vt si quis alicui dolose ostenderet viã putans in ea latro-

Veritas. *Hebr. 6.*

latrones esse, & dicat. Si hac via ieris, à larronibus tutus eris, & contingat vt verè ibi non inueniantur latrones, verum ille locutus est, sed non in corde. Et de hac veritate cordis dr. Scias, quomodo oporteat te côuersari in domo Dei, quę est ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. Est secundò veritas oris, quæ scilicet stat in verbo veritatis. Loquimini veritatem, vnusquisq; cum proximo suo, & de hac veritate subdit, dicens. *Qui non egit dolum in lingua sua.* Dolus in lingua est qñ lingua cordi discordat, vt cum vnum dr aliud habetur in pectore, contra q Psal. orabat, & ne auferas de ore meo verbum veritatis. Est tertiò veritas operis, quãdo scilicet, opera rationi concordant. Memento, domine, quomodo ambulauerim corã te in veritate, & corde perfecto. Et de hac veritate quæ stat in opere, sequitur.

1.Thes. 3. Zac. 8. Psal. 118. 4. Reg. 20.

170 *Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.*

QVi enim proximo malum facit, non agit côformiter rationi, ideo veritatem operis non habet. *Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos*, idest, temere, vel libenter non credidit criminanti. Tales.n. contra rationem naturæ faciunt, dũ de aliis præsumunt q de seipsis alios præsumere nollent. Et talis triplex veritas ab omnibus est seruanda propter multa. Primò, quia dat loquenti stabilitatem. Labium veritatis firmissimum erit. Secũdò dat pęnitenti securitatem, quia soluit peccati preciũ. Veritate redimitur iniquitas. Tertio dat præliante victoriam. Super omnia vincit veritas. Quarto dat principanti custodiam. Misericordia & veritas custodiunt regem.

Prou. 12. Prou. 16. 3. Esdr. 3. Prou. 20.

171 *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.*

18. q. 7. & hic dicimus

HIc consequenter ponit tertiã virtutem, quæ est fortitudo. Vbi nota, q per malignum intelligitur non solum diabolus, verũ etiam quilibet alius homo malus. Neq; habitat iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Iste malignus magnam hét potestatem, vt de ipsius potestate dicat. Non est potestas super terram, quæ cõparetur ei. Et tamen, hoc non obstante, quilibet bonus virtute fortitudinis ipsum superat & vincit. Et hoc est, q de vera fortitudine dicit, *Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus.* Sed quia hac tali virtute fortitudinis supra malignum nullus superbè debet eleuari, sed magis timori diuino subiici, ideo subdit, *Timentes autem dominum glorificat*, quia vt habetur. Eccles. 1. Timor domini gloria, & gloriatio.

Psal. 5. Iob 41.

172 *Qui iurat proximo suo, & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit.*

POnit hic quartam virtutem, quæ est temperantia. Vbi nota q temperãtia largè dicta nõ solum ad victum pertinet, sed et ad promissa, ad mutuata, & ad accepta, quæ hic notat. Primo quo ad temperantiam promissorum. d. *Qui iurat proximo suo, & non decipit*, vndè hic iurare accipitur pro promittere, quæ promissio temperata debet esse, vt solũ quis illa proximo promittat, quæ intẽdit obseruare: vnde glos. Ille, qui iurat proximo, non nocet, sed subuenit. Ille, ergo iurat proximo, qui aliqua firmiter sibi promittit: Et non decipit, quia promissum reddit. Secundò quo ad temperantiam accommodatorum dicit, *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Hoc ideo dicit. q mutuum gratũ debet esse. Mutuum date, nihil inde sperãtes, & erit merces vestra multa. Etiam debet esse sine spe, vt sibi alias ab illo mutuetur. Si mutuũ dederis his à qbus speratis accipere, q̃ vobis gratia erit? Tertio quo ad temperantiã accipiẽdorum, d. *Et munera super innocentem non accepit.* Munera.n. supra innocentẽ accipit qui innocẽtis cãm deprimit pro munere. Licitũ est enim accipere munera. Nã & Christus munera recepit à magis. Et quotidie pias oblationes à fidelib. recipit ecclesia, sed nõ contra innocentes. Quod prohibet Deut. 27. Maledictus q accipit munera, vt percutiat aiam sanguinis innocentis.

Temperantia. Mutuum. Luca 9. Luca 6.

Qui

173 *De pœ.d.1. ois qui non diligit.*

Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.

PSAL. XV.

174 *24.q.1. qui dignior.*

CONserua me, Domine, quoniam speraui in te, dixi domino meo, Deus meus es tu: quoniã bonorum meorum non eges.

HVIVS psalm. titulus est. *Tituli inscriptio ipsi Dauid.* Hunc titulum. Esdras spiritu pphetico prauidés futura accepir, non de veteri testamẽto, sed de nouo. Legitur enim, quod crucifixo dño, Pilatus scripsit titulum, & posuit super crucẽ eius, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Quem cũ pontifices delere vellẽt, dicẽtes Pilato: Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Rñdit Pilatus. Quod scripsi scripsi. Illa.n. per Pilatũ scripta sunt nõ intelligenté, quid diceret, Deo significante, φ regnũ Christi: p passionis eius humilitaté nõ infirmarer, sed cõfirmaretur amplius. De quo regno hic agitur. De cuius cõfirmatione titulus Pilati immutatus, Pilato nesciẽte, intendebat. Sic & Cayphas, ipso tñ nesciẽte, quid diceret, prophetizauit, φ Iesus moriturus erat pro Gente, qñ dixit. Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ideoq; Esdras de inscriptione illius tituli scripti per Pilatum, quam futuram per spiritum sanctum præuidit: hũc Psal. intitulauit ostendens q; in isto Psal. agitur de regno Christi in illa inscriptione Pilati significato, d. *Tituli inscriptio ipsi Dauid.* Et est sensus, *Tituli inscriptio,* i. victoria, & regnum, quod tituli inscriptio notauit, attribuit ipsi Dauid, vel conuenit ipsi Dauid. Non quidẽ illi Dauid carnali filio ipsius Isai, sed ipsi vero Dauid, i. Christo, qui est pulcher aspectu, & manu fortis, fm interpretationẽ nominis huius Dauid. De quo Dauid secũdum hominem hic requirit. Et nota, quod ille Christi titulus, à quo ipse psal. intitulatur, s. Iesus Nazarenus rex Iudæorũ, fuit scriptus in triplici lingua, s. Græcè, Hebraicè & Latinè. Tres enim

Ioan.10.

Titulus crucis.

Ioan.11.

Dauid.

Ioan.19.

A erant in mundo tunc nationes maioris famæ, & nominis: Hebræorum propter cultum vnius veri Dei, Græcorum propter scientiam mundi, Roman. propter potentiam imperij. Et sic cæteræ nationes ad istas tres reducebantur. Ad ostendendum ergo φ Christus erat verus rex omnium cuiuscunq; nationis essent, si veri Iudæi essent per fidem ipsum confitentes. Ideo titulus prædictus asserit ipsum fore regem Iudæorum in prædicta lingua. Et aduerte fm Hieronymum super psal. 58. s. Eripe me de inimicis, &c. φ triplex est titulus, s. memorialis, præ-B conialis, & triumphalis. Titulus memorialis est, qui fit ĩ alicuius rei memoriã, sicut est sculptura, vel scriptura facta super sepulchra mortuorum, vt scilicet, ip sorũ memoria celebretur. Titulus præconialis est, qui scribitur in portis nobilium: vt domus Iulij: vel cognomina ciuitatũ, vt ciuitas solis, vel Bononia pinguis, vel Bononia mater studiorum. Titulus triumphalis est, qui cõtinet causam & ordinẽ triumphi alicuius & victoriæ. Et ideo, quia Christus in passione sua de diabolo triumphauit. Et iste titulus continet causam mortis Christi, quia. s. se Iu-C dæorum regem dixerat secundum accusationẽ Iudæorum, ideo fuit crucifixus: & ideo iste titulus dicitur triumphalis. Intentio autem Psal. in isto Psal. est oés monẽre, vt nullus regno Christi, aut ei titulo contradicat. Ex prædictis patet, φ iste psal. quò etiam ad literam non intelligitur de Dauid, vt quidam dicunt, sed solum de Christo. Probatur. Nã Petrus Apostolus ad intelligendum scripturas per spiritum sanctũ inspiratas, dixit hũc Psal. ad literam intelligendum de Christo, & nõ de Dauid, vbi dicit, sic de Christo. Quem Deus suscitauit, solutis dolo-D ribus inferni, iuxta qđ impossibile erat teneri eum ab illo, quod probat per literam istius psal. Dauid enim dicit in eũ. Prouidebam dominũ in conspectu meo semper, &c. vsque ibi. Notas mihi fecisti vias vitæ, replebis me lætitia cum vultu tuo. Et quòd ista litera non possit intelligi de Dauid, sed solũ de Christo, subiungit Petrus, d. Viri fratres, licet audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniam defunctus est, & sepultus, & sepulchrum eius apud vos est vsque in ho-

Titulus.

Esa.19.

Act.2.

in hodiernũ diem: quasi dicat, Hæc scriptura non intelligitur de Dauid, sed de Christo, Cuius resurrectionem præuidit in spiritu sancto: ideo subdit, ibidé. Præuidens locutus est de resurrectione Christi, quia nec derelictus est in inferno, neq; caro eius vidit corruptionē. Ex quo patet aperte, q secundum verba Apostoli Petri, iste Psal. ad literã de Christo intelligitur. Et sic de Christo iste Psal. intellectus diuiditur in partes sex, secundum quod sex Christi mysteria tractat. Nam hic agitur primò de Christi oratione, qua vt homo patrem deprecatur, secundò de Christi prædicatione, qua mundo Deus reuelatur: ibi. *Sanctis, qui in terra*, &c. tertiò de Christi electione qua fideliũ cœtus congregat ibi. *Non congregabo conuenticula*, &c. quartò de Christi passione qua peccator homo liberatur: ibi: *Dominus pars hereditatis mea.* quintò de Christi resurrectione, qua mors vita superatur: ibi. *Quoniã non derelinques animam meam in inferno.* sexto de Christi ascensione, qua ad cęlos Christus eleuatur: ibi. *Notas mihi fecisti.* Primò ergo agit de Christi oratione, dicẽs Christus patri. *Conserua me domine*, &c. Orabat.n. Christus inquantũ homo, vt sua oratione nos doceret orare, vnde notãdũ, q ista oratione Christus nos tria docuit, quæ nostra oratio dẽt habere.s.charitatẽ, spem & fidẽ. Charitatẽ ponit.d. *Conserua me domine*, Spẽ. *Quoniam speraui in te.* Fidẽ.d. *Dixi Domino Deus meus es tu.* Primò ergo oratio dẽt habere charitatem, vt.s. gratia Dei principalius quæratur, quod notat dicẽs: *Conserua me domine*, Quid.n. nos conseruat à peccatis, & diaboli tentationib. nisi diuina gratia, qm̃ sicut peccatũ est naturę corruptiuũ, sic per oppositum gratia est naturę cõseruatiua, dicit ergo, *Conserua me, domine*, nihil petit nisi conseruantẽ Dei gratiã, & charitatẽ. Sic etenim gratia Dei a malis culpę Christum conseruauit, qñ.s. à diabolo fuit tẽtatus: In tentatione, Deus illũ cõseruauit & liberauit à malis. Non ergo orãdo terrena petamus, quæ non cõseruãt, sed dissipant mentem: sed vt gratiã suam Deus cõseruet in nobis dicẽtes: *Conserua me, domine*, quod si fecerimus tūc gratia hominẽ quasi pupillã cõseruabit. Secundò

Oratio. Christi.

Oratio. Charitas.

Eccl.33.

Eccl.29.

E dẽt habere spem. Sicut.n. spes infirmi habita in medico ei sanitatẽ acquirit optatã, sic & spiritualiter spes in Deo habita, impetrat postulata. Et hanc nos in Deũ habere docet Christus, dicens: *Quoniam in te speraui.* Licet.n. in Christo nõ fuerit spes, vt est virtus theologica, eo q ab instanti suæ conceptionis verè Deo fruebatur, & sic non spem, sed rem possidebat. Tamen in Christo fuit spes gloriæ corporis, & immortalitatis ante suam resurrectionem, propter quod benè dicere Deo potest, *Quoniam in te speraui.* Sic & nos in Deum orando sperare nos docet suo exemplo.d. Sperate in eo omnis F congregatio populi: effundite coram illo corda vestra, &c. Tertiò debet habere fidem. Postulet autem in fide nihil hæsitans, & hanc nos Christus hic docet habere. d. *Dixi domino, Deus meus es tu.* Quia quilibet orans fide Deum credere debet oim dominum. Et subdit rationem quare credit Deũ, esse verum dominum. *Quoniam bonorum meorum non eges.* Omnis.n. creatura rationalis bonis alterius eget, vt Angeli bonis nostris pro ipsorum restauratione, hoĩes principales egent subditis pro ipsorũ seruitio, homi G nes subditi indigent dominis pro ipsorũ regimine, vnde nullus est qui per seipsũ solum viuere posset, & stante Dei influentia generali. Ille ergo rationis capax merito Deus dicitur, qui nullius alterius indiget bono. Ex hoc statim sequitur, q sicut Deo nocere non possumus malis nostris, nec etiam bonis nostris possumus proficere ei. Vnde Greg. istum versiculum pertractans super illo verbo Iob.22. Quid ei prodest si iustus fueris, &c. d. In omni quippe quod benè egimus nosmetipsos, Non Deum iuuamus, vnde Psal. ait. *Dixi domino Deus* H *meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Ipse.n. verè nobis dñs, qui & vtique Deus est qui bono non indiget seruitutis, sed bonitatẽ nobis conficit qua recẽpit vt oblata bonitas non ipsi, sed prius nõ accipiẽtib. & post reddẽtibus proficit. Nã ad iudiciũ dominus veniens.d. quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Mira hæc pietas loquitur ex suorũ compassione membrorum. Et ipse nos per hoc, quod caput nostrum est, adiuuat: qui per bona nostra

Spes.

Psal.61. *Iac.1.* *Fides.*

Deo nocere.

Gregor.16. mor.c.1.

stra opera in suis mēbris adiuuatur. Et A
iō dr̄ Iob.35. Si peccaueris, quid ei noce-
bis? porro, si iustus fueris, qd dabis ei ā
aut quid de manu tua recipiet? Homini
em̄, qui similis tui est, nocebit impietas
tua, & filiū hoīs adiuuabit iustitia tua.

175 *Sanctis, qui sunt in terra eius, mirifica-
uit omnes voluntates meas in eis.*

23.q.1.forte.

HIc consequenter agit de Christi prædicatione qua Christus mundo Deus demonstratur: vbi notā, q in Christo fuit volūtas moriēdi pro nostra redēptione, resurgendi pro nostra spirituali resurrectione, ascendēdi ad cœlos, pro nostra glorificatione: quas voluntates suis prædicauit discipulis, d. Filius hoīs tradetur principibus sacerdotū, & scribis, & tradēt eū Gētibus, &c. Et istas Christi voluntates mirificat Deus pater sanctis, qui sunt in terra eius. i. illis, qui mente conuersantur in cœlis, & in terra viuentiū, quæ terra Dei dicitur, quia ibi nostra glorificatur humanitas, & dicitur terra propter stabilitatem duratio nis. Talibus ergo sanctis *mirificauit* Deus Christi *voluntates*. i. miras ostendit, dū voluntates Christi prædictas homines considerantes ac obedientes, fiunt de terrenis cœlestes, de filijs diaboli, filij Dei. C Nonne mirificatæ fuerunt voluntates Christi in Apostolis, qn̄ exēplo voluntatis Christi, qui pro nobis voluit mori, ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, &c. Nonne in Petro, qn̄ mundū corde deserens, solus cum Christo esse cupiebat. d. Dn̄e bonum est nos hic esse? Nonne in Paulo, qn̄ voluntate Christi subito ex persecutore Christi factus est defensor. d. Domine, quid me vis facere? Et sic de alijs. Nonne in Gentibus, quando per Christi voluntatem deserentes idola ad Christum cōuersi fuerunt? D Et quātum ad tales subdit mirum Christi voluntatis effectum. d.

Matt.20.

Mirificare.

Act.5.
Matt.17.
Act.9.

176 *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum:
postea accelerauerunt.*

5.q.5. mordacissimi infirmitas.

PEr infirmitates em̄ accipe peccata idololatriæ: quibus Gētiles diuersis idolis seruiebant, vnde & in Hebræo hic hētur. *Multiplicata sunt idola eorum; sed postea accelerauerunt*, quia. s. voluntate Christi per mundum prædicata, Gentes dimissis idolis, ad Christi fidē velociter concurrerunt, Iudæis in infirmitate sua pro maiori parte remanentibus, &c. Vel hoc ēt accipi potest de infirmitatib. corporalibus, & aduersitatibus, quæ molestiens accelerare faciunt infirmum, vel afflictū non solum ad medicum corporalē, sed ēt ad spiritualem. i. ad verū Deū, vnde hic. d. gl. Vel de exteriori afflictione agit, quia sepè aliqui à Deo flagellantur, vt sanentur. Multi. n. sunt Dei prouidente salubriter afflicti, & postea mirabiliter ad Deum conuersi, & ad amorem Dei accensi, propter quod dicebat Apo- B stolus. Virtus in infirmitatē perficitur: libenter ergo gloriabor in infirmitatib. meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

1.Cor.12.

177 *Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.*

12.q.2. clericum.

Congregatio sanguinis.

HIc agit de Christi electione, qua. s. suos elegit, & in vnā fidē Ecclesiæ cōgregauit. Vbi notādū, q ante Christū quælibet secta tā Iudæorū quā Gētiliū congregabatur cū sanguine aīaliū, quæ in suis sacrificijs immolabant. Sed Christo adueniēte, cessauit aīaliū sanguis in congregationib. fideliū, qui nō cōgregantur in vera Christi fide per sanguinem brutorū aīalium, sed per fidem Christi sanguinis: & hoc est qd̄ d. *Nō cōgregabo*, &c. vt sic cōstruat. *Congregabo conuenticula eorum*. s. Gentiliū, & Iudæorū in vnā verā fidē, sed nō *de sanguinib*. i. talē congregationē non faciā *de sanguinibus*. i. p sanguininē brutorū aīaliū. Et sic hæc negatio, (nō) refert ad ly *de sanguinibus*. nō ad ly *congregabo*. Vel cōgregationē hic accipe pro finali iudicio, in quo cōgregabūtur oēs gētes, tā boni, q mali, & de illis faciet duo cōuēticula, vnū. s. bonorū ponet à dextris. aliud. s. malorum ponet à sinistris: primū præmiabit bonos, secundū dānabit, sed nō *de sanguinib*. i. non pmiabit bonos *de sanguinibus*. i. pp sanguinē brutorū Deo oblatū, vt in antiqua lege, sed de operib. pietatis, & misericordiæ: similiter nō dānabit malos de sanguinib. misericordiæ neglectis, vn̄ subdit. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea*. i. noīum ipsorū aīaliū, vel sanguinū, quia labia Christi tunc non dabunt sen-

Iudicium vltimum.

sententiam bonorum, vel malorum, nō minando talia animalia, vel sanguinem, sed solum opera misericordiæ. Vel labia Christi sunt Apostoli, & prædicatores, per quos non memoratur Dominus illa bruta animalia offerenda, vel ipsorū sanguinem, sed solum veram fidem, & dilectionem per ipsos memoratur, idest, ad nostri memoriam ducit.

178 *Dominus pars hæreditatis meæ calicis mei: tu es qui restitues hæreditatē meam mihi.*

1. q. 1. c. 1.

HIc cōsequenter agit de Christi passione. Et primò ponit eius passionem Secundò effectū eius passionis ibi, *Funes*. Vbi primò notandum ꝙ per calicem in scriptura Christi passio intelligitur, vnde suam passionem nomine calicis notabat Christus. d. Pater, transeat à me calix iste. Sic & matri filiorum Zebedæi in persona filiorum, dixit, Potestis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? Vnde Hier. super Matth. Calicē in scripturis passionem intelligimus, vt in ps. 115. Calicem salutaris accipiā. Et statim infert quis sit iste calix. d. Preciosa in cōspectu Dñi mors sanctorum eius. Sed forte quæris, quare calice significatur Christi passio? Rñdeo. Nàm ſm Catholicon calix dr̄ à calon, quod est lignum: & est calix quoddam genus poculorum, quod ex lignis fiebat: vel calix dr̄ à caleo cales: quia solebant calidam, & frigidam potionē in calice miscere. Sic ergo qñq; accipitur calix pro uasculo ad bibendum: qñq; verò pro poculo in calice propinato. Quia igitur in vasculo ligneo crucis Christo potio calida, & frigida simul fuit sibi propinata: quia dederūt ei bibere vinum myrrhatū, quod est calidū, & acetum, quod est frigidū, ideo ipsa Christi passio calice significatur. Itē notandum, ꝙ hæreditas Christi sunt fideles ad ipsius fidem conuersi. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem. Et sic est sensus. *Dominus est pars*. i. portio *hæreditatis meæ*. i. fideliū. Et dicit pars, quia alia est pars fidelium, alia damnatorum, vt. s. dicat: pars quæ peruenit ad fideles, qui sunt hæreditas mea est Dñs. q. d. ſm gl. Eligant sibi alij alia, quib. fruātur: pars autem mei, & sanctorum meorum Deus est. Et, si quæratur, quomodo gentes sunt hæreditas tua? Respondet, Quia vigore calicis mei, idest, per mortem, & passionem meam istam hæreditatem mihi acquisiui, & sic illa hæreditas est calicis mei. i. per calicē meæ passionis acquisita. Sequitur, *Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi*. Vbi sciendum, ꝙ hæreditas quandoq; accipitur & pro æterna gloria ad q̄ factus fuit homo. Benedictus Deus, qui regenerauit nos in hæreditatem conseruatam in cœlis. Istam hæreditatem perdidit humanū genus peccando: sed eidem per Christi passionē est restituta: & sic Christus personam suorum fidelium in se assumens. d. *Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi*, idest fidelibus meis, vel secundum gl. Vel hæreditatem dicit gloriā immortalitatis, q̄ in Adā perdidimus, quę Christo in sua resurrectione restituta est, & nobis in nostra resurrectione restituet.

Matth. 26. Matth. 20. Calix. Passio. Hæreditas. Psal. 2. 1. Pet. 1.

Funes ceciderunt mihi, in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. 179

COnsequenter hic notat effectus sui calicis, vel passionis, qui fuerūt tres, scilicet efficacia sapientiæ in principio notitia experientiæ, ibi. *Benedicam Dominum*, constantia patientiæ, ibi: *Prouidebam Dominum*. Quantum ad efficaciam sapientiæ, & illuminationis dicit. *Funes ceciderunt mihi in præclaris*. Vbi nota, ꝙ per funes intelligūtur sortes, & limites, consignati, vnde in libro Iosue. Sortes, & portiones desē tribuum eis consignatæ, frequenter funes, vel funiculi dicuntur, & sic partes aliquibus consignatæ funes dicuntur. Et quia Apostoli virtute Christi passionis fuerunt ad prædicandū illuminati: qui per sortes distinctas missi fuerunt per mundum, vt Petrus sortē habuit Italiā. Matthæus Aethiopiā, &c. ideo de ipsis funibus, vel sortibus Apostolorum. d. *Funes ceciderunt mihi in præclaris*. Quia sortes ceciderunt in apostolis, qui spiritusancto illuminati, clari erant. Et ab istis Ecclesia, quæ est Christi hæreditas, fuit in fide illuminata, & hoc notans. d. *Etenim hæreditas mea præclara est mihi*, scilicet prædicatio Apostolorum est fide illuminata.

Funes. Iosue.

Bene-

180 *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper & vsque ad noctē increpuerunt me renes mei.*

Patientia Christus Experientia. Hebr. 5.

HIc ponitur alius effectus passionis, qui est notitia experientiæ: quam uis enim Christus ante passionem omnium cognitionem haberet, tñ non omnium habebat experientiam, sed per suā passionem patiētiæ didicit experientiā, sic.n. loquitur Apostolus de Christo, didicit ex ijs &c. Et de hoc Christus patri gratias agens. d. *Benedicam dominū, qui tribuit mihi intellectum insuper*. i. intellectum super intellectum cognitionem. s. experiētiæ super cognitionē notitiæ. Et quomodo habuit talē intellectumexperientiæ subdit, *Et vsque ad noctem increpuerunt me renes mei*, per noctem accipe mortem. Venit nox, in qua nemo potest operari: per renes accipe carnem: per increpare accipe erudire: & sic est sensus secundum gl. *Vsque ad noctem increpuerūt me renes mei*. i. vsq; ad noctē erudiuit me inferior pars mea. s. carnis assumptio, vt experirer tenebras mortalitatis, quas ante expertus non fueram.

Ioan. 11.

181 *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.*

POnitur hic alius effectus Chri passionis, quæ fuit côstantia patientiæ. Christus enim ab instāti suæ conceptionis clarè videbat Deum, & vnitus hypostaticè erat Deo. Impossibile est autem, ꝙ beatus habens Deum in conspectu suo semper, & vnitus Deo hypostaticè cōmoueatur per impatientiam. Sic igitur Christus in passione constantiam patientiæ habuit, quia Deum clarè videbat. Et Deo erat unitus hypostaticè. & hoc est quod. d. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper*, quia semper Deo fruebatur. *Et ideo à dextris est mihi ne commouear*. i. dextera eius potentiæ me protegit, ne commouear per impatientiam. Et non solum in passione non fuit turbatus, imò ēt fuit summo gaudio repletus: & hoc est quod d. *Propter hoc lætatum est cor meum*. s. qui habeo Deum in conspectu meo semper, & quia ipse est à dextris meis: & nō solum in corde, sed in verbis, qñ. s. vidit redemptionem humani generis completam, dixit, Consummatum est. O quanta cum exultatione credis Christum illud verbū dixisse, qñ vidit finem intentum oīs suæ peregrinationis, prædicationis, oīs suæ sanctæ operationis aduenisse: & quantum ad hoc d. *Et exultabit lingua mea*. Hæc est, enim plena lætitia, quæ corde hilari percipitur, & alacri sermone profertur. Et nō solum cor, & lingua exultabunt, B sed ēt caro expectant gloriā resurrectionis, qđ notans. d. *Et caro mea requiescet*. s. in sepulchro, *in spe*. s. resurrectionis.

Christus Beatus. Passio. Lætitia. Ioan. 19.

182 *Quoniam non derelinques animā meā in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

18. q. 7. hoc dicimus. Christus. infirmus.

COnsequenter hic agit de Christi resurrectione. In morte .n. Christi anima separata fuit à corpore, quia aīa ad infernū descendit, sed sanctum eius corpus mansit in sepulchro, sicut & cæterorum ad tps. Sed nec aīa more alio-C rum diu in inferno mansit, nec sanctum eius corpus in sepulchro fuit incineratū per corruptionem. Et hoc est quod Christus d. Ideo *lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea*. *Quoniam non derelinques aīam meā in inferno*. i. in limbo sanctorū patrū, vbi aīa Christi fuit solū per nouē, & triginta horas, scilicet ab hora nona feriæ sextæ, in quia spiritum emisit, vsq; ad diluculum diei dominicæ, qñ scilicet per resurrectionē corpori fuit re unita. *Nec dabis sanctū tuum videre corruptionē*. i. nō permittes corpus meū immaculatum, per corruptionem incinerari.

183 D *Notas mihi fecisti uias uitæ, adimplebis me lætitia cū uultu tuo, delectationes in dextera tua usq; in finem.*

De consecr. dist. 5 secundum.

HIc agit de Christi ascensione. Vbi nota, ꝙ sicut via mortis est superbia, sic via vitæ, quæ ducit ad cœlum, est humilitas. Et hanc viam Christus per experiētiam didicit, qñ exinaniuit semetipsum factus obediēs vsque ad mortem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, scilicet in cœlum assumendo, & hoc

hoc est quod d. *Notas mihi fecisti vias vitæ*.s.humilitatis per experientiam:propter quam humilitatem, *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo*.s. ad cœlum assumendo ad dexteram tuam,vbi est omnis delectatio:& ideo subdit. *Delectationes in dextera tua vsq; in finem*. q.d. lætitia, & exultatio, mihi erit sedendo ad dexteram tuam,dum humanis obtutibus subtractus fuero.Et hoc *vsque in finem*,idest in æternum.

PSAL. XVI.

184 *De consecr. dist.1.quãdo autem.*

EXaudi,Domine,iustitiam meam, intende deprecationem meam.

TItulus istius psal. est *Oratio Dauid*. Notãdum q́ propriè loquendo,ista oratio non est psal. quia psal.dr à psallẽdo publicè, vel cũ instrumẽto, q́ psalterium dicitur. Ista aũt oratio facta a Dauid, fuit in secreto facta ab ipso, & psal. proprie non dicitur, sed quodammodo largè sumendo dicitur,psal.Item notandum,q́ cum in titulo dicitur, *Oratio Dauid*,ly *Dauid*,cum sit nomen indeclinabile potest esse casus genitiui,& datiui:si sit casus genitiui tunc est sensus: Ista oratio est ipsius Dauid.s.sicut auctoris,quia ipsam fecit: si autem sit casus datiui,tunc est sensus,Ista oratio est Dauid,idest,ipsi Dauid.s. Christo attributa:quoniam in isto psal.Christus ſm hominem, adiuncta sibi voce corporis sui, quod est ecclesia.Orat autẽ hic Christus non pro sua tantum salute, sed pro nostra necessitate. Christi,enim oratio est fidelium instructio. Vnde sicut Christus flendo Lazarum,nos charitatẽ proximi,& compassionem docuit habere, persecutores fugiendo,nos docuit temeritatis audaciam declinare: ita orando nobis formam proposuit orandi.Est ergo sensus tituli.*Oratio Dauid*.i. iste psal. vel oratio competit personæ Christi,adiuncta sibi ecclesia,quæ est corpus eius. Et secundum istum sensum psal. iste diuiditur in tres partes, quia Christus primò suam orationem iustificat: Secundò suam postulationẽ explicat,ibi. *Ego clamaui*. Tertiò oĩbus retribui iuste postu-

E labat,ibi.*Exurge Domine*.In primã ergo parte Christus suam orationem iustificat.i.ostendit esse iustam.Vbi nota,q́ ad iustificationem orationis multa requiruntur,quæ hic ponuntur,secundum quę ista pars diuiditur. Nam oratio 1.debet esse iusta ex postulantis sanctimonia.Secundò dẽt esse vera oĩs duplicitatis nescia,ibi. *Auribus percipe orationem meam*. Tertiò debet esse æqua diuinæ voluntati consona,ibi, *De vultu tuo*. Quartò debet esse firma stabilitatis permanentia: ibi, *Probasti cor meum*.Quintò debet esse grata charitatis amicitia,ibi. *Perfice gressus meos*.

Ad iustificationẽ orationis requisita.

F Primò ergo oratio debet esse iusta,&c.idest, facta ab homine iusto:scimus,enim q́ peccatores Deus non exaudit,propter quod dicitur:Prou.15. Longe ab impijs Dñs:& orationes iustorum exaudiet. Hoc ostendit Christus orans se habere cũ d. *Exaudi, Domine, iustitiã meam*. Vnde gl. iustitia enim locum habet apud Deum, quæ penetrat cœlum.

Ioan.9.

Sed hic est vnum dubium,vtrum vir iustus orare Deũ debeat;& videtur q́ non: quia aut sua oratione petit à Deo,quod Deus facere disposuit,& tunc illa oratio est superflua,aut petit,quæ Deus non facere disposuit, & sic iniustè & cõtra Dei

Quæstio.

Oratio.

G voluntatem petit. Ad oppositum verò est Psal.iste in quo Christus iustus orãs iustos docet orare. Respõdeo quòd sic, Vbi notandum q́ vir iustus orando non intendit Dei ordinationem mutare, sed magis oratione instare, vt compleatur. Deus enim sic ordinauit vt ea, quę sunt nobis necessaria,tribueret medianibus orationibus nostris. Igitur,cum Deum oramus non intendimus illum mutare: nec ad nos ipsum inclinare: sed magis nos ad Deum eleuare, & nostram voluntatem suo beneplacito conformare, &

Iustus.

Respon.

H hoc declarat Diony.sub duobus exemplis. Primum est q́ imaginatur vnam catenam à cęlo in terram pendentem,vbi si manibus applicatis vellemus eam de cœlo trahere ad terram, eam descẽdere non faceremus,sed nos per eam ad cœlũ magis ascẽderemus, sic in proposito est de oratione. Secundum exemplum est, Si essemus in naui existenti in aqua, & teneremus funes fortes, extensos ab vna ripa ad aliam:si traheremus funes, nõ moueremus,nec traheremus ripam ad nos;

Diony. de diu.no.c.3.

Nota comparationẽ.

sed

sed potius nos cum naui traheremus ad ripam. Sic est, cum oramus, non trahimus Deum ad nostram voluntatem: sed magis nostram trahimus ad illius. Ex quibus patet ꝙ tota intentio orantis debet esse, vt suam uoluntatem cõformet diuinæ: non vt Dei voluntatem ad suam inclinet. Impossibile est.n. orationibus quibuscunq; Dei uoluntatem mutare: sententiam.n. Dei, quæ stat in signis exterioribus mutare possumus: sicut sentẽtiam per Deum de morte Ezechiæ datam.s. dispone domui tuæ &c. bene mutauit orationibus suis Ezechias, sed nõ voluntatem: imò volunias Dei ab æterno fuit, quòd sic orationibus sententiã illã mutaret, & hoc est quod dr̃ Iob 23. & nemo potest auertere cogitationes eius: quod verbum exponens Greg.d. Sicut.n. Deus immutabilis est natura, ita est immutabilis cogitatione, & voluntate: cogitationem quippe eius nullus auertit: q̃a nemo resistere occultis eius iudicijs prævalet. Nam & si fuerunt qui dam qui orationibus suis eius cogitationẽ vel voluntatem auertisse viderẽtur: ita fuit interna eius cogitatio, & voluntas, vt sententiã illius auertere deprecãdo potuissent, & ab ipso acciperẽt, quod agerent apud ipsum. Dicat ergo, ꝙ nemo põt auertere cogitationes eius: quia semel fixa diuina iudicia nequaquã mutari possunt, vnde scriptũ est. Præceptũ posuit, & non præteribit. Orando ergo nos mutamur: quia nostra crescit iustitia, nõ Deũ mutamus. Dicat ergo Christus in nostrum exemplum, *Exaudi, Domine, iustitiam meam*, exauditur.n. iustitia cum augetur. Etsi Christi iustitia in seipso augeri non poterat, tñ augebatur in nobis. *Intende deprecationem meam*. Intẽdit enim illum Deus: quem oculo suę misericordiæ respiciens exaudit, vnde sic orans Psal.d. Intende voci orationis meæ: rex meus, & Deus meus.

Gregor. 16. mor. c. 18.

Psal. 148.

Psal. 5.

185 *Auribus percipe orationem meã, non in labijs dolosis.*

De consecr. dist. 5. non mediocriter

Labia dolosa.

Matth. 15.

Osteditur hic, ꝙ oratio debet esse oĩs duplicitatis nescia. Labia.n. dolosa dicuntur habere illi, qui Deum ore honorant orando: sed corde peccando blasphemant. Sicut est oratio illorũ, qui dicunt Dñe, Dñe, & non faciunt voluntatẽ patris mei. De talibus.n. dicit Christus, populus hic labijs me honorat: cor aũt eorum longè est à me: sine causa aũt colunt me.i. tales orant frustra. Et ꝙ in precedenti versiculo postulabat suam deprecationem exaudiri.d. *Intende deprecationem meam*, nũc aũt suã orationem: ꝙ ideo facit qm̃ differt deprecatio ab oratione, quia deprecatio est de malis amouendis, & cauendis, oratio verò de bonis impetrãdis. Et quia prius extirpãda sunt vitia, & consequẽter inserendæ virtutes, ideo non immerito deprecationem præmisit orationi. Hic nota, ꝙ in scriptura multiplicia reperiuntur labia: quædam bona, & habenda, & quædam mala, & fugienda. Primò ergo sunt quædam bona labia: & ista sunt multiplicia.s. labia discreta, contra verborum temeritatẽ. In labijs sapientis inuenitur sapientia, labia modesta contra verborum superfluitatẽ. Disciplinã labia tua cõseruent: labia honesta, contra verborum inhonestatẽ. Qui diligit cordis mũditiam pp gratiã labiorum, habebit amicum regem: labia iusta, contra verborum iniquitatẽ. Exultabunt renes mei, cum locuta fuerunt recta labia mea. Sunt ẽt alia labia mala & fugienda.s. labia detrahentia, contra charitatem. Remoue a te os prauum: & labia detrahentia sint procul à te, labia mendacia contra veritatem. Abominatio est Dño labia mendacia, labia contẽdentia, contra pacis vnitatẽ. Labia stulti immiscent se contumelijs: & os eius iurgia prouocat: labia dolosa, contra cordis puritatẽ. Et ista sunt, quæ orationis exauditionẽ impediunt, contraque nũc orat Christus dicẽs, *Auribus percipe orationem meam, non in labijs dolosis*.

Oratio, & Deprecatio.

Labia.

Prouer. 10.
Prouer. 15.
Prouer. 22.
Prouer. 23.

Prou. 24.
Prou. 12.
Prouer. 23.

De vultu tuo iudicium meum prodeat oculi tui uideant æquitatem. 186

Ostenditur hic, ꝙ oratio debet esse diuinæ voluntati consona.s. vt illa solum petamus, quæ diuinæ voluntati cõformantur. Et hoc sic ostẽdit Christus orans, vt iudicium suum.s. quo iudicatus fuit, procedat à voluntate diuina dicens, *De vultu tuo iudicium meum prodeat*. Vultus enim volũtatem significat: quia sicut nos vultum principaliter respicimus, quã cętera membra: sic & Deus vota nostra magis aspicit, quam facta: & sic

Oratio. Vultus. Voluntas.

Psal. 44. Psal. 33. Passio. Christi.

sic vultus Dei est voluntas Dei: per q. alios respicit adiuuando. Psal. Adiuuabit eam Deus vultu suo, & aliquos damnando. Psal. Vultus aūt Dñi super faciētes mala. Modo iudicium Christi .i. mors & passio fuit opus Dei, & opus Iudæorum: & voluntas Dei & Iudæorum. Volūtas fuit Dei, qui uoluit ipsum pati pro salute nostra. Voluntas Iudæorum, qui inuidia moti voluerunt ipsum mori. In quantū verò est voluntas Dei, Christus illi se conformauit: quia & voluntariè pro nobis est passus, ipso .d. Nemo tollit animam meam à me: sed ego pono eam. In quantum verò fuit opus Iudęorum fuit difformis diuinę voluntati & demeritorium, orat ergo Christus, vt iudiciū suū, quo charitate pro nobis voluit pati, sit conforme voluntati patris .d. *De vultu tuo iudicium meum prodeat*, vt autē est opus Iudæorum æquitate iudicetur: d. *Oculi tui uideant æquitatem*, vnde gl. *De vultu tuo iudicium meū prodeat*, idest, pro dijsse videatur, i. vt in ipso voluntas mea tuæ conformetur, non secundum dispositionem, & volūtatem Iudæorum: ne .s. illis conformet. *Oculi tui uideant æquitatem*, vt, scilicet ex illo iudicio mihi; qui sum conformis, remedium conferas saluationis, idest, meis: Iudęis autem supplicium damnationis: quia sunt vultui tuo idest, voluntati difformes.

187 *Probasti cor meum, & uisitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.*

De consecr. dist. 2. præmissis. Oratio. Puritas. 1. Tim. 3.

HIc quartò ostēdit, q oratio debet esse pura synceritatis innocentia, propter quod dicitur. Volo viros orare leuantes manus puras &c. Nec mirum, qm̄ peccati immūditia prohibet orationem exaudiri, Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiā: manus .n. vestrę pollutæ sunt sanguine. vnde sicut impuritas orantis diffidentiam dat impetrationis, sic & per oppositum munditia confidentiā præstat exauditionis, quod ostendens Greg. d. A spei fiducia mens protinus frangitur si intenta orationibus, nec dū deuictæ culpæ memoria mordetur. Diffidit namq; se posse accipere, quod appetit, qui reminisci scitur se adhuc nolle facere, quod diui-

Gregor. 10. mor. c. 17. Petere.

E nitus audiuit, hinc per Io. dicitur, si cor nostrum non reprehendit nos fiduciam habemus apud Deum quicquid petierimus, ab eo accipiem*. Hinc Salomō ait. Qui auertit aurem suam ne audiat legē oratio eius erit execrabilis. Cor quippe nos in petitione reprehendit, cum resistere se præceptis eius quem postulamus, meminit, & oratio fit execrabilis, cum à censura auertitur legis, quia dignum profectò est vt ab illius beneficijs sit quisque extraneus, cuius iussionibus non vult esse subiectus. Qua in re hoc est salubre remedium, vt, cum se mēs ex F memoria reprehendit culpæ, hoc prius in oratione defleat, quod errauit, quatenus dum erroris macula fletib. tergitur, in petitione sua cordis facies ab auctore munda videat. Ex quibus apparet propositum, scilicet, q oratio debet esse mūda, sed quid magis mūdat, & purgat orātem quam ignis tribulationis, qui mentē purgat, sicut metalla ignis fornacis? qui si rubiginem reperit ipsam cōsumit si autem puritatem, ipsam cōseruat. Volens ergo Christus ostendere puritatem in oratione necessariā esse: semetipsum dicit ignem probatum, & inuentum sine G macula. p. *probasti cor meum* &c. vñ gl. *probasti cor meum* &c. s. visitatione tribulationis, & passionis: quæ nox dicitur, & ignis, nox, quia turbat: ignis, quia exurit, vnde subdit, *igne me examinasti*, hoc dicit ad similitudinem fornacis, quæ metalla purgat, &c.

Ioan. 3. Prouer. 18.

Vt non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorū tuorum ego custodiui uias duras. 188

ISte enim versus est quasi explicatiuus præcedentis: quia hic explicat, H quo igne fuerit ipse Christus examinatus, scilicet igne mortalitatis, & passionis: qui per vias duras significatur. Vnde d. *Vt non loquatur os meū opera hominum.* q. d. Sic fuit probatus & examinatus: vt nihil aliud loquar, nisi quæ ad laudem tuam Deus sunt, & gloriam: non autem quæ ad laudem operum hominum, quæ faciunt præter uoluntatem tuam, idest, nihil nisi bonum locutus sum. Et quia nolui loqui *Opera hominum*, scilicet laudando opera Scribarū, & Pharisæorum, quæ

Loqui. Aduersitas.

quæ erant vitiosa: sed magis volui lo- A qui, & obseruare verba tua, ideo sustinui *vias duras*: vt sit sensus, *Non loquutur os meum opera hominũ*, ipsa laudando: sed potius volui sustinere *vias duras*.s. mortalitatis, & passionis. Vel s͠m aliam literam, *ego custodiui vias latronis*. i. q̃ latro merito sustinuit, ego immeritò, & hoc totum sustinui, *Propter verba labiorum tuorum*.s. complenda.i. vt compleantur verba labiorum tuorum.i. quæ per prophetas, qui erant labia tua, de mea passione prædixisti. Sic.n. loquebať Iesus in horto vt latro fuit captus d. Tanquã ad latronẽ existis, &c. Sequiť, Hoc B aũt totũ factũ est, vt implerẽtur scripturæ Prophetarũ, q̃ ergo ibid. scripturæ Prophetarũ, hic d. *verba labiorũ tuorũ*.

Matth. 26.

189 *Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea.*

D. pœ. d. 2. c. si quis.

COnsequenter hic quintò ostendit q̃ oratio debet esse grata per charitate: per gressus.n. quibus tendimus corporaliter, virtutes accipe, quibus ãĩa ad Deũ graditur, de quibus Psal. 36. Apud dominum gressus hominis dirigentur, & viam eius volet: per semitã verò, quæ est via breuis, charitatẽ accipe: quæ velocius cæteris virtutibus ducit ad vitã. Istæ sunt semitæ charitatis, quas Christus dedicabat, de quibus Esa. 2. dicitur: Docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis eius, volens ergo Christus ostendere orationem cum charitate debere fieri, in persona suorũ patrũ orans d. *Perfice gressus meos in semitis tuis*. idest omnes virtutes meas & actiones in charitate perfice, vnde gl. *Ideo custodiui vias duras*, vt perficiatur charitas Ecclesiæ, quæ scilicet, vestigia mea sequens per charitatem ambulabat, non vias latas quæ ducunt ad mortẽ, sed charitatis semitas, quæ ducunt ad vitam. Et nota q̃ quãuis charitas dilatetur ad proximũ: tamen vocatur semita, quæ est via stricta: quia multa arcta, & aspera charitatis amor propter Deum, & proximum aggredi facit: & quia gressus in charitate fundati sunt stabiles, dicente Apostolo. Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an gladius &c. & concludit: certus sum enim quòd neque mors, neque vita &c. neque creatura alia poterit nos separare à charitate Christi. Ideo iste orans in charitate perfici suos gressus quærit: vt stabilis permanens à Deo separari nõ possit, & hoc est quod subdit, *vt non moueantur vestigia mea*, vestigia, idest, exemplum virtutum mearum: quę imitanda reliqui Ecclesiæ, hæc enim Christi vestigia in electis fixa permanent, & permanebunt in æternum.

Oratio. Charitas. Via. Semita.

Roma. 8.

190 *Ego clamaui, quoniam exaudisti me, Deus, inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.*

De consecr. d. 2. quãdo autem.

HAec est secunda pars principalis, in qua Christus postulationẽ suã explicat, idest ostendit in speciali, quid orando à patre petat, & diuiditur in partes tres. Quia Christus primò patri gratias agit de sua exauditione. Secundo patris adiutorium petit pro sua liberatione, ibi, *Mirifica misericordias tuas*. Tertiò hostis malitiam ponit de sua persecutione: ibi, *Inimici mei animam meam circumdederunt*. Primò ergo patri gratias agẽs, quia exaudiuit eum. d. *Ego clamaui, quoniam exaudisti me*. Oĩs enim Christi ora- C tio fuit exaudita, vt ostendit magister, pp quod & ipse Christus patri orans. d. Pater gratias ago tibi, q̃m audisti me, ego.n. sciebam, q̃m semper me audis. Dicat ergo Christus patri. *Ego clamaui quoniam exaudisti me*, quia certissimè me exaudiendum sciebam. Et attẽde, q̃ hic ly, *quoniam* põt referri ad ly, *clamaui*, & tunc est sensus, q̃ causa clamoris, fuit exauditio, vel põt referri ad ly *exaudisti me*, & tunc est sensus, q̃ causa exauditionis fuit oratio. Et vtroque modo verum est, q̃m Deus sua gratia præuenit clamorem nostræ orationis, inspirando volun- D tatem orandi: & sic antequã clamemus, nos exaudit, inspirando voluntatẽ orandi, & tũc *quoniam* refertur ad ly, *exaudi*. Deus etiam orationem gratiæ prosequitur cõcedendo postulata & tunc ly, *quoniam*, refertur ad ly *clamaui*.i. quia clamaui exaudisti me. Vnde sicut Christus in oĩ oratione fuerat exauditus: ita pro mẽbris suis in futurum exaudiri postulat. d. *Inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea*. In hoc quod d. *Inclina*, oñdit q̃ orãtẽ oportet humilẽ esse, & bassum:

Magister li. 3. dist. 17.

Ioan. 11.

Inclinare Aures.

homo.n.non inclinat aurem, vt audiat altum hominem, sed paruũ, & bassum, per hoc ergo mysticè denotatur, ꝙ humilitas orationem facit exaudiri. Iud. 8. humilium, & mansuetorum tibi semper placuit deprecatio. Sed hic est dubium, vtrum omnis oratio Christi fuerit exaudita, vř ꝙ non. Primo, quia Christus orauit pro suis Apostolis, vt seruarentur à malo. Et tñ multa mala, & ẽt mortem passi fuerunt. Item Christus rogauit patrem, vt calix suæ passionis transiret ab eo: quem tñ potauit. Item non omnis oratio iustorum exauditur, Igitur nec omnis oratio Christi, patet consequentia, quia omnis oratio iustorũ est Christi, quia vnum sunt cum Christo. Ad oppositum est iste versus. *Ego clamaui, quoniam exaudisti me.* Rñdeo ꝙ omnis Christi oratio fuit exaudita, patet, quia cum omnia nuda sint, & aperta oculis eius, omnia videbat, quæ Deus, & sic sciebat omnia, quæ Deo sunt placita, & ꝗ non, cũ ergo in orationibus suis nõ discordaret voluntati patris, ipso dicente, quæ placita sunt ei, facio semper, sequitur ꝙ in omnibus fuit exauditus. Nunc ad argumenta. Ad primum dicendum ꝙ patrem rogauit pro Apostolis, vt eos seruaret à malo culpæ, non aũt à malo pœnæ, & sic factum fuit. Ad secundum, dř, ꝙ Christus non rogauit, vt Petrus non deficeret à fide, sed ne fides Petri deficeret, quæ nunquam defecit, ẽt si ad tẽpus Petrus ab ea defecit. Ad tertium, quo dř, ꝙ Christus rogauit, vt calix suæ passionis transiret ab eo, ꝙ tñ nõ obtinuit, dř ꝙ obtinuit, ꝙ orauit. Vnde nota, ꝙ ille passus Christi orationis à doctoribus multipliciter exponitur. Primò, ꝙ in Christo erat duplex affectus. s. carnalis sensualitatis, & rationalis voluntatis, primo mortem fugiebat sicut cæteri homines, secũdo ipsam desiderabat, & quia oratio magis procedit ab affectione rationalis, si sit deuotè regulata: ideo Christi oratio fuit exaudita, vnde dixit, Transeat à me calix iste, quo ad affectionem carnis. Et quantum ad affectionem superiorem rationis subdit. Veruntñ, non ꝙ ego volo, sed ꝙ tu, per hoc instruens nos, vt quantum possumus, sine peccato mortem fugiamus: si aũt nõ possumus, humiliter nostram volũtatem subijcia-

Oratio. Christi. Exaudire. Quæstio. Ioan. 17. Luc. 21. Resp. Ioan. 8. Calix passionis.

E mus diuinæ. Vnde Leo Papa in sermone de passione. d. Hæc vox transeat à me, &c. Omnes fideles instruit, omnes confessores accendit, omnes martyres coronat. Nam quis mundi odia, quis tẽtationum turbines, quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus, & pro omnib. diceret, Trãseat à me calix iste, veruntñ non ꝙ ego volo: Discant hanc vocem omnes Ecclesiæ filij, vt cũ aduersitas alicuius violentę tẽtationis incumbit: superato carnis timore, formido fiduciam accipiat, & tolerantiam subeat passionis. Secundò sic. Transeat à me omnia calix iste, Non quidem, non vt omnia non veniant, sed vt non diu durent. Tertiò sic. Transeat à me &c. i. à meis. s. Iudæis calix iste. s. peccatum illatę passionis, vt. s. remaneat in eo finaliter, sed per pniam finaliter deleatur. Ex quibus omnibus patet ipsum exauditum fuisse. Ad quartum aũt, quo dř, ꝙ omnis oratio iustorum exauditur. Rñdet, ꝙ, cum omnis oratio iustorum sit iusta, exauditur à Deo dando ꝙ petitur: vel melius quam petatur, vt qñ Paulus orauit pro oblatione stimuli carnis melius obtinuit, quam peteret. s. cõseruationem gratiæ. Ex isto dubitur, an votum faciens, aliquid licitũ à Deo postulando, si illud non obtinet, ꝙ promisit adimplere teneatur, & vř ꝙ sic, quia & si non obtinet, ꝙ petit, obtinet tñ aliquid melius. Quia igitur in tota parte præcedenti actum est de Christi oratione, quia nos docet orare. Ideo pro nostra eruditione noto, ꝙ Christi oratio est scutum nostræ defensionis. Nuncius nostræ legationis. Redditus nostræ subuentionis. Primò est scutum nostræ defensionis, qm̃ sicut scutum à telis aduersis protegit, sic & oratio Christi ab insidijs diaboli nos defendit, vnde patrẽ pro suis orauit. d. Pater, pro eis rogo quos dedisti mihi, vt serues eos à malo. s. culpæ. Narrat historia Britonum, ꝙ rex Arthus illustris depictam habuit infra scutum imaginẽ virginis in brathijs filium baiulantem, ad hanc autem imaginem quoties in belli pressura incipiebat fatigari, respiciebat, ex cuius intuitu vires resumebat, & quasi potens efficiebatur, vnde illud scutum interius præscina vocabatur. Moraliter ad propositum

Leo. Nota. Ioan. 1.

tum isto modo scutum nostræ orationis debet ordinari, vt infra habeat gloriosæ virginis imaginem. s.n. rectè imaginetur in interiori parte ipsa videbitur quasi scutum nostram orationem assumere, & suo præsentare filio. Nam quicquid offert illa, necessario est acceptum. vnde. d. Bernd. super missus. certè frater quicquid offerre paras, Mariæ commendare memēto, vt ex eodem alneo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo influxit. Duo igitur sunt, quæ orationē nostram complere debent. s. Christus, & Maria: dñt.n. Grammatici, q̄ duę sunt principales orationis partes.s.nomē, & verbū. Inter quas dña talis datur, quia nomen significat substantiam cum qualitate sine tempore, verbum aūt significat personam agere, vel pati cum tpe: de natura nominis est reddere suppositum verbo, & de natura verbi est regere sibi suppositum nomen. Moraliter ad hoc, q̄ oratio nostra sit congrua, necesse est q̄ ex nomine, & verbo componatur, verbum aūt, quod orationē nostram ingredi debet, est illud verbum, quod caro factum est. Illud autem verbum non solum personam significat: imò persona est, filius Dei. Significat aūt cum tēpore, quia nunc venit plenitudo temporis in quo misit Deus filium suum &c. Istud aūt verbū actionem denotat, quia eius actione factus est mūdus significat & passionem, quia eius passione redemptus est mūdus. Sed nomen, quod in nostra oratione debet poni, est nomen virginis Mariæ, Maria ecce substantia, virgo, ecce qualitas, & hoc sine tempore, cuius ratio est, vt dr. 4. Physic. Tempus est causa corruptionis, quia omnia, quæ tempore mensurantur, tabescunt in tempore, & corrumpuntur. Vnde illæ virgines quæ post corruptæ fiunt matres, significant substantiam cum tempore, sed ista virgo existens mater est effecta sine corruptione, fuit. n. semper virgo ante partum, in partu, & post partū, ideo fuit sine tempore. Nunc ergo restat videre, quando & quomodo hoc nomē huic verbo suppositum reddidit, & quomodo à verbo isto regitur. Quando enim ipsa ab Angelo fuit salutata statim reddidit suppositum verbo, quia verbū suppositum, & humiliatum per incarnationem fuit, & statim à verbo fuit recta. d. fiat mihi secundum verbum tuum. Sed hic oritur dubium, nam secundum Grāmaticos impossibile est, q̄ nomē sit suppositum verbi, & non regatur à verbo. Maria autem semper verbo supposita fuit: tamen non semper recta à verbo, nam Christus in sua passione hoc nomē per se non rexit, sed eius regimen dedit Ioan. d. Ecce mater tua. Respondeo, q̄ quādo nomen stat in recto casu. s. in nominatiuo, tunc semper regitur à verbo, quando antem stat in obliquo, quia tūc quandoque stat absolutè, non semper regitur à verbo. Modo hoc nomen virgo Maria, s. in morte filij totaliter fuit in casu obliquo absolutè posita, quando. s. anima Christi absoluebatur à carne, & corpus filij auferebatur à matre. vnde dicebat illud Esa. Generatio mea ablata est à me, sed in incarnatione verbi ipsa stetit in recto casu. Luc. 1. Nomen virginis Maria. s. quia in passione Christi hoc nomen non stabat in recto, sed magis in ablatiuo, ideo nomen eius tūc non posuit Euangelista, sed dixit: stabāt iuxta crucem Iesu mater eius &c. Vides q̄ hic nomen Mariæ tacetur, ad denotādum q̄ hic, hoc nomē non in recto sed potius in obliquo, & ablatiuo, & ideo nō necessario regebatur à verbo, &c.

Ioan. 1. — *Gala. 4.* — *Dubium.* — *Quæst.* — *Ioan. 19.* — *Resp.* — *Esa. 1.*

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. 191

HIc adiutorium Dei petit pro sua liberatione. d. *Mirifica misericordias tuas*. Mirificare idem est, q̄ miranda facere, & quia omnia quantumcunq; magna ex vsu vilescunt, & non mirantur, sicut q̄ aqua virtute solis vertatur in vinum, & similia noua aūt magis mirantur, & sic *mirificare misericordias* est per misericordiam aliqua noua, & miranda facere, & sic Christus petendo misericordias mirificari, petit à patre miraculorum potestatem, quibus nouas misericordias conferat mundo: per quæ à suis persecutoribus liber existat, vnde glo. Mira sunt, quæ noua sunt, hæc sunt miracula, quæ Christus gessit in carne, mirantibus Iudeis. Et est sensus, *Mirifica misericordias tuas*. i. per me fac noua, & miranda, quæ etiam mali mirentur,

Mirificatur

ne vilescat misericordiæ tuæ. Sic enim mirificauit misericordiam suam: quando de quinq; panibus quinq; millia hominum saturauit. Sic mirificauit misericordiam suam, quando Iudæi duxerunt illum vsque ad supercilium montis, vt præcipitarent eum. Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Sic etiam quando facto flagello de funiculis omnes ementes & vendentes, eiecit de templo, quod inter Christi miranda mirabilius prædicatur, vnde Hier. super Matt. Multi pro maximo signorum mirantur Iesum Lazarum suscitasse, cæcum ex vtero lumen accepisse, transfiguratum in monte gloriam triumphantis ostendisse; verum inter omnia signa miranda, quæ fecit Iesus, hoc mihi videtur mirabilius esse, q. vnus homo eo tempore contemptibilis Scribis, & Pharisæis sæuientibus contra se per unius flagelli verbera eorum lucra destruxisset. Siquidem ignis sidereus ex eius oculis radiabat, & magna dignitas in facie fulgebat, ex quo ei resistere non audebant. Talem ergo potestatem miraculorum à patre postulat Christus dicens. *Mirifica misericordias tuas*, quia talia mira mirificauit sanctum tuum pater, quia per illa opera miranda multi conuertebantur, ideo subdit. *Qui saluos facis sperantes in te.* Per talia enim mirifica opera saluos fecit cæcum illuminatum, magnam turbam Iudæorum per Lazarum resuscitatum, infirmum in piscina sanatum.

Ioan. 6.
Luca 4.
Hieron. de miraculis.
Matth. 21.
Mirabilis Christus.

192 *A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi.*

2. q. 7. testes.
Dextera.

VBi notandum, q. in scriptura per dexteram multa intelliguntur, significat enim dextera, mundi prosperitatem, & ad istam non debemus declinare per superbiam, nec ad sinistram ad uersitatis per impatientiam. Non declines ad dexteram, neq; ad sinistram: auerte pedem tuum à malo. Carnis propinquitatem, & hanc debemus amputare. Si dextera tua scandalizat te, abscinde eã, & proijce abs te. Aeternam fœlicitatem. Statuet oues à dextris &c. tunc dicet Rex ijs, qui à dextris erunt, uenite, &c. Dextera sua reget eos. Humanã bonitatem, q. debemus eligere. Prou. 4. Vias, quæ a dextris sunt, nouit Dñs. i. approbat, peruersæ autẽ sunt, quæ à sinistris sunt. Incarnatam deitatem, cui debemus obedire. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, &c. Ad propositum hic autem accipitur dexteræ Dei, scilicet Christo Iudæi resistebant: quia omnia, quæ faciebat bona, interpretabantur in malũ, vt de expulsione dæmonum. d. In Belzebub principe dæmoniorum, &c. quando ipsum sanantẽ ægrotos dicebant cõtrarium Deo. d. Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit. Quando ipsum docentem dicebant seductorem. Io. 9. Alijs dicentibus, quia bonus est, ipsi dicebant non; sed seducit turbas. Et si quæras, quomodo huic dexteræ aliquis mortalis resistere potest, cum scriptum sit. Virtuti brachij tui quis resistet? q. d. nullus. Respondet Gregor. Super illo Iob 9. Quis resistet illi, & habebit pacem. d. peruersa mens, vnde se cõtra auctorem erigit, inde se in semetipsam confunditur. Resistere autem Deo dicimur, cùm repugnare eius dispositionibus conamur, neq; enim nostra infirmitas incommutabili eius sententiæ obuiat: sed tamen, quod explere non ualet, tentat. Nam sæpè humana infirmitas occultæ vim dispositionis agnoscit: & tamen hanc si mutare ualeat, appetit: contraire satagit: sed ipso se gladio contradictionis frangit: ordini interno reicitur, sed suis victa conatibus ligatur &c. Quia ergo ipsi Iudæi Christo resistebant, ab ipsis petens protegi dicit. *A resistentibus dexteræ tuæ custodi me vt pupillam oculi*, idest secundum humanitatem. Per pupillam enim oculi Christi humanitas secundum glos. intelligitur, quia pupilla pars exigua est: & tamen per illam acies luminis dirigitur, quo lux, & tenebræ dijudicantur, sic per humanitatem Christi diuinitas discernens inter bonos, & malos, quia eos, qui fidem humanitatis habent in sorte bonorum, alios verò in consortio malorum annumerat, hanc ergo pupillam Christus à patre petit custodiri, & modum custodiæ subdit. d.

Prouer. 4.
Matth. 5.
Matth. 25.
Sap. 5.
Psal. 117.
Resistere Deo.
Sap. 11.
Grego. 9. mor. c. 2.
Pupilla oculi humanitas Christi.

193 *Sub vmbra alarum tuarum protege me: à facie impiorum, qui me afflixerunt.*

Ala Dei. Charitas. Misericordia.

ALæ enim Dei, quibus nos protegit sunt duæ. s. misericordia & charitas: quia per misericordiam remouet mala: sed per charitatẽ bona largitur, vnde gl. Misericordia .n. & charitas sunt alæ patris, quib. nos protegit. Alis istis protegi quærit Christus, non solũ in se, sed magis in suis, & à quib. subdit. *A facie impiorum, qui me afflixerunt.* i. a facie Iudæorũ, qui me affligere disposuerũt. Impius enim diabolus qui per semetipsum Christum tentãdo superare non potuit, per membra sua, id est impios ipsum affligere vsque ad mortem procurauit, quod prouidens Iob dicit de Christo. Terra data est in manus impij, quod ad propositum exponẽs Greg. d. Quid enim terræ nomine nisi caro exprimitur? quis appellatione impij nisi diabolus designatur? Huius impij manus, & membra fuerunt ij, qui in redemptoris nostri morte grassati sunt. Terra itaque in manus impij data est: quia antiquus hostis redemptoris mentem corrumpere per se tentando non valuit, sed eius carnem per suos satellites ad triduum passionis permissus extinxit. Tribus etenim redemptorem nostrum tentationibus pulsans corde tentare non valuit: sed tamen sua membra ad mortem carnis excitauit. Cumque ei cohortem, atque à pontificibus, & Pharisæis ministros tradidit, nimirum iste impius manus ad terram tetendit. Huius terræ iudices sacerdotes, & principes, Pilatus, atque illusores fuerunt, & cet. Ab istis ergo Christus liberari postulat: non quidem ne affligatur, & occidatur ab eis: ad hoc enim venerat: sed ne per suam afflictionem, & mortem suam, membra, id est Apostoli cæterique desperando occidant à fide, sed magis in tabernaculo ecclesiæ permanentes protegantur à Deo, vt sic voce membrorum suorum dicat illud Psalm. Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula, protegar in velamento alarum tuarum.

Greg. 9. mor. c. 21. Diabolus. Tentatio Christus. Terra. Aliter habetur in originali Greg. Psal. 60.

194 *Inimici mei animam meam circundederunt, adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.*

COnsequenter hic hostis, id est, populi Iudæorum ponit malitiam: vnde tria specialia vitia Iudæorum contra Christũ hic describit, quoniam ipsi Iudæi contra Christum fuerunt primo superbi, & contumaces. Secundò auari, & crudeles: ibi *proijcientes me.* Tertio dolosi, & insidiantes, ibi. *Susceperunt me sicut leo.* Quantũ ergo ad primum eorũ ostendit superbiam. d. *Inimici mei*, &c. Vbi notandũ, quod per adipem significat superbiam: quia sicut adeps, & pinguedo ex ciborum consurgit abundantia, sic ex abũdantia diuitiarũ consurgit superbia: vnde de quolibet superbo diuite dicitur: Viscera eius plena sunt adipe interiora diuitis replentur superbia, vt exponit Greg. Notans ergo Christus Iudæorum superbiam contra se incrassatam. d. *Inimici mei.* s. Iudæi *adipem suum concluserunt*, idest vitam meam volentes tollere, *adipem suum concluserunt.* i. superba lætitia & pingui sunt operti postquam cupiditas eorum de scelere est satiata. Quod ideo. d. quia capto Christo, lætitiã pinguem intus conceptam superbè extra ostentauerunt: vel a simili animalium, quæ ex adipe inflantur, & fiunt lasciuia. Sic & isti *adipem suum concluserunt.* i. superbiam tenuerunt, non quidem humiles, sed inflati superbia. Et ideo quia ad superbiam intus enclusam sequitur loquelæ superbia: quia vnusquisq; talia loquitur, & dicit, qualis est intus, vt dicit Philosophus, & ex abundantia cordis os loquitur. hic quod sequitur, *Os eorum locutum est superbiam.* Vt puta, qui superbia inflati, Christo dicebant. Aue rex Iudæorum. Vah qui destruis templum Dei. Alios saluos fecit, &c. Quando .n. viderunt Christũ captum, tunc cogitauerunt Christo præualuisse, & ideo amplius solito in verba superbiæ proruperunt: quoniã vt ait Gregor. Superbus quisq; quo in hac vita plus valet, eo sibi linguæ fræna audacius relaxat, vt nullũ de verbis suis metuat, istos cõtumelijs feriat, illos maledictionib. iaculetur, nonnunquã verò in blasphemiã contra cõditorẽ rapitur: sicut de aliquibus per psal. dicitur:

Superbi. Adeps. Iob 21. Greg. li. 15. mor. c. 25. Loqui superbiam. Greg. 12. mor. c. 24. Lingua.

Psal. 72. dicitur: Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiuit super terram. Sic, & modo Iudæi credentes se Christo præualuisse, ore superbo contra ipsum grandia loquebantur. Et hoc est quod de ipsis nunc dicit psal. *Os eorum locutum est superbiam.*

195 *Proijcientes me, nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.*

HIc consequenter ostendit, illos cōtra Christū fuisse auaros, & crudeles. Vbi notandū, q fundamētum peccati Iudæorum, quo Christum persequebantur ad mortem, fuit, quia cor suum ad auaritiam declinauerunt, & oculos suos statuerunt declinare in terram, vt qn.d. Ecce totus mundus abit post eum, si dimittimus eum sic: venient Romani, & tollent, &c. Hac ergo auaritia motus dicit Christus. *Proijcientes me circundederunt me.* Proiecerunt.n. Christum, qñ ipsum extra ciuitatem duxerunt ad crucifigendum: quasi locus sanctus ciuitatis per Christi præsentiā macularetur: tunc circundederunt eū, non obsequio, sed furore, sicut ad spectaculum grande concurrentes. vnde de talibus sic ipsum circundantibus dicit Christus, circundederunt me canes multi: conciliū malignantiū obsedit me. Per canes multos accipe Iudæos: qui nō pro veritate, sed liuore odij concepti latrantes, & mordētes, vt canes latrantes dicebāt. Tolle, tolle, crucifige eum: sed conciliū malignantiū Christū obsedit, qñ collegerunt pontifices, & Pharisæi concilium aduersus Iesum, vt.s. eum morti traderent, vt sit sensus. Proijcientes me circundederunt me, id est, volentes me proijcere de vita ad mortem, circundederunt, &c. & hoc quare. Sequitur. *Oculos suos statuerunt declinare in terram*, id est, ad auaritiā, quæ excæcauit eos, vt putarent eū impunè occidere: & ipsorum peccatum impunitū manere: qui. n. oculos ad terram declinat, cœlum nō videt, & sic iudiciorū Dei recordari non vī: sic omnis qui peccat, oculos declinat ad terram, quia qui iudiciorū Dei mente vellet recordari, nunquā peccaret. Si. n. de illis malis iudicibus dicitur. Quod auerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlum: neque recordarentur iudiciorum iustorum.

Auaritia. Ioan. 11. Nota. Psal. 21. Canis. Ioan. 11. Dan. 13.

196 *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.*

HIc consequenter ostendit illos cōtra Christum fuisse dolosos & insidiantes. Nomine autem leonis diabolus pp suam ferocitatē intelligitur. propter quod de ipso dicitur. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Est etiā fraudulentius ipse leo: quia famescens se in insidijs occultat; vt transeuntes rapiat. psal. Insidiatur quasi leo in spelunca sua. Istis duabus cōditionibus ipsi Iudæi leoni cōparantur: quia & cōtra Christum crudeles, & malitiosi. Vide ipsorū crudelitatem: quia non fuerunt cōtenti Christū interficere, nisi crudeliori morte ipsum occiderent. s. morte crucis. hoc ideo, vt eius famā magis diuulgarent, ne aliquis crederet in eum. Vñ cū Pilatus diceret eis. Accipite eum vos, & fm legem vestram iudicate eum: statim rñderunt, nobis non licet interficere quenquam, quod sic exponit Chrysosto. quia Iudæi crudeles crucifigi cupiebant: vt hoc genere mortis eum amplius diffamarent, ipsis autē per Romanos ablata erat potestas aliquem crucifigere propter summum opprobrium talis mortis, quia solum proditores imperij & latrones occidebantur. Hac enim morte aliquem occidere solum licebat præsidi: licet Iudæi alio genere mortis occidere possint reos, vt patuit de Stephano, quem lapidauerunt. Et ideo hac crudelitate leoni comparātur Iudæi. idem de Iudæis dicit Christus. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silua. s. crudelis. Fuerunt etiam contra Christum malitiosi & insidiantes, quia ipsum falsò in multis accusauerunt dicentes Hunc inuenimus subuertentem gentem nostrā, & prohibentem tributa dari Cæsari: quæ falsa erant, vt ostendit Theophyl. d. Vide insidias leonis in falsis accusationibus, quæ euidēter veritati aduersantur. Non enim prohibuit dominus tributum dari Cæsari: sed magis dari iussit. d.

Leo. Diabolus. 1. Pet. 5. Psal. 9. Ioan. 19. Iudæus. Actuum. 7. Hiere. 12. Luc. 22.

sit.d.Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Nec etiam gentes subuertebat, vt regnum aggrederetur, quinimo volente tota multitudine eum regem facere, sciens fugit, vt habetur Ioan. 6. Fuerunt ergo Iudæi contra Christum, vt leo, & crudeles, & insidiantes, & ista duo hic de ipsis Christus notat. Dicens quo ad primum. *Susceperunt me, sicut leo paratus ad prædam*: vbi notatur crudelitas. i. susceperunt me auidè, & crudeliter, vel à Deo patre cuius dispositio erat vt moreretur, vel à Iuda proditore: vel à Pilato iudice. Et hoc sicut leo paratus ad prædam qui sua crudelitate circuit quærens quem deuoret. i. secundum gl. comparandi erant leoni diabolo, quo aucto re taota crudelia faciunt. Et non tãtum principes, & maiores, sed etiam plebei, & minores scilicet qui erant *catuli leonis*. i. filij diaboli, quibus dictum est, Vos ex patre diabolo estis. Quo vero ad secundum dicit. *Habitans in abditis*: quia isti insidiose cogitabant quibus insidijs circumuenirent, & perderent eum. Quibus omnibus consideratis, de populo Iudaico dicatur illud quod scribitur. 1. Machab. 3. Similis factus est leoni in operibus suis.

Ioan. 6.

1. Mach. 3.

137 *Exurge, domine, præueni eum, & supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.*

Haec est tertia pars principalis: in qua omnibus à Deo iustè retribui postulat. Et duo facit: quia primo petit malos puniri, secundo bonos præmiari: ibi. *Ego autem in iustitia apparebo.* Quantum ad primam partem: tres pœnas pro peccato commisso contra Christum Iudæis in hoc prædicit futuras. Prima est mentis excæcato. Secunda à terra ipsorum expulsio: ibi. *Domine, à paucis de terra diuide eos.* Tertia est filiorum maledictio: ibi. *Saturati sunt filijs.* Quantum igitur ad primũ dicit. *Exurge domine*, &c. Dormire enim videtur Deus, quia ad modum dormientis se habet, quando peccata impunita dimittit: vel quando suos permittit affligi. Vt à tali somno excitari videtur: quando suos defendẽdo malos punit. Sic enim ps. 43. A ipsum Deum excitabat Psalm. d. Exurge, quare obdormis domine &c. Consimiliter hic petit Christus Deum exurgere ad punitionem Iudæorum. d. *Exurge domine præueni eum*. Et loquitur a simili duorum, qui currunt ad nocendũ vnus alteri. Sic enim currebat populus Iudæorum ad malum, vt Christum crucifigeret currebat. Deus pater vt ipsum vindicaret: vñ orat Christus. d. *Exurge domine præueni eum*. i. citius ipsum excæcando punias, quàm ipse me persequendo crucifigat. Hoc ideo dicit, quia quilibet, qui peccat, prius seipsum lædit B quam alterum, immò magis seipsum lædit quam alterum: quia sibiipsi primo mortem animæ infert, alteri autem posse corporis; & est sensus. *Præueni eum*. i. præueniens eum. s. populum Iudaicum ipsum mente excæcando. Nã ante Christum, vt dictum est superius, ibi. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus*: ipsum Christum cognouerunt scribæ, & Pharisæi esse verum messiam in lege promissum, sed postea ira contra Christum excitati, excæcati fuerunt, & hoc est, quod dicit Apostolus. Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. C Et hoc significans, dicit. *præueni eum*. s. ipsum excæcando. *Et supplanta eum.* loquitur ad modum luctantium, quorum supplantans supplantatũ deiicit. Sic, & iste populus fuit supplantatus, & deceptus: quia tota intentio, qua Christum occidit, fuit, ne perderet gẽtem, & locũ, & tñ propter Christi mortem, & gentẽ perdidit, & locum: quia per Titũ & Vespasianum & magna pars fuit interfecta: & reliqua extra patriam, & locum captiuata, & venundata. *Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.* Vbi aduertendũ quòd Christus dicitur manus Dei: dicitur & D framea Dei. Dicitur manus Dei quia per Verbum pater omnia fecit, & hanc manum in mundum mitti petebat alibi. Psal. d. patri: Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me &c. Dicitur etiam framea Dei quia per Christum, sicut rex frameam regna iniquitatis deleuit, & ab impijs separat iustos: hic affectu. s. in futuro, loco, sic ergo orat. psal. d. *Eripe animam meam ab impio*, id est, vitam meam à populo Iudaico. s. per re-

Dormire Dei. Exurgere Dei.

Psal. 43.

Peccator nocet.

1. Cor. 2.

Supplantatio Iudaus.

Manus dicitur Christus & framea.

Psal. 143.

surrectionem? Quod alijs verbis explicat subdens frameam tuam, id est, animam meam quæ est framea tua. *Eripe in quam illam ab inimicis manus tuæ.* s. ab inimicis mei, qui sum manus tua.

198 **Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: & de absconditis adimpletus est venter eorum,**

15.q.1.non est.

HIc ponit secundam pœnã, quæ est à propria terra exultatio. Vbi notandũ, q Romani, qui expulerũt Iudæos de ipsorum terra per orbẽ, pauci erant numero respectu ipsorũ Iudæorum: in tm q Dei virtute tunc videbatur contra Iudæos impletum, quod alias pro illis dictũ fuerat. s. q vnus persequebatur mille: & duo fugarent decem millia. sic tunc Iudæis accidit in vindicta mortis Christi. Et hoc præuidens Christus patri dicit. *Domine à paucis de terra diuide eos.* q. d. perde eos de terra, quam inhabitant, & disperge eos per totum mundum. Et hoc *in vita eorum.* i. in vita ista quã solũ vitam putant: qui de æterna vita desperant. & rationem subdit. d. *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum.* Vbi nota q sicut Deus se abscondit ab aliquibus: ita aliqui absconduntur à Deo. Abscõdit. n. se Deus a peccatoribus. Abscõdam faciem meã ab eis, & consi. no. eorum. Sed à Deo absconduntur peccata, quæ non videt. i. non approbat. Vñ peccatoribus propter peccatum dicit. Amẽ dico vobis, nescio vos. Per ventrem autem accipe mentem, quia sicut in vẽtre quæ existunt ab oculis hominum abscõduntur: sic quæ manent in mente. Dicit ergo. Quæ est causa, quare Iudei de terra sua expellantur? Respõdet, quia *de absconditis tuis*, id est, de peccatis *adimpletus est vẽter eorum*, id est, mens ipsorum.

Abscõdere.

Deut. 33.

Matth. 25.

199 **Saturati sunt filijs: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.**

De pœ. d. 3. quamque.

POnitur hic tertia pęna Iudæorum, quæ est filiorũ maledictio. Iudæi. n. inter alias nationes generationi filiorũ intendebant, & hoc propter cultum Dei multiplicandum, vnde non solum abundabant in bonis temporalibus, sed etiã in filiorum multiplicatione, & hoc est quod dicit. *Saturati sunt filijs.* s. quibus abundant: tamen sequitur. *Dimiserunt reliquias suas paruulis suis.* Reliquiæ enim peccatorum dicuntur pœnæ peccata sequentes. Et isti pœnam peccati mortis Christi transmiserũt ad posteros. Quia cum Pilatus diceret. Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Respondens vniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. q. d. Nos totum peccatum effusionis sanguinis istius, & eius vindictam super nos, & super filios nostros accipimus, & te liberè absoluimus. Sed nunquid pro peccato patris filius puniri debet, cum dñs dicat: Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, &c. Responsio, quod pœna est duplex, scilicet temporalis, & æterna. Pœna temporali punitur filius pro patre, subditi pro domino quandoque, sed nunquam æterna, neque spirituali. 1. q. 4. cum ergo. Sic igitur isti *dimiserunt reliquias paruulis suis.* quia s. pro peccato ipsorum puniti fuerunt filij: quando per Romanos omnes exterminati fuerunt. 23. q. 4. hinc notandum. Alia litera habet. *Saturati sunt porcina.* & tunc est sensus. *Saturati sunt porcina*, id est, immunditia: quia porcus est animal immundissimum. Et est idem sensus cum priori.

Matth. 27.

Questio. peccatum.

Ezech. 18.

Punitio.

Pater.

Filius.

200 **Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor, cum apparuerit gloria tua.**

De conse. dist. 5. senium.

COnsequenter hic ostendit bonos præmiari. Vbi nota q hæc verba de se Christus dicit: ac etiã de electis suis. De se quidem: quia quamuis ab instanti conceptionis suæ fuerit verè beatus, & Dei repletus gloria, quo ad animã: corpus tamen habebat mortale & passibile, quod per gloriam resurrectionis gloriosum, & immortale resurrexit: cuius meritum fuit iustitia passionis, per quam meruit gloriam. Et vocatur Christi passio iustitia: quia per illam Deo satisfactum est pro peccato humanæ naturę. Dicat ergo de se Christus. *Ego autem in iustitia tua apparebo in conspectu tuo.* id est propter iustitiam meæ passionis, quam tuã dico: quia per eam tibi satisfactum est, apparebo: s. gloriosus corpore resuscitatus in conspectu tuo. *satiabor, cum apparuerit*, &c. Sed nunquid ante resurre-

Christus. Questio. Beatitudo. Resurrectio Christi.

surrectionem Christus satiatus? Dico ꝙ fic: eo modo, quo erat beatus. s. quo ad animam, sed gloriam immortalitatis ad huc expectabat, qua habita, fuit quò ad animam, & quo ad corpus satiatus. Et hanc gloriam dicit esse patris, quia à pa tre sibi datam. Si autem hic Christus lo quatur in persona corporis sui quod est ecclesia: tunc per ista verba ostendit ꝑmiationem finalem omnium bonorum. qm post diem iudicij omnes erũt gloriosi duplici stola indui. s. beatitudinis animæ, & corporis. Sed quia in persona electorum hic dicit Christus, *satiabor, cum apparuerit gloria tua*, occurrit dubium. Vtrum omnes sancti æqualẽ habeãt gloriam, per quam æqualiter sint satiati: Et arguitur ꝙ sic. primo quia Matth 20. dicitur, ꝙ omnes acceperunt singulos denarios, & ꝙ dominus tm̃ dedit nouissimo sicut primo. quod exponit glo. de præmio beatitudinis. Itẽ quia tam perfecta erit charitas in patria, ꝙ quilibet tm̃ diliget alium sicut seipsum, & per consequens tantum gaudebit de beatitudine alterius, sicut de sua. quod si sic: ergo omnes æqualiter gaudebũt & erunt æqualiter beati. Ad oppositum dicit Christus. In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Item quia præmium correspondet merito, sed merita sunt di sparia. ergo & præmia. Responsio, ꝙ om nes erunt satiati, sed non omnes æqualẽ habebunt gloriam. quia maioris gloriæ capax erit vnus quàm alius. Notandum tamen ꝙ beatitudo acc pĩt dupliciter, s. vel vt est satiatio effectiuè, vel formaliter. Primo modo est vna omnibus, quia vnus Deus est obiectum beatitudinis omnium. Secundo modo beatitudo diuersa est in diuersis secũdum maiorem, vel minorem gratiam, quæ animam magis, vel minus disponit ad Deum participãdum. sic vno sole illuminantur omnes, quantum sunt capaces luminis, sed tm̃ maius lumen solis participat vnus, alius verò minus secundum maiorẽ vel minorem oculorum dispositionem. Per hoc respondetur ad argumenta. Ad primum patet de denario, ꝙ ibi accipitur beatitudo pro obiecto. Ad secundum dicitur, ꝙ quilibet tm̃ alium & se diliget quantum habeat de charitate, & sic secũdũ proportionẽ charitatis gaudebit de sua beatitudine, & alterius. Et sic q̃ Petrus maiorem charitatẽ hẽt q̃ Linus, plus de propria beatitudine, & de beatitudine Lini gaudebit, q̃ Linus, &c.

Quæstio. *Matth. 20.* *Ioan. 15.*

PSAL. XVII.

DIligam te, Domine, fortitudo mea, Dñs firmamentum meum, & refugiũ meũ, & liberator meus. 201

TITVLVS istius Psal. est, *In finem puero Domini Dauid qui locutus est domino verba cantici huius in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorũ eius, & de manu Saul.* Aliqui istum titulum & Psal. de Dauid volunt exponere, ex eo ꝙ legitur in lib. 1. Reg. ꝙ iniquus rex Saul persecutus est Dauid mitem, & mansuetum, quo mortuo Dauid liberatus est, & in pace regnauit. Et pro hac liberatione videtur hunc psal. cantasse dño, sed istam opinionem reprobat Magister in glos. pro hoc ꝙ in titulo dr̃ in finem cantici. Finis nanq; Christus est. Canticum verò est exultatio de æternis habita. Melius ergo accipitur iste psal. de toto Christo. i. de capite, & membris, quem totum dñs eripuit de manu inimicorum suorum. i. de manu Iudæorum, & deorum in die resurrectionis, & de manu Saul. i. mortis. Notandum est ergo, ꝙ per Dauid qui manu fortis & aspectu desiderabilis interpretatur, Christus significatur. Saul aũt, qui petitio interpretatur, significat mortem quam Deus non fecit: sed homo peccans ipsam manibus & verbis appetit, & extorsit à Deo pro suo rege, dicente Apostolo, Regnauit mors ab Adam. vnde sicut Saul nõ fuit rex electus à Deo: sed permissus regnare ad tempus propter peccatum, sic & mors. Sicut ergo Dauid prius sustinuit Saulem antequam regnaret in pace, sic & Christus prius sustinuit mortem, quã regnaret quietus, sic & eius corpusꝙ est ecclesia. Est ergo sensus tituli iste. *Verba cantici huius quæ loquutus est Dauid domino in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorum suorum* s. Iudæorum: *& de manu Saul.* s. mortis, quæ. s. in die resurrectionis, conueniunt *puero domini Dauid*, scilicet Christo, de quo dicitur

Saul. *Mors.* *Rom. 15.*

Puer

Esa. 9. Puer natus est nobis, & prædicta verba nos dirigunt in finem. i. in ipsum Christum. Iste ergo Psal. totus est de Christo, & de membris eius. Et sic potest diuidi in partes decem, secūdum q decem hic agit Christus. Ponitur enim primo pro beneficijs receptis Christi gratiarum actio, in principio. Secundo pro peccatis commissis nobis pœnarum circundatio: ibi. *Circundederunt me dolores mortis*. Tertio pro nobis liberandis mira diuinitatis incarnatio: ibi. *In tribulatione mea inuocaui dominum*. Quarto pro fidelibus informandis, clara veritatis prædicatio: ibi. *Et intonuit de cælo dominus*. Quinto pro electis discernendis, ecclesiæ veritatis congregatio: ibi. *Misit de summo & accepit*. Sexto pro cunctis operationibus iusta finalis retributio: ibi. *Et retribuet mihi dominus*. Septimo pro erroribus remouendis, lucis diuinæ inspiratio: ibi. *Quoniam tu illuminas lucernam meam, domine*. Octauo pro aduersis tolerandis, data mentis roboratio, ibi: *Deus, qui præcinxit me virtute*. Nono de malis obstinatis, Iudæorum Christo contradictio: ibi. *Eripiens me de contradictionibus*. Decimo pro omnibus acceptis bonis laus, & diuina commendatio: ibi. *Viuit dominus, & benedictus Deus*. Quantum ergo ad primum Christus gratias agens Deo de beneficijs ab ipso receptis: tam pro se quā pro suis, Deo gratias agit. Et secundum tres theologicas virtutes, tria reddit Deo p gratiarum actione. s. actū charitatis, qui est Deum amare in principio, actum spei, qui est Deum sperare: ibi. *Deus meus, adiutor meus*, & actum fidei, qui est Deum inuocare: ibi. *Laudans inuocabo dominum*. Primo ergo Deo reddit actum charitatis. d. *Diligam te Domine, &c.* Quid enim Deo ex omnib. suis beneficijs valemus reddere: nisi amorē, & dilectionem? nihil. Hic. n. actus est de omnibus sufficiens gratiarum actio. Diligamus Deum: qm ipse prior dilexit nos. q. d. Sufficiens recompensatio Dei est ipsū diligere. Vis aūt videre si Christus Deum patrem dilexit: nam præcipuum signum dilectionis alicuius est cōformitas voluntatum, vt quicquid vnus vult, alius velit, & quicquid vnus odit, odiat alter, & hoc est, q dicit Philosophus.

Dilectio.

1. Ioan. 3.

Philosophus

E Qualiter erunt amici neq; cōplacentes eisdem, neq; congaudentes, neq; contristati? Sed quæ tanta conformitas voluntatis Christi ad patris volūtatem fuerit, patet si consideres, q tota intentio Christi erat voluntatem patris facere. Meus cibus est, vt faciam voluntatē eius, qui misit me. Et ideo dicebat Christus. Vt cognoscatis, quia diligo patrem, sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et nota, q Christus quatuor causas dilectionis adducit. Primo quia Deus est fortitudo sua. Secundo quia firmamentum. Tertio quia refugium. Quarto quia liberator.

9. Ethicor. *Ioan. 4.* *Ioan. 14.*

F Est enim Deus ipsi Christo & membris eius fortitudo, quia viriliter aduersa facit superare. Fortitudo mea dn̄s. Firmamentum, quia cōstāter prospera facit nos amare. Firmamē tum est dn̄s omnibus timentibus eum. Refugium, quia benignitate tribulatos hēt confortare. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus. *Liberator*, quia hostes habet debellare. psal. Liberator meus de gentibus iracūdis. Sed hic vnum insurgit dubium, quia Christus hic dicit se Deū diligere, quia fortitudo eius, quia firmamentum, &c.

Psal. 117. *Psal. 24.* *Psal. 45.* *Psal. 17.*

G Vtrum pp Dei beneficia Deum debeamus diligere? vr q non: quia Deus pp seipsum, non pp aliud est diligendus, quia diligens aliquem pp vtile, magis vtile diligit q̄ illum, quia propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. Item, diligere aūt pp virtutem est dilectio iusti: sed dilectio commodi de se vituperabilis est, propter q dicit Arist. q diligens alium propter vtile. s. non propter virtutem: accusandus est, nā talis peior est quam falsificator monetæ, probat, quia deceptionem facit circa honorabilius. Ad oppositum vr hic verba Christi. d. *Diligam te domine fortitudo mea*, &

Quæstio. *Beneficium* *Diligere.* *Nota.* *Arist. 9. Ethicor.*

H psalm. Inclinaui cor meum ad faciend. iust. t. in æter. propter retributionem. Responsio, q dilectionis fundamentum debet esse virtus dilecti, & nō vtilitas diligentis, propter q dicit Arist. quod bonorum est, solum diligere bonos. Dico ergo, q cum quis Deum vel aliquem diligit pp vtile, vel propter beneficia accepta, aut sic diligens diligit præcisè ratione vtilitatis, & non bonitatis Dei, & tunc peccat, quia tunc plus diligit se quàm

Psal. 118. *Aristot. 2. rhetoric.*

quàm Deum, aut diligit ratione vtilitatis, & ét bonitatis, & iustitię Dei, & tunc aut plus mouet vtilitas q̃ bonitas Dei, & tunc plus se q̃ Deum diligit, & peccat, aut æqualiter, & sic æqualiter se & Deũ diligit, & peccat, aut plus mouet bonitas Dei & cõsequēter vtilitas, & sic plus Deum q̃ se diligit, & sic licet. Si aũt dicas: sed quid de dilectione hominum adinuicem? Conformiter dico, ꝙ rationabiliter plus debet amari bonum virtutis, & iusti q̃ bonum commodi, & sic dico conformiter ad prædicta. Sic ergo dupliciter diligẽdus est Deus primò pp seipsum. secundariò propter nos, & hoc est, ꝙ dicit Bern. in De diligendo Deũ. Ob duplicem causam à nobis diligẽdus est Deus. Primo pp semetipsum, qa nihil iustius. Et pp nos, quia nihil fructuosius diligi põt: & sic Christus Deum diligebat. d. *Diligam te, domine, fortitudo &c.* Et per hoc patet responsio ad rationes.

Nota. *Bernard.*

202 ***Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum.***

HIc consequenter actum spei dirigit in Deum, principalius tñ propter ipsum Deum: secundo pp beneficiũ. Ideo d. *Deus meus adiutor meus, &c.* Hoc loquitur Christus magis in persona membrorum, qm̃ vt alias dictũ fuit, spes in Christo locum non habebat, qui rem tenebat: sed in nobis. Et ideo notandum, ꝙ tripliciter in Deum sperare debemus. s. Sperare eius veniam, qua remittantur crimina. Sperare eius gratiã, qua operentur merita. Sperare eius gloriam, qua conferantur præmia. Primò speremus veniam. d. illud psal. In te dñe, speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. quia cum debitè peccati à Deo speratur venia, statim peccatum remittitur. Nihil est enim ꝙ peccatum faciat irremissibile, nisi desperatio veniæ. Vnde Iudam proditorem non tm̃ damnauit peccatum, quo Christum prodidit, quantum desperatio veniæ fecit interire, vt dicit Aug. in lib. de vtilitate agendæ pœnitentiæ. Hæc autẽ spes, vt sit debita, debet esse semper cũ timore iustitiæ: vt, sicut Deum sperat misericordem, sic ét iustum credat iudicem, ꝙ ostẽdit Greg. d. Nemo sit, qui dicat, qa pius est dñs: ideo venialiter pecco. Et nemo, qui, cum peccauerit dicat, quia iustus est, de peccati remissione despero. Relaxat. n. Deus facinus, ꝙ defletur, sed perpetrare quisque timeat, ꝙ si digne deflere possit, ignorat, ante culpam igitur iustitiam metuat, post culpã tñ de pietate pͣsumat. Et neq; ita iustitiã metuat, vt nulla spei consolatione conualescat, neq; ita confidat de misericordia, vt adhibere vulneribus suis dignæ pœnitentiæ negligat medicinam. Sed quem præsumit sibi pie parcere, semper cogitet ét districtè iudicare, sub pietate eius spes peccatoris gaudeat, sed sub districtione illius pœnitentis correctio cõtremiscat. Et subdit. Spes igitur præsumptionis nostræ habeat ét morsum timoris, vt ad corrigenda peccata, & iustitia iudicantis terreat, quem ad spem veniæ gratia pietatis inuitat, &c. Hanc ergo spem venię habere nostrum quilibet debet Deo. d. illud psal. In vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat à me iniquitas. Secundò speramus gratiam quia oculi dñi super iustos, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Psalm. Ideo spera in dño, & fac bonitatem, ꝙ ideo dicit, quia sperare sine meritis, nõ est spes, sed pͣsumptio. Tertio speremus gloriam, quia vt dr̃ psal. Dñe Deus virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Spes. *Psal. 30.* *August. li. de vtil.* *Gregor. 33. mor. c. 15.* *Psal. 58.* *Psal. 33.* *Psal. 36.* *Psal. 83.*

Protector meus, & cornu salutis meę, & susceptor meus. 203

DEclarat hic ꝙ statim dixerat. Deus meus adiutor meus. s. ostendit, qũo Deus est adiutor. Adiuuit enim Deus Christum, qñ ipsi Christo potestatem dedit, & regnum, quo suos rebelles hẽc iudicare, hæc enim Christi potestas regia per cornu significatur, Luc. 1. Erexit nobis cornu salutis in domo Dauid pueri sui. Quæ verba exponens Beda super Lucam, d. Cornu aũt salutis regnũ saluatoris vocatur. Ossa siquidem omnia carne inuoluta sunt. Cornu verò carnẽ excedit: & ideo cornu salutis regnum Christi vocatur, quo. s. mũdus, & gaudia mundi superant. Isto cornu Deus Christum adiuuit, quia potestatem cõtra diabolum dedit. Dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, s. diabolum,

Cornu. *Potestas.* *Beda.* *Ecclesi. 48.*

lum, & exaltare cornu gentis suæ. Dicat ergo Christus patri *Protector meus:* & subdit quomodo *quia cornu salutis meæ.* q.d. regiam & salutem à te habeo pater. Et per quem modum hēt istam potestatem, subdit. *Et susceptor meus*, s. quia me suscepisti ad vnionem hypostaticā: ideo es cornu salutis meæ.

204 *Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero.*

Hic consequenter actum fidei dirigit in Deum. Vbi nota, q̃ secundū Apostolum, inuocare dn̄m est actus fidei: vnde ait, Omnis, qui inuocauerit nomē dn̄i, saluus erit. quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt? vnde ibidem, ait glo. q̃ inuocare Deum non potest quis, nisi credat, qui ergo verè Deum inuocant, non modo credunt, sed etiam orant. Vt postquam alicuius animus crediderit, non desinat ad postulādum, quod promisit, quia credere dat remissionem peccatorum. Et ideo, vt ostendat, q̃ non est vera inuocatio sine fide, quomodo inuocabunt, in quem nō crediderunt? Ex quibus patet, q̃ inuocare Deū à fide procedit. Et sic per actū fidei hic Christus in persona suorū mēbrorum Deo gratias agit. d. *Laudans*. s. Deum, & gratias agens: *Inuocabo dominum*, credendo, & orando: *& ab inimicis meis saluus ero:* non solum ab inimicis corporalibus, sed à spiritualibus, s. dæmonibus, & vitijs. Quia omnis, quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit.

Rom. 10. *Inuocare.* *Eccles. 2.*

205 *Circundederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.*

De pœnit. dist. vlt.

Haec est secunda pars, vbi ponitur pœnarum circundatio pro peccatis nostris, & maximè ante aduentum Christi. Vbi primo sciendum, q̃ secundum glos. tanta est vnitas ecclesiæ, scilicet capitis ad membra, idest, Christi, & ecclesiæ, vt quasi sit vna persona, caput, & corpus. & ideo vtitur vna voce, caput cum membris: licet ea, quæ dicuntur, ad diuersa referantur. Quædam enim soli capiti conueniunt, quædam verò capiti, & membris. Item quæ membris cō-

Ecclesia vnitas.

E ueniunt, quædam præteritis, quædā præsentibus, quædam futuris. Et tamen in tanta diuersitate scriptura vna voce loquitur, & quasi vna persona videtur loqui. quod pro tanto dixi: quia hic psal. cum incipiat loqui ex persona antiquorum patrum, postea de mysterio incarnationis Christi, & consequenter de ecclesia per Christum collecta: tamen in omnibus istis vocem non mutat, sed in omnibus vna vox & vna persona loqui videtur. In persona ergo antiquorum patrum nunc loquens ait. *Circundederunt me dolores mortis*. Vbi nota, q̃ per F mortem diabolus intelligitur, quia mortis fuit adinuentor. vnde Gregor. dicit, Quid enim mortis nomine, nisi maligni spiritus designantur, qui inuētores mortis, & perditionis extiterunt? sicut de ipsorum principe per Io. dr̄. Et nomen illi mors, Apoc. 6. Dolores verò istius mortis sunt peccata, quæ dæmon procurat in nobis, quæ dolores vocātur, quia causa doloris æterni sunt, vnde de peccatis sub nomine doloris dicitur. Vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, flante Deo, perijsse. vbi Greg. Dolores aūt seminant, qui peruersa peG ragunt, metunt cum de eadem peruersitate puniūtur, fructus quippe doloris. i. peccati est retributio damnationis. Volens ergo ostendere genus humanū quāuis peccatis per diabolum ante Christi premebatur aduentum, d. *Circundederunt me dolores mortis*. i. peccatū diaboli. Quod ideo dicit, quia ante Christi aduētū, vbiq; & quasi in omnibus regnabat diabolus, & rari erant iusti, quia nulla gens mundi Deum colebat nisi Iudæi, & inter illos pauci erāt electi. Et q̃ per dolores peccata intelligat, aperit consequenter. d. *Torrentes iniquitatis conturbauerunt me*. i. iniquitates abundantes, & H rapidæ vt torrens conturbauerunt me. Nonne sicut torrens iniquitas conturbauit Dauid, qn̄ in amore Dei existens ad aspectum vnius mulierculæ. s. Bersabeę subitò cecidit cōturbatus? certe sic. propter q̃ de se dicit. Dn̄e, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. sequitur, Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Verum quia peccatorū sunt duo genera scilicet peccatum actuale, & originale. Peccatum autem

Mortis dolor. *Peccatum. diabolus.* *Gregor. 19. mor. ca. 2.* *Iob 4.* *Greg. 5. mor. 15.* *Torrens. iniquitas.* *Psal. 29.* *Peccatorū duo genera*

autem originale est carentia iustitiæ inesse debitæ, cum quo nascimur, quia, vt dicit Apostolus, natura sumus filij iræ. Et istud in nobis præcedit omnia alia peccata, & est quidam laqueus quo ceteris peccatis inuoluimur. Ideo postquam prædixit abundantiam peccatorum actualium, nunc cōsequenter ostēdit cām ipsorum. s. originale peccatū, dicēs, *Dolores inferni circundederunt me.* scilicet actualia peccata, quæ merentur infernum, quæ statim dixerat dolores mortis. Vnde si quæras causam, quare dolores inferni circundederunt eum, statim respondet quia præoccupauerūt me laquei mortis. i. ipsa originalia peccata, quæ animam ad mortem deducūt: tum quia mors est pœna originalis peccati, quia per vnum hominem peccatū intrauit in mundum, & per peccatum mors, tum ēt quia mors spiritualis, quę est pœna damni scilicet à Deo æternaliter separari, est pœna originalis, tum etiam quia peccatum originale est causa aliorū peccatorū, quę sunt aīæ mors.

Ephes. 2.
De consec. dist. 1. quādo.
Laqueus. mors.
Originale peccatum.
Rom. 5.

206 *In tribulatione mea inuocaui dominum, & ad Deum meum clamaui.*

CONsequenter hic agitur de Christi incarnatione facta pro nobis liberandis. Et quantum ad hoc duo facit. Quia primo ponit sanctorum deprecationem. Secundo Christi incarnationē, ibi. *Inclinauit cælos, & descendit.* Circa primum duo facit, quia primo ponit suā pro incarnatione deprecationem. Secundo incarnationis vtilitatem: ibi. *Commota est, & contremuit terra.* Et in prima parte primo ponit orationem. Secundo orationis exauditionem ibi. *Et exaudiuit.* Quantum ad primum dicit, *In tribulatione mea inuocaui dominum.* vbi nota ꝙ oratio dignē facta principalius in corde consistit q̄. in ore. Vnde Salomon pro sapientia orans Deum dixit. Adij dñm, & deprecatus sum ex totis præcordijs meis. i. ex profundo cordis mei, nō ex summitate labiorum. De profundis clamaui ad te dñe, præcordia enim sm Papiam sunt loca intima cordis, eo ꝙ ibi sit principium motus & cogitationū: vnde dicit Isidorus de summo bono. Quid prodest strepitus labiorum, vbi cor est mutum? Sicut enim vox sine modulatione est quasi vox porcorum: sic oratio sine cordis deuotione est quasi mugitus boum. Oratio inquit est cordis, non labiorum. neq; enim verba Deus attendit, sed cor aspicit orātis: vnde melius est cum silentio corde orare sine sono vocis exterioris, q̄ solum verbis sine mentis intentione. Ad propositum ergo isto modo hic orat genus humanum Christi petens incarnationem, sed corde, non labijs. d. *In tribulatione mea inuocaui dominum.* Inuocare enim idem est, ꝙ intus. i. in corde Deū vocare. Et quia talis oratio cordialis, est quidam clamor spiritualis ad Deum, ideo subdit. *Et ad Deum meum clamaui.* vnde quilibet deuotē orans magna mentis affectione, clamat ad Deū. Hinc est, quòd, tacente populo, dixit dominus Moysi. Quid clamas ad me? Vnde & Bernard. ait. Spiritus est Deus, & vt in spiritu clamet necesse est quisquis ad eū desiderat peruenire. vnde sicut Deus tanquam homo non respicit faciem, sed magis cor intuetur, sic ad cordis potius clamorem quam vocis intendit. Hinc est ꝙ Moyses foris tacens, intus dominum audiuit dicentem. Quid clamas ad me?

Oratio.
Sap. 8.
Psal. 129.
Isidor. de summo bono.
Exod. 14.
Bernard.

207 *Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius introibit in aures eius.*

HIc consequenter ponitur orationis exauditio. Vbi notandum, ꝙ templum mysticē sumptū est triplex. s. Templum iusti hominis. s. conscientia iusti hominis. de quo dr. Templum sanctum Dei est ꝙ estis vos: si quis aūt violauerit templum Dei, disperdet illum Deus. Templum matris virginis. Dñs in templo sancto suo. Templum Christi corporis. Soluite templum hoc, &c. Hoc aūt. d. de templo corporis sui. hic aūt accipitur templum pro Christi corpore, cū d. *Exaudiuit me de templo sancto suo.* vt sit sensus. Exaudiuit me de eo, ꝙ ipsum orabam, quia petebā Christū incarnari qui est verū Dei templū, & de hoc tēplo me exaudiuit. Ita ꝙ ly *de templo* nō notat locū exaudiētis sed magis rē postulatā. *Et clamor meus introibit,* &c. Quan-

Templum.
1. Cor. 3. Christus.
Psal. 10.
Ioan. 2.

Quãdo enim diuina pietas nostras orationes exaudit: tunc in aures eius clamor orationis nostræ intrare dr. vnde nota, q, sicut Deus hẽt aures æquitatis, & iustitiæ, quibus ad vindictam oppressores aliorum audit. Vnde, ecce merces operariorum, quæ fraudata est à nobis, clamat, & clamor ipsorum in aures dñi sabaoth introibit. Sic ẽt cõsimiliter hẽt aures pietatis, & clemẽtiæ, quib. iustorũ preces exaudit. Oculi domini super iustos, aures autem eius in preces eorum.

Iac. 5.

Psal. 33.

208 *Commota est, & contremuit terra: fundamẽta montiũ cõturbata sunt, & commota sunt, qm̃ iratus est eis.*

de cõsecr. 2. iteratur.

HIc consequenter ponitur vtilitas incarnationis, vt enim auditores magis attentos faciat ad mysterium incarnationis audiendum, præmittit vtilitatem ex dicta incarnatione habitam. Quę vtilitas fuit duplex. s. malorũ culpæ derelictio, & bonorum gratiæ collatio, & sic hæc pars in duas diuidit, quia primo ponit primum. Secundo secundũ, ibi. *Ascendit fumus in ira eius.* Quãtum ad primum ostendit, q per Christi incarnationem fuit malorum culpæ derelictio. d. *Commota est*, &c. Vbi aduertẽdum, q terræ nomine peccatores intelligũtur, quia quamuis humanum genus de terra ante peccatum sit factum, tñ solum pp peccatum in terram resoluitur. Sic enim peccanti homini dictum est. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua assumptus es. Ista ergo terra per incarnationẽ Christi commota est, & contremuit, vt commotio spectet ad contritionem interiorem, sed contremitio ad pñiam exteriorem. Et sic commota est terra interius p pñiam, & contremuit exterius, relinquendo peccata. Quia necesse est, vt ait gl. vt præsentia iudicis terreat peccatores, vt non solum plebeij, & minores, sed ẽt alti, & potẽtes per Christi incarnationem commoti sunt & conuersi. *Et fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt.* per montes accipe superbos, & altos, qui dñt cum superbo diabolo. Sedebo in monte testamenti. Sed quid sunt fundamenta montium nisi diuitiæ, quæ fundamenta sunt superbiæ?

Incarnationis duplex vtilitas.

Mons.
Peccata.
Esa. 14.
Diuitia.

Ista fundamenta per Christi incarnationem sunt commota & turbata, quia primo docuit diuitias abijcere. d. Vade, vende omnia, quæ habes & da pauperibus. Et hoc maxime adimpletum fuit tẽpore Apostolorum qñ. s. & possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illas omnibus, prout cuiq; opus erat. Et, si quæras, quare taliter ista fundamenta sunt commota, vt credentes liberè sua diuiderent. Respondet. *Quoniam iratus est eis.* i. quia per Christi incarnationem innotuit mundo q Deus iratus est eis. i. ipsis, qui spem in diuitijs ponunt. Sic. n. dicit Christus incarnatus. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Matth. 19.
Act. 2.
Psal. 61.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. 209

1. q. 4. homines.

COnsequenter hic ostenditur per Christi incarnationẽ bonorũ collatio. Quia. s. per Christi incarnationem orationes nostræ ascendũt coram Deo, & igne charitatis animæ peccatorum inflammãtur. Et hoc est quod d. *Ascendit fumus in ira eius.* Per fumum intelligitur deuota lachrymosa oratio. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum. Quia, cum cognouissent gentes iram diuini iudicij supra peccatores obstinatos, incœperunt orare Deum, vt misericorcorditer ageret cũ eis. *Ascendit ergo fumus in ira eius.* i. cognita ira diuini iudicij fumum. i. orationem ad Deũ emiserunt pro sua liberatione, & statim exauditi fuerunt, quia ignis à facie eius exarsit. Quid enim per ignem nisi charitas, quæ post ascensionem fumi statim exarsit? quia peccatores inflammaoit, in tñ q carbones succensi sunt ab eo. Nõne vt carbo extinctus fuit Matthæus iolũ lucris temporalibus intentus, qui tñ per Christi incarnationem charitatis igne fuit accensus? sic & Magdalena, sic & mulier in adulterio inuenta. Carbones ergo sunt succensi igne diuino, quando charitate Dei peccatores accẽsi ad Dei amorem fortiter ardebant. Quod prædictum fuit Ezech. 23. Domus earũ igne succendent, & auferam scelus de terra.

Ezech. 23.

Quod

Quod ideo sic dicit, quia per Christi incarnationẽ ignis charitatis purgãs vitia, ad Dei amorẽ hoĩum mẽtes accẽdit.

210 *Inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius.*

2.q.7.ca. item.

HIc consequenter ponit Christi incarnationem. Circa quam ostendit, ꝙ in incarnatione in Christo tria fuerunt. s. dignitatis altitudo, in principio, sapientiæ plenitudo: ibi. *Et ascendit super cherubim.* claritatis latitudo: ibi. *Et posuit tenebras latibulum suum.* Primo ergo in Christo incarnato fuit dignitatis altitudo, quia ei omnia subiecta fuerunt. s. cœlestia, terrestria, & inferna. Quod notans d. *Inclinauit cœlos*, &c. Vbi notandum, quid per cœlos, quid per caliginem significatur, per cœlos enim angelica natura beata intelligitur, teste Christo. d. Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra. vbi per cęlum beatos angelos intelligit, per terram aũt homines viatores, vt ostẽdit Greg. super illo verbo Iob. Fabricatus est cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. d. Per cœlos intelliguntur ij, qui in cœlestibus sunt conditi angelici spiritus, vnde in oratione dñica dicere voce veritatis instruimur, Fiat volũtas tua, sicut in cœlo & in terra, vt nimirũ voluntas Dei sicut à superiori creatura agitur, ita in omnibus ẽt ab humana infirmitate feruet. Quid aũt per caliginem, nisi ipse diabolus, qui mentes hominum obnubilat intelligẽt, qui mentes occupat peccatorum? Occupet eum caligo. Inclinauit ergo Deus in Christi incarnatione cęlos, quia beatos angelos Christi dignitati subiecit. *Caligo fuit sub pedibus eius*, quia diabolus ab eo fuit superatus. Et sic est sensus iste, *Descendit*. s. filius Dei ad nos per assumptionem humanitatis. *Et inclinauit cœlos*. idest, humiliauit cœlestia, quia angelos humanæ naturæ Christi subiecit. *Et caligo sub pedibus eius*. i. diabolus qui hominum mentes obscurat, sub pedibus Christi est, quia dñi potestate calcatur.

Cœlum. Angelus. Matth. 6. Grego. 27. cap. 25. Iob 37. Et hoc alibi ponit ps. d. domine inclina cœlos tuos & descende. Caligo diabolus.

211 *Et ascendit super cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorũ.*

COnsequẽter hic ostẽdit, ꝙ in Christo fuit plenitudo sapientiæ. Vbi nota, ꝙ cherubim, secundum Gregor. in homil. de angelis dicitur plenitudo sciẽtiæ, & illa summa angelorum agmina idcirco cherubim sunt vocata, quia tanto perfectiore scientia sunt plena, quanto claritatem Dei vicinius contemplãtur, vt secundum creaturæ modum, eo omnia plenius sciant, quo vicinius visionẽ conditoris sui per meritum dignitatis appropinquat. Quid est ergo ascendere super cherubim, nisi scientiam omnium beatorum spiritum transcendere? Ipse ergo Christus ascendit super cherubim, quia excellentiorem scientiam & notitiam tàm Dei quàm creaturarum, cæteris angelicis spiritibus habuit. quoniam vt dicit Magister, Christus ab instanti suæ conceptionis habuit tantam gratiæ, & sciẽtiæ plenitudinem, vt Deus plenius conferre non potuerit. propter quod de ipso ait Apostolus. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Vel etiam aliter. *Ascendit super cherubim*. quia mysteriũ incarnationis eius, & mortis, nullus intellectus creatus attingere potest. Quis enim hoc arcanum attingere potest, ꝙ verbum Dei caro factum est, ꝙ Deus passus sit, mortuus, & sepultus? Certe nullus. *Et volauit, volauit su. pen. ven.* quamuis enim istud sacramentum Christi incarnationis sit ineffabile, statim per totum mũdum volauit. vnde ipso statim nato stella Magis in oriente volans ipsum prædicauit, angelus pastoribus annunciauit, miraculis multis etiã in ipsa hora natiuitatis in vrbe Roma innotuit. Ideo de ista incarnatione dicitur, ꝙ *volauit sup. pen. ven.* i. fama eius superauit velocitatem vẽtorum, quibus nihil velocius reperitur. Et bis dicit volauit, vbi geminatum verbum nimiam celeritatem significat.

Cherubim. Scientia. Magist. lib. 3. dist. 13. Hebr. 4.

212 *Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius, tabernaculum eius tenebrosa aqua in nubibus aeris.*

HIc consequenter ostendit, ꝙ in Christo fuit claritatis latitudo. Vbi notandum, quòd per tenebras significatur præsens vita mortalis, in qua ambulamus per spem, videntes Deum, non quidem sicuti est, sed per speculum in ænigmate. Et ideo tota præsens vita nox, & tenebræ dicitur. vnde ad istas tenebras

Incarnatio. Tenebræ. Peccatum.

Luca 1. nebras charitate maxima venit fili⁹ Dei illuminādas. Illuminare ijs, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent. In istis tenebris vitæ mortalis latuit virtus diuinitatis, vt puta, latuit diuinitas in carne, remissio peccatorū in baptismo, latet Christus in altari sub sacramēto panis, & vini. Et hoc est q; dicit. *Et posuit tenebras* *Latibulum* *latibulum suum*, quia in istis velamentis latet uirtus diuinitatis. *Vel posuit tenebras latibulum suum*. quia diuinitas carne velata, à nobis non clarè per speciē, sed solum per fidem uidetur. In istis tenebris Christus incarnatus habitauit. *Iob 17.* In tenebris straui lectulum meum. i. habitationem meam. Et in istis tenebris latens mirabilia operabatur. Cognoscentur in tenebris mirabilia tua. *Psal. 77.* Nōne hic est latitudo charitatis, q; ppter nos lux diuina lateret in tenebris, ut ipsa nostras illuminaret tenebras? quia Ioan. 1. *Ioan. 1.* Lux in tenebris lucet. Vnde q; ad nostram utilitatem lateret in tenebris, sub dit. *In circuitu eius tabernaculum eius.* *Tabernaculum.* Quid enim per tabernaculum hic intelligitur, nisi ecclesia uel congregatio fidelium, in qua Christus habitat per gratiam, ut meritò dicat ecclesia illud Iob *Ecclesia.* 29. Secreto Deus erat mecum in tabernaculo meo. Et uocatur ecclesia tabernaculum, quia in præsenti uita est in statu militiæ, quia Christo militat. Tabernaculum autem habitaculum est militantium. Istud autem tabernaculum est in circuitu Christi, & Christus in medio eius stare dicitur, quia omnibus æqualiter fauet, quia non est personarum *Actuū. 10.* acceptor Deus, sed in omni gente, qui operatur iustitiam, acceptus est illi. Et quamuis Christus sic sit in medio, non tamen clarè à nobis uidetur, sed per scripturas, de quibus subdit. *Tenebrosa aqua* *Aqua. Scriptura. Propheta.* *in nubibus aeris*. per nubes accipe prophetas, prædicatores, & doctores, qui à terrenis eleuati in superioribus uerbū Dei compluunt, per aquam uero scripturam sacram, quæ tenebrosa dicitur, quia sub signis, & ænigmatibus grandia Christi cōtinet mysteria. vnde Gregor. *Greg. 17. mor. c. 12.* istum passum exponens. d. Per aquam *Eccles. 15.* sacra scriptura designatur, sapiente attestante, qui ait. Aqua sapientiæ salutaris *Hiere. 11.* potauit illum. Et hoc Dauid attestatur. d. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris*. i. occulta scientia est in prophetis: qui antè aduentum domini occultis sacramentis grandia Christi mysteria continebant. Nonne tenebrosa aqua erat in nubibus, id est obscura scriptura, quod Esaias prædicens Christi natiuitatem. Egredietur virga de radice Iesse, &c. *Esa. 11.* Quando Hieremias mysterium crucis præsignabat. d. Mittamus lignū in panē eius, &c. Ex quibus omnibus Christi charitas denotatur.

Præ fulgore in conspectu eius nubes trāsierūt, grādo, & carbones ignis. 213

Vide hic & in alio Christi charitatem: quia mysterium suæ incarnationis, non solum Iudæis reuelari voluit, sed etiam toti innotescere mundo. quia. s. apostolos suos per orbē ad prædicandum misit. *Apostolus. Prædicatio.* Et hoc est, q; dicit. *Præ fulgore in conspectu eius*. i. ante fulgorem, qui erit in conspectu Christi. qñ. s. veniet in maiestate sua iudicare mundū: *nubes*. i. apostoli. *transierunt*. s. à Iudæa ad Gentes. Quia. s. apostoli per mundū dispersi, præibant tanquam nuncij annunciantes Christi futurum fulgorem, & claritatem in iudicio. Et quid prædicabant. s. per eos prædicabantur grando, & carbones ignis. Duo. n. præcipuè prædicabant apostoli de futuro Christi aduentu. s. pœnā tunc malis debitam, quæ per grandinem, quæ ferit designatur. Ignis, *Esal. 148.* grando, nix, glacies, spiritus procellarū pars calicis eorum. Prædicabant etiam & præmium tunc bonis debitum: q; per carbones ignis designatur. Quia tunc carbones prius extincti. i. corpora mortuorum, accendentur per resurrectionē, & tunc erunt beati *carbones* ignis. i. resuscitati igne charitatis accēsi. De quibus prædictum est in isto psal. *Carbones succensi sunt ab eo.*

Et intonuit de cœlo dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis. 214

Hic consequenter ponitur clara veritatis prædicatio, & hoc pro fidelibus informandis. Vbi aduertendum, q; quamuis tenebrosa esset aqua in nubibus. s. in pphetis ante Christi aduētū,

qui

qui mysteria Christi, & ecclesiæ obscurè, & sub vmbra prædicabant i. tñ, adueniente Christo, illa tenebrosa, & obscura sunt clara facta. quia apertè sunt prędicata & supplicia malorum, & bonorũ præmia. Et quatuor hic facit, quia primo ostendit Christi declarationem. Secundo gentium conuersionem: ibi. *Et misit sagittas*. Tertiò prophetarum intellectionem: ibi. *Et apparuerunt fontes aquarum*. Quartò de prędictis ponit gratiarum actionem: ibi. *Ab increpatione tua, domine*. quantum ergo ad primũ ostendit, qualiter Christus ꝙ esset verus Deus mundo fuit manifestatus, fuit.n. manifestatus, & hoc à patre duobus. s. per tonitruum, & per vocem paternam. Per tonitruum enim, vt quando Christus dicebat. Pater, clarifica nomen tuũ, & venit vox de cœlo. d. Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo, quæ stabat, & audiebat, dicebat tonitruum factum esse. Et quantum ad hoc dicit. *Et intonuit de cœlo dominus*. Secundo Christus fuit manifestatus à patre per vocem. s. in baptismo, quando vox de cœlo facta est. Tu es filius meus dilectus, in te cõplacuit mihi. Similiter & in transfiguratione quando Christo transfigurato, ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui, ipsum audite. Et quãtum ad hoc dicit. *Et altissimus dedit vocem suam*. Sed quid sequitur ex tali manifestatione. s. *grando, & carbones ignis*. s. grando non credentibus Christum verum Dei filiũ & carbones ignis fidelibus suis. Exponitur grando pro pœna damnatorum, sed carbones ignis pro pręmio beatorũ, vt in præcedenti versiculo.

Manifestatio. Christus. Ioan. 12. Luca 3. Matth. 17.

215 *Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.*

Hic ponitur fructus prædicationis Apostolorum, qui est Gentium conuersio. Vbi nota, ꝙ sagittarum nomine, prædicatio verbi Dei intelligitur. vnde Gregor. d. Quid enim sagittas nisi verba prædicatorum accipimus, quæ semel ex voce bene viuentium emissa audientium corda transfigunt? His sagittis sancta ecclesia percussa fuerat, quę dicebat. Vulnerata charitate ego sum. De his sagittis per Psalmistam dr. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, quia. s. verba humilium penetrant animos audientium. Quid autem per fulgura accipimus, nisi miracula? unde Gregor. istum passum pertractans. d. Quid enim sentire fulgura, nisi miracula debemus, de quibus per Psal. dicitur. Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos. per nubes ergo. i. per pdicatores suos Deus fulgurat, quia per prædicatores suos. i. insensibilitatis nostræ tenebras miraculis illustrat. Est ergo sensus iste. *Et misit sagittas suas, & dissi. eos*. quia. s. per suos Apostolos & prædicatores, misit uerba prædicationum, per quæ gentes fuerunt dissipatæ. i. quò ad ritum gentilem, & ad fidem conuersæ. Sic.n. dicebat superius. Increpasti gẽtes & perijt impius. *fulgura multiplicauit*. s. miracula. *& cõturbauit eos*. quia multi p miracula cõturbati fuerunt. i. de peccatis contriti, ut per discursum actuũ Apostolorũ patet.

23. quæst. 4. quid faciet. Sagitta prædicatio. Greg. li. 34. mor. Fulgur. Greg. 27. mor. ca. 8. Psal. 9.

216 *Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.*

Consequenter hic ostendit, ex Christi incarnatione apertam esse scripturarum & prophetarum intelligentiam. Vbi primo notandum, ꝙ per fontes aquarũ intelligit sacram scripturam, quia aquã uitæ cõtinet. de quo fonte. d. Iesus Samaritanæ. Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternã. Sed per orbẽ terrarum intellige ecclesiã fidelium de toto orbe congregatã, ad quã colligẽdam missus fuit Christus. Et cum iterum introducet primogenitum in orbem terræ: Et adorent eũ, &c. Istius aũt orbis fundamenta fuerunt antiqui prophetæ, quia omnia fidei & ecclesiæ mysteria in dictis prophetarum, quamuis obscurè, continebantur. Ideo fidelibus ecclesiæ dicit Apostolus. Superædificati estis super fundamenta Apostolorum, & prophetarum. Est ergo sensus iste, ꝙ uirtute incarnationis Christi *apparuerunt fontes aquarum*. i. ueritas scripturarum, quæ prius in prophetis erat obscura, & umbraticè dicta, apparuit declarata. Quod alijs

23. q. 1. impudicas. Aqua. Scriptura. Ioan. 4. Hebr. 1. Ephe. 2.

aliis verbis ostendit subdens. *Et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum*.i.prophetæ & dicta ipsorum: qui sunt fundaméta orbis.s.ecclesiæ: *reuelata sunt* & per Christum & eius prædicatores manifestata. Sic enim dr. Et fundamenta eius reuelabo. Nonne fuerunt fundaméta orbis reuelata, qñ Christus suis discipulis aperuit sensum, vt intelligerent scripturas? Et in huius ostensionem altaria, & pallæ cooperiuntur, quadragesimali tépore, quod pcedit Christi passionem, sed in die passionis eius reuelantur, ad denotádum, quod in Christi passione, prophetarum dicta, quæ ante obscura videbantur, omnia sunt reuelata. vnde dicit Apostolus. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: spiritus enim scrutatur omnia, etiã profunda Dei.

Fundamenta. Apostolus. Mich. 1. Luca 24. 1. Cor. 2.

217 *Ab increpatione tua, domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.*

CONsequenter hic de prædictis ponit gratiarum actionem. Vbi nota, quod per increpationem, & inspirationem accipit Christi prædicationem: quia per suam prædicationem increpabat peccantes, & inspirabat, vt timerent iram futuram. Hic ergo Psal. in persona totius ecclesiæ conuertit se ad ipsum Deum: cui cum gratiarũ actione loquitur. d. O domine, hæc omnia facta sunt, *ab increpatione tua*.s.tui clamantis: nisi pœnitentiã egeritis, moriemini.i. *Et ab inspiratione spiritus ira tua*. s. per quem te peccantibus iratum ostendisti. Quod ideo dicit: quia per Christi increpationem cõuersi sunt peccatores & peccata perierunt in illis. psal. Ab increpatione vultus tui peribunt. Quid enim increpauit Christus nisi peccata? vnde & psal 9. Increpasti gentes, & periit impius.

Increpatio. Psal. 79.

218 *Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis.*

5.9.5. non omnis.

AGitur hic consequenter de ecclesia fidelium per Christum cõgregata. Et quatuor facit. Quia ostendit primo quod ecclesia per Christum congregatur Secũdo quod purificatur: ibi. *Eripuit me*. Tertio quod defensatur: ibi. *Præuenerunt me*. Quarto quod dilatatur: ibi. *Et eduxit me in latitudinem* Quantum ad primum ostendit, qualiter ecclesia per Christum fuit

Aqua. Baptismus.

E congregata.s.per sacramẽta nouæ legis, quorũ præcipuum, & ianua aliorum est baptismus: quod in aqua celebratur, per quod quis de Christi ecclesia efficitur. Et quantum ad hoc dicit Dauid in persona totius ecclesiæ, *Misit de summo, & accepit me*. scilicet Deus pater misit filiũ suum de summo.i.de cœlo, vel de maiestate diuinitatis, non tamen, quod dimitteret cęlum, vel diuinitatis maiestaté: quia verbum Dei cũ sit immensum, loco non continetur, sed omnia replet. *Et assumpsit me*. s.in sponsam sibi. Sic enim promiserat ante Deus populo Gentili, & Iu F daico: Sponsabo te mihi in sempiternũ: & sponsabo te in iudicio, iustitia, & misericordia, & sponsabo te mihi in fidem. Consequenter modũ ponit talis desponsationis: qui scilicet fuit per aquam baptismi. d. *Assumpsit me de aquis multis*.i. de aquis baptismi. Quia.s.cum quis abluitur de aqua baptismi: statim membrũ sponsæ Christi.i ecclesiæ efficitur. Et sic est sensus hic Psal. quod Deus per aquas baptismi ecclesiam suam sibi desponsauit. Vel aliter, per aquas multas intellige populos multos: ex quibus Deus suam congregauit ecclesiam. Aquæ, quas vi G disti, gentes sunt. Dicat ergo ecclesia de Christo. *Assumpsit me de aquis multis*.id est, vocauit me de gentibus, & de multitudine populorum.

Incarnatio. Ose. 2. Apoc. 17.

219 *Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab iis, qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.*

COnsequenter hic ostendit quod ecclesia per Christum purificatur, & à peccatis purgatur. Vbi notandũ quod inimicus dr ab in & amicus: quia cõtrario modo se habet quam amicus: amicus aũt dr H ab hamo, quod est catena.s.charitatis & vnio. Et ideo quanto quis nos priuat catena charitatis, & amore, maior dr inimicus. Cũ igitur vitia nos maximè amore vero priuent, & dissoluant à Deo, ideo per inimicos maximè intelliguntur. Vñ ait gl. *Eripuit me de inimicis meis fortissimis*.i.de vitiis, quæ dicuntur inimici fortissimi, quia super omnes nocét. isti sunt inimici interiores, alii sunt inimici exteriores.s.homines, qui tamen nõ sunt fortes vt primi, quia isti odire, & persequi pos-

Amicus. Inimicus. Peccatum.

possunt:sed mentem non possunt violen ter superare. Ideo debiles inimici dicuntur:quia superare non possunt, nisi volētem. Sed, cum eis cōsentitur tunc cōfortantur,& inualescunt. vnde Greg d. Neque enim culpa ad opus prodire permittitur:si intus,vbi nascitur, extinguatur. Si aūt tentationi in corde nascenti non resistitur,hac eadem,qua nutritur,mora roboratur, & exiens foras in operibus vinci vix praeualet: quia ipsam intus mēbrorum dominam mentē captiuam tenet. Isti ergo inimici tam interiores q̃ exteriores,ante Christi incarnationem, supra humanum genus dicuntur confortati, quia Deus, qui est meoris fortitudo,ignorabatur. Et de omnibus his ecclesiam suam eripuit dominus, peccata remittens,daemones ligans: & homines, scilicet tyrannos & persecutores ecclesiae conuertens ad fidem.

Gregor. 21. mor. c.7.

220 *Praeuenerunt me in die afflictionis meae, & factus est dominus protector meus.*

Consequenter hic ostēdit,quòd ecclesia à Deo defensatur. Vbi nota, quòd dies afflictionis vocatur tēpus primitiuae ecclesiae:quando ipsam persequebantur tam Iudaei,quàm Gentiles,vt nomen,& fidem Christi delerent. sicut qn̄ Herodes rex misit manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Quando Nero occidit Petrū,& Paulum. Aethiopes Matthaeum, Indi Bartholomaeum:vnde tunc ecclesia dicere poterat illud Iob. Possident me dies afflictionis:In die ergo afflictionis praeuenta fuit ecclesia, scilicet in principio,antequā esset aucta, & fortificata,vel *praeuenerunt*.i. praeualuerunt ad affligendam, & perimendam vitā ecclesiae temporalē. Et tunc ecclesia orans dicebat illud Thre.1. Vide domine afflictionem meam,quoniam erectus est inimicus. Sed tamen in tāta afflictione ecclesia non defecit: quinimo quanto magis affligebatur, tanto amplius Christi fides multiplicabatur. Quod fuit figuratum in filijs Israel, de quibus dicitur. quòd quanto magis affligebantur, amplius crescebant & multiplicabātur. Sic fuit de primitiua ecclesia, & huius causa fuit:quia Deus protegebat ecclesiā.propter quod subdit, *Et factus est dominus protector meus*. protexit enim ecclesiam, quādo ipsam multiplicauit, & inimicos, & persecutores fecit defensores, & amicos. Et hoc est, quod tunc orabat ecclesia.d. Protege me a facie impiorum: qui me afflixerunt.

Dies afflictionis. Act. 12. Aduersitas Afflictio. Praeuentre. Iob 31. Thren. 1. Exo. 3. Psal.16.

221 *Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.*

Hic consequenter ostendit,quod ecclesia per Christum dilatatur, & crescit. Vt enim statim dictum est:ecclesia per persecutiones, & aduersitates multiplicabatur. Et hoc non solum numero:sed & merito per aduersa dilatatur charitas:sicut per ignem aurum purificatur. vnde per saeuitiā malorum,charitas iustorum magis excrescit. Et hoc est,quod dr̄. In tribulatione dilatasti mihi. Quia dum crescit tribulatio carnis, mens per charitatem dilatatur, iuxta illud psal.93. Secundum multitudinē dolorum meorum in corde meo consolationes tuae lętificauerunt animam meā. Vnde quia in persecutionibus ecclesia non succubuit, sed magis creuit, ideo Deo dicit Psal.9. Dilatasti gressus meos subtus me: & nō sunt infirmata vestigia mea. Et saluam eam fecit. Vnde subdit, *Saluum me fecit: quoniam voluit me*. Et hic notatur mera Christi gratia. quiā *Quoniam voluit me*, saluum me fecit: nō quia volui eum. Quia hic ait Psal. *saluū me fecit quoniam voluit me*. per hoc ostēdens, q̄ illi saluantur, quos uolūtas Dei vult saluare. Quaero vtrū Dei uoluntas semper impleatur. Et arguo q̄ non:quia vt dr̄. 1. Tim.2. Vult omnes homines saluos fieri,&c. non tamen omnes saluantur. Secundo quia Iudaeos uoluit Deus in fide ecclesiae congregare, ipso.d. Quotiens volui congregare filios tuos, quēadmodum,&c. & noluisti. Ad oppositū: quia uoluntati eius nullus resistere potest. Et Psal. uoluntatem Dei efficacem esse ostēdit.d. *Saluum me fecit: quoniam voluit me*. Respondeo, q̄ quamuis voluntas Dei sit idem. q̄ ipse Deus:& per consequēs plurificati nō possit:tn̄ sm̄ quosdam respectus ad extra, in scriptura dr̄ esse multiplex: vnde psal. ait. Magna opera dn̄i,exquisita in oēs voluntates eius. Etenim uoluntas signi, & voluntas beneplacitum

Aduersitas Ecclesia. Dilatatio. Psal.4. Psal.93. Voluntas Dei. Quaestio. 1. 1.Tim. 2.

neplaciti. Dr enim voluntas signi, illa, q homini per aliqua signa demonstratur, sicut præceptū, prohibitio, pmissio, &c. Dr voluntas bene placiti illa eius voluntas æterna, & omnipotens: cui nihil resistere potest. Et tunc pono duas conclusiones. Prima q voluntas signi non semper impletur, patet, quia multotiés eius præcepta & prohibitiones violant. Dico secundo q voluntas beneplaciti semper impletur, etiā per malam voluntatē hominis. vt ostēdit Greg. per multa exēpla. Ad primum argumentum dico vt in gl. ibidem. Ad secundum vt in gl. ibidem.

Greg. lib. 6. mor. c. 11.

222 *Et retribuet mihi dñs secundum iustitiam meam: & secundū puritatem manuum mearum retribuet mihi.*

3. q. 3. sex differentia.

HAec est sexta pars principalis, in qua ponitur finalis omnium iusta retributio. Et duo facit, quia primo ostēdit iustam retributionē bonorū, secūdo malorū: ibi. *Et cum electo electus eris.* Circa primū duo facit, quia primo ostēdit bonorū retributionē in præsenti. Secūdo i futuro: ibi. *Et retribuet mihi dominus.* Quantū ad primum nota, q bona opera retributione digna, duo debēt habere .s. bonitatē iustitiæ, & stabilitatem perseuerātiæ. Secundū ibi. *Et ero immaculatus.* Quantū ad primū dicit. *Et retribuet mihi dominus* &c. Vbi notandum, q hic accipitur iustitia, prout est virtus vniuersalis stans pro omni merito. Omnia aūt merita nostra à duabus causis procedunt .s. à diuina gratia, & à libero nostro arbitrio. Quia nec gratia sine voluntate, nec voluntas sine gratia apud Deū mereri potest, quo ad meritum vitæ æternæ. Et per consequens omnis iustitia, idest omnia merita & sunt Dei, in quantum, scilicet procedunt à diuina gratia, & sunt nostra, in quantum procedunt à nostra voluntate, vt diffusè ostendit Magister lib. 2. d. 15. Non ergo præsumptioni est imputandum, si iste iustitiam, quam habet dicit suam, loquens in persona membrorum corporis Christi. Dicit etiam ipsam esse Dei, quando dicit. *retribuet mihi.* Retribuere enim idem est, quod iterum tribuere siue dare: per hoc enim notat, q prius Deus iustitiam dedit nobis, & postea iterum retribuit, quando pro meri-

Meritum. Iustitia. Perseuerantia.

Bona opera retributione digna qua.

Nostrum.

E to priori ipsam iustitiam dilatat. Ité notandum, q duplex est iustitia, siue meritum .s. bonæ voluntatis, & bonæ operationis. Iustitiam voluntatis notat, cū dicit. *Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam.* i. secundum bonam voluntatem: quod facit, qñ bona voluntas crescit per gratiam. Iustitiam verò exteriorem notans dicit. *Et secundum puritatem manuū mearum* &c. Notandū ergo, q ad perfectionem meritorum, vel iustitiæ nullus subito, sed per incrementa tēporum proficit. sic q virtutes in nobis paulatim crescunt dono Dei donec ad

Iustitia uel meritū duplex.

F perfectum deducantur: & illud crescere hic dr retribuere. Vñ hoc ostēdit Greg. ex verbis Christi dicētis. Terra vltro fructificat, primum herbam, deinde spicā, deinde plenum frumētum in spica. Ecce veritatis voce per qualitates frugum, distincta sunt incremēta meritorum. Ait enim primum herbam, deinde spicā &c. An non herba tūc adhuc fuerat Petrus, cū ancillæ ab ore subito unius flatu sermonis inflexus est? iam quidē per deuotionem viridis: sed adhuc per infirmitatē tener. Plenum vero frumentum in spica inuentus est: qñ persequentibus princi-

Gregor. 22. mor. ca. 20. virtus. Marc. 4. Crescere.

G pibus resistebat, d. Obedire oportet Deo magis q̄ hominibus. Plenum frumētum inuentus est, qñ in tritura persecutionis tot verbera pertulit: & nequaq̄ palearū more imminutus est, sed granū integrū permansit. Nemo ergo quem licet proximum, cū adhuc herbā videt de frumento desperet: ab herba tum quippe folijs, qui hunc illucq; molliter defluunt, surgétia frugū grana solidant. Et pōt hoc in particularibus virtutibus demōstrari. Retribuitur. n. homini, qñ fm iustitiam fides accepta augetur à Deo: plerunque. n. in exordijs suis fides & nota, & solida iā ha

Actuum 5.

Fides.

H betur: & tñ adhuc de eius fiducia sub dubitatione trepidat: pars nāq; eius prius accipitur, vt in nobis postmodū perfecta cōpleat. Si. n. certo gradu in credētis mēte non proficeret: requisitus in Euangelio pater sanandi pueri non dixisset: Credo, dñe, adiuua incredulitatē meam. Ad hoc ergo ascēdebat ad fidem, quam iam perceperat, qui vno eodemque tempore clamabat etiā se credere: & adhuc ex incredulitate dubitare. Hinc est etiā: q redemptori nostro à discipulis suis dr,

auge

auge nobis fidē, vt quæ iam accepta per nuncium fuerat: quasi per augméta graduum ad perfectionem veniret. Et consimiliter de alijs virtutibus exemplificari potest. Ad propositum. *retribuit Deus homini secundum iustitiam: vel secundum puritatem manus:* quando virtus per ipsum data homini, crescit in ipso & augmentatur. Sic enim virtus meretur augeri, vt aucta mereatur perfici: vt dicit Magister dist. 25. secundi. Vnde causam talis retributionis adiungit, dicens.

223 *Quia custodiui vias domini: nec impiè gessi à Deo meo.*

Via. HIc redditur ratio talis retributionis & augmentationis iustitiæ. Sicut enim diuturnitas peccati peccatum continuè aggrauat. extra de consuet. cū tanto. sic & conformiter diuturnitas seruatæ iustitiæ, ipsam iustitiam augmētat. Vnde si quæratur: quare retribuit tibi secundum iustitiam tuā. Respondet. *Quia custodiui vias Domini.* i. præcepta, quæ viæ vocantur: quia nos ducunt ad Deū iuxta illud Psal. Viam mandatorum tuorū cucurri. *nec impiè gessi à Deo meo.* Vbi nota, q̄ differt secundū Cathol. gero geris, a porto portas. quia gerimus nostra, quæ in nobis sunt, sed portamus extrinseca, quæ nobis imposita sunt. Ille ergo impiè gerit, qui bona intrinseca à Deo sibi data, impiè pertractat, vt qui voluntatē sibi à Deo datam: contra Deū erit, qui cognitionem à Deo adeptus, ad mūdum solum aspicit, qui gratiam sibi datā negligit. Et quia omnis talis est Deo ingratus, mortaliter peccat: & separatur à Deo. Ecōtra autem ille piè gerit, qui talia bona sibi data dirigit in Deum. Dicit ergo psal. in persona membrorū corporis Christi. Ideo mihi retribuet &c. *Quia custodiui vias domini.* s. eius præcepta, vel vias Domini, de quibus in psal. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas: vel vias Domini, quæ sunt humilitas in prosperis, & patientia in aduersis. de quibus Psal. Ego custodiui vias duras, *nec impiè gessi à Deo meo.* supple quo à Deo recederem. Et aduerte, quòd ad custodiam viarū Dei maximè nos inducit assidua cōsideratio diuinorum iudiciorum. Qui enim mente consideraret diuina

Psal. 118.
Gerere.
Portare.
Preceptum.
Psal. 24.
Psal. 16.

A iudicia, scilicet qualiter malos damnat & beatificat bonos, qualiter per aduersa bonos purgat, ne in futuro puniātur, per prospera hic malos præmiat, vt in futuro damnentur: talis certe nonquam à voluntate Dei discederet. Et hoc est q̄ dicit hic Psal. *Custodiui vias domini.* Et quare? quia semper iudicia Dei consideraui. vnde ratio est. *Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo.* Et ideo iustitias eius, idest mandata eius quæ hominem iustificant, non repuli à me. Consideratio enim iudiciorum Dei diuinorum timorem inducit in nobis. iuxta illud ps. B A iudicijs enim tuis timui. Timor autē domini omne peccatum expellit. Sed forte. d. Iudicia diuina sunt semper cogitanda. Sed quod est magis occultum, vel timendum an dum bona bonis eueniūt, & mala malis: an dū bona malis, & mala bonis occurrunt? Ad hoc respondet Greg. quòd magis ante oculos mentis debemus ponere ne peccemus iudicia illa; quibus bonis bene, & malis male contingunt. vnde sic ait. Cum valde occulta sint diuina iudicia, Cur in hac vita nonnunquam bonis malè sit, & malis bene? Tunc occultiora sunt cùm bo- C nis sic benè est, & malis male. Nam cum bonis male est, & malis bene, hoc fortasse deprehenditur: quia & boni, si qua deliquerunt, hic mala recipiunt, vt ab æterna damnatione plenius liberētur. Et mali bona, quæ pro hac vita faciunt, hic inueniunt, vt ad sola in posterum tormenta pertrahantur. Vnde & ardenti in inferno diuiti dicitur. Memento, fili: quia recepisti bona in vita tua & Lazarus similiter mala. At cùm bonis bene est: & malis male, incertum valdè fit: vtrum bene idcirco bona accipiant, vt prouocati ad melius crescant: an isto latentique iudicio hic suorum operum remu- D nerationem recipiant: vt à præmijs vitæ sequentis inanescant, & vtrum malos idcirco aduersa feriant, vt ab æternis supplicijs corrigentia defendant: an hic eorum pœna incipiat vt quandoque complenda, eos ad vltima gehennæ tormenta perducat. Quia ergo inter diuina iudicia graui incertitudinis suæ caligine humana mens premitur, Sancti viri, cū sibi suppetere prospera huius mundi cōspiciunt: pauida suspicione turbantur.

Iudicium.
Psal. 118.
Eccles. 1.
Quæstio.
Occultum.
Greg. lib. 5. cap. 1.
Lucæ 21.

Timent enim ne hic laborum suorum fructus percipiant. Timent etiam ne di uina iustitia latẽs in eis, vulnus aspiciat: & exterioribus, & muneribus cumulãs, ab intimis repellat, &c. Quis enim talia iudicia oculis suis proponendo ad peccandum labitur? Certè nullus. Rectè ergo ostendens hic psal. qualiter & quare custodiuit vias domini, subdit. *Quia omnia iudicia eius in conspectu meo*, &c. Et ideo iustitias eius non repuli à me. Iustitias enim domini à se repellunt: qui sub sarcina eorum deficientes, reuertuntur ad vomitum: vel qui fragilitate carnis superati, dimittunt quod inceperant. Sed qui iudicia domini in corde suo meditantur: reuertuntur ad dominũ, & à malo recedunt. Et hoc est, quod dicitur. Reuertere ad dominum, & auertere ab iniustitia. Et quis sit modus subdit. d. Recognosce iustitias, & iudicia domini.

Eccle. 17.

224 *Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.*

Consequenter hic ostendit, q̃ opera nostra debent habere stabilitatem perseuerantiæ. Quid enim currenti ad brauium, si omnes alios praecedat: sed in fine deficiat? Ideo Psal. in persona membrorum corporis Christi ostendens perseuerantiam in meritis esse necessariam: ait. *Et ero immaculatus*, &c. q. d. Dixi superius quòd de præterito, custodiui vias domini: nunc autem dico, q̃ perseuerabo. quia *ero immaculatus cum eo*. scilicet cum ipso Deo adhærens sibi. *Et obseruabo me ab iniquitate mea.* Vbi nota, quòd iniquitas hic dicitur peccatum originale: quod est fomes, & seminariũ cæterorum malorum, & peccatorum si non resistatur ei. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Isto namq; vitio cuncta cogitatio hominis prona est ad malũ. Ideo opus est homini magna, & diligẽs custodia: per quam ab illa iniquitate, vel concupiscentia se obseruet. Et obseruare etiam quandoq; idem est, quod adimplere. Obserua vt custodias mandatum Dei tui. Quandoque idem est, quod insidiari. Obseruabant scribæ, & Pharisæi si sabbatho curaret. Quandoque idem est, quod vndiq; sibi cauere vel seipsum ab hoste cauere vt, Ianitores per portas singulas obseruabant. Et sic E accipitur hic. *Obseruabo me ab iniquitate mea.* quasi per portas singulas seruum obseruabo, ne peccatum originale ad actuale peccatum me perducat.

Iniquitas originale peccatum.

Obseruare.

3. Reg. 2.

Luca 6.

2. Para. 25.

225 *Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.*

Hic consequenter ostendit iustã bonorum retributionem in futuro. vbi scilicet pro meritis redduntur præmia. Superius enim loquutus est de retributione, quæ fit in p̃senti, quando scilicet pro virtute virtus augetur. F Hic agit de futuro: vbi pro virtute præmium datur. d. *Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.* Quod ideo dicit. Quia in conspectu oculorum hominis multotiẽs apparet iustitia, quæ non est iustitia, neq; puritas, sicut est hypocritarum iustitia, & puritas, & pro tali non redditur in futuro præmium sed supplicium. Sed illa vera est puritas, & iustitia, quæ in conspectu Dei est puritas, vel iustitia. Et isto G modo ly *in conspectu eius* declarat iustitiam, & puritatem. q. d. Illa sola est vera puritas, & iustitia, quæ in Dei conspectu est puritas, & iustitia: non quæ in cõspectu hominum. Vel ly *in conspectu eius* potest determinare ly *retribuet*. vt scilicet determinet, quæ Deus iustis, & puris retribuet: bona illa, scilicet quæ sunt in conspectu eius, non quæ in cõspectu hominum. quia quæ videntur ab hominibus, solum temporalia sunt: & talia non retribuet Deus bonis in futuro: sed illa, quę sunt in cõspectu eius, scilicet Dei scilicet bona æterna, quæ non ab homi- H nibus, sed a Deo videntur. Et ne reprehendatur, quia dicit sibi in futurum retribui secundum iustitiam, & puritatem suam: quia omnia bona nostra sunt Dei, & non nostra. Ideo consequenter talibus respondens, ostendit, quòd iustitia, puritas & alia bona spiritualia non solũ sunt Dei, sed etiam nostra. Dei quidem, quia ab ipsius gratia procedunt, nostra autẽ, quia à nostra voluntate libera. Vnde nunc se conuertens ad Deum, dicit.

Conspectus.

Nostrum.

Cum

226 *Cum sancto sanctus eris: & cum uiro innocente innocens eris.*

Sanctitas.

QVasi dicat, Sanctitas, & est nostra, & tua: nostra, quia à voluntate nostra: tua, quia à gratia tua. Vnde tu Deus *cũ sancto sanctus eris*: quia tu sanctus es, & alios sanctificas. *Et cum innocente innocens eris.* quia tu, qui es innocens, es cũ innocente sibi innocentiã præstãs. Sic.n. dicit dñs. Ego dñs qui sanctificabo vos. De retributione ergo præmiorum reddenda in futuro meritis, Et retribuet mihi dñs ſm iustitiã meã, &c. Vnde Greg. dicit. Quia in hac uita nobis est discretio operum: erit in alia procul dubio dignitatum discretio, vt quo hic alium superat: illic alius alium retributione trãscendat. Sic enim dicit Apostolus. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum.

Exod. 31. Grego.4. mor. 2.Cor.5.

227 *Et cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris.*

Electio.

HIc consequenter ostendit retributionem malorum. Et loquitur ipsi Deo. Deus enim cum electo est electus. quia ille, qui eligitur à Deo per æternam prædestinationem, & gratiam: & ipse Deum sibi eligit. Eligit enim Deus iustos per suam gratiam, & prędestinationem. Elegit nos ante mundi constitutionẽ: vt essemus sancti, & immaculati. Quod sic dicit secundum gl. Ne quis putet animas cum Deo fuisse æternas, & tunc aliquid meruisse: iuxta errorem illorum, qui ante hęc visibilia dicũt fuisse animas: & ideo tunc fuisse electas. Sed hoc aperte ostendit falsum esse.d. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. Et isti tales sic electi etiam eligunt Deum.s. pro suo dño, & æterno præmio. sic enim dicitur. Elegi abiectus esse in domo Dei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorũ, sic & de Magdalena. Optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea in æternum. Veruntamen, quia electio, qua nos eligit Deus, est causa, quare nos consequenter eligimus Deum, ideo dicitur. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Et hoc est, quod hic dicit. *Et cum electo*.s.a te: & *tu electus eris* ab illo. Et consimiliter. *Et cum peruerso peruerteris.* Peruerti enim dicitur Deus cum peruerso, quã do ipsum sinit peruerti: & consequenter pœnis punit æternis. Vbi notat gloss. quòd duplex est Dei iudicium, scilicet occultum, quod nunc agitur, & manifestum, quod erit in futuro. Et sic Deus dupliciter retribuit, & bonis, & malis. Hic enim retribuit iustis, vt iustus iustificetur, idest, vt eius iustitia crescat, malis autem, vt qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et sic cũ sancto sanctus est: & cum peruerso peruertitur, scilicet per missiuẽ. Quod iusto iudicio Dei agitur, vt ostendit Greg.d. Nam quia omnipotens Deus tempus ad pęnitentiam indulget: quod tamẽ humana malitia ad vsum suæ iniquitatis intorquet: nimirum iusto iudicio augeri culpa permittitur, vt ad feriendum altius quandoque cumuletur. Hinc Dauid ait. Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, ut non intrent in iustitiam tuam. Hinc uoce angeli ad Ioannem dicitur. Qui in sordibus est, sordescat adhuc: Si ergo Deus cum peruerso peruerti dicitur, quando peruersum ad maiora peccata cadere sinit: ut in illis punitione clarior sua iustitia demonstretur. Vel aliter exponitur iste versus: ut sint uerba Psalmistæ loquentis non Deo, sed congregationi electorum, & reprobatorum. Et primo cõgregationi electorum dicat. *Cum sancto sanctus eris*, idest, tu quilibet electus, cum Christo sancto, eris sanctus, & cum innocente innocens eris. Similiter & cũ electo Christo eris electus, & cum peruerso, scilicet diabolo tu peruerteris. Est argumentum à conuictu: quia ex cõuictu mores formantur. Sic & qui conuersatur in uijs diaboli peruersi, cum ipso peruertitur. Sed ex forma meritorũ sequitur forma præmiorum. Ideo de vtrisq; scilicet de sanctis, & peruersis subdit, quid in futurum sunt recepturi. Quia boni recipient gloriam: peruersi autem gehennam. Quod denotat dicẽs,

Eph.1. Psal.83. Luca 10. Ioan.15. Reprobatio. Peruersus. Retribuere. Bonus. Gregor. 25. mor.c.12. Apoc.22.

227 *Qm̃ tu populum humilẽ saluũ facies: & oculos superborum humiliabis.*

ET hoc quò ad bonos. Quantum verò ad malos subdit. *Et oculos superborum humiliabis.* Est hęc illa regula, quam

Humilitas. multis ponit Christus.d. Omnis, qui se humiliat, exaltabitur, & omnis, quise exaltat, humiliabitur. Quantum ergo ad primum dicit. *Quoniam tu populum humilem saluum facies.* Docet enim natura, quòd omnis in altum ascendere volens, primo ipsum oportet humiliari, vt ostendit Isaac super illo verbo Matt. 21. Ecce ascendimus Hierosolymam.d. Quisquis enim ascendere cupit: prius humiliari, & descendere debet. Sic nempe aues vt se in altum suspendant, profundius omni corpore solo, vbi residét, se imprimunt. Hominum quoq; & ferarum eadem est ars naturæ, siue natura artis, aut potius ars naturalis: & in sublime salire cupientes, humilius terræ quasi toto corpore subsidentes, incuruentur. Arduum est, quo ascédere molimur arctum foramen, quod penetrare conamur: ideo expeditos nos esse conuenit, & subtiles, &c. Et sic quantum ad hoc dicit. *Quoniam tu populum humilem saluũ facies* Quantum vero ad malos subdit. *Et oculos superborum humiliabis.* Vbi nota, q superbos maxime per oculos describit ex eo quod secundum Greg. Superbia principaliter per oculos manifestatur. vnde ait. Quantum per membrorum ministerium deprehendi potest: prima superbiæ ostensio esse in oculis solet. Hinc etenim scriptum est. *Et oculos superborum humiliabis.* Quod duobus modis intelligi potest. s. *oculos superborum humiliabis*, idest deposita superbia ad virtutem humilitatis perduces. sic. n. Lucia d. Sponsum, quẽ quasi leonem ferocem accepi: quasi agnũ mãsuetum; ad te &c. Vel *humiliabis*, depones per pœnæ afflictionem, sic. d. psal. Humilians aũt peccatores vsq; ad terrã. Et sic accipitur hic.

Matth. 11.
Matth. 21.
Superbia.
Grego. 19. mor. c. 11.
al. Cæcilia.
Psal. 146.

228 *Quoniam tu illuminas lucernam meã domine; Deus meus illumina tenebras meas.*

De pæ d. 1. alteri.

HAec est septima pars principalis, in qua ponitur veritatis illustratio pro terroribus remouendis. Et quatuor facit: quia primo suorum illuminationẽ petit. Secũdo diaboli superationem: ibi. *Quoniam in te eripiar.* Tertiò mentis purificationem: ibi. *Deus Deus impolluta via eius.* Quartò ponit Dei recognitionem: ibi. *Quoniam quis Deus.* Primò ergo petit suorum illuminationem. Vbi notandum, quòd omnes prædestinati dicũtur esse membra Christi secundum æternã prædestinationem: quamuis non omnes secundum præsentem iustitiam. Ex istis autem aliqui in præsentia Christi fuerunt illuminati, & charitate inflammati vt sancti apostoli: aliqui non, sed postea erant illuminãdi: de quibus dicebat Christus. Non pro eis tantum rogo: sed etiã pro ijs, qui per uerbum eorum credituri sunt in me. Primos enim, idest, apostolos lucernam uocat: quia illi lucebant per doctrinam, & ardebant per charitatem. sicut de Ioanne Baptista dicitur. Ille erat lucerna ardens, & lucens, sed secũdos vocat tenebras suas, tenebras quidem: quia secundum præsentem iustitiã tenebris peccatorum obuoluti. s. suos: quia secundum æternam Dei præscientiam electi sunt, & prędestinati. Et hoc est, quod hic orat Christus.d. O domine qui es Deus meus, *tu illuminas lucernam meam.* i. apostolos meos, & alios primitiuos prędicatores. qui ideo lucerna dicũtur, quia in illis fuit lux, & cognitio veritatis, qua illuminauerunt alios. *Et quoniam tu illuminas lucernam meam*, idest, prædicatores: etiam te rogo, *illumina tenebras meas*, s. per eos prædicatores.

Prædestinati.
Tenebræ.
Ioan. 17.
Ioan. 5.

Quoniam in te eripiar à tentatione: & in Deo meo transgrediar murũ. 229

HIc Christus vt homo petit hostis superationem. Præuidebat enim secum diabolo pugnaturum, & ab ipso tentandum, ideo orat patrem, vt patris virtute ipsum superet.d. *Quoniam in te eripiar* &c. q. d. ideo oro, quoniam non à me, sed in te eripiar à tentatione diaboli, vbi dat nobis exemplum: vt in omni tentatione ad Dei adiutorium postulandum per orationem recurramus, & statim ex gaudio mutat personam loquentis. quia in persona suorum nunc loquitur.d. *Et in Deo meo transgrediar murum.* Murum enim vocat obstaculum peccatorum: quòd nos à Deo separat, & disiungit ne ad ipsum possimus accedere. Sic enim murũ pro iniquitate accipit Propheta.d. Erit vobis iniquitas hæc in muro excelso. Et nota quod non dicit dirimam murum: sed *transgrediar murum:* Quia

Murus.
Esa. 30.

Quia dirimere penitus murum peccatorum non potest homo mortalis: sed gratia Dei transit murum, idest, obstaculum peccatorum.

230 *Deus meus, impolluta via eius; eloquia Domini igne examinata; protector est omnium sperantiũ in se.*

16. quæst. 2. dua.

COnsequẽter hic petit mentis purificationẽ. Vbi sciendum, ꝙ Christus cum sit via, veritas, & vita, tamen dupliciter viam impollutam dr̃ habere: viam, qua venit ad nos, & uiã, qua vadimus ad eum. Via, qua venit ad nos, fuit gloriosa virgo Maria, quę impolluta dr̃ omni carens immunditia actuali, vel originali. Et de hac dicitur. Deus, in mari via tua. Quid .n. mare significat, nisi Mariam? Quia sicut mare sordes non retinet, sic & Maria ab omni sorde fuit aliena. Via aũt, qua vadimus ad eũ, est mandatorũ eius obseruatio: quæ impolluta dr̃: quia nihil contra mores cõtinent eius præcepta: sed oẽm detestantur immunditiam. Psal. 118. viam mandatorũ tuorũ cucurri. Per hoc .n. petit mentis puritatẽ. q. d. Si via, qua Christus ad nos venit est impolluta, si via, qua vadimus ad Deũ, est impolluta, sequitur ꝙ oportet me esse impollutum, si ipsum ad me venire cupio. & me ad ipsum accedere. Vis ergo Christum ad te venire? Accede ad Mariam, quæ est via vitæ, per quã ad nos venit. ipso. d. Ecce ego do coram vobis viã vitę. Vis tu ad Deũ accedere? serua mandata: quæ sunt uiæ rectæ. Osee 14. Rectę viæ Dñi, iusti ambulant in eis. Et ꝙ ista via præceptorum Dei sit impolluta subdit. Eloquia Dñi igne examinata. q. d. Si cut aurum igne examinatum, rubigine caret: sic *eloquia Domini*. i. præcepta sunt munda. Sic .n. superius dictum fuit. Eloquia Domini eloquia casta, igne examinata. Et, si forte quis diceret, præcepta Dei sunt grauia, & difficilia, propter qđ ipse ait. Arcta est via, quæ ducit ad vitã, & ideo timeo non posse per illam incedere. Statim dubium remouet. d. Noli timere, *quia protector est omnium sperantiũ in se.* Illos enim protegit: qui non in se ipsis, sed solum sperant in illo. Et dicit omniũ: quia nullus ab eius protectione excipitur, nisi qui sperare ĩ illo nõ vult.

Ioan. 14. Via. Christus. Psal. 76. Psal. 118. Hier. 21. Psal. 11. Matth. 7.

131 *Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?*

HIc consequẽter ex prædictis in persona totius Ecclesiæ recognoscit Deum: vt merito oẽs inducat ab obediẽdum diuinis præceptis. Vnde nota, quòd Christum vocat dominum, & Deum vocat dominum. d. *Quoniam quis Deus præter Dominum?* q. d. nullus. Si ergo ipse verus est dominus: ei merito obedire debemus in vita præsenti Psal. 2. Seruite domino in timore. Secundo vocat ipsum Deum. d. *Aut quis Deus præter Deum nostrum?* quasi dicat, nullus. Si ergo verus Deus est: ab illo solo beatitudinem sperare debemus in futuro. Hæc est vitã æterna: vt cognoscant te solum Deũ, &c. Et vide magnam differentiam inter dominum, & Deum. Nam Deus est nomen essentiale. Dominus autem nomen temporale, vt Deus semper fuit Deus: non autem semper fuit Dominus: quia Dominus relatiue refertur ad seruum: & ideo cũm relatiua sint simul, sicut Deus ab æterno seruum non habuit, ita nec Dominus fuit. Et ex hoc insurgit dubium. Quod nomen est maioris venerationis, an Deus, an Dominus.

Deus. Dominus. Christus. Ioan. 17. 12. q. 2. in præsenti.

232 *Deus, qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam uiam meam.*

HAec est octaua pars principalis, in qua ponitur per Christum, Ecclesiæ data fortitudo contra omnia nobis aduersantia. Et quia fortitudo contra hostes est duplex, scilicet ad resistẽdum & ad inuadendum, ideo hic primò ostendit per Christum datam fortitudinẽ ad resistendum. Secũdo ad persequẽdũ. ibi. *Persequar inimicos meos.* Quantũ ad primum nota, ꝙ multa nos fortes faciunt ad resistendum hostibus nostris: quæ hic ostendit Ecclesiæ à Christo collata, scilicet mentis innocentia in principio, operis constantia: ibi. *Qui docet manus meas.* aduersitatis tolerantia: ibi. *Et disciplina tua.* Quantum ergo ad primum dicit. *Deus qui præcinxit me*, &c. Vbi nota, quòd quamuis Grammatici differentiã faciant inter accingere, & præcingere, & succingere: quia accingimur bellaturi. Psalm. Accingere gladio tuo &c.

Præcingere. Accingere. Psal. 44. Luca 12.

Præ-

Præcingimur ministraturi. Præcinget se, & faciet illos discumbere: & transiens ministrabit illis. Succingimur ituri. Simon Petrus cùm audisset, quia Dominus est: tunica succinxit se: & misit se in mare vt scilicet veniret ad Iesum. Tamen sacra scriptura indifferenter vnum accipit pro alio. Sed tamen communius accipitur præcingere pro castitatis obseruantia. Vnde super illo verbo Lucæ. Sint lumbi vestri præcincti &c. ait Greg. Lumbos enim præcingimus, cùm luxuriam per carnis continentiam coarctamus, &c. Quid ergo significat aliquem præcinctum esse, nisi munditiam carnis habere? Hæc enim virtus mirabiliter resistit hostibus nostris spiritualib. Ecclesia ergo se fortem ostendens ad resistendum diabolo, dicit, *Deus, qui præcinxit me virtute*, scilicet castitatis, & munditiæ, & quòd de virtute castitatis loquatur subdit. d. *Et posuit immaculatam viam meam*. Et nota q́ præcingi debemus triplici zona, idest, triplici uirtute per triplicem zonam in scriptura significatam. Prima est zona aurea, quæ præcingit pectus. Et ista est munditia mentalis puritatis. De qua dicitur Apocal. 1. Quòd Ioannes vidit similem filio hominis vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. Secunda est zona linea, quæ præcingit ventrem. Hæc est temperantia contra superfluas comessationes, de qua dicitur Ioan. 13. quòd Iesus surgit à cœna: & cum accepisset linteum, præcinxit se &c. vide temperantiam: quia surgit à cœna. Tertia est zona pellicea, quæ præcingit lumbos. Et hæc est memoria nostræ mortalitatis, quæ ponitur ad lumbos contra noxias carnis delectationes. Et hac præcinctus erat Elias. 3. Regum. & Ioannes Baptista habebat zonam pelliceam circa lumbos suos. Quarta est zona funea, & hæc præcingit renes. Et hæc est pœnitentia rigidæ asperitatis. de qua dicitur. Præcingit fune renes eorum. Ista ergo multiplici virtute Deus suos fideles præcingit: dum puritatem carnis, & mentis cōtra hostis versutias tribuit. Et nota, q́ merito ista puritas siue castitas, hic virtus dicitur. Quia dicit. *Præcinxit me virtute*, quia sine illa nulla alia virtus existit, vt ostendit Greg. d. Nulla enim bona sunt cætera: si occulti iudicis oculis testimonio non approbantur castitatis. Omnes quippe virtutes in conspectu conditoris vicaria ope se subleuant, & quia vna virtus sine alia vel nulla est omnino, vel minima: nisi vicissim sua cōiunctione fulciantur. Si enim vel castitatem humilitas deserat, vel humilitatem castitas relinquat: apud amatorem humilitatis, & munditiæ prodesse quid potest, vel superba castitas, vel humilitas inquinata? Sic ergo Ecclesia dicat de Christo: *præcinxit me virtute*, scilicet castitatis: & rationē subdit, quia *posuit immaculatam viam meam*. vnde de Ecclesia dicitur. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro illa, vt sanctificaret eam: vt sit sancta, & immaculata.

Ioan. 21. *Luca 12.* *Grego. in homilijs.* *Apoc. 1.* *Ioan. 13.* *Matth. 3.* *Iob 12.* *Castitas. Virtus.* *Greg. 22. moral.* *Ephes. 5.*

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorū: & super excelsa statuēs me.

233 *De pæ. d. 6. quartis.*

OStenditur hic in quo uera virtus consistat munditiæ, scilicet in abdicatione temporalium, & supernorum amore. Vbi notandum, quod secundum naturales, ceruus cùm sit agilis naturæ despiciens bassa, siue valles semper tendit ad superiora: & omnia impedientia ascensum suum, faciliter saltando transgreditur. Et ideo Psal. nunc volens ostēdere in quo vera mundicia nostra consistit: similitudinem cerui adducit. d. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum*. Vbi per pedes intellige mentis affectiones, quibus totus homo interior gestatur. Vnde istum passum exponit gl. d. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum*, idest amorem meum, quo vado ad eum, *tanquam ceruorum*, idest ad trāscunda spinosa, & vmbrosa implicamenta sæculi. *Et super excelsa statuens me*, scilicet in cœlestibus fixit cordis mei intentionem. In primo ergo nota despectionem terrenorum. In secundo verò amorem supernorum. Ad istum intellectum hūc versiculum exponit Greg. d. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum*, &c. Ceruus enim cùm montium iuga conscendit: quæcunque se aspera obijciunt, quæcunq; sentibus illigata dato saltu trāsgreditur, & absque vllo cursus sui obstaculo in sublimia eleuatur. Ita etiam electorum mentes, quæcunque sibi in hoc mundo obsistere, atque obuiare conspiciunt,

Mentes excelsi cerui. *Ceruus. Iustus.* *Grego. 26. mor. c. 10.*

ciunt, contéplationis saltu transcendút, & more ceruorem despectis terrenorú sentibus, in superna se euehunt, dicêtes cum Psal. *Qui perfecit pedes meos tanquã ceruorum: & super excelsa statuens me.*

234 *Qui docet manus meas ad prælium, & posuisti vt arcum brachia mea.*

Bellũ Diabolus.

Ponit hic secundum, quod nos facit fortes cótra mundum, & diabolum: quod est constantia mentis. Vbi notandum, quòd in præsenti vita semper sumus in continuo bello cum carne, mondo, & diabolo: quia mundus allicit, caro inficit: sed diabolus decipit. Sed contra istos hostes pugnare docemur: dum singulis ipsorum iaculis, uirtutibus oppositiuis armamur. vt ostendit Greg. d. Sancti enim viri, quia contra multiformem aduersarium se pugnate considerant: semetipsos in certamine multipliciter armant. Habent enim contra famẽ diuini verbi pabulum, contra belli gladium continentiæ scutum, contra flagellum linguæ, protectationem patientiæ, contra exterioris calamitatis dãna interni amoris adiutorium. Vnde miro modo agitur vt quo eos hostis callidus numerosius tentat, eo circunspecti Dei milites virtutibus ditiores fiant. Si aũt vis videre modum, quo nos docet cótra spirituales hostes pugnare: hoc figuraliter ponitur Iud. 7. vbi dicitur. quod cũ Gedeon princeps populi Iudæorum à Madianitis opprimeretur, & eis vellet resistere: decem millia viros congregauit. Cui dixit Dñs: Multus est populus, nec tradetur Median in manu eius: ne forte glorietur Israel, & dicat. Meis viribus liberatus sum. Præcepit ergo dominus, vt milites ad pugnam ducendos sic probaret. s. vt oẽs ad aquam potandum duceret, & illos qui flexis genibus aquam biberent. s. ponendo os ad aquam, repudiaret. Illos aũt, qui genua flectere non dedignarentur, sed manu aquam ad os proiecta biberent: illos eligeret. Sic ergo factum est, q; de decem milibus solũ trecenti inuenti fuerunt, qui aquam manu, & lingua biberent: & hos elegit ad pugnam, quos sic armauit. Nam quilibet eorum habebat lagenam vacuam in manu, & lumen intra lagenam absconditũ, & in alia manu tubã. Et dixit eis. Quod

Greg. lib. 7. mor. c. 19.

Iud. 7.

A videritis me facere: & vos facite. Cùm autem appropinquarent ad castra Madian, omnes simul lagenas fregerunt & turbis insonuerunt: & lampadibus lucentibus taliter hostes subito terruerũt, q; omnes sunt in fugam conuersi. Ad propositum. Gedeon significat Christũ. Nã, vt ait Greg. istam figurã exponendo lib. 30. moral. c. 32. Gedeon interpretatur circuniens in utero. Et Dominus noster quamuis per maiestatis potentiam omnia complectatur, tamen per dispensationis gratiam intra vterum virginis venit. Quis est ergo iste circumiens in B vtero: nisi omnipotens Deus: qui sua dispensatione nos redimens, diuinitate cũ cta complectens, & humanitatem intra vterum virginis sumens: in quo vtero & incarnatus fuit, & clausus non fuit? qui quamuis in vtero esset per humanitatẽ: per diuinitatem tamen extra vterũ existens, omnia complectitur, & circundat. Quid autem Madianitę figurant, nisi hostes animarum. s. dæmones & vitia? Nam Madian interpretatur miquus, aut contradicens. Quid aqua, qua suos milites probat Christus, nisi pœnitentia designatur, quæ animas lauat? vt scriptura sacra C intelligitur. Quam aquam aliqui solo ore bibunt: & manum apponere nolũt: qui multa. s. de pœnitentia, vel de præceptis diuinis loquuntur: sed nihil manibus tangunt, dicunt enim & non faciũt. Quinimò tales ad istam aquam genua flectere videntur: si eorum verba attendas, sed ad faciendum, quod dicunt, manum apponere nolunt. Et oẽs tales tanquam indigni milites, & inhabiles Christus recusat. Sed illos, qui cum manu primo aquam accipiunt: deinde lingua ipsam lambunt. i. qui aquam pœnitentiæ, vel scripturæ primo operibus adimplẽt, D & postea lingua bibunt, qui. s. ipsam alijs prædicant: exemplo Christi, qui cœpit facere & docere. Act. 1. Istos inquam tales ut idoneos milites ad pugnandũ eligit Christus. Sed attende: tales milites, vt hostes superent, quibus armis muniri debent, audi quod sequitur, Debẽt portare lagenas vacuas. Lagena enim vas terreum est, & fragile, & significat corpora nostra quæ de terra sunt, & fragilia, quæ lagenæ debent esse vacuæ per ieiunium. s. & abstinẽtiam ciborum. sed intus

Greg. li. 30. mor. c. 32.

Aliter habetur in originali. Gregor.

tus lampades debent habere, s. virtutibus, quibus mēs illuminatur, abundare. Debet & tubas habere in manibus, idest orationem ad Deum cum manibus, & operibus mundis. Isti ergo milites sic armati, dum appropinquant hostibus. s. tētantur à diabolo, carne, vel mundo, lagenas debent frangere. i. de corporibus non curare: quinimo si expediat, ante permittere corpora interimere quā illis consentire: debent etiam tunc lumē, quod intus latebat, ostendere. i. per suā constantiam alijs exempla dare virtutis, sed ne confidant in seipsis dæmones superare, sed in Deo, tunc tubis clangere debent. i. in oratione clamare ad Deum. Et statim hostes confusi recedent, & superati. Sic enim dicitur. Cecinit tuba, & recesserunt. Hæc est ergo doctrina præliandi quā nos habere docuit Christus, vnde in persona Ecclesiæ nunc dicit Ps. *Qui docet manus meas ad prælium*. Sed quia omnia ista sine perseuerantia præmium non merentur, ideo subiungit. d. *Et posuit vt arcum æreum brachia mea*. Per arcum enim hic diuina præcepta significantur. Et sic arcum tenet in manu. qui diuina prçcepta in opere seruat. vn̄ Grego. Per arcum sacra scriptura significatur. Ipsa est enim arcus: de quo ad corda hominum, sicut ferientes sagittæ, sic terrentes sententiæ veniunt. vnde rectè de sacra scriptura per Ps. dicitur, Arcū suum tetendit, & parauit illū & in eo parauit vasa mortis &c. Arcum ergo tenet in manu, qui diuina eloquia quæ corde cognoscit opere perficit. Sed iste arcus æreus debet esse. per æs enim constantia, & fortitudo significatur. Et hoc notans hic Ecclesia d. *Et posuit vt arcū æreum brachia mea*. i. dedit mihi constantiam perseuerantiæ in operatione diuinorum mādatorum. Et hoc est, quod d. gl. *Et posuit vt arcum æreum brachia mea*. i. dedit mihi infatigabilem intentionem meorum bonorum operum. Et hoc prædixerat Iob dicēs. Arcus in manu mea instaurabitᷣ. i. per constantiam fortificabitur.

Margin: Cor. 13. (?) — 2. Reg. 20. — Gregor. 19. mor. c. 28. Aliter habetur in origi nali Greg. — Iob 29.

235 *Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ; & dextera tua suscepit me.*

Margin: 23. q. in præsenti.

SEd ne quis talem constantiā in operib. virtuosis à seipso habere credat, sed à Deo, nunc se Ecclesia vertit ad Deum. d. *Et dedisti mihi protectionem salutis*. i. protexisti me ad salutem: quia prædicta non sufficiunt, nec possunt permanere, nisi adsit Dei protectio: qua in suā curā, & custodiam nos recipiat. Et hoc est, quod d. *Dedit mihi protectionem salutis*. Sed qualiter? *quia dextera tua*. i. filius tuus Dn̄s Iesus Christus *suscepit me*, s. in suam gratiam quod alijs uerbis notans Psal. d. Dextera Dn̄i fecit uirtutem: dextera Dn̄i exaltauit me. Vbi gl. Dextera Dn̄i. i. Christus, qui est dextera patris, exaltauit me. magna uirtus est exaltare humilē, deificare hominē mortalē, præbere de infirmitate perfectionem, de subiectione gloriā, de passione uictoriam, pro terrenis dare cœlum. Et quia omnia nobis hic dextera Domini facit, ideo veraciter dicit Ecclesia. *dextera tua suscepit me*. Et hoc est, quod alibi Christo dicebat. Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Margin: Dextera Christus. Psal. 117. — Psal. 62.

236 *Et disciplina tua correxit me in finem; & disciplina tua ipsa me docebit.*

HIc consequenter tertio ostendit, quòd nos contra hostes facit fortes aduersitatis tolerantia. Disciplina. n. licet quandoq; significet doctrinam, Suscipe disciplinam, ut sis sapiens: tamen quandoq; stat pro aduersitatibus. Nam ut dicit Cathol. disciplina dicitᷣ à displiceo, ces. Et ideo quia aduersa displicent, saltem sensualitati, ideo disciplina uocantur. Vnde & disciplinare idem est, q̄ uerberare. vn̄ Prou. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Et isto modo hic loquitur Psal. primo modo de disciplina pro aduersitatibus dicit. *Et disciplina tua correxit me in finem*. scilicet tendere fecit in Christum. Ipsa enim disciplina aduersitatis multotiens peccatores corrigit: & in Christum finem dirigit. vnde Apostolus dicit. Quem diligit Deus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina ergo perseuerate. q̄ si extra disciplinam estis adulteri, & nō filij estis. Et sic aduersitatis disciplina peccatores corrigit: & manifestat qui sint veri filij Dei, & qui adulteri. Nam qui per disciplinam cōuertitur ad Deū verus Dei filius est. Qui autem per disciplinam auertitur a Deo: adulter, & spurius

Margin: Disciplina Prouer. 19 — Hebr. 12. — Aduersitas.

spurius iudicatur. Ad hoc moraliter notandum q Deus aduersa immittit multotiens, & disciplinas, vt corrigat: & manifestet filios legitimos, & spurios dicit Magister de proprietatibus rerũ lib. 10. & habet hoc a Macrobio libro suo primo de lapidibus, quod est quidam lapis dictus adamas, vel magnes, cuius sunt tres species. Quia quidã est pellicidi coloris ad modũ crystalli: magnus ad modum auellanæ, cuius durities omne ferrum, & ignem contemnit: & de isto dicitur, q nullo modo frangitur nisi sanguine hircino, cuius proprietas inter alias est, q si capiti mulieris dormientis super ponatur, scire poterit maritus, si sit casta, vel adultera: quia si casta fuerit, vi lapidis cogitur in dormiẽdo vt virum suũ subito amplexetur. Si vero adultera, quasi cum quodam impetu à maritio resilit, & tanquam tanti lapidis indigna, de lecto cadit. Moraliter anima nostra sponsa est Christi per fidem. Sponsabo te mihi in fide. Volens igitur Deus experiri, id est, nos expertos facere: quæ sit vera sponsa, & quæ sit adultera, supponit magnetem capiti, id est, disciplinam aduersitatis, quæ per magnetem figuratur quia est lapis durus, & rigidus, sic & disciplina. Et quid accidit? nam casta, & vera Christi sponsa per hoc ad Deum magis conuertitur & ipsum per ampliorẽ charitatem amplexatur. Si autem adultera sit, & non vera sponsa: tunc à Deo auertitur & de lecto. s. charitatis cadit per impatientiam, & murmurationem contra Deum. Et ideo istam disciplinam aduersitatis si veri filij Dei sumus, in pace sustinere debemus. Eccl. 41. Disciplinam in pace conseruate, filij. Et hoc est, quod nunc dicit Psal. *Et disciplina tua correxit me in finem.* Quandoq; etiam accipitur disciplina pro doctrina: & tunc dicitur disciplina à disco discis: quia doctrina. s. sacræ scripturæ nos discere facit. Et isto ẽt modo aduersitas dr̃ disciplina: quia pœna aduersitatis oculos mentis aperit, quos clauserat culpa. Qui diligit disciplinã, diligit sciam, & quantum ad hoc subdit, *Et disciplina tua ipsa me docebit.* Et aduerte, q disciplina aduersitatis nõ solum corrigit, & docet: vt in isto versiculo dr̃: sed ẽt patientis dilatat charitatem: & firmitatem roborat pp quod subditur.

Nota. *Mulier.* *Castitas.* *Osee 2.* *Prou. 12.*

A *Dilatasti gressus meos subtus me; & non sunt infirmata vestigia mea.*

237 11. q. 1. si omnia.

IN Hebræo habetur. *Dilatasti passus meos subtus me.* Et per hoc vult ostẽdere, q disciplina hominem contra hostem fortificat. quando enim pedes adinuicem sunt coniuncti, homo faciliter ab aduersario proijcitur: quando autẽ sunt cõuenienter elongati, & dilatati, tũc est dispositus ad firmius permanendum. Sic ergo disciplina gressus dilatat: quia pedes affectionis conuenienter elongat: & hominem tunc cõtra hostem magis fortificat. Sequitur & *non sunt infirmata vestigia mea.* Hic vox mutatur, quia ex prædictis Christus ad patrem loquitur. d. *non sunt infirmata vestigia mea.* Quæ enim sunt Christi vestigia, quæ nobis imitanda reliquit, nisi exempla, suæ vitæ? vt puta, q benignus fuit ad tribuendum, humilis ad sustinendum, patiens ad exemplum præbendum? Et ista vestigia non infirmantur in eius electis, qui eius vestigia, & exempla sunt sequuti. de quibus Petrus Apostolus. d. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt sequamini vestigia eius &c. Nõ fuerũt infirmata hæc vestigia in sanctis Apostolis, qui ibant gaudentes à cõspectu cõcilij, qm̃ digni habiti sunt &c.

Dilatatio. *Vestigium.* *1. Pet. 2.*

Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar, donec deficiant.

238 23. q. 7. si Ecclesia.

EX prædictis sex versiculis apparet fortitudo nobis per Christum collata ad resistendum. Nunc autem consequenter ponit fortitudinẽ ad persequendum, quę maior est, & duo facit: quia primo ponit hostium persecutionem: secundo ipsorum deiectionem: ibi. *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.* Quantum ad primum notandum, q quamuis multiplices habeamus inimicos, tamen maximi inimici nostri sunt intrinseci, & domestici nobis, scilicet motus carnales. Et de istis loquitur. *Persequar inimicos meos.* s. motus carnales, qui sunt inimici; quia inimici hominis domestici eius. *Persequar inimicos meos.* i. motus carnales: cõtrariũ eius, q suggerũt, faciẽdo: vt puta illi suggerũt mundi vanitatẽ: & ego persequar

Inimicus Caro. *Matth. 10.*

sequar illos per humilitatem, illi cupiditatem, & ego paupertatem, illi voluptatem, & ego charitatem, & sic cōprehendam illos, non illi comprehendent me. Sic enim prædictum fuit. Persequimini inimicos vestros: & illi corruent corā vobis, & non conuertar donec deficiant à rebellione. Vel si vis intelligere de inimicis temporalibus, inimici Christi fuerunt tyranni: & persecutores Ecclesiæ: quos tunc persequitur Christus, quādo de inimicis facit amicos: quia deformauit, quod prius erant, & facit, quod non erant. Sic enim persecutus est Matthęū, quem de Publicano apostolum fecit, sic Paulum, quem de persecutore fecit defensorem, sic & Cornelium: quem de gētili fecit fidelem &c. & de talibus subdit. *Non conuertar, donec deficiant.* f. esse inimici. Et nota, quòd ista propositio est indefinita, & non uniuersalis, & ideo vera est etiam si non omnes conuertat. Et hæc alijs verbis replicat. d.

Leuit. 26.

239 *Confringam illos, nec poterunt stare.*

Cadere.

SCilicet mihi resistere. qui *Cadet subtus pedes*. Quod si ad motus carnis referantur, tunc cadunt subtus pedes: quando scilicet rectè voluntati subijciūtur. Si autē de inimicis persecutoribus, tunc ceciderunt sub pedibus Christi, quando eius imperio subiugati fuerunt: iuxta illud Psal. Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et quia hoc à se facere nulla creatura pōt, ideo Christus omnia prædicta patri attribuit. d.

Psal. 109.

240 *Et præcinxisti me uirtute ad bellum.*

EXpone vt ibi Dominus, qui præcinxisti me virtute. *Et supplātasti insurgentes in me subtus me.* Si de motibus carnalibus hoc intelligas: tunc hic Christus loquitur in persona membrorum suorū, quia Christus in se nō habuit motus carnis spiritui repugnantes. Si autem de hostibus persecutoribus: tunc expone, vt prædictum est in præcedenti versiculo.

241 *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum; & odientes me disperdidisti.*

HIc consequenter ponit inimicorū deiectionem, postquam posuit eorum persecutionem. Hic enim nō loquitur de inimicis, quos sibi per fidem subiecit: sed de obstinatis Iudæis, & persecutoribus, ista litera exponitur: vt per hoc ostendat Christus se superasse suos persecutores, & illos in fugam conuersos. Hostis enim, qui dorsum vertit, in fugam est conuersus, & tunc est sensus. *Inimicos meos dedisti mihi dorsum*, idest, ipsi fugiendo verterunt ad me dorsum, quod impletum fuit, quando in vindicta mortis Christi, Iudæi hinc inde fugati, dorsum fugiendo vertebant ad templū, de quibus Ezech. Quibus erant dorsa habentes contra templum Domini, Et hoc est, quod sequitur, *& odientes me disperdidisti*.

Ezech. 8.

242 *Clamauerunt nec erat, qui saluos faceret, ad Dominū; nec exaudiuit eos?*

VBi nota, quòd conuerti ad Dominum solum timore pœnæ, & non amore iustitiæ, non est meritorium. Sic etiam clamans ad Dominum solum timore pœnæ exaudiri non meretur. Sic enim de Antiocho dicitur. Quòd cum templum Dei maledixisset, & graui infirmitate tactus fuisset a Deo, cœpit seipsum cognoscere, & timore pœnæ, quam patiebatur, omnipotentem Deum inuocare, & tamen exauditus non fuit, vnde ibidem dicitur: Orabat Dominū à quo non est misericordiam consequutus. Ita in proposito de Iudæis dicitur, *quòd clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos.* vnde quod scribitur Ioel 2. Omnis, qui inuocauerit nomen domini, saluus erit, verum est de illis, qui debitè inuocant illud.

Clamare. Oratio. Timor. 2. Mach. 9.

243 *Et comminuam eos, vt lutum puluerē ante faciem uenti; vt lutum platearum delebo eos.*

HOc enim de Iudæis ad literā fuit adimpletum. Quoniam sicut puluis nulla soliditate stabilitur, sed à vento vndequaque dispergitur, sic & Iudæi in vindictam Christi passionis sunt per orbē dispersi. Quod ideo se fecisse Christus dicit, quia hoc fecit per Romanos. Qui enim aliquid per alium facit, hoc per seipsum fecisse videtur vt de populo Iudaico dicatur illud Psal. Non sic impij, nō sic, sed tanquam puluis, quē projicit ventus a facie terræ. *Et vt lutum pla-*

Iudæi. Puluis. Lutum. Psal. 1.

platearum delebo eos, quod ideo dicit, quia sicut lutum plateaurum à diuersis gentibus conculcatur, & sic citius deficit, & deletur, sic & ipsi Iudæi in uindictam mortis Christi hoc à diuersis mundi gentibus conculcati, à terra sua penitus alieni sunt effecti. sic enim ad literam de populo Iudæorum dicitur. Ad gentem fallacem mittam eum. s. exercitum Romanorum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum plateaurũ.

Esa. 19.

244 **Eripies me de contradictionibus populi; constitues me in caput gentium.**

1.q.4.

HAec est nona principalis pars Ps. in qua ponitur Iudæorum Christo rebellis contradictio. Et ponitur primo Iudæorum contradictio, secundo gẽtium vocatio: ibi. *Populus quem non cognoui*. tertio Iudæorum exprobatio: ibi. *Filij alieni*. Quantum ad primum dicit. *Eripies me*, &c. Et nota, quòd non dicit de contradictione populi in singulari, sed in plurali dicit de contradictionibus. quia Iudæorum populus multipliciter Christo contradicebat, s. Contradictione temeritatis, & superbiæ. Contradictione pœnalitatis & miseriæ. Contradictione infidelitatis, & fallaciæ. Primo contradictione temeritatis, & superbiæ, quia scilicet subditi suis dominis, & superioribus rebellãtes contradicũt. Sic enim Cain contradixit Deo, & Chore Moysi domino suo, de quibus ait Iudas in epistola sua. Væ illis, qui in via Cain abierunt & in contradictione Chore. Sic & Iudæi Christo contradicebant, negantes ipsum regem, & Dominum suum. d. Non habemus regem nisi Cæsarem, & non solum Christo in persona propria, sed etiam eius contradicebant nuncijs. s. Apostolis. vnde Act. 13. Videntes Iudæi Gentes, repleti sunt zelo, & contradicebant ijs, quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. In hoc enim isti nõ aduertebant dictum Philosophi. d. Quod non est licitum contradicere dijs, aut parentibus, nec doctori: Christus autem erat Deus, pater, & doctor ipsorũ. Secundo est cõtradictio pœnalitatis: qua scilicet alteri contradicitur, non

Contradictio.

Ioan. 19.

Act. 13.

Philos. in rhetor.

A solum non obediendo, sed & flagella inferendo, & pœnas, & sic Iudæi Christo contradicebant, sic enim de ipso Simeõ prædixerat. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur. Quod enim maius contradictionis signũ contra aliquem pôt esse, quam ipsum iniustè persequendo, ad mortem ducere? Vnde secũdum B. Ã. Signum huius contradictionis fuit ipsa crux dominica. In quo signo quando Christus positus fuit, ab omnibus sibi contradicebatur, & in omnibus: vt puta quia contradicebãt B suæ dignitati regiæ, suæ potentiæ, suæ misericordiæ. Et per hanc contradictionem ducimur ad patientiam. d. Apostolo. Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus cõtradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Tertio est contradictio infidelitatis. Sic. n. Iudæi infideles Christo contradicebãt, idest, fidei Christi. De Christi fide. d. illud. Act. 13. De secta hac notum est nobis. q. vbique sibi contradicitur. Et ab istis contradictionibus se eripi postulat Christus, dicens Patri. *Eripies me de contradictionibus populi*. C A quibus per resurrectionem fuit liberatus: vnde. d. Viuit Dominus, qui eruit me de omni angustia. Et quia per talem contradictionem ipsi Christum occiderunt: & eius Apostolos à se expulerunt, ideo fide Christi Gentibus prædicata, & ab eis recepta, Christus caput Gentium fuit factus: quia eius fidem receperunt, & hoc est, quod. d. *Eripies me de contradictionibus populi*, scilicet, per resurrectionem & per consequens, *Constitues me in caput Gentium*. Ecclesia enim collecta est ex Gentibus: & Christus caput est Ecclesiæ: ergo & caput Gentium, & hoc est D quod ait Apostolus. Ipse est caput Ecclesiæ, qui est primogenitus ex mortuis.

Luca 2.

Hebr. 12.

1. Reg. 4.

Col. 1.

Populus, quem no cognoui, seruiuit mihi; in auditu auris obediuit mihi.

245 *14 q. 5. qui habetis.*

COnsequenter hic ponitur Gentiũ per obedientiam Christo subiectio. Dicebãtur enim gentes populus à Deo non cognitus: eo quòd nõ fuerat à Deo per legem, & Prophetas edoctus, nec etiam corporali præsentia Christi uisitatus: qui tamen populus, audita Christi

Cognoscere.
Seruire.
Obedire.

sti prædicatione per Apostolos, per mũdum dispersos, statim fidem recepit, & obediens Deo fuit. Et hic notat Richardus istum versum exponendo, dicens. Non esset magnæ admirationis, si populus à Deo cognitus seruiret illi: cum verò incognitus illi seruiat, & in auditu auris obediat, magnæ laudi ascribendum est. Quidam itaque sunt, qui à Deo cognoscuntur: & Deum cognoscunt. Quidam itaque sunt, qui à Deo cognoscuntur. Cognoscere Dei est fœlicem facere. Cognoscere hominis est de percepta fœlicitate Deo agere gratias, & tales sunt Angeli omnes, & beati. Quidam sunt, qui nec cognoscuntur, nec cognoscunt, sicut pauperes necessarij, quos nec rerum temporalium copia ditat, nec beatificat seruitus diuina. Quidam autem à Deo cognoscuntur: sed Deum non cognoscunt, sicut diuites huius sæculi, qui acceptis opibus affluunt: sed carnalibus desiderijs pressi, nunquam ad cœlestia cor suspendunt. Quidam vero Deum cognoscunt: sed non cognoscuntur à Deo, sicut pauperes voluntarij, quos nec tribulatio, nec angustia, nec alia quæcunque pericula possunt separare à charitate Christi. In quorum persona dicitur in Psal. Deus Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? Nunquid incogniti videntur à Deo, qui orant vt respiciantur? Veruntamen licet habeantur quasi ignoti, licet videantur derelicti, ipsi tamen Deum cognoscunt, vnde ex persona cognoscẽtium statim subinfertur, Deus meus, clamabo per diem &c. De his ergo dicit vox diuina. *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi*, ac si aperte Angelis suis dicat. Quid mirum, si vos mihi seruitis, quos fœlices facio: quando illi mihi seruiunt, quos in sua paupertate relinquo? Et quid mirum, si vos mihi obeditis, qui faciem meam videtis: cum & illi audiant, qui me non vident? Et ista omnia applicari possunt cõtra diuites huius sæculi, & potentes: qui Deo existunt de beneficijs ab eo receptis ingrati, non enim tales aduertunt, quod dicitur Deuter. 17. Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, & decreto iudicis, morietur.

Psal. 21.

Filij alieni mentiti sunt mihi; filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

246 de pœn. d. 4. fines.

CONsequenter hic ponitur Iudæorum exprobatio. Et hoc respectu Gentium. q. d. Christus. Ecce q̃ de Gentibus dictum est: populus, quem nõ cognoui, seruiuit mihi. Sed quid dicam de populo meo Iudæorum, quem cognoui? certe quod ipsi facti sunt filij alieni, q̃ ipsi mentiti sunt mihi, q̃ ipsi inueterati sunt, q̃ ipsi claudicauerunt. Primo enim Iudæi, qui primo erant filij Dei per singularem protectionem, cultum, & deuotionem, per infidelitatem facti sunt filij alieni. s. à me: quia facti sunt diaboli, quibus dicitur. Vos ex patre diabolo estis. Prius. n. Iudæi dicebantur filij Dei pro prærogatiua patrum, sicut de ipsis per Moysem dictum est Pharaoni. Dimitte primogenitum meum Israel: sed per peccata facti sunt filij alieni, vnde de ipsis dicitur. Væ Genti peccatrici, filijs alienis, populo pleno peccatis, & isti mentiti sunt Deo, quia. s. contra mentẽ dixerunt, q̃n falsa testimonia contra Christum proferebant vt eum morti traderent. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa, &c. Et ideo de ipsis Christus dicit. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Sed aduertant tales, q̃ mẽtiri Deo potest homo: sed Deũ decipere non potest. Tertio isti sunt inueterati, idest, veterem hominem, scilicet Adam sunt imitati, qui Dei contempsit imperium, vt placeret vxori, sic & isti nouum hominem Christum refutantes, & carnalitatem solum sequentes, sunt inueterati peccatis Psalm. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Isti etiam claudicauerunt, scilicet per infidelitatem, qui enim Deo vel sacræ scripturæ in parte vult credere, & non in alia parte, talis claudicat infidelitatis vitio. Sic & populus Iudæorum claudicat, qui testamentum vetus recipiens, nouo testamento contradicit. Claudicat etiam in antiquo testamento, quia quod ex ipso faciendũ cognoscit, hoc opere facere cõtradicit. Vnde Gregor. istum textum adducens. d. Iudaicus populus habens oculos, claudus fuit: quia legem quidem sciendo tenuit:

Iudaus. Filius. Alienus. Ioan. 8. Esa. 1. Luc. 22. Psal. 25. De consec. dist. 3. Psal. 6. Claudicatur. Gregor. 16. mor. c. 21.

nuit, sed in eã gressum bonæ operationis non tetendit. Si enim Iudaicus populus à bono opere minime claudicasset, nequaquam voce Domini Psal. dixisset. *Filij alieni mentiti sunt mihi, &c. & claudicauerunt à semitis suis.* Qui nimirum Iudæorum populus idcirco claudus nominatur, quia sanum gressum in operatione nõ habuit, quippe qui vtroque pede vti noluit, dum vnum restamẽtum recepit, & aliud spreuit. Vnde isti populo ad literam dicebat Helias. Vsquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum, &c. sic & moraliter quilibet peccator claudicat. Quod declarans Ricardus, istum versiculum exponens, d. Ad imaginem, & similitudinem suam creauit Deus hominem magnum, scilicet, & rectum, sicut de Domino scriptum est. Magnus Dñs noster, & magna virtus eius, &c. & alibi, quoniã rectus Dominus Deus noster. Est itaq; anima magna, quia capax æternorum. Est recta quo ad appetitum supernorum, quę vero non sapit, quæ sursum sunt, sed quæ super terram, claudicans est. Nec tamen ex hoc magna esse definit, manens scilicet æternitatis capax. Neque enim illius aliquando non capax erit, etiam si nunquam caperet, vt fit, qũo scriptum est. Veruntamen in imagine pertransit homo, imò quasi claudicans pede. Nam per magnitudinem, qua capere Deum potest, etiã perdita rectitudine, claudicat pede factus filius alienus. Et de tali reor esse dictum. *Filij alieni mentiti sunt mihi, &c.* Pulchrè appellati sunt filij alieni: nam filij sunt propter retentam magnitudinem, sed propter amissam rectitudinem alieni. Non enim dixisset claudicauerunt, sed corruerunt, si ex toto magnitudinem amisissent. Istos ergo tales claudos ad pęnitentiam vocat Dominus. d. Cęcos, & claudos introduc huc.

3. Reg. 18. *Peccator. Claudicare* *Luc. 14.*

147 *Viuit Dñs, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meę.*

HIc est decima, & vltima pars principalis Psal. In qua pro acceptis beneficijs ponitur diuina laus & commendatio. Vnde hic loquitur Ecclesia Deo gratias agens. Et duo facit, quia primo beneficia Dei sibi facta commemorat, secundo pro ipsis Deum glorificat, ibi. *Propterea confitebor tibi.* Circa primum tria beneficia in speciali hic enumerat Ecclesia sibi facta, scilicet, quia Deus Ecclesiam suam primo iustificat, secundo magnificat, ibi. *Deus qui das vindictas.* tertiò ipsam ab inimicis liberat: ibi. *Et ab insurgentibus.* Quantum ad primum. d. *Viuit Dominus, &c.* Vbi sciendũ, φ licet Deus sit via, veritas, & vita per essentiam in seipso, non tñ omnibus est vita sicut nec veritas, nec uia. Nam illis solum est uia, qui per ipsum incedunt, eius mandata sequentes. Psalm. Spiritus tuus bonus deducet me in uiam rectam. Illis autem, qui non Christum, sed diabolum imitantur, non est Deus uia, sed diabolus, de quibus in Psal. Inquinatæ sunt uiæ illius in omni tpe. Sic & illis solum est ueritas, qui eius ueritatẽ faciũt. Et cõformiter illis solũ est uita, quos p suam gratiam, & fidẽ iustificat, sic enim dicit Apostolus. Viuo ego iam non ego, uiuit aũt in me Christus, quod. n. nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei, & sic illis Christus uiuit, quos per fidẽ, & gratiã iustificat. Cũ ergo Ecclesiã per fidẽ, & gratiã iustificet, sequitur φ suæ Ecclesiæ uiuit, & hoc est, quod dicit, *Viuit Dominus,* s. mihi. Vnde gl. *Viuit Dominus,* quia præsens est in corde meo firma fide mihi uiuus. Sic enim dicitur. Iustus ex fide uiuit. Et quia uiuus signa uitæ debet ostendere, signa autem uitæ spiritualis est Deum benedicere, & magnificare, ideo iste in persona Ecclesię in uocem uitæ prorũpẽs ait. *Benedictus Deus meus.* i. à me benedicitur, & laudatur, & exaltatur, ipse enim in seipso exaltari nõ põt, sed exaltatur in nobis. *Exaltetur,* inquit, *Deus salutis meæ.* s. qui dat mihi salutem in excelsis, non in terris. i. cœlestem, non temporalem, q. d. Non terreno more de Deo salutis meæ sentiã, sed in excelso de illo sperabo. hæc est salus animarũ, nõ corporũ. 1. Pet. 1. Reportãtes finẽ fidei uestrę salutẽ aĩarũ vrarum.

Vita. Deus. Via. Veritas. *Psal. 142.* *Psal. 9.* *Galat. 2.* *Rom. 1.* *1. Petr. 1.*

148 *Deus, qui das vindictas mihi, & subdis populos meos sub me liberator meus de inimicis meis iracundis.*

OStendit hic qũo Deus Ecclesiam suã magnificat. Vide nouũ genus uindictæ, quo Deus uindicat Ecclesiã, nam

Vindicta.

nam homines vindicando iniurias, iniu- tiantes puniunt, & exterminant, Christus autem vindicans Ecclesiam iniutiãtes Ecclesiæ filios facit, & subditos. Et hoc est, quod dicit hic Ecclesia. *Deus, qui das vindictas mihi.* i. vindicas me de hostibus meis. Sed qualiter? subdit. *Subdis populos meos sub me.* s. qui mihi erant rebelles, obedientes mihi facis, & fideles. Pia vindicta est, dum rebellis subditur. Et quia q̃n rebelles Ecclesiæ, & persecutores fidem Christi receperunt, & Ecclesiæ facti sunt subiecti: tunc Ecclesia ab inimicis est liberata, qa amplius inimici non remanserunt. ideo, d. *Subdis populos meos sub me.* & sequitur. *Liberator meus de inimicis meis iracundis.* Nõne inimici iracundi, & crudeles contra Ecclesiam quandoq; fuerunt Romani, qui modo Ecclesiæ subditi, primam Ecclesiæ, sedem hñt, & sic de alijs? Ex quibus apparet, quam vtile sit nobis vindictam nõ facere, sed vindictam iniuriarum relinquere Deo, qui inimicos, & subditos facere nouit. vnde, Mihi vindictã, & ego retribuam dicit Dominus. Et nota, q̃ diuersimode vindicat Deus secundum diuersitatẽ personarum, qm̃ vindicta Dei est aliquibus iustissima propter offensam supernæ maiestatis, & ista est acceptabilis bonis Psal. Lætabitur iustus, cũ viderit vindictã. Quinimo clamant sancti. Vindica sanguinem nostrum, &c. Asperrima, propter malitiam humanæ voluntatis, & sic est terribilis malis. Vindicta omnis impij ignis, & vermis. Potẽtissima propter superbiam mũdanæ potestatis, & sic erit ineuasibilis. Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorũ contribulet. Dulcissima in reductione reproborum, & sic est desiderabilis iniuriatis, quia. s. persecutores facit amicos, & subditos. Quid enim magis potes lucrari de vindicta inimici, nisi quã quod fiat amicus? Et de ista vindicta hic loquitur Ecclesia. d. Christo, *Deus, qui das vindictas mihi, & subdis populos, &c.*

Rom. 12.

Psal. 57.

Eccle. 17.

Eccle. 35.

249 *De pœnitẽ. dist. 4. quãquam.*

Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.

Hic ostenditur, q̃ Deus Ecclesiam suam ab inimicis liberat. Quæ. n. maior potest esse liberatio tibi ab inimico tuo, quam te super inimicum tuũ constituere, & ipsum tibi subdere? Et hoc hic notãs. d. *Et ab insurgentibus, &c.* Quod duobus modis exponitur. Primo de bonis ad fidem conuersis, qui primo contra ecclesiam insurrexerant, vt fuit Apostolus, qui t̃n postea Christi ecclesiam exaltauit, & amplificauit, ac defensauit. Et ita mundi principes, qui primo persecutores ecclesiæ fuerant, postmodum ad fidem Christi conuersi, ipsam exaltauerunt, quod bene prædictũ fuerat de ipsis gentilibus Iob 28. Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus mõtes, quod ad propositum exponens Greg. d. Manum quippe suam ad silicem Christus extendit, quia ad duritiam gentium brachium suæ prædicationis misit, vt scilicet ab illis exaltetur, qui prius erant inimici. Quid enim hoc loco, montes, nisi potentes huius sæculi accipimus, qui terrena substantia in altum tument? De quibus psal. d. Tange montes, & fumigabunt. Sed montes à radicibus sunt euersi, quia prædicante sancta ecclesia, summæ huius sæculi potestates in adoratum omnipotẽtis Dei ab intima cogitatione deciderant. Sic igitur ecclesia exaltatur hodie ab ijs, qui prius insurgebãt in eã. Vnde de hoc dñs prædixit Ecclesiæ suæ. Veniunt ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi. Vel secundo exponitur de malis obstinatis. Certum enim est, quòd quanto fortior est pugna, tanto gloriosior est victoria. Et sic persecutio, & rabies malorum contra ecclesiam pugnantes, ipsam exaltant, quia ipsam per victoriam reddunt gloriosiorem. Quia quanto amplius hostes insurgunt in iram, tãto amplius exaltatur ille, qui pertulit tribulationẽ. Sic. n. per Christi passionem exaltata fuit ecclesia. Sic per martyrũ mortes fuit coronata. Vnde augmentabatur, & crescebat: vnde & ecclesia dicit: *Qui exaltas me de portis mortis*, idest, per mortem, & persecutionẽ, quã fideles ab insurgentibus sustinent: tu me exaltas, sic & nũc ait. *Ab insurgẽtib. in me exaltabis me.* Sequit̃ ad istum sensum. *A viro iniquo eripe me.* Quia ecclesia sic exaltata, à viris iniqs fuit liberata, qa de ipsa non habuerunt inten-

Exaltare. Ecclesia.

Greg. 28. mor. c. 22.

Psal. 143.

Esa. 60.

Psal. 9.

intẽtum, sed totũ oppositũ euenit, quia illi cogitabant insurgendo, Christi fidem, & ecclesiam supprimere, & certè per illos licet contra voluntatem eorũ magis fuit exaltata, & sic ab intentione eorum liberata, sic enim dicit superius. *Eripies me de contradictionibus populi constitues me in caput gentium.*

250 *Propterea confitebor tibi in nationibus, domine, & nomini tuo psalmum dicam.*

HIc enim ecclesia enumeratis beneficijs à Deo sibi collatis: ipsi Deo pro illis gratias agit. Agit enim gratias ore, & opere. Ore dicit, *Propterea confitebor tibi in nationibus*, s. confessione laudis. confitetur.n. dño, qui dñm laudat. Et opere.d. *Et nomini tuo psalmum dicã.* Vbi notandum, q̃ Deo confitendo, vel gratias agendo, non nostra merita proferre debemus, sed solũ beneficia eius. Sic.n. de spiritualibus hominibus dr̃ ps. Confitebuntur cœli mirabilia tua, domine, i. s̃m glo. Cœlestes homines laudabunt non merita sua, sed mirabilia tua, q̃ nos redimis, q̃ nos iustificas per misericordiã, q̃ in persecutionibus exaltas. In omni enim misericordia perditorũ, in omni iustificatione impiorum, quid confitemur, quid laudamus, nisi mirabilia Dei? Lauda, quia resurrexerũt mortui, plus confitendo lauda, quia redempti sunt perditi. Vidisti heri hominem voraginem ebrietatis fuisse: hodie autẽ sobrietatis ornamentum, heri crimen luxuriæ, hodie ornamentum temperantiæ, heri blasphematorem Dei, hodie Dei laudatorem, heri seruum creaturę, hodie cultorem creatoris. Et hæc sunt mirabilia Dei, quæ confiteri debemus domino, vt quilibet nostrũ dicat illud psal. Confitebor domino nimis in ore meo, idest, valde, in medio multorum laudabo eum, sic & nunc dicit. *Propterea confitebor tibi in nationibus.* Et aduerte, quòd domino confiteri debemus: nõ solum in prosperis, sed multo fortius in aduersis. Confitebor tibi, domine, quoniam iratus es mihi. Sed quidam adeo, peruersi sunt, quod etsi in prosperitatibus Deum laudant: tamen in aduersis blasphemant. de quibus ait Greg. Scien dum vero est, quòd tunc mali diuinę iustitiæ rectitudinẽ confitentur, & Deum laudant, cum se ad gaudium incolumitatis subleuant, & alios flagella castigãt, cum se prospiciunt rerum prosperitate perfrui, & alios rerum aduersitate fatigari, quod sibi prospera suppetunt deberi sui meritis credunt, eoque colligunt, quod Deus iniuste non iudicat, quod quasi iustos nulla aduersitas contristat. Sed si eorum vitam quamlibet breuiter vis supernæ correptionis attigerit: pulsati protinus, consilium diuini examinis increpant, quod paulo ante incolumes admirando proferebant, iniustumq; esse iudiciũ, quod suis moribus aduersatur, negant, eũ de diuina ęquitate disputant, ad insultationis verba prosiliunt & correpti, quia deliquerint, grauius delinquunt: Vnde bene per ps. contra cõfessionem peccatoris dicitur. Cõfitebitur tibi, cũ benę feceris ei. Despecta quippe est vox cõfessionis, quam format iucunditas prosperitatis. Sola autem confessio habet magni ponderis meritum, quam à veritatis rectitudine nequaquam separat vis doloris, quam vsque ad iudicium vocis exacuit aduersitas testis cordis. Et de istis duobus modis confessionis, scilicet de prosperis, & aduersis dicitur Psal. Confitebor tibi in cithara, Deus Deus meus, quare tristis, &c, vbi glossa. Sicut per psalterium, quod sonat à superiori, significatur prosperitas, sic per citharam, quæ ab inferiori sonum reddit, significatur aduersitas. Ille ergo Deo confitetur in psalterio, qui Deum laudat in prosperis, sed ille confitetur in cithara, qui Deum laudat in aduersis. Sic ergo nunc Deum laudat primo de aduersis ecclesia, quæ passa est à gentibus. d. *Propterea confitebor tibi in nationibus.* & consequenter de prosperis, quæ recepit à Deo liberante. d. *Et psalmum dicam nomini tuo.*

251 *Magnificãs salutes regis eius, & faciẽs misericordiã Christo suo Dauid: & semini eius vsque in sæculum.*

HIc psal. concludit gratiarum actione, ostendẽs causam huius. d. *Ideo confitebor tibi.* quia scilicet tu es *magnificans salutes regis eius*, idest, regis Eccle-

K 2 siæ,

Marginalia: A; B; C; D; Psal. 88.; Confessio.; Laudare.; Conuersio.; Peccator.; Psal. 108.; Esa. 12.; Greg. lib. 8. cap. 25.; Peccator.; Laudare.; Confessio.; Aduersitas.; Psal. 48.; Psal. 42.

siæ, qui est Christus, id est, admirabiles facis virtutes,& salutes, quas Christus rex, suis filijs concedit vt puta, quia per aduersitates ipsos purificas: per prosperitates ipsos exaltas. *Et faciens misericordiam cum Christo suo Dauid*, idest, cũ Christo filio Dauid, vt puta quia humanitatem Christi ex Dauid conceptam ad suam vnitatem personalem assumpsit · quod summa fuit misericordia. Et sic etiam facies semini eius, idest, illis, quos Christus per Euãgelium, & fidem genuit, scilicet fidelibus. *Et hoc vsque in sæculum*. idest, sine fine.

PSAL. XVIII.

252 *De pæ.d.r. ante finē.*

Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

TITVLVS psal. istius est. *In finem Psal. Dauid.* Expositus est superius multoties: Dicunt Hebræi, ꝙ iste psalm. factus est à Dauid, pro gratiarum actione legis datæ populo Dei per manum Moysi: quod fuit magnum Dei beneficium. Sed hoc stare non potest, quia Apostolus Paulus de lege sufficienter edoctus,& spiritu sancto plene edoctus: literam istius psal. allegat dictam de publicatione euangelij per Apostolos, & discipulos Christi per orbem publicata. vnde ad Rom. 10. concludit. Ergo fides ex auditu, auditus autẽ per verbũ Christi Et subdit de Apostolis. Sed nunquid non audierunt? q.d. sic. quod probat per literam huius psal. d. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Et ſm istum intellectum procedam in isto psal. & sic iste ps. diuiditur in tres partes, quia primo ponitur legis euangelicæ publicatio: secundo eiusdem publicationis cõditor. ibi. *Lex Domini immaculata.* tertio eiusdẽ legis debita obseruatio: ibi. *Desiderabilia super aurum*. Prima in duas, quia primo ponitur legis euãgelicæ publicatio, secundo Christi per legem publicati incarnatio: ibi. *In sole posuit tabernaculũ.* Prima in tres, quia primo ponit Apostolorũ descriptionem siue euangelistarum. secundo prædicationis moderationem: ibi. *Dies diei.* tertio prędicationis publicationem: ibi. *In omnem terram.* Quantũ ergo ad primum sciendũ, ꝙ prędicatoris auctoritas, sine sanctitas credibilia facit verba ipsius magis. Nam ſm Arist. tria sunt, quæ faciũt verba alicuius esse credibilia: quamuis non demõstrati uè loquatur, s. prudentia, bonitas, & beneuolentia. Cuius ratio est secundum ipsum, quia propter opposita istorum alicui discredimus, quantumcunq; verè loquatur, s. propter imprudentiã, vtputa qñ eum reputamus ignorantẽ: aut propter malitiam, quia quãuis bene dicat, nõ tamen est amicus veritatis, & iustitiæ: aut propter defectum beneuolentiæ, quia quãuis in casu sit prudẽs & virtuosus: si tñ non sit amicus, non reputamus eum uelle, quod nobis expediat. Sed qñ ista tria, s. prudentia, virtus, & amicitia concurrunt in aliquo, credimus dictis eius. Ad propositum ergo omnia ista tria fuerunt in Apostolis, & per consequens idonei fuerunt ad legẽ Christi prædicandam per orbẽ,& ipsam facere omnibus credibilem. Et hoc est, quod præuidens Psal. Apostolos describens, prædicta omnia habere, ipsos breui sermone describens ait. *Cœli enarrant gloriam Dei.* Vbi notãdum, ꝙ cœlũ inter alias conditiones tres habet, q̃ dictas virtutes prædicatoribus necessarias significat. Qñ cœlum habet in suo aspectu luminositatem,& sic significat virtutem veritatis, & prudentiæ. In suo situ sublimitatem, & sic significat virtutẽ sanctitatis, & iustitiæ. In suo fructu viuacitatem, & sic significat virtutem charitatis & amicitiæ. Primo cœlum in suo aspectu habet luminositatem. Omnia enim luminaria mundum perlustrantia in cœlo sunt posita Eccles. 24. Ego feci, vt in cœlis oriretur lumen indeficiens. Et sic cœlum significat virtutem veritatis, & prudentiæ, quia sicut corporaliter cœlum illuminat mũdum, sic spiritualiter hominem interiorem illuminat sciẽtia. Sed qui fuerunt magis illuminati, quam ipsi Apostoli, qui per spiritum sanctũ,& ore Christi immediatè fuerunt edocti? Quia cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos. Et ideo rectè cœli dicuntur, Vnde

Roma. 10. — *Prædicare. Credere. Philosophus 1. Rhet.* — *Nota.* — *Cœlũ prædicator.* — *Eccles. 24.* — *Matth. 5.*

Vnde Apostoli dicuntur illud cęlum, q dominus per scientiam inhabitat. Dñs in cœlo sedes eius. Secundo cœlum habet in suo situ sublimitatem, & sic significat virtutem sanctitatis. Naturali. n. ordine quanto aliqua creatura est nobilior, tanto sublimior est. Et ideo quia cœlum nobilius corpus est igne, altius situatur, & ignis aere, & aer aqua, & aqua terra. Ideo Prouerb. 20. Cęlum sursum, & terra deorsum. Et per hoc significat virtutem sanctitatis, quæ homines a terrenis eleuat, & facit cœlestes. Sed qui fuerunt mente, & sanctitate magis eleuati, quam ipsi Apostoli, qui pp. Christū omnia terrena despexerūt, & solū Christum imitabantur? Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Vnde & dicebant. Nostra conuersatio in cœlis est. Tertio cœlum in suo fructu hēt viuacitatem. Cęlorum. n. influentia omnibus inferioribus vitam tribuit, & conseruat, ac etiam omnia illa, quibus nostra vita nutritur, generantur. Si enim pluuia de cœlo non descēderet, patet q omnia in terra viua deficerent. Et ideo dicitur: Dominus aperiet thesaurū suum optimum cœlum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo. Et quantum ad hoc significat virtutem charitatis, & amicitiæ quæ sola animæ nostræ, & operibus eius vitam spiritualem tribuit, & qua remota, omnia viua moriuntur: teste Apostolo. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem aūt non habeam, &c. Sed qui charitatis amicitiā, plus quam Apostoli habuerunt, qui pro salute animarū seipsos morti tradebant lætanter. Ibant Apostoli gaudentes, &c. Isti ergo Apostoli virtute charitatis roborati sunt illi cęli, de quibus dictū est. Verbo dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Isti sunt ergo cęli, qui propter tres prædictas virtutes dicta suafacientes credibilia apti fuerunt legem prædicare euangelicā, de quibus nūc dicitur. *Cęli enarrant gloriam Dei.* & Iob. Spiritus eius ornauit cœlos, q de Apostolis exponit Gregor. introducens præsentem versiculum. d. Quos cœlos hic accipimus, nisi sanctos Apostolos? De quibus scriptum est. *Cœli enarrant gloriam Dei.* quos tunc spiritussanctus ornauit, qn repleuit. Quod Luca referente didicimus, qui ait: Factus est repente de cœlo sonus, &c. & repleti sunt omnes Spiritu sancto, &c. De istis ergo cœlis dicit. *Cœli enarrant gloriam Dei.* i. exponunt gloriam Christi, in qua est patri æqualis, & q Deus est vnus cum patre, q Christus gratis peccata dimittit, & q patrem suum glorificauit super terram. Ecce isti mundo narrabant gloriam Dei, sed mali narrauerūt, vt eis absconderent laqueos. Isti narrabāt gloriam legis, mali narrauerunt fabulationes, sed non vt lex tua. Et de eisdē Apostolis subditur. *Et opera manuum eius annunciat firmamentum.* ipsi enim Apostoli dicti sunt firmamentum, quia quamuis ante aduentum Spiritussancti pauidi essent, & timidi: tn̄ post aduentum Spiritussancti, ita sunt firmati vt nō verba, nō verbera, sed etiam nec ipsam mortem timerent. Vbi nota, q firmamentū dicitur illud cœlum, in quo stellæ sunt fixæ, quod quidem dicitur firmamētum quantum ad loci extensionem, quo ad se totum, sed quo ad partes semper est mobile, quia mouetur semper in vigintiquatuor horis, mouetur ab eodem pūcto in eundē. Sic & Apostoli cœlum dicūtur, quia firmi quo ad fidem, sed semper mobiles quo ad mundi visitationē, & prædicationem fuerunt. De quibus nunc dicit. *Et opera manuum eius annunciat firmamentum.* Opera manuum eius, ait glossa, idest, facta virtutum domini, quæ secundum hominem egit, vt natiuitatem, passionem, mortem, resurrectionem, & huiusmodi. Et sic vide, q primo notādo dicuntur cęli, qui sunt alti, quia alta annunciabant. In secundo autem dicuntur firmamentum, quia annunciabant illa, quæ magnam mentis firmitatem requirunt, s. passionem, & mortem. Non enim passi sunt Apostoli, quia prædicauerunt verbum in principio apud patrem, sed quia annunciauerunt eundem Dei filium hominem factum, passum, & mortuum. vnde Apostolus, prædicamus dominum Iesum Christū crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gētibus autem stultitiam. Vel aliter. *Cęli enarrant gloriam Dei,* &c. Quia cœli nouam stellam miserunt, ortum summi regis nunciantem, quæ Magos ad præsepe duxit.

Psal. 10. Prouer. 20. Matth. 19. Colos. 3. Deut. 23. 1. Cor. 13. Act. 5. Psal. 32. Iob 26. Greg. 17. mor. c. 16. Actuum 2. 1. Cor. 1.

A B C D

14.q.5.
Relegentes.

Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam.

HIc consequenter declarat ipsorū Appostolorum publicationis eruditionem, & moderationem, s. qualiter, & quibus legem Euangelicam publicauerunt. Vbi sciendum, q. dies significat homines noui testamenti fide lucidos, & in statu gratiæ existentes. Nox autē significat antiquos testamenti veteris. Ratio, quia mysteria diuinitatis obumbratè in antiquo testamento tractabantur, in nouo autem clarè, & apertè sunt reuelata. Et sic diem, & noctem accipit Apostolus. d. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Et sic in istis verbis vult dare differentiam inter prophetas antiqui testamenti, & Apostolos noui testamenti. *Quod dies eructat verbum Dei,* id est, verbum Dei incarnatum clarè per Apostolos prædicatur fidelibus. Sed antiqui Prophetæ, qui nox erant, ratione obscuritatis dictorum suorum, ipsi populo obscurè indicabant scientiam, scilicet illi prædicabant scientiam verbi incarnandi, ostendendo ipsum esse incarnandū. Sed Apostoli eructātipsum verbū, i. ad plenū ipsum verbū proferūt, & declarant. Sic. n. in psona Apostolorū, & Euangelistarū ps. dicebat Eructauit cor meum verbum bonum. Si aūt vis scire, quid nobis vero faciat dies ad pcipiēda verbi Dei mysteria per Apostolos pdicata, attende primos dies & opera facta in ipsis. Nota igitur, q à principio creationis mundi septem dies nominantur, in quibus dispositio mundi producitur. Et per opera in illis facta, occultè nobis demōstratur, quomodo quis verus dies efficiatur, & ad percipiendum mysteria verbi incarnati apertus. Vnde Gen. 1. ponuntur septem dies, in quibus mundus fuit creatus, per quorum opera septem dona Spiritussancti denotātur, quæ nos diē esse faciunt. In prima ergo die Deus tria fecit, s. cœlum, terram, & lucem. Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram, & dixit fiat lux, &c. & factum est vespere, & mane dies vnus. Iste primus dies significat primum donum Spiritussancti, s. timorem, quod Spiritussanctus in nobis format cœlum, terram, & lucem ad denotandum, q timor domini animam diem facit, quia ipsam pulchrificat, quia facit cœlum, animam humiliat, quia facit terram, animam illuminat, quia facit lucē. Cœlum enim quod fordes non recipit, sed semper purum permanet, puritatem significat animæ: tunc ergo timor facit animam cœlum, quando animam purgando à vitijs facit cœlestem. Quia timor dñi expellit peccatum. Terra, quæ infimior est elementis cæteris, significat humilitatē, quam timor dñi generat: Timore dñi prostrati sunt. Lux aūt, qua mediante, cognoscuntur omnia, significat cognitionem, qua quis suam miseriam & fragilitatem cognoscit, quam cognitionē generat timor dñi. Sapientia, & disciplina timor dñi. Hæc est ergo prima hora diei spiritualis, s. timor dñi. propter q dicitur Prouerb. 14. Quod timor dñi est fons vitæ, idest principium vitæ spiritualis. In secunda die fecit Deus firmamentum, diuidens aquas superiores ab inferioribus. Gen. 1. Fecit Deus firmamentum, & diuisit aquas, quæ erant sub firmamento, ab ijs, quæ erant supra firmamentum, & factum est vespere, & mane dies secūdus. Iste secūdus dies est donū fortitudinis, qua Spiritussanctus inter aquas nos firmamentū facit. Aqua enim fluida in scriptura significat aduersitates mūdi iuxta illud psal. Saluū me fac, Deus, qm̄ intrauerunt aquæ usq; ad animam meam. Et istæ sunt duplices, s. superiores, significantes aduersitates, q à Deo causantur, & immittuntur. Et inferiores significantes aduersitates, quæ à mundo causantur, & diabolo. Sed Spiritussanctus in secūda die, s. secūdo dono Spiritus sancti facit firmamentū in medio aquarū, quia p donū fortitudinis nos facit patiētes, & cōstantes ad oīa aduersa tolerāda. Qd in Petro fuit figuratū, qui ante Spiritussancti missionē aduersa tolerare nō poterat. Ideo ne quid mali pateret, Christū negauit, sed post missionē Spiritussancti firmamentū factus fuit ad oīa cōstanter tolerāda. Petrus repletus Spiritusancto, dixit, &c. Sequit. Vidēres aūt constantiā Petri, &c. In tertia die fecit terrā germinare herbā, & arbores. Protulit terra herbam uirentē, lignūq; faciēs fructum, & factum est vespere, & mane dies tertius. Iste tertius

Marginalia: *Dies.* — *Rom. 13.* — *Psal. 44.* — *Gen. 1.* — *Opus septē dierum.* — *Prima dies.* — *Cœlum.* — *Timor.* — *Eccles. 1.* — *Iosue 11.* — *Eccles. 1.* — *Prouer. 14.* — *Secūda dies* — *Fortitudo.* — *Psal. 68.* — *Aduersitas* — *Actuum 4.* — *Tertia dies* — *Terra.* — *Genes. 1.*

tertius dies significat tertium donum spiritus sancti, i. donũ pietatis, quo spiritus sanctus in nobis format herbã virentẽ, & arbores fructiferas: quia terrã nostræ humanitatis bonis operib. facit abundare. Quia sine spũali gratia spũs sancti ad nullũ opus meritoriũ sufficimus: sed ipsa habita ad oĩa bona sufficimus, vt ostẽdit Magister. Et hoc singulariter facit spũs sanctus per donũ pietatis: per quod homo alijs compatiendo regnum meretur æternũ. 1. Tim. 4. Pietas ad oĩa valet, promissionem habẽs vitæ futuræ, & quæ nũc est. In quarta die fecit Deus solem, & lunam: solem vt præesset diei: & lunam vt præesset nocti, & significat quartum donum spiritus sancti, s. scientiæ, quo spiritus sanctus in nobis generat solem, s. scientiam supernorum, & lunam, s. scientiã terrenorum, s. cognitionem beneficiorum diuinorũ, & nostrorum peccatorum, gaudiorum cęlestium, & pœnarũ infernalium: vnde 1. Cor. 12. Per spiritum sanctum datur sermo sciẽtiæ. In quinta die Deus fecit ex aqua pisces, & aues. Ista dies significat quintum donum spiritus sancti, s. donum cõsilij, quo in nobis generatur lachrymarum abundantia, & contemplatio supernorum. Piscis enim, qui in aqua summè delectatur, & qui sine aqua viuere non potest, significat personam quæ ex consideratione peccatorum suorũ se cõtinuè lachrymis lauat, & irrigat: iuxta illud ps. Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes, &c. Aues vero, quę superius se eleuant, significant contemplatiuos, qui spretis terrenis, solum in creatoris contemplatione delectantur. Et ista duo in nobis generat spiritus sanctus per donum consilij: quo nobis consulitur, vt spretis carnalibus, solum cœlestia sapiamus, dicente Apostolo, Quæ sursum sunt, sapite: quæ sursum sunt quærite, nõ quæ super terram. Secundum spiritum ambulate, & desideria carnis non perficietis. In sexta dię fecit hominem, in quo intelligitur donũ intellectus, quo spiritus sanctus nos facit homines, idest, rationales & intellectuales: quoniam per hominem rectitudo rationis intelligitur. Quęlibet enim res denominatur à parte sua potiori: cũ autem potior pars hominis sit ratio: sequitur quòd homo à ratione debet nominari. Spiritus ergo sanctus per donũ intellectus nos facit homines: quando sua gratia nos facit rationabiliter viuere, & non bestialiter, vt homines, & non vt bestiæ, scilicet quando ratio dominatur sensualitati, & spiritus carni. Et ecõtra ille bestialiter viuit, in quo caro spiritui dominatur, & sensualitas rationi. Et hoc solum in nobis facit spiritus sanctus sua gratia: dicente Apostolo, Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus, si enim secũdum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. In septima die Deus requieuit: quia, his omnibus peractis, per donũ sapientię Deus quietat hominem, & pacem mentis plenè possidet. Quia sicut scientia cognitionem Dei tribuit: ita sapientia mentem cũ Deo plenè pacificat. Ex quibus omnibus per opera septem dierum patet, quis verè dies dici possit: qui scilicet septem donis spiritus sancti prædotatur, & talibus dicitur. filij lucis estis, & filij diei. Et istis talibus reuelantur arcana noui testamenti, scilicet verbi diuinitas, & cum patre æternitas. De quo nunc dicitur. *Dies diei eructat verbum*, idest, Apostoli, & Euangelistæ, qui dies erant, i. per lucem sapientiæ eructabant, idest plenè verbum proferebãt illis qui sunt dies, i. septem donis spiritus sancti prædotati. *Et nox nocti indicat scientiam*, i. huius verba scientiam obscurè indicabãt antiqui patres nocti, idest, populo Iudæorũ, qui nox dicebatur: quia Christus verus sol iustitiæ illis nondum erat ortus. vnde ille antiquus populus quasi in nocte Christi notitiam habuit. Vnde & dicebat illud Iob 4. Ad me dictum est verbũ absconditum. Sed nobis ut in die clarè manifestatum est uerbum: quando scilicet uerbum caro factum est, &c. & uidimus gloriam eius, &c. Vel aliter secundum gloss. per diem accipe Christi diuinitatem: sed per noctem carnis eius mortalitatem. Illis ergo, qui erant spirituales, & illuminati ut dies Apostoli prædicabant Christi diuinitatẽ: sed carnalibus, & infirmis prædicabant noctem, i. Christi passionem, & mortalitatem: per hoc insinuans, quòd nõ omnibus omnia debent prædicari, sed perfectis perfectiora, infirmis autem humiliora. Et hanc

Magister lib. 2. d. 25.
Quarta dies.
Sol.
Luna.
Scientia.
1. Cor. 12.
Quinta dies.
Donum consil.
Psal. 41.
Aues.
Galat. 5.
Sexta dies.
Homo.
Ratio.
Roma. 8.
Septima dies.
Sapientia.
1. Thes. 5.
Ioan. 1.

prædicationis discretionē notabat Paulus.d.Nihil iudicaui me scire inter nos: nisi Christum,& hunc crucifixū. Sapientiam autem loquimur inter perfectos.

1. Cor. 2.

254 *Non sunt loquelæ, neq; sermones: quorum non audiantur uoces eorum.*

HIc consequenter ponitur prædicationis Euangelicæ publicatio. Iste enim textus duobus modis exponitur: primo vt ly *loquela,& sermones* referantur ad Apostolos. Vbi sciendum, q tria sunt genera dicendi,& loquendi,scilicet humile,quod rudibus competit:& altū, quod Philosophis, & Sapientibus mundi:& mediocre, quod communibus, scilicet aliqualiter literatis:sed non ad plenum. Apostoli autem per spiritum sanctum sic erāt edocti:quòd omni genere locutionis loquebātur quia cū Philosophis alto,cum simplicibus basso,cū mediocribus mediocri sermone loquebantur. Et tunc est sensus. *Non sunt loquela, neque sermones.* idest non sunt aliqua genera loquendi,uel sermocinādi, quo genere non fuerint auditæ uoces Apostolorū, quia sicut decebat ecclesiam Dei de toto orbe congregari, sic etiā ex omni statu hominum colligi debebat. Secundo,potest exponi, ut ly *loquela* referatur ad auditores. Vbi sciendum, q genera linguarum sunt uaria: & omnibus linguis in omnibus nationibus Apostoli prædicauerūt. Et tūc est sensus:quod non est aliqua natio cuiuscunq; linguæ in mundo,ad quā non peruenerit Apostolorum prædicatio. Omnibus enim linguis primos doctores loqui fecit spiritus sanctus, qui omnes gentes in unū erat cōgregaturus. Et sicut unus homo tunc omnibus linguis loquebatur, sic & modo unus homo, scilicet totus Christus,caput,& corpus omnibus linguis loquitur: quia ex omnibus linguis una, & sancta constat ecclesia. Sed hic unum cadit dubium. Vtrum diuersitas linguarū, qua Euangelium omnibus gentibus per Apostolos fuit prædicatū fuerit ex parte audientium,uel prædicantium. Et dicunt aliqui,quod ex parte audientium: quia quamuis Apostoli solum linguam unam,s.Hebraicam loquerētur: tamen illam omnis natio ut propriam intelligebat. Sicut enim per unam,eandemq; literam diuersi diuersa intelligunt, ut per o,nos intelligimus medium, & Græci finem,& geometra figuram circularē. Sic per eandem uocem Apostolorum diuersæ nationes proprium idioma intelligebant. Consimiliter.n.q scribæ adduxerunt ad Christum mulierem in adulterio deprehensam, & Christus inclinans digito scribebat in terra:d&,q quasdā literas faciebat per quas quilibet illorum peccata sua cognoscebat: propter quod confusi,unus post unum exibāt. Alij dicunt,q non oēs linguas sciuerūt:sed solum illas ipsos spiritus sanctus in die Pētecostes edocuit: ad cuius linguæ nationes erant prædicatur i.vt puta Petrus sciuit linguam Latinā,Ioannes Grecā,&c. Alij dicūt, q quilibet Apostolorum oīa sciuit linguarum genera. Sed qualitercunque fuerit,cōmunius tenetur, q miraculum linguarum erat ex parte prædicantium,nō auditorum, quia scilicet ad omnem nationem fuerunt missi omniā genera prædicare linguarum. Et hoc est, quod sequitur.

Locutio.

Quæstio. Apostolus. Lingua.

1. Cor. 13.

255 *In omnem terram exiuit sonus eorū: & in fines orbis terræ verba eorū.*

HIc ly *omnis terra* accipitur pro singulis generibus nationum,vel linguarum: nō pro singulis generum,quia ad omnes nationes se extendit ipsorum prædicatio. Sic ergo intelligitur: *In omnem terram exiuit sonus eorum,* idest famā ipsorum Apostolorum:etiam sine ipsorum præsentia. *Et in fines orbis terræ verba eorum,* idest, in angulis mundi exiuit fama prædicationis eorum: non q ipsi præsentialiter fuerint in omni terra, & in omnibus finibus terrarum.

256 *In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.*

COnsequenter hic ponitur Christi incarnatio, quæ in lege prædicta fuerat. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur Christi incarnatio,secundo Christi peregrinatio, & cōuersatio, ibi. *Exaltauit vt gigas.* tertio Christi ad patrē regressio,& ascensio,ibi. *Et occursus*

fur eius. Quantum ad primum ait. *In sole &c.* Vbi notandum primo, quod nomine solis intelligitur virgo Maria in scriptura sacra propter multa, scilicet propter puritatem virginalis incorruptionis. Quoniam sicut sol integritate seruata, ex se emitti radium, sic virgo Maria, virginitate non violata, suum genuit radium, scilicet Iesum Christum. Et ista similitudo ponitur Eccl. 26. Sicut sol oritur mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species, &c. propter potestatem singularis dominationis. Nam sol singularem potestatem habet supra dæmones. Quoniam ipsi dæmones orto nobis sole non possunt contra nos tantum sæuire sicut de nocte faciunt, propter quod dicitur: Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Et in Hymno dicitur. Hoc excitatus lucifer, soluit polum caligine, omnisque terrorum chorus viam nocendi deserit. Sic & virgo Maria omnes sua potestate fugat dæmones, quos sua potestate terret, & fugat, vnde de ipsa dicitur, quòd est pulchra vt sol, terribilis vt castrorũ acies ordinata; propter claritatem suæ informationis; quoniã sicut sol omnia illuminat quantum est ex se, sic & gloriosa virgo suis exemplis omnes informat. Ecclesi. 42. Sol illuminãs per omnia respexit. Item notandum, quòd tabernaculum significat Christi corpus, & humanitatem. Quoniam tabernaculum dicitur militantium, & verbum in homine habitauit, vt hic militaret contra dæmones. vnde hic ait glo. Per tabernaculum accipe Christi corpus, in quo verbum venit aereas expugnare potestates. Et tunc est clarus sensus. *In sole posuit tabernaculum suum*, quia scilicet corpus suum in gloriosa virgine collocauit, quãdo de ipsa spiritus sancti virtute carnẽ assumpsit. Et sequitur de eius natiuitate. *Et ipse tanquam sponsus procedens, &c.* Quia scilicet ad hoc de vtero gloriosæ virginis per natiuitatem est egressus, vt ecclesiam sibi desponsaret per fidem. Sponsabo te mihi in fide. Vel tunc fuit sponsus, quia humanam naturam in spõsam sibi assumpsit, dum humanitatem nostram in vnitatẽ suæ personę copulauit, vt sicut ex sponso, & sponsa fit vna caro, sic Deus, & homo vna sola esset psona,

Sol Maria.

Eccle. 26.

Psal. 105.

Cant. 9.

Ecclesi. 42.

Tabernaculum.

Corpus Christi.

Osee 2.

A vnde gl. *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*, id est de virginali vtero, vbi Deus humanæ naturæ vt sponsus copulatus est. Quia ergo dictum est superius, q cœli enarrant gloriã Dei, hic Ps. ostendens, quid prædicarent, dicit quòd ipsi hoc prædicabant q Dei filius *in sole posuit tabernaculum suum, &c.* Quando enim istam sponsam, s. humanam naturã copulauit, tunc per tabernaculũ sui corporis nobiscum habitauit. Vidi Hierusalem sicut sponsam ornatam viro suo, & audiui vocem dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & ipsi erunt B populus eius, & ipse Deus eorum erit. Vel iste versus aliter potest exponi, retẽta significatione tabernaculi pro corpore, & humanitate Christi, sed permutata significatione solis. Vbi sciendum, quòd secundum Greg. Sol in scriptura multa significat, s. veritatis manifestationem, sic. n. diuina voce per Nathan dicitur ad Dauid. Tu fecisti hoc in abscondito, ego aũt faciam verbum hoc in cõspectu oĩs Israel, & in conspectu solis. Quid. n. per conspectum solis nisi cognitionem insinuat manifestæ visionis? Rursum per solem sapientium intellectus accipitur, vnde per Salomonem dicitur. Sapiens vt C sol permanet, stultus vt luna mutatur. Rursum per solem aduersitatis persecutio demonstratur, sicut in euangelio veritas dicit, q nata sine radicibus semina, orto sole, aruerunt, quia scilicet verba vitæ in corde terrenorum hominum tẽporali momento virentia, superueniẽte persecutionis ardore siccantur. Sic igitur istis modis accipiendo solem, Christus in sole posuit tabernaculum sui corporis. Primo in sole manifestationis veritatis, quia ipso nato, statim in publico positum fuit hoc sacramentum, quia per D Angelos pastoribus cum magna claritate fuit reuelatum. Magis p stellã. Romanis, & orbi vniuerso per multa miracula. Itẽ tabernaculum suum in sole sapiẽtiæ posuit, quia aĩam Christi omni sapiẽtia prædotauit, vt tantam sapientiam habuerit, vt ei Deus plenius conferre non potuerit. Itẽ in sole persecutionis tabernaculũ sui corporis posuit, quia labores nostros & miserias ac psecutiones vsq; ad mortẽ crucis sustinuit. pp quas miserias & passiones eius tabernaculũ per triduũ mortis

Apoc. 21.

Greg. 34. Mor. c. 6.

2. Reg. 12.

Sol.

Eccl. 27.

Mat. 13.

mortis fuit dissolutum. iuxta illud quod Sap. 2. dicitur. Sicut nebula dissoluetur, quæ fatigata est radijs solis, scilicet persecutionis. Et de omnibus istis hic loquitur psal. d. *In sole posuit tabernaculũ suũ.*

257 *Exultauit vt gigas ad currendã viã: à summo cælo egreßio eius.*

Aduersitas. Labor. Exultatio. Patientia. Christus. Act. 5.

HIc consequenter ponitur Christi in mundo conuersatio. vbi notandum: labores vitæ præsentis vt sint nobis meritorij, debemus tolerare cum cordis lætitia, & cum stabilitatis constantia. Primò enim cũ cordis lætitia; quia coacta seruitia Deo non placent. ideo de Apostolis dicitur, Ibant Apostoli gaudentes, &c. De stabilitate autem patientiæ & perseuerantiæ dicitur. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus, &c. cui resistite fortes, &c. Et illa duo habuit Christus in conuersatione huius vitæ mortalis. Primo quia illa gaudenter sustinuit & voluntariè. & quantum ad hoc. *Exultauit ad currendam viam.* quia scilicet ipse non necessitate, sed voluntate labores nostros suscepit: nos autem necessitate: & ostendit Magister lib. 3. Vnde de Christo dicitur. Exultauit Iesus in spiritusancto. Et ad quid? scilicet ad currendam viam huius mortalitatis: non ad habitandam: quia scilicet amore non stetit in via mundi, vt mundi vana diligeret. Secundo, Iesus mala & aduersa mundi sustinuit constanter & patienter: quod notatur cùm dicitur. *Quod exultauit ut gigas*, idest, sicut fortissimus, & omnes homines imperturbabili virtute transcendens: quod per gigantem significatur, vnde propter fortitudinem constantiæ de Iuda Machabæo dicitur: quod induit se lorica sicut gigas. Nos igitur exemplo Christi viam huius vitæ alacriter, constanterq; curramus: non hic mente consistentes, sed per puritatem ad æternũ regnum properantes. Ad hoc notat Valerius, q; Darius rex adiutoribus eius dignitatis assumptis, pactum cum præclari operis consortibus fecit: vt equis insidẽtes solis ortu cursum in quendam locũ dirigerent: isque regno potiretur, cuius equus locum prius attigisset. Cæterum cum maximè mercedis cũpetitoribus fortunæ beneficium expectantibus solus ipse exoptatæ rei prosperũ effectum assecutus est hac cautela: quia genitalibus equi sui naribus equi appositis, equus suus terrore perterritus ante oẽs alios præcucurrit: & sic ille regnum habuit. Sic moraliter. Qui ad propositum vitæ brauium velociter exemplo Christi vult currere: equi sui, idest suæ carnis abscindat genitalia: se propter Dei regnum spiritualiter castrando: & illa naribus equi apponat: vt scilicet persequendo luxuriæ fætorem ipsam facilius detestetur. Et tunc talis dicere poterit cum Christo illud Psal. Sine iniquitate cucurri & direxi. Hæc autem non fecit Christus vt Deus: sed vt homo factus, quod notans dicit. *A summo cælo egressio eius*, scilicet ab æqualitate patris egrediens per carnis assumptionem. Nõ quidem egrediens: quòd æqualitatem patris perderet; sed ideo dicitur egressus, quia quod prius non habebat assumpsit, scilicet nostram mortalitatem. De isto egressu prædictũ fuerat Micheæ. 1. Egredietur dominus de loco sancto suo, & descendet, &c.

Megister li. 3. dist. 25. Luca 10. 1. Mac. 3. Valerius. lib. 7. c. 3. Castitas. Castratio. Psal. 58.

Et occursus eius usque ad summum eius, nec est, qui se abscondat à calore eius. 258

Ascensio Christi. Ioan. 16. Spiritussanctus Calor.

HIc consequenter agitur de Christi ad patrem regressione & ascensione, sicut enim verbum Dei ab æqualitate patris descendit in mundum nostram humanitatẽ assumendo: sic & ipse Christus homo ad summum est reuersus per ascẽsionem. i. ad patris æqualitatem. Et hinc est, q; ipse Christus de se dicit. Exiui à patre, & veni in mundum: iterũ relinquo mũdum, & vado ad patrẽ. Quid aũt per talẽ ascensum nobis contulerit: subdit dicẽs: *Nec est, qui se abscondat à calore eius.* Christus enim postquam ascẽdit ad patrẽ, spiritumsanctũ in specie ignis misit Apostolis: qui totum mundum calore spiritussancti inflãmauerunt. Qm̃, vt dictũ fuit superius: In oẽm terram exiuit sonus eorum, &c. Ita q; nulla fuit natio, in qua spiritussancti calor nõ fuerit dilatatus: et si non oẽs fuerint inflammati, ipse tñ calor spiritussancti oĩbus fuit præsentatus. Sicut sol quantum est ex se oẽs illuminat: quamuis non oẽs illuminentur: & hoc est ex ipsorum defectu,

non

non solis. Sic etsi non oẽs calefiant per gratiam spiritus sancti, non est defectus caloris, sed ipsorum. In quorum figura, legitur de Dauid, ꝙ Dauid cum operiretur vestibus, non calefiebat. Et quare calefieri non poterat Dauid, Stephanus tres rationes adducit. Primo quia erat antiquus ætate. Secundo quia in bellis multum sanguinem perdiderat. Tertio, quia ex quo vidit Angelum domini cædentem populũ, pauore vehementi contabuit. Sic moraliter ista tria multos impediunt: ne calore charitatis spiritussancti calefiant. Primum est antiquitas temporis. Quid enim est spiritualiter antiquari nisi antiquioribus peccatis implicari? Antiquiora enim, & prima peccata, quæ fuerunt, sunt duo scilicet inuidia, & superbia. Inuidia enim primũ peccatum dicitur. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Similiter & superbia fuit prius. Initium omnis peccati superbia. Et sic inuidia, & superbia dicuntur prima, & antiquiora peccata, & istis implicatus calefieri non potest, vnde de istis dicitur. Non sunt prunæ vt calefiant, nec locus vt sedeant ad eum. Secundum est egenorum proximorum incompassio, quod notatur: quia Dauid sanguinem fuderat. Tantorum enim sanguinem fundimus, quot fame mori permittimus, subuenire valentes. Tertium est iustitiæ diuinæ sine misericordia nimia consideratio, quæ ad desperationem perducit. Et hoc notatur in eo ꝙ Dauid vidit Angelum cædentem populum: & ex hoc cõtabuit. Sed quilibet vias suas volens custodire. i. voluntates, & opera isto igne spiritussancti calefit, & accenditur. Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam, &c. Sequitur. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Et de talibus hic dr. *Non est, qui se abscondat à calore eius.*

Frigiditas Dauid.

3. Reg. 1.

Sap. 2.

Eccles. 14.

Esa. 47.

Psal. 38.

159 *Lex domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.*

HIc consequenter ponitur legis Euangelicæ commendatio. Commẽdatur autem à tribus, scilicet à puritate, qua nos purificat. ibi. *Lex domini immaculata*, secundo à claritate, qua nos illu-

A minat. ibi. *Iustitia domini recta.* tertio ab humilitate, qua nos humiliat. ibi. *Timor Domini sanctus.* Quãtum ad primum, di. *Lex Domini immaculata.* Alia litera habet. *Lex Domini irreprehensibilis.* Quod ideo dicitur, ꝙ solum sancta docet, & munda. Beati mundo corde. Antiqua. n. lex immunditiam carnis mundabat: hęc aũt mentis. Hanc munditiam confert lex Euangelica: quia sermo Christi animam purificat. Vos mũdi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Et quia lex domini est immaculata: ideo animas à peccatis conuertit, propter ꝙ

B sequitur. *Conuertens animas.* Sic enim per legem euangelicam Petrus animas ad Deum conuertebat. d. Pœnitemini igitur, & conuertimini: vt deleantur peccata vestra. Lex enim domini conuertit animas: quia sua districtione peccata corrigens ad Christi gratiam mittit: etiam conuertit animas: quia est testimonium fidele. Quod ideo dicit: quia quod Christus in lege promittit perficiet. sic etenim alibi dicitur. Fidelis est Deus, qui vocauit nos, & faciet. Etiam lex Domini conuertit animas: quia ipsas illuminat, quia *sapientiam præstans paruulis*, i.

C humilibus. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti eã paruulis. Tunc enim sapientiam nobis præstat: quando nos peccata nostra cognoscere facit, vt detestenẽ, & bona superna, vt desiderent. Sic enim suis Apostolis Christus promisit dicens, Dabo vobis os & sapientiam.

Lex noua.

Matth. 5.

Ioan. 15.

Act. 3.

1. Thes. 5.

Matth. 11.

Luca 21.

Iustitiæ domini rectæ: lætificantes corda: præceptum domini lucidum, illuminans oculos.

106 *De pœ. d. 2. vnctio.*

HIc consequenter cõmendatur lex Christi ab æquitate, & claritate. Vbi primo notandum, ꝙ cùm omnis iustitia sit recta: quinimo idem est iustitia, & rectitudo: quia omnis iustus est moribus rectus: & omnis rectus est iustus. Ad quid ergo inculcat verba dicens. *Iustitia domini recta.* Respondeo quòd quãuis omnis iustitia in se sit recta: non tamen omnibus est recta. Iustitia ergo illi solum dicitur recta: qui facit, quod præcipit iustitia: & illi dicitur obliqua: qui eius iussa non perficit. Christus autẽ fecit oĩa, quæ per legẽ Euangelicã docuit facere.

D

Iustitia.

Rectitudo.

facere. Ideo sibi rectæ dicebantur. Dicũtur etiam rectæ. Ille enim solus rectus dicitur, qui bonum facit amore, non timore pœnæ. Et in hoc differt lex noua ab antiqua, quia illa data fuit cum terrore, & ideo iustificare, vel rectos facere non poterat: propter quod dicebat Apostolus. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. Lex autem Christi fuit data cum amore: vnde in datione legis non terrores, sed solum præmia Christus promisit dicens. Beati pauperes, &c. Et ideo quia terror conturbat, & præmium lætificat, hinc est, q lex Christi promittens præmia, corda lætificat. Qđ hic notans.d. *Lætificantes corda*, vbi glos. *Lætificantes corda*, s. spe præmij, non terrentes timore pœnæ, vt vetus testamentum faciebat. Et non solum sic lex euangelica est recta, sed etiam lucida, quia quæ antiqua dicebat sub figuris, & vmbraticè, lex noua dixit apertè, & clarè, quãdo scilicet Christus ore proprio promulgans legem nouam docuit Apostolos. Ad hoc enim venerat vt oculos cœcos peccatis per veram fidem, & doctrinam illumiuaret. Visitauit nos oriẽs ex alto: illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Vnde Ioan. Ego sum lux mũdi: qui sequitur me, &c. Et nota, quòd lex Euangelica non principaliter illuminat oculos corporis, quia illi non sunt perceptiui cœlestium sacramentorum: sed magis oculos mentis, propter quod de ista luce dicitur, quòd illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vbi sciendum, quòd homo ex duobus constituitur, scilicet ex corpore, & anima, & sic duplices habet oculos. Primam autem partem, scilicet corpus non habemus deforis, sed à mundo isto, scilicet à parentibus, qui sunt in isto mundo. Aliam autem partem, scilicet animã non habemus à mundo, sed deforis: vt dicit Aristot. quia scilicet ipsam immediatè habemus à Deo per creationem. Et quia animam nõ habemus à mundo, sed à Deo per creationem, ideo quando creatur & vnitur corpori, tunc dicitur in mundũ venire quia deforis ducitur. Corpus autem, quia datur à mundo, & non deforis, ideo in mũdum venire non dicitur. Volens ergo ostendere Euangelista secundum quam partem homo illuminatur ab Euãgelica lege dicit, quòd illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ, quasi dicat, quòd homo illuminatur non secũdum corpus, quod habemus à mundo, sed secundum animam, quã deforis habemus. Sic enim superius orabat psalm. Christi lege illuminari cupiens: cum dicebat. Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiam, &c.

Act. 1. *Rom. 3.* *Lex.* *Amor.* *Timor.* *Matth. 5.* *Luca 2.* *Ioan. 8.* *Illuminare* *Homo.* *Ioan. 1.* *Arist. 16. de animalibus.* *Psal. 12.*

Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi, iudicia domini uera, iustificata in semetipsa. 261

HIc consequenter commẽdatur lex Euangelica ab humilitate: quia nos humiliat. Vbi sciendum quòd vt ait gl. præter timorem naturalem, quatuor sunt genera timoris, scilicet, Timor mũdanus, quo timemus bona perdere mũdi. Timor seruilis, quo à malo timore pœnæ cohibemur. Timor initialis, quo partim pœnæ, & partim amore iustitiæ seruitur. Timor filialis siue castus, quo offendere sponsum timemus, & separari ab ipso. Et de isto timore hic dicit psal. *Timor Domini sanctus*, quo scilicet quanto quis plus diligit, tanto diligentius cauet offensam, hunc timorẽ perfecta charitas non mittit sed includit. Timorem autem initialem perfecta charitas foras mittit. Sed timorem mundanum, & seruilem non solum perfecta charitas foras mittit, sed etiam imperfecta. De timore ergo filiali hic dicitur. *Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi*. Sed nunquid iste timor filialis fuit in Christo? Videtur quòd sic, quia habuit omnia dona spiritussancti. Ad oppositum, quia ab initio fuit beatus, & non timuit offendere Deum. Respondeo, quod iste timor duos habet effectus: vnum simpliciter perfectum, quia facit Deum reuereri. Alium non simpliciter perfectum, quia facit timere casum, vel offensam Dei, qui effectus imperfectionem habet annexam. Dico ergo, quòd iste timor quantum ad effectum imperfectum, nõ fuit in Christo, nec in beatis erit: sed bene quantum ad effectum simpliciter perfectũ. Et hoc dicit Magister lib. 3. d. 34. d. Sciendũ itaq; est q spiritus timoris erit in futuro, sicut & alia dona spiritussancti,

Quæstio. Christus. Esa. 11. *Magist. lib. 3. sen. d. 34.*

cti, sed non habebit omnem illum effectum quem modo habet. Faciet enim tunc nos revereri Deum, non timore se parari à Deo, vel ipso carere. Fuit ergo & in Christo timor ille, sed iuxta illum vsum, quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit Christus separari vel offendere Deum, sed eum ptę omnibus reueritus est.

262 *Desiderabilia super aurum, & lapidē preciosum multum: & dulciora su per mel, & fauum.*

HIc consequenter tertio principaliter ostendit, qualiter lex Euangelica est merito obseruanda. Et tria facit, vt nos ad eius obseruationem inducat. Quia primo ponit eius dignitatē. Secundo eius vtilitatem ibi. *Etenim seruus tuus*, &c. Tertio suam per hoc remoueri petit cæcitatem, ibi. *Delicta quis intelligit?* Quantum ad primum ostendens legis Christi dignitatem, dicit. *Desiderabilia*, &c. Vbi notandum, ꝙ tria maxime in hoc mūdo videntur desiderabilia, vel, vt melius dicam, desiderata ab hominibus mundi, quibus tñ omnibus præferenda est lex Euangelica, scilicet diuitiæ temporales, & hæc significātur per aurum, potentiæ mūdiales, & hæc significantur p lapidē preciosum, & delitiæ, vel voluptates carnales, & hæ significātur per mel, quod est dulce. De auro di uitiarum dicitur. Beatus vir, qui inuentus est sine macula, & qui post aurū non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris: quis est hic?& laudabimus eum. Quod ideo dicit, ꝙ pauci sunt tales. De lapide vero potentiarum vel dignitatū dr Eccl. 27. Qui in altum mittit lapidē, super caput eius cadet. Quod ideo dicit, quia maior potētia maiorē casum generat, & ruinam. De melle vero voluptatem dr. Fauus distillans labia meretricis, sed nouissima illius amara quasi absinthium. Volens ergo Psalmista præferre oībus tpalibus, quæ possunt desiderari, legem Euangelicam, dicit, ꝙ in ipsa contenta *sunt desiderabilia super aurum*. quo ad diuitias, *super lapidem preciosum*, quoad dignitates, & potentias: *& super mel, & fauum*: quoad voluptates, & delitias. Et isto modo de ista sapientia nouæ legis

Aurum. Diuitia. Potentia. Delitia. Eccles. 31. Eccle. 27. Prouerb. 5. Lex euangelica.

A dr, Prou. 3. ꝙ melior est acquisitio eius negotiatione auri, & argēti, &c. Et oīa, q̄ desiderantur, huic cōparari non ualent.

Prouer. 3.

Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa. 263

COnsequenter hic ponit huius legis vtilitatem: quia scilicet in obseruatione illius magna est retributio. Vnde Gregorius dicit. Sacri eloquij mandata si modo hic perpetrentur in opere: post modum coronam victoriæ exhibent in retributione. Quod hic notans dicit. *In custodiendis illis retributio multa. Et* B *ideo seruus tuus custodit ea.* Hoc ideo dicit, quia consideratio præmij vim laboris minuens ad obseruationem legis faciliter nostras mentes inclinat. Et nota, ꝙ duplex retributio custodientibus legis Christi mandata debetur, scilicet in præsenti, & in futuro. In præsenti enim, quia in eo, ꝙ custodiuntur non tm̄ in re extra posita, sed ēt in ipsis, dum custodiuntur in hac uita, quia in ipsis est gaudium, quia per semetipsa placent, & delectant facientem. Et ideo non ait, pro custodiendis illis, sed in custodiendis illis. Quia non tantum pro illis in C futuro debetur præmium, sed ēt hic in eorum custodia magnum est gaudium, vt ait glo. quia seruire Deo regnare est. Habent etiam retributionem in futuro & ēt duplicem, vt ostendit Greg. Duplicia enim in futuro erunt præmia, quia finito labore præsentis sęculi, non solū animarum gaudium, sed etiam beatitudo retribuitur corporum, &c. vide ibi. Et ista Psal. attendens dicebat. Inclinaui cor meum ad faciendas iustitias tuas in æternum propter retributionem.

Lex. Custodia. Greg. lib. 1. mor. c. 14.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce, D *seruo tuo.* 264

HIc consequenter postquam ostendit se uoluntarium ad obseruationem mandatorum Christi, orat remoueri impedimentum, quod scilicet est peccatum. Vbi notandum, quòd quædam sunt peccata, quæ ab intrinseco procedunt, vt peccata, quæ quis propria malitia absq; tentatione exteriori cōmittit, vel interiori tentatione propulsatus, vt tenta-

Delictum. Peccatum.

tentatus à propria carne,& ista dicũtur propria peccata,& intrinseca. Alia sunt ab extrinseco introducta, sicut quæ fiũt per tentationes exteriores, vt puta dæmonis,vel mũdi, vel quæ per sensus corporales animam inuadunt, & ista dicuntur aliena. Vel aliter. Quædã sunt peccata,quæ quis committit, & illa dicuntur propria. Alia sunt peccata,quę alij committunt ex negligentia principis,vel malo principis exemplo: quæ tamen principi imputantur,& ista dicuntur aliena. Item quia si quis malum exemplum prętendat alijs,quo multi peccare possunt, vel occasionem peccandi assumere: quã uis nesciat, quot suo exemplo peccabũt, ei tamen omnia illa peccata imputantur, quæ alij eius malo exemplo cõmittunt. Quia tot mortibus sunt digni prælati, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Ad propositum ergo, quia Dauid erat prælatus, quia rex & suo adulterio multis malum dederat exemplum, imò omnibus, ideo nesciens, quot suo malo exẽplo peccassent, dicit, *Delicta quis intelligit?* i. quis malè agens quo pôt cognoscere, quot suo corrumpuntur exẽplo? quasi dicat, nullus. ideo orans subdit. *Ab occultis meis munda me* scilicet à peccatis quæ proprio motu cõmisi, *& ab alienis*, quæ. s. commisi prouocatus ab aliquo, *munda me*. Vel, *ab occultis meis*, i. à peccatis, quæ ego commisi, quæ dicuntur occulta: quia principalius stant in volũtate, quam nullus exterior cognoscere potest. *Et ab alienis*, scilicet, quæ alij meo exemplo commiserunt. *A meis*, inquit, *munda me*, scilicet tollendo à corde malam voluntatem, sed *ab alienis parce*, scilicet, non permittas tentationes mihi dominari.

11.q.3. præcipue.

265 *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.*

VBi nota, quòd omnis faciens peccatum, seruus est peccati, & peccatum semper dominatur illi, qui peccat. Ex quo sequitur: quòd ille, cui peccatũ non dominatur, est sine peccato, & immaculatus. Et hoc est quod ait, *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo*. Per

Ioan. 8.

E delictum maximum accipe superbiam, quia non est maius delictum, quã à Deo apostatare, quod est initiũ superbię hominis. Est enim superbia vltimum vitiũ redeuntibus ad Deum, & primum recedentibus. Et secundum istum sensum ly mei est casus genitiui, & numeri singularis. Potest secundò esse numeri pluralis, & nominatiui casus, & tũc est sensus. *Si mei*, scilicet sensus corporales, *non fuerint dominati*, id est, supra rationẽ, quod scilicet fit, quando ratio subijcitur carni, & sensualitas spiritui dominatur, tũc nunquid immaculatus ero? Cogitabat F enim propheta, quod oculi sui fuerant supra rationem dominati, quando, visa Bersabee, concupiuit, & commisit adulterium.

Dominus.

Et erunt, vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper. 266

VBi nota, quòd oratio est duplex, scilicet mentalis, & vocalis, quarũ nulla Deo placet, quæ maculato corde procedit, uel superbo. Sed illas respicit, & exaudit, quæ immaculata mente pro-G cedunt. Et hoc est, quod dicit. Si ero immaculatus. Tunc tibi placebunt eloquia cordis mei. Et hoc quò ad orationes vocales. *Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper*, scilicet erit, & hoc quoad orationes mentales. Illud enim libenter aliquis respicit, quod est sibi placitum, & illud in conspectu suo ponit. Sic enim dicitur Gen. 3. Respexit dñs ad Abel, &c.

Domine, adiutor meus, & redemptor meus. 267

H VIdens enim, quòd per seipsum à peccatis liberari non potest, sed solum adiutorio diuino munitus: ideo se conuertens ad Deum dicit. *Domine adiutor meus*, scilicet contra hostes tam intrinsecos quàm extrinsecos. *Et redemptor meus*, quia non solum iuuas ne cadam: sed etiã post lapsum reparas. Adiutor ergo quia facis pręcauere futura, sed redemptor, quia remittis commissa, virtute tuæ passionis & sanguinis. Nõ enim auro vel argento redempti estis, &c. Ab illo ergo loco. Delicta quis intelligit? omnia

1. Pet. 1.

omnia dicit, vt ostendat, quòd nullus ni si mundus Dei sacramenta pertractare digne potest: iuxta illud Psal. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, &c.

Psal. 49.

PSAL. XIX.

268 Exaudiat te dñs in die tribulationis: protegat te nomē Dei Iacob.

12. q. 2. gloriam episcopi.

2. Reg. 21.

ISTIUS Psal. titulus est Ad victoriam Psal. David. Pro cuius expositione sciendum, quòd ait Rabbi Sal. iste psalm. fuit factus David, quando milites sui iurauerunt dicentes. Non egredieris nobiscum ad prælium: ne extinguatur lucerna in Israel. Vbi notandum, quòd cum Philistæi iuissent prælium contra Isael, descendit David cum suis viris & pugnabat contra Philistæos: & ibi David fuit in magno periculo mortis, nisi ipsum iuuisset Abisai filius Saruiæ, qui defendit regem David, & Philistęū qui nitebatur occidere David, interfecit. Videntes igitur viri David periculum, in quo fuerat, quia si rex fuisset interfectus totus exercitus succubuisset, ordinauerunt inter se, ne rex David amplius ad pugnam cum ipsis iret, sed domi remaneret: vnde ibidem dicitur. Tunc iurauerunt viri David, dicentes. Iā non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguatur lucerna in Israel. Cogitabant enim q; rex plus poterat eos orationibus manens domi iuuare, quàm pugnando manibus. Sicut Moyses obsecrans, fortius dimicabat contra Amalech precibus, quàm exercitus armis instructus ab eo missus: vt habetur Exodi 17. Vnde ibidē dicitur. Cumq; eleuaret manus Moyses scilicet deuotè orando, vincebat Israel. Si autem paululum remisisset, superabat Amalech. In sequēti ergo bello contra Philistæos in Gob David remansit domi, & exercitum suum misit ad pugnam. Et tunc orando pro victoria sui exercitus istum Psalmū fecit, & verba sua exercitui suo dirigens, dicit. Exaudiat te dominus, &c. Ex prædictis apparet sensus tituli, qui est, ad victoriam ps. David, i. iste psalmus factus est à David ad victoriam,

Exod. 17.

A scilicet pro exercitu suo impetrandam. Et hoc est quod dicit. Exaudiat te dominus in die tribulationis, &c. vt Nic. de Ly. Intentio autem Psalmistæ in hoc psal. est agere de Christo, quasi de sacerdote immolaturo, & rege pugnaturo. Et sub figura optandi hic prędicit, quę de Christo sunt futura ante passionem suam, scilicet tempore suæ tribulationis: & post resurrectionem suam, scilicet tempore suæ exultationis. Et psal. iste diuiditur in duas partes. Quia propheta orando prędicit primo aduersa suæ passionis. Secūdo prospera suæ resurrectionis, ibi. Tribuat tibi secundum cor tuum.

B Prima verò pars diuiditur in tres. Quia primo passionis Christi ponit efficaciam: secundo per Christi passionem sanctificandā dicit Ecclesiam: ibi. Mittat tibi auxilium de sancto. tertio passionis Christi nobis postulat memoriam. ibi. Memor sit omnis sacrificij tui. Quantum ergo ad primum sub modo optatiuo prędicit efficaciam Christi passionis, quæ est, quòd virtute eius oīs Christi oratio, & Ecclesiæ fuit exaudita, & defensata. d. Exaudiat te dominus in die tribulationis, scilicet, exaudiet te dominus in die passionis. Vbi nō

C ta, quòd Christus tempore suę passionis orauit triipliciter, scilicet pro se, pro suis discipulis, & pro suis inimicis. Orauit pro se. d. Pater, venit hora: clarifica filiū tuum. Sed quid prætendebat ista Christi oratio: cum ipse filius esset sempiternā claritas patris, quæ nec diminuta fuit in forma humana, nec augeri potest in diuina? Ad hoc respondet August. super Ioānem. Apud homines minor erat claritas Christi, quādo in sola Iudæa Deus erat notus. Quia vero per Euangelium Christi factum est vt pater innotesceret gentibus, patrem clarificat filius, & filiū

Ioan. 17.

D patet. Dicit ergo, Pater, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Quasi in passione Christus positus dicat patri: Pater, resuscita me, vt toto orbi innotescas per me. Secundo orauit pro suis Apostolis. d. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi vt sint vnum, sicut nos vnum sumus. Et exauditus fuit, quia vt habetur Actuum 3. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, &c. Vnum quidem per charitatis vnitatē. Tertio, orauit pro inimicis:

Ioan. 17.

Act. 3.

cis: quando cruci affixus, ait ad patrē: Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et pro ipsis gratiam impetrauit, vnde Beda. Non est putandum hoc Christum frustra orasse, sed in illis hoc fuisse impletum, qui post eius passionē crediderunt in eum. Ista ergo omnia præuidens Psal. ait. *Exaudiat te*, &c. psal. In die tribulationis meæ clamaui ad te: quoniam exaudisti me. Sequitur. *Protegat te nomen Dei Iacob*. Vbi nota, quod nomen Dei Iacob non accipitur pro ipso nomine Dei, sed pro significato nominis. s. pro ipso Deo, quē Iacob colebat, *Protegat ergo te*, idest, vndique te defendat in passione. Et ponit hic verbū optatiuum pro futuro indicatiui, vt sit sensus, *protegat*, idest, proteget. Sic enim se exauditum insinuat Christus. d. Protexisti me à conuentu malignantium, & à multitudine operantium iniquitatem.

Psal. 63.

269 *Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te.*

2. q. 5. testes.

HIc consequenter ostendit, quòd per Christi passionem sanctificata est ecclesia. Vbi notandum, quòd Ecclesia est corpus Christi mysticum, idest fidelium multitudo. De quo dicit Apostolus. Vos autem estis corpus Christi, & membrum de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primū Apostolos, secundo Prophetas, tertio doctores, &c. Sequitur. Nunquid in corpore ecclesiæ omnes sunt Apostoli? nunquid omnes Prophetę? nunquid omnes doctores? &c. quasi dicat, non. Cum igitur ecclesia sit corpus Christi, tūc Deus Christō auxilium mittit, cùm eius corpus sanctificat, quod est ecclesia. Quod hic faciēdum præuidit psalmista. d. *Mittat tibi auxilium de sancto*. vbi glo. Idest, auxilietur tibi, scilicet faciēs tibi sanctificatum corpus, s. ecclesiam, vt scilicet in aduersitatibus nō deficiat, sed proficiat magis. Sic enim ipsi Christo se auxiliaturum Deus promiserat, scilicet ipsi corpori suo. d. psal. 88. Manus enim mea auxiliabitur ei. Sequitur. Nihil proficiet inimicus in eo, &c. Sed qualiter ecclesiā suā Deus custodit & sibi auxiliū mittit: subditur. *Et de Sion tueatur te.* Sion nāq; speculatio interpretatur, & significat cōtemplationem, quia ecclesia mente conuersatur in cœlestibus, per quam contēplationem tuetur & fortificatur. Quis enim contemplando æterna pręmia mala timet terrena? certe nullus: vt ostendit Greg. d. Mala præsentis vitæ tāto durius animus sentit, quanto pensare bonum quod sequitur negligit. Cumq; nō vult considerare præmia quæ restant, grauia æstimat esse, quæ tolerat. At si semel quisquā ad æterna se erigit, atq; in ijs, quæ incommutabiliter permanent, oculum cordis figat, propè nihil esse hic conspicit, quicquid ad finē tendit. Quò enim se interius gaudiis robustius inserit, eò minus dolores exterius sentit. Ex quibus patet, quòd de Sion Deus tuetur Ecclesiam, quia speculatione supernorum fortis efficitur ad tolerantiā omnium aduersorum. Et hoc est, quod de Sion dicitur Abdias cap. vnico. In monte Sion erit saluatio, & erit sanctus, quia per speculationem æternorum saluatur Ecclesia, & sanctificatur.

1. Cor. 12.

Gregor. mor. c. 19.

270 *Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat.*

De consecr. dist. 2. iterabitur.

COnsequenter hic ostendit, quòd Christi passionē habere debemus in memoria. Per sacrificium enim intelligitur Christi passio, quæ fuit sacrificiū vespertinum, quia aduesperascente die, eleuatis in cruce manibus, seipsum sacrificium iustitiæ pro nobis obtulit patri. De quo psal. 140. ait Christus. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum: vt enim ibidem ait gl. In lege duo sacrificia iugiter fiebant, scilicet mane, & vespere, sed sacrificium, quod vespere offerebatur, dignius, & acceptabilius erat, quia figura erat illius veri sacrificij, quod in fine mundi oblatum est in cruce. Et nota, quòd sicut in Deo nō cadit obliuio propriè, sic nec rememoratio. Sed sicut dicitur cognoscere, quādo nos facit cognoscentes. In hoc cognoui, quòd timeas Deum, idest, alios cognoscere feci. Sic tunc dicitur memorari alicuius rei, quando illius memoriam nostræ inserit menti. Cum ergo psal. orans dicit de Christo. *Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustū* &c. vult dicere. Memores nos faciat omnium iniuriarū, & contumeliarum: quas pro nobis tulisti. *Et holocaustum tuū pingue fiat.* Vbi

Psal. 140.

Memoria Deus. Gen. 22.

Vbi nota, quod holocaustum differt à sacrificio, quia sacrificium partim incendebatur, & partim pro comestione sacerdotibus seruabatur, sed holocaustum dicebatur illud animal, quod totum incendebatur. Vnde holocaustum dr ab holon, quod est totum, & caustos, quod est incensum, vel incendium, inde holocaustum quasi totum incēsum. Sic ergo per sacrificium Christi intellige iniurias, & pœnas, quas pro nobis citra mortē pertulit, sed per holocaustum ipsam mortem, per quā igne charitatis totus incensus fuit. Dicit ergo. *Et holocaustum tuum pingue fiat*, i. mors tua, & crux, qua totus pro nobis oblatus es Deo, *Pingue fiat*, idest, Deo acceptum, & iucundū nobis, vt dolorem mortis in resurrectionis lętitiam nobis conuertat. Et in omnibus istis locutionibus ponit optatiuum pro indicatiuo futuri temporis, vt sit sensus. *Pingue fiat*, id pingue, & acceptum fiet.

Sacrificiū.

271 *Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet.*

HIc consequenter Propheta prædicit prospera Christi resurrectionis. Et diuiditur in duas, q primo ostēdit quæ prospera per Christum bonis eueniunt, secundo quæ aduersa malis. ibi. *Hi in curribus*. Prima in tres. Quia ostendit primo, quod per Christi mortem & resurrectionem nos liberamur: secūdo magnificamur: ibi. *Lætabimur*. tertio exaudimur. ibi. *Impleat dominus*. Quantum ad primum dicit. *Tribuat tibi secundum cor tuum*. Vbi nota, quod aliud fuit cor & intentio Iudęorum in Christi morte, & aliud cor Christi siue voluntas. Nam intentio, & cor Iudæorum erat p Christi mortem, Christi fidem, & nomen dēlere. Christi autem cor & intentio erat nos à peccatis liberare. Similiter consilium Iudęorū aliud erat à consilio Christi, quia consilium Iudæorū erat, vt vnus periret pro populo, scilicet Iudæorum, & consilium Christi ab æterno fuerat, vt ipse mortem subiret pro vocandis gētibus, & saluandis. Et hoc est quod Psal. Christo loquens predicit. *Tribuat tibi secundum cor tuum*, idest, secundum cor, & intentionem tuam, qua pro nobis mortem subisti, scilicet vt morte tua nostrā mortem tolleres, & resurrectione tua vitam nobis donares. Et non secundum cor, & intentionem Iudæorum, qui nomen tuum, & fidem delere conabantur. *Et omne consilium tuum confirmet*, & est confirmatio eiusdem, idest, confirmet illa, & perficiat, quæ tu alto consilio per mortem, & resurrectionem tuam de nobis facere decreuisti. Et possumus hic notare diuini consilij conditiones. Vbi primo notandum, quod Dei consilium differt à sententia Dei, quia Dei sententia cùm stet in signis exterioribus, mutari potest, cōsilium autem Dei cùm sit eius æterna dispositio, & prouidentia, mutari non potest. vnde, Non est in potestate hominis consilium tuum.

Thol. 3.

272 *Lætabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur.*

24. q. 1. qua dignior.

COnsequenter hic ostēdit, quòd per Christi resurrectionem magnificamur. Vbi nota, quòd salutare aliquando dicitur ipse Christus, & tunc salutare idem est, quod saluator, sic. n. Deo patri loquens Simeon Deo. d. Nunc dimittis, &c. Quia viderunt oculi mei salutare, quod parasti, &c. Aliquando vero salutare dicit Christi saluatoris effectus, vel modus, per quem nos saluauit, s. eius mors, & resurrectio. Redde mihi lætitiā salutaris tui, idest, effectum tuæ mortis & passionis, qui est ipsa saluatio. Cùm enim quis peccat, perdit effectum Christi passionis, & resurrectionis, quo se facit indignum. Cùm autem ad statum pœnitentiæ, & gratiæ reducitur, ei hoc salutare redditur. Ipsa enim resurrectio Christi effectus fuit magnæ lætitiæ, quia sicut per mortē saluatoris mors nostra est mortua, ita per Christi resurrectionē est nobis vita donata. Quid est ergo lętabimur in salutari tuo, nisi lætabimur in resurrectione tua, Christe: quæ causa lætitiæ oībus fidelibus existit. Vnde de die resurrectionis cantat Ecclesia illud psalm. Hæc dies, quam fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. Vnde ibidem ait glo. Hęc dies, quam fecit dominus. i. qua mihi salutem dedit. Hic Iubilæi annus sub lege figuraliter obseruatus, qui dicitur remittens, vel initians, quia tunc manu mittebantur, debita remittebātur, possessiones dominis restituebantur. Et nos hoc die à seruitute peccati redēpti sumus,

Luca 2.

Psal. 50.

Psal. 117.

sumus, quibus etiam æterna hæreditas E est restituta. Ergo exultemus, & lętemur in ea. Exultemus intus mente, lætemur foris opere, quia diabolus ius perdidit, & homo reuixit. Sic.n.dicit Psal.9. Exultabo in salutari tuo, &c. *Et in nomine Dei nostri magnificabimur*. Quod est enim nomen Dei nostri nisi Christus, à quo & nos Christiani vocati sumus? In quo nomine magnificamur à Deo, & nos Deũ magnificamus. Magnificamur à Deo, quia per illud nomen nos ad fidẽ deitatis vocauit, & iustificauit. Quos vocauit, hos & iustificauit, & quos iustificauit, hos & magnificauit, s.in præsenti F omnium virtutum genere. Vel secũdum glo. ponitur ibi præteritum pro futuro, vt sit sensus, *magnificauit*, i.magnificabit æterna remuneratione, vt similes Deo sint. Nos ẽt Deum magnificamus, quia per opera per illud nomẽ in nobis facta, Deum magnum prædicamus. Sic & gloriosa virgo in hoc salutari Deũ magnificabat. d. Magnificat aia mea dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Vnde modum, quo Deus sic magnificatur à nobis, ostendit Origenes super Lucam. d. Si autem Deus nec augmentum, nec decrementum recipere po G test, quid est, quod Maria dicit. Magnificat anima mea dominum? Sed, si considerem dñm saluatorem imaginem esse inuisibilis Dei, & animam meam factam ad eius imaginem, vt sit imago imaginis: tunc videbo, quoniam in exemplo eorum, qui solent imagines pingere quando magnificatiero animam meam virtutibus: tunc imago Dei grandis efficitur. Et ipse dominus, cuius imago est, in anima mea magnificatur.

Rom. 8.

Luc. 2. Magnificare.

273 *Impleat dominus omnes petitiones tuas, nunc cognoui, quoniã saluum H fecit dominus Christum suum.*

2.q.1.clericus.

HIc cõsequenter ostendit, quòd per virtutem Christi mortis, & resurrectionis exaudimur. Petitiones enim nostras tunc exaudiuit dominus, quando Christum exaudiuit pro nobis orantem. Orat autem Christus pro nobis, & in præsenti, quando nobiscum erat, & in futuro, quando iam ad dexterã patris sedens interpellat pro nobis. Omnis autem Christi oratio fuit exaudita. d. Apostolos. Exauditus est pro sua reuerẽtia. Et hoc est, quod dicit. *Impleat dominus omnes petitiones tuas*, i.implebit. Et quasi Psal. de hoc certificatus subdit. *Nunc cognoui, quoniam saluum fecit dominus Christum suum*, id est spiritu prophetico ante prænidi: *quoniam saluum fecit dominus Christum suum*, id est resuscitauit illum, quasi dicat. Si Deus resuscitauit Christum à morte, multo fortius ipsum exaudiet resuscitatum. Et hoc idem alijs verbis explicat dicens.

Oratio.

Hebr. 5.

274 *Exaudiat illum de cœlo sancto suo, in potentatibus salus dexteræ eius.*

IDest non solum exaudiuit illum de terra: quando postulauit clarificari à patre, quando pro suis exorauit, vt non perirent, quãdo pro inimicis, vt eis peccata dimitterentur, sed etiam exaudiuit illum de cœlo sancto suo, vbi interpellat pro nobis ad dexteram patris, mittẽs inde spiritum sanctum super credentes. Si autẽ quæras in quo generaliter exaudiet Deus Christum orantem, subdit, in hoc, scilicet: *Quod in potentatibus salus dexteræ eius*. Potentatus enim à potens dicitur, & idem est, quod potentia. Et est sensus, quòd in potentatibus nostris *est salus dexteræ eius*, id est, omnis nostra pòtentia est salus dexteræ eius, id est, potẽtia eius, idest, quicquid boni nos possumus, totum est à salute dexteræ eius, idest, à virtute gratiæ ipsius, quia non sumus sufficiẽtes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis sit, sed sufficientia nostra ex Deo est. Salus ergo dexterę Christi est fauor gratiæ ipsius, à quo omnia nostra bona procedunt. Potẽtatus enim noster sine salute dexteræ Christi permanere non potest, ideo dicitur. Omnis potentatus breuis vita.

Potẽtatus.

Eccle. 10.

275 *Hi in curribus, & hi in equis, nos autẽ in nomine Dei nostri inuocabimus.*

23.q.3.postea.

COnsequenter hic psalm. dat dñiam inter bonos, & malos, quæ stat in hoc, Quia potentatus bonorũ sunt salus dexteræ Christi, quia, s.oẽm suã potentiam à salute gratiæ Christi se credunt, & confitentur habere. Mali autem & superbi non sic, sed suam potentiam

ponunt non in Deo, sed in rebus tempo ralibus mundi. Vnde hanc differentiam ponens, d. *Hi*, scilicet superbi, *in curribus, & hi in equis*: supple confidunt. *Sed nos*, scilicet boni, in Deo, quia in nomine Dei nostri inuocabimus. Quid enim per currum, & equos, nisi ipsa superbia & auaritia mundi designatur? Vnde glo. hic dicit. *Hi in curribus, & hi in equis*, quasi dicat. Potentatus, & salus bonorū est dextera Dei. Sed superborum est in curribus, & in equis. Quia superbi volubili successione temporalium trahūtur, qui sæculari potentia gaudent: hi etiam sunt in equis, dum superbis honoribus inflati discurrunt. Tangit autem hic duo triumphorum genera, quæ apud Romanos fiebāt, s. triumphus maior, & minor. Maior triumphus, qui dicebatur laureatus, fiebat in curru. Minor autem, qui dicebatur ouatio, fiebat in equo. Et p hoc omnes superbos hic despicit propheta, qui de terrena dignitate præsumunt, propter quod subdit, *Nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus*, q. d. Superbi confidūt in tēporalibus, nos autem in Deo. Et ideo sicut diuersæ sunt malorum, & bonorum affectiones, consimiliter & fines diuersificātur, propter quod subdit.

Currus. Equus. Superbia. Auaritia. Triūphus.

276 *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, nos autē surreximus, & erecti sumus.*

QVid enim magis hominem ligat, & cadere facit quam peccatum? Funibus peccatorum suorum constringitur quisque. Et hoc est, q̄ dicit. *Ipsi obligati sunt*, idest, a peccato superbiæ ligati sunt. Sed quia ligatus facilius cadit, ideo subditur. *Et ceciderunt*, quia peccatum quodlibet de se casum facit, de quo Amos 5. Domus Israel cecidit, & non adijciet vt resurgat. Quod ideo dicit, quia quis de se solo in peccatū cadere pōt, sed nullus de se ipso pōt resurgere. Non aūt de bonis, quia illi surgunt & eriguntur, surgunt. n. quia mente superna inquirunt, eriguntur autem quia ad terrena oculos non inclinant. Sic surrexit ille adolescens, qui se videns peccasse oculos ad patrem dirigens, ait. Surgam, & ibo ad patrem meū. Vel hic psal. ponit differentiam inter Iudæos & Gentiles conuersos. De Iudæis. d. *Ipsi obligati*

Prouer. 3. Cadere. Amos 5. Luc. 15.

A *sunt, & ceciderunt. Ipsi*, scilicet Iudæi cupiditate temporalium bonorum *ligati*, nolentes parcere domino, ne lotum, & gentem perderent, ipsi inquam sic cupiditate ligati, *ceciderunt*, scilicet de spe cœlesti ad temporalia, de filiatione Dei ad filiationem diaboli, de libertate ad seruitutem: qua hodie per mundum premuntur vniuersi. *Nos autem*, scilicet populus gentium ad fidē Christi conuersi, *surreximus*, scilicet ab idololatria ad verum Dei cultum, à vitijs ad virtutes, à morte culpæ ad gratiæ vitam. Et hoc nō nostris meritis, sed per fidem Christi iustificati. B *Erecti sumus*. scilicet ad superna contemplandum. Quod ideo dicit, quia ad aduentum Christi Gentiles, qui in peccatis iacebant, per gratiam sunt erecti. Iudicum 5. Ad eius aduentum erecti sunt.

Iud. 5.

Domine, saluum fac regem, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

277 *De consecr. dist. 5. non mediocriter.*

HIc Psal. totam spem suam ad Christum dirigit. d. *Domine, saluum fac*, &c. Sicut enim læso capite, cætera membra læduntur, sic saluo capite, cætera membra conualescunt. Cum igitur C rex noster Christus sit caput totius Ecclesiæ, ipso à morte per resurrectionem saluato, & nos per ipsam saluamur. *Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.* Quid est inuocare Deum in die, & quid in nocte? In nocte enim inuocat Deum: qui Christum mortuum resuscitatum non credit. In die autem inuocat, qui ipsum à morte credit surrexisse, vt hic dicit glos. Et sic omnis talis fide munitus, qui inuocauerit nomen domini, saluus erit.

Ioel 2.

PSAL. XX.

D *Domine, in virtute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer.*

278 *22. q. 1. caritas.*

TITVLVS Psal. iste est, *In finem Psal. Dauid.* Patet ex dictis, q̄ istū psal. tam Hebræi quā catholici de Christo dictū ad literā affirmant. Intētio Psal. est vt Christum verum regē, & ve-

 rum

rum credamus Deum, & hoīem esse. Diuiditur autem iste psalm. in tres partes. Quia primo ponit Christi meritum, secundo Christi præmium. ibi. *Quoniam præuenisti.* tertio Christi imperiū, & hoc in subiectione inimicorum. ibi. *Inueniatur manus tua.* Circa primum duo facit. Quia primo ponit meritum incarnationis: secundo meritum passionis. *Desiderium animæ eius,* &c. Quantum ad primū sciendum ꝙ Christus secundum ꝙ homo, in primo instanti suæ incarnationis habuit omnia ad meritum necessaria, scilicet libertatem arbitrij, & gratiā summam, qua voluntas eius tota in Deū dirigebatur. Et ideo in primo instanti habuit summum meritum, sic ꝙ in merito proficere sibi non potuit, sed solum nobis, vnde quātum ad hoc dicit Magister. Non solum meruit Christus, qñ patri obediens crucem subijt, sed etiam ab ipsa conceptione, ex quo homo factus est per charitatem, & iustitiam, & alias virtutes, in quarum plenitudine fuit secundum hoīem conditus, sibi tantū meruit, quantum post per martyrij tolerātiam. Tanta enim plenitudo spiritualiū charismatum in eo fuit, ꝙ in eis proficere non potuit. Et ideo melior ipsius anima fieri non potuit quam ab initio suæ conditionis extitit, quia proficere in meritis non valuit. Et quia signum virtuosi habitus est, delectabiliter secundum habitum operari: ideo Christus ex habitu summę charitatis, quem habuit in incarnatione, delectabatur, omnia non sibi, sed diuino verbo, cui erat vnitus, attribuens. Quod præuidens Psal. de ipso patri dicit. *Domine, in virtute tua lætabitur rex.* Per virtutem Dei accipe verbū patris, per quod omnia facta sunt. Vnde de verbo Dei, quod etiam vox quandoque dicitur, habetur Psal. 28. Vox domini in virtute. Per regem autem Christum intellige, qui scilicet habet in vestimento, & in femore suo scriptum: rex regum, & dñs dominantium. Est ergo iste sensus: O domine, scilicet Deus pater. Rex, scilicet homo Christus lætabitur in virtute tua, id est, in verbo tuo. In eo, scilicet ꝙ verbum caro factum est. Quod rectè verbum dicitur virtus tua, quia tibi coomnipotens. Ecce ergo meritum incarnationis, quia de se homo Christus non præsumpsit, sed omnia verbo tribuit. *Et super salutare tuum exultabit vehementer,* id est in dispositione tua, qua disposuisti per ipsum genus humanum saluare. Ecce ergo meritum Christi humilitatis, quia omnia nō sibi, sed verbo attribuit, cui erat vnitus. Et salutem humani generis per ipsum fiendam gaudenter acceptat. Et de ista Christi exultatione qua paruuli, & humiles à Deo ꝑ ipsum erāt saluādi, dicitur Lucę 10. In illa hora exultauit Iesus in spiritu sancto, & dixit: Cōfiteor tibi, domine pater cœli, & terræ, quoniam abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Meritum. — Magister lib. 3. di. 18. — Ioan. 1. — Mat. 11.

Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. 279

Consequenter hic agit de merito passionis. Vbi sciendum, quòd desideriū Christi propriè dicitur eius passio, quia summè pro nobis pati desiderabat: vnde, Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, &c. Quod ideo sic dicit secundum Chrysostom. quia post illud, pascha crux imminebat, quā pro salute nostra euenire quam plurimum cupiebat. Et attende, quòd non sine causa dicit psal. de Christi passione. *Desiderium animæ eius tribuisti ei.* Quoniam tēpore eius passionis dæmon multipliciter ipsam impedire conabatur: vnde & propter hoc vxorem Pilati visionibus terruit, vt marito suggereret, ne Christum traderet morti, vt ait Gregor. Ecce concertatio inter Christum, & diabolū, quia diabolus ne Christus moreretur, satagebat. Christus autem pro humano genere mortem desiderabat. Quia ergo cassata voluntate diaboli, desiderium Christi Deus adimpleuit: igitur sic suum desiderium Christo dedit. Et hoc alijs verbis confirmans dicit. *Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum,* idest, voluntate per labia Christi expressa, & prolata. Voluntatem enim mortis Christus habebat, quia pro nobis venerat pati. Filius hominis venit saluare, quod perierat, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Et hanc voluntatem suam labijs suis multoties expressit: maximè in horto, quādo patri

Luc. 22. — Chryso. sup. Matth. — Luc. 19.

patri orans dicebat. Non quod ego volo, sed quod tu vis. Quia etsi voluntas naturalis mortem fugiebat, voluntas tamẽ rationalis mortem desiderabat. Vel per voluntatem labiorum Christi accipe omnem eius voluntatem, quam suis verbis expressit, quæ omnis fuit impleta. Quod patuit quando verbis dæmones fugabat, infirmos sanabat, mortuos suscitabat, peccata remittebat. Quoniã vt dicitur Rom. 9. Quis resistet voluntati eius? quasi dicat, nullus.

Rom. 9.

280 *Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.*

De pœn. di. 1. alij econtra.

HIc consequẽter ponit Christi præmiſsa, & dona, quæ recepit à Deo, & sunt multa, secundum quæ pars ista diuiditur. Quod ostendit psal. ꝙ quinq; dona specialiter Deus Christo contulit, scilicet primo puritatis sanctitatem, ibi. *Quoniam præuenisti:* secundo resurrectionis claritatem, ibi. *Vitam petijt à te.* tertio ascensionis dignitatem, ibi. *Magna est gloria eius.* quarto iudicandi potestatem, ibi. *Quoniam dabis eum in benedictionem.* quinto æternitatis firmitatem, ibi. *Quoniam rex sperat in domino.* Primò ergo habuit Christus à patre puritatis sanctitatem, quod ponit. d. *Quoniam præuenisti eum, &c.* Vbi sciendum, quòd vt ait Magister, duplex est gratia Dei in nobis, scilicet, præueniens, & subsequens, siue operans, & cooperans. Operans enim, vel præueniens gratia præparat hominis voluntatem, & præuenit, vt velit bonum. Sed gratia subsequens, vel cooperans adiuuat, ne frustra velit. Operans ergo gratia est, quæ præuenit volũtatem bonam, vt sit bona, bonumque efficaciter velit. Cooperans vero gratia iam voluntatem bonam sequitur adiuuando. Hanc autem duplicem gratiam habuit Christus, scilicet, gratiam præueniẽtem, quia Deus eum præuenit, ne peccatum originale contraheret: quando ipsum non per viam seminalem, sed solum virtute Spiritus sancti ipsum in virginis formauit vtero ex quo peccatum postea ei obesse non potest. Gratiam vero cooperantem habuit, scilicet gratiam gratum facientem, quia vt dicit Magister, Tãtam

Magister lib. 2. d. 26.

Magister lib. 3. d. 31.

A gratiæ plenitudinem habuit, ꝙ ei Deus plenius conferre non potuit. Primam ergo gratiam præuenientem hic notans Psal. de Christo dicit. *Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* vbi glo. Benedictionem dicit immunitatem peccati, qua Christus donatus est in conceptione, vt postea ei peccatum non obesset. Quæ dicitur benedictio dulcedinis, quia totum ex dulcedine diuinæ gratiæ fuit. Cùm ergo alij amaritudine peccati Adam præueniantur, tu, ò Deus Pater, præuenisti eũ, scilicet Christũ regẽ immunitate peccati, quæ ex gratia est.

B Et illi sic præuento immunitate primi peccati, sal actualis peccati consequenter non nocuit, & hanc gratiam præuenientem sibi collatam dicit Christus. Deus meus, misericordia eius præuenit me. *Posuisti in capite eius coronam, &cæt.* Hic consequenter ostendit Psal. Christum habuisse donũ cooperantis, & subsequentis gratiæ. Per coronam enim preciosi lapidis virtutum copiam accipe, quia sicut corona circundat caput, sic virtutes caput mentis ambiunt. Et ideo de timore Domini, qui virtutum omnium est fundamentum, dicitur Eccle. 1. Timor Domini corona exultationis.

C Vnde notandũ est, ꝙ Christus multiplici corona fuit coronatus, s. corona carnea in eius incarnatione, corona lapidea in eius conseruatione, corona spinea in eius passione, corona aurea in eius ascensione. Primo corona carnea in eius incarnatione, quando scilicet Dei verbum ad modum coronæ nostram carnem sibi circundedit. Et ista corona ipsum coronauit gloriosa mater sua. Egredimini, filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius.

D Vnde Bernard. dicta verba exponens super Cant. dicit. Egredimini, filiæ Sion, id est, animæ sæculares debiles, delicatæ, & filiæ, & non filij, in quibus nihil est fortitudinis, nihil virilis animi. Egredimini ergo de sensu carnis ad intellectum mentis, de seruitute carnalis concupiscẽtiæ, ad libertatem spiritualis intelligentiæ. Egredimini ergo, & videte regem Salomonem, scilicet Christum in diademate, quo coronauit eum mater sua. Corona, scilicet, huma-

Bernard. super Cantica.

humanitatis nostrę, corona paupertatis, corona pietatis, & clementiæ. Siquidem & coronatus fuit Christus a nouerca sua, scilicet, synagoga, corona scilicet spinea, coronandus est à familia sua corona iustitiæ. Sed eum coronauit pater corona gloriæ, dicēs Patri Psal. Gloria, & honore coronasti eum, &c. Secundo fuit coronatus corona spinea in eius passione. Coronam de spinis posuerunt super caput eius. Quæ corona nobis efficax patientię præstat exemplum. Vnde Chrysost. prædicta verba exponens ait. Quæ nobis erit de reliquo cura, si iniurias ab aliquo patiamur, postquam rex noster Christus corona spinea est coronatus? Etenim quod fiebat in Christum, vltimus contumeliæ terminus erat, nec erat particula tantum, sed totum corpus eius patiebatur iniurias. Caput per spineam coronam, arūdinem, & colaphos. Facies, quia expuebatur. Genæ, quia alapis cædebantur, totumque corpus flagellis vulnerabatur. Ista ergo fuit patientiæ corona, quæ gloriæ meretur coronam. Vnde cuilibet nostrum ait Dominus. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitę. Tertio corona aurea in sua resurrectione, vel ascensione. Eccles. 45. Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis, gloriæ, & honoris, & opus fortitudinis omni desiderio oculorum ornata. Vnde nota, quòd gloria ęterna Christi merito per coronam figuratur, quæ est figura sphęrica, quæ finem non habet. Hæc corona dicitur aurea propter claritatem visionis, quia aurū inter cætera metalla amplioris est refulgentiæ, vt ait Greg. super illo verbo Iob. Sternet sibi aurum quasi lutum. Hæc corona aurea dicitur super mitrā eius, ad denotandum duplicem Christi dignitatem, quoniam Christus fuit rex, & pontifex summus. Corona enim significat dignitatem regiam, sed mitra pontificalem. Item hæc corona fuit expressa signo sanctitatis, quæ expressio sanctitatis multis signis apparuit in eius gloriosa resurrectione, ascensione, & Spiritus sancti missione. Hæc corona desiderio oculorum dicitur ornata, quia ex gloria Christi, nostra pendet, quia in ipso noster corporalis oculus beatificabitur, ipso patri dicente. Hęc est uita æterna, vt cognoscāt, &c. Et istam coronam gloriæ aureā meruit Iesus per suam passionem, dicente Apostolo. Videmus Iesum propter passionem mortis gloria, & honore coronatum, &c. Quarto corona lapidea, de qua nunc dicitur. *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*. Quid enim per lapides preciosos quibus fundamenta ciuitatis Hierusalem, idest, Ecclesiæ sunt constructa, nisi ipsos accipimus Apostolos? qui Christum prædicātem quasi coronam circundabant, vnde hic ait glo. *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*. Quia in principio sermonis eius, & pdicationis ambierunt eū lapides precioſi, idest, Apostoli duodecim à quibus principium prædicationis fieret. Isti sunt illi duodecim lapides pciosi, qui erant in rationali iudicij sculpti duodecim nominib. filiorum Israel, quos summus sacerdos ingressurus tabernaculum, gestabat in pectore. Quia doctor Ecclesiasticus vitam sanctorum præcedentium debet inspicere, atque doctrinam, & hæc cuncta in secreto pectoris colligere, & execurione operis prodere. Coronam verò dicit, quia docentem Christum Apostolorū circuitus tanquā corona ambiebat. Et de hoc dicitur Eccles. 50. Circa illum corona fratrum. Et Apoc. 12. In capite eius corona stellarum duodecim.

Psalm.8. — Mat.17. — Apoc.2. — Eccl.45. — Greg. 34. mor.c.7. — Ioan.17. — Hebr.7. — Apoc.21.

Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sęculum, & in sæculum sæculi.

HIc consequenter ostendit secundū donum Christi, s. q̄ habuit resurrectionis claritatem. Per vitam. n. spiritualiter dictam intellige vitam per resurrectionem factam immortalem. Quoniā præsens vita ante resurrectionem mors potius dicenda est, quàm vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quàm quædam prolixitas mortis? vt ait Greg. Et sic illa sola propriè vita dicitur, quæ morte non terminatur, s. quæ per resurrectionem acquiritur. Pater igitur Christo uitam dedit, quando per resurrectionem ipsum ad immortalem vitam perduxit. Vnde hic ait glo. *Vitam petiit à te*, idest resurrectionem. d. Pater venit hora, clarifica filium tuum. Et quòd

Vita.

quòd de immortali vita intelligat, subdit. *Longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.* Quod dicit ad differentiam dierum vitæ præsentis, qui non sũt longi, sed breues. Breues dies hominis sunt. Sed dies futuræ vitæ longitudinem habere dicuntur, quia fine carent. Longitudo dierum in dextera illius. Per dexteram accipe vitam immortalem.

Iob.14.

Prouer.5.

282 *Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam, & magnum decorem impones super eum.*

CONsequenter hic ponit tertium donum, scilicet ascensionis dignitatẽ. Vbi notandum, ꝙ Christi passio fuit meritum eius glorificationis, teste Apostolo. Factus obediens Patri vsq; ad mortẽ, propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Quamuis.n. à principio suæ incarnationis ipse habuit gloriam, tamen quia gloria eius vsq; ad resurrectionẽ mundi manifesta non erat, sed in resurrectione fuit manifestata, iõ in resurrectione gloriam dicitur accepisse. Tunc enim res dr̃ fieri, qñ innotescit. quia, si veniret occultè, non venisse diceretur. Sic licet Christus gloriosus fuerit à principio, tamen gloriã accepisse in resurrectione dr̃, quia tunc gloria eius innotuit mundo. Vnde & tũc primo dixit, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Item nota, ꝙ hic p ly *salutare* intelligitur ipsa Christi resurrectio, quia per ipsam fuit Christus à morte, & à potestate Iudæorũ saluatus. Et hoc salutare resurrectionis petebat Christus Patri dicens. Redde mihi lætitiam salutaris tui, i. in resurrectione, q̃ toti mundo fuit causa lætitiæ. Et sic est sensus iste. *Magna est gloria eius in salutari tuo*, i. in resurrectione, qua tu Deus pater Christum suscitasti, magna apparuit gloria Christi. Sed adhuc maior erit in ascẽsione, vbi super oẽs Angelos ad dexterã Patris collocabitur. Et hoc est, quod subditur. *Gloriam, & magnum decorem impones super eum*, idest, in cęlo ad dexteram tuã ipsum collocabis per ascensionem, in qua singulariter decorẽ à patre Christus recepit. Vbi nota, ꝙ secundũ Grammaticos à decet deriuatur hoc decus decoris media genitiui correpta, & est idẽ quod honor. A decet etiam deriuatur hic decor decoris, eadẽ producta, & est idẽ qđ venustas, & pulchritudo. Super Christum ergo gloria cum decore in ascensione posita fuit, quia tunc gloria Christi ab omnibus Angelis fuit honorata, & venusta, siue pulchra confessa. Et quòd istum decorem gloriæ per resurrectionem habuerit dicitur Iob. 40. ipsi Christo. Circunda tibi decorem, in sublimi erigere. Decorem sibi Christus circundedit, quia sanctorum Angelorũ choros, quos condidit in vsum sui decoris assumpsit, vt de ipso post Ascensionẽ dicatur illud Ps. 92. Dominus regnauit, decorem indutus est, &c.

Philip.2.

Psal.56.

Iob.40.

283 *Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi, lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo.*

De consec. d. 4. placuit.

HIc consequenter ponit quartum donum Christo collatum, scilicet iudicandi potestatem. Vbi nota, quòd ad iudiciariam potestatem duo spectãt, scilicet peccata punire, & præmiare merita, secundum Philosophum 5. Ethicorum, quoniam itur ad iudicem sicut ad iustum, quia iudex est quoddam iustum viuum, quod iustitiam exequitur, vnicuique dando secũdum merita sua. Principalior autem inter duas partes est præmiare bonos, quoniam hanc partem iustitia per se intendit. Punire autem malos non intendit iustitia, nisi ad finem præmiationis bonorum, scilicet vt boni tantum possint viuere, timore malorum sublato. Quia ergo q̃libet virtus à suo principaliori actu denominari debet, hinc est, quòd iudicandi auctoritas principalius à præmiatione bonorum denominatur. In vltimo ergo iudicio, quia Christus malis maledicet dicens. Discedite à me maledicti, &c. Et bonis benedicet. d. Venite benedicti Patris mei, &c. Idcirco per benedictionem intelligitur Christi iudiciaria potestas, qua bonis in iudicio benedicet. Et hanc potestatem notans Ps. de filio, patri dicit. *Quoniam dabis eum in benedictionem*, &c. idest, facies eum iudicem, vt benedictionem vltimam bonis conferat. d. Venite benedicti Patris mei, &c. In illo autẽ iudicio omnes tam boni quàm mali, iudicem Christum videbunt, quæ visio bonos lætificabit.

Potestas. iudiciaria.

dabit, sed malos turbabit, ipsorum con-E scientia hoc faciente, vt sub exemplo in dicis vitæ præsentis ostendit Greg. d. Nã cum duo ad iudicium pergunt, alius innocentiæ sibi conscius, & alius culpæ, ante prolatam sententiam adhuc tacen tem iudicem vterique conspiciunt. Et cum culpæ debitor grauem contra se iram hoc ipsum iudicis silentium suspicatur, quam iram sibi non denunciat perturbatio iudicis, sed recordatio prauitatis. Quia etsi adhuc eum foris reũ sententia iudicis non clamat, intus tamen iam grauiter conscientia accusat. At contra iustitiæ amicus iustitiæ vul-F tum conspicit, sed intus de testimonio bonæ conscientiæ hilarescit, &c. Sic in iudicio vltimo erit. Quia sicut mali videndo iudicem Christum, turbabuntur, sic & boni lætificabuntur. Et hoc est, quod dicit. *Quoniam dabis eum*, scilicet Christum, *in benedictionem in sæculum sæculi*, scilicet, ad dandum populo iusto benedictionem æternam. Et sic *lætificabis eum*, scilicet populum iustum in gaudio *cum vultu tuo*, quia scilicet iniustis apparebit iratus, iustis autem tranquillus, & lætabundus. Propter quod dicitur Prouerb. 16. In hilaritate G vultus regis vita.

Greg. 32. mor. c. 6.

284 *Quoniam rex sperat in Domino, & in misericordia altissimi non commouebitur.*

De pœn. d. 2. serpens.

HIc consequenter ponit quintum Christi donum. scilicet æternitatis firmitaté. Vbi nota, quòd inter alias virtutes spes animum non solum in aduersis fortificat, sed etiam in Deum animum firmat. d. In te, Domine, speraui, non confundar in æternum. Qualiter au tem spes fuerit in Christo, notandum, H quod spes aliquãdo stat pro expectatione, quandoq; pro confidentia. Pro expectatione sic est virtus Theologica, qua æterna expectantur præmia. Et sic dicit Magister, q; spes solum est de rebus futuris, & ad Deum pertinẽtibus. Et tunc secũdum Grammaticos dicitur spes quasi pes, quia sit quasi pes progrediendi vlterius, & ad futura bona perueniendi, sic & desperatio dr̃ quasi sine pede, quia desperans nõ habet pedes, quibus ad æternam vitam se proficisci credat. Et isto modo de spe loquitur Apostolus Manẽt autem tria hæc spes, fides, &c. Et isto mõ do rex noster Christus non sperauit in Domino, quia in primo instãti suæ creationis, fuit in termino & beatus. Quandoque vero accipitur pro confidentia, & sic sperare in aliquo idem est quod cõfidentiam habere in illo, vt mundani sperant in diuitijs. Sperauit in multitudine diuitiarum suarũm, &c. Sed boni solum in Deo non in se, non in temporalibus confidunt, sic etiam dicitur Psal. 61. Sperate in eo omnis congregatio populi, &c. Et istam spem Christus vt homo habuit, quia totam suam virtutem vt vere humilis Deo attribuebat, non sibi. Et iõ dicebat. Tu, Domine, singulariter in spẽ cõstituisti me. Ad propositum ergo ostẽdens Psal. causam quare Christus, & in se, & in suo corpore habet æternitatis beatitudinis firmitatem, hic dicit, quòd causa est, quia non in se sperauit scilicet, vel confidit, sed in Deo. d. *Quoniam rex sperat in Domino, & in misericordia altissimi*, & hic est punctus. Et ideo in æternũ *non commouebitur*. s. à beatitudine, sed stabilis erit. Sic enim dicebat Ps. 124. Qui confidunt in Domino, sequitur. In æternum non commouebitur.

Psal. 30. Spes. Christus.

Magister li. 3. d. 36.

1. Cor. 13.

Psal. 51.

Psal. 61.

Psalm. 4.

285 *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.*

COnsequenter hic ponit Christi imperium in subiectione, & punitione inimicorum. Et diuiditur in partes quatuor. Quia primo ponit malorum pœnam infernalem, secundo ipsorum ostendit culpam criminalem, ibi. *Quoniam declinauerunt in te mala.* tertio ipsorum ostendit pœnam temporalé, ibi. *Quoniam pones eos dorsum*. quarto ipsi concludit gloriam triumphalem, ibi. *Exaltare, domine.* Prima pars diuiditur in tres. Vbi sciendum, quòd mali in inferno duplici pœna puniuntur. s. pœna sensus, & pœna damni. Primo ergo ponit Christi potestatem iudicandi. Secundo malorum pœnã sensus, ibi. *Pones eos vt clibanum ignis.* Tertio ipsorum pœnam damni, ibi. *Fructum eorum de terra perdes.* Quantum ad primum ostendens Christi potestatem iudi-

Pœna duplex.

Pœnitentia. iudicandi malos, quam, si nullus euadere potest, dicit. *Inueniatur*, &c. Vbi notandum, quod pœnitentiæ tempus est vsque ad vltimum articulum vitæ præsentis, de pœn. dist. 7. Nemo. Et in toto isto tempore per pœnitentiam à nobis Deus potest per gratiam, & veniam inueniri. Sed post hanc vitam nullus per pœnitentiam Deum potest inuenire, sed sine pœnitentia decedentes à Deo per pœnam inueniuntur, quia tanta est manus eius potestas siue dextera, quod nullus ipsam euadere potest, vt ostendit Greg. Quia in hac vita expectat Deus peccatores, vt conuertantur, & per pœnitentiam inueniant ipsum, quos si non conuertantur, fortius damnet, vt ostendit Greg. Et hoc est quod dicitur Esaia 55. *Inuenire.* Quærite Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum propè est, quasi dicat. In uita præsenti propè est pœnitentibus, sed non in futuro. Et hoc intelligit *Manus Filius Dei.* præsens versus. Cuius prima pars accipitur de uita præsenti, & secunda pars de futura, vnde de uita præsenti dicit, *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis*. Per manum accipe ipsum Dei filium, quia per ipsum sicut per manum pater omnia fecit. Cuius incarnationem sub nomine manus Psal. petebat alibi. d. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me. Est ergo sensus. Præsens tempus pœnitentiæ ideo est ordinatum *ut inueniatur manus tua*, id est, vt inueniri possit filius tuus per pœnitentiam, *omnibus*, i. ab omnibus, *inimicis tuis*, scilicet, ab omnibus peccatoribus. Quoniam vt *Sap. 6.* dicitur Sapient. 6. Facile inuenitur ab omnibus, qui quærunt illum, scilicet in præsenti vita. Et consequenter de futura vita dicit. *Et dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt.* Per dexteram accipe virtutem Christi, & potestatem bonorum præmiatiuam, & punitiuam malorum. Est enim dextera Christi quandoque potentia præmiatiua bonorum. *Psal. 117.* Exod. 15. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Quandoque vero punitiua malorum. Dextera tua, Domine, percussit inimicum. Accipiendo ergo dexteram pro potentia Christi malorum punitiua dicit. *Et dextera tua inueniat*, scilicet in futuro. *Omnes qui te oderunt*, scilicet, omnes illos puniendo, qui in præsenti per pœnitentiam te inuenire noluerunt. Si autem accipias dexteram pro potentia præmiatiua, tunc est sensus quod omnes Christi inimicos, qui scilicet eum per pœnitentiam inuenerunt, ipse in futuro dextera sua inueniet eos, ipsos scilicet beatificando, & in iudicio ad dexteram suam collocando, sic. n. dicitur cap. 5 Dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, Dñs in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

286 *23. quæst. 4. quid faciet*

Consequenter hic ponit malorum pœnam sensus, vbi sciendum, quod mali in inferno duplicem pœnam sensus habent, s. interiorem, & exteriorem. Nam *Duplex pœna sensus.* interius habent vermem conscientiæ, qui comburit mentem, sed exterius habent ignem gehennæ, quo cruciabuntur in corpore, pœna interior per clibanum signatur, sed exterior per deuorationem ignis. Vnde ista verba ad propositum exponens Greg. Sciendum vero est, quòd omnes reprobi quia in anima simul, & corpore peccauerunt, ideo in futuro in anima pariter, & corpore cruciantur. Vnde & per Psal. dicitur. *Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.* Clibanus namque intrinsecus ardet. Is vero, qui ab igne deuoratur, ab exteriori incipit parte concremari. Vt ergo sacra eloquia ardere interius, & exterius reprobos denunciét, eos & ab igne deuorari, & sicut clibanum poni testantur, ut per ignem crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente. Vel secundum gl. Clibanus ignis significat pœnam, quam hic peccantes habent ex remorsu conscientiæ, sed ignis deuoratio, pœnam ignis, quam patientur in futuro, vnde sic exponitur. *Pones eos vt clibanum ignis*. i. ardentes intus in conscientia impietatis suæ. Et hoc *in tempore vultus tui*, i. in tempore manifestationis tuæ, quando scilicet peccatori peccatum suum fit intus manifestum. Deinde de pœna futura. d. *Dominus in ira sua*, &c. id est, post in sequenti iudicio, vbi Dominus malis irasci videbitur. *Conturbabit eos*, quando scilicet dicet. Ite maledicti, &c. Et mox *deuorabit eos ignis*, scilicet infernalis,

Greg. 15. mor. c. 14. Psal. 20.

Clibanus ignis.

causa huius. Et hoc est, quod dicit quare ita punientur Iudæi: Respondet, *Quoniam declinauerunt in te mala*, idest, sua mala, quæ timebant, retorserunt in te. Et sic cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Si autem accipiatur de malo culpæ: etiam sic mala declinauerunt in Christum: quando scilicet peccata sua Christo imponebant, vt quando ei dicebant. Dæmonium habes, &c. Consulentes per istas tales infamationes nomen, & fidem Christi delere, sed talia consilia non potuerunt stabilire, quia scilicet contrarium consilij ipsorum euenit, quia quanto plura peccata Christo imponebant, tanto amplius Christi fama per eius patientiam clarior reddebatur: vnde merito Iudæis poterat dicere. Vos cogitastis de me malum, & Deus illud vertit in bonũ. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, in ira molesti erant mihi.

Ioan. 8. *Gen. 50.* *Psal. 54.*

289 *Quoniã pones eos dorsum, in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.*

6. q. 1. quiescere.

Iudæorum pœna.

HIc consequenter ponitur ipsorum pœna temporalis. Vbi nota, quod notabilior pœna Iudæorum ex Christi morte est ipsorum fuga: qua vsq; hodie sunt per mundum dispersi, & fugitiui: Quia dum exercitus Romanus per Titum, & Vespasianum ipsos inuaderet, illi statim hostibus non resistentes, dorsa verterunt, arripere fugam cupientes. Qui enim fugit persequentem, ei dorsum vertit. Hanc ergo pœnam prænuncians Psal. de Iudæis dicit. *Quoniam pones eos dorsum*, scilicet, vertentes hostibus suis. Quod ideo eis accidit: quia ipsi faciem auerterunt à Christo, qui est verum Dei templum, & ei dorsum verterunt, eius mandata spernendo. Erãt dorsa habentes contra templum. Vnde merito tunc exercitus Romanorum de Iudæis poterat dicere illud Psal. Inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me, &c. Sed quia quamuis Iudæi sic à Christo fuerint auersi, dorsa vertentes, & ipsum nolentes per faciẽ videre, s. cognoscere, tamen in fine mundi Iudæi reuertẽtur ad Christum, & ad fidem eius. Et sic cognitionem, quam Prophetæ de Christo prædixerunt, habebũt reliquiæ Iudæorum, idest, relicti ex Iudæis, qui in

Ezech. 8. *Psal. 17.*

A fine inuenientur. Et hoc est, quod dicit. *In reliquijs tuis præparabis vultum eorum.* Per vultum accipe cognitionem. De vultu tuo iudicium meum prodeat, idest, de secreto cognitionis, & scientiæ tuæ.

Psal. 16.

Exaltare, Domine in uirtute tua; cãtabimus, & psallemus uirtutes tuas.

290 *15. q. 1. reuertimini.*

COnsequenter hic ponit Christi gloriam triumphalẽ. Iudæi enim Christum cogitabant persequendo deprimere, & ipsum occidendo, fidem eius delerẽ, sed totum oppositũ euenit, quia per crucis exaltationem per totum orbem B adoratur, & eius fides dilatatur. Quia ante exaltationem crucis solum in Iudæa notus erat Deus, sed per crucis mysteriũ colitur vbique, ipso dicente. Ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum, i. ex omni genere hominũ conuertam ad fidem. Et hoc prænuncians Psal. Christo dicit. *Exaltare, Domine in virtute tua.* Sed quæ fuit virtus, per quam fuit exaltatus; nonne humilitas? Per hanc enim uirtutem exaltatus fuit in cruce, & per fidem in toto orbe. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem crucis: propter quod C & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, &c. Et quòd propter illam crucis exaltationem per fidem in cordibus hominũ fuerit exaltatus, ideo subditur. *Cantabimus, & psallemus virtutes tuas*, scilicet nos corde, & opere fidẽ tuam cãtantes. *Psallemus uirtutes tuas*, idest, nota faciemus mirabilia tua. Istum textum exponit glossa, nõ de exaltatione crucis sed resurrectionis, quia, sicut Christus fuit depressus per mortem, sic exaltatus fuit per resurrectionem, quia tunc possessionem hæreditatis Gẽtium D accepit sibi à principio de iure debitã, & enim dicitur Psal. 36. Expecta Dominum, &c. Et exaltabit te vt hæreditate capias terram, &c. Alij hoc exponunt de exaltatione ascensionis, per quã Spiritumsanctum Apostolis misit, per quẽ mirabilia Dei per totum orbem prædicauerunt. De quã Psalm. Exaltare super omnes cœlos Deus, & super omnẽ terram gloria tua. Alij exponunt de exaltatione, qua omnibus exaltatus in sede maiestatis suæ apparebit in iudicio, de qua

Ioan. 12. *Phil. 2.* *Psal. 107.*

qua Esa.2. Exaltabitur Dñs solus in die illa. Hic moraliter potes notare, ꝙ cantus est multiplex, vt in digitis canere.

PSAL. XXI.

291 **D**Eus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorũ meorũ.

HIc Psal. talem habet titulum, *In finem Psal. Dauid pro susceptione siue pro cerua matutina*. Ad euidentiam istius tituli, notandum, quod iste Psal. ad literam exponitur de Christo. Sic qđ Psal. spiritu prophetico assumptus præuidens, quæ circa Christum erant futura in persona Christi loquitur Deo Patri. *Deus Deus meus*, &c. Et hoc probatur multipliciter. Primo per verba Christi, qui in cruce positus principium istius Psal. patri ꝑtulit dicẽs. *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Per hoc ostendẽs, qđ iste Psal. ad litteram de ipso fuit factus. Itẽ patet ex eo: nã Euangelistæ dñt litterã istius Psal. de Christo dictã, nam Mat. 27. dr̃ & Ioan. 19. quod acceperunt vestimẽta eius, & fecerunt quatuor partes vnicuiq; militi partem, & tunicam. Erat aũt tunica inconsutilis, &c. Dixerunt ergo adinuicẽ. Non scindamus eã, sed sortiamur, &c. Vt scriptura impleretur, scilicet, istius Psalmi, d. Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem, &c. Item ex alio, nam Apostolus Paulus partem istius Psal. & per consequens totum allegat de Christo, dicens de credẽtibus in Christo. Non confunditur fratres eos vocare, s. Christus, dicens in Psal. Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Item pp hoc quidã, qui istum Psal. dixit exponendum ad litterã de Dauid posito in persecutione Saulis, & non de Christo, fuit condemnatus in concilio Toletano. Exponendo ergo, istum psalmum de Christo pro intellectu tituli notandum, ꝙ *susceptio matutina*, hic accipitur pro Christi resurrectione, quæ mane facta est, cùm tenebræ adhuc essent, quando humana natura in gloriam suscepta est. Et hoc dicitur à simili solis, qui paulatim ascendendo assumitur, donec vbique clarescat. Sic Christus de passione ad resurrectionẽ, inde in cęlum ad dexteram patris ascendit. Vnde misso in Apostolos Spiritusancto, mundum fidei radijs illustrauit. Et notandum, quòd iste titulus agit de resurrectione Christi, de qua tamẽ non agit Psal. sed de passione. Ideo sciendũ, quòd quicunque loquitur de resurrectione Christi, etiam agit de passione, posteriora enim præsupponunt priora. Cùm ergo resurrectio Christi mortem eius necessariò præsupponat, agens de resurrectione, consequenter de passione agit, sicut cum de aliquo dicitur, ꝙ est manumissus, statim ex hoc intelligitur, quòd fuit seruus. Quia autem alij habẽt in titulo *pro cerua matutina*: quod tamen idem est. Cerua enim intelligitur humana Christi natura, quæ ad modum ceruæ agilis lutum, & spinas peccatorum transilit, & mane in altum est assumpta per gloriã resurrectionis. Quia sicut cerua de nocte latitat in cubili suo, à quo mane prosilit apparens in manifesto, sic Christi humanitas in triduo suę mortis latuit quasi in cubili, scilicet corpus in sepulchro, sed anima in limbo. Mane autem tertiæ diei resurgens apparuit Magdalenæ, & alijs discipulis in manifesto. Consuetudo namque est scripturæ nomina diuersarum rerum secũdum earum proprietates sanctis assignare, Sic enim Genes. 49. dicitur Nephtalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. Est ergo sensus tituli iste. Psal. iste *in finem*, scilicet nos dirigens, qui finis est Christus, est *ipsius Dauid* effectiue qui agit *de susceptione matutina*. idest, de resurrectione facta mane, vel *de cerua matutina*, quod idem est. Sic ergo intelligendo istum Psal. de duobus principaliter agit; scilicet primo de Christi passione, secundo de Christi resurrectione. ibi. *Tu autem, Domine ne elongaueris auxilium tuum à me*. Quantum ad primam partem circa Christi passionem duo ponit. s. primo ostendit qualiter à Iudæis fuit derisus, ibi. *Ego autem sum vermis*, secundò qualiter per passionẽ fuit flagellatus, & afflictus, ibi. *Quoniã tu es, qui extraxisti me*. Quantum ad primũ sciendum, ꝙ tanta est vnio Ecclesiæ capitis, scilicet qđ est Chr̃s, & corporis, qđ est fidelium

Marginalia: Hebr. 2. Psal. 21. Resurrectio Christi. Cerua. Psal. 41. Gen. 49. Caput ecclesiæ. Corpus ecclesiæ. Mat. 25.

delium vnio, quòd illa, quæ non conueniunt propriè capiti, sed corpori, caput sua reputat, sicut ipse ait, Quod vni ex minimis meis fecistis, &c. Sic & multoties ipsum caput causam corporis agens loquitur non pro se, sed pro suis. Et sic in proposito Christus hic assumit causam generis humani, & ipsam patri offert. Et diuidit in partes tres. Quia Christus pro nobis primo Patri proponit quæstionem. Secundo patri porrigit orationem. ibi. *Deus meus, clamabo.* Tertio patris cōcludit exauditionem ibi *In te sperauerunt patres nostri.* Quantum ergo ad primum causam nostram patri proponēs dicit. *Deus, Deus meus, &c.* Vbi primo notandum hoc, quòd hic dicitur. *Respice in me*, non habetur in Hebræo, neq; in translatione Hieronymi iuxta Hebraicam veritatem, sed à septuaginta interpretibus fuit appositum, qui magis sensum quam verba imitabantur. Et hinc est, quòd quando Christus in cruce ista verba protulit, illum verbum omisit, d. Deus, Deus meus, quare me dereliquisti? Et non dixit. Respice in me. Item notandum, quod, vt dicitur à multis, Christus in cruce alta voce hunc Psalm. incepit, & postmodum submissa voce prosequutus est totum Ps. & alios nouē sequentes. s. vsq; ad Ps. 30. In te Domine, speraui, quando autem fuit ad illum locum. In manus tuas, &c. tunc illū versiculum alta voce protulit, & sic spiritum emisit, propter quod isti decē Ps. vocant Ps. passionis, idest a Christo in sua passione dicti, & sunt magnæ deuotionis, qui in passionibus, & aduersitatibus debitè dicti, magnam habent virtutem. Sed forte dices, fuit ne Christus verè derelictus a patre, cum esset verbum patris? Ad hoc multę sunt opiniones. Prima est opinio, d. quòd in morte Christi diuinitas a Christo fuit separata. Et hoc probant auctoritate Ambrosij, quam opinionem cum ratione ponit Magister, d. de illis. Adducunt enim auctoritatis testimonium. Ambrosius enim tractans de Christi derelictione, qui in cruce clamās voce magna dicit. *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* ait, Clamat homo separatione diuinitatis moriturus. Nā, cum diuinitas à morte libera sit, vtique mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet, quia vita diuinitas est. Hic videtur tradi, quòd diuinitas separata sit in morte ab homine, quæ nisi discessisset, homo ille mori non posset, quod illi ad carnē referunt, quam dicūt a Deo separatam. Isti opinioni respondit Magister arguēs contra eam, d. Quibus respondemus illam separationem sic esse accipiendam, sicut intelligitur derelictio, quæ illis verbis significatur. *Vt quid me dereliquisti?* Quando igitur Christus derelictus est à patre, cum in cruce se derelictum clamabat à patre, non recesserat Deus ab homine, ita quod soluta esset vnio Dei, & hominis, alioquin fuit quoddam tēpus, quo Christus adhuc homo viuus erat, & non Deus, quia adhuc viuus se derelictū clamabat, & non derelinquendum, sed quis hoc dicat? Secunda opinio est, quod Christus illa verba dixit, ut se verum hominem ostenderet, qui mortem naturaliter refutaret, vnde Beda super Marcum, d. Hoc verbum Christi dicentis pātri. *Vt quid dereliquisti me*, corporalis vocis erat proprium, quia solet secundum naturam corpus nullatenus velle à coniuncta sibi vita fraudari, & sic hic saluator corporis naturam ostendens loquitur vt homo. Tertia opinio est Theop. quod hic Christus loquebatur in persona populi Iudaici, de quo erat secundum carnem natus, qui pp peccata sua in tantū erat derelictus à Deo, vt permitteret eū tm̄ peccatum committere, quod suū filium crucifigeret vnigenitū, vnde sic ait Theophil. Hoc de Iudæis dixit, quasi ipse secūdum carnem Iudæus existens. Ac si patri diceret, vt quid Hebraicū populū dereliquisti, vt tuū crucifigeret filiū? Quarta opinio est, quod loquebatur in persona totius generis humani, propter peccatū à Deo derelicti, quasi Patri, d. Vt quid dereliquisti genus humanū propter peccatum? nā ex illa derelictione vt eos redimā modo me talia oportet sustinere, vnde Orig. Videns Christus peccata hominum, pro quibus patiebatur, ait. *Quid me dereliquisti?* Et istā opinionem ponit hic Magister in gl. d. Qui Christus Patri dicit, *vt quid dereliquisti me?* cum Deus esset cum eo, non. n. dereliquerat illum Deus, cum esset verbum Dei, sed Deus pro nobis hoc dicit, qa in eo sumus vnū vt mēbra, & sum⁹ corpus eius, corpus. n. Christi,

Declaratio. Christus. Quæstio.

Mag. lib. 3. dist. 21.

Ambrosius

Nota.

Christi Ecclesia, pro qua hoc dicit Quinta opinio est Magistri. Quod ideo Christus in cruce se à Patre derelictum clamat, quia in potestate persequentiũ positus erat, nec Patris virtus eum defendebat, vnde sic ait ibi Magister. Fatemur Deum quodãmodo in morte illum hominem deseruisse, qui potestati persequentium eum exposuit ad tempus, non suam potestatem exercẽdo, istum defendit, vt non moreretur. Separauit se diuinitas, quia subtraxit protectionem, sed non soluit vnionem. Separauit se foris, vt non adesset ad defensionem, sed non intus defuit ad vnionem. Si ibi non cohibuisset potentiam, sed exercuisset, non moreretur Christus. Mortuus igitur est Christus diuinitate recedente, idest, effectum potentiæ defendendo, non exhibente. Et hæc opinio communior est. Et ad istum sensum facit litera sequẽs. *Longè à salute mea*, quasi, d. In hoc me dereliquisti, quia longè est à salute mea, s. corporali, quia me manibus Iudæorum exponis vt tolerem mortem. Et sic hic est punctus. Sequitur *Verba delictorum meorum*. Duo enim verba dixit, scilicet *quare me dereliquisti, & longè à salute mea*. Ista duo verba fuerunt, non verba iustitiæ, sed verba delictorum. q. d. respondendo dictæ interrogationi. Ideo me dereliquisti, & longè es à salute mea. Ista sunt *verba delictorum*, idest hoc facis propter peccata eorum, scilicet humani generis, & veritatem corporis, & capitis, quia delicta nostra sua dicit, vel etiam quia ipsa in corpore suo portauit, vnde. 1. Per. 2. peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum crucis, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus, &c.

Mag. lib. 3. dist. 21.

292 *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi.*

VBi nota, quod Christus tempore suæ passionis orauit ad patrem de nocte, & de die. In nocte enim orauit patrem in horto, vt calix passionis transiret ab eo. In die autem, quando existens in cruce circa horam nonã clamans dixit, hely, hely, &c. In hoc. n. ꝙ patri per modum querelæ se derelictũ dicebat, orabat, vt ipsum saluaret à morte, vt habetur ex dictis Apostoli. d. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad Deum, qui posset illum à morte saluum facere. Sed hic est dubiũ, cum omnis Christi oratio fuerit exaudita, vt dicit Magister. Ipso etiam Christo. d. Io. 11. Pater, ego sciebã, quod semper me audis. Quomodo ergo hic dicit Christus, *Clamabo, & non exaudies*? Respõdeo, ꝙ duplex fuit Christi oratio, s. quædam ex voluntate deliberata procedens, & talis semper fuit exaudita, quædam vero per modum affectionis, & sensitiuæ partis, & ista nõ semper fuit exaudita, quia ipsam sensualitatem naturaliter mortẽ abhorrentem, rationi subdebat. d. Non mea voluntas, sed tua fiat. Vel aliter secundum Magistrum in gl. Hic loquitur Christus in persona corporis sui, quod est Ecclesia, quæ non semper exauditur ad votum, sed ad vtilitatem, sicut nec infirmus à medico. Vnde sicut dicit Magister, hoc de corpore suo dicit Christus, qui corporis sui, i. ecclesiæ hic gerebat personam, sicut & alibi, cum dicit. Transeat à me calix iste, pro nobis loquitur. Nisi forte putetur timore mortis suæ illud dixisse. Sed non verè timebat dominus pati, tertia die resurrecturus, cum Paulus desideraret dissolui, & esse cum Christo. Non est enim fortior miles quã imperator, sufficit enim seruo, vt sit sicut dominus eius. Miles ergo coronandus gaudet mori, & dñs coronat⁹ timet mortem? sed infirmitatem nostram repræsentans pro suis infirmis, qui timent mori, hoc dixit, illorũ. n. vox erat, sic hic, vox membrorum est, nõ capitis. *Clamabo per diem, & non exaudies*, quia multi clamãt in tribulatione, & non audiuntur ad voluntatem, sed ad salutem. Sic medicus non ad voluntatem ægri agit, sed ad sanitatẽ. Sed nunquid Christus vere timuit mori, cũ prædicta glo. oppositum videat velle? Respondeo quod Christus ex necessitate conditionis mortem nõ timuit, quia necessitate non subiacuit illi defectui, quia sine vitio, & peccato erat, tñ verum timorem mortis habuit, & si non necessitate, tñ voluntate miserationis illos defectus assumpsit pro nobis. Et hoc quod non fuit exauditus, ad vtilitatem fuit, pp quod subditur. *Et non ad insipientiam mihi*, quasi dicat. Hoc, quod nõ sum exau-

Hebr. 5.

Ioan. 12.

Mag. lib. 3. dist. 17.

Timor Christi mors.

Quæstio.

exauditus, nō contingit mihi ad insipiētiam, sed apparuit magna virtus, & sapiētia eius. Quia .s. alta Dei sapiētia in hoc fuit mūdo manifestata, quia mors Christi fuit conuenientissimus modus redemptionis humanæ, vt sic .s. homo pœnam solueret, qui debebat, & Deus redimeret, qui poterat. Et per istum modū .s. redemptionis per passionē, ipse Christus, vt dicit Apostolus, Factus est nobis sapiētia à Deo, sanctificatio, & redemptio. Si autem hic Christus loquatur in persona membrorum, hoc quod clamantes non exaudiantur, ut petunt, non est eis ad insipientiam, sed magis ad vtilitatem. Sicut quòd infirmus nō exaudiatur à medico, non imputatur insipientiæ infirmi, sed ad vtilitatem. q. d. Etsi non exaudit ad uolūtatē, tñ exaudiuit ad vtilitarem.

1.Cor.1.

293 *Tu autem in sancto habitas, laus Israel.*

Hic ostendit, quòd Deus siue clamātem audiat, siue non, tamen semper bene facit, etsi hoc à nobis non intelligitur. *Tu autem in sancto habitas*, i. in sanctitate semper manes, & omnia sancte, & ordinatè facis, etiam si nobis ignorantibus aliter esse videatur, quasi dicat. Etsi aliquando sanctos non audis clamantes ad te, vt Paulū, tn hoc ad sanctitatem ipsorum disponis. Etsi aliqn malos ad eorum damnationem audis, vt fecisti concedens dæmoni tentare Iob, tu hoc ad tuorum sanctitatē disponis, quia tu .s. in sancto habitas, i. cuncta sanctè disponis. Tu dico, qui es *laus Israel*, quasi dicat. In hoc laudaris ab illis, qui te vident, & cognoscunt. Nam Israel videns Deū interpretatur, quia illi, qui sunt Israel, qui .s. bonitatem tuam agnoscunt, in oībus his te laudant. Et sic es laus eorum, dum ab illis laudaris, & in omnib. illis es laudabilis. Sicut .n. Deus in illis habitat, quia tu in sancto habitas, sic & illi in Deo habitantes ipsum laudant. Beati, qui habitant in domo tua, domine, in sęcula sęculorum laudabunt te.

Sanctus.

Psal.83.

294 *In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt, & liberasti eos.*

Consequenter hic ponit Dei exauditionem, ostendens, quod omnes deuote clamantes exaudit, etsi nō ad votum, tamē ad vtilitatem, probat per exēplum. d. *In te sperauerunt patres nostri*, s. antiqui, & *liberasti eos*. Vt patres nostros in Aegypto ad te vociferātes audisti, & liberasti eos de seruitute Pharaonis. Tres pueros in te sperantes liberasti de camino ignis ardētis. Danielem iustum in te sperantem liberasti de lacu leonū. Susannam in te sperantem liberasti de falsa criminatione, & à sentētia mortis. q. d. Si ergo patres nostros in te sperantes liberasti, vnde est, q nos Christianos modo clamantes non audis? q. d. Sciant omnes Christiani Christum inuocātes, q sicut antiquos patres exaudiuit, ita & modo omnes in ipsum sperantes exaudit, etsi non ad uotum, tamen ad vtilitatem. Et hoc idem alijs verbis replicando confirmat, dicens.

Oratio. Exaudire.

Exod. 14. Dan. 3. Dan. 14. Dan. 13.

Ad te clamauerūt, & salui facti sūt, in te sperauerūt, & nō sunt cōfusi. 295

Vnde hic vult arguere per locum à minori. q. d. Oīa veteris testamenti erāt in figura nouæ legis datæ per Christum. Si ergo antiquos patres, qui figurā Christianorum gerebant, sic affectuose clamantes audiebas, & sperantes in te liberabas, de quo minus videtur quam de nobis, sicut minus est figurà quàm veritas, quanto magis hos clamantes, & sperantes in te exaudiendo liberabis? vnde de suis fidelibus dicit Christus. Quoniā in me sperabit, & ego liberabo eum, cū ipso sum in tribulatione, eripiā eū, &c. vbi glo. q. d. Christus. Etsi in me sperantem, & clamātem ad votum non audio, tñ iā sum cum ipso in tribulatione, non ergo timendum est in tribulatione, etsi non eripieris, qñ vis, nō iō putes te deseri. Eripuit tres pueros de igne, sed qui illos eripuit, nunquid martyres deserit? absit, sed tres pueros liberauit corporaliter, ut confundārur infideles, sed martyres liberat spūaliter, vt imitētur fideles.

Clamare.

Psal.90.

Ego autem sum uermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. 296

Hic consequenter ostendit qualiter Christus à Iudæis fuit derisus. Et tria facit, quia primo ostendit derisionis graui-

grauitatem, secundo deridentium quantitatem, ibi. *Omnes videntes me.* tertio derisionis qualitatem, ibi. *Sperauit in domino.* Quantum ad primum sciendum, quod tanto derisio alicuius est maior, quanto maior est dignitas eius, & etiam quanto validiori modo deridetur. Et sic Christus volens ostendere grauitatem suæ derisionis, primo ponit suam dignitatē, secundo suam abiectionē, ibi. *Opprobrium hominum.* Ponens ergo suam dignitatē, de se dicit Christus. *Ego autem sum vermis, & non homo.* Hic enim Christus modo in propria persona loquitur. Vbi notandum, quod uermis tres habet conditiones, quibus triplicem Christi significat dignitatem. Primo nāq; vermis sine commixtione sexuum nascitur. Et in hoc significat dignitatem generationis Christi, qui sine virili semine natus est de virgine. Secundo vermis est esca, qua hamo capitur piscis. Et in hoc significat dignitatē Christi passionis, qua diabolus fuit captus. vt ostendit Greg. d. Quis nesciat, quòd in hamo esca, vel uermis ostenditur, & aculeus occultatur? Vermis, & esca, prouocat, ut aculeus pungat. Dominus itaque noster ad humani generis redemptionem ueniens, uelut quendam de se in necē diaboli hamum fecit, assumpsit enim corpus, ut in eo diabolus escam suæ carnis appeteret mortē, quā mortem dū in illo iniustē appetijt, nos, quos quasi iustē tenebat, amisit, &c. Et quia dulcedinem vidit in carne, & aculeum diuinitatis non aspexit, ideo diabolus deceptus fuit, propter quod dicitur Iob 24. Dulcedo illius vermis. Tertio uermis cum tāgitur, mollis est, & tener, sed cum tangit durus existit, sic & Christus cum tangit. i. offenditur, mollis est, quia in præsenti semper remittere paratus est, sed cum tangit ipse in futuro, durus est puniēdo, ut nullo modo amplius placari possit. Ex quibus apparet, quod uermis nomine Christus significatur, unde de ipso dicitur. Noli timere, uermis Iacob, unde ait gl. hic. Excellētiā suam hic notat Christus cum dicit. *Ego autem sum vermis.* quia sine uirili semine natus sum de uirgine, ut essem ultra homines in homine, unde subdit. *Et non homo,* s. tantum, quia etiam Deus sum, ideo cū dixisset sum uermis, addidit, & non hō, ut di-

Vermis Christus.
Vermis tres conditiones
Greg. 33. mor. c. 10.
Iob 24.
Esa. 41.

E stinctionem notaret, quā quis est homo, & non uermis? sicut quilibet per concubitum generatus, aliquis autem homo, & uermis: sicut Adam, qui de semine uiri non fuit, ideo fuit uermis, sed homo tantum, Christus autem uermis est, & homo, sed non homo tantum, quia etiā erat uerbum patris æternum. Et tamen non obstante tanta dignitate, à Iudæis fuit derisus, & uilipensus, unde subdit. *Opprobrium hominum, & abiectio plebis,* scilicet factus sum. Fuit enim Christus opprobrium hominum factus in sputis, colaphis, & spinis. Psal. 108. Ego factus sum
F opprobrium illis, uiderunt me, & mouerunt capita sua. Et non solum fuit opprobrium hominum, sed etiam abiectio plebis, & quando? quando plebs Barrabam elegit, & ipsum Christum abiecit. Ecce ergo quanta fuerit grauitas derisionis Christi, quam Christus ideo narrat, ut uel sic superbia hominis Deum humilē imitetur, ut sic dicit Magister in gl. unde Christus merito dicit. Factus sum in derisum tota die, omnes subsannabāt me.

Hier. 20.

Omnes uidentes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, et mouerunt caput. 297

G Hic consequenter ponit deridentiū Christum quantitatem. Quia scilicet *omnes videntes me,* &c. ut exponatur *omnes,* s. mali. Quia certum est, quod multi iusti Christo compatiebantur, nec illum deridebant, uel accipe *omnes* pro generibus singulorum, s. omnes tam de maioribus quàm de minoribus, tam de sacerdotib. quàm de popularibus, unde glo. Deridebant eum principes, cū eis locuti sūt labijs, quia prætereuntes blasphemabant eum. Matth. 27. *Et mouerunt caput,* scilicet minantes, quia blasphemabant eum mouentes capita sua, & d. Vah qui
H destruis templum Dei &c. Matth. 27. Vnde hic notat Chrisostomus ad Iudæorum crudelitatem, quia non fuerūt contenti Christum crucifigere, sed etiā cū ipsum denudassent, & crucifixissent, ultra procedunt, quia in crucem nudum uidentes affixum, exprobrabant ei, d. Vah, qui destruis templum Dei. Vah. n. est interiectio, quæ aliquando denotat gaudium, unde de equo dicitur, ubi audierit buccinam, uah. Quandoq; uero significat derisionem sicut hic, unde Remigius

Mat. 27.

Iob. 39. migius dicit, quod vah est interiectio insultantis siue irridentis.

298 *Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eũ.*

HIc ponit consequenter derisionis qualitatem. Hic enim ostenditur quid deridendo Christum dicebant, scilicet *sperauit in domino*, &c. Ista enim verba Christo ironicè improperabãt, quasi dicat. Ipse se dicebat sperare in domino: *Eripiat eum*, scilicet de manibus nostris, *saluum faciat eum*, &c. quasi, ex hoc arguentes Christum fuisse fallacem, quia omnis, qui verè sperat in domino, dominus iuuat, & liberat eum de manibus inimicorum. Ergo quia istum non liberat de manibus nostris, signum est, quòd ipse non sperabat in domino, vt dicebant, quoniam vt scribitur Dan. 13. Saluat sperantes in se. Ad litteram enim talia verba insultantes Christo in cruce existenti dicebant principes sacerdotum illudentes cum scribis, & senioribus. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, confidit in Deo, liberet eum nunc si vult, quæ omnia formaliter præuidens Psal. d quod ipsi dicunt. *Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum. Et ly quoniam* stat pro si, *quoniam vult eum*, idest, si vult eum saluum facere. Per hoc ergo probare conabantur, quòd Christus iustus nõ erat, nec verè in Deum sperauerat, quia, si verè sperasset, Deus ipsum liberasset, iuxta illud psal. Quoniam in me sperauit, & ego liberabo eum, &c. Sed hoc nõ valet, quia ista liberatio sperantiũ in se, non intelligitur de liberatione corporali, sed magis de spirituali, & æterna. Nonne Abel iustus fuit, & sperauit in domino, à fratre tamen suo fuit occisus? Nonne Esaias, & tamen fuit secatus? Nonne Hieremias, & tamen fuit lapidatus? & sic de alijs. Vnde istud ipsorum argumentũ deridens Chrys. dicit. O insensati Iudæi, nunquid prophetæ, quos occidistis, iusti erant & in domino sperabant, & tamen ipsos Deus à periculis non eripuit? Si autem illorum gloriæ non obfuit, quòd ei pericula induxistis, multo magis in isto non oportebat vos scandalizari, quoniã per ea, quæ nobis prædixerat, hanc vestram semper remouebat suspicionem.

Spes. Christus.

Dan. 13.

Mat. 27.

Psal. 90.

Chrysost. in homil.

A *Qm̃ tu es, qui extraxisti me de vẽtre: spes mea ab vberibus matris meæ in te proiectus sum ex vtero.* 299

HIc cõsequenter ostendit qualiter per suam passionem Christus afflictus fuit, & passus. Et duo facit. quia primo describit naturam, secundum quam passus est. Secundo ostendit modum per quem est passus, ibi, *Circundederunt me vituli multi*. Quantum ad primum notandum, q̃ Christus passus est secũdum humanitatem assumptam, non secundũ diuinitatem. Et ideo de natura humana B sua Christus ostendit tria, s. primo suam dignitatem. secundo suam fidelitatem, ibi. *De ventre*. tertio suam necessitatẽ, ibi. *Quoniam tribulatio proxima est*. Primo ergo ostendens dignitatem naturæ suæ patientis, dicit. *Quoniam tu es, qui extraxisti me*. q. d. In hoc Iudæi me persequentur, quia homo factus sum tua operatione. Nam in verbum, quod in principio est Deus apud patrem, talia non diceret. Verbũ enim illud, per quod facta sunt omnia, per se non est extractum de ventre, nisi quia verbum caro factum est. Secũdum ergo naturam humanam, per C quam extractus sum de vẽtre, tu es spes mea, & nõ secundum diuinitatem, quia diuinitas nulla sperare potest, cui omnia præsto sunt, Christus autem secundum humanitatẽ spem habebat, etsi nõ glorificationis quo ad animam, tñ resurrectionis corporis, & immortalitatis. Et q̃ intelligat de humanitate subdit. d. *Ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum ex vtero*. i. secundum illam partem qua suxi vbera matris meæ: *in te proiectus sum ex vtero*, vt tu solus mihi esses spes. Potes ẽt hic notare, q̃ per ista verba Christus cõmendat duo, s. matris integritatẽ, & suã D cum verbo hypostaticã vnitatẽ. Vbi nota, q̃ aliqua sunt, quæ Deus facit se solo, sicut est animæ creatio, aliqua facit, sed mediante creatura, vt, quòd vinum nascatur in vite. Vñ q̃ homo nascatur de muliere, est opus naturæ, quia illud Deus facit, mediante natura, q̃ autem quis nascatur de virgine, non est opus naturæ, sed solius diuinæ potentiæ. Ad ostendendũ ergo, q̃ non modo naturali Christus natus est, sed supra naturam, quia saluo virginitatis sigillo, hoc suæ natiuitatis so

li Deo attribuit. d. *Quoniam tu es, s. solus, qui extraxisti me de Vtero matris meæ*. secundo commendat suam hypostaticam vnitatem. d. *In te proiectus sum ex Vtero*, i. tibi hypostaticè vnitus à conceptionis principio. Sic enim & alibi d. Christus patri. Suscepisti me de vtero matris meæ.

Psal. 138.

300 *De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne discesseris à me.*

De consecr. d. 3. c. vlt.

HIc consequenter ponit Christus suæ humanitatis fidelitatem. Vbi notandũ, quod omnis peccans falsum Deũ colit, & illud, quod prædiligit Deo, sibi Deum constituit. sicut de gulosis dicit Apostolus. Quorum Deus venter est. Qui ergo nihil Deo prædiligit, sed omnia propter Deum, ille verum Deum solum colit, & fidelitatem seruat Deo. Volens ergo Christus ostendere fidelitatẽ etiam ab initio Deo seruasse d. *De ventre matris meæ Deus meus es tu*. i. Deum meum te cognoui, & vt verum Deum dilexi. quod ideo dixi, quia anima Christi, in primo instanti suæ creationis plena fuit omni scientia, qua Deum cognouit, & omni virtute, qua Deo debitum exhibuit obsequium, vt dicit Magister. Et nota, quod tanta fuit vnio naturæ humanæ ad verbum, quod inseparabilis fuit. Sic, quod humanam naturam Christi, quam verbum semel assumpsit, nunquam dimittat. Assumpsit enim corpus, & animam, & sic corpus, & anima Christi verbo consequenter semper fuerunt, & erunt vnita: quia quamuis in triduo mortis separata fuerit anima à corpore, tamen anima mansit diuinitati vnita, & corpus similiter, vt ostendit Magister. Et hanc talem vnionem hic notans Christus ait. *ne discedas à me*. idest, non discedes à me. Et hic loquitur Christus homo ipsi verbo: ostendens, quòd non separabitur ab eo. Tamen notandũ, quòd ex ista tali vnione sumpserunt aliqui occasionem erroris. d. quòd Christus in triduo mortis fuit verus homo, licet anima à corpore fuerit separata, quia ambo, scilicet corpus & anima in tertio, scilicet in verbo erant vnitã. Sed hoc est falsum, quia nunquam potest quis dici homo: nisi ex coniunctione animæ ad corpus tãquam formæ ad materiam.

Philip. 3.

Mag. lib. 3. dist. 3.

Magist. lib. 3. dist. 21.

Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet.

301 3. q. 1. cap. nulli.

COnsequenter hic ponit Christus suam necessitatem, quam ostendit ex duobus. Primo ratione passionis imminentis. ideo d. *Quoniam tribulatio proxima est*. Secundo ratione adiutorij deficientis, ideo dicit. *Et non est, qui adiuuet*, s. præter te, quia nullus à periculo persecutionis potest aliquẽ liberare; nisi Deus adiuuet illum. Vel absolute põt intelligi, vt Christus de passione sua, & morte dicat. *Et non est, qui adiuuet*, s. me de manibus inimicorũ liberando. Quia certum est, quod neque Deus, neq; aliquis angelus, vel homo ipsum sic de manibus persecutorum liberauit, vt mortem sibi inferret. Quinimo & pater ipsum in manibus Iudæorum exposuit occidendum, licet post mortem à Deo adiutus fuerit per resuscitationem. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quinimò, & ipsemet Christus seipsum tradidit in mortem, vnde Ephe. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ, & hostiam Deo. Benè ergo absolutè d. Christus. *Et nõ est, qui adiuuet*, quia à nullo fuit adiutus, quin mortem sustineret.

Rom. 8.

Ephes. 5.

Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.

302 16. q. 2. c. visis.

HIc consequenter ostendit modum Christi passionis. Circa quam tria ponuntur, s. primo Iudæorum dolositas. secundo passionis Christi vtilitas, ibi. *Sicut aqua effusus sum*. Tertio Iudæorum crudelitas, ibi. *Quoniam circundederunt me canes multi*. Dolositatem autem in duobus ostendit. s. in ipsorũ dolosis consultationibus, & in peruersis detractionibus, ibi. *Aperuerunt super me*. Quantũ ad primum d. *Circundederunt me vituli multi*. Et nota hic, quòd futura ponit sub verbis præteritis, propter certitudinẽ futurorum, quam Christus habebat. Et est sensus *circundederunt*. i. circundabunt, & *obsederunt*. i. obsidebunt. Circundederũt enim Iudæi Christum dolosis consilijs, & conspirationibus, vt ipsum deciperẽt. Vnde ad literã volẽtes eum in sermone capere, dolosè consilio circundederunt eum. Io. 10. vbi dicitur. Circundederunt eum

Ioan. 10.

eum Iudæi, & dixerunt ei. Quousq; animam nostrã tollis? si tu es Christus: dic nobis palam. Circundederunt etiã eum gladijs, & fustibus, quãdo scilicet in hora ipsum capere voluerunt. Eccles. 51. Circundederũt me vndique, & nõ erat, qui adiuuaret. Circundederunt eum existentem in cruce, quando ipsum felle, & aceto potauerunt. Threnorũ 3. Circundedit me felle, & labore. Dicat ergo Christus. Circundederũt me vituli multi, &c. Et notanter Iudæos vocat vitulos, & tauros. Vitulus enim lasciuum animal est, & in vno proposito non manens, semper discurrit. Sic & Iudæi in fide promissa Deo non stabiles, ad idololatriam proni discurrebant. Vnde & statim post exitum de Aegypto beneficiorũ Dei obliti, vitulum conflatilem adorauerũt. psal. Et fecerunt vitulum in Oreb, & adorauerunt sculptile, & mutauerũt gloriam suam, &c. Taurus autem est animal indomabile, & superbũ, vt ait Greg. Sic & Iudæi indomita ceruice, & superbi semper Deo restiterũt, ppter quod eis dicebat Stephanus. Dura ceruice, & incircuncisi corde, quẽ prophetarum non sunt persecuti patres vestri? vnde superbis Iudæis dr. Nõ te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus. Sic ergo de Iudæis sub nomine vitulorum, & taurorum nunc di. Christus, *Circundederunt me*, &c.

Eccles. 51. *Psal. 105.* *Gregor. 7. cap. 15.* *Act. 7.* *Eccles. 6.*

303 *Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.*

Consequẽter hic ostendit Iudæorũ dolositatem in diuersis detractionibus, & oblocutionibus. Obloquebantur enim de Christo, vt titulum haberẽt ad ipsum capiendum, & occasionem ad ipsum occidendum. Primo namq; aperuerunt os suum ad ipsum capiẽdum. Io. 7. Principes & Pharisæi quærebant apprehẽdere Iesum, & miserunt ministros, vt apprehenderẽt eũ. Sic & Iudas aperuit os suũ ad Christũ capiendum, quũ dicit, Quẽ osculatus fuero, ipse est, tenete eũ. At illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et hoc notans Christus di. *Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens.* Sic. n. Iudæi erãt cõtra Christũ, ut dr. Psal. 103. Sicut catuli leonũ rugiẽtes ut rapiant, & quærant à Deo escam sibi, quia isti quærebant rapere Iesum escam à Deo mundo præparatam, sed sibi ad damnationem. Secundo obloquebantur de Christo, vt ipsum morti traderent, vt Cayphas, quando dixit. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo. Et Iudæi clamantes, Tolle crucifige eum. Et hæc hic notans Christus dicit. *Aperuerunt super me os suum, sicut leo rugiens.* tũc enim leo rugit, quando aliquem fame oppressus ad deuorandum quærit. Tanquã leo rugiens quærens, quem deuoret. Et ad istum sensum exponit glos. h. d. *Aperuerunt super me os suum*: ipsi dico Iudæi quasi leo rapiens in cõprehẽsione mea. Et rugiens, quando. s. dicebant crucifige eum. Fui enim quasi leonis rapina, quãdo apprehensus sum, fuit quasi rugitus leonis, quando clamabant. d. Tolle, crucifige eum, vnde merito de populo Iudæorum conqueritur Christus. d. Os tuum abundauit malitia, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, &c.

Ioan. 7. *Matth. 26.* *Ioan. 11.* *Ioan. 19.* *1. Petr. 5.*

304 *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.*

Consequenter hic ponitur vtilitas Christi passionis, quæ est triplex, scilicet quia purgationẽ facit peccatorũ. Secundo, quia placationẽ facit superius ibi. *Factum est cor meum.* tertio, q. formam præbet meritorũ, ibi. *Aruit tanquam testa.* Primo ergo Christi passio purgationẽ facit peccatorũ, quod notãs dicit. *Sicut aqua effusus sum.* Vbi notandũ est, q aqua effunditur ad multa, vel multos effectus habet effusio aquæ. s. quia abluit, irrigat, & lapsum facit pedibus. Ita effuso Christo per passionem abluta sunt sordes vitiorum. Et ad germinandũ irrigatæ sunt virtutibus mentes. Et etiã quasi per accidens elapsi sunt persecutores, quia propter peccatum mortis Christi exterius, & interius puniti sunt Iudæi. *Et dispersa sunt omnia ossa mea.* Per ossa enim, quæ in corpore sunt partes solidiores, intellige solidiores partes corporis ecclesiæ, quæ fuerunt apostoli, & ista ossa in Christi passione fuerunt custodita. Si ergo me quæritis, sinite hos abire: sed postea virtute Christi passionis per totum orbem fuerunt dispersa ad Christi fidem prædicãdam. Vnde de istis ossibus Christi dicitur. Ossa ipsius post mortẽ visitata sunt, & prophetauerunt,

Eccl. 49.

quia Apostoli fuerunt visitati in missione spiritussancti, & postea per mundu dispersi pdicando prophetauerut. Vel aliter iste versus, & magis literaliter intelligitur. Vbi sciendu q inter oes liquores aqua perfecte effunditur: nam de alijs liquoribus cu effunduntur, in vase tn remanat sapor, & odor, de aqua aut no, & per hoc significatur, q Iudæi sic vitam Christi intendebant effundere per mortem & annihilare, vt de ipso nulla remaneret memoria. Et ideo intentione illorum notas Christus hic dicit. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea*.i. discipuli mei, qui cæteris robustiores esse debebant, tempore passionis me relinquentes, sunt dispersi. Sic enim prædixerat eis Christus. Venit hora, vt dispergamini, & me solum relinquatis.

Ioan. 16.

305 *Factum est cor meum tanquam cera liquescens, in medio ventris mei.*

Hic consequenter ostendit, q Christi passio fuit placatiua supernoru. Vbi nota, q sacra antiqua, & vetus testamentum durauit vsq; ad Christi passionem, propter quod d. Magister, q oia sacramenta fluxerut de latere Christi dormientis in cruce. lib. 4. dist. 2. Sacrameta aut antiqua erant dura, & magnæ asperitatis, vt patet in circuncisione, sed noua sunt magnæ placabilitatis, & sic p Christi passionem duritia sacramentorum in mollitiem est versa, sicut cera dura ad igne posita vertitur in mollitiem. Et hoc hic notans Christus ait. *Factum est cor meum*, &c. Per cor Christi accipe doctrinum Euangelicam vel sacra, a quibus sicut à corde vita procedit. Hiere. 24. Dabo eis cor, vt sciant me. Per ventrem aut intellige ipsum corpus ecclesiæ, in cuius medio stat corpus Christi. s. sacramenta nouæ legis, vt sic sit sensus, per passionem Christi in medio vetris, scilicet ecclesiæ, factum est cor Christi molle, idest sacramenta sicut cera liquescens.

Magist. lib. lib. 4. d. 2.

Hier. 24.

306 *Aruit tanquā testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me.*

De pæ. d. 3. inter hæc.

Consequenter hic ostenditur, quòd Christi passio formam præbet meritorum. Vbi primo notandum, quòd

E à torreo, res, quod est assare, vel desiccare, dicitur tostus, tosta, tum, idest assatum, vel desiccatum, & ab hoc dicitur testa, tæ, quasi tosta. & dicitur testa omne vas, vt olla, vel vrceus, ex terra decoctu, quia licet primo terra sit mollis, tamen postea calore ignis torretur, & desiccatur. Et sic per similitudinem ille homo testa dici potest, qui euacuato humore sanguinis, manet exsiccatus, & virtute naturali euacuatus. Et hinc est, quod cum quis de diuitijs ad paupertatem, de fortitudine ad debilitatem, vel de pinguedine ad maciem venit, inter vasa testea computatur. vnde Thren. 4. Filij F Sion incliti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? Quod si sic est, quis inter omnes homines magis testæ comparari potest, quam Christus in sua passione, quia humor existens in corpore Christi fuit exhaustus per sudorem sanguinis, de quo Luc. 22. & per extractionem sanguinis in flagellatione, & coronatione, manuum, & pedum contusione & lateris apertione. In cuius signum post sanguinem exiuit aqua de corpore eius. Et hoc notans Christus ait: *Aruit* G *tanquā testa virtus mea*. Et quia ad amissionem humoris naturalis, & sanguinis sequitur resolutio vitæ, ideo per talem desiccatione corpus Christi fuit ad mortem deductum, quod notas ait. *Et in puluerem mortis deduxisti me*. s. ad mortem, per quam corpora in puluerem rediguntur. Sed in omnibus tactis afflictionibus, quæ sit forma merendi nobis ostendit Christus ostendens, quod in his omnibus semper patiens, & taces fuit. vnde d. *Adhæsit lingua mea faucibus meis*, q. d. No reddidi maledictum pro maledicto, sed semper silui, & tacens fui. Sic enim H de Christo dicitur. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur, & Math. 27. Qui cum accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit: ita vt miraretur præses. Sic enim de ipso prædixerat Esa. Sicut ouis ad occisione ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Hoc ergo notans Christus ait. *Aruit tanquam testa virtus mea, & in puluere mortis deduxisti me*. Et in his omnib. semper humi-

Luc. 22.

Ioan. 19.

1. Petr. 2.

Matth. 27.

humilis tacui,& patiens fui. *Quia adhæsit lingua mea faucibus meis.*

307 *Quoniam circundederunt me canes multi: consilium malignantium obsedit me.*

HIc consequenter circa passionem Christi ostenditur Iudæorum crudelitas, quæ crudelitas ex multis apparet. primo in maligna ipsorum consultatione. secundo in crudeli Christi vulneratione: ibi. *Foderunt manus meas.* tertio in vestimentorum Christi diuisione: ibi, *Ipsi verò considerauerunt.* Quātum ergo ad primum ostendens ipsorum crudelitatem in suis cogitationibus, & cōsilijs. d. *Quoniam circundederunt me,* &c. q. d. Vnde hoc, ꝙ aruit tanquam testa virtus mea, &c. ex hoc fuit: *Quoniam circundederunt me,* &c. Vbi notādum, ꝙ ideo hic Iudæos canes nominat, quia sicut canes dentibus mordent, & lacerant, sic isti Christū detractionibus mordendo eius famam lacerabant, de quibus dicitur. Vide te canes, videte malos operarios. Isti Christum circūdederunt suis detractionibus, & consultationibus. De qua circundatione dicitur. Circundederūt me sicut apes, & exarserūt sicut ignis in spinis. Et non incongrue Iudæi Christum circundantes in passione, vocātur hic canes propter ipsorum crudelem rabiē, & vocantur apes propter ipsorum frustratam intentionem. Vbi nota, ꝙ apes mel in fauis operantur, sed alijs, non sibi. Ita & Iudæi nescientes salutem humani generis, fecerūt in ipsa domini passione nō quidem sibi, sed nobis. Sicut apes dum mel sibi putant reponere, alijs illud faciunt. Vel ex alio apes vocantur, quia sicut apes, dum alios pungere volunt, seipsas euiscerant, sic Iudæi occidendo Christum, seipsos peremerunt. Et istam talem circundationē notans Christus. d. Sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Et consequēter apertius eorum malitiam insinuat, dicēs, *Concilium malignātium obsedit me.* quod scilicet tunc fuit, quando vt habetur Matth. 27. Mane autem facto, consilium fecerunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.

Esa. 53. *Philip. 3.* *Psal. 117.* *Apes alijs mel operantur.* *Psal. 108.* *Matth. 27.*

A 308 *Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.*

COnsequenter hic ponitur crudelis facta a Iudæis Christi vulneratio. Et nota, ꝙ quamuis Iudæi non posuerūt Christum in cruce, nec ipsum vulnerauerunt in manibus & pedibus, tamē eis totum imputatur, quia totum importuna ipsorum postulatione est factum. Et videte hic claram de Christo historiam. Vnde hic non videtur Psalm. prophetiam de futuro texere, sed magis, vt Euangelista historiam de Christo præteritā enarrare. d. *Foderunt manus meas, & pedes meos.* Quæ omnia in Euangelio facta leguntur, sed attēde, quod hic ait. *Foderunt manus meas,* &c. & non dicit vulnerauerunt, aut transfixerunt, quia sicut terra fossa facit fructum, sic Christus vulneratus fructū vitæ dedit, vt ait glo. Et attende, ꝙ non facit mentionem vulneris lateris, quia in pedibus, & manibus confossus fuit adhuc viuens, in latere aūt, cū iam expirasset. Cum ergo hic per ista vulnera velit Ps. nobis ostēdere Christi patientiā, quæ solū habetur in vita, iō narrat solū vulnera vitæ non mortis. sequitur. *Et dinumerauerūt omnia ossa mea.* i. dinumerare potuerūt. Vbi sciendū, vt ait Magister N. ꝙ qñ aliquis affigebatur cruci, prius accipiebatur mensura corporis eius à manu in manum secundum latitudinem. Et à spatulis usque ad pedes secundum longitudinem, ut in ligno crucis fierent foramina, per quæ claui possent transire facilius. Et sic de Christo factum fuit, quando autem vna manus fuit affixa, humores concurrerūt ad locum illum, qui naturaliter currunt ad locum læsum. Et sic fuerunt nerui retracti versus illam partem. Et ideo ad hoc, quòd alia manus reduceretur ad locum foraminis in ligno facti, oportebat eam trahi violēter cum chordis. Et idem intelligendum est de pedibus propter læsionem factam in partibus superioribus, propter quod ex tali violenta corporis extensione aperiebantur ossium iuncturæ, quia Christus nudus fuit crucifixus. Et sic ad literam poterāt eius ossa dinumerari, qđ Christus notans dixit. *Dinumerauerunt omnia ossa mea,* idest dinumerate potuerunt.

B C D

runt: Et quamuis ad litteram ista sic de Christo intelligantur, possunt tamen mystice exponi, vt fossio manuū innuat, quòd operibus eius nō crediderunt. fossio pedum, quod eius affectiones renuerunt. dinumeratio ossium, quòd Apostolos eius ne in maiorem numerum excrescerent, quærebant extinguere, vt pauci essent, & numerabiles.

309 *Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.*

CONsequenter hic ponitur Christi derisio in vestimentorum partitione. Et primo præmittit ipsorum Iudæorum obstinationem. d. *Ipsi verò*, &c. Vbi nota, ꝙ peccatum ex mera malitia perpetratum, grauius est quàm ex inconsideratione, vel ignorantia, ipsi verò Iudæi ex obstinata voluntate, & plena habita deliberatione, hæc Christo faciebant. Et hoc est, quod Christus ipsis dicit. *Ipsi verò considerauerunt*, scilicet mala, quæ faciebant, & q̃d iniuste agebant. vnde & ad literā dicebant illud, q̃d habetur Sap. 2. Circumueniamus iustum, quia contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis: grauis est nobis ad videndum: quia dissimilis est aliis vita illius, &c. Hæc.n. omnia considerauerunt Iudæi, & ideo Christū persequebantur, quod notans dicit. *Ipsi verò considerauerunt*. vnde Psal. Considerat peccator iustū, & quærit mortificare eum. *Et inspexerunt in me*.s. delectabiliter viderunt, me talia perferentē. Cùm tñ naturaliter homines à re crudeli soleāt oculos auertere. Ex quibus apparet, quam obstinati erant isti, quia non casu aliqd faciebant, sed ex deliberata malitia. Sequitur, *diuiserunt sibi vestimēta mea*, &c. Iudæi.n. hoc per se non fecerunt, sed milites præsidis, vt dicit Ioannes. Quatuor enim fuerunt milites, quibus executio condemnationis Christi fuit cōmissa. Et sic de Christi vestimentis quatuor partes fecerunt, sic quòd vnusquisque militum habuit partem suam. vnde sic dicit Ioan. 19. Milites ergo cùm crucifixissent eum acceperunt vestimēta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; mi-

Psal. 36.

Ioan. 19.

E liti partem. Et nota, quòd inter Christi vestimenta erat tunica inconsutilis. Ista enim tunica erat reticulata, facta in modum retis. Et ita erat inconsūta acu, & erat desuper contexta per totum, ꝙ in superhumerali ab vna manica in aliā pāno desuper consuta erat, vt fortior esset. Sicut in pelliceis in superhumerali consuitur lata corrigia corij ad robur ipsarū pellicearum. Et ideo quia illa tunica reticulata erat, diuidi non poterat, vt alia Christi vestimenta, quin tota destrueretur, propter quod nō diuiserunt sed sortes miserunt, cuius esse deberet. Et de F hac tunica sequitur. *Et super vestem meā miserunt sortem*. Aduertendum tamen, ꝙ talem vestimentorum Christi diuisionem nō fecerunt milites ex auaritia, sed magis ad procurationem Iudæorum ex derisione, quia credendum est illa vestimenta Christi parui fuisse valoris, maxime cōsideratis diuisoribus, quia milites erant. Et ad istum intellectum loquitur Theophyl. d. Forsitam enim vestimenta Christi milites diuiserunt, quia indigebant, sed verisimilius magis ad opprobrium Christi hæc agebant. Quid enim preciosum inueniebatur ī vestibus Chri G sti? Deludentes igitur hæc agebant. Nam ibi primi principes subsannabant Christum, quid dicere oportet de vulgo?

310 *Tu autem, Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice.*

2.q.7. testes.

HIc consequenter ponitur secunda pars principalis, vbi agit de Christi resurrectione. Et diuiditur in partes tres, quia ponitur primo resurrectionis postulatio: secundo resurrectionis diuulgatio: ibi. *Narrabo nomen tuum*: tertio H resurrectionis vtilitas, siue fructificatio, ibi. *Apud te laus*. Prima pars diuiditur in tres partes, quia ponitur primo resurrectionis postulatio. secundo per resurrectionem ecclesiæ defensatio, ibi. *Erue à framea*: tertio per resurrectionem diaboli subiugatio, ibi. *Salua me de ore leonis*. Ponitur ergo primo resurrectionis per Christū à patre postulatio. Vnde Christus patri orans d. *Tu autem, domine, ne elongaueris auxilium tuum à me*. Sciebat enim Christus, ꝙ generalis omnium resurre-

surrectio erit in fine mundi. Eius aūt resurrectio sicut ipse ab alijs differebat in sanctitate, & personali dignitate, sic ab aliorum resurrectione differre debebat, v.s. statim post corporalē mortē resurgeret, & non cū alijs resurgere expectaret. Sic.n.scriptum est de ipso. Nō dabis sanctum tuum videre corruptionē. Ideo hoc patrem exorat.d. *Tu autem, domine, ne elongaueris auxilium tuum à me*. s. in communem omnium resurrectionem, s̄m glo. Sed statim resuscita me, quod & factum est, quia tertia die resurrexit. Et subdit idem alijs verbis replicans, & d. *Ad defensionem meam conspice*.s.defendē do corpus meum ab incineratione. Sed hic oritur dubiū, quare Christus resurrectionem suā sic accelerare voluit, nostram aūt vsq; in finem sæculi differre?

Psal.15.

Quæstio.

Responsio.

Respondeo primo, ꝙ suam resurrectionem accelerare voluit. primo vt discipulorum fidem repararet perditā, secundo vt spiritualis resurrectionis formā nobis demonstraret debitam, scilicet vt cito resurgeremus à peccato. tertio vt corporalis resurrectionis fidem nobis condonaret congruam. Per hoc enim, quòd Christus surrexit, qui est caput nostrū, & nos, qui sumus eius membra, credimus resurrecturos. Nostram autem resurrectionem vsque in finem differre voluit propter tria, scilicet propter meritorum nostrorum multiplicationem: resurrectio enim futura est vnus articulus fidei. Si autem euidenter quilibet mortuus statim resurgeret, non esset meritum, ipsam credere, nunc autē quia non videtur, est meritorium, quoniam ut ait Greg. in homil. Fides non habet meritū, cui humana ratio præbet experimentū. Secundo propter suffragiorum multorum exhibitionem. Multa enim bona opera dimitterentur, si mortui statim resurgerent, quia maior pars Missarum, orationum, & eleemosynarum, quæ fiūt hodie, fiunt pro animabus defunctorū, quorum tunc nullum fieret, quia si statim resurgerent, aut ad vitā, aut ad mortem, aut ad pœnam, aut ad gloriam resurgerent. In inferno autē nulla est redemptio, in cœlo autem nulla indigētia. Et sic si resurrectio omnium statim fieret, hominū deuotio perderetur, & multi pauperes fame perirēt, propter quod scribitur. Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Tertio, hæreticorum extirpationem. Nam si mortui statim resurgerent, non defuissent hæretici dicentes, quod resurrectio hominis est naturalis, sicut & natiuitas. Et quòd sicut corpora cœlestia conferunt ad natiuitatem, quia sol. & homo generat hominem, ita & ad resurrectionem. Et quòd sicut natiuitas nostra nō est virtute natiuitatis Christi, sic nec resurrectio nostra esset virtute resurrectionis Christi. Omnes ergo istos errores extirpare volens Deus, nostram resurrectionem vsque in finem distulit, sed Christus suam resurrectionem accelerauit, patri, d. *Tu autem, domine, ne elongaueris auxilium tuum à me*.

Nostra resurrectio differtur propter tria.

2.Mac.12.

Arist.2. de anima.

Erue à framea, Deus, animam meam: & de manu canis vnicam meam. 311

Hic consequenter ostenditur, quòd per Christi resurrectionem ecclesia defensatur. Vbi sciendum, ꝙ prima pars istius versus spectat ad sententiam præcedentis versiculi, sed secunda pars ad propositum nostræ diuisionis. Quantum ergo ad primam partem sciendum, ꝙ hic per frameam mors intelligitur, eo quòd à ferrum dicitur hæc framea framea .s. gladius longus ex vtraque parte acutus, quo faciliter alteri mors irrogatur, & antiquitus tali gladio malefici occidebantur. Sic ergo framea quandoq; pro morte accipitur, vt Psal. Effunde frāmeam & conclude aduersus eos, qui me persequuntur. Sic ergo iuxta præcedentem versiculum hic orat Christus resuscitari statim post mortem.d.patri. *Erue à framea*.i.à morte animam meā, quod fit per resurrectionem. Sequitur secunda pars, *& de manu canis vnicam meam*. Vbi per canes accipe Iudæorum populum, vt supra dixit. Quoniam circundederunt me canes multi. Sed per vnicam intelligitur ipsa ecclesia fidelium. Quæ sola vnica est & multiplicari nō potest, de qua Cant. 6. dicitur. Vna est columba mea, perfecta mea, &c. Quāuis enim ecclesia in suis membris dilatetur, in se tamen semper vnica manet. sicut & vna est ecclesiæ fides. quod declarās Cyprianus episcopus, & habetur 24.q.1. loquitur dis.d. Ecclesia una est: quæ multitudine

Psal.34.

Ecclesia dicitur vnica.

 dine

dine latius incremēto fœcunditatis extenditur. Quomodo radij multi sunt, sed vnum lumen. Et rami arboris multi sunt, sed robur vnum tenaciter radice fundatum. Et quando de fonte vno riui plurimi defluunt, & numerositas licet diffusa videatur, exundātis copię largitate: vnitas tamē seruatur in origine. Auelle radium solis a corpore, diuisionem vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fructus germinare nō poterit. A fonte præcide riuum, præcisus arescit. Sic ecclesia dñi luce perfusa: per totum orbem radios suos porrigit: vnum tamen lumen est, quod vbiq; diffunditur: nec vnitas corporis separatur. Ramos suos per vniuersam terram extendit, profluentes largiter riuos latius pādit: vnum tamen caput est, & origo vna, vna mater fœcūditatis copia. Adulterari nō pōt sponsa Christi, incorrupta est, & pudica, vnā domū nouit vnius cubiculi sanctitatē casto pudore custodiuit. Sic ergo per unicā intellige ecclesiam: quā virtute suę resurrectionis de manu Iudæorū erui & defendi orat Christus. d. *Erue de manu canis*. s. populi Iudaici: *unicam meam*, i. ecclesiā. ac si dicat ſm glo. Libera caput, & corpus, per animam caput. s. Christus, sed per vnicam corpus, quod est ecclesia, intelligitur, quod cū sit vnum, respuit diuersitatem. Et ideo pro vtroq; congrue orat coniunctim.

312 *Salua me de ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.*

Consequenter hic ostenditur, quod per resurrectionem Christi diabolus subiugatur. Vbi aduertēdum, ꝙ per leonem ratione suæ ferocitatis intelligitur ipse diabolus. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens &c. Et consimiliter per vnicornium, intellige ipsum diabolum. Nam vt d. glo. Vnicornis est animal superbissimum: ꝙ dr mori ex indignatione, si præter suam uoluntatem teneatur. Quod ēt habet vnū cornu in fronte quatuor pedum ita acutū, & validum, vt quicquid ille percusserit, aut ventilet, aut perforet. Sic nimirū est diabolus, qui est superbissimus. Iob 40. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Hic etiā diabolus vnum cornu gestat in fronte. s. cupiditatem auaritiæ, quā gerdet in aperto. Cornu enim intus est vacuum aptum ad recipiendum, sed in sua substantia carnem nō habet. Sic & auaritia in se vacua, quia auarus nunquā satiatur. Ideo semper est apta ad recipiendum, sed carnem non habet, quia alijs compati nescit. Et hinc est, ꝙ ipsi diabolo dicitur. Leoni gentium assimilatus es, & draconi, qui est in mari, & ventilabas cornu, & conturbabas aquas pedibus tuis. ꝙ ideo sic dicit, quia ipse diabolus dictus est leo propter ferocitatem: draco propter crudelitatem. habitat in mari pœnæ infernalis. Hic cornu. s. tentatione auaritiæ ventilat, & conturbat aquā. Quid enim per aquam quæ fluit, & refluit, nisi humanum genus designatur? quod quidem diabolus cornu auaritiæ perturbat: quia hodie cupiditati diuitiarum quasi nullus resistit. Vnde de diabolo dicitur. Cornua rhinocerotis i. vnicornis cornua illius Sic ergo per leonem, & vnicornium significatur diabolus Volens ergo Christus, ꝙ per suam resurrectionē diabolus subiugetur, per modum orationis prædicit, quod futurum erat. *Salua me ex ore leonis*. i. saluabis meos de ore diaboli. *Et à cornibus unicornium humilitatem meam*. i. à tentationibus auaritiæ, & cupiditatis diaboli ex saluabis humiles. Sic enim superando diabolum post Christi resurrectionē saluati fuerunt à cornibus auaritiæ infideles: de quibus dicitur Actuū 4. Quod multitudinis credentium erat cor vnū, & anima vna: nec quisquam eorū, quæ possidebat, aliquid dicebat sibi propriū, sed omnia illis erant communia, &c.

Narrabo nomen tuū fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. 313

Hic consequenter ponitur resurrectionis Christi diuulgatio. Et diuiditur in partes tres. Quia primo ponit resurrectionis diuulgationē. Secundo ex consequenti inducit ad gratiarū actionem. ibi. *Qui timetis dominum*. Tertio ostendit suam à patre factam exauditionem, ibi. *Timeat eum*. Ponens ergo resurrectionis diuulgationem. d. *Narrabo nomen tuum fratribus meis*. Hic enim per nomen domini intellige virtutem, & famam Dei patris: iuxta illud Ps. Admirabile est nomen tuum in vniuersa terra, idest,

Leo. 1. Pet. 5. Iob 40. Ezech. 32. Deut. 33. Actuum 4. Narratio. Frater. Psal. 8.

idest, fama, & virtus tua, quæ per Christi resurrectionem multo fortius per orbem fuit diuulgata. Hanc narrauit Christus fratribus suis, idest, discipulis, vt quando in die resurrectionis, dũ essent discipuli in vnum congregati, stetit Iesus in medio eorum, & dixit. Pax vobis, & ostendit eis manus, & latus, & sic multis alijs vicibus. Sic enim se factu rum promiserat. d. Venite, & audite oẽs qui timetis dominum, & narrabo quanta fecit animæ meæ. Ipsi vero apostoli per Christum informati ipsam resurrectionem Christi coram omni populo prædicabant, quia vt habetur Act. 4. Virtute magna reddebãt apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri. Et hoc est, quod subdit. *In medio ecclesiæ laudabo te*, idest, faciam te laudari per apostolos aliosq; credentes, qui in die Pẽtecostes recepta gratia spiritus sancti, loquebãtur varijs linguis magnalia Dei.

Psal. 65.

Act. 2.

314 *Qui timetis dominum, laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum.*

23. q. 6. sicut maticus.

CONsequenter hic de tanto beneficio nos inducit ad gratiarum actionem: vbi sciendum, quòd hic non loquitur de timore mũdano, vel seruili. quia illo non Deus laudatur, sed magis contẽnitur, sed de filiali timore, quo offensa principaliter, & non pœna timetur. Sic enim omnis, qui timet Deum, eo ipso laudat eum etsi non verbis: tamen factis. Quia ergo solum timentes Deum filialiter, tantum resurrectionis Christi beneficium participant: ideo ipsi soli ad gratiarum actionem excitantur, cum dicitur. *Qui timetis dominum, laudate eum, Vniuersum semen Iacob glorificate eum.* Semen Iacob, dicuntur imitatores Iacob. sicut semen malorum dicuntur imitatores peccatorum. Semen Chanaam, & nõ Iuda, &c. Iacob autem supplantator interpretatur. Illi ergo semẽ sunt Iacob: qui mundum supplantant, idest ipsum despiciẽdo pedibus calcãt, & tales Deũ glorificãt. Glorificare. n. est aliquẽ honorãdo eius laudes vbiq; prædicare. Sic. n. iustis hominibus. d. Apostolus. Glorificate, & portate Deũ in corpore vestro.

1. Cor. 6.

315 *Timeat eum omne semen Israel, quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis.*

HIc ostendit suam orationem exauditam à patre. Vbi aduerte, q̃ inter alia, quæ faciunt orationem exaudiri, est humilitas: in cuius signum petentes eleemosynam quantum possunt se abiectos, & viles prætendunt, vt facilius exaudiantur, propter quod dicitur Iudith 9. Superbi ab initio non placuerũt tibi, sed humilium, & mansuetorũ semper tibi placuit deprecatio. Et ideo hic Christus per humilitatem se exauditũ ostendit, nos ad humilitatẽ inducens. d. *Timeat eum omne semen Israel.* Israel nã que videns Deum interpretatur. Et sic semen Israel vocantur omnes, qui per fidẽ resurrectionis Christi renouati sunt spiritualiter ad Dei visionem. Et statim subdit causam, quare scilicet debet à nobis timeri filialiter, & humiliter reuereri, dicens. *Quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis.* Hic nomine pauperis seipsum insinuat Christus, qui in paupertate natus est, conuersatus, & mortuus, quia nudus crucifixus, & in alieno sepulchro sepultus. Vel per pauperem intelligit seipsum humilem, iuxta suum modũ loquendi. Beati pauperes spiritu, &c. vel per pauperem secundum gl. intelligere potes quemlibet alium humilem, de se non præsumentẽ: nec de pompis mundi tumentum. Sic dicitur. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Et consequenter dictũ generaliter ad seipsum applicat. d.

Israel.

Matth. 5.

Psal. 6.

316 *Nec auertit faciem suam à me, & cũ clamarem ad eum, exaudiuit me.*

QVasi dicat, quia fui pauper, idest, humilis, ideo me exaudiuit, me resuscitando. Omnis enim Christi oratio fuit exaudita, quia Christus in omni oratione sua procedente ex voluntate deliberata, fuit exauditus, quia in nullo voluntati paternæ discrepabat. Sed hic est dubiũ, quia in principio huius psal. dicit Christus. Deus clamabo per diem, & non exaudies. Hic autem dicit se exauditum. Solutio, vide ibi in principio huius psal.

Quæstio.

Apud

317 ***Apud te laus mea in ecclesia magna; vota mea reddam in conspectu timentium eum.***

HIc consequenter ostenditur resurrectionis vtilitas, quæ multiplex fuit.s.charitatis Christi exhibitio. Secũdo ad fidem gẽtium cõuersio, ibi. *Reminiscentur, & conuertentur ad dominũ.* Tertio regis Christi sublimatio: ibi. *Quoniam domini est regnum.* Quãtum ad primum sciendum, q̃ Christus iam resuscitatus ex magna charitate suis promisit, discipulis dicens. Ego aũt vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi. Quod quidem non de præsentia corporali intelligitur, sed de præsentia sacramentali, quia per sacramentum eucharistiæ, vsque ad mundi finem nobiscum manebit, propter quod istud sacramentum dicitur sacramentũ charitatis, tum quia charitatem Christi nobis ostendit, tum quia nos ad charitatẽ Dei, & amorem præ cæteris sacramẽtis nos inducit. Et istud sacramentum in ecclesia sua relinquẽdum hic Christus promittit, dicens patri: *Apud te laus mea in ecclesia magna.* q d. Laudem meã non quæro, sed patris. Apud Deũ enim laudem suam ponit, qui de seipso non præsumit, sed de Deo. Et hæc Christi laus apud patrem posita cognoscitur *in ecclesia magna.* s. in ecclesia catholica per totum orbem diffusa: quam vocat magnam, ad confusionem aliquorum hæreticorum, qui dicunt ecclesiam catholicam non vbique diffusam, sed solum in aliqua gente, vel in aliqua mundi parte contineri. Sicut Donatistæ, qui dicunt ecclesiam catholicã solum in Africa esse, & Iudæi solum in Iudæa. quos confutans Christus ecclesiam suam dicit esse magnam, quia vbiq; dilatatam. Sic & alibi dicitur. Cõfitebor tibi in ecclesia magna. Et consequenter ostendit, quomodo hæc laus est in ecclesia magna. s. per sacramentum corporis sui. d. nobis. *Vota mea reddam in conspectu timentium eũ.* Quæ enim fuerũt Christi vota, quæ obtulit patri, nisi corpus, & sanguinem suũ quæ pro nobis in cruce obtulit patri, ipso teste. Calicem salutaris accipiã, &c. Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Quod ideo dicit, quia seipsum obtulit patri non in secreto, sed coram omnibus eleuatus in cruce. Hæc autem vota Christus reddidit: quando panis, & vinum in corpus suum, & sanguinem conuersum nobis restituit: dicitur enim reddi, quãdo promissum adimpletur. hoc aũt suis promiserat Christus d. Ego aũt uobiscũ sum, &c. Vnde gl. d. *Vota mea.* i. sacrificiũ corporis, & sanguinis, quod Christus obtulit Deo: hoc reddit in conspectu timentium eum, quia solum tales cognoscunt se per ista uota posse saluari, quia solum tales istud sacramentum sumunt ad salutem, de quibus subditur.

[Margin: Matth. vlt. — Psal. 34.]

318 ***Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt dñm, qui requirunt eũ: viuent corda eorũ in sæculũ sæculi.***

[Margin: De consecr. dist. 2. Christus.]

PEr pauperes intellige humiles, & huius sæculi contemptores. Beati pauperes spiritu. Et tales edent, & saturabuntur, quia per hoc sacramentũ perueniũt ad saturitatem refectionis æternæ. vbi totus homo interior, & exterior saturatur: quia ibi voluntas repletur dilectionis charitate, intellectus cogitationis claritate, memoria certitudinis firmitate. psal. 19. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. Et quia in illa satietatis gloria, omnes exultantes Deum laudant, agendo gratias: ideo subdit. *Et laudabunt dominum, qui requirunt eum.* s. qui humiliter istud sacramentum requirũt: ex hoc in gloria saturati laudabunt dominum. *Et uiuent corda eorum in sæculum sæculi.* Christo. d. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

[Margin: Matth. 5. — Psal. 19. — Ioan. 6.]

319 ***Reminiscentur, & cõuertentur ad dominum uniuersi fines terræ.***

[Margin: De pæ. d. 1. nuanc.]

HIc consequenter ponitur ad fidem Christi gentium cõuersio. Vbi nota, q̃ charitas Christi prædicata gẽtibus qua pro nobis mortem tolerauit, maxime Gentiles ad Christi amorem traxit, & fidem. propter quod dicebat Apostolus. Nos autem prædicamus Christum crucifixũ Iudæis quidem scandalum, Gẽtibus autem stultitiam, ipsis aũt vocatis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Et ideo quia hoc sacramentum fit in cõmemorationem dominicæ passionis,

[Margin: 1. Cor. 1.]

1. Cor. 1.

nis, Christo. d. Hoc est corpus meũ, &c. hoc facite in meam commemorationẽ sequitur, quod virtute istius sacramẽti, quia memoriam inducit dñicæ passionis, gentes sunt ad Christũ conuersæ. Et ideo statim cũ dixit. *Edẽt pauperes*, &c. subdit. *Reminiscentur*. s. per hoc sacrm passionis Christi. *Et sic conuertentur ad dominum oẽs fines terræ*, idest, aliqui de omnibus finibus, & partibus terræ, vt ly *omnes* vel vniuersi, stet pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Et hoc alijs verbis confirmans dicit.

320 *Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium.*

IDest aliqui de omnibus familijs & de omnibus gentibus. Et quia vera adoratio non stat in actibus exteriorib. principaliter, sed in mente, & conscientia, veri adoratores adorant patrem in spiritu, & veritate. ideo. d. *Et adorabunt in conspectu eius*. i. in conscientijs suis. Et hoc intelligitur de adoratione latriæ: quæ est seruitus: siue cultus soli Deo debitus quo. s. tota spes in illo ponitur, vt adoratur, & sic non debent adorari imagines, non crux Christi, nec et Christus humanitas, sed solus Deus. Ad cuius euidentiam notandum, q adoratio est duplex, quædam per se, & quædam per accidẽs. Et adoratio per se duplex est, quædam propter se, quædam propter aliud. Adoratio propter se est illa, qua sola trinitas vnus, & verus Deus debet adorari, & talis dr adoratio vel cultus latriæ. Adoratio aũt per se, sed propter aliud: est illa, qua humanitas Christi verbo vnita adoratur, nõ propter se: sed propter verbum, cui manet vnita. Vnde Magister lib. 3. d. 6. dicit humanitatem Christi vna adoratione cum verbo esse adorandam: non propter se, sed propter illum, cuius scabellum est, cui est vnita. Nec ipsa humanitas sola, vel nuda, sed cum verbo, cui est vnita. Nec propter se: sed propter illud est adoranda. Nec qui facit hoc, reus idololatriæ iudicari pōt: quia nec soli creaturæ: nec propter ipsam, sed creatori cum humanitate, & in humanitate sua seruit. Adoratio autem per accidens fit quinque modis. s. significatione imitatione, continentia, pertractatione, & condescensione. Adoratione per

Ioan. 4.

Magister d. 3. d. 9. Vna adoratione &c. Hoc videtur tenere Magi. bene inspectus in fine ipsius dist. per verba Damasceni & Augus. ibi adducta propter ratione hic dictã de vnitate.

A accidens significatione adorantur sacramenta, quia sunt signa inuisibilis gratiæ & verba sacræ scripturæ, quia nobis Deum repræsentant. Et aduerte, q talis adoratio per accidẽs debetur signo, qualis per se debetur significato. Vnde quia Deus adoratione latriæ per se adoratur: ideo signa, vel verba significantia Deum adoratione latriæ per accidens adorantur. Et sic quia sancti adorantur adoratione duliæ, ideo signa sanctos significantia, adorantur adoratione duliæ per accidens, vt nomina sanctorum. Adoratione imitationis, vel similitudi-

B nis per accidens, adorãtur imagines eadem adoratione, qua illa, quorum sunt imagines, adorantur per se. Adoratione per accidens continentiæ debuit adorari columba: quæ super Christum descẽdit, quæ spiritum sanctum continebat: similiter, & species sacramenti altaris ratione contenti. Adoratione pertractationis per accidens, debet adorari crux dominica, in qua fuit Christus pertractatus, & et beata Virgo, in quantum Christum pertractauit. Adoratione aũt cõdescensionis per accidens adorantur sanctorum cadauera, vel corpora mortuo-

C rum. Et sciendum, q idem põt adorari vna adoratione per se, & alia per accidẽs, sicut beata virgo in quantũ est Deo vnita per gratiam, & gloriam adoratur per se, licet non pp se: in quantum aũt Christum pertractauit, adoratur per accidẽs, vt dictũ est. Ex quibus apparet, q solum Deum adoramus per se, & pp se: imagines aũt sanctorum non adoramus per se, sed per accidẽs. Ipsos aũt sanctos adoramus per se, sed propter Deum, cui sunt vniti per gloriã & gratiã. Ad propositum ergo cum dicit. *Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentiũ* lo-

D quitur de adoratione per se, & propter se, quæ est adoratio latriæ.

Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. 321

HIc cõsequenter ponitur regis Christi sublimatio ac ipsius regni dilatatio. Et ponitur primo regni Christi dilatatio. Secundo huius dilatationis redditur ratio, ibi: *Et anima mea illi viuet*. Tertio Christianorum ponitur commẽdatio, ibi. *Annunciabunt domini*. Primo ergo

ergo ponit regni Christi dilatatio. Nam Iudæi Christum regem negauerunt, dicentes Pilato. Non habemus regem nisi Cæsarem. Pilatus aũt Gẽtilis, Christum regẽ cõfitebatur verbis. d. Iudæis exprobrando. Regem vestrum crucifigã, & scripsit, quia scripsit titulum Pilatus, & posuit super crucẽ eius, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Et sic solum ipsum Iudæorum regem fatebatur. Sed hic psal. clarius præuidens Christi regnũ ostẽdit ipsum ẽt regem esse: non solum Iudæorum, sed ẽt Gentium. d. *Quoniam domini est regnũ*. s. ipsius Christi, qui est dñs dominantium, & ps. 67. Qui ascendit super occasum, dñs nomen illi. Dñi ergo *est regnum*. s. Iudæorum, quia ad ipsum ẽt carnali successione regnũ Iudæorũ peruenerat, quia de stirpe regia recta linea natus, vt ostendit Matth. c. 1. Et tamen non solum habet regnum Iudæorũ, sed etiã sic dilatatur quòd omnium gentium regna ei subijciuntur. Et hoc est, quod subdit. *Et dominabitur gentium*. Pro cuius declaratione subdit. d

Ioan. 19.

Apoc. 19.

322 *Manducauerunt, & adorauerunt oẽs pingues terræ: in conspectu eius cadent oẽs, qui descendunt in terram.*

De pæ. d. 3. quãquam.

PEr pingues terræ intelligit reges, & principes mundi Gentiles, quia ad fidem Christi conuersi sacrũ Eucharistiæ in memoriam Christi passionis deuotẽ manducant. Sed quia nullus dignẽ Christi corpus sumere pôt sacramentaliter, nisi prius ipsum spiritualiter sumat, quia qui indignẽ manducat iudiciũ sibi manducat, & bibit, ideo deuotionem principum mundi ostendens, d. *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ*. Oĩs enim, qui adorat corpus Christi, ipsum spiritualiter recipit. Sic ergo manducauerunt sacramẽtaliter recipiendo, sed adorauerunt spiritualiter recipiẽdo. Et ipsorum deuotionem explicans, ait. *In conspectu eius cadent*, s. ipsum adorãdo se prosternentes ad terram. sicut de Magis legitur. Et procidentes, adorauerunt eum. Et hoc magis explicat alia littera, quæ in Hebræo sic habetur. *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, & curuabunt genu*. Curuare aũt genua alicui, proprium signum est adorationis latriæ, quæ soli Deo debetur. sic. n. dicebat Apostolus. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi. Verũ quia genua nõ pôt dignẽ adorando curuare, nisi humilis: ideo ad talem adorationem oportet primo per humilitatem descendere. Est ergo sensus. *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent in terram omnes, qui descendunt*, s. per humilitatem. ita φ ly *cadent* referatur ad ly *in terra: descendunt* referatur ad humilitatem.

Eucharistiam manducare.

Matth. 3.

Eph. 3.

323 *Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.*

HIc redditur ratio dilatationis regni Christi. Vbi sciendum, φ Christus meruit regnum suum dilatari merito suæ passionis, & mortis. d. Apostolo, φ factus est obediens vsq; ad mortẽ crucis: propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super oẽ nomen, vt in nomine Iesu flectatur omne genu. Hanc ergo causam ostendens Christus, d. *Et anima mea illi viuet*. q. d. Quæ est causa, quare in conspectu eius cadent omnes, &c. ipsum adorando? Respondet, quia anima illi viuet: ille enim solum Deo viuit, qui seipsum pp Deum mortificat, iuxta dictũ apostoli. d. Viuo ego iam non ego, viuit aũt in me Christus, &c. In eo igitur Christus viuebat Deo, quia pp Deum patri obediẽdo seipsum mortificauit, crucis mortẽ pro nobis tolerãdo. Et istum sensum magis exprimit litera, q̃ hic habetur in Hebræo, quæ sic dicit. *Et anima eius non viuet*. s. sibiipsi, sed Deo per obedientiam crucis. Et quia Christus per suam mortẽ, & resurrectionẽ multos Deo filios spirituales genuit, & generandos reliquit, ideo de illis dicit. *Et semen meum seruiet ipsi*. idest, fideles, qui sunt Christi semen.

Philip.

Galat. 2.

324 *Annunciabitur domino generatio ventura, & annunciabunt cæli iustitiã eius, populo, qui nascetur, quem facit dominus.*

POnitur hic Christianorum cõmendatio. quia. s. hic ostenditur quõ semen Christi. i. fideles generantur. quia. s. per prædicationẽ uerbi Dei, & fidẽ. Dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui credunt

Ioan. 1.

credunt in nomine eius, &c. Generatur ergo quis in Christo per fidē: fidem autem habemus ex auditu: auditum autē per prædicationē. Et sic prædicatio vērbi Dei semen.i. filios Christo generat, quē processum notat Apostolus.d. Quō aūt credent ei, quē non audierunt? Quō aūt audient sine prædicāte? Et hoc est, ꝙ de generatione, vel de filijs spiritualibus Dei noui testamenti.d. *Annunciabitur domino generatio ventura*. Et est constructio talis. *Annuntiabitur*.i. prædicabitur fides Christi, & per talem annuntiationem *generatio uentura*.s. noui testamēti domino conuertetur.i. generatio noui testamenti, quæ ex aqua, & spiritusancto generatur p prædicationē, conuertetur domino. Vel aliter. *Annunciabitur domino generatio ventura*.i. Angeli custodes animarum, annuntiabunt domino generationem venturam.i. preces generationis venturę.s. fideliū annuntiabunt domino, non quidem pro instruēdo domino, sed vt volūtatem Dei in precibus nostris cognoscant, & nobis qnq; referant. Et quid mirum, si taliter generationē futuram noui testamenti angeli Deo annunciant. quia etiam & hoc in antiquo testamento generationi præteritæ fecisse leguntur. Sic.n. angelus Raphael dixit Thobiæ. Cum orabas cum lachrymis ego orationem tuam tuli coram domino. Et quantum ad primum sensum ostendit, qui annunciant.s. fidē Christi, vt generatio cōuertatur dño.d. Et annūciabunt cœli iustitiā eius: cęli i. Apostoli, vel Euangelistæ, & sancti doctores annunciabunt mundo iustitiam eius.i. ipsum Christū, qui est iustitia Dei factus est nobis sapiētia à Deo, & iustitia. Vel annunciabunt cœli iustitiam eius.i. legem Euangelicam, quæ nihil iniustū, sed omnia continet iusta. Et quibus ista iustitia sit nuntianda, subdit.d. *Populo, qui nascetur, quem fecit dominus*. Ecce populum Christianum dicit nasciturum de futuro, quem tamē à Deo factum dicit de præterito. Ideo notandum, ꝙ duplex est factio, qua Deus populum Christianum fecit, vna est naturalis qua ipsum facit de nihilo producendo, sicut quādo quis generatur, vel mūdo nascitur. alia est, qua nos facit spirituales per regenerationem ex aqua, & spiritusancto, quæ sit per baptismum, & istam primam præsupponit, quia nullus potest regenerari: nisi primo fuerit generatus. Dicit ergo *populo qui nascetur*, s. per regenerationē spiritualem. *quem fecit dominus*.s. ante per generationem naturalem, quia qui primo nos fecit, vt essemus, secūdo nos fecit, vt iusti essemus. Et nota, ꝙ iste psa. de Christi passione, à Christi passione incipit, sed in magna spe Christianorum terminatur, vt quisque sciat se ex passione Christi saluari.

Rom. 10.

Thobiæ 12.

1. Cor. 1.

PSAL. XXII.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit.

325 De consecr. d. 2. in calice.

Titulus istius psal. est: *psal. Dauid*. De materia istius psalmi, notandum ꝙ fundatur huius litera supra historiam, quę habetur 1. Regū 22. vbi habetur, ꝙ cum Saul persequeretur Dauid, ipse Dauid fugit in speluncā Odollam. Quod dum audissent fratres eius, & oīs domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eum oēs, qui erant in angustijs constituti, & oppressi ære alieno. Et factus est eorum princeps. Fueruntq; cū eo quadringenti viri, cū quibus omnibus fugit de regno Saulis ad regem Moab, qui.s. erat gentilis, & idololatra. Sed quia homines, qui erant cum Dauid, erant fugitiui, & ære alieno oppressi .i. debitis obligati, ideo propter penuriam erant ad idololatriā dispositi, antequam reuerti vellent ad propria. Ne ergo Dauid, & viri, qui erāt cum eo idololatrarent, manentes cū rege Moab, qui erat idololatra, Gaad propheta de mandato domini dixit ipsi Dauid, ꝙ ibi non remaneret, sed iret in terram Iuda, vnde sequitur, quod inde profectus est Dauid, & venit in terram Iuda in saltum Areth.s. confidens de prouisione diuina. Et dicit Rab. Sa. ꝙ diuina virtute factus est locus ille abūdans fructibus, aialibus, & irriguis fontibus. Et tunc Dauid videns se per Dei gratiā cū suis in loco vberi, & pascuoso positum, Deo

1. Reg. 22.

Deo gratias agens, fecit istum psalmum dicens. *Dominus regit me*, &c. Dic vt Nic. de Ly. Quantum vero ad significatũ historiæ, dicit Magister in gl. q̃ hic Dauid spiritu prophetico tactus, vidit reditum populi de captiuitate Babylonica sub Zerobabel. & Iesu magno sacerdote, vt habetur Nee 1. Qui reditus de captiuitate, figurabat reditum fidelis populi de captiuitate huius sæculi ad ecclesiã catholicam. De quo reditu scilicet Gentilium ad fidem hic intendit agere Psal. vnde in isto Psalm. loquitur ecclesia de gentibus congregata, ostendens gratias à Deo sibi factas. Et ẽm numerum gratiarum, psal. iste diuiditur. Et sic ẽm q̃ iste psal. nouẽ versus continet, iste psalmus nouem gratias enumerat. Prima est legis euãgelicæ salutaris prædicatio: ibi *Dominus regit me*. Secunda est aquæ baptismalis spiritualis renouatio: ibi. *Super aquam refectionis*. Tertia est perfectioris vitæ perfectorum erogatio: ibi. *Deduxit me*. Quarta est mundi aduersorum vigoralis superatio: ibi. *Nam si ambulauero*. Quinta est filiorũ delinquentiũ paternalis castigatio: ibi. *Virga sua*; Sexta est Christi corporis internalis recreatio: ibi, *Parasti in conspectu meo*. Septima est Christi sanguinis integralis inebriatio: ibi. *Impinguasti in oleo*. Octaua est finalis perseuerantiæ perfecta cõfirmatio: ibi. *Et misericordia tua subsequetur*. Nona est æternalis felicitatis gloriosa inhabitatio: ibi. *Et vt inhabitem in domo domini*. Prima ergo gratia facta ecclesiæ suæ, est prædicatio legis Euãgelicæ. Verbum namq; Dei est cibus nostræ mẽtis, & refectio; iuxta illud Matt. 4. Non in solo pane viuit homo: sed in oĩ verbo quod procedit de ore Dei. Quod exponens Rabanus dicit. Duplicem namque naturam habet homo, s. corporalem, & spiritualem. Vnde sicut corpus humanũ sine terreno cibo non viuit: ita & anima viuere non potest sine verbo Dei. Si quis ergo non vescitur verbo Dei, iste spiritualiter nõ viuit, cibus ergo noster est verbum Dei, pastor noster est ipse, Christus doctor, & magister: locus vero pascuæ, & refectionis, est sacra scriptura de quibus ait. *Dominus regit me*. i. Christus, qui est pastor noster. Ioan. 10. Qui nos regit, dũ verbo sacræ scripturæ nos reficit. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Et quàm sufficienter verbo suo nos regat: ostendit. d. *Et nihil mihi deerit*, quia *in loco pascuæ ibi me collocauit*. Quid enim est locus spiritualis pascuæ, nisi sacra scriptura, quæ contra omnem penuriam animã pascit, & contra omnem spiritualem infirmitatem adhibet medicinã? Vnde in pascuis sacræ scripturæ quanta sit efficacia verbi diuini, vt nulli auditori aliquid deficiat, ostendit Goffredus super illo verbo. Beati, qui audiunt verbum Dei, &c. In pascuis sacræ scripturæ verbum Dei oĩa factum est omnibus, ut nulli audienti verbum Dei aliquid deficere possit. d. Psal. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*, &c. Nam, si mortuus es peccato, cũ audieris vocem filij Dei viues, Christo dicente, Qui audierint verbum, vel vocẽ filij Dei, viuent. Si cor tuum induratum est, ipse emittet verbum suum, & liquefaciet illud. Si tepidus es, & iã euomi formides, non discedas à pascuis scripturæ, & verbum Dei inflãmabit te, quia ignitum eloquium eius vehementer. Si tenebris ignorantiæ grauaris, diligẽter audias quid loquatur in te dominus Deus tuus, & erit verbum domini lucerna pedibus tuis, & lumen semitis tuis, Ac forte tanto amplius, quanto clarius, etiam peccata minuta illuminatus agnoscens. Si immundus es, verbum Dei te purificabit. Audi Christum apostolis dicentem, Iam vos mundi estis propter verbũ meum. Si cõsistant aduersum te castra, & prælium tentationis insurgat: accipe gladium spiritus, quod est verbum Dei, & in eo facile triumphabis. Et si, vt est consuetudo certaminis, contigerit te aliqualiter vulnerari, audi scripturam dicẽtem, Misit verbum suum, & sanauit eos. Quod benè nouit Centurio, d. Christo, Dic verbum tuum, & sanabitur puer meus. Et si titubas confidere in verbo Dei, clama d. Mei autem penè moti sunt pedes, & in verbo Dei confirmaberis, vt experimento discas: verbo domini cœli firmati sunt, vt sic in pascuis scripturarum positus pastorem Christum agnoscas. d. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*. Cuius ratio est, quia in loco pascuæ scripturarum me collocauit. Sic enim ait Christus. Per me si quis introierit, salua-

Marginalia: Neem 1. — Ioan. 10. — Matth. 2. — Lucæ 11. — Ioan. 5. — Psal. 118. — Ioan. 15. — Psal. 193. — Matth. 8. — Psal. 72. — Ioan. 10.

saluabitur, & pascua inueniet. Hæc est ergo prima gratia facta ecclesiæ, s. verbi Dei prædicatio, sine qua non credidissent gentiles. d. Apostolo. Quomodo credent ei quem non audierunt? Dicat ergo ecclesia *in loco pascuæ ibi me collocauit*, quia locus pascuæ scripturarū ablatus est à Iudæis: & datus gentibus, quia intellectum scripturarū perdiderunt Iudæi sua malitia, & gentes cōuersæ illum acceperunt. d. Christo Iudæis, Auferetur à vobis regnum Dei, scilicet intellectus scripturarum, & dabitur genti, &c.

Rom. 4.

Matth. 21.

326 *Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.*

Ponitur hic secunda gratia ecclesiæ facta, s. aquæ baptismalis spiritualis regeneratio. Primo enim verbum Dei prædicatum est gentibus. Secūdo ex auditu verbi Dei baptismum receperunt: dicente Christo Matt. vlt. Ite docete omnes gentes, sequitur, baptizātes eos, &c. Vbi nota, q aqua baptismi dr̄ aqua refectionis. Reficere. n. idem est, quod iterū facere. Deus enim primo creauit hominem rectum & sine peccato, & ipse seipsum factum destruxit peccando, Deus fecit hominem rectum, & ipse se multis immiscuit quæstionibus. Illud ergo, per quod homo ad primū, in quo factus fuerat, reducitur, vocatur hominis refectiuum. Cum igitur per aquam baptismi homo ad primum innocentiæ statū reducatur, hinc est, quod aqua baptismalis aqua refectionis dicitur. Et hoc est, q hic dicit Ecclesia. *Super aquam refectionis educauit me*. i. per aquā baptismi eduxit me. s. de statu culpæ ad statū gratiæ. Educere namq; componit ab se, & duco ducis, & sic educere est extra ducere. *Educauit ergo me super aquā refectionis*. i. eduxit me de gentilitate ad fidē. Et hoc est, quod subdit. *Animam meam conuertit*. s. ab idololatria ad verum Dei cultū. Ista est aqua purgatiua, de qua Eze. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mūdabimini ab omnibus inquinamētis vestris. Sed circa istam aquam refectionis insurgit dubiū. s. quare per aquā voluit Deus hominem lapsum reficere potius q̄ in alio elemento. Ad hoc rñdet Magister adducens maxime duas rationes. Prima pp conformitatem, quia sicut aqua abluit sordes corporis, ita baptismus sordes mentis. Secunda pp cōitatem: quia aqua cōior est apud oēs cæteris liquoribus, vt ergo nullū à baptismo excusaret inopia, vt si fieret in vino, lacte, vel oleo, ideo reficere hominē voluit per aquā, quia cōis est omni patriæ, & omnibus personis tam pauperibus q̄ diuitibus. Sed quia aqua multiplex reperitur, ideo quęritur, qualis aqua ad baptismum apta sit materia. Ad hoc dicunt doctores, quod aqua baptismi debet esse aqua simplex, non alterata à sua specie. Vbi notandum q aqua alteratur aliqñ solum in accidentibus non in sua specie, vt cū de calida fit frigida: vel ecōtrario: vel de dulci amara, vt cùm aqua fluuij intrat marę: vel ecōtrario de amara dulcis, & talis alteratio non impedit aquam esse debitam materiā baptismi. Alia est alteratio, quæ fit circa substantiam, q fit qñq; per putrefactionem, vel digestionem, vt cùm aqua putrefacta in terra per digestionem in vite efficitur vinum, qñq; per alterius liquoris admixtionem, vt cum modicæ aquæ multum vinum miscetur. Et quia tales mutationes variant aquæ speciem, ideo non remanet aqua debita baptismi materia. Ad hoc aūt clarius videndum, quę sit debita aqua refectionis, sciendū quod multipliciter variatur aqua. s. per alterationem, per generationem, per corruptionem, per mixtionē, per digestionē, per resolutionem. Alteratio solum variat aquam in accidentibus, vt cum fit de frigida calida, &c. & talis mutatio non variat speciem aquæ. Generatio aūt, vt cū ex aere generatur aqua, vel ex aqua generatur aer. sic quòd semper generatio vnius est corruptio alterius, & tunc potest baptizari in aqua genita. Si autem ex aqua generetur aer, in aere ex aqua genito baptizari non potest. Mixtio autem vt cum ex duobus vnum tertiū generatur: vt ex aqua, & farina generatur panis, & non remanet aqua, nec farina, ideo in tali mixtione, baptizari non potest. Digestio autem vt cum aqua per digestionem in vrinam conuertitur, ibi variatur species: ideo ibi non est debita aqua baptismi. Resolutio aūt vt cū aqua resoluitur in terram, vel sanguis in aquā & alij liquores effusi resoluuntur in aquam.

Matth. vlt.

Aqua baptismi.

Eccles. 7.

Ezech. 36.

Quæstio.

Magister lib. 4. d. 3.

Quæstio.

Aqua multis modis variatur.

aquã, tūc fit terminus, in quē fit aqua, in ipso baptizari potest. Si autem aqua sit terminus à quo, in termino resolutionis baptizari nō potest, quia species aquæ variator. Ex prædictis apparet aliquorum dubiorū solutio. Primum est vtrum in tinctura, vel atramento possit baptizari, & videtur per prædicta quod sic: quia ibi non est variatio nisi fm qualitates, quia aqua alba facta est nigra: talis aūt variatio non mutat speciē aquæ. Iste casus realiter accidit Parisijs, dum ibi legerem, &c. Respondeo quod non, quia in tinctura est variatio mixtionis, quia ad tincturam faciendam multa miscentur cū aqua, ex quibus resultat tertium per cōpositionem. Secundū vtrū in sputo. Respondeo ꝙ non, quia ibi est mutatio per digestionem, quæ variat speciem. Similiter de aqua rosacea, vel vitis. Tertium vtrū in lixiuio. Dicunt quidam quod nō: quia ibi est digestio aquæ per cineres, sicut digeritur aqua per vitem virtute solis, & in vinum conuertitur. Sanctus doctor dicit, ꝙ sic, quia sicut aqua trāsiens per venas sulphureas non variat speciem: quin sit debita baptismi materia, sic nec transiens per cineres. Ego autem considerans de hoc inter doctores controuersiam: dico ꝙ tutius est in lixiuio baptizare. Et si quis sic baptizatus fuerit: sub conditione rebaptizari debet: fm regulam iuris, li. 6. In dubijs certior uia tenēda est. Ex prædictis omnibus apparet, quæ sit debita aquã refectionis. s. baptismi, quia. s. aqua simplex in specie sua nō variata. Hęc est ergo aqua refectionis: quia lapsos nos reficit, est aqua educationis: quia nos de morte educit ad vitam, est aqua conuersionis, quia de gentilitate baptizatos conuertit ad fidem, de qua saluator ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto, &c.

Quæstio.

Nota bene.

Ioan. 3.

327 *Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum.*

2. q. 7. testes.

semita quid à via differat.

HAec est tertia gratia facta ecclesiæ, s. perfectionis vitæ perfectorū erogatio. Vbi nota, ꝙ semita in hoc differt à via: quia semita arctior est quã sit via, via autem latior. Quid ergo sunt semitæ, nisi strictæ viuendi iustorum regulæ, quæ quamuis hic sint strictæ, tamen citius ducunt ad patriam, quàm faciat via lata? Vnde fm Cathol. à semis, ꝙ est dimidius, dr hæc semita, s. dimidiū iter, & est semita duorum pedum. s. via adeo stricta, vt alter in transitu transire non possit. Et sic semita significat perfectionem viuendi, quæ in duobus præceptis charitatis consistit transitum obuianti non permittens, s. obuiantibus tentationibus non cedens. Super has semitas iustitię deduxit Deus ecclesiam, reliquos in via mundi lata vagari permittens. Vnde Greg. d. Arcta. n bene viuendi cēsura non est ampla via, sed semita stricta, in qua quisq; studiose astringitur, quia sub præceptorum custodia sollicitē coangustatur. An non quasi quædam angustia est itineris in hoc quidem mundo viuere, sed de huius mundi concupiscentia nihil habere, aliena non appetere, propria non tenere, laudes mundi despicere, & pro Deo opprobria amare, gloriã fugere, despectum sequi, adulantes dispicere, despicientes honorare, mala nocētium ex corde dimittere, & erga eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere? Quæ videlicet omnia semitæ sunt, sed magnæ, quia quanto in præsenti vita pro ipsa viuendi custodia angustę sunt, tanto amplius in æterna retributione dilatantur. Et hæc omnia fideles libenter sustinent propter honorem nominis Dei. Sic enim de apostolis dr, ꝙ ibant gaudentes, &c. qm̄ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Quod bene hic notans Psal. d. *Deduxit me super. semitas iustitia propter nomē suum.* Per has ergo semitas iustitiæ ecclesiam suã Christus deducit sibi d. Viã sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis. Quod ideo dicit, quia maior sapientia est per semitam arctam ad æternam dirigi vitam, quã per latam viam ad mortem. Vnde Prou. 12. In semita iustitiæ vita.

Grego. 28. mor. c. 24.

Actuum 5.

Psal. 4.

Prouer. 12.

Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

328 *5. q. 5. non omnis.*

HAec est quarta gratia ecclesiæ facta per Christum. s. constanter superare oēs mundi aduersitates. Vbi notãdum, ꝙ per vmbrã simpliciter præsens vita

vita designatur, sed per vmbram mortis vitæ præsentis miseria, & mors. Primum patet, quia, sicut vmbra habet apparentiam, & non existentiam, & sic præsens vita licet aliquid appareat, modicum tamen habet existentiæ. Et sicut etiam uidemus, q vmbra secum non compatitur solem, sed sol semper proijcit umbram ex altera parte corporis, sic est de temporali vita præsenti, & de vero sole institiæ Christo. Quoniam qui habet ante oculos suæ mentis Christum solem, vmbram vitæ præsentis retro se habet. & econtrario, qui dorsum vertit ad Christũ, vmbram præsentis vitæ ante oculos suos habet per amorem. Et ideo sicut decipitur, qui ueram rem propter vmbram dimittit, sic qui veram uitam propter præsentem negligit, unde de dilectore præsentis vitæ dicitur. Quod apprehendit vmbram, & persequitur vẽtum. Et sicut quanto amplius sol declinat, umbra longior, & maior causatur, sic quanto magis per peccatum sol Christus nobis occidit, tanto via præsens nobis maior apparet, & econtrario, quanto sol eleuatur, tanto vmbra breuior causatur, sic quanto in nobis per amorem eleuatur Christus, tanto ista uita minor, & quasi nihilum reputatur. Quod bene considerans Hieremias, d. in persona peccatorũ. Væ nobis quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ. Si ergo umbra significat uitam præsentem, consequens est, ut vmbra mortis significet miserias, pœnas, ac etiam mortem uitę præsentis, unde de pœnis, & miserijs istius uitę sub nomine umbræ mortis dicitur. Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis. Vnde Gregorius super illo verbo Luc. 1. Illuminare ijs, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent, dicit per vmbram. n. mortis mors carnis accipit, quia sicut vera mors est, qua anima separatur à Deo, ita vmbra mortis est, qua caro separatur ab anima. Ad propositum ergo Ecclesia cognoscens se per Christum fortificatam ad omnia mala vitæ præsentis pro fide constanter tolerandum, dicit. *Nã etsi ambulauero in medio vmbræ mortis*, i. inter oĩa mala præsentis vitæ ẽt, & vsq; ad mortem, *nõ timebo mala*, scilicet pati, *quoniam tu mecum es*, in corde, s. per fidem, vt. s. post umbram mortis ego tecũ sim per speciem. Vel d. *quoniam tu mecum es*, i. per doctrinam ad hoc me confortans, vnde ipse Christus suis d. Nolite timere eos, qui occidũt corpus. Qđ exponens Chrysost. dicit. Nolite timere, &c. quoniam corpus etsi ab impijs occisum non fuerit propter Deum, à seipso post modicum morietur propter naturam. Ergo occisi secundum corpus ab iniquis, nihil perdidis, nisi mortis dilationem, ut corpus, quod post modicum fuerat moriturum, ante modicum moriatur. Si ergo & gratis post modicum morituri sumus, nulla Dei causa proposita, quare non ante modicum in causa Dei cum gloria morimur, ut fiat uoluntarium quod futurum est necessarium, vt offeramus pro munere, quod reddituri sumus pro debito?

Eccl. 34. — Hier. 6. — Psal. 43. — Luc. 1. — Mat. 10. — Chrysostomus super Matthæum — Mors corporalis.

Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. 329

Est hæc quinta gratia Ecclesię facta, scilicet delinquentium paternalis correctio. Delinquentes enim filios Deus hic paternaliter corrigit, ne in futurum puniat. Sed reprobos hic temporaliter reficit, ut in æternum puniat. Quia sicut apud Deum nullum bonum irremuneratum manet, sic & nullum malum manet impunitum. Et sicut flagella Dei, qua nos hic corrigit, consolationem nobis debet inferre, quia nobis signum est dilectionis Dei, sic & successus prosperitatis mestitiam, quia signum est reprobationis. Et hoc est, quod dicitur Prou. 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum. Quod bene notans Gregorius d. Nunc etenim flagellatur iustus, & verbere disciplinæ corrigitur, quia ad æternæ hereditatis patrimonium ordinatur. In suis autem uoluptatibus relaxatur iniustus, quia isto tempore ei tẽporalia bona suppetunt, cui deneganrur æterna. Iniustus ad debitam mortem currens, effrenatis uoluptatibus utitur, quia & uituli, qui mactandi sunt, in liberis pastib. relinquuntur. At cõtra iustus a delectationis transitoriæ iucunditate restringitur, quia nimirũ ad laboris vsum ut vitulus uitæ deputatus sub iugo retinetur. Negatur electis in hac uita bona terrena, qa, & ægris, quibus viuendi spes est, nequaquam à medico cuncta, quę appetunt,

conceduntur. Dantur autem reprobis bona, quæ in hac vita appetunt, quia & desperatis ægris omne quod desiderant, non negatur. Perpendant ergo iusti, quę sint mala, quæ iniquis permanent, & ne quaquam eorum fœlicitati inuideant. Quid est, ꝙ de ipsorum gaudio admirētur, quando & ipsi iusti per iter asperum ad salutis patriam redeūt, & iniusti quasi per amœna prata ad foueam tendunt? Ex quibus omnibus patet, quòd prospera malis causa debent esse mæstitiæ, aduersa bonis cōsolationis, & lætitiæ. Quæ omnia attendens Ecclesia lætatur cum virga à Deo corrigitur, d. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Vbi per virgam intellige correctionem leuem, & afflictionem, vt puta, quæ fit in rebus tēporalibus, per baculum autem grauiorē, & duriorem, vt puta, quæ fit in corpore. Sic enim percutit Deus corpus, vt animam sanet. Et hoc est, quod dicitur Ps. 88. Si dereliquerint legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo.

Virga.

Baculum.

330 *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me.*

de con. d. 2.

Christus.

HIc ponitur sexta gratia Ecclesiæ facta. s. corporis Christi consecratio, vbi per mensam accipe communionem corporis Christi. Postquam enim Christus consecrauit corpus suum in cœna, communicauitque discipulis, de isto Sacramento sub mensæ nomine dixit eis. Ego dispono vobis regnum, vt edatis, & bibatis super mēsam meā in regno meo, idest, in Ecclesia militante, tunc enim instituit istius Sacramenti vsum. De hac mensa corporis Christi dicitur. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, & proposuit mensam. Tunc enim sapientia ædificauit sibi domum, quando verbum Dei quod est sapientia Patris, Ecclesiam suam congregauit ex Gentibus excidit columnas septem, quādo ipsam septem donis Spiritussancti roborauit, immolauit victimas quādo seipsum pro nobis in cruce moriens obtulit Patri, proposuit mensam, quando in mensa altaris corpus suum consecrandum nobis

Mensa.
Eucharistia.
Luc. 26.
Prou. 9.

E reliquit, vt merito sibi ex hoc gratias Ecclesia dicat. *Parasti in conspectu meo mensam.* Et de hac mensa ad literam dicit Apostolus. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum, nō potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Sed ad quid valeat talis mensa corporis Christi, subdit, d. *Aduersus omnes, qui tribulant me.* s. aduersus dæmones, unde sicut indignè sumentibus corpus Christi magis nocere pōt diabolus, in cuius figuram de Iuda dicitur, quòd post communionem introiuit in eum Sathanas. s. ad ipsum magis possidendum.

1. Cor. 10.

Ioan 6.

F Sic si dignè sumatur, fugat dæmones, & nos aduersus eos facit fortiores. Vnde Petrus Dam. super illo verbo Christi. Qui manducat carnem meam, &c. ꝙ corpus Christi etiam ore carnis suscipere perutile est. Terretur. n. aduersarius noster diabolus cum Christiani labia Christi videt cruore rubētia. Agnoscit. n. profecto suæ perditionis iudicium, & diuinæ victoriæ qua captiuatus est, & obtritus non tolerat instrumētum. Ad hoc tamen plenius intelligendum notandum ꝙ ad hāc mensam Christi corporis diuersimodè accedunt diuersi,

G & sumunt Sacramentum. s. quidam sacramentaliter, sed non spiritualiter, & istis nocet, quidam autem sacramentaliter, & spiritualiter, & istis uitam tribuit, & proficit aduersus omnes tribulantes.

331 *Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus est.*

HAec est septima pars, in qua ponit septima gratia facta Ecclesiæ. s. sanguinis Christi salutaris inebriatio. Hic gl. mouet dubium, d. Quare psa. calicem

Quæstio.

H sanguinis Christi Ecclesiæ concessum, aliam gratiam à mensa Christi. i. a carne corporis Christi ponit distinctam, cum tamen nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne possit esse, uel sumi, nec ibi sunt duo sacramēta caro, & sanguis, seu unum sacramētum? Respondet, quia nec caro est sanguis, nec sanguis caro, tamen panis in carnem conuertitur, & vinum in sanguinem, & non econtrario, quia nō panis in sanguine, nec uinum in carne, & utrumq; sub diuersis speciebus sumitur,

Respon.

fumitur, ideo mensam, & sanguinem distinguit velut diuersas gratias. Ad ista autem intelligendum, est sciendum q̃ in cõsecratione corporis vel sanguinis aliq̃d ibi efficitur virtute uerborum principaliter, aliquid autem ratione concomitãtiæ, &c. Hoc ergo præmisso sciendum, q̃ per caput anima nostra significatur, quia sicut in corpore caput est principalior pars, sic in toto homine anima. Sic.n. caput pro anima accipit scriptura d. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Benedictio autem Domini super caput uendentium.i. super animam. Per oleum autem, quod supernatat omnib. liquoribus, gratia Spiritussancti accipitur, qua mẽs fidelium inungitur. Et quia ipsa gratia Christus præ omnibus fuit vnctus, iõ de ipso dicitur. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quia ergo calix sanguinis Christi dignè sumentes omnibus uirtutibus inebriat, & impinguat, ideo hanc uirtutem Ecclesia sibi datam ostendit d. *Impingua sti in oleo caput meum*, animam meam omni gratia dilatasti. Et quæ est ratio? *quia calix meus inebrians est*, quia sicut mens ebrij absorbetur à vino, sic & mens deuota absorbetur à gratia, per Christi sanguinem data. Tamen est differentia, quia ebrietas corporalis obscurat intellectũ, ebrietas autem gratiæ magis illuminat, quod notans dicit, *quàm præclarus est*.i. multum clarus. Vnde istum textum exponit Ambrosius lib. de Sacramentis, & habetur de consec. d. 2. in calice d. *Calix meus inebrians quàm preclarus est*. Quotiescunque calicem Domini bibis, remissionem peccatorum accipis, & inebriaris spiritu, non carne. Vnde Apostolus ait. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini Spiritusancto. Hæc est præclara ebrietas, quæ sobrietatem spiritus operatur.

Prou. 11. *Psal. 44.* *Ephes. 5.*

332 *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus uitæ meę.*

Haec est octaua gratia Ecclesiæ data.s. finalis perseuerantia. Ecclesia enim Dei licet multas pressuras patiatur, nunquam tamen a fide deficiet, quia fidem eius, quam gratia præueniens operatur, gratia subsequens confirmat; Et hoc est quod orat Ecclesia d. Misericordia tua nos præueniat, & sequatur, preuenit enim inspirando, subsequitur adiuuando.

Et ut inhabitem in domo domini, in lõgitudine dierum. 333

Est hæc nona gratia ad quam. s. omnes præteritæ terminantur, vt. s. Ecclesia in cęlesti domo fœliciter habitet in æternum. Vbi nota, q̃ domus Dei est multiplex. s. exterior, interior, inferior, & superior. Domus inferior est mũdana machina, quæ est domus omnium creaturarum, & quasi consistorium in quo omnia disponuntur sapienter. Baruch 3. O Israel quam magna est domus Dei, &c. Domus exterior est Ecclesia, quæ est quasi oratorium, in quo Deus colitur reuerenter. Domus mea domus orationis uocabitur. Domus iterior est conscientia, quæ est quasi dormitorium, in quo iusti requiescant suauiter. Intrãs in domum meam requiescam. Domus superior est æterna gloria, quæ est quasi refectorium, in quo boni reficiuntur fęliciter. Replebitur in bonis domus tuæ. Et de ista domo gloriæ hic loquitur Ps. d. in persona Ecclesiæ, quod omnes prædicant gratias, ideo Deus Ecclesię suæ fecit, *vt inhabitem in domo Domini*, scilicet in gloria, *omnibus diebus uita mea*.

Domus Dei multiplex. *Matth. 21.* *Sap. 8.* *Psal. 64.*

PSAL. XXIII.

Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, et vniuersi, qui habitant in eo. 334

Hvivs Psalmi titulus est. *Psalmus Dauid in prima sabbathi*. Vbi notandum est, quòd Hebręi propter dignitatẽ sabbathi, omnes alios dies septimanæ sabbathum appellant, sed differenter. Quoniã dies sabbathi simpliciter appellatur sabbathum. Prima autem dies sequens sabbathum, uocatur prima sabbathi. s. dies Dominicus. Secunda dies post Sabbathum, dicitur secunda Sabbathi. s. dies lunę, & sic dicitur de alijs sequentibus. Sic enim & Gentiles dies appellant à nominibus planetarum dicentes, dies Lunæ ab ipsa Luna, dies Martis ab ipso Marte,

Marte, & sic de alijs quem modum etiã nos tenemus ex Gentibus ad fidem conuersis. Prima ergo Sabbathi est dies dominicus, in quo mundus primo conditus fuit, quando scilicet in principio fecit Deus cœlum, & terram, & diuisit lucem à tenebris &c. Factumque est vespere, & mane dies vnus, scilicet dies dominicus. Insuper, & in eodem die Christus depositis mortalitatis tenebris, clarificatus resurrexit. Et homo, deposita peccatorum caligine, restitutus est luci gratiæ per Christi resurrectionem. De hac ergo clarificatione Christi, & hominis reparatione in prima sabbathi facta agit iste Psal. factus à Dauid in prima sabbathi, idest, pro Christi resurrectione spirituali, quæ perpetrata fuit in prima sabbathi, idest, in die resurrectionis. Et quamuis ista sit intentio Psalmistæ, ut ostendetur, tamen hanc intentionem suam fundat supra quandam historiam quæ habetur. 3. regum 8. scilicet, quòd cum per Salomonem perfectum esset templum cum omnibus suis ornamentis, conuenit ad regem Salomonem vniuersus Israel. Et portauerunt sacerdotes arcam fœderis in templum, & posuerunt eam in sancta sanctorum. Verùm, vt dicunt doctores Iudæorum, & maxime Ra. Salomon, quandò sacerdotes præcedente rege, & omnibus seniòribus populi, voluerunt arcam Domini inferre infra templum, statim portæ templi se clauserunt. Et tunc sacerdotes orantes, inceperunt canere Psal. Memento, Domine, Dauid, quem Psal. prius Dauid fecerat spiritu prophetico, hoc præuidens, scilicet qualiter portæ templi se clauderent, & quomodo aperirentur, cantantes ergo. illum Psal. ante portas clausas, quando fuerunt in illo versiculo, Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui, idest, Salomonis regis iuncti, statim portæ seipsas aperuerunt. Consimiliter, & Dauid eadem causa fecit istum Psal. præuidens prædicta. Et istum etiam Psal. sacerdotes canebant. Sic q; vna pars cãnebat psal. prædictum, Memento, & alia pars canebat istum Psal. *Domini est terra*. Et sic accidit, quòd quando canentes. Memento, Domine, Dauid peruenerunt ad illum versum,

Ps. 131.

Propter Dauid seruum tuum, &c. tunc insimul alia pars canans Psa. *Domini est terra*, peruenit ad illum versum. *Attollite portas*, &c. Et tunc ad cantum illorum duorum uersiculorum portæ templi apertæ fuerunt. Sic igitur istos duos Ps. fecit Dauid præuidens clausuram portarum templi, vt istorum virtute aperirentur. Nec obstat, quòd isti duo psal. simul facti à Dauid sint tantum in psalterio distantes. Quia sicut dicit Hieronymus in prologo, huius libri psalm. fuerunt in hoc libro positi, non secundum ordinem, quo fuerunt facti, sed secundum ordinem, quo fuerunt reperti. Contigit autem in aliquib. quòd illi ps. qui primo fuerunt facti fuerũt de vltimis reperti sicut patet de ps. 143. s. Benedictus Dominus Deus meus quem secũdum Hieronymum fecit Dauid pro victoria habita cõtra Goliam Philisteũ, & sic fuit primus factus à Dauid, & tñ ponitur quasi in vltimo. Et contra de ps. 3. s. Domine, quid multiplicati sunt, quem fecit fugiendo à facie Absalon filij sui, & sic factus fuit quasi circa finem ipsius Dauid, & tamen ponitur quasi in principio. Sic in proposito licet isti duo psal. insimul vel quasi fuerint facti, tamen distanter sunt multum situati, quia distanter fuerunt reperti. Ex prædictis ergo apparet materia psal. & intentio illius. Vnde primo tractabo litteram psal. & consequenter intentionem litteræ. Littera enim ps. est de introductione arcæ in templum Salomonis. Et ps. diuiditur in partes duas, &c. vt Nic. de Ly. Quantum uero ad intellectum Psalmi, est intentio Psalmistæ hic agere de Christi clarificatione. s. per quam fundata est catholica Ecclesia. Et sic psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primo catholicę Ecclesiæ commendat dignitatem. Secũdo membrorum Ecclesiæ demonstrat qualitatem, ibi. *Quis ascendet*. Tertio infideles ad Ecclesiæ prouocat unitatem, ibi. *Attollite portas*. Prima diuidit in duas, quia primo ostendit Ecclesię dignitatẽ. Secũdo eius potestatẽ, ibi. *Quia ipse super maria*. Quantum ad primum ostẽdit Ecclesiæ dignitatem, & hoc ratione Domini, per quem gubernatur, & regitur. Regnum. n. à rege nobili nobilitatem recipit, sicut ab ignobili dissipatur. Sic enim

Rex Domini.

nim dicitur Eccles. 10. Væ terræ, cuius rex puer est, cuius principes mane comedunt. Beata autem terra, cuius rex nobilis est. Si igitur ex nobilitate regétis terra nobilis dicitur, quanta erit Ecclesiæ dignitas, quæ per ipsum Deum immediatè regitur, possidetur, & gubernatur? Et hoc est, quod dicit. *Domini est terra*. Per terram hic intelligit Ecclesiam. Tũ propter stabilitatem durationis. Eccl. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Quod ideo dicit, quia licet generationes variæ sibi succedant in Ecclesia, ipsa tamen nunquam deficiet. Tum propter humilitatem subiectionis, quia sicut terra aliis elementis subijcitur, sic Ecclesia multis aduersitatibus subiecta premitur, cœlum sursum, & terra deorsum quod ideo dicit, quia terra Ecclesiæ subijcitur superioribus virtutibus, & cœlestibus, quibus defensatur. Tum propter fertilitatem fructificationis, quia solum infra terram Ecclesiæ quis fructum boni operis, & meriti producere potest, quia ipsa sola Dei gratiam, & benignitatem recipit. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Et hac ratione Gregor. dicit terram significare Ecclesiam, exponens illud Iob. 26. Appẽdit terram super nihilum d. Quid enim terræ nomine nisi sancta Ecclesia designatur? Quæ dum verba prædicationis suscipit, fructum boni operis reddit. De qua per Moysen dicitur. Audiat terra verba ex ore meo: expectetur sicut pluuia eloquium meum. Et quid per nihilum nisi Gentiles populi designantur? de quibus per prophetam dicitur. Omnes gentes velut nihilum, & inane reputatæ sunt. In eo ergo nihilo terra suspenditur, quia corda Gentilium ad fidem deducta repleta sunt charitate Dei, quæ prius repleta fuerant torpore diaboli. Ecclesia ergo est illa terra bona, in qua semẽ cecidit, & attulit fructum trigesimum, sexagesimum, & centesimum, de qua nũc dicit psalm. *Domini est terra*. sequitur, *& plenitudo eius*. Plenitudo Ecclesiæ dicitur gratia Dei, sine qua anima dicitur inanis, & vacua, quam plenitudinem primo habuit caput Ecclesiæ Christus; de cuius plenitudine omnia Ecclesiæ membra participant. Vidimus eum plenum gratiæ, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam, &c. *Dicit ergo, quòd Domini est terra, & plenitudo eius*. scilicet gratia, vt nullus sibi aliquam gratiam attribuat, sed omnem à Deo recognoscat. sequitur, *Orbis terrarum*. hoc dicit ad denotandum Ecclesiæ latitudinem. Quia non solum congregata, est de vna mundi gente (sicut antea solum erat in Iudæa) sed de toto orbe est congregata virtute Christi passionis, ipso dicente. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, idest, de omni generatione mundi, quia sic per fidem totum orbem terrarum, idest de omni parte orbis populos Deus Christo subiecit, vt ostendit Apostolus d. Non enim Angelis subiecit Deus orbem terrarum, sed Christo. *Orbis ergo terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo*. i. de omnibus generationibus orbis terrarum sunt domini, quia de Ecclesia sua, quos per suam gratiam gubernat, & regit.

Prouer. 25. — Psal. 84. — Greg. li. 17. mor. c. 11. — Iob 26. — Deut. 32. — Plenitudo gratia. — Ioan. 1. — Ioan. 12. — Hebr. 2.

Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. 335

VBi notat Ecclesiæ potestatem, quę superat omnia aduersa, & mundi potestates. Vbi nota, quòd per mare intelliguntur mundi aduersa. Per flumina vero mundi potentes. *Super maria* ergo Christus *fundauit orbem*, idest, Ecclesiam suam, quia per persecutiones infidelium Ecclesia fundata creuit, vt per Christi passionem & Apostolorum. Et quanto maior erat persecutio, tãto amplius crescebat Ecclesia. Vnde Greg. dicit. Quid enim maris nomine nisi in bonorũ necẽ seruiens mundi huius amaritudo signatur? Per flumina vero huius mundi potentes accipe, vt ait glo. quia sicut flumina in mare refluunt, ita potentes, & cupidi labuntur in sæculum, quos tamen sua potestate superat Ecclesia, quæ Dei gratia victis sęcularibus potestatibus, ad recipiendam mortem pro Christo paratur. Sic ergo *orbem terræ*. i. Ecclesiã suam Deus supra mare fundauit, quia per persecutiones, & aduersa ipsam dilatauit, *Et præparauit super flumina*, quia ipsam potentiorem potestatibus sæculi demõstrauit. Vnde Greg. ait, per psal. namque dicitur. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus, quia contra Ecclesiam,

Ecclesia. — Mare. — Aduersitas. — Flumen. — Grego. mor. cap. 5. — Grego. mor. cap. 5. — Psal. 92.

clesiam, vel electorum vitam ad perfectionis vndas mundus mirabiliter se extulit, sed has Dominus virtute prædicatium mirabilius strauit. Ministros enim suos, idest, Ecclesiæ plus ostendit posse per prædicationes, & miracula, quam potestates terrenæ possent per iram.

336 *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?*

de pen. d. 1. omnis.

HIc consequenter ostendit membrorum Ecclesiæ qualitatem, scilicet quales sunt illi, qui verè mēbra sunt Ecclesiæ. Et primo de hoc facit interrogationem. Secundo super hoc dat respōsionem, ibi. *Innocens manibus, &c.* Primo ergo per modum quæstionis interrogat, d. *Quis ascendet in montem Domini, &c.* Vbi per montem Domini, intellige Christū. De quo dicitur Esa. 2. Venite ascendamus ad montem Domini, & docebit nos vias suas, &c. quod ad litteram de Christo intelligitur, qui docuit nos legem Euangelicam in mōte. Locus verè sanctus Domini dicitur Ecclesia, quæ est domus Domini. Mat. 21. Domus orationis vocabitur. Vnde sicut templum fundatū erat in monte Sion, sic Ecclesia Christi fundata est supra ipsum Christum, dicente Apostolo 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo ponere potest, præter illud, quod positum est, qui est Christus Iesus. Mōs ergo Christus est, super quem locus Domini. i. Ecclesia fundatur. Et hoc quærit psal. d. *Quis ascendet in montem Domini*, idest quis digne membrum montis, idest Christi fieri potest, vt sit uere de corpore Domini? Aut quis dignè stabit in loco sancto eius, quod idem est. i. quis dignus erit computari de corpore Ecclesiæ? Sed forte dices. Cum per montem Christus intelligatur, qui est fundamentum Ecclesiæ, fundamentum autem semper in imo positum est, vnde ad ipsum tota structura descendit, & non ascendit, quomodo ergo hic quærit psalm. d. *Quis ascendet in montem*, scilicet fundamenta, cum congruentius dicere uideretur, d. quis descendet? Ad hoc respondet Magister in glos. 1. Cor. 3. d. Sciendum quoque est quod sicut fundamētum corporalis fabricæ est in imo, ita spiritualis est in summo. Ideoque sicut pondus parietum tendit ad ima, ita & spiritualis ædificatio tendit ad summa, vbi suum est fundamentum. Nam ponderum duo sunt genera, quorum alia petunt ima vt lapis super aquam positus, alia petunt summa ut ignis, & oleum. Semper enim ignis superiora petit, & etiam oleū super aquam susum non se patitur supponi. Sic Ecclesia in imo posita tendit sursum ad cęlum, vbi est fundamentū eius, quod est Christus sedens ad dexteram Patris. Quod notans hic psalm. dicit. *Quis ascendit in montem Domini, &c.*

Mons Christus.

Mat. 5.

Ascendere.

Fundamentum.

Ponderum genera.

Innocēs manibus, et mundo corde, qui non accepit in uano animam suam nec iurauit in dolo proximo suo. 337

HIc quæstioni dat responsionem. Et tria facit, quia ad hoc quod quis sit in numero Ecclesiæ, vel ascendat in montem Domini, aliquibus debet carere, & aliqua debet habere. Et circa hoc tria facit. Quia primo ostendit uitia, quibus debet carere. Secundo gratiam, quā debet habere, ibi. *Hic accipiet.* Tertio modum quem debet tenere, ibi. *Hæc est generatio.* Quantum ad primum numerat uitia quibus quis debet carere, quia scilicet debet carere peccato operis, quod notans d. *Innocens manibus*, idest purus in operibus, quia per manus opera intelliguntur. Debet carere peccato cordis, quod notans dicit. *Et mundo corde*, idest. mundus in cogitationibus. Et, si quæras quomodo possumus servare cordis mundiciam, declarat, d. quòd ille seruat cordis mundiciam. *Qui non accepit in vano animam suam*, idest qui rebus vanis, trāsitorijs, & non permanentibus non deputauit animā suam, idest ille, qui amorem animæ in temporalibus non posuit, sed sciens animam esse immortalem, solum æterna desiderat, & nō vana. Debet tertio carere peccato oris, quod notans dicit. *Nec iurauit in dolo proximo suo.* In dolo enim secundum glo. iurat, qui aliter quam facturus est, promittit, cum periurium sit, nequiter decipere credentem, vel ille, qui verbis suis unum prætendit proximo, & aliud gerit in corde, vt si quis à te mutuo petat pecuniam, quam tu habes, & tu sibi dicas non habeo, & in corde subintelligas quam tibi uelim præstare, quia semper iuramentū Deus ita

Manus sūt opera.

Temporalis Vanum.

Dolus.

22. q. 5. quātum. & Magister lib. 3. dist. 39.

ita accipit. sicut ille, cui iuratur, intelligit, & non sicut illum tu vis intelligere. Sed quia omnia ista sententialiter declarata fuerunt superius, ibi. Qui ingreditur sine macula, &c. ideo pertranseo.

338 Benedictio. *Hic accipiet benedictionem à Domino & misericordiam à Deo salutari suo.*

SEd quia non sufficit abstinere à malo nisi etiam bonum fiat, ideo etiam ad hoc quòd quis sit de Ecclesia Christi, requiritur gratia gratum faciens, quę per benedictionem significatur, & misericordiam, iuxta illud Ps. 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis. Vbi secundum glo. Deus nostri miseretur, peccata dimittendo, & nobis benedicit gratiam infundendo. De quolibet ergo vt sit de numero Ecclesiæ dicitur, quòd nō solum mundus à peccato debet esse, sed etiam Dei gratia decoratus. Quod hic notans dicit, quod *hic* scilicet, qui ascendet in montem Domini, &c. & erit de numero Ecclesiæ, primo, *accipiet benedictionem à Domino*, idest gratiam, & misericordiam à Deo, qua scilicet, peccata cōdonantur. Et aduerte, quòd quandoque benedictio præcedit gratiam, quandoque econuerso in scriptura, quia in eodem instanti fit culpæ remissio, & gratiæ infusio, & sic unum non præcedit aliud, nec subsequitur. Sed quia illa duo simul scriptura, uel lingua nominare non valet, ideo ad denotandum, quòd unum aliud non præcedit, scriptura non semper præmittit benedictionem, sed quandoq; misericordiam, vt ibi. Deus misereatur nostri, &c. nec etiam semper præmittit misericordiam, sed aliquādo benedictionem, vt hic. *Hic accipiet benedictionem a Domino*, &c.

339 12. qu. cui portio. *Hæc est generatio, quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.*

HIc ponit modum quem debet tenere, qui de Christi ecclesia vult esse, quia scilicet debet in Christum per aquam & spiritum sanctum regenerari, quasi respondens tacitæ quæstioni. Quia (Obiect.) si quis quærat, qui sunt illi, qui ascendūt in montem Domini, & qui benedictionem accipiunt à Domino? Respondet, (Resp.) A dicens quòd tales non sunt pauci, sed est generatio, scilicet multitudo per Baptismum renata, sine qua regeneratione nullus est ecclesiæ Christi membrum, dicēte Christo. Nisi quis renatus fuerit aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei, (Ioan. 3.) vbi per regnum Dei intelligitur ecclesia. Verum quia nullus innitus in Christum regenerari potest, imo talem regenerationem per seipsum quærere debet, si sit adultus, si autem paruulus, per alium, ideo dicitur, quòd ista generatio *est quærentium faciem Dei Iacob*. Quid enim facies Dei dicitur, nisi B notitia Dei, qa a facie cognoscit quis? Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, (Eccl. 19.) faciem ergo Dei quærit habere. Et quia hic cognoscitur Deus à nobis per fidem, (Cognitio Dei.) ideo quærere faciem Dei, est quærere eius fidem, qua cognoscatur à nobis, quam baptizādi, & regenerandi primo quærere debēt ps. 104. Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper. Sed aduerte quòd dicit, *quærentium faciem Dei Iacob*, quia Gentibus quærentium Deum per baptismum, & fidem Deus facit sicut fecit ipsi Iacob, quem propter C eius fidelitatem Deus antiquiori præposuit, scilicet, Esau, cuius primogenita hæreditauit. Consimiliter accidit & populo Christiano posterius nato, cui dat Deus primatum à Iudæis sublatum idest ipsum Christum, sicut Iudæis Christus dicebat. Auferetur à uobis regnū Dei, & dabitur Genti, &c. (Mat. 21.)

340 2. q. summa *Attollite portas, principes, vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.*

AD hanc vnitatem ecclesiæ omnes D etiam infideles inuitat. Vbi notandum, quid nomine principum, secundo, quid nomine portarum intelligitur. Nomine ergo principum, omnes hæretici, uel etiam infideles intelliguntur, ut ostēdit Greg. d. (Greg. li. 29. c. 14.) Qui alij principes hoc loco possunt intelligi nisi hæreticæ prauitatis auctores, de quibus per psal. dicitur, (Ps. 107.) Effusa est contentio super principes eorū, & errare facit eos in inuio, & nō in uia. Ipsi enim dum dispensationem Domini peruerse interpretari non metuunt, pro

fecto plebes subditas non in eam viam, quę Christus est, sed in inuium trahunt, &c. Similiter & nomine principum hic accipio omnes infideles, socij furum. Iẽ notandum, q. anima nostra duplices habet portas, scilicet portas suas, & portas Dei. Portæ nostræ sunt illæ, quas à nobis habemus, per quas ad animam nostrã potest esse aditus; & quia à nobis nihil habemus nisi peccata, quibus diabolus ad animam nostram habet introitum, ideo ipsa vitia dicuntur portæ nostræ. Portæ autem Dei dicuntur illæ, quas nõ à nobis habemus, sed à Deo, per quas ad animam nostram potest esse aditus, & sic virtutes, quas non à nobis, sed à Deo habemus, portæ æternales dicuntur, quibus Deus ad animam nostram ingreditur. Primæ dicuntur portæ mortis, sed secundæ dicuntur portæ vitæ, de quibus vide superius, ibi. Qui exaltas me de portis mortis. psal. ergo infideles, & hæreticos ad unitatem Ecclesiæ prouocans, dicit, *Attollite portas, principes, vestras*, idest vos principes mali, & hæretici, *attollite*, idest auferte ab animabus vestris *portas vestras*, scilicet peccata, quibus diabolus ad animas intrat, quibus diabolus sit locus in cordibus hominum. Et illis temotis, & *eleuamini, portæ aeternales*, idest exaltamini vos, virtutes, quæ portæ æternales estis in cordibus hominum. Et sic *introibit rex gloriæ*, scilicet Christus ad corda vestra. Quo, scilicet facto, eritis ecclesiæ membra. Et quòd per regem gloriæ intelligat Christum, ideo subdit.

Esaiæ 1.

Porta.

Psalm. 9.

341 *Quis est iste rex glorię? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.*

HAnc interrogationem facit psalm. non propter suam ignorantiam, sed ad conuincendam magis Iudæorum perfidiam, vt excellentiam Christi magis commendet d. *Quis est iste rex gloriæ*, qui scilicet ad corda vestra intrare debet? Et respondet ipsum regem describẽs, d. q. est *Dominus fortis, & potens*, &c. *Dominus*, scilicet omnium per creationem, *fortis* per gubernationem, *potens* per passionem, *dominus potens in prælio*, per diaboli subiugationem. Quasi dicat Iudæis, Et si, vos ò Iudæi, regem Christũ cum gladijs, fustibus, & armis cepistis, si ipsum crucifixistis, & duxistis ad mortẽ, non ipsum in pugna vos superasse putetis, quia nõ plus in ipsum potuistis, nisi quantũ ipse pro nobis vos posse voluit, & se sponte vobis submisit. Vnde & ipse Pilato dixit, non haberes in me potestatem vllam, nisi tibi datũ esset de super, scilicet à me, qui sum desuper.

Ioan. 19.

Attollite portas, principes, vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. 342

PRædictam enim exhortationem replicat vt magis auditores reddat attentos, vnde exponitur vt prius. Et respõdet determinando breuiter. d.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. 343

VIrtutes, hic cum dicitur *rex virtutum* accipiuntur multipliciter. f. pro agminibus Angelorum. Benedicite Domino, omnes virtutes eius, &c. Et sic *Dominus virtutum*, idest omnium Angelorum. Ita pro donis gratiarum. 2. Cor. 12. Nam virtus in infirmitate perficitur. Et sic dicitur *Dominus virtutum*, idest omnium gratiarum, quia omnis gratia nobis ab ipso datur. Ioan 1. De plenitudine eius accipimus vniuersi gratiam pro gratia. Item pro potestatibus dominorum temporalium, Facultates, & virtutes exaltant cor. Et sic *Dominus virtutum*, idest Dominus omnium temporalium dominorum, & virtutum. Et ista est proprior expositio, propter qđ vbi nos habemus *Dominus virtutum*, in Hebręo habetur *Dominus Sabaoth*, quod interpretatur Dominus exercituum, vel militarum. Dominus ergo virtutum dicitur Christus, quia omnis virtus, & potestas mundi subijcitur sibi. Vnde 1. Paralipom. 29. dicitur, Tuum, Domine, est regnum, tu es super omnes principes, tu dominaris omnium, in manu tua omnis virtus, & potestas.

Virtutes multiplices.

Psal. 102.

Eccl. 40.

PSAL. XXIV.

344 *De pæn. d. 1 o. in domo*

A *D te, Domine, leuaui animam meam, Deus meus, in te confido, non erubescam.*

ESTE psal. talem habet titulum. *In finem Psa. Dauid.* Patet ex præmissis aliorū psalmorum titulis. Ad intelligendum autem materiam istius ps. sciendum, ꝙ Dauid fecit istum ps. persecutus à Saule, petēs à Deo, in quem confidebat, ab illa persecutione liberari, pro qua persecutione etiam multos alios psal. fecit. Sed in ista tali oratione intellectum altiorem habebat. Prophetæ.n. vnum historicè proferebant, sed in suis verbis alia altiora significabant. Notandum est ergo, ꝙ in isto ps. Dauid loquitur in persona ecclesiæ in hoc sæculo grauiter afflictæ. Vnde hic ecclesia loquitur quasi quidam pœnitens grauiter flagellatus, qui alijs proponitur in exemplo, ne murmurent in aduersis, quia in se expertus est iustitiam Dei, & misericordiam. Vnde p misericordiam in hoc Psalm. alijs blanditur, vt confidant in Domino. Sed per iustitiam alios terret, ut Deum offendere timeant. Vnde tota intentio psal. est hic monere nos in aduersis non formidare, noo murmurare, sed ad Deum respicere, & in Domino confidere. Et sic exponendo ps. in quolibet uersu, dicam primo secundum litteram, secundo secū dum significatum. Quo præmisso, accedo, ad ps. diuisionem. Iste.n. psalm. est quædam oratio quæ in quatuor partes diuiditur, secundum quòd hic psalm. à Deo quatuor postulat scilicet primo postulat mentis illuminationem, ne decipiatur. Secundò obstaculi remotionem, ne impediatur, ibi. *Reminiscere miserationum tuarum.* Tertio termini degustationem, vt reficiatur, ibi. *Quis est homo, qui timet Dominum.* Quarto à pressuris liberationē, ne perturbetur, ibi. *Oculi mei semper ad Dominum.* Quantum ergo ad primam partem ut dignè orando exaudiatē, tria facit, Quia primo mentem suam ad Deum eleuat. Secundo necessitatem suā Deo explicat, ibi. *Neque irrideant.* Tertio per ipsum Deū doceri postulat, ibi.

A *Vias tuas, Domine.* Quātum ergo ad primum sciendum ꝙ oratio secundom Damas. est quidam ascensus mētis in Deū, sic ꝙ omnis orans ad Deum primo eleuat mentem, vt. s. oculum suæ mentis ad diuina, & cœlestia postulanda habeat, & non terrena, vel vana. Vnde solum ille verè, & dignè orat, qui sola vera, & sancta orando postulat. In cuius figuram Dominus oraturus ascendit in montem. Iesus dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Quæ verba ad propositum exponens Beda, dicit. Ideo oraturus Iesus in montem ascendit, vt nos orare doceret. *Matt. 14.*

B Non.n. omnis orans ascendit, sed solum qui bene orat. ille asir solum bene orat, qui superna q̄rit orādo. Qui vero pro diuitijs, aut pro honore huius sæculi, aut pro inimici morte obsecrat, hic in infirmis iacens, viles ad Deū preces emittit. Conformiter ergo & Psal. hic orare cupiens, primo à terrenis se suspendēs, ad Deum mentem eleuat. d. *Ad te, Domine, leuaui animam meam.* quasi dicat secundom glos. *Ad te, Domine, leuaui animam meam,* de terrenis spūali desiderio æterna non tpalia quærens. Sicetenim & ps. dicebat. Ad te leuaui oculos meos, qui *Ps. 122.*

C habitas in cęlis. Verum quia nō sufficit orando eleuare mentē, nisi cōfidentiam impetrationis quis non in suis meritis, sed in solo Deo ponat, ideo subdit. *Deus meus, in te confido, non erubescam.* Sicut.n. infirmus cōfidens in medico citius sanitatē impetrat, sic & conformiter orans confidens in Dño, facilius impetrat postulata, propter quod dr. Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Ideo hic nota, ꝙ ex hac tali in Deum confidētia multa prouenient nobis. s. omnia, quæ in oratione sunt postulanda. s. Remissio peccatorum, infusio meritorum, fortitudo animarum, cognitio credendorum, superatio dæmoniorum, acquisitio præmiorum. *Hebr. 10.*

D Primo confidentia facit remissionem peccatorum. Confide, fili, remittuntur tibi peccata. Nec mirum, quoniam confidentia in Deo, fidem includit, fides autem purgat peccata. Actuum 15. Fide purificans corda eorum, propter quod ait Apostolus. In Christo habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eius. Secūdo facit infusionē meritorum, *Matth. 9.* *Act. 15.* *Ephes. 3.*

rum. Si enim peccatum sine Dei gratia purgari non potest, & ipsa gratia oium meritorum est causa, consequens est, q confidentia, quæ per gratiā peccata purgat, & in nobis operetur & merita. Vnde Hiere. 17. dicitur. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dñs fiducia eius, & erit quasi lignum &c. quod aliquando non desinet facere fructū. Tertio facit fortitudinem animatū. Ratio, quoniam confidentia in Deo vnit aiam Deo, vnitus autem stabilis est. Ideo dicitur. Confide in Domino, & sta in loco tuo. Locus.n.noster, in quo stabiliter manere debemus est cor nostrū, a quo extrauagando per temporalia nō debemus exire, in isto autē loco nos stabiles facere debet confidentia in Deo, dicēte Psal. 124. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commouebitur, &c. Quarto dat veritatis cognitionem. Qui confidunt in Domino, intelligunt veritatem. Quinto facit dæmonum superationem. Vnde de Machabæo dicitur. Machabæus autem confidebat semper cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturū, qua confidentia ipse frustratus non fuit, nam vt ibidem sequitur, Dominus per manum Hier. Prophetæ gladium ei porrexit in quo aduersarios superauit. Vnde ad hanc confidentiam nos inducens Christus dicit, Confidite, ego vici mundum. Sexto facit acquisitionem æternorum. Hæc est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia, idest, quæ per confidentiam habitatur, & acquiritur. Si ergo cōfidere in Deo peccata purgat, & sic oia merita operatur: sequitur quòd de nullo confidens in Domino erubescere debet. Et hoc est quod dicit. *Deus meus, in te confido, non erubescam.* Vbi nota, quòd erubescere est quoddam signum extrinsecum interioris verecundiæ. Quia verecundia causat ruborem in facie, sed timor causat pallorem. Cuius causam assignat Boetius super prædica. Aristo. d. homo cum verecundatur ex aliquo delicto, sanguis quasi amicus naturæ, tendit ad exteriora quasi cooperire volens delictum, & sic per talem verecundiam homo rubescit, idest, rubicundus efficitur. Cùm verò quis pro aliquo facto timet, cum timor sit in corde, sanguis fugit ad interiora.s.ad cor ad ipsum cōfortandum, & sic exterius homo fit pallidus. Et sic pallor est signum timoris, & erubescentia signum verecundiæ. Petit ergo hic Psal. in persona ecclesiæ, ne erubescat.i.ne aliquod peccatum committat, per quod verecundetur interius, & exterius erubescat. Et hoc est petēdum ante peccatum, si tamen quis in peccatum incidat, statim ex hoc erubescere debet. Confundimini, & erubescite super vijs vestris, domus Israel, quia qui hic de commissis peccatis erubescere nolunt, erubescunt in futurum. Erubescant impij, & deducantur in infernum, &c.

Eccl.11. — *Cap.3.* — *2. Mach.* — *Ioan. 16.* — *Sopho.2.* — *Erubescere.* — *Ezec.36.* — *Psal.30.*

345 *Neque irrideant me inimici mei, etenim vniuersi, qui sustinent te, non confundentur.*

HIc consequenter necessitatē suam Deo explicat ipse Dauid secūdum literam, quia Saul, & complices eius sibi irritabantur, & quærebant eius confusionem, contra quod orat.d. *Neque irrideant me inimici mei*, scilicet, me tenendo & morte turpi affligendo. Sed quantum ad intellectum propheticum, Psal. hic in persona ecclesiæ orat contra inimicos spirituales, & inuisibiles, ne sibi præualeant.d. *Neque irrideant me*, &cæt. Vbi nota, quòd rideo rides componitur cum in mutato.n.in r. & fit irrideo, des, quòd idem est quod alium decipere. Inimici autem nostri spirituales nunquam præualent nobis suis tentationibus nisi nos irridendo, vel decipiendo, quia cùm nobis inimicus diabolus præualere appetit, vitia sub specie virtutū nobis proponit, vt diffusè ostendit Gregor.d. Ecce quidam contentus rebus propriis, nullis mundi huius occupationibus vult implicari. Ad hunc antiquus hostis adueniens, vt intentionem bonæ deuotionis subruat, quasi vtilitatis consilium subministrat.d. Et si illa, quæ habes, tibi nō sufficiant, sed deficiant, quid acturus es? quæris vnde prouidere debes filijs. Solicitudo enim prouida est parare quod deest. Quod etiam sine culpa fieri potest. Alius autem decreuit, non solū terrena commoda non quærere, sed etiam omnibus, quę possidet, renunciare, vt liberius Deo vacare possit. Huius cor antiquus hostis insidians, callida suggestione

Irridere. — *Gregor. lib. 32.c.29.* — *Aliter habetur in origi nali Gregorij.*

ne alloqnitur.d. Vnde tanta temeritas? vnde tanta in te surrexit audacia,vt credere audeas, quòd omnia relinquendo subsistas? An non plerique terrena patrimonia non deserunt,& tamen ex his per misericordiæ opera æterna bona mercantur? Hæc blandiens suggerit,scilicet seorsum in eisdem rebus ante oculos retinentis morriferas delectationes apponit,quatenus seductum cor ad blãda exteriora attrahat, & intima perfectionis vota peruertat. Alius relictis iã omnibus, etiam propriam voluntatem frangens,se sub alterius regimine subijcit, vt quæ sibi agenda sunt, ex alieno arbitrio,obseruet. Hunc antiquus hostis tanto mollius alloquitur,quanto ipsum ab excellentiori loco deijcere conatur. Moxque virulenta suggestione blandiens,dicit: O quanta per temetipsum bona agere poteris, si nequaquam te alterius arbitrio subdas? Cur profectum tuum sub studio meliorationis imminuis? Qui ergo tibi plenè ad bene viuendum sufficis:cur alienum supra te iudicium requiris?Hæc blãdiens,seorsum in voluntatibus eius superbiæ causas parat, &c. Ex quibus omnibus apparet, quod diabolus nos tentãdo vt præualeat,semper irridet, idest,decipere conatur. Et à talibus irrisionibus ecclesia se custodiri hic orat. d. *Neque irrideant me inimici mei*,sciens quod dicitur Iob 12. Qui irridetur ab amico suo,idest,diabolo,qui se fingit amicum, inuocabit dominum, & exaudietur. Et orationem suam exauditam ostendit subdens. *Etenim vniuersi,qui sustinent te, non confundentur.* Vbi nota,quòd sustineo componitur ex sursum, & teneo tenes,inde sustinere idem est, quòd sursum tenere. Illi ergo sustinent dominum,qui in tentationibus vel aduersitatibus positi, ipsum omnibus rebus præponendo diligunt,& confidũt in ipso,sic enim dicitur Psalm.119. Propter legẽ tuam sustinui te domine, Vel aliter,sustinere idem est,quòd patienter pati, & expectare. Certamen passionum sustinuistis,idest, patienter portastis. Et tales non confunduntur. Vbi notãdum, quòd secundum quod ait Bernar. super illo verbo Mat.11.Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. triplex est confusio, scilicet confusio in vitijs, confusio pro

Sustinere.

Hebr. 10.
Bern.super Matt. 11.c.
Nota benè triplicẽ confusionem.

A vitijs,& confusio contra vitia.Confusio in vitijs est, quando homo pessimis passionibus dissipatus,non ratione regitur, sed vitiorum tumultu confusè agitatur. Confusio pro vitijs est, quando quis in vitijs comprehensus,& conuictus criminis alicuius confunditur & punitur.Cõfusio contra vitia est, quando quis pœnitens & confitens abhorret, quæ commisit, & salubri confusione purgat. Hic ergo loquitur de confusione, quæ est in vitijs, & pro vitijs, quia sic sustinentes dominum,non confunduntur à diabolo per peccatum. In te, domine, speraui, B non confundar in æternum.Sed tali confusione confunduntur peccatores,diabolo adhærentes,propter quod sequitur.

Psal. 30.

Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè. 346

SVperuacuè agunt, qui sine intento frustrantur. Et ideo quia omnes peccantes finaliter sine frustrantur principaliter intento,scilicet quiete,& delectatione, ideo superuacuè dicuntur agere. Et nota quòd quamuis omnia peccata confundant animã, tamen maximè sunt C tria scilicet,Superbia,auaritia,luxuria. Primo confunduntur iniqua agẽtes per superbiam.Confundantur superbi,quia iniustè iniquitatem fecerũt. Vnde Chrysostomus exponens illud Lucæ 22. Reges Gentium dominantur eorum,dicit. Fructum humilitatis posuit Deus primatum cœlestem, & in primatu terrestri, scilicet in superbia fructum posuit confusionem cœlestem, vt quicunque desiderat primatum cœlestem, humilitatem terrestrem sequatur. Quicunque autem desiderat primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo, vt iam inter Christi seruos non sit. Quoniã non D qui maior fuerit in honore, ille iustior est, sed qui iustior fuerit, ille est maior. Conuersatio enim meliorum est desideranda,vt euadatur confusio, nõ dignior gradus.Secundo cõfundit auaritia.Gloria in confusione eorum,qui terrena sapiunt,idest,secũdum glos.Gloria,quam habent auari in rebus terrenis, perducet eos ad confusionem æternam. Tertio confundit luxuria. Sic enim luxuriosa Holofernis voluntas erga Iudith ipsum

Psal. 118.
Luc. 22.
Chrysost.
Iudith 14.

sum confundit cum toto exercitu Assyriorum. Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. Sic igitur peccata diuersa peccatorem confundunt, quia vt ait Galfredus super illo verbo. 1.Cor.5. Expurgate vetus fermentum. Vetus offensa nouum quandoque talionem, nouum ingerit, quandoque vetus plaga dolorem, vetus culpa nouam gignit confusionem. Quæ omnia nunc confirmans Psal. dicit: *Confundantur omnes iniqua agentes*, &c. Et sic verbum optatiuum accipitur pro verbo futuro indicatiui, vt sit sensus: *Cōfundantur*, idest, confundentur. Vel aliter, hic accipi potest confusio contra vitia, quando quis, scilicet cōfunditur de peccatis commissis agendo pœnitentiam. Vt sit sensus. *Confundantur omnes iniqua agentes*, &c. idest, displiceat eis peccatum ipsorū, & pœniteant. Cum. n. quis mente considerat mala, quæ fecit, non immeritò cōfunditur, & erubescit in eis. Et ideo ad hoc Deus peccata sua hoībus ostendit, & manifestat multotiens, vt inde cōfusi pœniteant. Vnde Hiere. 31. dicitur: Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, & confusus sum. Et ad istam confusionem pœnitentiæ nos inducit Sapiens. d. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Est. n. confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam, & gloriam. Et istā confusionem pœnitentiæ omnibus peccatoribus optans Psalm. dicit: *Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè*.

1.Cor.5.

Eccles.4.

347 *Vias tuas, domine, demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.*

Alia via, alia semita domini.

Consequenter hic Psal. per Deum doceri postulat. Vbi notandum, q aliæ sunt viæ domini, & aliud semitæ eius. Nam via est iter latum, semita autē dicitur iter strictum: via omnibus est cōmunis, sed semita paucioribus. Et sic per viā domini intellige præcepta eius, quæ omnibus sunt communia, ad quæ seruanda omnes obligantur, de qua via dicit Psal. Viam mandatorum tuorū, &c. Per semitas vero eius magis arctas, ad quæ nō omnes obligantur, intellige consilia domini, sicut est castitas, paupertas, obedientia, & huiusmodi, ad quæ solum voto quis obligatur, de quibus dicitur Iob 37. Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas? idest consilia, quæ nubes, idest, Apostoli obseruabant. Et attende, quòd petit iste demonstrari sibi vias Dei. Quod ideo facit, quia multoties quis præcepta Dei custodit, & tamē quò ipse tendat ignorat. Vnde Gregor. super illo verbo Iob 3. Viro, cuius abscōdita est via, dicit: Via enim sua viro abscondita est, quia & iam in qua sit vitæ qualitate considerat: adhuc tñ ab quem finem tendit, ignorat: Et si iam superna appetit, & hæc plenis desiderijs quærit, adhuc si in eisdem desiderijs permaneat nescit. Peccata quippe deserentes, ad iustitiam tendimus, & vnde venimus nouimus, sed quò perueniamus, ignoramus. Quid hesterna die fuimus, scimus: sed quid contingat crastina die nos esse, nescimus. Via ergo sua viro abscondita est, quia sic pedem ponit operis, vt tamē præuidere nequeat exitum consummationis. Viam ergo præceptorum Dei Psal. sibi demonstrari postulat, vt intelligat quò per illam pergat. d. *Vias tuas, domine, demonstra mihi*, quia illas per se nullus cognoscere potest. Prouerb. 20. Quis autem hominum potest intelligere viam suam? Si autem sic est de via, scilicet mādatorum, hoc multo fortius est de semitis consiliorum, quia magis sunt arctæ, & difficiles. Vnde quādoque quis elegit semitam paupertatis, in qua post necessitate pressus appetit diuitias, quis castitatem vouit, postea tentatione tactus grauius ruit. Similiter de alijs. Vnde ait Gregor. vbi supra. Sæpe enim fit, vt opus nostrum causa sit damnationis, quod profectus putatur esse virtutis. Sæpe vnde placari iudex creditur, inde ad irascendum validius instigatur, Salomone attestante, qui ait. Est via, quæ videtur homini recta, nouissima autem eius ducunt ad mortem. Propter quod de semitis istis dicitur Iob 6. Inuolutæ sunt semitę gressuum eorum. Quod exponēs Gregor. d. Sunt nonnulli, qui vitijs tota intentione obuiare desiderāt, sed irruente tentationis articulo in deliberationis proposito non perdurant. Alius nāque prauo ausu superbiæ inflatus cum magna esse præmia humilitatis considerat, aduersus semetipsum se erigit, superbiam

Psal.118.

Gregor.5. mor.c.3.

Prouer.14.

Greg.lib.7. mor.c.14.

perbiam deponit, exhibere se quibuslibet cōtumelijs humilem promittit. Sed cum repente hunc vnius verbi iniuria pulsauerit, ad consuetam protinus elationem redit. Alius auaritia æstuans, augendis facultatibus anhelat. Is cum præterire omnia velociter conspicit: iam nil appetere decernitur, & adepta tantummodo sub moderationis freno possidere. Sed cum repente viderit quæ placeāt, in ambitionem protinus mens anhelat, & visa quærit habere. Alius luxuria tenetur, dum autem quanta sit castitatis munditia conspicit, restringere voluptatem deliberat, sed obiecta oculis eius specie cum subita tentatione concutitur, protinus à pristina dispositione dissipatur, &c. Et sequitur. Inuolutæ ergo sunt semitæ gressuum eorum, quia recta quidem deliberant, sed ad consueta mala faciliter redeunt, volunt quippe esse humiles, sed sine despectu: volunt esse pauperes, sed sine defectu, volūt esse casti, sed sine maceratione corporis, esse patientes, sed sine contumelijs volunt. Et ideo ne sic in illis semitis virtutum Psal. inuoluatur, has se doceri per Deū desiderat. d. *Et semitas tuas edoce me.* Sed quia nec vias præceptorum, nec semitas consiliorū quis digne perambulare pōt, nisi illa prius cognoscat, ideo de illis à Deo edoceri postulat. d. consequenter,

348 *Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.*

DVo enim petit, in veritate dirigi, quod ad bene viuendum pertinet, edoceri, quod ad veram scientiam spectat. In quibus duobus est vera hominis perfectio, & sine quibus quis saluari nō potest adultus, vnde subdit: *quia tu es saluator meus*, quasi dicat: Tu es saluator, ideo me dirigere debes, & docere, quia sine istis, saluari non possum. *Et te sustinui tota die.* Vbi aduerte, quòd hic duo ponit commendabilia, scilicet *tu es saluator meus*, & *te sustinui.* Duæ enim sunt res secundum Cassiodorum, quæ nos bonos faciunt, scilicet vt Deum saluatorem credamus; & patienter retributionem eius expectemus. Vide versum 1495.

349 *Reminiscere miserationum tuarum, domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.*

COnsequēter hic Psal. Postulat obstaculi remotionē ne impediatur. Impediunt autem nos peccata nostra & fragilitas naturæ nostræ, sed adiuuamur Dei bonitate, & misericordia. Et diuiditur in tres partes: Quia primo Dei misericordiam postulat, vt sui misereatur. Secundo suam fragilitatem explicat, vt adiuuetur, ibi: *Secundum misericordiam tuam memento.* Tertio se exauditum prædicat, vt cæteri confortentur, ibi: *Dulcis, & rectus dominus.* Quātum ad primum sciendum, quòd iste diuinam misericordiam postulat, quo ad duo, scilicet primo, vt sui recordetur ad miserendum; secundò vt sui obliuiscatur ad puniendum, ibi. *Delicta iuuentutis meæ.* Quantum ad primum sciendum, quòd quamuis obliuio, nec recordatio propriè cadat in Deo, quia semper scit quæ æternaliter nouit, & omnia quæ nunc scit æternaliter sciuerit, aliter mutabilis esset, quia de sciēte efficeretur nesciens, vel de nesciente sciens; tamen quodammodo iuxta humanum morem, illius rei obliuisci dicitur, cuius effectum non ostendit aperte, & illius recordari, cuius effectum ostendit. Et sic dicitur obliuisci iustitiæ, quando malos non punit, & recordari, quando ipsos punit; sic & misericordiæ obliuisci dicitur, quādo miserias nostras non tollit, & recordari, quando subuenit miseris. Quod ostendens Gregor. ait, per prophetam dominus ad Israel. d. Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam. Et rursum per sponsæ comparationem loquens ait: Et si illa oblita fuerit tui, ego tamen nō obliuiscar tui. Sed quis nesciat, quia Dei memoria, nec obliuione subripitur, nec recordatione sarcitur? sed cum aliqua deserens prætermittit, more hominum obliuisci dicitur, & cum post longum tempus, quæ voluerit, visitauit, nostræ mutabilitatis consuetudine recordatus vocatur. Quo enim pacto diuinitatis eius vim dissipat obliuio, cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter concordat? Nulla namque nisi præterita, aut absentia recordantur. Quomodo ergo Deus præteritorum

Gregor. 32. Mor. c. 5.
Hiere. 2.
Esa. 49.

ritorum reminiſcitur, cùm ipſa, quæ in ſemetipſis prætereunt, eius nutui ſemper præſentia exiſtant? Aut quando abſentium recordatur, dum omne, quod eſt, per hoc illi præſto eſt, quod in ipſo eſt? Quod ſi ei præſto non eſſet, omnino non eſſet: nam non exiſtentia videndo creat, exiſtentia videndo continet. Quidquid ergo creator non videt, eſſentia ſubſiſtendi caret. Conſimili ergo modo nunc loquens Pſal. petit recordari Deum ſuarum miſericordiarum. d. *Reminiſcere miſerationum tuarum, domine, & miſericordiarum tuarum*, &c. Et nota differentiam inter miſericordiam, & miſerationem, quia miſericordia propriè eſt actus interior miſerantis, ſed miſeratio eſt actus exterior magis in miſero. Hę autem miſericordiæ, & miſerationes domini *à ſaeculo ſunt*, ideſt, ab initio, quaſi dicat, Deo, nunquam enim ſine miſericordia fuiſti: nec homini peccāti tua miſeratio defuit. Primo enim homini peccanti miſertus es, quando ipſum peccantem increpaſti, vt ſeipſum cognoſceret. Similiter & ipſi Cain primo homicidæ, quem ideo increpaſti. d. Quid feciſti? Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel, &c. vt peccatum ſuum cognoſcens pœniteret. Sic & ipſi Noe quem tua miſericordia à diluuio ſaluaſti, &c. quaſi ergo dicat Pſalm. O domine, ne in me fallat, quod ab initio ſæculi incœptum eſt. *Reminiſcere miſerationum tuarum, domine, &c.*

Miſericordia & miſerationis differentia.

350 *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.*

Delictum & peccatū.

HIc conſequenter petit, vt Deus ſui obliuiſcatur ad puniendum. Vbi notandum, ꝙ propriè loquendo, differūt delictum, & peccatum, quoniam vt dicit Auguſtinus in quæſtionib. Leuitici, & habetur, lib. 2. di. 42. Delictum eſt declinare à bono, peccatum eſt autem facere malum, & ſic delictum eſt peccatū omiſſionis, ſed peccatum propriè eſt peccatū commiſſionis. Aliud eſt enim declinare à bono, & aliud facere malum, peccatū eſt ergo perpetratio mali, ſed delictum eſt derelictio boni, quod & ipſum nomen oſtendit: Quid enim aliud ſonat delictum, niſi derelictum? Indifferenter tamen peccatum nomine delicti, & delictum quandoque nomine peccati accipitur. Sic ergo hic accipitur delictū pro omni peccato ſcienter commiſſo. Item notandum, ꝙ hic iuuentus nō accipitur pro ætate, ſed pro paſſione, quæ dominatur maximè in iuuenibus. Et ſic peccata iuuentutis dicuntur illa, quæ nō fiunt ex certa malitia, ſed ex paſſione prædominante, vt ſi quis turbatus excedat modum correctionis, ſi cholericus citò iraſcatur, ſi ſanguineus faciliter delectationibus tangatur, iſta dicuntur. *Delicta iuuentutis*, quia facta ex paſſionibus, quæ maximè in iuuentute dominantur. Per ignorantias autem intelligit peccata ex ignorātia commiſſa, quia multoties quis peccat, ſe neſciente, vel non credēte peccare, ſaltem quo ad aliquam circunſtantiam peccatum aggrauantem, vt cū quis committit adulterium ignoranter, quia neſcit illam eſſe vxoratam, cū qua coit. Sic etiam Iacob cognouit Liam nō ſuā, quam ſuam eſſe credebat. Sic ergo hic Pſal. duo genera peccatorū hic ſibi quęrit dimitti, ne Deus pro illis puniat ipſum, ſcilicet peccata facta ex paſſione. *Delicta iuuentutis meæ*, & facta ex ignorantia. d. *Et ignorantias meas ne memineris*, ideſt, ne reſerues ad æternam vltionem. Sed fortè. d. Quare iſte mētionem non facit de peccatis ex certa malitia perpetratis, cùm multoties illis peccauerit, ſcilicet per adulterium, & homicidium? Reſpōdeo, quòd peccata, quæ Dauid fecit ex certa malitia, fuerunt facta poſt mortem Saulis, vt homicidium Vriæ, &c. Hanc autem orationem fecit, dum eſſet in perſecutione Saulis.

Quæſtio. *Reſp.*

Secundum miſericordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam, domine. 351

HIc conſequenter ſuam explicat fragilitatem, vt adiuuetur. Nō enim hic pſal. allegat Deo merita ſua, ſed magis fragilitatem. d. *Memento mei tu*, quaſi dicat: Tu cuius opus eſt miſereri, & peccata dimittere, memento mei, quia fragilis naturæ ſum, non quidem propter meritum meum, ſed ſecundum miſericordiam tuam, qua me dignatus es creare ad imaginem, & ſimilitudinem tuam, non dico vt ſis memor mei ſecundum iram

iram tuam, qua sum dignus, sed secundum misericordiam tuam, qua peccando me indignum feci. *Et propter bonitatem tuam*. Vbi notat glo. differentiā inter bonitatem, & misericordiā, quia misericordia propriè est erga miseros, bonitas autem erga quoslibet. Et per istum modū bonitas Dei est erga beatos, quos gratis beatificat, & non misericordia, quia miseri non sunt. Dicit igitur Deus bonitatem habere, quia super omnes iustos, & iniustos suam bonitatem diffundit, propter quod dicitur: Nemo bonus, nisi solus Deus. Quod ideo dicitur, quia bonitatem suam à seipso Deus habet, sine qua nihil bonum esse potest. Allegat ergo iste, non sua merita, sed Dei misericordiam, & bonitatem, quasi dicat: De natura boni est, q̄ sit sui ipsius diffusiuum. Et ideo bonitati tuæ infinitæ condecens est, vt se diffundat erga pœnitentes remittendo culpam & gratiam conferendo. Et nota hic, quòd Deus solus dicitur bonus multipliciter. Primo essentiali perfectione, quia nullum bonum ei accidit. Domine Deus omnium creator, qui solus es rex bonus, solus præstans, solus iustus, & omnipotens, & æternus, & Lucæ 18. Nemo bonus, nisi solus Deus. Secundo vniuersali comprehensione, quia nullū bonum ei deficit. Ego ostendam tibi omne bonum. Tertio generali effusione, quia omne bonum ab ipso effluit. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Quarto finali consummatione, quia omnia bona in ipsum tendūt. Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum, & Sap. 12. O quam bonus, & suauis est, domine, spiritus tuus in nobis, &c.

Luca 18. — *2. Mach. 1.* — *Exo. 33.* — *Psal. 103.* — *Thre. 3.*

352 *Dulcis, & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via.*

Consequenter hic se exauditū prædicat, vt cæteri confortentur. Vbi nota, q̄ iste, vt ex prædictis patet, quatuor à Deo postulauerat, scilicet mētis illuminationem. d. *Vias tuas, domine demonstra mihi*, secundo operum directionem. d. *Dirige me in veritate tua*, tertio Dei miserationem. d. *Reminiscere miserationum*, &c. quarto peccatorum remissionem. d. *Propter nomen tuum*. Et in omnibus istis ostendit se fore exauditū, in primo, ibi. *Dulcis*, &c. In secundo: ibi. *Diriget mansuetos*. In tertio: ibi. *Vniuersæ viæ domini*. In quarto: ibi. *Propter nomen tuum*. Primo ergo ostendit, quòd Deus sua lege nostras illuminat mentes. d. *Dulcis, & rectus dominus*, &c. *Dulcis* enim dicitur dominus ratione misericordiæ, qua peccata dimittit. *Et rectus*, ratione iustitiæ, quia etiā peccata impunita non dimittit. *Dulcis* ratione misericordiæ: *rectus* ratione iustitiæ. *Dulcis*, quia priora peccata dimittit, sed *rectus*, quia ne amplius peccetur, præcipit. Et hoc est, quod subdit. *Legem dabit delinquentibus in via*, scilicet vitæ præsentis, quæ lex est, q̄ peccata priora dimittit per dulcedinem misericordiæ, & vlteriora prohibet per rectitudinem iustitiæ. Vnde paralytico sanato iuxta piscinam dixit. Ecce iam sanus factus es (& hoc per dulcedinem misericordiæ) iam noli peccare, ne deterius tibi contingat, & hoc exigit rectitudo iustitiæ. Istam consimilem legem dedit mulieri in adulterio deprehensæ. d. Ego te non condemnabo, vade, & amplius noli peccare. *Dulcis ergo, & rectus est dominus*. quia perfecta lex non esset illa, quæ per dulcedinem commissa peccata dimitteret, nisi etiam per rectitudinem iustitiæ prohiberet futura. Vnde ista verba exponens Bernardus, ait: *Dulcis, & rectus dominus*, &cæt. quia dulcis est dominus, dat occasionem recuperandæ salutis, non tamen absque disciplina legis, quia rectus. *Dulcis est*, quia perire non patitur, *rectus*, quia punire non obliuiscitur.

Dulcis dominus. — *Rectus.* — *Ioan. 5.* — *Ioan. 8.*

Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. 353

Hic consequenter ostendit, q̄ Deus nostros actus, & opera dirigit. Vbi nota: q̄ dirigere opera alicuius, est ipsa ad debitum finem perducere, sic dirigere viam alicuius, est ipsam per rectā viā ad terminum debitum perducere. Finis autem debitus omniū operum nostrorū est ipse Deus, in quem omnia, vt in finē tendunt, vel tendere debent. Et sic dirigere opera nostra est ipsa ad æternum præmium acceptare, quod alibi petebat Psal. d. Opus manuū nostrarum dirige. Item

Dirigere. — *Finis operū nostrorum Deus.*

Psal. 89. *Mansuetudo.* Item notã, quòd secundum Cassiodorũ super illud Psal. Audiant mansueti, & lętentur, Mansuetos dicimus, quasi manui assuetos, idest, patientes, & mites, qui alienas iniquitates tolerãt, nec aliquem grauare præsumũt. Istos ergo tales mansuetos in iudicio diriget dominus; quia ipsorum opera ad æternum præmium in vltimo iudicio acceptabit, & sic exponit glos. d. Mansuetos, scilicet, qui Deo non resistunt, sed eius voluntatem sequuntur, *Diriget in iudicio* vltimo, quia ipsos non perturbabit, sed præmiabit æternaliter. Quod ideo sic dicit, quia non est volentis neque currẽtis, sed Dei F miserentis, vt scilicet in iudicio dirigatur, ideo dicitur: Cor hominis disponit viam suam, sed domini est, dirigere gressus eius. *Roma. 9.* *Prouer. 16.* Et quasi idem alijs verbis replicat. d. *Docebit mites vias suas*, idest præcepta sua, per quę peruenire possint ad gloriam. *Docere.* Vbi nota, quòd aliud est docere Dei, & aliud docere hominis, quia docere hominis, solum per vocem exteriorẽ ad aures peruenit corporis, sed docere Dei aures penetrat mentis, vt dicit Gregorius. Et sic illos Deus docet vias suas, quibus obseruationem suorum præceptorum inspirat. In alia autem reuelat G humilibus, & non superbis, Christo patri dicente, Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. *Matth. 11.* *Greg. li. 26. mor. c. 16.* Vnde & Gregor. d. Prędicator verba auribus dare potest, corda vero aperire non potest, & nisi per internam gratiam solus omnipotens Deus prædicantium verbis ad corda audientium inuisibiliter auditum præstet: incassum prædicatio aure audientis percipitur, quæ peruenire ad intima surdo corde prohibetur, &cæt. Ex quibus patet, quòd solus Deus, & non homo mentem docet interius, quod nunc benè notans Psal. d. *Docebit mites vias suas.*

354 *Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.* *22. q. 2. sæpe.*

OStendit hic, quòd Deus omnibus suam exhibet misericordiam. Vbi notandum, quòd iste versus est declaratiuus præcedentis, statim enim dixerat. Docebit mites vias suas. Hic autem explicat quas vias. d. q. *omnes viæ domini sunt misericordia, & veritas*, quasi dicat, secundum gl. Etsi quasi infinitæ sint viæ domini, in his tamen duabus includuntur. Quarum vnam exhibet donando peccata, alteram iudicando merita. Misericordia enim dimittit peccata, veritas iudicat merita. Et sic *vniuersæ viæ domini* sunt duo aduentus filij Dei, vnus miserantis, alter iudicantis. In illis duobus aduentibus misericordiam, & veritatem manifestè nobis exhibet, in primo misericordiam, in secundo veritatẽ, quæ duo tamen in omni opere domini simul sunt, etsi non manifestè nobis appareãt. *Luce 18.* Et sic dominus omnibus exhibet misericordiam, & veritatem, & sic hic veritas accipitur pro iustitia. Ad hoc tamen magis intelligendum est notandum, quòd licet in aliquibus operibus Dei magis elucescat misericordia quam iustitia, vt in præmiatione beatorum, tamen ibi & est iustitia, inquantum Deus ordinauit pro talibus operibus meritorijs reddere æternum præmium, propter quod dicebat Apostolus, Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, ideo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi, &cæt. *2. Cor. 4.* Illa tamen præmiatio est opus misericordiæ, quia illos pręmiat gratiosè vltra condignum. Et similiter licet in aliquibus operibus plus reluceat iustitia, quam misericordia, vt in punitione malorum, & damnatione; tamen ibi est misericordia, quia ipsos punit citra condignum, quia tanta est offensa, quantus est ille, qui offenditur. Et ideo quodlibet mortale peccatum, de rigore iustitiæ meretur pœnam infinitam intensiuè, & extensiuè, si esset possibile. Sed contra hoc arguunt aliqui, scilicet quòd misericordia, & veritas non sint in omni opere Dei: primo H auctoritate Iacobi. d. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. *Iacobi 2.* Item Augustinus super psalmum 100. dicit. Misericordia Dei est in præsenti, sed iudicium erit in futuro. Ad ista respondetur. Ad primum, quòd dictum Iacobi intelligitur, quòd iudicium damnationis fiet illi, qui non fecit misericordiam sine misericordia, scilicet liberante, & saluante, qui tñ in aliqua pœnæ alleuiatione misericordiã Dei sentiet.

Ad secundum dicitur, quòd misericordia hic & iudicium in futuro, non negatur quin in futuro sit misericordiæ effectus, in electis, qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur, & in reprobis, qui minus quam meruerint, cruciabuntur. Sed hic non fine causa dicitur fieri misericordia, & iudicium in futuro, quia hic multis modis miseretur Deus, quibus non miserebitur tunc, vocat enim nunc peccatores & iustificat, quod tunc non faciet. Et tunc reddens singulis secundum merita manifeste iudicabit, qui nūc occultè iudicat, sed quia non omnes hoc intelligūt, scilicet qualiter in omni opere Dei sit misericordia, & iustitia, ideo declarat consequenter, qui sunt illi, quibus hæc sunt nota. d. *Requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.* Per testamentum eius intellige eius passionem, & mortem, per quā hæreditas æterna nobis promissa est reddita. Et de hoc testamento ait: Hic est calix sanguinis mei noui testamenti. Per testimonia vero eius intellige dicta Prophetarum, & Euāgelistarum, de quibus dicebat Christus: Scrutamini scripturas, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Qui enim *requirunt*, idest mente considerent passionem Christi, cognoscunt, quòd illud fuit opus misericordiæ, vt innocens pro peccatoribus moreretur, & opus iustitiæ, vt pro peccato tantum bonum solueretur, quantum malum fuerat peccatum. Etiam hoc declarant dicta scripturarum, quæ promittunt per misericordiam vitam credentibus, per iustitiam vero incredulis mortem æternam.

Testamentum. Passio Christi. Mat. 26. Ioan. 5.

355 **Propter nomen tuum, domine, propitiaberis peccato meo, multum est enim.**

Consequēter hic ostendit, quòd per Christum habemus remissionem peccatorum. Vbi sciendum, quòd principale Christi nomen est Iesus, qui saluator interpretatur: Christus autē est nomen magis officij quam personæ, vnde Mariæ dixit Angelus, Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Item nota, quòd propitius dicitur à prope, & est idem propitius, quòd benignus, misericors, mitis, placatus. Et hinc dicitur propiciator aris, tus sum, idest esse vel fieri propicium, & sic propiciari est placari: placatur autem nobis Deus, quando cōmissa nobis peccata dimittit, dicit ergo Psalm. *Domine, propiciaberis peccato meo*, idest, dimittes mihi peccatum meum. Et quòd hoc Deus facere debeat, duas adducit rationes. Prima est gloria sui nominis, quia Iesus vocatur. Ille enim honorem nomini suo tribuit, qui rem sui nominis imitatur, sicut ille nomē Christiani honorat, qui Christum imitatur, ille verè homo dicitur, qui ratione vtitur. Ille autem qui nomen alicuius virtutis habet, & non rem nominis: suū nomen inhonorat. Cum ergo Christi nomen sit Iesus quod idem est, q saluator, ad gloriam sui nominis spectat saluare à peccatis credentes in eum. Et hāc rationem tangens Psal. d. propter nomen tuū domine propiciaberis peccato meo. Cō similiter orabat Psalm. d. Propicius esto peccatis nostris, propter nomen tuū domine. Aliam rationem assignat, quæ est proprij peccati cognitio & confessio, cū enim dicatur Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritū, & humiliatum, Deus, non despicies, sequitur q mihi debet propitiari, quia peccatum meum ego cognosco, non abscōdo, non excuso, sed ipsum confiteor. d. q peccatum meum *multum est*, i. graue. Consimiliter & ille publicanus ratione cōfessionis sibi Deum propiciari postulabat d. Deus propicius esto mihi peccatori, confitetur. n, peccatum dum se peccatorem fatetur. Quæ verba exponens Augustinus de verbis domini d. Ignoscit Deus peccatum quod homo cognoscit. Ecce hic publicanus de longinquo stat, Deo appropinquare non audens, & tū eum dominus de prope attendebat. Excelsus enim dominus, & humilia respicit, nec oculos ad cœlum leuabat, vt respiceret. Tremebat conscientia, percutiebat pectus suum, pœnas de seipso exigebat: propterea dominus sibi confitenti parcebat. Hæc enim à Psal. didicit, qui orās dicit. *Propter nomen tuum, domine, propitiaberis peccato meo, multum est enim.* Si ergo tu contritus confitearis, Dominus propiciabitur omnibus iniquitatib. tuis, & sanabit omnes infirmitates tuas.

Christus. Luca 1. Nota. Propicius. Psal. 78. Psal. 50. Luc. 18. Psal. 102.

356 *Quis est homo? qui timet dominum: legem statuit ei in via, quam elegit.*

HAec est tertia pars principalis Ps. vbi petit Dei degustationem vt reficiatur. Et diuiditur i partes tres. Quia primo ad hoc consequendũ ostendit meritum, secundo apponit præmium: ibi. *Anima eius in bonis demorabitur*, tertio promittit ad hoc adiutorium: ibi. *Firmamentum est dominus.* Quantũ ergo ad primũ ostendens quo merito homo ad degustationẽ fœlicitatis æternæ perueniat: de hoc primo quærit. d. *Quis est homo?* q. d. Quis est ille, qui dignus est hæreditate æterna? & hic est punctus. *Quis est homo?* & statim sibiipsi respondet. d. *Qui timet dominum*, q. d. Ille dignus est, qui timet dominũ, quod intelligitur de timore filiali, quo offensa Dei principalius q̃ pœna timetur. Iste enim timor, ideo nos dignos facit hæreditate ęterna, quia mẽtẽ purificat prauitatem expellendo, mẽtem fortificat timentes cõfortando, mẽtem sanctificat charitatem inspirando. Primo purificat, quia vt ait Cassiodo. su per Psalmũ secundũ. Sicut incauta securitas culpas admittit, sic timor dñi semper delicta excludit, ideo Eccl. 1. Timor dñi expellit peccatum, & qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Secundo fortificat, quia vt ait August. super Psal. secũdum. Timor dñi præsens securitatem generat sempiternã. Time ergo, qui super oẽs est, & nullum hominem formidabis. vnde Eccle. 34. Qui timent Deum, nihil formidabunt. Tertio sanctificat, quia. s. legem nobis charitatis donat, qui vt ait Cassiodor. super Psal. Noueris te, s. conscientiam tuam discutiendo, vt Deum timeas. Noueris Deum, vt ipsum anima tua diligat, quia lex Dei incipitur à timore, & in charitatem terminatur. Quoniam initium sapientiæ timor domini; & plenitudo legis est charitas. Quemadmodũ enim ex notitia tui venit in te timor Dei, sic ex notitia Dei venit in te amor Dei, & hoc est, quod dicitur. Qui timent Deum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas, qđ fuit lex charitatis, de qua nunc dicitur: *Quis est homo? qui timet dominum: legem*, scilicet charitatis statuere ei. *In via quam elegit*, scilicet vt ipse ambulet in via, quam ipse Deus elegit, quæ est via humilitatis, quia humilitatẽ præ omnibus alijs vijs elegit, & amat dominus, ac docet, omnibus dicens. Discite à me, quia mitis sum, &c.

Cassiodorus. — *Eccles. 2.* — *Matth. 11.*

Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram. 357

COnsequenter hic apponit præmiũ debitum ijs, qui Deũ timent. Hũc locum exponunt aliqui de præmio terreno. s. de possessione terræ Israel, vel terræ promissionis, quã populus ille Iudæorum possedit, & inhabitauit, quãdiu debitè Deum timuit, & Deo seruiuit, & ex ea fuit expulsus qñ timorem Dei deserens declinauit ad idololatriam: vt habetur 4. Regum, in multis locis. Sed melius exponitur de præmio cœlesti, & spirituali, quoniam præmium est finis meriti, & per consequens præmiũ est melius merito, quia finis est melior ijs, quę sunt ad finem, opera autem meritoria meliora sunt quam bona terrena. Et ideo non possunt habere rationem finis respectu meriti. Et ideo quandocunq; in scriptura aliqua bona promittuntur pro operibus meritorijs, pro præmio, ibi accipiuntur bona spiritualia, & non terrena. Sic ergo iste versus est intelligendus de bonis æternis, & de hæreditate cœlesti, cũ d. *Anima eius in bonis demorabitur*, &c. Sciendum est ergo, ꝙ merito timoris domini duplex correspondet præmium, & stola duplex, s. animæ, & corporis. Primã stolam habent aĩæ Deum timentes post dissolutionem corporis, saltem peracta pœnitentia purgatorij, si aliqua sit peragenda. Secundam autẽ stolam, scilicet corporum, non habebunt corpora, nisi post vniuersalem resurrectionẽ. De prima ergo stolã d. *Anima eius in bonis demorabitur*, scilicet post dissolutionem à corpore, in bonis, scilicet fęlicitatis ęternæ, quia animæ beatæ etiam ante resurrectionem fœliciter Deo fruuntur corporibus in sepulchris manentibus. De secunda autem stola subdit. *Et semen eius hæreditabit terram.* Vbi nota, ꝙ homo duabus naturis constat, scilicet anima, & corpore. Corpus enim seminatur, quia ex semine per commixtionem sexuum producitur, & generatur, & sic seminatum radicatur, nutritur, & roboratur, quo-

quousque in formā corporis perueniat humani, ipso autem sic formato, anima nō seminatur, sed à Deo immediatè per creationem educitur, & corpori iam formato infunditur à Deo, propter quod dicit Aristot. quòd anima humana aduenit ab extra. Ad propositum ergo, quid per semen hominis intelligitur, nisi corpus humanum, quod ex semine humano producitur, & generatur, non autem anima? De hoc ergo semine, scilicet de corpore humano, hoc dicit. *Et semē eius hæreditabit terram:* quia post vniuersalem resurrectionem corpus humanum reunitum animæ beatæ, etiam cum ipsa anima hæreditatē possidebit æternam, quæ per terram ratione suæ stabilitatis intelligitur. Credo videre bona domini in terra viuentium. Quia tunc homo timens hic dominum, secundam stolam, scilicet glorificati corporis accipiet.

Philosophus 16. de animalibus.

Psal. 26.

358 *Firmamentum est dominus timentibus eum: & testamentum ipsius, vt manifestetur illis.*

HIc ne quis desperet à timore domini cadere per tentationes varias, promittit adiutorium. *Firmamentū est dominus,* &c. Quasi dubitando dicas: timere est infirmorum & debilium, quo modo autem infirmus & debilis timendo perseuerare potero? Respondet, quia dominus est fortitudo timentium eum, quia sicut timor mundi dat differentiā, sic timor Dei stabilem facit hominē ne deficiat tentationibus vel aduersis, propter quod dicitur. In timore domini fiducia est fortitudinis, quod ostendens Greg. ait. In via Dei à timore incipitur, vt ad fortitudinem perueniatur. Nam sicut in via sæculi audacia fortitudinē, ita in via Dei audacia debilitatem parit, & sicut in via sæculi timor debilitatem: ita in via Dei timor fortitudinē gignit. Salomone attestante, qui ait, In timore domini fiducia fortitudinis. Timori quippe domini inesse fiducia fortitudinis dicitur, quia nimirum mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despicit, quanto se auctori rerum temporalium veracius per formidinem subdit. Quæ in timore domini constituta, non inuenit extra, quod metuat,

Testamentum fortitudo.

Prouer. 14.

Greg. lib. 5. mor. c. 13.

A quia dum recto metu conditori omniū iungitur potestate quadam super omnia subleuatur. Et hoc idem hic ponit Psal. d. *Firmamentum est dominus timentibus eum.* Sed ad quid timentes eum confirmat? ad hoc. s. vt perseuerando hæreditatem consequantur cœlestē, & hoc est, quod subdit. *Et testamentum ipsius vt manifestetur illis.* Vbi nota, q testamentum qñq; accipitur pro volūtate ipsius testatoris, qñq; pro ipsa re in testamento promissa. Testamētum pro promissione accipit Apostolus, d. Vbi testamentum est, mors necessaria est, vt intercedat testatoris, quia. s. promissio, vel voluntas testatoris non habet efficaciam, nisi per mortem testatoris. Testamētum autem pro re testata accipitur. Eccles. 45. Statuit illi testamentum æternum, s. hæreditatē æternam. Et isto modo accipitur hic. *Et testamentum ipsius vt manifestetur illis.* Quid. n. testatus est Christus suis, nisi seipsum pro hæreditate perpetua? Testm̄ ergo ipsius manifestabit timentibus eū, quia talibus Christus seipsum clarè manifestabit in gloria. Qui diligit me, diligetur à patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

Testamentum domini.

Christus.

Hebr. 9.

Ioan. 14.

C

Oculi mei semper ad dn̄m: quoniā ipse euellet de laqueo pedes meos. 359

HAec est quarta pars, in qua Psal. quærit à pressuris liberationē. Et diuiditur in partes tres. Quia primo Ps. exponit suam deuotionem: secundo ostēdit suam passionem, ibi. *Tribulationes cordis mei.* tertio petit Dei miserationē, ibi. *Vide humilitatem.* Quantum ergo ad primum sciendum, q sicut corpus oculos corporales habet, quibus corporalia videt, sic & anima oculos habet spiritua-D les, scilicet cordis, qui solum spiritalia, scilicet ipsum Deum cernere debent, de quib. dicitur. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis, & de quibus dicitur. Eccles. 2. Oculi sapientis in capite eius. Quia videlicet sapiens quisq; illum tota intentione considerat, cuius membrum perfectē esse pensat. Istos ergo oculos quisque ad Deum semper debet habere, sicut ad ducem, & magistrum, sicut ad regem, & dominum. Non ad terrena, quæ laqueum peccatorum pedi-

Oculus.

Psal. 121.

bus parant. Deuotionem ergo suā præmittit Psal. d. *Oculi mei semper ad dominum*, quasi dicat secundum gloss. Oculi cordis mei semper sunt ad dominū, non ad terrena pericula, quia illa non timeo, quia solum in Deo spem pono. Et ideo confido, quòd *ipse euellet de laqueo pedes meos*. i. dest affectus meos de laqueo vitiorum liberabit, quia miserebitur mei, vt etiam & nos dicamus. Oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Dignū est enim, vt qui aliquem diligit, diligatur ab ipso. Qui autē est oculus cordis, nisi amor interior? Si ergo oculo cordis Deum aspicio, ipsum diligendo, cōsequens est, vt ipse me aspiciat per suum amorē mihi miserendo, & hanc consequentiam faciens subdit.

Diligere.

360 *Respice in me, & miserere mei.*

Respicere Dei. Misereri Dei.

QVasi dicat, quia oculi mei sunt ad te, ergo & tu respice in me, & miserere mei. Quid enim est respicere Dei nisi misereri, & peccatores ad pœnitentiam reuocare? vnde Gregorius dicit, Quid enim est respicere Dei, nisi ab iniquitate in melius commutare? conuertit namque illum, quē respicit Deus, vnde scriptum est. Conuersus dominus respexit Petrum, & recordatus, est, &c. & fleuit amarè, & Beda super Matth. 26. ait, Respicere namque Dei est misereri, quia non solum cum agitur pœnitentia, verum etiam, vt agatur, respectus diuinę misericordiæ nobis est necessarius. Consimiliter & nunc Psal. respectum diuinæ misericordię postulat. d. *Respice in me, & miserere mei*. Et adhuc aliam causam addit. d. *Quia vnicus, & pauper sum ego*. Vnicus est ille, qui animo non est duplex, scilicet non per plura distractus, sed vnicū finem Deum solum intendens. Et pauper, scilicet spiritu superbiæ carens: ideo enim vt dicit gl. se vnicum, & pauperem dicit, quia vnicus filius plus amatur, & pauper plus compatitur.

Greg. li. 30. mor. c. 34.

361 *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.*

HIc consequenter vt magis prouocet misericordiam Dei, suā ostendit passionem, & necessitatem. Vbi aduerte, q̃ per tribulationes intelliguntur tentationes diabolicæ, quæ animam impugnando fortiter tribulant, in qua tribulatione necesse est Deū inuocare, vnde Deut. 4. dicitur. Si toto corde quæsieris dominū in tribulatione animæ tuæ, inuenies eum. Per necessitates verò intellige mundi aduersitates temporales, quæ necessitates dicuntur, quia sine illis nullus vnquam iustus permansit, & sic sunt necessariæ, vt iusti efficiamur, vt ait Greg. Sic enim necessitas pro aduersitate accipitur. Eccles. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Suas ergo miserias tā interiores per tribulationes significatas, quam exteriores per necessitates insinuans Deo dicit. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt*, quo ad primum. *De necessitatibus meis erue me*, quo ad secundum.

Tribulatio. Tentatio. Necessitas. Pœna.

Vide humilitatē meā, & laborē meū: & dimitte vniuersa delicta mea. 362

COnsequenter petit diuinam miserationem. Et diuiditur in partes quinque, secundum q̃ quinque à Deo postulat, scilicet postulat primo peccatorum remissionem: secundo inimicorum conuersionem, ibi. *Respice inimicos*, tertio virtutum conseruationem ibi. *Custodi animam meam*, quarto conuersorum societatem, ibi *Innocentes, & recti*, quinto electorum fœlicitatem, ibi. *Libera, Deus, Israel*. Quantum ad primum nota, q̃ humilitas orationem facit exaudiri, & pœnitentia peccata remitti, ideo vt peccata sibi dimittantur, primo orans suam ostendit humilitatem d. *Vide humilitatē meam*. i. approba & gratam habe. Quid enim iam nos gratos facit esse ante oculos Dei, sicut humilitas? Vnde sicut quā tò quis preciosior est in oculis suis: tantò magis vilior in cōspectu Dei, ita ecōuerso quantò quis humilior est apud se & vilior, tantò in conspectu Dei preciosior est, vnde Grego. d. Sciendum magnopere est, quòd tanto vnaquæque anima fit preciosior ante oculos Dei, quanto præ amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur, Nonne, cū paruulus esses in oculis tuis: caput te cōstitui in tribubus Israel? ac si apertè diceret. Magnus mihi fuisti

Oratio. Humilitas.

Gregor. 18. mor. c. 22.

sti quia despectus tibi, sed nunc quia magnus es tibi, factus es mihi despectus: vnde & per Prophetam dicitur. Væ, qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobisipsis prudentes. Tātò ergo fit quisque vilior Deo, quantò preciosior sibi, & tantò preciosior Deo quātò propter Deum vilior sibi, quia Deus humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Consimiliter & nunc Psal. ratione humilitatis se à Deo per misericordiam videri postulat, d. *Vide humilitatem meam*. sequitur: *Et laborem meum*, quid enim per laborem nisi dolor pœnitentiæ intelligitur? d. Laboraui in gemitu meo, &cęt. Et quia per pęnitentiæ laborem peccata dimittuntur ideo subdit. *Et dimitte vniuersa delicta mea*. Cùm iratus fueris misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittes.

Esa. 5. *Psal. 6.* *Tobiæ 3.*

363 *Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.*

Consequenter hic postulat inimicorum conuersionem vt enim supra, ibi *Respice in me*, &c. dictum est. Respicere Dei est idem, quod misereri. Orat ergo iste, quòd Deus suos inimicos, scilicet, Ecclesiæ respiciat oculo misericordiæ, ipsos conuertendo. Quod enim respicere Dei homines ipsos ad pęnitentiam conuertat: dicitur Iob 33. Respiciet homines, & dicent: peccaui, & verè deliqui, sic & hic, *Respice inimicos meos*, idest, conuerte illos. *Quoniam multiplicati sunt*. Sed non solum foris infideles sed etiam intus in Ecclesia non desunt falsi fratres. Et tot hominum perditionem non potest iustus considerare sine dolore, ideo pro eis rogat à quibus habetur odio: vnde subdit. *Et odio iniquo oderunt me*. Sic enim docuit Christus orare. d. Benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Nota hic quòd triplex est odium, scilicet odium perfectū, odium gratum, odium iniquum. Odium perfectum est, quo vitia, non natura habentur odio, de quo Psal. Perfecto odio oderam illos: vbi glos. i. Odi iniquitates illorum non naturā. Hoc est enim perfecto odio odisse, vt nec propter vitia homines oderis, nec propter homines vitia diligas. Signum est ergo te perfecto odio aliquem odire, quando cupis vitia ipsius non esse, illum fieri & virtuosum. Odiū autem gratum. i. gratis habitum est, quo sine motiuo aliquis habetur odio. Oderunt me, & patrem meum, sed vt impleatur sermo, qui in lege eorū scriptus est, quia odio habuerūt me gratis, vbi Aug. super Ioan ait. Gratis odit qui nullum ex odio commodum quærit, vel incommodum fugit. Odium autem iniquum est odire se diligentem, & de isto odio dicitur. *Et odio iniquo oderunt me*, quasi dicat. Ego diligo eos, quia pro ipsis oro. d. *Respice inimicos meos* ipsi autē odio iniquo oderunt me, diligentem illos.

Respicere Dei. *Infideles.* *Matth. 5.* *Triplex. Odium.* *Psal. 138.* *Ioan. 15.*

364 *Custodi animam meam, & erue me, nō erubescam, quoniā speraui in te.*

Hic consequēter petit virtutum suarum conseruationem. Hic enim virtutibus multis erat ornatus, quia proximum diligebat pro ipso orando, & Deum in ipsum sperando. Timebat autem, ne multitudo tentationum, & iniuriarum eum à talibus declinare faceret. Vt. n. dicitur vulgariter, nihil tantū commouet hominem, sicut despectus sibi factus studiosè. Magnus autem despectus est, persequi studiosè ab illis quos quis diligit. Et magnæ perfectionis est tales diligendo sustinere propter quod dicitur. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique. Et si is, qui oderat me, scilicet, aperte maledixisset mihi, &c. Et ideo in hoc se periculo videns diuinum petit adiutorium. d. *Custodi animam meam*, scilicet ipsam seruando in virtutibus, quas habet, ne declinet ex ipsorum odio. *Et erue me*, scilicet a tali periculo. *Non erubescam*, scilicet non sim dignus erubescentia, quòd scilicet foret, si virtutes perderem, quas habeo. Et merito hoc facere debes & rationem assignat. *Quoniam speraui in te*. q. d. Tu promisisti adiuuare sperantes in te. d. in me sperauit, & ego liberabo eum.

Inimicus. *Psal. 54.* *Psal. 90.*

365 *Innocentes, & recti adhæserunt mihi quia sustinui te.*

Consequenter hic petit conuersorū societatem. Credendum est. n. quòd virtute orationis istius multi Gentiliū postea

Oratio. Christi. *Mar. 11.*

postea fuerunt ad fidem conuersi. Cum enim Christus dixerit omnia, quæcunq; orãtes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Et ista fuerit sancta & Deo placens, credendum est, quòd illorum conuersionem pro quibus orabat, impetrauit. Et de istis in persona Ecclesiæ psal. loquitur. d. *Innocentes & recti.* Quia scilicet tales conuersi ad Deum, & effecti innocentes, dimissis peccatis, & recti exercitati in virtutibus adhærent Ecclesiæ per fidem. Et est sensus. *Innocentes & recti.* idest, isti pro quibus oro efficientur, & sic, *adhæserunt*, idest, adhærebunt mihi per fidem, & talis adhærentia vitam spiritualem tribuit. Sicut arbor adhæret terræ, à qua trahit humorem, à quo viuit, & si ab eius adhærentia remouetur, statim eius viror deficit. Sic quilibet homo, Deo & Ecclesiæ per fidem adhærere debet, quæ vitam spiritualem tribuit à qua si recedat statim spirituali ter mortificatur, vnde dicitur: Vos qui adhæretis domino Deo vestro, viuitis vniuersi. Dicat ergo Ecclesia *Innocentes & recti adhæserunt mihi*, scilicet ad fidem sunt conuersi, & rationem subdit. *Quia sustinui te.* Sustinere enim idem est quod expectare, sustinet autẽ Ecclesia Deũ, i. expectat vsq; in diem iudicij, vt interim oẽs præordinati conuertantur ad Deũ. Sic enim ecclesia Deo dicit. Propter legem tuam sustinui te domine.

Mar. 11. — Conuersio. — Adhæsio. — Deut. 4. — Psal. 129.

366 *Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis.*

12. q. 1. gloria episcopi.

HIc enim Israel est casus accusatiui. Vbi nota, quod Israel interpretatur videns Deum. Hic nomine Israel intelliguntur omnes qui sunt præordinati ad Deum videndum æternaliter. Et istorum omnium beatificationem postulat, quia solum in patria ab omni tribulatione & miseria liberamur. Quod bene figuratur Iob 5. vbi dr. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Per sex. n. tribulationes intellige oẽs miserias, & aduersitates præsentis vitæ, quibus. s. liberamur, i. liberari meremur, vt in futurum ab omni malo existamus liberi, vnde dicta verba exponit Grego. d. Quid enim senario numero, quẽ septimus sequitur, nisi præsentis vitæ operatio, discursusq; signatur? Sexto quippe die omnia perficiens hominẽ condidit & septimo die dominus requieuit, qui. s. septimus vesperam non habet, quia subsequẽtem requiẽ nullus iam terminus claudit, perfectis ergo omnibus requies sequitur, quia post bona præsentis vitæ opera retributio æternæ quietis inuenitur. In sex itaq; tribulationibus nos dominus liberat, ne nos in septima malum tangat, quia per paternæ pietatis eruditionem, præsentis vitæ labore nos atterit, sed in aduentu iudicij ab omni nos liberat malo. Hanc ergo liberationem postulat Psalm. d. *Libera Deus Israel ex omnibus tribulationib. suis.* idest per tribulationes quas hic fideles patiuntur, tu scis, eos per patientiã dirige, vt æternaliter liberari mereãtur. Sic enim Deo dr. Tu virga eum percutis, & animam eius de inferno liberas.

Tribulatio. — Vita præsens. — Beatitudo. — Liberari. — Greg. lib. 5. cap. 18. — Prouer. 23.

PSAL. XXV.

IVdica me, domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, et in domino sperans non infirmabor.

367 *De pœ d. 2. vt cognouerunt.*

TItulus est *Psal. Dauid.* Psal. iste fundatur supra historiã quæ habetur 2. Reg. 2. quòd post mortẽ Saulis Dauid qui erat fugitiuus, & iam inunctus præcepto Dei per Samuelem in regem, consuluit dominum, an deberet ascẽdere ad vnam de ciuitatibus Iuda, & ei respondit Deus quòd sic, & quòd ascenderet in Hebron ad possessionem sui regni habendam, ascẽdit ergo Dauid cum vxoribus suis, & alijs consocijs suis omnibus. Et tunc venerunt ad eum viri de tribu Iuda, & ibi vnxerunt Dauid in regem, vt regnaret supra domum Iuda. Sic ergo sola tribus Iuda, sequebatur Dauid. Reliquæ autem tribus sequebãtur Isboseth filium Saulis. Et tunc Dauid fecit istum Psal. orans, vt status suus prosperaretur in regno sibi à Deo dato, vt scilicet regnaret non solum supra tribum Iuda, sed etiam super omnes duodecim tribus vt sibi à Deo fuerat promissum, & quod viri iniqui sibi nocere non possent. Et ad hoc primo applicabo lite-

literam Psal. Secundò exponam Psalm. A quo ad intellectum Psal. Quantum ad primum Psalm. iste diuiditur in partes duas, quia i prima parte Dauid petit pro speritatem in statu regni, secūdò in cultu Dei, ibi, *Lauabo inter innocentes*. Quantum ergo ad primū primò petit Dauid à Deo prosperari in regno, & quantum ad hoc orās dicit, *Iudica me*.i. iudica causam regni pro me, &c. dic vt Nic. de Ly. Quantum verò ad intellectum literæ sciendum ꝙ hic Psal. loquitur in persona viri perfecti, qui vt vitet vitia, societatem malorū vitare conatur, sciens quod scribitur Psal. 17. Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris, & sic orat vt à malis separetur. Et quantum ad istum intellectum Psal. iste diuiditur in duas partes, quia primò petit hic à malis segregari, ne cum illis vitijs inquinetur: secundò in iudicio ne cum illis æternis pœnis deputetur, ibi. *Ne perdas cum impijs Deus*. Prima diuiditur in duas, quia primò petit à malis segregari, secūdò petit suam innocentiā declarari, ibi. *Proba me domine*. Quantum ergo ad primum dicit, *Iudica me, domine*. Vbi nota ꝙ iudiciū est duplex. s. discretionis, quo scilicet boni discernuntur à malis merito, & si non semper loco, & iudicium discusionis, quādo scilicet pro meritis dātur præmia, & supplicia pro culpis. Hic ergo loquitur de iudicio discretionis, vt sit sensus. *Iudica me, domine* &c. id est, discerne, vel secerne me à malis, qui simul mecum modo sunt in Ecclesia, ne simul cum eis eam in ignem æternum. Sic ergo petit à malis separari, non quidem tam loco quā vita & merito: Sicut enim in inferno loco mali sunt sine bonis, & in paradiso boni sine malis, sic in loco medio qui est præsens uita eodem loco mixti sunt boni cum malis, vbi malitia prauorum bonis proficit ad meritum, & bonorum virtus malis cedit ad culpam quod notans Greg. ait, Nullus perfectus est, qui inter proximorum mala patiens non est. Qui enim æquanimiter aliena mala non tolerat ipse sibi per impatientiam testis est, quia à boni plenitudine longe distat. Abel quippe esse renuit, quem Cain malitia non exercet, sic in tritura areæ grana sub paleis premuntur, sic flores inter spinas prodeunt, & rosa, quæ redolet, crescit cum spina, quę pungit. Duos namque filios habuit primus homo, sed vnus electus, alter reprobus fuit. Tres quoque filios arca Noe continuit, sed duobus in humilitate persistentibus vnus ad irrisionē patris ruit. Duos Abraham filios habuit, sed vnus innocens, alius uerò persecutor fratris fuit. Duos quoque Isaac filios habuit, vnus in humilitate seruatus, alius verò etiam priusquam nasceretur reprobatus est. Duodecim filios Iacob genuit. Sed vnus ex his per innocentiam venditus, cæteri uerò per malitiā uenditores fratris fuerunt. Duodecim quoque apostoli in sancta ecclesia sunt electi, sed ne im probati remanerent, unus eis admixtus est, qui eos persequēs probaret. Sic nāq; iusto peccator cum malitia iungitur. Sicut in fornace auro palea cum igne sociatur, vt quo ardet palea purgetur aurum. Hic ergo veraciter boni sunt, qui in bonitate persistere etiam inter malos possunt. Sic ergo hic consimiliter quęrit Psal. vt si in præsenti cum malis loco sit sociatus, tamen ab eis iudicetur. i. merito secernatur. d. *Iudica me domine*. id est, secerne, & diuide me à malis, ne scilicet ipsis similis efficiar. Consimiliter orabat etiam Psal. d. Iudica me, Deus, & discerne causam meā, ab homine iniquo, &c. Et rationem subdit. d. *Quoniam ego in innocentia mea ingressus sum*. Hoc ideo dixit quasi sicut perseuerantia in peccato maioris peccati est causa, sic perseuerantia, in merito conformationem in bono promeretur, & hanc causam iste allegat. *Quoniam in innocentia mea ingressus sum*, hoc est innocentiam per te mihi datam custodiui, & aduerte, ꝙ dicit, *Innocentia mea*, quia duplex est innocentia, scilicet angelorum, quæ nullam culpam admittit, & hominum, quæ sine culpa saltem veniali esse non potest de lege communi. Sed fortè dices, Nonne hoc est verbum præsumptionis seipsum, orando de innocentia commendare, sicut faciebat ille Pharisæus, dicens Deus gratias ago tibi, &c. Respondeot, quòd hoc dicere non est elatio, sed ne sit ingratus boni sibi collati confessio. Sic enim dicebat Apostolus. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, &c. Vnde quod hoc non dicat ex superbia,

Iudicium duplex.

Bonus. Malus. Nota bene mixturā bonorū et malorū in præsenti vita, Greg. 20. mor. c. 30.

2. Tim. 4.

Psal. 42.

Innocentia.

Laudare se ipsum. Luc. 18.

sed magis Deo gratias agens subdit, *Et in domino sperans non infirmabor*.i. non timebo inter peccatores ad malum declinare. Vnde & alia litera habet, *Et in domino sperans, non mouebor*, q.d. Et si inter peccatores sim localiter, tamen cum eis mente non mouebor. Sic enim Loth inter peccatores manens iustus permasit. Sic Thobias in captiuitate positus viam veritatis non deseruit. Ex hoc enim Paulus Philippenses commendat, d. In medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Sic & Ioannes Episcopum Pergami commendat.d. Scio vbi habitat, vbi sedes est Sathanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam.

2. Tim. 4. Gen. 19. Thob. 1. Philip. 2. Apoc. 2.

368 *Proba me domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.*

22. q. 2. prophetauit. Virtus. Laudare se ipsum. Matth. 6. Quæstio.

Consequenter hic petit suam innocentiam declarari, & duo facit. Quia primò suam innocentiã explicari postulat: secundò ipsam declarat, ibi, *Quoniã misericordia tua*, &c. Quærũt aliqui vtrũ virtuosus suas virtutes alijs velle debeat manifestari. Et vr, q non, Christo, d. Attendite ne iustitiam vestram faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis, &c. Ad oppositum, ait Christus. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, &c. Ad hoc respõdet gl. Matth. 5. Prohibet Deus opera bona facere cora hominibus ad hunc finem, vt videamur ab eis, & laudemur: præcipit autem vt videant proximi opera nostra bona, vt Deus glorificetur. Sic ergo ad propositum iste petit à Deo vt sua innocentia manifestetur, vt ex hoc alij capientes exemplum ad bonum attrahantur. Hoc autẽ postulat. d. Deo. *Proba me, domine, & tenta me*. Omnis enim probatio Dei, vel tẽtatio ad hoc ordinatur, vt aliquid incognitũ manifestetur. Sic enim Deus tentauit, & probauit Abraham, vt immolaret filium suum, vt promptitudo obedientiæ Abrahæ, quæ mundo incognita erat, mundo manifestaretur, propter quod post Deus dixit. Nunc cognoui, q timeas Deum, idest, alios cognoscere feci. Cõsimiliter ergo iste petit probari à Deo, & tentari, vt per hoc sua virtus ad Dei laudẽ alijs manifestetur. Et

Probat Deus.

attende, q hic notat Magist. in gl. quòd Deus tentat, homo tentat, & diabolus tentat, sed aliter & aliter. Tentat enim Deus vt erudiat, & vt probet, i. vt probatum sibi, & alijs hominibus ostendat. Tentat homo, vt discat quod nescit. Tentat diabolus, vt seducat. Sed qualiter iste tentari, & probari à Deo postulet, subdit, *Vre renes meos, & cor meum*. Per renes enim secundum glo. in quibus delectationes venereę vigent, quæ sunt potiores, omnes delectationes vanas, vel carnales intellige. Per cor verò, ex quo omnis mala cogitatio egreditur, intellige omnes cogitationes illicitas, dicente Christo. De corde exeunt cogitationes malæ: furta, homicidia, adulteria, &c. Contra ergo ista, petit à Deo medicinam tribulationis, & aduersitatis sibi dari, ne quid patiendo murmurer. d. *Vre renes meos, & cor meum*. idest, adhibe purgatorium medicinale tribulationis delectationibus meis, ne quid mali delectet me. Et cogitationibus meis, ne quid mali cogitem.

Hinc nascitur quæstio, vtrum licitè quis petat tentari. Matth. 5.

369 *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua.*

De pæ. d. 1. quia diuinitas.

Hic consequẽter suam declarat innocentiam, & hoc quo ad duo. Primò quo ad declinationem mali. Secũdò quo ad prosecutionem boni, ibi. *Lauabo inter innocentes*. Prima in duas, quia primò ostendit modũ quo peccata declinauit. Secundò ostẽdit in speciali, quæ mala declinauit: ibi, *Non sedi*, &c. Quãtum ad primum notandum, q maximum remediũ ad vitanda peccata futura, est cõsideratio diuinæ iustitiæ, & ad deponenda commissa consideratio misericordiæ, quod declarans Greg. d. Pius quippe ac iustus est conditor noster, sed nemo dicat, quia pius est uenialiter pecco. Et nemo qui dum peccauerit dicat, quia iustus est, de peccati venia despero. Relaxat enim Deus facinus, quod defletur, sed perpetrare, quisque timeat, quod an dignè deflere possit ignorat. Ante culpam ergo iustitiam metuat, post culpam tamen de pietate præsumat. Neque ita iustitiam timeat, vt nulla spei consolatione conualescat. Neque ita confidat

Peccatum. Iustitia Dei. Misericordia Dei. Grego. 33. mor. c. 15.

de

de misericordia, vt adhibere vulneribus suis dignã pęnitentiæ negligat medicinam, sed quem præsumit sibi piè parcere, semper cogitet & districtè iudicare, &c. Istum autem modum ad declinãdum à peccatis Psal. se dicit tenuisse, cũ dicit. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.* scilicet, q.d. Et si quandoque peccauero, semper corde attendo misericordiam tuam ne desperem veniam. *Et complacui in veritate tua.* s. in iustitia tua. q.d. Complacet mihi considerare iustitiam tuam, qua peccata punis, ne in peccatum cadam. Et sic in eodem misericordia & veritas sibi obuiauerunt, vt dicitur Psal. 84.

370 24.q.3. cũ quibus.

Non sedi cũ concilio uanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Hic consequenter ostẽdit peccata, quæ principalius studuit declinãre. Vbi notandum, ꝙ cupiditas radix, & fundamentum est omnis peccati, dicente Apostolo. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem: radix enim omnium malorũ est cupiditas. Vnde Chrysost. in sermone de proditione Iudæ ait. O dementia, imò cupiditas proditoris cũcta enim mala cupiditas procurauit. Cupiditas namque animas captas retinet, & omnibus modis alligans cõstringit, rerum obliuionem imponit, & alienationem mentis ostendit. Hac Iudas captus cupiditatis insania conuersationis, mensæ, discipulatus, admonitionis, & persuasionis oblitus est cupiditate ductus, vt traderet Christum. Et nota, ꝙ cupiditas non solum vt hic accipitur est inordinatus amor diuitiarum, sed etiã omnis inordinatus amor alicuius vanitatis. Et sic cupiditas est honorem plus debito quærere, delectationem carnis, refectionem corporis, &c. Illud est ergo illud vitium, quod hic Psal. specialiter vitare studuit, tanquam omnium aliorum fundamentum. Aliud est vitium, quod est directius cõtra Deum. s. peccatum infidelitatis, & idololatriæ. Et ideo duo facit. Quia à se excludit cupiditatẽ. Secundò idololatriã, & infidelitatẽ: ibi. *Odiui ecclesiam,* &c. Quantum ad primum sciendum ꝙ vanitatis nomine oĩa tẽpalia intelliguntur, quia sunt vana, & instabilia, & nos intento fine priuant, Eccl. 1. Vanitas vanitatum, & oĩa vanitas. *Concilium ergo vanitatis,* dicitur consultatio, operatio, vel deceptio cupidorũ, quibus ista temporalia ambiunt, & inquirunt. Aurum, & argentum super vtrunque consilium beneplacitum, facultates, & virtus exaltant cor. Sedere vt ait gl. est consentire cum ijs, qui ibi sedant. Quod si præsens es, & hoc non feceris: ibi non sedisti. Si vero absens es, & consensisti, sedisti ibi corde, quamuis non corpore. Dicit ergo. *Non sedi cum concilio vanitatis.* i. corde non consensi, vel cor meum non apposui illis, qui pro uident beati fieri in transitorijs: ac si diceret, tractatum cupidorum vitaui, facta ipsorũ nõ amaui, quia illa oĩs iniquitatis sunt cã. Et hoc est, ꝙ subdit. *Et cum iniqua gerentibus non introibo.* Et nota, ꝙ sm̃ Grãmaticos aliud est gerere, aliud portare. Nã gerimus, quæ in nobis sunt sed portamus exteriora. Iniqua ergo ille gerit, qui intus in cõsciẽtia tenet iniquitatem. Est ergo sensus *Et cum iniqua gerentibus non introibo.* idest, conscientiã operis eorum non habebo acceptam.

Auaritia. Cupiditas. Iudas. 1. Tim. 6. Chrysost. Eccles. 40.

371

Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo.

Consequenter hic à se excludit peccatum idololatriæ. Vbi nota, ꝙ ecclesia idẽ est quod conuocatio, siue congregatio. Et quia conuocantur, & congregantur tam mali quam boni, ideo est ecclesia duplex, scilicet bonorum, & fidelium, & malorum, & hæreticorũ, vel infidelium. Item notat hic gl. differẽtiam inter vanos, malignãtes, & impios. Nam vani dicuntur illi, qui de caducis rebus & transitorijs laborãt: de quibus in præcedenti versiculo dictum est. Impij autem dicuntur infideles, & hæretici: quia pietas idẽ est, quod cultus Dei. Impij autem sine pietate, idest, sine Dei cultu dicuntur. Malignantes autẽ sunt, qui proximis mala agunt. De congregatione ergo, & conuocatione istorũ malignorum & impiorum, scilicet infidelium, & hæreticorum dicit. *Odiui ecclesiam malignantium,* quia non sufficit declinare malum, nisi odio habeatur.

Vani. Impij. Malignantes.

Et

Sedere. Gregor. *Et cum impijs non sedebo*, idest, cum impijs,& infidelibus non habebo consensum. Vel quia secundum Greg. Sedere idem est, quod requiescere: ideo cū impijs sedet, qui cum illis pacem,& requiē habet. Et sic non sedere est cum illis pacem non habere, sed illos persequi, vt veritas fidei oībus elucescat. Sic enim non consensisse infidelibus, & idololatris pro non sedisse Hiere. dicebat, *Hiere. 5.* Non sedi in concilio ludentium, idest, idololatrantium.

372 *Lauabo inter innocentes manus meas & circūdabo altare tuum, domine.*

Bonum. HIc postquam egit de declinatione mali, consequenter agit de prosecutione boni. Vbi nota, ꝙ bonum est triplex, scilicet pœnitentiæ, quod stat in corde: doctrinæ, quod stat in ore: & efficaciæ, siue gratię, quod stat in opere. Primò ergo agit de primo, secundò, de secūdo: ibi. *Vt audiam*, tertiò de tertio, ibi. *Domine, dilexi decorem.* Quantum ad primum notandum ꝙ peccata, quę per manus significantur, quibus operamur, lauantur per pœnitentiam, quæ principalius stat in corde, quia contritio cordis totius pœnitentiæ est fundamentū. *Psal. 50.* Cor contritum & humiliatum, Deus, nō despicies. Sic enim per pœnitentiam se lauare dicebat Psal. *Psal. 6.* Lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis, &c. Sic nunc cōformiter. d. *Lauare peccatum.* *Lauabo manus meas*, idest, per pœnitentiā purgabo peccata commissa, & sic ero inter innocētes. Et quia non sufficit peccata lauare, nisi bonis operibus insistamus, ideo subdit. *Et circundabo altare tuum, domine.* *Altare cor.* Quid. n. hic per altare, nisi mēs nostra, & cor intelligitur humanū, quod virtutibus multis circundari, & ordinari debet, quod subiectum est virtutum? De quo dicitur. *Psal. 83.* Altaria tua domine virtutum. Istud altare nostri cordis sępè visitare debemus discutere, & circūdare virtutibus ne aliquid immūditię lateat in ipso. Et si quid ibidem immundum inuenerimus, purgare per pęnitentiam, exēplo Psal. nunc dicentis. *Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum domine.* Vnde hoc exponens gl. dicit hic. q. d. *Circundabo altare tuum, domine*, i. mentem meam ipsam sæpè discutiendo, & examinando, & si aliquid ibidem immundum inuenero lauabo conterendo, confitendo, & pœnitendo, & sic inter innocentes cōputabor. Et nota, ꝙ istud cordis altare multis virtutibus ornari, & *Altare multiplex.* circundari debet secundum multiplicē materiam, & quia in scriptura altaria sacra leguntur, vt sic cor nostrum sit altare terreum per humilitatis reuerentiam. Altare ligneum per puritatis castimoniam. Altare æneum per pietatis misericordiam. Altare lapideum per firmitatis constantiam. Altare aureum per charitatis amicitiam. Altare virtutum per virtutis abundantiam. F Primò ergo cor nostrum debet esse altare terreum per humilitatem, dicente domino. *Exod. 19.* Altare de terra facietis mihi, &c. Terra enim quæ inter omnia elementa gradum tenet infimum, & oībus se conculcandam præbet pedibus, virtutem significat humilitatis, qua quis alijs se inferiorem cōsiderans, & viliorem præbet conculcandum. Et sic ille altare de terra facit domino, qui se inter cæteros humilem & abiectum reputat. Vnde Bruno exponens prædicta verba. Altare de terra facietis mihi, ait: Altare de terra est humi G lis homo, qui est de terra creatus, & ideo dicit dominus. Altare de terra facietis mihi. i. vosipsos de terra considerate formatos, & in uobis terræ humilitatē seruate. Secundò debet esse altare ligneum per castitatem: vnde Mosi præcipitur. Facies altare ad adolendū thymiama de lignis Sethim, quæ ligna sunt incorruptibilia, nec ab igne possunt cōburi, & sic castitatem significant carnis, & cordis, quæ nullo libidinis igne crematur, vt ait Beda exponens verba prædicta. *Beda.* Tertiò sit altare æneum per pietatem. Aes enim licet in se sit metallum durissimū, H vigore tamen ignis funditur totaliter, & liquefit. Sic & cor nostrum solidū per constantiam in bono debet esse, & liquefieri per ignem charitatis, & compassionis ad proximū. Et de isto altari æneo dicitur. Fecit Salomon altare ęneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti *2. Par. 4.* cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis. Istud altare est cor nostrum, quod æneum debet esse per stabilitatem, fusibile per pietatem, cuius longitudo est vitæ duratio, cuius latitudo Dei,

Dei,& proximi dilectio, cuius altitudo supernorum contemplatio. Habeat ergo longitudo uiginti cubitos,vt toto uitæ suæ tempore, decem præcepta decalogi seruet duplicatè.i.opere,& voluntate. Similiter eius latitudo quæ in obseruatione mandatorum continetur. Christo dicente. Si diligitis me,mādata mea seruate. Sed eius altitudo fit decem cubitorum,vt totus homo interior, & exterior eleuetur in Deum secundū quinque sensus interiores, & secūdum alios quinque exteriores. Quartò fit altare lapideum per perseuerantię stabilitatē: de quo Ios.7. Aedificauit Iosue altare domino de lapidibus impolitis. Vbi notandum quod nihil ita cor nostrum facit instabile sicut appetitus laudis & gloriæ vanæ:& sic per oppositum abiectio gloriæ vanæ,& hypocrisis altare cordis nostri stabile esse facit. Quid autem per lapides sectos, & politos nisi exterioris gloriæ, & laudis designatur appetitus? Et sic per opposituū per lapides insectos, & impolitos abiectio omnis hypocrisis,& vanæ gloriæ denotatur. Vnde Stephanus exponens verba prædicta. Altare est mens hominis,quod de lapidibus impolitis construendum est. Lapides enim non poliuntur nisi pro exteriori apparētia.hinc est,quod lapides, qui in fundamentis ponuntur,non poliuntur, sed solum illi,qui videri possunt. Ille ergo cor suum altare construit de sectis lapidibus,& politis, qui ideo opera bona facit,vt videatur,& vt fauorē acquirat humanum. Nos ergo de lapidibus non sectis,nec politis, cor nostrum domino faciamus altare,vt nostra opera bona sint lapidea per uirtutem constātiæ,sint impolita per omnis hypocrisis,& vanę gloriæ abiectionem. Quintò fit altare aureum,per charitatem & dilectionem. Fecit Salomon altare aureum. Quid enim per aurum nisi virtus designatur charitatis? Vnde Num.4 dicitur. Altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento. Per hyacinthinum enim colorem cęlestē ipsa spiritualis & cœlestis affectio significatur. Altare ergo aureum hyacinthino vestimento tegitur, cum tota dilectio nostri cordis & amor refertur ad Deum. Sextò fit altare virtutum,vt scilicet in altari nostri cordis odorem sanctarum virtutum domino offeramus quia solùm talia altaria Deo esse dicuntur. Altaria tua domine virtutum. Istud ergo altare cordis nostri est illud altare ad literam, quod multis virtutibus circundare debemus: de quo nūc ait Psal. *Et circundabo altare tuum, domine.*

Ioan.14. | Cor. | 2. Par.4. | Psal.83.

Et audiam uocem laudis tuæ: & enarrem uniuersa mirabilia tua. 373

HIc consequenter ponit secundam virtutem,quam debet habere qui libet perfectus, scilicet doctrinæ, quia bonum & veritatem quam nouit alios debet docere. Sic enim præcepit dominus suis Apostolis.d.Docete omnes gētes,seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Quod ideo requiritur, quia sicut quilibet proximum tenetur diligere,sic & bona quæ nouit ipsum docere. De illis bonis dico, quæ spectant ad fidem & animarum salutem. Sed qualiter hoc sit faciendū hic ostēditur. Quia primò quilibet debet audire & addiscere antequam alios præsumat docere. Et hoc est quod dicitur in can.d.36.qui ecclesiasticis. Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens illos & interrogans, & postea prædicare cœpit,quia prius quisque debet discere, & postea prædicationis officium vsurpare. Hinc etiam dominus prius Apostolos docuit,postea ipsos ad prędicandum misit. Et istum ordinem hic ostendit Psal. Qui prius vult audire laudes & mirabilia Dei,postea illa enarrare & docere.d. *Vt audiam vocem laudis tuæ*, quo ad primum, *Et enarrem uniuersa mirabilia tua*, quoad secundum. Et vide quam bene antequā iste audiat vt addiscat, vel alijs prædicet,præmittit cordis munditiā. d. *Lauabo inter innocentes*, &c. Postea audire verbum Dei, & illud prædicare consequenter adiungit.d. *Vt audiam*, &c. Hoc ideo, quia in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Dicat ergo Psalm. primo *Audiam vocem laudis tuæ*,idest discam quomodo te laudem. non me. Ille autem intelligit qualiter laudandus est Deus,qui bonum suū non sibi,sed Deo tribuit.

Matth. vlt. | Docere. | Addiscere. | Prædicare. | Sap.1.

Domi-

374 *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.*

24.q.1.omnibus.

HIc consequenter ponit tertiā virtutem necessariam.s. efficaciā gratiæ, quæ stat in affectione sanctitatis & sanctorum. Vbi nota q̄ hic per domum Dei intelligit ecclesiam, quā Christus suam uocat.d. Domus mea domus orationis vocabitur,&c. Decor autē huius domus est sanctitas & virtus. Vnde sicus domus exterior quanto melius est ornata, magis decora videtur, sic & ecclesia Dei quanto maiori fulget sanctitate, tanto magis existit decora. Hic est ille decor domus Dei.i.ecclesiæ, quo ipsa ornatur, de quo dr: Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierū. Dicit ergo Psal. *Domine dilexi decorem domus tuæ*.i. dilexi me facere tibi domū decorem per sanctitatem. *Et locum habitationis gloriæ tuæ*, quod ad idem tendit.i. dilexi me facere tibi locum, in quo in futuro habitet gloria tua, quia tunc satiabor, cum apparuerit gloria tua.

Domus Dei. Matth. 21. Ecclesia. Decor. Psal. 93. Psal. 16.

375 *Ne perdas cum impijs Deus animam meam, & cum viris sanguinum uitam meam.*

HAec est secunda pars, in qua Psal. orat in futuro à malis separari, ne cum illis demergatur in peius. Et diuiditur in tres partes. Quia primo petit dictam separationem. Secundò ostendit malorum iustam damnationem: ibi. *In quorum manibus*. Tertio ostendit iustam suam liberationem: ibi. *Ego autem in innocentia*. Quantum ad primum petit à malis in futurum separari, ne simul dānetur cum illis.d. *Ne perdas cum impijs Deus animam meam*, quasi dicat. Et si corpore pateris in præsenti simul esse bonos & malos, hoc rogo ne patiaris in futuro, idest, non pariens. Et aduerte quia quamuis non solū impij & viri sanguinum in iudicio damnabuntur, sed ét superbi, auari, luxuriosi,&c. tamen solū nominat impios & viros sanguinum. Quia iste spiritu prophetico eleuatus iam prævidebat q̄ in iudicio contra dānandos sola impietas erga proximū & crudelitas allegabitur à Christo, cum dicitur damnandis. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Pietas enim nō solum in scriptura accipitur pro cultu diuino, sed etiā pro misericordia impendēda proximo. Et sic impius pro crudeli erga proximum accipitur. Dū superbit impius incenditur pauper. Et tales crudeles non miserentes proximo etiam dicuntur viri sanguinum. Quia vt vulgariter dicitur: Occidit hominem qui ipsum non pauit dum potuit. Et habetur di.86 in singulis, propter quod hic airgl. quòd impij & viri sanguinum hic illi accipiūtur, qui contra charitatis mādata agant, proximo non miserentes. Item nota quòd hic animam & vitam pro eodem accipit, quia ipse homo anima viuit.

Damnatio. Dānatus. Impius. Homicidiū. Matth. 25. Psal. 9.

376 *In quorum manibus iniquitates sunt; dextera eorū repleta est muneribus.*

OStendit hic iniquorum iustā damnationem. Vbi nota, quòd quāuis propriè loquendo iniquitas à peccato differat: quia peccatum est genus ad omne vitium: iniquitas autem non, nisi de graui peccato dicitur, vt dicit Greg. Ipso loquendi vsu plus est iniquitas quam peccatum. Vnde omnis homo liberè se peccatorem fatetur. Iniquum verò nonnunquam dici erubescit. Tamen sæpe pro eodem accipitur peccatū & iniquitas. Sic enim dicitur. Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit: quia etiam peccatum est iniquitas. Hic ergo accipitur iniquitas pro maioribus peccatis quando dicit. *In quorum manibus iniquitates sunt*.i. quorū opera sunt iniqua. Vnde & radicem, quasi omnis iniquitatis ostēdit cum subdit.d. *Dextera eorum repleta est muneribus*. Vbi notandum, q̄ nomine dexteræ hic accipitur interior intentio: sic & per sinistram sensualitas exterior. Dextera ergo eorum dicitur repleta muneribus, quia tales totam suam rationem ad munera applicant accipienda & non ad spiritualia. Et dicit *muneribus* in plurali, quia multiplex est munus, scilicet à manu, ab ore, & ab obsequio: vt dicit textus, 1.q.1. sunt nōnulli. Vnde dicit hic gloss. Dextera eorum repleta est muneribus, quia si quid boni agunt, pro muneribus faciunt pecuniæ, vel laudis humanæ, vel timoris, quo timent offendere diuitem. Quia ratio-

Iniquitas. Peccatum. Greg. li. 11. Psal. 22. 1. Ioan. 3. Dextera. Munus.

rationem, quę eis data est ad obtinendā salutem æternā, conuertunt ad accipienda huius sæculi dona: propter quod dici tur. Non accipies munera quæ excæcant oculos iudicum. Sed forte dices. Nunquid iustitiam pro muneribus defendēs peccat? Ad hoc audi Greg. d. Nā plerunque nonnulli terrena munera appetūt & iustitiam defendunt, seq; innocentes æstimant, & esse defensores rectitudinis exultant: quibus si spes muneris subtrahitur, à defensione protinus iustitiæ cessatur, & tamen defensores iustitiæ se cogitant, seque asserunt rectos, qui nequaquam rectitudinem, sed munera quærunt. Contra quos benè per Mosen dicitur: Iustè quod iustum est exequere. Iniustè quippe quod iustum est exequitur, qui ad defensionem iustitiæ non virtutis amore, sed amore præmij excitatur. Iniustè quod iustum est exequitur, qui ad defensionem ipsam, quā prętendit iustitiam venundare minimè veretur. Iustè ergo iustum exequi est in assertionem iustitiæ ipsam iustitiam quęrere, &c. Sed quid dicatur hodie de iudicibus & principibus, audi Esaiam dicentem: Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, &c.

Deut. 16. Iustitia. Aduocatus. Munus. Greg. lib. 9. mor. c. 19. Deut. 16. Esa. 7.

377 *Ego autem in innocētia mea ingressus sum; redime me, & miserere mei.*

11. q. 1. que recte.

HIc consequenter ostendit suam iustam liberationē. Iste enim loquitur, vt dictū est in persona ecclesiæ, quæ maculam non habet neque rugam. Ideo suam, idest ecclesiæ innocētiam & puritatē, qua, scilicet, meritò à malis debet separari prętendens. d. *Ego autem in innocentia mea ingressus sum.* q. d. Illi muneribus ditati sunt, ego autem econtra in innocentiā mea ingressus sum. i. diuitijs innocentiæ & spiritualibus thesauris sum ditatus. Ideo *redime me, & miserere mei.* Præuidit iste precium Christi sanguinis, quo mundus erat redimēdus. Ideo rogat, dicens: *Redime me*, idest valeat mihi ad perfectionem liberationis precium tanti sanguinis. *Et miserere mei*, quia magna misericordia fuit sparsus Christi sanguis in redemptionem nostram. Sed forte dices. Si iste est innocens, & sine peccato, quomodo quærit A redimi per Christi sanguinem, qui solum effusus est in remissionem peccatorum? Respondeo, q̄ omnes natura nascimur filij iræ, sed per fidem Christi, & virtutem eius passionis mūdamur à peccatis, & redimimur à pœnis, quia ipse peccata nostra in corpore suo portauit super lignum crucis. Vnde à principio mundi vsque ad finem sine fide Christi nullus à peccato liberatur. Vnde ait Aug. & recitatur à Magist. lib. 3. dist. 25. Omnes iusti, siue ante incarnationem Christi, siue post, nec vixerunt, scilicet spiritualiter, neque viuent, nisi ex fide B incarnationis Iesu Christi, profecto, quia scriptum est. Non est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri. Ex illo ergo tempore valet ad saluandum genus humanū, ex quo in Adā vitiatum est. Sic iste suam innocentiā à Christo recognoscēs, d. *Redime me*, &c. Loquens per verbum præsentis temporis, & non præteriti, vel futuri, quia semper iusti à peccatis per Christum purgātur, & redimuntur à pœnis. Sic etiā per verbum præsentis temporis de Christo dixit Ioannes Baptista. Ecce qui tollit peccata mundi. Quod exponens Theo C philus. d. Nō dixit Ioannes, qui tulit de præterito, neq; qui tollet de futuro, sed de presenti, qui tollit, quasi hoc semper faciente Iesu, &c. Vnde suam innocentiam per Christum habitam, subsequēter declarat, dicens.

Redēptio. Fides Christi. Quæstio. Ephes. 2. Mag. lib. 5. dist. 25. Act. 4. Præsens tēpus. Ioan. 1. Theophil.

Pes meus stetit in uia recta: in ecclesijs benedicam te, domine. 378

QVid enim pedes significāt nisi affectiones animæ, & voluntates, quibus aīa graditur benè, vel malè? Si pes tuus scandalizat te, erue eum, &c. quod de affectione animæ intelligitur. D Quid autē est via recta. s. quæ breuior, & facilior ad vitam dirigit, nisi charitas? De quā ait Apostolus: Excellentiorem viam vobis demonstro. Vocatur enim Charitas via recta, & cæteris excellentior, quia nulla virtus sine ipsa proficit ad salutem, ipsa autem per se sufficiens est. Quid est ergo *pes meus stetit in uia recta*, nisi voluntas mea, & affectio stetit in charitate, & dilectione? quæ. s. via recta dicitur, quia omnia opera dirigit in Deum. Vnde de istis vijs charitatis d.

Pedes. Pes. 1. Cor. 12. Via recta. Charitas.

Iustum

Iustũ deduxit dominus per uias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et in hoc ostendit se Deum diligere. Deinde de dilectione proximi subdit, *In ecclesijs benedicam te Domine.* Dicit autem pluraliter in ecclesijs, quia quamuis vna sit ecclesia, quia vnum Christi corpus & vna fides, tamen plures sunt ecclesiæ particulares, vt plura corporis membra: sicut dicimus ecclesiam Romanam omnis alia ecclesia debet imitari. In hoc ergo ostendit dilectionem proximi. d. *In ecclesijs benedicam te, domine.* Quid enim est benedicere dominum, nisi sic viuere vt exemplo boni operis cæteri ad Dei laudem inducantur? vnde gloss. dicit. *In ecclesijs benedicã te, domine:* Huic dilectioni Dei adiunge dilectionem proximi. Quia non occultabo eis quos vocasti, benedictionem & gratiam tuam: vt per me benedicaris ab illis, qui meo exemplo & doctrina informantur ad benedicẽdum. Benedicere enim Deum in ecclesijs, est sic viuere, vt suo exemplo per mores aliorum Deus benedicatur. Qui enim benedicit Deo lingua & non factis, non verè benedicit. Sic enim dicitur. *In ecclesijs benedicite Deo domino.*

Sap. 10. Ecclef. Benedicere. Psal. 67.

PSAL. XXVI.

379 2.q.7. testes. Psal. 67.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo?

PSALMVS hic talem habet titulum, *In finem Psalm. Dauid priusquam liniretur.* Pro cuius intellectu sciẽdum, q Dauid ter fuit inunctus in regẽ. Primò à Samuele in Bethlehem, cũ adhuc esset in domo patris. Ex qua vnctione habuit ius regni, sed non possessionẽ. Et ex illa vnctione habuit spiritum propheticum, & directus est in eũ spiritus domin. Secundò fuit inunctus in regem in Ebron, quando, scilicet mortuo, Saule, venit in Ebron, & super tribum Iuda solum incepit regnare. Isboseth autem filius Saulis regnauit super vndecim tribus: & hoc durauit septẽ annis & sex mẽsibus, vt habetur. 2. Reg. 2. Deinde verò interfecto Isboseth à Rechab & Banaa, E congregatus fuit omnis Israel, & venerunt ad Dauid in Ebron, & ibi vnxerũt Dauid in regẽ super omnes duodecim tribus. Et post ascendit in Hierusalem, & regnauit in pace, vt habetur 2. Reg. 5. Ad propositum ergo quando titulus dicit, *In finem Psal. Dauid priusquam liniretur,* hoc intelligitur de ista tertia vnctione, quæ fuit generalis, in qua possessionem totius regni accepit. Quia antequã ista tertia vice esset vnctus, hunc psalm. fecit, se disponens deuotè ad istã vnctionem recipiẽdam postquam regnauit in pace. Sed quia hæc omnia in figura contingebant illis, quia omnia figurabant F Christum & eius membra, ideo sciendũ q olim duo genera personarum inungebantur, quod huc vsq; hodie seruatur. s. reges & sacerdotes. In quibus significabatur vnus Christus, qui est verus rex, vetusq; sacerdos. Rex, quia nos regit, & ducit. Sacerdos quia pro nobis interpellat, & sacrificium Deo pro nobis obtulit non utiq; aliud quam seipsum. Nos autem quia sumus Christi mẽbra: ideo vnũ sumus in Christo. Vnde & dicimur Christi .i. Christiani, quia per ipsum omnes vngimur, quia de plenitudine G eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Vnde sicut Dauid tribus vicibus fuit inunctus, sic conformiter & nos vngimur. Primo enim Dauid fuit vnctus in signum regni ipsius futuri, sic & nos in signum regni æterni percipiendi, primo vngimur in baptismo, & in alijs sacramentis. Et sicut Dauid post primam vnctionẽ multos hostes habuit, sic & nos post baptismalem gratiam multos hic patimur hostes. Secundò vngimur particulariter in reges, qñ post mortẽ anima beatificatur. Sed tertiò erit vnctio generalis gratiæ, quando in fine simul anima H cum corpore beatificabitur. Quia tunc in reges vngemur, cum duplici stola. s. animæ, & corporis. Est ergo sensus tituli iste. *In finem Psal. Dauidis,* idest iste psal. dirigens nos in finem futuræ consummationis attribuitur ipsi Dauid. s. cuilibet fideli, agens de hoc q *priusquam liniretur,* secũdo .i. ante stolam beatitudinis, Intentio asit tota est monere fideles, ne quis post primam vnctionẽ torpeat. sed ad secundam diligenter se paret. His præmissis, primò dicam sensum literæ.

Vnctio Dauid. Nota tres vnctiones Dauid.

Et

Et consequenter significatum per literam. Quantum ad primum sciendum, vt dicunt Hebræi, & est valde verisimile, quando Deus promouet aliquem ad aliquam dignitatem, dat ei gratiam, per quam côuenienter illam assequi possit. Et hoc, nisi promotus apponat ei obicē. Et ideo Dauid promotus ad regnū, ad illam actionem se præparauit deuote, & hunc psal. fecit. Et diuiditur in partes tres, sēm q Dauid tria à Deo petit necessaria ad debitè exequēdum regiæ dignitatis officium Primum est contra aduersarios fortitudo, & constantia, Secūdum est quoad Dei cultum deuotio, & reuerentia ibi. *Vnam petij à Domino.* Tertium est in bonis operibus continuatio, & perseueratio. ibi, *Adiutor meus*, &c. vt Nic. de Ly. Quantum ad intellectum significatum per literam, notandum, q sicut Dauid tribus vicibus fuit vnctus; ita & quilibet verus fidelis, & Christianus tribus vicibus per Dei gratia inungitur .s. in Baptismo, in beatificatione animæ, & in beatificatione resuscitati corporis. Et secundum hoc psalm. diuiditur in duas partes. Quia primò agit de prima vnctione, quæ fit in baptismo. Secundò de secunda, quæ fit in beatitudine siue in cœlo, secunda ibi. *Credo uidere bona Domini.* Prima in duas, quia primò agit de multis gratijs, quæ in prima vnctione conferuntur. Secundò de multis aduersis, quæ illam consequūtur ibi. *Exaudi, Domine uocem meam qua clamaui.* Prima in duas, quia primò ostēdit virtutes, quæ dantur in baptismo, secūdò ostēdit effectum virtutum, ibi, *Dum appropiant*, &c. Quantum ad primum sciendum, quòd in sacramento baptismi infunditur fides, charitas, & spes, & si nō quoad actum, tamen quoad habitum. Cum sine illis virtutibus nullus saluari possit: quomodo saluarētur paruuli baptizati, si non darentur eis dictæ virtutes in baptismo? Et hæc determinatio ecclesiæ habetur scilicet in Clementinis cap. 1. vbi Dominus Papa tractatis duabus opinionibus, de efficacia baptismi concludens dicit. Nos autem attendentes generalem efficaciā mortis Christi, quæ per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis secundum opinionem, quæ dicit tam paruulis quàm

Baptismus.

A adultis conferri in baptismo informantem gratiam, & virtutes tanquam probabiliorem: & dictis Sanctorum, & modernorum Theologorum magis consonam, & concordem: sacro approbante concilio, duximus eligendam. Ad propositum ergo cùm per fidē, & alias virtutès illuminetur anima, sequitur q in prima vnctione baptismali Deus dans animæ fidem, & virtutes, ipsam illuminat. Et hoc est, quod psal. in persona noui Christi militis prima vnctione, idest, baptismali Inunctus gratia. d. *Dominus illuminatio mea.* q.d. Non ego mihi sum

Illuminatio.

B lux, sed Christus, qui per suam gratiam illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quod ideo dicit, quia peccatum mentem excęcat. Excęcauit eos malitia eorum: & naturam ad bonū exequendum debilitat peccatum, peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Cum ergo ista prima inunctio tollat peccatum, sequitur q animam illuminat, & fortificat. Quæ duo notans Psal. d. *Dominus illuminatio mea*, quoad primum. *Et salus mea*, quoad secundum. Et hoc contra infirmitem naturæ, vt scilicet iam possim resistere peccato. Quo

Sap. 2.

C niam vt dicitur psal 36. Salus autem iustorum à Domino est, & protector eorū in tempore tribulationis. Ex quo sequitur quòd nullum hominem debes timere. Et ideo interrogatiuè subdit. *Quem timebo?* idest, nullum timebo hominem. Quia nullus potest contra Dominum. Quia ergo hic agitur de efficacia primæ vnctionis; notandum q vt doctores dicunt, baptismus multas habet efficacias: quas his paucis verbis Psal. cōprehendit. d. *Dominus illuminatio mea*, &c. Prima est, quia culpam tollit originalē. de consec. dist. 4. firmissime. Et extra, de

Nota hic bene efficaciā baptismi.

D baptismo & eius effectu, Maiores. Secundo omnem culpam delet actualem, de consec. dist. 4. regenerante. Vbi dicitur, q carne contrahitur tantummodo peccatum originale, sed regenerante Spiritusancto, etiam omnium voluntariorū fit remissio peccatorum. Tertiò tollit omnem pœnam peccato debitā de pœ. d. 7. hoc antè qualiter & li. 4 d. 4. Quartò aperit ianuam cœlestem, vnde si baptizatus mox decederet, continuo ad patriam euolaret. Extra de presbyterorum

rum non baptizato.c. debitum. Quinto fomitem extenuat licet concupiscentiã non euacuet,de cõsec.dist.4.c.2. Sextò dispensat eum contrahente in secundo,vel tertio gradu. li.4 de diuortijs,c. gaudeamus. Et ibi allegatur ratio, quia baptismus ideo institutus est,nõ vt solum coniugia,sed vt peccata deleat. Circa prędicta sunt aliqua dubia. Primum vtrum sit bonum,baptismum vsq; ad finem vitę differre, quia cum baptismus tollat omnem culpam,& pœnam: talis sine aliqua purgatorij pœna trãsiret ad cœlum,& sic vtilitas magna foret,sacramentum differre. Respondeo,quod laudabile est, ꝙ quàm citius commode fieri potest,baptizetur infans. Ratio prima propter mortis periculum, quia cũ sint fragilis naturæ,citò,& faciliter moriuntur, secundò propter infestationes dæmonum,qui non habent tantam potestatem super baptizatos. Secunda est, posito ꝙ quis velit baptizari, quem sacerdos non vult baptizare, nisi sibi certo dato precio, nunquid tali licet in eo casu pro baptismo aliqnid dare,& emere baptismum. Responsio. Ioan.in summa.d. ꝙ in tali casu à tali licet aquam emere pro baptismo faciẽdo, ẽt si aqua consecrata est, sed non licet dare pecuniam pro baptismo faciendo, nec pro se si talis sit adultus, quia in tali casu sufficit baptismus flaminis,nec ẽt pro paruulo,quia non sunt facienda mala vt eueniant bona. Et subdit,ꝙ ſm Alexand. in tali casu potest redimere vexationẽ sui iuris,si baptizandus sit adultus:etiã pro paruulo,quem vult baptizare. Sed Thomas dicit ꝙ primum melius est. Tertia dubitatio est,posito ꝙ nullus ptest regenerari,nisi sit generatus, aliquis nascẽs est in periculo,apparet extra ventrẽ matris secundum aliquam partem, si de periculo timetur, nunquid potest baptizari illa pars,quę apparet extra matris vterum, vt totus dicatur baptizatus? Respondeo ꝙ sic,quia quæcunq; pars corporis eius appareat,ipsa est animata anima rationali, & humana,cum ipsa sit in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis. Et ꝑ consequẽs quęcunq; parte baptizata, baptizatum est animal humanum:& per consequens homo, & nõ alius homo quàm ille puer, igitur ille puer esset baptizatus. Sed pone casum: apparet aliqua pars extra,baptizans eredit,ꝙ sit masculus,& baptizans eum imponit ei nomẽ Petrus,postea totus exit & est fœmina, nunquid verè est baptizatus? Respondeo quòd talis baptizãs aut erat intentionis baptizandi masculum, sic quòd nullo modo fœminam,aut baptizandi illum fœtum,siue masculus esset siue fœmina,primo modo nõ est baptizatus,secundo modo sic. Consimilis casus est de volente consecrare decẽ hostias,& ante se habet vndecim. Vnde dicunt doctores,quòd in tali casu debẽt imponi nomina communia tam masculis quàm fœminis,vt Bonagratia,Bonauentura,& similia,&c.

Quæstio. Dilatatio baptismi. Respon. Quæstio. Baptismi simonia. Io. in summa li.3. tit. 24.q.20. Roma.3. Quæstio. Respon. Quæstio. Respon.

Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? 380

Consequenter hic hoc alijs verbis confirmat.d. *Dominus protector*,&c. q.d. Quẽ debeo timere? certe nullum, quia *Dominus protector vitæ meæ*.i.dãs mihi vitam virtutum in baptismo,quem ẽt protegit,i.dest, conseruat nisi ponã obicem. Ideo non ait Dñs dator vitæ meę, quia hoc posuit in primo versiculo: sed *Dominus protector*,idest conseruator. Et ideo *à quo trepidabo*? interrogatiue ponitur,idest quem vel quid trepidabo. q.d. nec aliquid,nec aliquem,quia ad omnipotentem Deum pertineo,qui me illuminat,saluat,& protegit,ideo nullum timeo præter ipsum,dicit ergo. *Dominus protector vitæ meæ*.i.cõseruator. Quid.n. valeret aut quomodo subsisteret vita gratię data in baptismo, nisi ab ipso Deo dãte cõseruaretur? certe nihil, Nã vt dicit Greg.super illo verbo Iob 23.Ipse solus est. Nunquid non sunt Angeli: & homines,cœlum,& terra &c. Et certè scriptum est,creauit vt essent oĩa, Cum ergo in rerum natura tam multa sunt, cur beati uiri voce dicitur, Ipse.n. solus est? Sed aliud est esse,aliud principaliter esse,aliud mutabiliter esse, aliud immutabiliter esse. Sunt.n.omnia, sed principaliter non sunt, quia in semetipsis minime subsistunt. ni gubernãtis manu teneantur,esse nequaquam possunt. Et infra. Cuncta quippe ex nihilo facta sunt, eorumq; essentia rursum ad nihilum tẽderet, nisi ea auctor omnium regiminis manu

Grego.16. mor.c.18. Gen.1. Esse. Conseruatio Dei.

manu retineret, &c. Sic ergo & de vita virtutum quomodo à Deo in baptismo data subsisteret nisi ab ipso Deo conseruaretur? Et hoc est, quod notans Psal. d. *Dominus protector vitæ meæ*, &c.

381 *Cum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.*

CONsequenter hic ostendit quãtum effectũ habeat virtus à Deo in baptismo infusa. Et diuiditur in tres partes secũdum q̃ tres habet effectus. Quia primò aduersitatis expellit timoré, secũdo fœlicitatis infundit amoré, ibi. *Vnam petij à Domino*, tertiò æternitatis concedit honorem, ibi. *In petra exaltauit me.* Quantum ad primum nota, q̃ aduersa sunt multiplicia, scilicet corporis, fidei & temporalium rerũ. Et omnium istorũ gratia in baptismo collata expellit timorem. s. hæreticorũ. ibi. *Qui tribulant me.* Timorem mundi, ibi, *Si consistant aduersum me castra*. Primò ergo virtus in baptismo data. s. si secundum illã viuamus expellit timorem corporis, quod, notãs dicit. *Dum appropiant super me nocentes*, &c. Nocentes. n. & inimici temporales corpus possunt occidere, aiam autẽ lædere non possunt. Sed quid timenda sunt damna corporis vbi salus animæ cõsistit? certè minimè, quia corpus datum est in seruitium animæ, & ipsi subditur, & non econtrario. Et hoc est, quod dicit, *Dum appropiant super me nocentes*. s. & mali. Ad hoc solum appropinquãt, *vt edant carnes meas*, quia. s. animæ, & virtutibus eius nocere non possunt. Sic. n. & Christus docebat, d. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, aiam autem non possunt occidere, sed potius eũ timete, qui põt animã, & corpus perdere in gehennam.

382 *Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.*

OStendit hic, q̃ expellit timorem fidei, id est hæreticorũ impugnantium fidem. Hæretici enim in primitiua ecclesia multum ipsam tribulauerunt, & ipsam destruere conabantur, quia fidem catholicam, in qua vnitur ecclesia, destruere conabantur, ut puta Arriani vnitatem essentiæ negabant in Deo. Sabelliani negabant trinitatem personarum. Euthyces negabat uerbum ueram hominis carnem assumpsisse, & sic de alijs. Et sic diuersis hæresibus ecclesiam tribulabant, vnde ecclesiæ Smyrnæ dicitur Apo. 2. Scio tribulationem tuam, quia blasphemaris ab ijs, qui dicũt se Iudæos esse, & non sunt, & isti sunt hæretici. Sed tamen ecclesia per gratiam Christi sibi datam, hanc hæreticorum aduersitatem superauit, & vicit, quia hæretici prostrati sunt, & defecerunt, fides ecclesiæ manet. Et hæc notans, dicit. *Qui tribulant me inimici mei*. s. hæretici, *infirmati sunt, & ceciderunt*, quia. s. veritate fidei conuicti sunt, & exterminati. Vel in bonum potest accipi, *Ipsi infirmati sunt, & ceciderunt*, vt intelligatur ipsi infirmati sunt in eo, scilicet quod malè defendebant vt ne ad fidem conuersi meliora credant. Et sic ceciderunt, quia colla sua iugo fidei submiserunt. Sic enim de istis inimicis, scilicet hæreticis prædixerat Psal. in persona ecclesiæ dicens. Persequar inimicos meos & comprehendam illos, scilicet per prædicationem fidei non conuertar, donec deficiant, scilicet ab erroribus suis confringam illos, nec poterũt stare, cadent subter pedes meos.

383 *Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.*

HIc ostendit consequenter, q̃ gratia i baptismo data excludit timorem contra aduersitates mundi tã visibiles quã inuisibiles. De uisibilibus. n. aduersitatibus illatis ab hoĩbus mundi d. *Si consistant aduersum me castra*. Castra enim dicuntur congregatio militũ contra hostes ad alios inuadendũ, & expugnãdum. Et sic per castra intellige inimicos homines nos per aduersa persequentes, vt nostra bona tollant vel honores. Istis irritatus fuit Moses, & Aaron psal. 105. Irritauerunt Mosen in castris, Aarõ sanctum Dñi. Sed talia castra gratia Dei facit nos non timere. Et hoc est, qđ subdit. *Non timebit cor meũ*, nec mirum, quia per gratiam baptismalem Dñs est nobiscũ. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, qm̃ tu mecum es.

384 *Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.*

HIc consequenter ostendit, q̃ gratia excludit timoré bellorũ spiritualium,

Marginalia: 6. q. 1. summa. — Aduersitas. — Timor. — Pœna temporalis. — Mat. 10. — De pæn. di. 1 homicidiorum. — Hæreticus. — 24. q. 3. quidam autẽ. — Psal. 17. — 3. q. 3. Maximiani. — Castra. — Psal. 22.

aduliun,scilicet dæmonum,& vitiorum. Quod clarè figuratum fuit in Iuda Machabæo,de quo dicitur. Quod Iudas fuc cinxit se arma bellica in prælijs, & protegebat castra gladio suo. Vbi nota quòd per Iudam Machabæum rectè figuratur quilibet fidelis gratia baptismali peruntus, qui fidem confitetur, quam in baptismo recepit, vnde & Iudas confitens interpretatur. Hic varijs prælijs vitiorū à dæmonibus propulsatur, quoniam vt apparet ex discursu libri Machabæorū, Iudas septem sustinuit prælia famosa,& deuicit, quæ clarè significant bella septē vitiorum, quibus aduersum nos insurgunt dæmones, in quibus tamen fuit victoriosus. Nā illa prælia significant prælium primum turbationis,& iracundiæ. Secundum liuoris, & inuidiæ. Tertium cupiditatis,& auaritiæ. Quartum torpositatis, & acidiæ. Quintum carnalitatis & luxuriæ. Sextum golositatis,& gastrimargiæ. Septimum elationis, & superbiæ. Primum prælium quod habuit Iudas contra se fuit Apollonij ducis Samariæ. Congregauit Apollonius gentes ad bellandum contra Israel, & cognouit Iudas & exiuit obuiam illi, & occidit illū, & gladium Apollonij abstulit,& erat pugnans in eo omnibus diebus. Per hoc enim significatur prælium iracundiæ. Apollonius enim interpretatur admirabilis. Et quæ res magis admirabilis est, quam sit iracundia, per quam iratus miranda facit, & monstruosa, quæ hominem, manente humana figura corporis, intus in crudelem bestiam conuertit? Huius Apollonij gladius est lingua hominis irati mordax,& acuta. Lingua eorum gladius acutus. Sed iste proprio gladio occiditur, quia lingua propria condemnatur. Ex verbis tuis condemnaberis. Isto gladio bellum iracundiæ superat, qui patienter verba sustinet iracundi. Melior est vir patiens viro forti. Et de tali, qui patientia bellum iracundiæ superat dicitur, Effudit sanguinem belli in pace. Secundum prælium contra Iudam fuit Seron, de quo dicitur, quòd ait Seron. Faciam mihi nomē,& glorificabor in regno,& debellabo Iudam. Et tamen sequitur quòd contritus est Seron, & exercitus eius in conspectu Iudæ. Per hoc significatur bellum liuoris, & inuidiæ. Seron enim interpretatur cantans tristitiam & significat inuidum; qui sicut de alieno bono tristatur, sic de malorum miseria lætatur, & cantat. Interpretatur etiam Seron carbo murmurantium, quia inuidi semper à tergo, & post murmurando præliantur & proditorie, de quibus dicitur. Intellexit Ioab bellū ex aduerso, & post tergum contra se fieri victoriam. Tertium bellum contra Iudam fuit Gorgię, de quo dixit Iudas. Melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ, & sequitur quomodo in illo bello fugatus est Gorgias. Et hoc significat prælium torpositatis, & acidiæ, quoniam Gorgias interpretatur diuidens luctum vel præcisio luctantiū. Et significat otiosos, qui quietem quærentes in præsenti à luctu, & labore spirituali se auertunt. Scientes, quòd diabolus illos bellando pulsare negligit quos quieto possidet iure. Tales enim quamuis diabolo resistere possent, viso tamen labore belli ad aduersarium se subijciēdo conuertunt, de quibus Psalm. Filij Effrem intendentes,& mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Quartum bellum fuit Lysiæ, de quo dicitur. Congregauit Lysias exercitum, vt debellaret Iudam,& sequitur quomodo à Iuda in prælio fuit superatus. Et significat bellum carnalitatis, & luxuriæ. Lysias enim generās interpretatur, & significat peccatū luxuriæ, quod circa partem generatiuā versatur, & tales decipiuntur, quia huius prælij mala non aduertunt. De quibus dicitur, ꝙ in magno viuentes bello tot, & tam magna mala pacem appellant, & ꝙ de bello luxuriæ intelligat, subdit de illis dicens, Neque vitam, neque nuptias mundas custodiunt,& cæt. Quintum fuit bellum filiorum Esau, de quo dicitur. Debellabat Iudas filios Esau in Idumęa. Esau enim qui pro edulio lētis primogenita vendidit, bellum significat gulæ. Et quia peccatum gulæ communiter hominem ad inopiā ducit, ideo de tali bellatore dicitur. Vir bellator deficiens per inopiam. Sextum fuit bellū Timothæi, de quo dicitur. Vidit Iudas, quod incœpit bellum, &c. sequitur. Et cognouerūt castra Timothæi, ꝙ Iudas Machabæus esset,& fugerūt à facie eius. Et significat prælium auaritiæ, nam Timothæus, qui bene-

Margin notes: 2. Mac. 3. — Timor. — Bellum. — Prælium. — Bellū multiplex. — 1. Mac. 3. — Ira. — Psal. 56. — Prou. 16. — 3. Reg. 2. — Inuidia. — 1. Mac. 3. — 1. Par. 19. — Acidia. — 1. Mac. 3. — Psal. 77. — 1. Mac. 3. — Luxuria. — Sap. 14. — Gula. — 1. Mac. 5. — Eccl. 26. — Auaritia. — 1. Mac. 7.

beneficus interpretatur, significat auaros per oppositum, sicut piscina dicitur à piscibus, quia piscibus careat, sic p oppositum auarus dicitur beneficus, quia nulli benefacit, contra quos ait Iudas. Non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos est. Septimum fuit bellū Nicanoris. Commiserunt prælium, & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prælio. Et significat bellum superbiæ. Nicanor enim, qui interpretatur stans lucerna, significat superbos, qui supra cæteros stare volunt, & lucentes apparere. Vnde de bello superborum potest dici illud. Induebant se gloria, & stolis belli. Ecce ergo quot bella dæmonū, ac vitiorum nos infestant, quæ omnia figuratiuè superauit Iudas, quę omnia per Dei gratiam superare possumus, quod bene notans hic Psalm. in hoc dicit. *Si exurgat aduersum me prælium ego sperabo*, scilicet in dono gratiæ, mihi in baptismo collato.

1. Mac. 4. Superbia. 1. Mac. 7.

385 *Vnam petij à Domino hāc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.*

De consecr. dist. 5. non mediocriter.

CONsequenter hic ostendit, q̄ gratia in baptismo collata fœlicitatis concedit, vel infundit amorem. Vbi notandum, q̄ gloria æterna rectè per vnum significatur, tum propter obiectum fœlicitatis, qđ est vnus Deus. Erit rex vnus omnibus imperans. Tum propter gloriam, quæ successione temporum nō variatur, sed tota in præsenti æternitatis cōsistit. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Tum propter perfectionē Charitatis, quia ibi oēs beati sunt vniti. Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Et ideo de ciuitate superna in qua omnibus clarè lucet Sol iustitiæ, qui est Christus, dicitur, Ciuitas solis vocabitur vna: quia ibi nulla discordia, ibi nulla diuisio voluntatum. Et de hac vna ciuitate dicit. *Vnam petij à Domino*. s. nō gloriam temporalem, non diuitias, & huiusmodi, quæ vnum dici non possunt, quia ex se diuisionem, & discordiam generant, & conseruant. Et de ista vna gloria, vel ciui tate cælesti subdit: *Hanc requiram*. s. bonis operibus ad illam me disponēdo. Et ad quid: *vt inhabitem in domo domini*. i. in cœlesti patria. *Omnibus diebus vitæ meæ*, idest, omnibus diebus, quibus anima viuet, quæ scilicet æternaliter viuet, quia immortalis. Vel per *vnam* intellige fidē catholicam, quæ est vna in omnibus fidelibus tam veteris quàm noui testamēti, vt ostendit Gregor. Hæc est illa virtus, quam primò quærit baptizādus, cui primò proponitur, quid quæris ab ecclesia? qui respondet, fidem. Et de hac dicitur. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Dicat ergo quilibet fidelis. *Vnam*. s. fidē catholicam *petij à domino*. s. in baptismo, *Et hanc requiram vt inhabitem in domo Domini*, &c. idest in ecclesia catholica, quę est Domus Domini. 1. Timo. 3. Domus Dei est ecclesia. Et hoc idem alijs verbis explicat dicens.

Psal. 83. 1. Cor. 6. Esa. 19. Fides. Gregor. Ephes. 4.

386 *Vt videam voluntatem Domini, & visitem templum.*

VOluntas. n. Domini solū propriè videtur in patria. Vbi nota, q̄ Domini voluntas quamuis in se sit vna, tamen apud nos dicitur multiplex. s. Volūtas signi, voluntas beneplaciti. Voluntas signi, vt sunt præcepta eius. Et hæc non est efficax, q̄ multoties præcepit Abrahæ immolare filium suum, quem nolebat immolari, sed hoc ideo præcepit, vt eius obedientia mundo manifestaretur. Et etiam multoties aliqua præcipit, quæ nostra voluntas rebellis non perficit, sicut patet de præceptis eius. Voluntas autem beneplaciti est efficax, & omnipotens, sic. n. omnia, quæ vult fieri fiunt, & nihil ei resistere potest, iuxta illud Psal. Omnia, quæcunque voluit Dominus, fecit in cœlo, & in terra. Ad propositum ergo, quamuis enim in præsenti volūtas signi sit multis manifesta, non tamen voluntas beneplaciti, quia illa determinata est de omnibus etiam futuris. Et ideo sicut nescimus euentum futurorum, sic etiam nescimus Dei voluntatem. Beati autem in patria clarè videntes diuinam essentiam, in ipsa clarè vident diuinā voluntatem, & quid Deus efficaciter fieri velit, & quid non. Et hoc desiderās Psal. d. q̄ *vnam petij à Domino*, &c. Ad quid? *Vt videam voluntatem Domini*, & ideo dicitur psal. 102. Notas fecit vias suas Mo. si, filijs Israel voluntates suas, Israel nāque videns Deū interpretatur, & signifi-

Voluntas Dei multiplex.

eat comprehensores beatos. Si autē per ly, vnam, fides intelligatur, quando dicit, *Vnam petij à Domino*, &c. tunc sic exponitur. *Vt videam voluntatem Domini.* vt per fidem intelligam Domini voluntatem, i. eius præcepta, quæ solus ille videt propriè, qui illa perficit, & implet. *Et visitem templum eius.* Quantū ad primum sensum templum Domini propriè est corpus Christi, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, de quo templo ait Iesus. Soluite templum hoc, &c. Hoc aūt dicebat de templo corporis sui. Visitabitur aūt templū hoc, qn corporeis oculis post resurrectionem videbitur. Et sic videre voluntatē Domini spectat ad stolam animæ, sed visitare templum ad stolam corporis pertinet. Quātum verò ad secūdam expositionem est sensus. *Vt visitem templum eius.* i. vt per fidem faciam templum Domini, qui non requiescit nisi super humilē, & quietum. Sic n. iustis fidelibus dicit Apostolus, Templum sanctum Dei est, quod estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis. Et ne prædicta postulans præsumptuosus videatur, assignat consequenter rōnem, quare ista sperando postulet. d.

Templum. *Colo.* 1. *Ioan.* 12. 1. *Cor.* 3.

387 *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.*

Vbi notandum, φ per tabernaculū hic idē significatur quod per templum. s. humanitas Christi, quæ Dei tabernaculum, & habitatio erat de qua dr. In sole posuit tabernaculum suum. Absconditum verò tabernaculi est diuinitas quæ in Christi humanitate latebat, vt ait Apostolus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi. Absconduntur autem hæc à nobis, scilicet tam humanitas Christi quàm diuinitas per fidem. Quia antiqui patres illa per fidem credebant, quæ non videbant, quia fides est de non visis. Et sic dicimur in illis abscondi, quia illa absconduntur à nobis. Sic enim dicebat Paulus. Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est. Ista autem absconsio fidei non durat nisi per tempus vitæ præsentis, quia in futuro euacuabitur fides, quia videbimus eum sicuti est. Sic ergo

Tabernaculum. *Psal.* 18. *Absconditum.* *Colos.* 2. *Fides.*

E reddens rationem quare vnam petijt, vt videat voluntatem Dei, d. *Quoniam abscōdit me in tabernaculo suo.* i. dedit mihi fidem humanitatis Christi. Et etiam *protexit me in abscondito tabernaculi*, quia dedit mihi fidem diuinitatis eius, & hoc *in die malorum.* s. in tēpore vitæ præsentis, in quo mala regnant tam culpæ q̄ pœnę. Si ergo per fidem saluamur, dicente Apostolo. Gratia salui facti estis per fidem. Quid mirum, si vnam petijt, &c. cū mihi tam in baptismo dederit fidem?

Ephes. 2.

F *In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.*

388 24. q. 1. *loquitur.*

Hic consequenter ostēdit, φ gratia baptismalis cōcedit fœlicitatis honorem. Vbi nota, φ noīe petræ Christus intelligitur, dicente Apostolo. Petra aūt erat Christus. Exaltamur ergo in petra, qn in Christo beatificamur, qm̄ in ipso est diuinitas, in cuius visione beatificatur aīa. Et in ipso est humanitas verbo vnita hypostaticè, per quam corpus nostrum beatificatur, iuxta dictum Christi. Hæc est vita æterna, &c. Sic ergo in G petra exaltantur, qui per Christū beatificati hæreditatē capiunt cœlestem. Expecta Dn̄m, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram, & nota φ loquens in persona ecclesiæ, quæ nondum beatificata est, sed beatificari expectat, dicit de præterito, & non de futuro. *In petra exaltauit me.* Quod facit pp certitudinem, quam ecclesia habet futuræ beatitudinis certā se reddit. Beati aūt in patria quia confirmati sunt in gratia, amplius peccare non possunt, quia aliter non essent securi de sua beatitudine, & si non essent beati. Et hoc notans d. *Et nunc exaltauit* H *caput meum super inimicos meos.* Quid enim inimicorum noīe nisi dæmones significantur, & vitia? de quibus Psal. 16. Inimici mei animam meam circundederunt. Quid aūt per caput nisi mens nostra intelligitur. Posside sapientiā, & dabit capiti tuo augmenta gratiarum. Caput ergo nostrū super inimicos nostros exaltatur, quando mens nostra per gratiam confirmata, suis inimicis altior illis subijci non potest. Quinimo omnes dæmones, & vitia beatis subijciuntur, quia

1. *Cor.* 10. *Petra Christus.* *Beatitudo.* *Exaltare.* *Inimicus Dæmon.* *Prou.* 4.

quia ponitur scabellum pedum beatorum Psalm. 106. Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Vnde & quilibet beatus Deo gratias agens dicit. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Omnibus ergo gratijs prædictis in vnctione baptismali collatis, sic enumeratis cõsequenter ad gratiarum actionem insurgit dicens.

389 *Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.*

VBi primò notandum, quòd hostia vociferationis dicitur sacramentum corporis Christi, qui solus hostia sufficiens pro nostra redemptione fuit. Vnde Gregorius dicit. Qualis hostia pro absoluendis hominibus offerri poterat Deo? Neq; enim iustum fuit vt pro rationali homine brutorum animalium victimæ cæderentur. Ergo si bruta animalia pro rationali homine dignæ victimæ non fuerunt, requirendus erat homo, qui pro hominibus offerri debuisset, vt pro rationali peccante rationalis hostia mactaretur. Sed quia homo sine peccato inueniri non poterat, & oblata pro nobis hostia, quæ nos à peccato mundare potuisset si ipsa peccati contagio non careret. Inquinata quippe inquinatos mundare non potuisset. Ergo vt rationalis esset hostia, homo fuerat offerendus, vt verò à peccatis mundaret hominem, homo esset sine peccato. Sed quis esset homo sine peccato, si ex peccati commixtione descenderet? & ideo venit propter nos in vtero virginis filius Dei, qui pro nobis factus est homo. Sumpta est ab illo natura, non culpa, fecit pro nobis sacrificium, corpus suum exhibuit pro peccatoribus sine peccato hostiam: quæ & humanitate mori, & iustitia mundare potuisset. Vocatur autem ista hostia vociferationis. Nam vociferor, aris, idem est, quod vocem feram, id est, fortem emittere: Christus aũt quando pro nobis seipsum obtulit hostiam Deo, clamans voce magna emisit spiritum. Pro beneficijs autem à Deo receptis nihil ei pro gratiarum actione dignius hac hostia offerre valemus. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ

Grego. 17. Hostia. Eucharistia Christus. Redemptio.

Matth. 21.

Psal. 115.

A retribuit mihi? calicem salutaris accipiam, &c. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Et hoc est, quod hic dicit Psalm. *Circuiui.* scilicet, omnia beneficia prædicta, & mente consideraui. Et ideo pro gratiarum actione *immolaui in tabernaculo eius.* scilicet in ecclesia *hostiam vociferationis.* Sed qualiter debeat immolari ostendit d. *Cantabo, & psalmum dicam Domino.* Vt enim superius fuit dictum, Cantare est corde, & voce lætari. Psallere verò, idest psalterium tangere decem chordarũ, est manibus, & operibus obseruare Dei præcepta. Et est sensus. B Corde lętabor in Domino, & opere, & verbis gloriam Dei prædicabo, sic enim omnibus præcipitur. Regna terræ cantate Domino, psallite, &c.

Cantare. Psallere.

Psal. 67.

Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamaui ad te, miserere mei, & exaudi me. 390

POsitis gratijs, quæ nobis in prima vnctione scilicet baptismi conferuntur, consequenter ponit multa aduersa, quæ illam vnctionem sequuntur. Non enim milites suos Deus imbelles esse permittit. C Et duo facit. Quia primò contra illa aduersa adiutorium Dei postulat. Secundò quæ sint illa aduersa, explicat, ibi. *Quoniam pater meus.* Quantũ ad primum quatuor facit. Quia primò suam format orationem, secundò suam prætendit deuotionem, ibi. *Tibi dixit cor meum,* tertiò Dei petit dilectionem, ibi. *Ne auertas faciem tuam*, quartò Dei implorat miserationem, ibi. *Adiutor meus.* Quantum ad primum primò suam format orationem dicens. *Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te.* Vbi notandum, q̃ vox, qua clamamus ad Deũ, D propriè non est vox corporis, sed desiderium mentis, vt ostendit Grego. d. Vera quippe postulatio non in oris est vocibus, sed in cogitationibus cordis. Valentiores namque voces apud secretissimas aures Dei non faciunt verba nostra sed desideria. Aeternam etenim vitam si ore petimus, non tamen corde desideramus, clamantes tacemus. Si verò desideramus ex corde etiam cum ore conticescimus, tacentes clamamus. Hinc est, quòd in heremo populus vocibus per-

Vox Christi. Oratio. Clamor. Desideriũ. Gregor. 22. mor. 18.

perstrepit, & Moses à strepitu verborũ tacet, & tamen silens aurè diuinæ pietatis auditur, cui dicitur, Quid clamas ad me? &c. Sic ergo vox, qua clamamus ad Deum orando, est cordis desiderium non sonitus verborum. Et de hac dicit. *Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamaui ad te.* s. orando. Et idem alijs verbis repetit d. *Miserere mei, & exaudi me.* Vbi nota, quòd animus multoties ex gaudio voces multiplicat similiter ex pressura: ex gaudio quippe. Sic enim & Psal. crebrò repetit hoc quod exultãs se exauditum esse cognouit d. Exaudiuit Dominus vocem fletus mei, Dominus orationem meam suscepit. Ex pressura, vt Psal. 108. Fiãnt filij eius orphani, & vxor eius vidua. Sic in proposito Psal. tactus lætitia propter vnã, quam postulauerat, & corde sauciatus propter pressuras, quas sustinebat, voces duplicat nunc d. *Exaudi, Domine, vocem meam, miserere mei, & exaudi me.*

Exod. 14. *Psal. 6.*

391 *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam, Domine, requiram.*

HIc suam prætendit deuotionem. Vbi sciendum, quòd sicut duplex est homo, scilicet, interior, & exterior, sic duplex est facies hominis, scilicet corporalis, & exterior, & spiritualis, & interior, quę est anima. de prima dicitur. Filiæ tibi sunt, conserua corpus earũ, non ostendas eis faciem hilarem. De secunda dicitur. Si iniquitatem abstuleris à te, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula. Et de ista facie cordis hic loquitur d. *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea*, Aliqui enim orando loquuntur non Deo, sed hominibus, facie sui cordis non Deum, sed homines quærunt, vt hypocritæ, quia stant in angulis platearum orantes, vt videantur ab hominibus. Alij autem loquuntur Deo, & facie cordis solum Deum quærunt orando. Quibus dicitur. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso hostio, & cęt. & tales deuotè orant. Et hanc deuotionem hic de se ostendens Psal. dicit Deo. *Tibi dixit cor meum*, idest tibi corde sum loquutus orando, non hominibus, quorum non quæro gratiã, sed tuam, quibus placere non desidero sed tibi, quia te solum quæro, ideo subdit, *Exquisiuit te facies mea*, non aliud extra te. Et quia bonum non proficit, nisi perseuerantia cõtinuetur, ideo subdit. *Faciem tuam, Domine, requiram.* idest, huic inquisitioni perseueranter instabo, quia scribitur Matth. 10. Non qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Facies hominis. *Eccl. 7.* *Oratio.* *Matth. 9.*

392 *Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo.*

COnsequẽter hic petit Dei dilectionem. Vbi sciendum, quòd signum dilectionis Dei erga aliquem est quando hic ipsum flagellat, & corrigit. Ego quos amo, hos corrigo, & castigo, & ad Hebr. 12. Flagellat autem Deus omnem filium, quem recipit. Et Pro. 13. Qui parcit virgæ, odit filium. Sed quamuis talis correctio ex dilectione procedat, tamen effectum iræ secundum nostrũ modum prætendit. Sicut pater ex dilectione corrigens filium, se illi prætendit iratum, dum illum verberat. Sic igitur declinat Deus iram suam à nobis in præsenti. qñ nos de peccatis nostris non corrigit, sed ad libitum nos vagari permittit, tunc enim parcens non parcit. Si autem nos corrigit, tunc nos diligit, quia tunc non parcens parcit. Petit ergo hic Psalm. vt Deus non parcens sibi parcat, non parcat, scilicet cessando à correctione, sed parcat peccata corrigendo, & dimittendo. Item notandum, quòd per Dei faciem, Dei designatur dilectio, quia suos saluat electos, Psal. 79. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Sic igitur Deus insimul nos diligit, dum peccata dimittit, & emendat, iram ostendit, dum peccata punit. Et ista duo simul hic psal. postulat, & primò dilectionem Dei dicens. *Ne auertas faciem tuam à me.* scilicet me reprobando, Psal. 87. Quare faciem tuam à uertis, &c. Et consequenter petit secundum d. *Et ne declines in ira à seruo tuo.* idest, quando es in ira, scilicet corrigendo, ne declines iram illam correctionis à seruo tuo. Vel aliter ista secũda pars exponitur. Vbi notãdum, quòd ab aliquibus declinat Deus, scilicet, nõ in ira, & ab aliquibus declinat in ira. Declinat, sed non in ira, quando à peccatis

Apoc. 3. *Dilectio Dei.* *Aduersitas.* *Facies Dei.* *Dilectio Dei.* *Declinare Dei.*

catis faciem auertit, vt ea deleat, non ab ipso peccante, vt eum perdat. Declinat autem in ira quando ipsi peccanti indulget. Et hanc secundam declinationem timet Psalm. d. *Ne declines in ira à servo tuo.*

393 *Adiutor meus esto, Domine, ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus.*

72.q.2.gloriam.

CONsequĕter hic diuinum petit adiutorium, & misericordiam. Vbi sciendum, quòd sicut quandiu sumus in via, de nullo quantuncunq; magno peccatore est desperandum, quia tempus pœnitentiæ est vsque ad vltimum articulum vitæ. Sic nec quantumcunque sit sanctus, & in statu gratiæ debet esse sine timore, quia sicut quilibet peccator potest cōuerti, sic & quilibet iustus peruerti potest. Et ideo Psal. quamuis se videret in via salutis esse, quia soli Deo loquebatur, solum Deum quærebat, tamē de casu formidans Dei adiutorium petit, d. *Adiutor meus esto*, &c. quasi dicat. Et si iam sim in via salutis per te positus, tñ quia per me ipsum sine te perseuerare non possum, ideo *adiutor meus esto, ne derelinquas me*. Quid enim proficeret peregrināti si ponatur in via recta eundi ad terminum, si necessaria itineri remouerentur ab eo? Sic orat iste. Iam me in via posuisti, sed aberrabo, si me derelinquas, voluntatem liberā mihi dedisti, sed sine te nihil potest conatus meus. Ideo subdit. *Ne despicias me, Deus salutaris meus*. quasi dicat. Tu es Deus, qui me creasti, tu es salutaris meus, qui scilicet sanas plagam peccati. Quid igitur mihi proficiet, quòd me creasti, vel quia me redemisti, si me contemnas? quasi dicat. Nihil, ideo oro. *Ne despicias me, Deus salutaris meus*. Quid est enim despicere Dei nisi mentem derelinquere? Omnipotens enim Deus humanum animum tunc despicit, quando ipsum sibiipsi relinquit. Non enim humanam mentem debellādo despicit, sed recedendo, quia ad perditionem suam sufficit sibi ipsa dimissa. Vnde per Salomonem dicitur. Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit.

Desperatio. Præsumptio. Peccator. Perseuerantia.

Eccl. 6.

A *Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Deus autem assumpsit me.* 394

HIc consequēter explicat, quæ sunt illa mala, & aduersa, quę in præsenti patimur. Et circa hoc tria facit. Quia primò exprimit datorem malorum, & illatorem. Secundò contra hoc postulat redemptorem. ibi. *Legem pone*. Tertiò redemptoris ponit orationem, ibi. *Ne tradideris*. Quātum ad primum sciendū, q totius culpæ, & pœnæ generis humani causa fuit originale peccatū per primos B nostros parentes Adam, & Euam cōmissum. Deus. n. creauit hominem rectum, qui in iustitia originali sibi, s. data ab origine permanere poterat pro se, & tota posteritate sua, quæ iustitia animam faciebat Deo subditā, & carnem animæ, in qua si permāsisset, fuisset in gratia cō firmatus cū tota posteritate sua. Et sine morte cum omnibus suis posteris translatus fuisset ad gloriā in certa ætate. Ipse aūt peccando perdidit iustitiam originalem, quā pro se, & tota posteritate acceperat, Vñ ipso rebellante Deo, & eius præcepto, statim in ipso, & tota posteri- C tate eius caro spiritui cœpit rebellare, quia dignum est, vt qui suū spernit superiorem, & ipse à suo spernatur inferiori. Et sic peccatum originale transmisit ad posteros. Sicut si in iustitia originali permansisset, ipsam ad suos transmisisset posteros. Et hoc peccatū originale fomes est omnis peccati concupiscentiæ, peccatum aūt est causa omnis aduersitatis, & pœnæ, tam temporalis q̃ spiritualis, & æternæ, quia si nullum fuisset peccatū, nulla pœna fuisset. Et sic primum peccatum primorum parentū, quod transmittitur ad posteros, causa est omnis aduer- D sitatis, & pœnæ. Exprimens ergo causam miseriarum omnium, & peccatorū dicit, q fuerunt primi parentes, qui nos dereliquerunt, s. in peccatum originale caderent, dum scilicet ipsi originalem iustitiā, quam etiam pro nobis acceperant, non seruauerunt, quòd exprimit dicēs *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me*, scilicet Adam, & Eua peccando me dereliquerunt, qui iustitiam, quam pro me acceperant, perdiderunt. Sicut per exēplum. Si rex militi donet castrum pro

Originale peccatum pœna.

Iustitia originalis.

Originale peccatum.

se,& posteritate sua, miles autem efficia-tur proditor regis, nonne dignè non solum priuatur pro se,& tota posteritate, castro, quinimò etiam perpetuò damnatur exilio? Sic conformiter in proposito dicit. *Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt*, scilicet, huic miseriæ me exposuerunt peccando. Et quid sequutum est ex hoc? audi quod sequitur. *Et Dominus assumpsit me*, idest, propter peccatum commissum, vt nos ab illo redimeret: Disposuit me, idest, hominem ad vnitatem hypostaticam assumere Psal. 17. Misit de summo,& accepit me,& assumpsit me de aquis multis. Et si quæras, si peccatum non fuisset, nûquid verbum assumpsisset hominem? Aliâs dixi, quòd sic, sed non mortalem,& passibilé. Præuidebat ergo Psal. quòd verbum debebat hominem assumere, vnde ardenter istam assumptionem videre desiderabat, & feruenti desiderio ipsam fieri postulabat, vnde sequitur quod orans dicebat.

Quæstio.

395 *Legem pone mihi, Domine, in via tua, & dirige me in semita recta propter inimicos meos.*

De consecr. dist. 4. nec quêquam.

HIc ergo consequenter postulat redemptorem, Quid enim propriè dicitur via nisi Christus? qui de seipso ait. Ego sum via, veritas & vita, est enim via qua ad patrem pergimus, ipso dicente Ioan. Nemo venit ad patrem nisi per me. Et per hanc viam edoceri desiderat. d. *Legem pone mihi domine in via*, idest, emitte Christum in quo legem habeamus euangelicam quæ contra omnes defectus habet medicinam, quo ad præcepta. Hæc etiam via semita dicitur quia arcta est quo ad consilium. Nonne arduum videtur, inimicos diligere, persecutoribus benefacere? quæ tamen omnia docet Christus obseruare, & ideo semita dicitur & non solum via, ipso d. Arcta est via, quæ ducit ad vitam, &cæt. Et quare hoc sic instanter postulat subdens, ostendit dicens. *Propter inimicos meos*, qui scilicet insidiari non cessant. Sed forte dices. Quæ est ista lex, quam expectat sic per Christum sibi dari, & quæ directio? respondeo quod est illa de qua supra dixit ibi: Dulcis,& rectus dominus propter hoc legem dabit delinquentibus in via, scilicet lex iustitiæ, & misericordiæ quæ commissa peccata dimittit,& amplius non peccare præcipit. Similiter est illa directio, de qua ibidem subdit, diriget mansuetos in iudicio, scilicet acceptatio operum nostrorum ad gloriam, vide ibi.

Ioan. 14.
Via dicitur Christus.
Semita dicitur Christus.
Matt. 7.
Lex Dei.
Psal. 24.

Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentitá est iniquitas sibi. 396

De consecr. dist. 4. si in sacramêto.

POstquam hic postulauit redemptorem, consequenter agit de redêptoris oratione, hucusque enim loquutus in persona corporis ecclesiæ, nunc autê loquitur in psona capitis, scilicet, Christi. Vbi notandum, quòd principalis intêtio tam dæmonum quam Iudæorû contra Christum, erat ei pœnas corporales, & opprobria inferre, ac etiam mortem, vt ipsum ad desperationem inducerent, vt per hoc in mundo diffamato nomen eius, & fidem delerent, vnde principalius quærebât animam eius perdere, sed accessorie, corpus interficere. Et istorû duorum accessorium obtinuerunt, quia eius corpus percusserunt, flagellauerunt, & crucifixerunt. Sed primum & principale obtinere non potuerunt, quia nec ipsum ad peccatum traxerunt, nec eius fidem annullauerunt, propter quod & Christus de ipsis dicebat Psalm. 62. Ipsi verò in vanum, idest, frustra quæsierunt animam meam. Quæ omnia præuidens Psalm. spiritu prophetico eleuatus in persona Christi orans dicit. *Ne tradideris me in animas tribulantium me.* quasi dicat. Non oro, ne tradas me in manus, scilicet in animas, idest, in voluntates eorum, vt eis, consentiâ, etsi carnes meas dabis in manu eorum, non tamen rogo permittas voluntates eorum impleri de me. Deuoret caro carnem, terra terram, sed anima sibi seruetur illæsa. Et si terra detur in manibus eorum, rogo ne anima in animas eorum detur. Et de hoc dicitur. Terra data est in manus impij. Quod exponens Gregorius, dicit. Quid enim nomine terræ nisi caro exprimitê? Quis appellatione impij nisi diabolus designatur? Huius impij manus

Desperatio. Christus. Iudaus.
Iob. 9.
Greg. lib. 9. mor. c. 21.
Terra corporis Christi.

nus

nus fuerunt, qui in redemptoris nostri morte grassati sunt. Terra itaque data est in manus impij; quia antiquus hostis redemptoris mentem corrumpere per se tentando non valuit, sed eius carnem per suos satellites ad triduum permissus extinxit, & dispensationem supernæ pietatis nesciës ex hac ipsa permissione seruauit. Et consequenter ostendit falsitatem inimicorum, scilicet qualiter eũ decipere moliebantur dicens. *Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui*, scilicet de me falsa dicentes, ut moueant me, & reuoluant à te, sic enim ad literam de Christo scribitur principes sacerdotum, & seniores, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum ut eum morti traderent, sed tamen non præualuerunt, *quia mentita est iniquitas sibi*, quia, scilicet non habuerunt de me quod iniquitas eorum eis promittebat. Et sic ad damnum eorum *mentita est iniquitas sibi*. Quia omne peccatum in suũ redit auctorem.

Mat. 27.

Ioan. 7.

397 *Credo uidere bona domini in terra uiuentium.*

Est hæc ultima pars Ps. in qua postquam egit de prima unctione, scilicet baptismali, nunc agit de alia scilicet gloriæ, præuidebat enim Psa. regnũ cęlorum non quiete sed labore & pœnitentia mereri quod in capite Christi præuidit, qui s. multa mala prius passus est, & post glorificatus ipso dicẽte. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suã. Propter quod & de Christo dixerat ad literam Ps. 109. De torrẽte in uia bibit, propterea exaltauit caput. Quia s. de fluxu nostræ mortalitatis, & de transitoria, & turbulenta passione bibit nascendo, & moriendo. Et hoc in uia vitæ præsentis propterea exaltauit caput, quia per hoc q humiliatus est usq; ad mortem, Deus exaltauit illum, & dedit illi nomẽ, &c. A consimili & iste ex pœnis, quas hic patiũtur propter Christum fideles uitam æternã præstolatur. Et hinc est quod omnibus miserijs vitæ præsentis, superius enumeratis, ex illis ad spem gloriæ æternæ consurgit in persona omnium fidelium dicens. *Credo uidere bona domini in terra uiuentium.* Et ad consimilem credulitatem alios prouocat d.

Luc. 24.
Gloria
Labor.

398 *Expecta dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum.*

6 q. 1. sunt plurimi.

Quasi dicat, sicut ego certus sum de illa beatitudine, ita tu quicunq; vnctus es, expecta Dominum securè, quia nõ fallit omnipotens. Qui. n. promisit certus est, verus promisit, qui mentiri non potest. Sed interim *uiriliter age*. i. tolera fortiter aduersa, & tribulationes, & mũdi flagella. *Et confortetur cor tuum* scilicet in prædictis malis, quia aduersa mundi signum sunt salutis æternę. Et sic *sustine dominum*. idest, super omnia tene Dominum, ipsum omnibus præ diligendo. Sic & se facere alibi confitetur. Ps. dicens. Sustinuit anima mea in Dño.

Expectatio.

Psal. 29.

PSAL. XXVII.

399 *AD te domine clamabo, Deus, Deus ne sileas à me, nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.*

6. quæst. 3. si omnia.

Iste Psal. talem habet titulum: *Psalmus huic David* Notandum quod quãdo in titulis Psalmorum ponitur Dauid ly *Dauid* diuersimodè, & varie accipitur, quia quandoque significat caput ecclesiæ, quod est Christus, quandoque ipsum corpus, scilicet ipsam ecclesiam, quandoque verò vtrumque simul, idest totum Christum. Quandoque autem in titulo additur *huic*, vel *ipsi*, sicut hic, ibi ly *Dauid* significat Christum. Est ergo tituli sensus. Psalmus iste attribuitur *huic Dauid*, scilicet Christo, qui loquitur in hoc Psalmo agens de Christi passione, & resurrectione. Et monet Christus in hoc Psalmo aduersa tolerare, quicunque uolunt cum ipso Christo regnare. Quantum verò ad fundamentum Psalm. notandum, quòd iste Psalm. fundatur supra quandam historiam, quæ habetur 2. Reg. 15. Quod cum Absalon filius Dauid insurrexisset contra patrem, & regnum patris sibi vsurparet, quod Deus permisit ad puniendum peccata Dauid adulterij, & homicidij: Dauid fugit de Hierusa-

Dauid.

Hierusalem timore filij. Et ascendebat clivum olivarum nudis pedibus incedens, & flens cooperto capite. Tunc Sadoch, & Abiathar sacerdotes sequuti sūt eum portantes arcam Dei, volentes esse cum Dauid, & ipsum comitari. Et ascendit Abiathar ad consulendum Dominū, quid agere deberent ante arcam Domini, unde responsa habere consueuerat, & tunc nullum habuit responsum. Ex quo Dauid tunc cogitauit sibi Deū nondum fore placatum, propter quod Dauid iussit arcam reportari in ciuitatem ad locum suum, reputans se indignum illam in sua comitiua secum habere. Quo facto Dauid ascendit summitatem montis oliuarum, unde ciuitas, & tabernaculum clarè videbantur. Et ex illo loco orauit ad Dominum versa facie ad ciuitatem, & ad locum sanctum, sicut nunc fideles à loco unde potest videri ecclesia alicuius sancti versa facie ad ecclesiam orant. Et tunc fecit istum Ps. Orans Deū pro sua liberatione ab ista persecutione. Et tunc intellexit se exauditum ab eo, sic quod filius non praualeret aduersus eum, sed ipse cum victoria, & pace ad ciuitatem rediret, & in pace suum regnū possideret. His ergo præmissis, primò applicabo psalmum ad historiam, secundò pertractabo intellectum Psalm. Quantum ad historiam, iste Psal. diuiditur in duas partes. Quia primò ponitur ipsius Dauid deuota oratio, secundò ipsius deuota exauditio ibi. *Benedictus dominus*, &c. vt Nic. de Ly. Quantum verò ad intellectum Ps. Iste Psal. est quædam oratio quam Christus fecit tēpore suæ passionis, & diuiditur in duas partes. Quia Christus primò ponit suam orationem, secundò gratias agit de sua exauditione, ibi. *Benedictus dominus*, prima pars diuiditur in partes duas, quia orando primò Dei gratiam postulat, secundò futuram Dei iustitiam explicat, ibi. *Ne simul tradas me*, Prima in duas, quia primò suam petit resurrectionē, secundò ecclesiæ ædificationem, ibi. *Exaudi domine vocem*. Quantum ad primum orationem suam præmittit Christus seipsum nobis præbens in exēplum patri, d. *Ad te domine clamaui*, i. ego homo clamabo ad te corde orādo. Vbi notandum, quod multis vicibus ac multipliciter Christus clamauit.

Oratio.

Clamor. Christi. Oratio. Christi.

Clamauit in campo, turbis seminans.
Clamauit in templo, legem prædicans.
Clamauit in loco mortis, mortuos suscitās
Clamauit in corde, intus generans.
Clamauit in cruce, mortem tolerans.
Clamauit ad patrem, Deum inuocans.

Primo clamauit in campo, & Luc. 8. Cū turbę plurimę conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exijt qui seminat seminare, &c. sequitur. Et hoc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi audiat. Ideo enim clamabat, ut ostenderet quæ dicebat mystica esse, & intento corde meditanda. Vnde prædicta verba exponens Beda dicit. Quoties hæc additio. s. Qui habet aures audiendi audiat vel in Euangelio, vel Apocalypsi Ioannis interponitur, mysticum esse quod dicitur, quærendum quoque à nobis attentius ostēditur. Secundò clamauit in templo, &c. In die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat dicens. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de Spiritusancto, Clamabat septimo die festiuitatis. & non alijs intermedijs prædicando, secundum Chrysosto. Quia festiuitas per septem dies agebatur. Prima autem dies, & vltima celeberrimę erant secundum legem. Medij autem dies secundum uoluptatem magis consumebātur. Ideo istis diebus prædicādo non clamabat, ne quæ decebantur, deperirent, eis uacātibus uoluptatibus. In hoc suos prædicatores instruens, ut aptum tempus obseruent, quando sermonem debeant proferre: spiritualia enim erant quæ dicebantur. Tertiò clamauit in loco mortis, suscitans. s. ipsum Lazarum mortuum, quem cum quatriduanum suscitare vellet, voce magna clamans ipsū reuocauit ad vitam, Iesus uoce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et statim prodijt, &c. qui fuerat mortuus. Ideo. n. tunc clamauit secundum Theophilum, vt aliquorum errorem destrueret, d. Alius enim tunc clamauit Christus, vt Gētilium ora refrenet, fabulantium in tumulis esse animas defunctorum. Nam quasi foras manentem eam aduocat per clamorē. Quartò clamauit in corde, &c. Clamat enim Christus in cordibus nostris, dum per suam gratiam nos filios

Ioan. 7.

Chrysost.

Ioan. 11.

Dei

Dei facit adoptiuos ; Gal. 4. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra, clamantem abba pater. Quod exponens Magister dicit in gloss. Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra clamantem, abba pater, idest qui fecit nos clamare quod nunquam præsumeremus, nisi ipse nos doceret. Sed quid est clamare abba, idest pater? Abba enim Hebræum est idipsum significans quod pater. Et hanc consuetudinem in pluribus locis scriptura seruat, vt Hebræum uerbum cum sua interpretatione ponat. Duo namque sunt verba, quæ posuit, scilicet abba, & pater, vt posterius interpretetur primum, nam hoc est abba, quod pater. Quintò clamauit in cruce mortem tolerans, quando scilicet in cruce positus, vt habetur Matth. 27. circa horam nonam clamauit voce magna dicens. Hely hely Lamazabachani. Ideo enim tunc sic se derelictum clamauit, ut omnibus notum faceret, non propter se, sed propter nos talia passum fuisse. Vnde prædicta verba exponens Origenes ait. Non autem æstimes humano more Saluatorem clamando ista dixisse propter calamitatem, quę ipsum opprimebat in cruce. Si enim ita acceperis, non audies clamorem magnæ vocis eius, quæ ostendit aliquid magnū esse absconditum. Sextò clamauit ad patrem Deum inuocans. Et clamans voce magna Iesus ait. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hoc dicens expirauit, quod ideo fecit, vt ostenderet quòd liberè moriebatur non coactè. Vnde Theophilus ait, Clamās Christus alta uoce expirat, quia inerat ei potestas ponendi animam suam, & eam resumendi, tunc enim clamans spiritum patri commendat orans, & si anima separabatur à carne, verbum tamen ab ipso non separabatur. Consimiliter.n. illum clamasse hic ostendit propheta. d. *Ad te, domine, clamabo Domine Deus meus, ne sileas a me*, idest ne discedas à me, idest secundum glo. Ne vnitatem verbi tui separes ab eo quod homo sum. *Ne quando taceas à me*, hoc secundum glo. non est in textu, sed superadditum fuit à septuaginta interpretibus ad maiorem expressionem. Et quare Christus hoc postulat statim subdit, *Et assimilabor descendentibus in lacum*. q. d. Si unionem tuam a me separaueris assimilabor alijs hominibus qui descendunt in infernum, qui nec alios nec seipsos ab inferno possunt liberare. Quod ideo dicit, quia si diuinitas fuisset separata mors Christi non fuisset sufficiens pretium pro redemptione generis humani, sicut nec mors aliorum hominum. Et ex hoc apparet quòd sic orando suam petit resurrectionem, virtute enim vnitatis verbi ad naturam humanam, statim resurrexit. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Origenes. — *Luc. 23.* — *Theophil.* — *Psal. 15.*

Exaudi, Domine uocem deprecationis meę; dum oro ad te, dū extollo manus meas ad templum sanctum tuū.

400 *De consecr. dist. 4. gratia.*

HIc consequenter petit ecclesiæ suæ ædificationem, vbi notandum quod Christus orauit in horto in nocte suæ passionis, & in cruce. In horto orauit pro se, & in cruce pro nobis. De prima oratione dicit, *Exaudi uocem deprecationis meæ*, qua dicebat. Pater, si possibile est, transeat à me calix iste, &c. veruntamen non quod ego volo, sed quod tu uis. In cruce autem orauit pro nobis, expansis manibus in ligno ad recipiendum, & amplectendum fideles, dicens, Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et quantum ad hoc dicit. *Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* s. ad construendum, & ecclesiam ædificandā, virtute enim illius orationis multos cōuertit ad fidem, qui primitiuam ecclesiā siue templum fundauerunt. Dicit ergo Christus secūdum gl. *Exaudi, domine, &c. Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum*, idest quia extollo, vel expando manus meas, quod ad litteram Christus fecit in cruce. Et hoc non pro mea culpa, sed ad construendum templū sanctum tuum, idest, ut ecclesiam constituā. Ad hoc etiam denotādum, quod tunc Christus orabat moriendo pro constructione ecclesiæ, & templi Dei, tunc etiam moriendo expansis manibus corporalibus etiam oculis templum respiciebat in monte Caluariæ crucifixus, vnde templum uideri poterat. Secūdum enim morem Iudæorum, quibus præceptum est, vt vbicunque fuerint ad illam partem orarent, vbi scirent esse Hierusalem, &

Orauit Christus multipliciter. — *Christus orans ad templum.*

Dei

Dei templum. Quod & Christus fecit legem implens, quia crucifixus faciem vertebat ad Hierusalem, vnde & templũ videbat ad significandum quòd ecclesiã catholicam per illud templum figuratam tunc moriens ædificabat. Et notandum, quòd hic Christus orat generaliter pro omnibus fidelibus, dicẽs. *Dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Raro autem legimus orasse pro aliquo in singulari. Nam etsi Petro dixit Luc. 22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, illa tamen oratio fuit generalis, scilicet, pro fide Petri, quæ est fides vniuersalis Ecclesiæ. Ecclesia tamẽ in dubio orationes facit pro singularibus personis, multoties, ac etiã generaliter orat pro multis. Et ideo hic oritur dubium. Vtrum orationes specialiter pro aliquo factæ æquè prosint omnibus eiusdem meriti? Vel vtrum oratio pro aliquibus facta generaliter æquè cuilibet eorum prosit, ac si pro vno illorum solum esset facta? Ad hoc respondet sanctus doctor lib. 4. distinct. 45. quæst. 4. Quod valor orationum, vel suffragiorum potest pensari ex duobus. Vno modo ex virtute charitatis, quæ facit omnia communia. Et secundum hoc plus valet ei, qui est maiori charitate, licet pro ipso specialiter non fiat. Cuius ratio est, quia quilibet, qui est in purgatorio ratione charitatis habet quandam congratulationem & delectationem de bono alterius, & maiore secũdum quod est in maiori charitate. Alio modo suffragia, vel orationes valent ex hoc quòd per intentionem orantis alteri applicantur per modum satisfactionis pro debitis. Et sic dicit quod magis valent ei, pro quo specialiter fiunt, immo sic illi soli valent. Sed contra istam opinionem sunt multi doctores, & maxime Præpositiuus, qui ponit, quòd suffragia pro vno facta vel orationes non magis prosunt ei, pro quo fiunt, quam alijs, sed prosunt unicuique secundum quod magis digni sunt. Quia charitas omnia facit esse communia, diuidẽs singulis prout sunt capaces. Et ponit exemplum de candela quæ accenditur pro aliquo diuite, cum quo sunt alij serui vel pauperes, quæ non magis illum illuminat quam alios, qui cum eo sunt, quinimo quilibet participat illius candelæ lumẽ magis, & minus, secundum quòd magis dispositus est ad receptionem luminis, idest, secundum quòd habet oculos clariores vel debiliores. Similiter ponit exẽplum de lectione, quam non magis percipit ille, pro quo legitur, quàm alij, qui simul cum eo audiunt, sed illi magis, qui sunt intellecto capaciores, quamuis pro illo legatur, & non pro alijs. Similiter potest poni exemplum de societate aliquorum mercatorum, quia lucrum ab uno illorum factum non plus proficit illi, quàm alijs; sed vnicuique illorũ de societate magis, & minus, secundum quod plus & minus habent in societate. Cum ergo charitas sit fundamentum omnis meriti, & omnis societatis spiritualis, quia totum corpus ecclesiæ charitate ligatur, & in unam societatem copulatur, consequens est, quòd lucrum ecclesiæ, & omnia merita à quocunque fiant distribuuntur singulis secundum capitale maius, vel minus, quod habent in tali societate quod est charitas. Istam opinionem tenet dominus Hostiensis in summa, titulo de pœnit. §. Quibus mortuis suffragia prosint. Et probat. Quia æquum, & sanctum est, quòd si quis pro amico specialiter posset facere insolidum, & cum hoc nihil sibi obest neque deperit, si etiam singulis alijs valeat insolidum, quod tunc singulis æqualiter valeat. Sed hoc est in suffragijs spiritualibus, eo quod charitas omnia communia facit in charitate existentibus. Ad hoc etiam est auctoritas Hieronymi, quę habetur de consec. distinct. 5. non mediocriter. Vbi dicitur. Melior est septem psalmorum decantatio cum cordis puritate, & hilaritate quàm totius psalterij modulatio cum anxietate cordis ac mœstitia. Et subditur ad propositum. Cum igitur pro centum animabus psalmus vel missa dicitur, non minus quàm si pro unoquoq; illorum diceretur, accipitur, &c. Et istam opinionem credo veriorem, scilicet, quòd tantum valet oratio, vel missa dicta pro mille immo pro omnibus in charitate existentibus cuilibet illorum ac si pro uno solo diceretur. Et hoc intelligo quantum ex parte operis operati, non quantum ex parte operantis.

Oratio debet esse generalis.

Doctor sanctus.

Suffragia Missæ valor.

Hieron.

tis. Hanc etiã opinionẽ tenet Dominus Guido in expositorio exponens prædictum capitulum non mediocriter. Sed ex prædictis statim insurgit alia dubitatio. Quia si missa vel oratio dicta pro mille, tantum cuilibet illorum valet, ac si pro uno solo diceretur, vel si ita valet ei, pro quo non celebratur, sicut illi, pro quo celebratur, secundum quod est in charitate magis vel minus, ut ponit dicta opinio, quare igitur ecclesia instituit specialia suffragia, & orationes speciales, & non solum communes? Ad hoc est duplex responsio. Vna Præpositiui dicentis, quòd hoc ideo ecclesia fecit ad excitandas deuotiones fidelium qui promptiores sunt ad faciendum suffragia specialia quàm generalia, & pro amicis, & parentibus, quam pro extraneis, & ignotis. alia est responsio Hostiensis, vbi suprà dicit quòd ad hoc ex duplex ratio. Vna ex parte viuorũ, alia ex parte mortuorum. Ratio ex parte viuorum est ne scilicet tu filius, uel hæres damneris, quia tu specialia suffragia pro tuis facere multiplici ratione obligaris. Primò scilicet lege naturæ, tu enim velles, ꝙ pro te parentes, & amici specialia suffragia facerent in subsidium tui, non obstante quòd alijs tantum valerent sicut pro te, igitur & similiter pro illis facere debes, hæc enim est lex naturç, distinct. 1. cap. 2. Secundò lege scripturæ dicentis. Reddite ergo omnibus debita, ad Rom. 13. Tertiò lege amicitię Iob 19. Miseremini mei, miseremini mei sal tem uos amici mei. Quartò lege iustitiæ quia nos quasi nihil habemus nisi a mortuis prædecessoribus nostris: igitur illis specialiter obligamur. Illis enim specialiter obligamur, a quibus specialia beneficia recipimus, lib. 3. de testamentis, cum in officijs. Causa autem ex parte mortuorum est, quia per hæc specialia beneficia illi pro quibus specialiter fiunt honorantur ab ijs, qui cum eis insolidum participant. Sicut patet de cãdela accensa pro diuite, quia licet alios præsentes æqualiter illuminet, tamen ille diues ex hoc ab alijs honoratur. Et ista talis opinio multũ attrahere debet omnes ad orationem, & suffragia peragenda. Quis enim si haberet amicum in carcere pro decem libris sine quibus liberari non posset, & ipsis solet is omnes alii liberarentur, non libentius deberet illas persoluere, quanto pluribus benefacit amicum suum liberando? Prædicta pro tanto dixit, quia vt docet scriptura, Christus suas orationes communius faciebat generales, sicut hic patet, dicens. *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, &c.*

Quæstio. *Respond.* *Cur specialia suffragia celebrẽtur.* *d. 1. c. 2.*

Ne simul tradas me cũ peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. 401

HIc consequenter futuram Dei iustitiã explicat maximè circa suos persecutores, & inimicos. Et duo facit, quia Christus primò explicat ipsorum vitia. Secundò ipsorum supplicia, ibi, *Da illis secundum opera illorum.* Dupliciter enim peccauerũt Iudæi contra Christum, scilicet operibus malis, & cogitationibus falsis. Secũdum ibi. *Qui loquuntur pacem.* Quantum ad primum sciendum, quòd quamuis omnibus hominibus statutum sit propter primum peccatum semel mori, ut dicit Apostolus ad Hebr. 9. Tamen differenter moriuntur boni, & mali. Quia boni moriuntur corpore non anima. Mali autem moriũtur in corpore & anima, quia ipsorum anima supplicijs puniuntur æternis, animę autem iustorum vitã fruuntur æterna. Ideo hoc hic Christus prædicit in persona omnium iustorum, dicens. *Ne simul tradas me cum peccatoribus*, scilicet, non simul trades me cum peccatoribus in mortem, quia scilicet illi moriuntur propter peccatum, ego autem sine peccato, illi moriuntur necessitate, ego autem voluntate, illi moriuntur in corpore, & anima, ego autem solo corpore. Et uide quòd de Iudæis duo dicit. Primum quòd sunt peccatores, secundum quòd operantur iniquitatem. Vbi nota quòd quamuis omne peccatum sit iniquitas, & econtrario, lárgo modo loquendi, tamen propriè loquendo peccatum dicit culpam leuiorem, sed iniquitas grauiorem. Hinc est quod omnis homo se peccatorem liberè fatetur, iniquum uero dici erubescit. Iudæi ergo contra Christum erãt peccatores, quia eius famam lacerabant dicentes, Dæmo-

Mors. Bonus. Malus. *Peccatum. Iniquitas.* *Ioan. 7.*

Dæmoniū habes. Sed iniqui quia ipsius mortem intendebant. De primo Psal. 10. Ecce peccatores intenderunt arcum suum parauerunt sagittas suas, &c. i. verba detractoria. De secundo Ps. 118. Iniqui persequuti sunt me, adiuua me, &c. Sed hic cadit vnum dubium, quia hic Christus petit à patre, *ne simul tradas me cum peccatoribus*, &c. s. in mortem, vtrum Christus sine persecutione fuisset mortuus, vt puta senio ex naturali dispositione. Et videtur q; non, quia necessitas moriendi inest nobis ex peccato, Christus aūt peccatum non habuit. Itē Christus voluntate mortuus est, ergo nō necessitate, vnde Es. 53. Oblatus est, q; a ipse voluit. Ad oppositum est Aug. d. q; Christus fuisset mortuus senio, si violenter non fuisset occisus. Respōdeo q; quæstio duplicem habet intellectum. Primus vtrum Christus potuit assumere naturā humanam immortalem, & tunc dico, q; sic, quia potuit assumere naturam glorificatam siue gloriosam, Alius sensus est vtrum secundum naturam quam assumpsit, necessitate fuisset mortuus, & tunc dico quod sic, sed illam necessitatem assumpsit uoluntariè, sicut, & alios defectus nostros. Et per hoc patet ad argumenta.

Quæstio.

Christi mors.

Aug. 2. lib. de baptismo paruulorum.

401 *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorū.*

Consequenter hic explicat ipsorum peccatum magis in speciali. Iudæi enim Christo adulabantur verbis, sed corde persequebantur ipsum ad mortē, vt puta quando ipsum capere volentes in sermone, ei dixerunt, Magister, scimus quia verax es, &c. *Loquebantur*, ergo, *cum proximo suo*, idest cum Christo pacem qui verè proximus erat Iudæorum, & hoc carne, quia ex eis natus. Et opere per impensam misericordię. Quia non pertransiuit Christus videns Iudæos vulneratos peccatis sicut sacerdos, & leuita, sed vt verus proximus eis appropinquauit, vt misericordiam faceret eis. Ipsi autem corde elongabantur ab eo propter quod subdit. *Mala autem in cordibus eorum*, propter quod de ipsis ad literam Christus dicebat. Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum, &c.

Adulatio Iudæorum.

Mat. 22.

Matt. 28.

E *Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum.* 403

Hic consequenter ponit ipsorum supplicia, & duo facit. Quia primò prędicit ipsorum punitionem, secundò adducit punitionis rationem, ibi *Quoniam intellexerunt opera Domini.* Vbi notandum, q; opus Iudæorum fuit Christi mors, & persecutio. Similiter etiam fuit opus Dei, unde ait Magist. Passio Christi, & opus Iudæorum dicitur, quia ex actibus eorum prouenit. Et etiam opus F Dei, quia Deo auctore & uolente fuit, Christo dicente, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Et si quæras, nunquid ergo bonum fuit opus Iudæorum? Respondeo quòd hoc dupliciter potest intelligi. Primò quòd fuit bonum ratione effectus, & sic dico quod sic, quia Christi mors causa fuit nostræ salutis. Vel ipsam mortem potes attendere, ratione causæ, & uoluntatis ipsorū, & sic non sunt opera ti bonum, sed malum, quia actio eorum non fuit bona, sed mala. Et quòd iste versus dupliciter exponitur, scilicet prædictiuè, & sic hic prædicit, quod post G euenit, quia sicut Christo mortem intulerunt, ita ipsi postmodum per Romanos fuerunt occisi in corpore, & æterno igne cruciantur. Potest etiam intelligi optatiuè, vt scilicet Christus optet illorum punitionem, quia iustitia Dei exigit malos puniri, qui cuilibet complacere debet. Et hoc idem alijs verbis cōfirmat. d.

23. quæst. 4. quid faciet. Passio Christi opus fuit & Iudæorum.

Magist. lib. 3. dist. 20.

Quæstio. Resp.

Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis. 404

H Idest, secundum uoluntatem operum ipsorum quia, & si opera eorum alijs proficiant, ipsi tamen uoluntatę mala hoc fecerunt. Sed hic est vnū dubium quomodo Christus, qui erat verè beatus, optabat damnationem Iudæorum? & similiter si boni, & sancti velint, & gaudeant de pœnis damnatorum? Respondeo, q; sancti in patria clarè videntes essentiam Dei videbunt apertè eius uoluntatem, cui totaliter se conformabunt, & sic visa pœna damnatorum, eis

Beati gaudent de pœnis damnatorum.

Psal. 17. non compatientur, sed magis eorum accrescet gaudium, unde lætabitur iustus cum viderit uindictam, &c. Vnde ait Magist. cum sancti malos in tormentis videant; nonne aliqua compassione erga eos mouentur? nonnè eos de tormentis liberari cupiunt? Respõdet recole illud Euang. quod diuiti Abraham respõdit. Inter vos, & nos chaos magnum firmatum est, vt hi qui uolunt hinc ad vos transire non possint, neque hinc inde transire. Quid est illud chaos inter bonos & malos nisi hinc iustitia, inde iniquitas, quæ nullatenus sociari volunt? Adeo enim sancti Dei iustitiæ additi sunt, vt nulla compassione ad reprobos transire valeant, nulla pro eis inter sanctos fiat intercessio. Quomodo ergo inde volunt aliqui transire, & non possunt? Non quia velint & non possint, sed quia etiam si vellent, non possent eos iuuare. Et ita apud animam iustorũ non obfuscat beatitudinem inspecta pœna reproborum, quia vbi iam compassio miseriæ non erit diminuere beatorum lætitiam non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen gloriã vident pœnas malorum, quas per Dei gratiam euaserunt, &c.

Magister libro 4. d. 50.

Chaos.

405 *Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius, destrues illos, & non ædificabis eos.*

CONsequenter hic ponit causam damnationis ipsorum, & rationem. Vbi nota quod radix, & fundamentum omnium peccatorum est ignorantia, quia omne peccatum præsupponit ignorantiam intellectus, vt ostendit Philos. 3. Ethic. dicens quòd omnis malus est ignorans, cuius ratio est. Quia peccatum stat in volunrate, quia sola voluntate, peccatur, voluntas autem non fertur in incognitum, sic ergo actus intellectus præcedit actum uoluntatis. Obiectum autem uoluntatis est bonum, vel apparens bonum, ita quod uoluntas nihil vult nisi sub ratione boni, peccat ergo uoluntas, quando malum vult, non autem vult malum, nisi quia intellectus decipitur offerens quod est malum ipsi uoluntati sub ratione boni. Verbi gratia, intellectus sic arguit, Omne bonum

Peccatum Ignorantia voluntas.

A est uolendum, sed omnis delectatio est bona, quid sequitur? ego omnis delectatio est volenda. Hoc autem sic præsentato voluntati per intellectum voluntas vult delectationes, puta venereas, & sic peccat. Sed ignorantia præcessit in intellectu, quia intellectus errauit in secunda propositione, dicens, quòd omnis delectatio est bona, & consimiliter de quolibet alio peccato. Est ergo ignorantia causa omnis peccati, quia in omni peccato intellectus ostendit aliquid voluntati sub ratione boni, quod rationem boni non habet. Modo ad propositum quæ fuit causa peccati, & damnatio uis Iudæorũ? certè ignorantia. *Quoniam non intellexerunt opera domini.* Inter quæ B præcipuum opus fuit incarnatio verbi, & alia virtutum opera quæ Christus homo faciebat. Si enim benè considerassent scripturas & opera Christi, ipsum Christum vtique cognouissent, dicat ergo de Iudæis, quod meritò sunt damnandi. *Quoniam non intellexerunt opera domini*, idest, opera Christi visibilia, quę usque ad ipsorum oculos peruenerunt, ex quibus Christum esse verum Deum poterant cognoscere. Et ideo *in opera manuum eius destrues illos*. Opera enim manuum Dei sunt iustæ vltiones, quas facit peccatorum etiam quãdoque per peccatores sicut multoties in antiquo C testaméto per manus regum infidelium puniebat peccata Iudæorum. Sic & peccatum mortis Christi puniuit per manus Romanorum, quæ punitio dicitur opus manuum Dei, quia Deo ordinante fuit facta. Et de ista opinione dicit hic. *Et in opera manuum eius*, scilicet Dei, *destrues, illos, & non ædificabis eos.* Hoc enim dicit ad differentiam aliarum punitionum antiquitus factarum, quia Deus sæpe puniuit peccata Iudæorum, ipsos captiuando, sed postea ipsos redu D cendo, sed non sic de destructione ipsorum, & captiuitate propter peccatum Christi mortis, quia per illam sic sunt destructi, & captiuati quòd amplius non sunt ædificandi, vel operandi, nisi in finem mundi, quod per tam modicum spatium temporis erit, quod pro nihilo computatur. Dicat ergo Ps. *Destrues illos, & non ædificabis eos*, s. vt aliàs solebas post captiuitatem eos renouare, sed de hac

Opera manus Dei.

Punitio. Destruere. Iudæus.

hæc captiuitate non reducentur. Aliquando enim res destruitur, vt in melius reparetur. Sic enim Deus destruxit Paulum, ipsum excęcando, vt clariores oculos ei faceret, secundum illud Hierem. 1. Misit te vt destruas, & disperdas, ædifices, & plantes, sed non sic, quia destrues eos, non ad horam, sed vsque in finem sæculi.

406 *Benedictus Dominus quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.*

HAec est secunda pars principalis, vbi Christus gratias agit de sua exauditione, vbi duo facit. Primò ostendit se exauditum de seipso: secundò de fideli populo ibi. *Dominus fortitudo plebis.* Prima in duas, quia primò generaliter se ostendit exauditum, secundò in quo specialiter, ibi, *Et refloruit.* Quantum ad primum sciendum, q nō solum oīs Christi oratio exaudita fuit à Deo, sed etiam omnis oratio iustorum fidelium exauditur, sed differēter, quia omnis Christi oratio exauditur non solum quo ad vtilitatem, sed etiam quo ad votum, quia anima Christi cum esset plena scientia, cognoscebat omnia, quæ Deus, & sic videbat omnem voluntatem Dei. Cum etiam esset plena gratia, summè suam voluntatem conformabat diuinæ, & sic omnia quę volebat Christus & quę petebat, cōformia Deo erant. Et sic semper exaudiebatur non solum quo ad vtilitatem, sed quo ad votum. Oratio autem aliorum fidelium licet semper exaudiatur quo ad vtilitatem, nō tamen semper quo ad votum, quia multoties iusti non planè cognoscentes diuinam voluntatem, credunt aliquid vtile, quod foret damnosum, & talia postulando nō exaudiuntur quo ad votum, sed quo ad vtilitatem, quia Deus tunc eos nō exaudiendo, melius illis facit quam petant, sicut patet de Paulo Apostolo, qui ter Dominum rogauit, vt ab eo discederet stimulus carnis, nec impetrare potuit, quia vtilius sibi fuit illo nō carere, qué acceperat ad custodiā humilitatis. Hoc notans Christus simpliciter dicit. *Benedictus dominus quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ*, idest, exaudiuit votum orationis meæ. Et hoc idem alijs verbis confirmat. d.

Exauditur. Oratio.

E *Dominus adiutor meus, & protector meus, et in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.* 407

12. q. 2. gloria.

ET nota, quòd aliud est protegere, & aliud adiuuare. Quia adiuuare est in suo statu conseruare, ne decidat, sed protegere est rem magis ad perfectiorē ducere statum. Et sic adiuuatur quis cū in aduersitate patientiam seruat, & ęquanimiter tolerat, sed protegitur cum ad melius perficitur. Sic ergo Dominus fuit adiutor Christi in passione ipsum per patientiam præseruando, fuit eius F protector, post mortem ipsum resuscitando. Vnde in passione dicebat illud Psal. 26. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. De resurrectione autem dicebat ibidem, Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo, &c. Dicat ergo Chr stus. *Dominus adiutor meus*. idest, mei tanta patientis, *& protector meus*. idest, mei ad immortalitatem resurgentis. *In ipso sperauit cor meum & adiutus sum.*

Adiutor protector.

Et refloruit caro mea & ex voluntate mea confitebor ei. 408

HIc specialiter ostendit in quo fuit à Deo exauditus. Superius enim in principio psalmi huius, orando suam orationem postulabat, d. Ad te Domine clamabo, Deus meus, nè sileas à me, nequando taceas à me, & assimilabor descēdentibus in lacum. Hic ergo quantū ad hoc se exauditum ostendit dicens. *Et refloruit caro mea.* Vbi notandum q Christi caro floruit & refloruit. Floruit. s. in conceptione. Sed refloruit in resurrectione. Floruit in conceptione immunitate peccati, quia florem innocentiæ, qué quidam peccando perdiderat, Christus recuperauit. Quia sine vitio, & peccato conceptus, & de spiritusancto natus. Et hac ratione Christus in sua conceptione & natiuitate flori cōparatur. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, &c. Sed iste flos campi, & lilium conuallium in morte deperisse videt, quia omnis eius pulchritudo perijt, In tantum vt propheta de ipso dicat. Esa. 53. Vidimus eum, & non erat ei aspectus, & desiderauimus

Refloruit caro Christi. Incarnatio Christi. Resurrectio Christi.

timus eum despectum,& nouissimum vi rorum, &c. Refloruit autē caro Christi quando per resurrectionē immortalis, & gloriosa surrexit. Et hoc est, q̄ hic dicit Christus. *Et refloruit.i.resurrexit caro mea*, propter quod de seipso in resurrectione ait Christus. Cant. 2. Ego flos cāpi & lilium conuallium. Sed quia resurrectio Christi causa est nostræ redemptionis, ideo ꝓ ipsa gratias multas Deo debemus agere. Et hoc est, quod subdit. *Et ex voluntate mea confitebor ei*, idest cōfitebuntur ei mei in quibus ego sum, & hoc non timoris necessitate, sed libera voluntate. Bona.n.quæ nos facimus, verbum incarnatum facit in nobis, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. Et sic gratias, quas Deo agimus pro Christi resurrectione Christus se agere dicit, Et ex omni ergo voluntate mea confitebor illi, scilicet gratias agendo.

409 *Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui est.*

Fortitudo.

Consequēter hic ostendit se esse exauditū de fideli populo. Et attēde q̄ non dicit Dominus fortitudo nobilium est, sed *plebis suæ*. Nam plebs dr̄ à plus, quod est pluralitas. Et quia plures sunt ignobiles quam nobiles: Ideo plebs dr̄ tantum collectio ignobilium, & non nobiliū. Quia ergo Christus elegit pauperes ignobiles: Ideo suos fideles plebeios vocat dicens, *Dominus fortitudo plebis sua*. q. d. Dominus plebeios suos. s.electos per Christū fortificabit in pugna cōtra diabolum. Et sic fortitudo nostra, non est nostra, sed Dei. Nō ergo fortem se reputet plebs, vt suam præsumat cōstituere iustitiā, sed se iustitię Dei subijciat: non confidat de sua fortitudine contra diabolum, sed de Dei fortitudine præsumat. Sic.n. dr̄ psal. 117. Fortitudo mea, & laus mea Dn̄s, & factus est mihi in salutē, & nō solum in præsenti nos defendit, sed etiam in futuro nos protegit, quia suos facit immortales, & hoc est quod subdit. *Et protector saluationum Christi sui est*, idest, illos quos Christus saluat, Deus illos immortalitate proteget, q̄a ego sicut sum resuscitatus, q̄a *refloruit caro mea*, sic & illi resurgēt. Sic.n.

Plebis.

A dicitur Zach. 12. Protegit Dominus habitatores Hierusalem. Hierusalem enim interpretatur visio pacis, & significat videntes Deum in patria per Christum saluatos. Et hoc erit virtute oōnis Christi, hoc à patre postulantis, vnde subdit.

410 *Saluum fac populum tuum, Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos. & extolle illos vsq; in æternū.*

De consecr. dis. 2. iteratus.

Hic.n. rogat Christus pro suis, vt scilicet saluentur à patre in præsenti, & in futuro. In præsenti saluentur à vi B tijs & peccatis, & virtutibus ditentur. In futuro autem vt glorificentur. Quātum ad saluationē à peccatis ait. *Saluum fac populum tuum domine.* scilicet ipsum à peccatis præseruando quem dico populum tuum, qui meus est, quia omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt. Luc. 15. Et vide progressum fideliū: primò enim incepit fides in pauperibus, & plebeijs, quos Christus elegit, deinde per illos cęteros tam plebeios quam nobiles adduxit ad fidem. Ideo de primitiua ecclesia quæ fortiter certauit pro fide martyria sustinendo, dixit superius, Dominus for-C titudo plebis suæ. Sed de ecclesia postmodum multiplicata, nunc orat dicēs. *Saluum fac populum tuū domine.* Vt enim dictum est plebs est congregatio solum ignobilium. Populus autem dicitur à polys, quod est ciuitas. Vnde quia ciuitas continet tam nobiles quam ignobiles, ideo populus est collectio tam nobiliū quam ignobilium. Et sic hic notat profectum ecclesię, quę de plebe peruenit ad populum. Dicens ergo *saluum fac populum tuum, domine* notat plebeios, & nobiles. Sic enim & Psalm. 35. dicitur: Homines, & iumenta saluabis, domine, D quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus. Per homines intellige nobiles, sed per iumenta plebeios. Quātum verò ad collationem virtutum, d. *Et benedic hæreditati tuæ*, idest, virtutibus orna hæreditatem tuam, & numero, quę est mea, quia tu dixisti mihi. Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. Sic enim dicitur Eccl. 11. Benedictio dn̄i super caput iusti festinat, & in honore veloci processus illius fru. & ext. s. ad augēdū virtutes, quòd verò ad glorificationem in futu-

Hæreditas Christi.

ro dicit. *Et rege eos, & extolle illos vsque in aeternum*, idest, hinc tolle eos in aeternum, idest, in aeternā vitam. In vita enim beata, vt dicitur Esai. 79. Miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Hic oritur dubium. Nam in praecedenti versiculo, Christus se saluare suos ostendit: dicens de patre, & protector saluationum Christi sui est. Hic autem rogat patrem, vt eos saluet. Ideo notandū, quòd opera diuina sunt duplicia, scilicet intrinseca, & extrinseca, intrinseca vt generare, spirare, &c. extrinseca vt creare, saluare, &c. Prima sunt in trinitate diuisa, quia sic pater generat, quod filius non generat, sed extrinseca sunt indiuisa, quia omnia, quae operatur pater, operatur filius, & spiritus sanctus, vt ostendit Magist. lib. 2. dist. 5.

Magist. lib. 3. dist. 5.

PSAL. XXVIII.

A*fferte domino, filij Dei: afferte domino filios arietum.*

411 1. q. 1. sunt nonnulli.

ISTE Psalmus talem habet titulum. *Psal. Dauid in consummatione tabernaculi.* Pro cuius intellectu notandum, quòd vt habetur. 1. Reg. 4. Tempore Heli sacerdotis, filij Israel pugnātes cōtra Philistaeos afflicti fuerunt, & duo filij Heli mortui, multiq; de populo Dei interfecti. Sed etiam arca Dei, quam habebat in castris, capta fuit à Philistaeis, & ab eis portata in Azotum, quam posuerunt in phano suo iuxta idolum suū Dagon. In crastino autem inuenerūt idolum Dagon ante arcam domini prostratum in terra, & erexerunt illud in loco suo. Et similiter in crastino inuenerunt eum iterum prostratum ante arcam domini, & iterum erexerunt eum. Et similiter in crastino tertio inuenerunt eum prostratum in terra abscisso capite, & manibus. Et aggrauata est manus domini super Azotios, & percussit eos infirmitate dysenteria, scilicet vulneratione intestinorum, quae in parte exibant. Et tunc fecit Deus ebullire mures de terra, qui corrodebant intestina ipsorum.

Arca domini.

Dagon idolum.

E Quod videntes Azotij habito consilio, circunduxerunt arcam domini per omnes prouincias Philistinorum, & sic con similis plaga omnibus fiebat. Hac igitur plaga percussi Philistaei, quia arcam domini captam tenebant, & compulsi tandem remiserunt arcam domini in terram Israel, atque pro plaga ipsorum sananda, vt placarent Deum Israel, miserunt cum arca quinque mures aureos, & quinque anos aureos iuxta numerum quinque prouinciarum Philistinorum, dantes gloriam Deo Israel. Et fuit arca tūc posita in Cariathiarim in domo F Aminadab. Et benedixit Deus Aminadab propter arcam domini, quam in domo habebat. Transacto itaque multo tempore mortuo Saul, & filio eius Isboseth, cum Dauid regnaret in pace, tulit Dauid arcam domini in Hierusalem, & fecit ei tabernaculum in domo sua, vbi collocauit eam, & cum gaudio & magno populo adducta fuit arca domini in tabernaculum, quod ei parauerat Dauid, & immolauit victimas multas, & holocausta. Et tunc Dauid fecit istum Psalmum ad inuitandum omnes, vt immolarent victimas, & holocausta Deo G cum laudibus. Ex quibus apparet expositio tituli, quòd istum Psalmum fecit Dauid consummato tabernaculo, quando scilicet introduxit arcam in tabernaculo sibi parato. Et sic inducuntur omnes fideles ad cultum Dei. Et sic primo dicam literam: secundo sensum, & intellectum literae. Quantum ad literam Psalm. iste diuiditur in duas partes, quia primò inuitat omnes ad deuotè Deo offerendum: secundò ad deuotè Deum colendum: ibi, *Vox domini*, &c. H dic vt Nicol. de Lyr. Quantum verò ad intellectum prophetae, hic monet propheta omnes fideles, vt seipsos offerant Deo deuotè, vt sic quilibet seipsum templum Dei faciat. Et secundum hoc iste Psalm. diuiditur in tres partes, quia de ecclesia, vel Dei templo tria ostendit, primò quibus modis aedificatur: secundò quibus donis praedotatur: ibi. *Vox domini*. tertiò quibus muris conseruatur: ibi. *Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit*, &c. Quantum ad primum notandum, quòd quilibet se Deo tēplum facit, & sacrificium, quando seipsum in

seipso,

seipso, idest in corde, & uoluntate offert totaliter Deo, scilicet seipsum, & sua. Et primò monet, ut offeramus nos Deo. Secundò vt offeramus nostra, ibi. *Afferte domino gloriam & honorem*. Primò ergo monet nosipsos offerre Deo. d. *Afferte domino filij Dei*, idest, afferte vos ipsos domino in fide, & bonis operibus. Vbi notandum, quòd Apostoli, & primitiui fundatores ecclesiæ, qui nos per euangelium genuerunt, arietes nuncupantur, quia velut arietes duces erant gregum, ac custodes diligenti custodia, qui velut arietes duobus cornibus, idest vtriusque testamenti auctoritatibus præualuerunt in defensione sui gregis contra hæreticos, & infideles. Ad istos arietes, scilicet Apostolos deuenißt omnes, qui de infidelitate conuertuntur ad fidem. In cuius figuram dicitur. Exod. 15. quòd filij Israel exeuntes de Aegypto venerunt in Helim, vbi erant duodecim fontes, & septuaginta palmæ. Helim. n. interpretatur arietes, hi sūt Apostoli fideliū gregum duces, ibi sunt duodecim fontes, quia duodecim sunt principales Apostoli præelecti a domino, à quibus emanat aqua viua salutaris sapientiæ. Hi secum habent septuaginta palmas, idest, septuaginta duos discipulos cum eis a Christo ad prædicandum missos, qui palmam victoriæ Christi toti mundo nuntiauerunt. Dicit ergo. *Afferte domino filios arietum*, idest, vosipsos, qui estis filij Apostolorum. Si autem quæras, quomodo meipsum offerre debeo Deo, Audi Paulum ad Rom. 12. dicentem. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Quæ verba exponens Petrus Rauenas dicit, ait Apostolus, Obsecro uos per misericordiam Dei, &c. Mira pietas, quæ vt largiatur, exorat. Hæc namque Apostolus non humana petens, sed diuina conferens, sic precatur. Obsecro vos per misericordiam Dei, &c. Medicus cum austera remedia accipere persuadet ægroto, agit precibus, non compellit imperio, sciens infirmitatis non uoluntatis esse, quòd salutaria respuit quotiens profutura repellit infirmus. Et filium pater non potestate, sed amore ad rigorem pertrahit disciplinæ, ut exhibeatis corpora uestra, Sic autem rogando Apostolus omnes homines, ad fastigium sacerdotale inuitat. Exhibeatis inquit corpora uestra hostiam uiuentem. O inauditum Christiani pontificatus officium, quando ipse homo sibiipsi est hostia, atque sacerdos, mirum planè sacrificium, ubi corpus sine corpore offertur, sine sanguine sanguis. Sed hoc sacrificium Christi sacrificij descendit ex forma, qui corpus suum pro uita sæculi vitaliter immolauit, & uerè corpus suū fecit hostiam viuam, qui uiuit occisus. Hinc martyres morte nascuntur, fine inchoant, & lucent in cęlis, qui in terris putabantur extincti. Et tu igitur uelut sacerdos induere sanctitatis stola, præcingere baltheo castitatis. Sit in uelamento capitis tui Christus. Crux in frontis tuę munimine perseueret. Pectori tuo appone diuinæ legis sacramentum. In odore thymiamatis sit deuota oratio. Accipe gladium spiritus, Altare cor tuū pone, Et sic corpus tuum immola Deo hostiā viuam. Deus fidem tuam, non mortem quærit, uotum non sanguinem sitit, placatur uoluntate, non nece. Sic igitur fiet corpus tuum hostia uiua, si nullo peccati iaculo fuerit sauciatum. Non enim potest mori, qui uitali gladio meretur occidi, &c. Et hæc est uictima, ad quam nos immolandam hortatur Psalmista. *Afferte domino filij Dei*. Et quid? subdit. *Afferte domino filios arietum*, idest, uos ipsos filios Apostolorū. Quod est uosipsos immaculatos seruate. Sic enim præcipitur Leuitici 2. Omnis oblatio, quæ offertur domino, erit absque fermento. Per fermentum intellige peccatum. 1. Cor. 5. Non in fermento malitiæ, & nequitiæ.

Arietes dicuntur Apostoli.

Duodecim Apostoli.

Offerre nos debemus Deo.

Petrus Rauenas.

Hostia viua.

1. Cor. 5.

Afferte domino gloriam, & honorem, afferte domino gloriam nomini eius, adorate dominum in atrio sancto eius.

Consequēter monet, ut nostra Deo offeramus, scilicet uerba, & opera, quibus Christus glorificatur, idest, gloriosus ostenditur. Et est sensus. *Afferte domino gloriam, & honorem*, scilicet ut per opera uestra, & doctrinam Deus glorificetur. Et hoc est, quod subdit. *Afferte gloriam nomini eius*, ut scilicet nomē eius per

Bonorum gloria Deo debet dari.

Q 2

per vos gloriosè innotescat per orbem. Vel sic distingue. *Afferte domino gloriam*, idest, Christum, vt ipsum patri credatis æqualem. *Et honorem*, vt de bonis ab ipso nobis collatis sibi gratiæ referantur. *Afferte gloriam nomini eius*, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestorum, terrestrium, & infernorum. Et si quæras de loco, in quo tanta Deo debes offerre. Respondet dicens. *Adorate dominum in atrio sancto eius*. Alia litera habet. *In aula sancta eius*: & eadem est sententia. Et ideo nota quòd atrium istud, in quo Deum adorare debemus, est multiplex, scilicet atrium cōgregationis baptismalis, quod militans dicitur ecclesia. Atriū pœnitentiæ salutaris, quo nostra purgantur scelera. Atrium religionis claustralis, quo conseruari debet regula. Primum est atrium ecclesiæ militantis. Atrium enim dicitur ampla domus, & spaciosa, & sic significat ecclesiam militantem, amplam, & spaciosam baptisma te in Christi fide congregatam. In isto atrio Deū debemus benedicere Ps. 132. Ecce nunc benedicite dominum, omnes serui domini: qui statis in domo domini, in atrijs domus Dei nostri. In isto atrio peccata nostra confitendo debemus deponere. Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi. In isto debemus Christi fidem prædicare. Sta in atrio domus domini, & loqueris ad eos vniuersos sermones meos, quos ego mandauero tibi. Sed heu, reuerendi domini, qualiter hodie atrium istud desertum iacet, & in solitudinem versum videtur? Quod figuraliter habetur. 1. Machabæorum 4. vbi dicitur. Viderunt sanctificationem desertam, altare prophanatū, portas exustas, & in atrijs virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus, & pastophoria diruta. Vbi attendite hujus atrij ecclesiæ statum hodiernum, propter schisma desolatum, quo ad multa. Primò vide sanctificationem desertam, quia fides, qua sanctificatur ecclesia, hodie manet deserta, quia in nomine Apostolici diuisa manet per schisma, vt duo se dicant Apostolicos, & illorum quilibet alium damnat. Vide altare prophanatum, quia altaria vnius partis excōmunicātur ab alia, & econuerso. Vide portas exustas, scilicet prælatos, per quos alij intrare debēt exustos cupiditate auaritiæ, quæ istius schismatis fuit radix, & fundamentum. Vide virgulta ī atrijs orta, scilicet schismatis, & aliarum hæresum multarū, quæ propter principale schisma pullulant in ecclesia vt virgulta. In tantum quòd in isto atrio ecclesiæ consilia contra Iesum tractantur. Congregati sunt principes sacerdotū, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Nonne iterum occiditur Christus, quando eius gratia, & ecclesiastica beneficia precio dantur indignis? Cum tamē noster Psalmista nunc de isto atrio ecclesiæ dicat. *Adorate dominum in atrio sancto eius*. Secundum est atrium pœnitentiæ salutaris, De quo Matth. 26. Petrus sedebat foris in atrio. Et respexit dominus Petrum, & recordatus est Petrus verbi Iesu. Priusquā gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amarè. Tertium est atrium religionis. Religio enim per atriū figuratur propter multa, quæ ibi, vt in atrio fiunt. Hic est virtus castitatis & munditiæ, quam ingredientes solemniter profitentur Ezech. 44. Cum ingrediencur portas atrij interioris, vestibus lineis induentur, quibus significatur castitas. Hic est virtus asperitatis, & abstinentiæ. Ezechiel 44. Intrantes in atrium, vt ministrent mihi, offerent pro peccato suo. Et vide quod offerens hic ponitur, sed nulla oblatio nominatur. Ad denotandum, quòd quando religiosus intrat religionis atrium, nullam aliam hostiam Deo offerre debet nisi seipsum. Hic debet esse virtus charitatis, & amicitiæ. Lucæ 22. Accenso igne in medio atrij erat Petrus in medio eorum. Ignis enim charitatis semper vnit, & congregat. Et ide quolibet istorum intelligitur, quod hic dicitur. *Adorate dominum in atrio sancto eius*, scilicet in ecclesia statu pœnitentiæ, & religionis.

Atriū multiplex. *Ecclesia.* *Psal. 99.* *Hiere. 26.* *Nota.* *Schisma.* *Matth. 26.* *Pœnitētia.* *Religio.*

Vox domini super aquas: Deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas. 413

De consecr. distin. 2. nec quāquam.

HIc consequenter ponit, quibus donis ecclesia prædotatur. Christus enim

Sacramenta ecclesiæ septem.

enim septem maximis donis prædotauit ecclesiam suam. s. septẽ sacramentis, quę sunt, baptismus, cõfirmatio, eucharistia, pęnitentia, vnctio, ordo, & matrimoniũ. De quibus omnibus hic agitur per ordinem. Et si dicas ad quid valet ista sacramenta, & quare sunt septem, & non plura? Respondeo q; secundum Magist. lib. 4. dist. 1. Sacramenta à Christo sunt instituta, & pro remedio contra defectus nostros nobis data. In nobis autem sunt septem defectus, contra quemlibet illorum vnum est appropriatum sacramentum. Quoniam omnis defectus noster, aut est pœnæ, aut culpæ. Sic culpæ triplex est. s. culpæ originalis, contra quam est baptismus, culpæ criminalis, contra quam est pęnitentia, & culpæ venialis, contra quam est extrema vnctio. Defectus autem pœnæ est quadruplex. s. impotentia ad bonum exequendum contra quem est confirmatio. Ignorãtia ad verum exequẽdum, contra quem est ordo. Negligentia ad Deum diligendum, contra quem est Eucharistia. Concupiscentia ad voluntatem exequendum, cõtra quem est matrimonium. Vel aliter de numero sacramentorum, quia sacramenta sunt quædam remedia spiritualis vitæ tradita sub signis sensibilibus. Et ideo conuenienter secundum similitudinem vitę corporalis distinguuntur. Est autem in uita corporali ordo duplex, s. propagatores, & ordinatores vitæ corporalis in alijs, & qui propagatur, & ordinatur secundum corporalem vitam. Vitæ autem corporali tria sunt necessaria p se, & quartum per accidens, oportet. n. primò, quòd res per generationem aliquam uitam accipiat, secundò quòd per augmentum ad debitam quantitatem, & robur perueniat, tertiũ exigitur ad conseruationem vitæ, & eius augmentũ, nutrimentum necessarium. Et hæc quidem sunt per se vitæ corporali necessaria, qa sine eis esse non potest. Verum quia conuenit aliquod impedimentum, circa corporalem uitam, ex quo res viua infirmatur, ideo per accidens necessarium est quartum. s. sanatio rei viuentis ægrotantis. Sic igitur in spirituali uita primum est spiritualis generatio per baptismũ, secundum spirituale augmentum perducens ad robur perfectum per sacramentum confirmationis, tertium spirituale nutrimentum per Eucharistiæ sacramentum, quartum autem est spiritualis sanatio quæ fit in anima tantum per pœnitẽtiæ sacramentum, vel ex anima deriuatur ad corpus, cum opus fuerit per extremam vnctionem, & hoc pertinet ad eos, qui vita spirituali propagantur, & conseruantur. Propagatores autem, & ordinatores vitæ corporalis attendũtur secundum duo, scilicet secundum ordinem naturalem, quod ad parentes pertinet, & secundum regimen politicum, per quod uita hominis pacifica cõseruatur, & hoc pertinet ad reges, & ad principes, sic est de uita spirituali. Sunt enim quidam propagatores, & conseruatores spiritualis vitæ secundum ministerium spirituale tantum, ad quod pertinet ordinis sacramentum, & secundum spiritualem, & corporalem simul, quæ fit per sacramentum matrimonij, quo vir, & mulier conueniunt ad prolem generandum & educandum ad cultum diuinum. Et de istis omnibus hic agit, & breuiter psal. Primò enim agit de baptismali generatione cum aquæ efficacia, ibi. *Vox domini super aquas*. Secundò de spirituali confirmatione in frontis eminentia, ibi. *Vox domini in uirtute*. Tertio de pęnitentiali expiatione ex cordis pœnitentia, ibi, *Vox domini confringentis cedros* Quartò de extrema vnctione morienti bus necessaria, ibi. *Et comminuet eos tanquam*, &c. Quintò de salutari consecratione ex panis existentia, ibi. *Et dilectus quemadmodum filius*. Sextò de coniugali copulatione cum iusta continentia, ibi. *Vox domini intercidentis flammam*. Septimò de clericorũ ordinatione prouida sapientia, ibi. *Vox domini præparantis ceruos*. Primò ergo agit de sacramento baptismi, quod in aqua celebratur. d. *Vox domini super aquas*, &c. Vbi sciendum, quòd aqua baptismatis accepit virtutem lauandi animas à peccatis in baptismo Christi ex tactu eius mundissimæ carnis. In quo Christi baptismo apparuerunt tres personæ; scilicet pater in voce dicens. Hic est filius meus dilectus, filius in carne, sed spiritus sanctus in specie columbæ. Quæ tres personæ hic notantur, primò pater in uoce. Et quantum ad hoc dicitur.

Magister lib. 4.

Baptismus. Aqua baptismi. Vox domini.

Vox domini. scilicet patris *super aquas*: quia dum Christus esset baptizatus, vox patris audita est, Hic est filius meus dilectus, &c. Apparuit filius in carne, qui baptizatus nos sua voce docebat, d. Decet nos implere omnem iustitiam. O quam mirabiliter ista vox intonuit, & exemplũ humilitatis toti præbuit mundo. Vnde ait Remigius. Intonuit de celo dominus, & altissimus dedit vocem suam, qũ in baptismo ait Christus, Decet nos implere omnem iustitiã, vt omnes superbi addiscãt humilitatis exemplum, vt non dedignẽtur baptizari ab humilibus mẽbris meis, dum me viderint Deũ maiestatis à te Ioanne seruo meo baptizatũ. Et quantum ad hoc de persona filij dicitur: *Deus maiestatis intonuit*. Apparuit etiam spiritus sanctus in specie columbæ, quia vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & manẽtem super eum. Et hoc ad denotandum, quòd gratia spirituisancto attribuitur, quæ per aquas baptismi baptizatis confertur. Ideo in columbæ specie apparuit, vnde Chrysost. super Matth. Ideo spiritus in Christi baptismo speciem columbæ suscepit, quoniam præ omnibus animalibus hæc est cultrix charitatis. Omnes enim species iustitiæ, quas habent serui Dei in veritate, possunt habere serui diaboli in simulatione. Solam autem charitatem spiritus sancti non potest immunitus spiritus imitari. Ideo hanc priuatam speciem charitatis sibi in Christi baptismo seruauit spiritus sanctus, quia per nullius rei testimonium sic cognoscitur spiritus sanctus vbi sit, nisi per gratiam charitatis, quæ per aquas baptismi confertur. Et quantum ad hoc de spiritusancto dicit. *Vox domini super aquas multas*. Ideo quia tunc spiritus sanctus omnibus aquis virtutem regenerandi homines dedit. Et de istis tribus personis diuinis hic sic in Christi baptismo notatis, ait Aug. in de fide ad Petrũ. Quãuis autem Patris, & filij, & Spiritus sancti vna sit natura, tamen firmissimè tene, tres esse personas, patrem solum esse, qui dixit: Hic est filius meus dilectus, Filiumque esse, super quem illa vox patris insonuit. Et spiritum sanctũ solum esse, qui in specie columbæ super Christum baptizatum descendit, &c. Volens ergo ostendere baptismi institutionem virtute Trinitatis factam dicit *Vox domini super aquas*. scilicet Dei patris dicit. Hic est filius meus. *Deus maiestatis intonuit*. scilicet filius, dicens, Sic decet nos implere omnem iustitiam. *Dominus super aquas multas*, scilicet spiritussanctus in specie colũbæ sanctificãs aquas. Et ideo omnes tres personæ in forma baptismi nominantur. Matth. vlt. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Sed nũquid vno illorum solo nominato, esset verus baptismus? Et videtur q̃ sic, quia Apostoli baptizabant tantum in nomine Christi, vt habetur Actuum 8. & 10. cap. Ad oppositum est determinatio ecclesiæ in Synodo Anglorum. Vnde Zacha. Papa Bonifacio episcopo scribit. Præceptum est in Synodo Anglorum, vt quicunque sine inuocatione trinitatis mersus fuisset, q̃ sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est, si mersus in fontẽ baptismi quis fuerit sine inuocatione trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti fuerit baptizatus. Respondeo q̃ opinio videtur multorum, vt Ambr. & Magistri. lib. 4 dist. 3. Quod si fide mysterium trinitatis teneatur, & vna persona tantum nominetur, plenum esse sacramẽtum. Et econuerso si tres personæ nominentur, & nõ rectè mysteriũ trinitatis fide teneatur, vacuũ esse sacramẽtum. Et ratio horũ est, quia in nomine cuiuslibet personæ tota trinitas intelligitur. Si enim Christũ dicas, & patrem à quo vnctus est filius, & ipsum qui vnctus est Filium, & Spiritumsanctum quo vnctus est, designasti. Scriptũ est enim, hunc Iesum, vnxit Deus spiritu sancto, &c. Et similiter si patrem dicas, filium eius, & spiritum oris eius indicas, si tamen id etiam corde comprehendas. Et similiter si spiritum sanctũ dicas, patrem, à quo procedit, & filium cuius est spiritus, nuncupasti. Ex quibus videtur, q̃ in nomine vnius solius personæ potest quis verè baptizare. Sed ista opinio non tenetur à doctoribus. Quia in sacramentis non sufficit fides cordis, nisi forma sacramentorum verbis exprimatur: nã sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi. Christus autem instituit

tuit sacramẽtum baptismi dari cum inuocatione trinitatis expressè. Et ideo quicquid deest ad inuocatione trinitatis plenam, & expressam, tollit integritatem baptismi. Nec obstat, quòd in nomine vnius personæ intelligitur alia, cū ille, qui nominat vnam solam personam potest habere rectam fidem de tribus, quia ad sacramentum sicut requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis: vnde non sufficit intellectus, vel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus verbis trinitas exprimatur, forma autem baptismi quam Christus dedit, totam trinitatem, idest, omnes tres personas exprimit. Et ista opinio communiter à doctoribus tenetur. Ad argumentum ergo, cum dicitur, quia Apostoli baptizabant in nomine Christi, dicendum, quòd Apostolis fuit licitum in nomine Christi baptizare, quia sic à spiritusancto erãt inspirati, sed modo hoc nobis non licet. Illi enim nomini Christi data fuit virtus diuinitus in primitiua ecclesia, cuius ratio est, tum quia nomen Christi significat totam trinitatem, Christus enim vnctus dicitur, & sic vngentem, & vnctum, & vnctionem insinuat. Et sic cum forma à Christo data concordabat: tum quia nomen Christi tunc erat ignotum, & contumeliosum, vt puta crucifixi: Vt ergo dictum nomen publicaretur, & haberetur in reuerentia, tunc temporis eo vsi sunt. Sed quia cessante causa, cessat effectus, Christi nomine publicato, & honorabili facto, amplius non debuit, nec pòtuit in eo conferri sacramentum baptismi, quia illud ad tempus tantum institutum fuit. Sic ergo dicitur, quòd in forma baptismi omnes tres personæ debẽt nominari: sicut Christus expressit: quod etiam & Psalm. hic prædicit, omnes tres personas huiusmodi ponẽs, dicit. *Vox domini super aquas*, scilicet Patris, *Deus maiestatis*, scilicet Filius. *Dominus super aquas multas*, scilicet Spiritusanctus. Istæ enim sunt aquæ fontis vitæ baptismales, ad quas Christus suos deducit. Apocalip. septimo. Agnus reget illos, & deducet illos ad vitæ fontes aquarum, &c.

A *Vox domini in virtute, & vox domini in magnificentia.*

HIc consequenter agit de sacramẽto confirmationis. Vbi sciendum, quòd principalis effectus sacramenti cõfirmationis est donatio spiritussancti ad robur & virtutem, qui in baptismo datus est ad remissionum peccatorum: vnde dicit Rabanus, Et habetur de consecratione, dist. 5. nouissime. A summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato, vt roboretur per spiritumsanctum ad confitendum & B prædicãdum alijs illud, quod ipse in baptismo consequutus est. Cum igitur sacramentum confirmationis virtutem, & robur baptizato cõferat in ijs, quæ sunt ad salutem, sequitur quòd congruè per virtutem denotatur, cum dicitur. *Vox domini in virtute*, idest, vox Christi illud sacramentũ instituentis in virtute, quia virtutem, & robur confert baptizato, de ista voce habetur Matth. 19. Vbi Christus hoc sacramentum instituit. Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus ei imponeret, & oraret, discipuli autem increpabant eos. Sequitur, vox Christi instituentis hoc sacramentum. C Iesus verò ait. Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. Ista ergo vox, qua scilicet sacramentum confirmationis instituit, & datur, est in virtute, si considerес huius sacramenti tres effectus. Primus est gratiæ in baptismo collatæ ampliatio, & roboratio. Secundus est ad pugnandũ contra hostes inuisibiles confirmatio. Tertius est Christi nominis sine erubescentia prædicatio. Et de ista voce virtutis dicitur. Psal. 67. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, sequitur: Deus Israel ipse dabit virtutem, & forD titudinem plebi suæ. Sed forte quæres, an maior virtus conferatur in confirmatione, quam in baptismo, vel econtrario, quia huius sacramenti vox dicitur in virtute, & non baptismi. Ad oppositum: quia baptismus tollit omnem culpam & pœnam, quod non facit hoc sacramentum. Respondeo: gratia confirmationis supponit gratiam baptismalẽ. Quando igitur fit comparatio harum gratiarum, potest fieri dupliciter, vno modo cũ præsumptione, & sic omnino maior

414 De pæ.d.7. nullus.

Sacramentis cõfirmationis.

De consecr. dist.5. Spiritusanctus, et c.nouissime.

Quæstio.

Gratia confirmationis.

est gratia confirmationis quam baptismi, sicut melius est benè viuere, quam viuere, quia hoc addit ad primum. Si autem intelligatur cum præcisione, vt. s. an hæc gratia quæ additur in confirmatione sit maior, vel minor illa, quæ confertur in baptismo? Dico, quòd maior est baptismalis, quia iustificare mortuum maius est qua iustificatum fortificare. Item notandum est, ꝙ istud sacramentũ confirmationis inter cætera magnæ est magnificentiæ, & dignitatis, quia præ ceteris maiorem dignitaté requirit in ministro. Quoniam cætera sacramenta episcopi non conficere possunt, & cõferre, istud autem soli episcopi. Et sic est maioris dignitatis cæteris, vnde habetur de cõsec. d. 5. de his verò, ꝙ sicut sacramentũ confirmationis solum maioribus, idest, solum summis põtificibus est accommodatum, sic ꝙ nisi à maioribus perfici nõ possit, ita & maiori veneratione venerãdum est. Et hanc dignitatem præ cæteris hic notans Ps. postquam posuit eius efficaciam, d. *Vox domini in virtute*, consequenter ponit eius dignitatis magnificẽtiam. d. *Vox domini in magnificentia*, dicitur etiam hoc sacramentum vox domini in magnificentia, quia, vt dictum est, confert robur ad prædicandum sine rubore magnificentiam Christi. Vnde de confirmatis dicitur. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur.

Confirmationis dignitas.

Ps. 144.

415 *De consec. d. 4. propter Pœnitentia sacramentum.*

Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros libani.

HIc consequenter agit de sacramento pœnitentiæ, & contritionis. Vbi notandum, ꝙ nomine Cedri superbus quilibet significatur, quoniã vt hic dicit Magister. Cedrus est arbor altissima, maximè quæ crescit in libano, vbi summagis proceræ cedri. Hæc enim arbor nisi succisa inutilis est, in sua radice manens non facit vtiles fructus. Sic & superbia in altum se erigens cæteros despicit. Vnde in sua radice manens inutilis est, vere inutilis quia peccatum intulit nobis, succisa autem per humilitatem, & pœnitentiam fructus gratiæ crescunt. Ex quibus colligitur, quòd duplex est cedrus, scilicet, cedrus libani, & quæ crescit extra libanum, illa quæ crescit in libano altior est, illa verò quę extra, minor est. Et sic duplex est superbia, maior & minor. Maior est Iudæorum, qui præ cæteris magis ingrati, contra Christũ superbiendo surrexerũt, minor auté Gentiũ. Et tamen vtraque superbia virtute pœnitentiæ confringitur, & extirpatur. Et hoc est quod de sacramento pœnitentię hic dicit: *Vox domini confringentis cedros.* Vox domini qua hoc sacramentum instituit dicens Apostolis: Accipite spiritũ sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, &cæt. Et ista talis vox pœnitentiæ sacramenti, primò confringit cedros minores, quia Gentiles superbos conuertens ad Christum humiliauit sicut quando altum cedrum, scilicet Cornelium Gentilem per pœnitentiam cõuertit ad Christum cum alijs, de quibus dicitur. Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. Et de istis dicitur hic. *Vox domini confringentis cedros.* Sed in fine mundi cedros libani confringet, quia Iudæos superbos, quos tunc reperiet, ad fidem per pœnitentiam reducet, & de istis subditur. *Et confringet dominus cedros libani.* Vnde istũ versum sic ad propositum exponit Magister in glos. *Vox domini confringet cedros*, idest, *dominus confringet*, per pœnitentiam, & humilitatem *cedros*, idest, altos de gentibus. *Et confringet dominus cedros libani*, idest, altos de Iudæis, quos in fine conuertet, quando reliquię Israel saluę fiẽt. Sic enim de istis per pœnitentiam confringendis dictum est Psalm. 17. Persequar inimicos meos, & comprehendam eos, non conuertar, donec deficiant, scilicet ab infidelitate. Sequitur: Confringam illos, nec poterunt stare, cadẽt subtus pedes meos, scilicet per fidem & humilitatem.

Cedrus significat superbos.

Ioan. 20.

Act. 11.

Iudæus.

Et comminuet eos tanquam vitulum libani.

416 *8. q. 1. olim.*

HIc exequit de sacro vnctionis extremæ. Pro cuius euidentia notandum, ꝙ istud sacrm inter oĩa cõminuit vitia, & impinguat aĩam. Vnde notãt doctores, maximè Petrus Aureolus, ꝙ istud sacrm octo habet effectus. Primus est pecca-

Sacramenti vnctionis virtus.

peccatorum venialium remissio: probatur per illud quod habetur Iac. 5. Nam postq̃ dixit vngẽtes eum oleo, sequitur: Et, si in peccatis fuerit, remittentur ei: Et certum est, quòd nõ loquitur de mortalibus, quia illa solum per baptismum, & pœnitentiam remittuntur. Secundus est diminutio pœnæ tam pro mortali, quam pro veniali debitæ. Tertius est gratiæ augmentatio, quia omnia sacramenta nouæ legis debitè suscepta cõferunt gratiam. Quartus est gloriæ augmentatio, quia aucta gratia, augetur gloria sibi correspõdens. Quintus est interior animæ cõfortatio: nam in articulo mortis constitutus, est in ingenti timore ratione pœnæ corporalis, & potestatis diabolicæ. Et ideo hoc sacramentum diuina misericordia instituit, ad conferendum dignè suscipienti interiorem in vnctione iucunditatem, & robur, & spem contra dæmonis tentationes. Sextus est diabolicæ potestatis attenuatio. Septimus est infirmitatis etiam corporalis sanatio, & hoc vbi expedit sanitati animæ. Vnde in primitiua ecclesia suscepto hoc sacramento, multi etiam corporaliter sanabantur, vt patet Marc. 6. & Iacobi 5. Octauus est morientis congrua protestatio. Receptio enim istius sacramenti est quædam protestatio, qua infirmus protestatur, quòd permansit in fide ecclesiæ militantis, & ideo secutus hinc egreditur, & ingreditur ad populum ecclesiæ triumphantis. Ex quibus omnibus patet, quòd per istud sacramentum comminuũtur omnia peccata venialia, & dæmonis potestas, & interior anima impinguatur gratia, vt se Deo offerat in sacrificium. Et ista omnia breuiter de isto sacramento notat Psaltes dicens. *Et comminuet eos tanquam vitulum libani*, nam vt dicit Magister in glo. In monte libani vituli in sacrificio immolandi nutriebantur, quia mons ille ferax est herbarum, & irriguis fontibus consitus. Sic conformiter in isto sacramento, vt patet ex dictis, vituli immolandi Deo, idest, fideles morituri impinguantur, & nutriuntur gratia, & comminuuntur dæmones, & vitia, & hoc est quod dicit. *Et comminuet eos*, scilicet dæmones, & vitia. *Tanquam vitulum libani*, scilicet impinguando per gratiam, vt scilicet digni Deo post mortem offerantur, de primo dicitur. Comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: de secundò verò, quia isto sacramento impinguati vt vituli Deo offeruntur, dicitur: Acceptabis sacrificium iustitiæ, tunc imponent super altare tuum vitulos. *Et dilectus quemadmodum filius vnicornium*. Hic consequenter agit de sacramẽto Eucharistiæ. Vbi notandum, quòd in Christo est duplex natura, diuina, scilicet, & humana. Secundum naturam diuinam est verus Dei filius, sed secũdum humanam est ex Iudæis natus. Natura diuina notatur per dilectum, ipso patre dicente. Matth. 3. Hic est filius meus dilectus, vbi Hilarius his verbis pater Christi ostendit suum filium, non solum nomine, sed & proprietate: multi enim nos sumus filii Dei, sed non talis est hic filius. Hic enim & proprius, & verus est filius, non adoptione, sed origine, veritate, non nũcupatione, natiuitate, non creatione, quod pater ostendens ait. Hic est filius meus dilectus. Sic igitur per ly dilectũ, in Christo diuina significatur natura, quia verus est Deus, Dei filius. Natura verò humana significatur per filium vnicornium. Quid enim per vnicornẽ nisi populus Iudæorum intelligitur, qui cornu elationis gestabat in fronte? Vnde Grego. dicit. Per Rhinocerotem, vel vnicornem ille Iudæorum populus intelligitur: qui, dum accepta lege, non operatur, sed solum inter cunctos homines elationem sumpsit, quasi inter cæteras bestias cornu singulare gestauit. Vnde passionem suam per prophetam dominus pronuncians ait de Iudæorum populo. Libera me de ore leonis, à cornibus vnicornium humilitatem meam. Tot quippe in Iudæorum gente vnicornes fuerunt, quot per prædicamenta legis veritatis non de operibus legis, sed de singulari, & fatua elatione confisi sunt. Sic igitur per filium vnicornium intellige Christum secundum humanitatem ex Iudæis natum. Ad propositum ergo inter omnia sacramenta nullum est, quod realiter contineat Christum verum Deum, & verum hominem, quo ad diuinitatem, & humanitatem, nisi solum sacramentum Eucharistiæ. Istud ergo sacramentum commendans

Psal.

Psal. 17. *Psal. 50.* *Eucharistia.* *Dilectus significat Christum.* *Vnicornis significat Iudæos.* *Gregor. 31. mor. c. 13.* *Psal. 21.*

Psal. ratione contenti dicit: q hic est vere filius Dei, quia & dilectus, & filius hominis, quia & filius vnicornium. q. d. Quemadmodum est filius vnicorniũ. s. Iudæorum, quia secundum humanitaté sic est etiam in isto sacramento. Et sic exponit Magister in glos. d. *Quemadmodum filius unicornium*, idest, secundum quòd ipse est filius Iudæorum, idest, secundum quòd ipse est homo. Vnde de isto sacramento quia uirtute uerborum in hostia est corpus Christi, alia autem per concomitantiam, dicitur Psalm. 77. Et ædificauit sicut vnicornium sacrificium suum in terra, idest, in ecclesia, quam fundauit in sæcula.

417 *De consecr. d. 5. de spiritusancto:*

Vox domini intercidentis flammam ignis: vox domini concutientis desertum, & commouebit dominus desertum Cades.

Sacramentum matrimonij.

HIc consequenter agit de sacramẽto matrimonij. Vbi notandum, q sacramentum matrimonij tripliciter a Deo fuit institutũ. s. primò ad procreationem filiorum, & mutuum solatiũ, & sic fuit ante peccatum in paradiso institutum, ubi institutum fuit solum in officium. Secundò institutum fuit in remediũ. s. contra carnis concupiscentiã, quę sine peccato in coniunctione sexuũ expleri non põt, nisi per bona matrimonij excusetur: & sic fuit institutum post peccatum. Tertiò institutum fuit in signũ. s. spiritualis coniunctionis Christi, & ecclesiæ, & sic fuit institutũ in lege euangelica. Quantum aũt ad secundam institutionem apparet, q est institutũ contra libidinis ardorem. Item notandũ q carnis concupiscentia, vel libido per flã mam ignis significatur, quia sicut flamma ignis omnia consumit, & deuorat, sic & libido, & concupiscentia carnis nisi ei resistat. Vnde de libidine sub ignis nomine dicitur: Ignis est vsq; ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Quod ad literam de libidine exponens Greg. dicit, Beatus Iob crimen luxuriæ diffiniens ait: Ignis est vsque ad perditionem deuorans, &c. quia reatus huius facinoris non solum vsque ad inquinationem maculat, sed etiam vsque ad perditionem deuorat. Quia

Nota. Flãma dicitur libido. Libido omnia bona cõ sumit. Luxuria. Iob 31. Grego. 21. mor. c. 9.

quælibet alia fuerint bona opera, si luxuriæ scelus non restringitur immensitate huius criminis obruuntur. Nulla quippe ante omnipotentis oculos institiæ, pietatisque sunt opera, quæ corruptionis contagione monstrantur immũda. Quid prodest, si piè quisquam necessitati compatitur proximi, quando impiè in semetipso destruit habitationé Dei, &c. Ex prædictis ergo collige, quod per flammã ignis intelligitur libido luxuriæ, quam tamen sacramentum matrimonij reprimit, & excusat. Et hoc hic notans Psalm. de isto sacramento dicit: *Vox domini intercidẽtis flammam ignis.* s. luxuriæ, quam excusat. Quia etsi ex toto ipsam non extinguat: tamen intercidit illam. Et quia istud sacramentum excusat coitum à peccato, ideo subdit. *Vox domini concutientis desertum*, per desertum intellige peccatum, quod nos facit desertos à Deo, commouet ergo desertum, dum peccatum ab isto actu con iugali prohibet. Et quòd per desertum intelligat peccatum subdit. *Et commouebit dominus desertum Cades*, idest, peccatum, quod nos cadere facit.

Desertũ significat peccatum.

Vox domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in tẽplo eius omnes dicent gloriam. 418

HIc consequenter agit de sacramẽto ordinis: quod ideo specialiter est institutum, non solum vt possint dominica sacramenta dignè tractare, sed et vt alios de fide, & moribus habeant informare. Quorum præcipuum signũ est corona, quam in capite portãt. Quia vt ait Magister corona regale decus significat, vnde ministri ecclesiæ reges debent esse, vt se, & alios regãt, quibus ait Petrus Apostolus: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. Summitas enim capitis nudatur, vt eorum mẽs libera ad Deum monstretur, quæ reuelata facie Dei gloriam contempletur. Summitas enim capitis est eminentia mentis, & denudatio capitis est reuelatio mentis: clericus enim secretorũ Dei ignarus esse non debet. Ad propositum ergo: hic Psal. agens de sacramento ordinis ostendit primò eius eminẽtiam dignitatem. d. *Vox domini præparantis ceruos.*

Sacramentũ ordinis. Corona Clericalis. Magist. lib. 4. dist. 28.

Secun-

Secundò sciētiæ debitam claritatem. d. A *& reuelabit condensa*. Tertiò officij sanctitatem: ibi, *& in templo eius omnes dicent gloriam*. Vide ergo primò huius dignitatem. Vbi notandum, ꝙ sicut totū continet partem, & genus speciē, & species indiuidua, & non econtrario, sic in sacramento ordinis supremus ordo omnes alios continet, & non econtrario. Quāuis aūt episcopatus secundū Theologos non sit ordo: tamen est quædā suprema dignitas cæteros ordines continens. Ideo illo nominato, cæteri omnes nominantur. Volens ergo Psal. agere de sacramento ordinis, precisè agit de episcopis, ostendens eorum eminentiæ dignitatem. d. *Vox domini præparantis ceruos*. Quid enim per ceruos, nisi episcopi designantur? Nam vt dicit Magister de proprietatibus rerum. Ceruus inter omnia animalia dicitur esse maioris discretionis, maximè serpentibus inimicatur. Inter omnia animalia duo grandia portat cornua, quæ solida sunt, non vacua, quæ omnia episcopis conueniunt, quia præ cæteris maioris discretionis esse debent, & scientiæ: dist. 36. oportet etiam ordinandū. Serpentibus maximè debent inimicari, idest, hæreticis, & ipsos persequi. Magos & sacrilegos. Duo cornua in capite gestant: quia mitram cum duobus cornibus in capite portant. Sed nota, ꝙ eorum cornua ad similitudinē ceruorum debent esse solida, non vacua, quia significato illorum carere non debet, quia scilicet, scire debent testamentum vetus, & nouum: quæ per illa duo cornua mitræ significantur. De episcopis ergo sub nomine ceruorū dicit Psal. *Vox domini præparantis ceruos*. idest, per sacramentum ordinis episcopos consecrantis, & per consequens omnes alios inferiores ordines. Cōsequenter declarat eorum scientiæ debitam claritatem. d. *Et reuelabit condensa*. Quid enim est præcipuum episcoporum officium, nisi per scientiam sacram prædicare populo, & condensa reuelare, idest, obscura sacræ scripturæ declarando aperire, figuras mysteriorum reserare: quòd sine claritate scientiæ facere non possunt. Consequenter declarat ipsorum officij sanctitatem. Quia ad hoc clerici in ecclesia sunt ordinati, & maxime episcopi, vt per eos Deus magnificetur, & laudetur: vt ipsorū exemplo cæteri ad Dei laudem excitentur. Et hoc est ꝙ subdit. *Et in templo eius omnes dicent gloriam*.

Episcopatus.

Ceruus, significat episcopos. Cornua.

26. q. 5. episcopi eorūque.

dist. 23. qui episcopus.

dist. 36. qui ecclesiastices.

B

C

D

Dñs diluuium inhabitare facit, & sedebit dominus rex in æternum. 419

14. q. 1. loquitur.

HIc ultimo ostenditur, quibus muris ecclesia à Deo conseruatur. Vbi notandum, ꝙ per diluuium, quo aquę abundantes omnia consumpserūt, intelliguntur homines infideles, & Gentiles, qui velut diluuium fluidi sunt, & instabiles, omnē uirtutem penitus persequendo dissipantes. Vnde Lucæ 17. Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, venit diluuium, & perdidit omnes. Dicuntur ergo Gentiles, & idololatræ diluuiū: quia propter eos diluuium factum est in mundum. Et vide mirabilia opera Dei, qui istud diluuium inhabitare facit, scilicet ecclesiam suam: quia Gentiles conuertit ad fidem, per quos hodie regit, & gubernat ecclesiam. Quamuis enim Gentiles prius diuersos mores in suis sectis habebent, sicut diuersos Deos, vel idola colebant: tamen dum ipsos fecit in fide vnanimes, & concordes, eos ecclesiam fecit inhabitare. Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo, scilicet ecclesia. Istum sensum ponit Augustinus, vt habetur in glo. d. *Dominus diluuium inhabitare facit*, quia illos malos, scilicet Gentiles. qui alios in peccato submergebāt, inhabitare facit hoc templum, scilicet ecclesiam, quia etiam illos tales conuertit ad vnitatem ecclesiæ. Et in illis dominus in æternū habitat, & sedet per gratiam: propter quod subdit. *Et sedebit dominus rex in æternum*, scilicet regnans in eis in æternum. In iustis enim & sedet Deus, & requiescit, quod ideo sedes dicuntur, quia dominus sedet quiescendo in corde iustorum, vt ostendit Gregor. lib. 20. mor. ca. 5. Quid autem conferat Christus electis suis, in quibus habitando sedet, exprimit. d.

Diluuiū significat Gētiles.

Gentes conuersi sunt ad fidem.

Psal. 67. August.

Gregor. 20. mor. c. 5.

Dñs virtutem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace. 420

Fides dicitur fortitudo.

DVo enim bona Christus electis suis in quibus sedet, tribuit, scilicet hic cōtra vitia ipsos fortificat, & in futuro

futuro contra omnes miserias ipsos beatificat, de primo dicit. *Dominus uirtutem populo suo dabit*, scilicet populo suo in hoc sæculo contra aduersa mundi, contra diaboli tentamenta, & vitia fortitudinem dabit, qua omnia superando vincere possit. Et hæc virtus siue fortitudo, est virtus fidei: qua omnia vitia superantur & aduersa. Vnde Greg. ait: Vnicuique animæ, cui misericors dominus præsidet contra omnia fidei fortitudinē præbet, de qua Petrus ait: Aduersarius vester diabolus sicut Leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide: Et ideo dicitur Psal. 67. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ. In futuro autem suos beatificat: propter quod subdit. *Dominus benedicet populo suo in pace*. In præsenti enim uita nobis Deus benedicit, dando nobis suam gratiam, & virtutes: sed ista benedictio vitæ non est in pace, sed in continuo bello: propter quod ait suis Christus: Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, &c. Quinimo quanto hic benedictio Dei est maior, tanto ampiora tam mundi, quàm dæmonis insurgunt certamina. Non est pax vniuersæ carni. In futuro autem benedicet in pace: quia ibi nulla impugnatio, nulla aduersitas erit: quia in illo summo bono, mens perfectè quietabitur. Vnde Hiere. 29. In pace illius erit pax vestra, & Psalm. 4. In pace inidipsum, &c. quod bene notans Psal. dicit: *Dominus benedicet populo suo in pace*. Eccl. 11. Benedictio Dei in mercedem iusti festinat.

Gregor. 31. mor. c. 27.

Benedictio domini.

Ioan. 16.

Hiere. 12.

PSAL. XXIX.

241

5. q. 1. non est.

EXaltabo te, domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

PSALMVS iste talem habet titulum: *Psal. cantici in dedicatione domus David*. Pro cuius euidentia sciendum, quod hic non loquitur titulus de domo Dauid, quam ipse inhabitabat, sed de tēplo per Salomonem ædificato. Nullibi enim reperitur, quod Dauid domum suam dedicauerit. Dicitur autem templū per Salomonem ædificatum domus Dauid, tum quia ipse primus inuentor fuit, & imaginator illius ædificij, & tēpe suo illud facere voluit, sed de mandato domini fuit prohibitus: tum ēt quia omnes impensas templi præparauit: tum quia descriptionem templi, & ędificiorum in circuitu, vasorum, & vtensilium dedit Salomoni. Item notandum, quod peccata grauia, quæ commisit, s. adulterij cū Bersabe, & homicidij Vriæ ipsum Dauid multum diffamauerunt coram populo in tantum quod multi de populo propter illa reputabant ipsum à Deo reprobatum, nec illa peccata sibi à Deo dimissa quousque; ēt post mortem eius templum fuit ædificatum, & consecratum. Quando, scilicet, vt dictum est, Salomon voluit introducere arcam domini in templo: fores templi se clauserunt, nec fuerunt reseratæ donec Leuitæ cantantes Psal. 131. venerunt ad illum locum. Propter Dauid seruum tuum, ne auertas faciem Christi tui, scilicet regis Salomonis: quia tunc reseratæ fuerunt, quod videns omnis populus, cognouit, & credidit peccata prædicta ipsi Dauid à Deo fuisse dimissa, & ipsum ad Dei gratiam restitutum fuisse. Quæ omnia spiritu prophetico præuidens Dauid fecit istū Psal. tunc scilicet in dedicatione templi cantandum, in quo expresse confitetur peccata dicta se perpetrasse, & ipsa sibi fuisse dimissa ex Dei bonitate. Ex quibus apparet tituli expositio literalis, scilicet, *Psal. cantici Dauid*, idest, Psal. ex lætitia habita a Dauid ex remissione peccatorum suorum, quem scilicet fecit decantandum *in dedicatione domus*, idest, templi. Quibus præmissis, accedo ad Psalm. Et primò exponam literam. Secundò intellectum Psal. Quantum ergo ad literam Psal. iste diuiditur in duas partes, quia primo Dauid confitetur diuinā bonitatem. Secundò, propriā fragilitatē: ibi, *ego autem dixi*, Prima in duas: quia Dauid primò Dei bonitatem confitetur. Secundò ad hoc idē alios exhortatur: ibi, *Psallite domino*. Circa primū. d. *Exaltabo te, domine, quoniam suscepisti me*, &c. Dic vt Nic. de Ly. Quantum vero ad significatum literæ notandum s̄m Magistrum in gl. quod titulus istius Psalm. præ-

Domus Dei dicitur templum.

2. Reg. 1. 1. Paralip.

Peccata Dauid remissa ostendit per tarum templi apertio. 28.

prædictus non debet intelligi de dedicatione alicuius domus materialis, sed de spirituali domo, quę est Ecclesia, scilicet Christus, qui est caput, & de fidelibus, qui sunt eius membra, quæ tota vna domus vocatur. Quia & in capite Christo habitat omnis plenitudo gratiæ. Et de eius plenitudine nos omnes accepimus: Io. 1. Hæc autem domus fabricatur, & dedicatur, sed aliter in capite Christo, aliter in membris. Quantum aũt ad caput. s. Christum fabricata est in eius conceptione, sed dedicata in eius resurrectione, qñ scilicet resurgens ex mortuis immortalitatis gloria quoad corpus est B confirmatus. Quantum vero ad mẽbra quotidie fabricatur, dum infideles accedunt ad fidem; sed consecrabitur in futuro, quando scilicet fideles resurgentes ex mortuis immortales fulgebunt sicut Sol. Ex quibus apparet sensus tituli. *Psalmus cantici*, idest, letitiæ, habitæ, *in dedicatione domus Dauid*, idest, per dedicationem domus Christi, quæ dedicatio modo facta est in capite. Postmodum verò fiet in membris. Et nota, quòd in hoc Psal. loquitur totus Christus, quia huius Psal. quædam verba conueniunt capiti, idest, Christo, quędam corpori, idest, ecclesię C & quædam vtrique. Intentio autem Psa. est mouere fideles ad Dei laudem pro dedicatione iam facta de Christo capite. Et ex illa dedicatione facta ad spem nostræ dedicationis futuræ. Quibus visis accedo ad Psal. qui diuiditur in partes tres, quia de sua dedicatione, idest, resurrectione Christus tria facit. Quia primò ipsam attribuit. Secundò ostendit qualiter ipsam meruerit: ibi. *Ego autem*. Tertiò quomodo ipsam acceperit: ibi, *Audiuit dominus*. Prima pars diuiditur in duas. Quia primò gratias agit de sua dedicatione præterita. Secundò ad D spẽ nos erigit de nostra futura, ibi, *Psallite domino*. Prima in tres, quia primò agit de sua dedicatione. Secundò ad hoc de sua oratione, ibi. *Domine Deus meus*. Tertiò de sua à damnatis segregatione, ibi. *Domine eduxisti*. Quantum ergo ad primum gratias agit patri de sua dedicatione vel resurrectione. d. patri. *Exaltabo te, domine quoniam suscepisti me*, idest, in resurrectione dedicando me impossibilitis gloria, & immortalitatis. Sed dic, cũ

Quæstio.

A Deus sit immutabilis localiter, & essentialiter, qualiter exaltari pôt, quia non potest esse maior, non minor, non altior, non bassior, quia totum teplet? Et hanc quæstioné mouet Magister. Deus omnino incommutabilis est, non ergo augeri, vel minui potest sic nec exaltari. Et respõdet Deus penitus in se nec augeť nec minuiť, nec in se recipit magis, nec minus, sed in homine, quia homo augetur vel minuitur. Sicut Deus dicitur magnificari, & exaltari in nobis, qui tñ in se nec magnificatur, nec exaltatur: vnde propheta ait: Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Super quem locum ait Cassiodorus. Non in se sed in corde hominis grandescit. Sed adhuc restat dubium, si enim illa verba sunt Christi quomodo Christus patrẽ exaltabat? quia pater in seipso exaltari non poterat, vt dictum est. Nec etiam in corde Christi, qui tantã gratiæ, & scientiæ habebat plenitudinem, q; Deus ei plenius conferre non potuit. Rñdetur q; Christus sic gratias agendo patri, patrẽ exaltabat, non in se, nec in corde suo, sed suorum. Sequitur. *Nec delectasti inimicos meos super me*. Sed quomodo hoc est verum, nonne lætificati sunt inimici Christi, quando ipsum flagellauerunt, & crucifixerũt? Et certè in persona Christi loquitur Hier. d. Omnes inimici mei audierunt malum meum, & lætati sunt. Respondetur. Quòd etsi lætati sunt de morte Christi, non tamen de ipsius dedicatione: de qua hic loquitur. Vnde ait Magister in gl. Super Christum quidem iucundati sunt inimici eius, dum penderet in cruce. Sic & superiucundantur in passionibus, sed non in dedicatione, nec super eum, nec super suos.

Magist. lib. 1. dist. 17.

Psal. 63.

Quæstio.

Christus qualiter exaltauit patrem.

Quæstio.

Threno. 1.

Domine Deus meus, clamaui ad te, & sanasti me.

HIc consequenter Christus agit de sua oratione quam fecit pro sua dedicatione. d. *Domine Deus meus clamaui ad te*, &c. Oratio enim est quidam clamor nonquidem vocis corporis, sed interioris cordis. Oratio enim deuota quidam clamor est cordis aures Dei pulsans. Vnde Deo dicit Psal. Dñe, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Clamauit ergo Christus ante passio-

422 De consecr. dist. 1. quando autem.

Clamor orantis Christi.

Psal. 101.

Ioan.17. *Resurrectio Christi.* passionem suam ad patrem orando pro sua dedicatione. Vt pura qsi ad patrem orando dicebat. Clarifica me tu, pater, &c. Ante enim suam resurrectioné Christus habebat corpus infirmum, & obscurum sicut cæteri. Sed per resurrectionem suscepit sanum, & incorruptibile corpus clarum, imò clarius Sole. Et ideo statim subdit. *Et sanasti me*, scilicet in resurrectione: quia iam nó gero ægrũ corpus subiectum passionibus, sed gloriosum, & immortale. *Psal.59.* *Qõ Christus qualiter orare poterat.* Ante.n. percusserat Deus corpus Christi multis flagellis, & aduersitatibus ipsum exponendo, sed postmodum ipsum plene sanauit resuscitando. Vnde de corpore Christi dr. Commouisti terram, & conturbasti eã, sana contritiones eius, &c. Sed hic Magister mouet dubium d. Impossibile vr, q Christus ad patrem clamet, & oret, cũ sit omnipotens Deus, qui fidelium vota implet, per quem omnia facta sunt. Ad hoc respondet d. sciendum, q Christus nec homo tantum, nec Deus tantũ est, sed verus Deus, & verus homo, nec duo tñ, sed vnus est Christus, qui non fm q Deus, sed ex eo q homo, est infirmus. Et ex hoc ét orans pro nobis mediator est inter Deum trinitatem patrem filiũ, & spiritum sanctum, & nos peccatores habens cũ vtroq; conuenientiam. In eo enim quod infirmus est, appropinquat nobis. In hoc aũt quod peccator nó est, sed iustus nos Deo iungit. In eo tamen q homo est, præest nobis, vt caput in quo sunt oẽs sensus, qui cæteris mẽbris applicant. Non est ergo impossibile fm hominem, quem suscepit, orare. Quia ipse est, qui oratur secundum diuinitatem, &c. Vel dicendum, quod oratio secundum quod est quoddam desideriũ habendi à Deo, quod quis nondum habet, Christo poterat conuenire.

423 *Domine, eduxisti ab inferno animam meam saluasti me à descendentibus in lacum.*

De consecr. d.25. tenetur.

HIc consequenter Christus agit de sua segregatione à dãnatis. Quoniã animæ illorum Christo resurgente in inferno remanserunt, Christi anima inde ascendente. *Aia Christi fuit in inferno.* Anima enim Christi statim à corpore separata, descendit ad limbum sanctorum patrum vt illos visitaret, ac inde secum educeret. Et ibidem mansit per triginta nouem horas. s. ab hora nona feriæ sextæ, in qua spiritum emisit, vsque ad horam matutinam, siue, vsq; ad diluculũ diei dominicæ, qñ per resurrectionem corpori fuit reunita. Et hoc est, quod Chistus de se capite dicit. *Domine, eduxisti ab inferno animam meã.* Et sic illam ab iniquis separasti. Et hoc est, quod subdit. *Saluasti me à descendentibus in lacum.* Infernus enim dicitur lacus, quasi laqueus, quia quos capit, retinet laqueatos. Vel dicitur lacus, quasi aquæ locus per contrarium, sicut piscina à piscibus, & pontus à ponte per oppositum, quia in inferno non est aqua. s. refrigerationis, vel gratiæ liberantis, scilicet, quoad damnatos. *Lacus significat infernum.* Et de isto lacu eduxit Christus sanctorum animas. Zacha.9. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo nó erat aqua. Hic oportet recordari de dictis superius Psal.9 versiculo. Conuertantur peccatores in infernũ, &c. Qualiter idem est locus inferni, purgatorij, & limbi diuersis nominibus nuncupatus secundum diuersitatem ibi existentium, &c. *Lacus significat peccatum.* Vel aliter secundum Magistrũ in glo. Per lacum enim intelligitur profunditas peccatorum, & abundantia nequitiæ vt superbiæ, inuidiæ, crudelitatis, &c. Qui ergo se immergunt in libidine & in terrenis desiderijs, illi in lacũ descendunt. Cum ergo persecutores Christi fuerũt huiusmodi, merito ipsi descenderunt in lacum, Christum persequendo & occidendo. Et de istis nunc dixit Christus patri. *Saluasti me à descendentibus in lacum*, quia ab illis saluatus est in resurrectione, ne amplius sibi nocere possint, iam factus immortalis. Sic enim promiserat Pater filio, Ego tecum sum, vt saluem te. *Hiere.15.*

424 *Psallite domino omnes sancti eius, & cõfitemini memoriæ sanctitatis eius.* *15.q.2. reuertimini.*

COnsequenter hic nos exemplo suæ resurrectionis ad spem ducit nostræ resurrectionis futuræ. Hic enim loquitur Christus non vt caput ecclesiæ, sed vt corpus, id est, in persona sui corporis. Et diuiditur in tres partes. Quia primo nos inducit ad gratiarum actionem.

Secun-

Secundò oſtendit Dei mei miſeratione: ibi. *Quoniam ira in indignatione.* Tertiò noſtram futuram reſurrectionem: ibi. *Ad veſperum.* Quantum ad primum ſciē dum q; Chriſti reſurrectio cauſa eſt, & forma noſtræ reſurrectionis futuræ, vt deducit Apoſt. 1. Cor. 15. Quia Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Vnde ſicut incarnatio Chriſti, natiuitas, & paſſio propter nos facta eſt, ita & eius reſurrectio propter noſtram reſurrectionem. Et ideo narrata eius reſurrectione, eccleſia ad gratiarū actionem nos excitat. d. *Pſallite domino ſancti eius.* Quia conſiderat eccleſia, hæc futura in membris, quæ præceſſerunt in capite. q. d. *Pſallite* quia reſurrexit caput noſtrum. Et per hoc ſperate cætera mēbra, quod in veſtro videtis capite, quia idem vobis eſt promiſſum. Et dicit: *Omnes ſancti eius*, ideſt, qui eſtis vel eſſe vultis de numero membrorum capitis. *Et confitemini memoria ſanctitatis eius*, vel ſecundum aliam literam, *ſanctificationis*, i. laudate eum. Quia & ſi vos eius eratis obliti, ipſe autem non eſt oblitus vos, quia ex bonitate ſanctitatis ſuę vos ſanctificauit, ideſt, ſanctos per reſurrectionem facere diſpoſuit. Quia in eo quod reſurrexit veſtram reſurrectionem ordinauit. Sed hic forte quęres, quia dictum eſt, q; Chriſti reſurrectio cauſa fuit noſtræ reſurrectionis. Et videtur q; non: quia illud non eſt cauſa rei, quo non poſito, etiam res poneretur in eſſe, ſed nō poſita Chriſti reſurrectione per impoſſibile, ad hoc diuina iuſtitia malos puniret in anima, & corpore, & bonos præmiaret, &c. Ad oppoſitū eſt, Apoſtolus Sicut in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes uiuificabuntur. Reſpondeo q; Chriſti reſurrectio eſt cauſa noſtræ reſurrectionis, & hoc multipliciter ſcilicet, effectiue, finaliter, & exemplariter. Cauſa autem efficiens eſt duplex, ſcilicet, aut ſicut primum principium, aut ſicut inſtrumentum. Chriſtus autem eſt efficiens noſtræ reſurrectionis vt primū principiū, inquantū Deus eſt, ſed vt inſtrumentum inquantum ad vocem eius omnes mortui reſurgent, quia Deus dabit voci eius uocem uirtutis. Eſt autem cauſa finalis, quia ad hoc boni reſurgēt, vt in Chriſto reſuſcitato beatificentur, ſcilicet, anima in diuinitate, ſed corpus in Chriſti humanitate verbo hypoſtaticè coniuncta. Eſt cauſa exemplaris: quia talia erunt corpora noſtra per reſurrectionem glorificata, quale Chriſtus ſuū corpus in reſurrectione monſtrauit. Ad argumentum in oppoſitū dicitur, quòd licet Deus aliter reſuſcitaſſet corpora noſtra, etiam ſi Chriſti reſurrectio non eſſet, tamen ſic decreuit facere vt Chriſti reſurrectio noſtræ reſurrectionis modis prædictis eſſet cauſa.

Reſurrectio Chriſti reſurrectio noſtra. — *Reſurrectio Chriſti cauſa noſtra reſurrectio.* — *2. Cor. 15.* — *Cauſa efficiēt duplex.*

Quoniam ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius.

425 De pæ. d. 3. productor.

OStendit hic Dei miſerationem, ſimul & indignationem erga genus humanum. Præceperat enim Deus primis parentibus, ne de ligno ſcientiæ boni, & mali tangerent, comminans eis. d. Quacunque hora comederitis, moriemini. Illi autem contra Dei præceptum lignum comederunt, & ſic Deum irritauerunt, & mortis ſentētiam incurrerūt, ipſi & omnes poſteri ipſorum. Quāuis ergo indignatio nec ira propriè cadat in Deo, qui paſſionibus alterari non poteſt, dicitur tamen iratus, & indignatus qñ malos punit: ſicut dicitur miſericordię recordari, qñ tollit miſerias noſtras. Sic ergo ira fuit in indignatione eius qñ pp peccatum commiſſum contra totum genus humanum mortis ſententiā tulit. d. Geneſ. 3. ipſi Adæ: Quia comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et ſic damnatum indignatione Dei, genus humanum. d. Sagittæ dñi ſunt in me, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. i. ſeparat animam à carne per ſententiam mortis. Et hoc eſt, quod nunc ait Pſalm. *Quoniam ira in indignatione eius.* Sed ne deſperent homines, audi quod ſequitur de Dei miſeratione. *Et uita in uoluntate eius.* q. d. Peccatis veſtris exigentibus, mortis data eſt ſententia: ſed ſola ſua miſericordia, & voluntate, & non meritis veſtris dabitur vobis vita poſt mortem, tam corporalis per reſurrectionem, quam beata per fœlicitatem. Et ſic vita futura non eſt ex meritis veſtris, ſed ſolum in voluntate eius,

Ira Dei eſt punitio. — *Iob 6.* — *Vita aeterna.*

eius,vt dicat. Vos mortui ad vitam per vos redire non potestis: sed ipse vos reducit: quia vos ipse gratis saluauit. Eratis enim peccatores: quid autem peccatori debetur, nisi supplicium? Quoniã, vt ait Magister: Meritis impij,non debetur gratia, sed pœna. Et hoc notans dicit. Quod si mors fuit ex peccato vestro,vita tamen est in volũtate eius, uel ex gratia illius.

Magist.lib. 1. dist. 26.

426 *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.*

HIc consequenter nostram futurã ostendit resurrectionem. Vbi aduerte, q sicut peccatum nostrũ fuit causa mortis Christi,sic & resurrectio Christi causa fuit vitæ & resurrectionis nostræ: quod satis patet ex hora peccati nostri & Christi passionis,& ex hora resurrectionis Christi,& nostræ. Quoniam eadem hora, qua peccauit primus homo,passus est Christus, & eadem hora, qua Christus surrexit, & nos resurgemus. Primum tangit,d. *Ad vesperum demorabitur fletus.* Secundum,d. *Et ad matutinum lætitia.* Adã enim peccauit,sole declinante. Vespera enim est, quando sol in occasum declinat. Vnde declinante Sole temporali, idest, aduesperascente,peccauit Adam: ad significandum q per peccatũ lux veri solis, qui est Christus,declinabat ab eo. Vnde dicitur Gene,3. Quod cum deambularet dominus ad auram post meridiẽ,Adam timuit,& abscondit se. Iam enim peccato confusus,nolebat videre faciem domini, ad q̃ consueuerat gaudere. Ex isto peccato, aduesperascẽte die, commisso,inchoata est omnis ista vita mortalis, dies versus est in noctem,lætitia in fletum: vnde oĩs miseria,& pœna huius vitæ mortalis. Et hoc est,quod dicit. *Ad vesperum demorabitur fletus,* idest, ad vesperum peccauit homo: ex quo demoratur fletus in nobis mortalibus,idest,diu moratur,& in multis. Sic & fletus Christi passionis pro illo peccato redimẽdo ad vesperum fuit. Mortuus enim fuit hora nona post meridiem. *Ad vesperum ergo demorabitur fletus,* tam peccati Adæ, quam Christi passionis. Quod clarè figuratum fuit. 3. Reg. 22. vbi dicitur: Rex Israel stabat in curru suo contra Syrios, & mortuus est vesperi. Rex Israel,idest,vidẽtium Deũ Christus, Syrij autem qui interpretãtur sublimes, & excelsi, sunt dęmones elati superbia. Sequitur. *& ad matutinum lætitia.* Quantus enim fuit planctus & dolor mortis Christi,tãta fuit resurrectionis eius lætitia. Quæ quidẽ resurrectio mane.i. diluculo fuit facta, quæ et fuit causa nostræ lætitiæ, & resurrectionis, quę consimili hora fiet. Et ideo tam de Christi resurrectione, quàm de nostra dicit. *Et ad matutinum lætitia.* Et de hoc mane resurrectionis dicitur. Mane semen tuum florebit. Quid enim semen, nisi corpus, quod seminaliter generatur? Quod quidẽ florebit: quia mane resurget,sic & Christi caro mane refloruit.

De pœ.d.5. defleat.

Peccatũ nostrum causa mortis Christi.

Vespera.

Matth.27.

Mane fuit resurrectio Christi.

Esa. 17.

Ego autem dixi in abundantia mea nõ mouebor in æternum.

427

De consecr. dist. 10. placuit.

HIc consequenter ostẽdit Christus qualiter suam resurrectionẽ meruerit. Vbi notãdum q resurrectionem suam Christus meruit virtute suę passionis: vt ostendit Apostol. ad Phil. 2. Quia humiliauit semetipsum,&c. Propter q Deus exaltauit illum. Vnde circa suam passionem, quæ suæ resurrectionis fuit meritũ,vt ostendat quanta,& qualis fuerit,tria facit. Quia primò ostendit suã dignitatem. Secũdo suæ passionis acerbitatẽ: ibi. *Auertisti faciem tuam.* Tertiò suæ resurrectionis necessitatem: ibi, *Ad te domine.* Quantum ad primum sciendum, q tanto passio alicuius iudicatur grauior, quanto persona patiens est dignior & nobilior. Nulla autem persona dignior persona Christi: quæ est persona verbi. Et hanc dgnitatẽ Christus de se notans.d. *Ego autem dixi,*&c. Abundãtiam dicit diuinitatis plenitudinẽ, quæ in ipso habitabat, per quam data est ei gratia non ad mensuram: per quam gratiam sic erat in bono confirmatus, q à virtute per peccatum cadere non poterat,nec à verbo separari. Quæ omnia ostẽdunt personæ eius immensam dignitatẽ,vt merito.d. *ego autem dixi in abundantia mea,*i.in confidentia diuinitatis, cuius plenitudo inhabitat in me. Quid dixi? *Non mouebor in æternum,* scilicet: à Deo: sicut Adam ab eo per peccatũ est separatus. Et istam talem dignitatẽ non sibi attribuit Christus,sed patri dixit.

Dignitas Christi.

Domine

428 *Domine, in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem.*

Duo dicit à voluntate Dei sibi data, scilicet decorem, & virtutem. Decor est pulchritudo innocétiæ & immunitas à peccato. Virtus autem potestas, per quam virtutes faciebat, & miracula, quia dæmones fugabat, leprosos mundabat, infirmos sanabat, mortuos suscitabat. Hæc enim habebat Christus ratione humanæ naturæ, quæ defectibilis est, & infirma, sed à voluntate diuina, quæ illa sibi per unitatem verbi communicauerat. Et aduerte, quòd aliter Deus dedit Christo decorem innocentiæ, & aliter virtutem potentiæ. Quoniam oībus modis decorem habuit, quia nullum peccatum contraxit, neq; peccati causam, sed neq; peccare potuit, quia in primo instanti suæ creationis eius aīa fuit beata, & in gratia confirmata. Vt dicit Magister. Virtutem aūt potentiæ nō habuit omnib. modis. Quoniā ut ait Magister Anima Christi omnia scit, q̄ Deus scit, sed non omnia potest, quæ Deus potest. Et infrà. Si verò quæritur, quare Deus non dedit ei potentiam faciendi omnia sicut & sciendi omnia? Responderi pōt, quia anima naturaliter capax est scientiæ, non est autem capax omnipotentiæ. Vnde & seipsam cognoscebat, seipsam tamen facere non poterat. Habuit ergo decorem omnem innocentiæ, sed non omnem virtutem potentiæ. Et, si quæras nunquid Christus habuit solus omnem decorem innocentiæ. Vbi ergo est virgo Maria, vbi Ioannes Baptista, & alij sancti? Rñsio, vbi notandum, q̄ peccatū tollit plenum innocentiæ decorē, peccatum aūt duobus modis contrahitur. s. originale, scilicet, causaliter, & formaliter. Causaliter q̄n seminaliter quis cōcipitur, tunc in re concepta est quædam fœditas, & pronitas ad malum, quæ est causa, quare anima creata, & illi corpori vnita peccatum contrahit formaliter. Ita quòd peccatum originale causaliter contrahitur in propagatione seminis, sed formaliter in conceptione hominis. Modo ad propositum non contraxit formaliter neque causaliter, quia non descendit ab Adā per seminalem propagationem. Et sic habuit omnimodam innocentiā. Virgo autem Maria contraxit causaliter, quia per seminalem propagationem concepta, sed non contraxit formaliter, quia antequam anima eius esset creata, illud semen fuit purificatum, & sanctificatum, & sic anima illi vnita non fuit maculata. Ioannes autem Baptista, & quilibet alius quicunq; sanctus contraxit causaliter, & formaliter, quamuis aliqui, antequam nascerentur fuerint purgati, & sanctificati. Ex prædictis apparet q̄ puritas virginis Mariæ tenet medium inter puritatem Christi, & aliorum sanctorum.

Decor innocentiæ Christi Virtus potestatis Christi. *Magister li. 3. dist. 12.* *Magister. lib. 3. d. 14.* *Quæstio.* *Resp.* *Peccatum originale.* *Maria. Nota.* *Puritas B. virginis media inter puritatē Christi & aliorum sanctorum.*

Auertisti faciem tuam à me, et factus sum conturbatus. 429

Hic consequenter ostendit suæ passionis acerbitatem. Cùm enim anima Christi omnibus donis virtutum esset repleta, non faciliter poterat tristari, sed solum magnum motiuum, passio, vel iniuria ipsum tristare vel turbare poterat, & hoc solum secūdum portionem inferiorem, & non secundum superiorem. Cum ergo anima eius in passione sua fuerit tristis, & turbata argumentum est euidens, quòd eius passio dura fuit, & acerba. Fuit nāq; tristis: vnde Matth. 26. Assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari, & mœstus esse, tunc ait: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Consimiliter fuit conturbatus: Vnde Io. 12 dicit: Nunc anima mea turbata est. Has autem passiones Christus voluntate suscepit non necessitate, vt per illas nostras passiones mitigaret. Vnde Chrysostomus exponēs prædicta verba dicit. Quia dominus discipulos ad passionem exhortatus fuerat, ne dicant quòd ipse extra dolores humanos existens facilè de morte philosophatur, & nos admonet ad mortē, propter hoc quòd ipse est sine periculo. Ideo Christus etiam ostendit, quòd ipse propter acerbitatem passionis etiam, in agonia fit, veruntamen propter vtilitatem mortem non renuit. Dicat ergo patri. *Auertisti faciem tuam à me.* Hoc idem alijs verbis dicit, Domine Deus meus, quare me dereliquisti? *Et factus sum conturbatus,* scilicet secundum portionem inferiorem.

Passionis Christi acerbitas. *Chrysost.* *Cōturbatus fuit Christus.* *Psal. 21.*

430 *Ad te, domine, clamaui, & ad Deum meum deprecabor.*

HIc consequenter ostendit suæ resurrectionis necessitatem, Et duo facit. Quia primò suam ponit postulationem Secundò ad hoc adducit necessitatem vel utilitatem, ibi. *Quæ utilitas*, Ad Deum enim clamare est corde orare, sic quòd clamor cordis dicitur oratio. Psal. 101. Domine exaudi orationē meam, & clamor meus ad te veniat. Vt autem aliàs dictum fuit oratio differt a deprecatione. Quia propriè oratio est pro bonis adipiscendis, deprecatio autē est pro malis remouēdis. Et sic Christus hic orat, & deprecatur. Orat, cum dicit. *Ad te, domine, clamaui*, idest pro bono obtinendo, scilicet, pro gloria resurrectionis, & immortalitatis, Consequenter deprecatur. d. *Et ad Deum meum deprecabor*, scilicet, pro malis remouendis, vt puta pro mortalitate, & passione crucis tollenda & remouenda, & attende, ꝙ orationem ponit de præterito. *Ad te, Domine clamaui*, sed deprecationem de futuro. d. *Et ad Deum meum deprecabor*. quia sicut præteritum tempus futurum præcedit, sic bonum præcedit malum, quia omne malū in bono aliquo fundatū.

Oratio.

Deprecatio.

431 *Quæ utilitas est in sanguine meo, dum descendo in corruptionem.*

6. q. 7. hoc diximus.

CHristus hic consequenter allegat patri rationem, & necessitatem suę resurrectionis. Vbi sciendum quòd ideo Christi passio & sanguinis effusio à Deo præordinata fuerunt, ut pro peccatis nostris condigna Deo fieret satisfactio. Quia cum satisfactio sit æquiualentis, alias indebiti redditio. Et humanum genus peccando Dei honorem abstulerat, pro cuius satisfactione nihil æquiualens atque indebitum poterat reddere, quia quicquid poterat ad honorem Dei facere, iam totum debitum erat ratione creationis. Ideo disposuit Deus, ꝙ vnus homo fieret: qui pro peccato illo debitor non esset, cuius uita tantum bonum, uel maius esset, quam omnium aliorum hominum, cuius vita pro honore Dei exponeretur in mortem, ut pretio sui sanguinis Deo plenè esset satisfactum. Vnde dicit Magist. quòd per Christi mortem, & sanguinem redempti sumus à diabolo, & peccato. Redemptio autem perfecta, redemptum debet restituere finaliter in eodem statu, uel meliori quam fuerit ante captiuitatem. Si autem homo non fuisset per peccatum captiuatus, æternaliter vixisset in anima, & corpore. Sic ergo Christi sanguinis effusio vitam non solum animæ, sed etiam corporis æternam nobis debuit conferre per resurrectionem. Sed si Christi resurrectio, quæ est causa nostræ resurrectionis non fuisset, nostra resurrectio nō sequeretur. Et sic utilitas quam ex Christi sanguine debemus consequi, perdita fuisset. Et hoc est, quod dicit Christus, *Quæ utilitas est in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* idest, si corpus meum corruptum fuerit, & incineratū, quod erit nisi cito resurgā, quasi dicat, nulla, quia nec alij resurgent, scilicet in anima ad fidem quia nemini annunciabo mirabiliā tua, nullum lucrabor, Neque etiam resurgent in corpore, cum resurrectio capitis sit causa resurrectionis membrorum. Et sic nisi resurgam peribit ab hominibus laus, & confessio nominis tui. Et hoc est, quod subdit.

Satisfecit Christus pro nobis.

Magistr. lib. 3. d. 19.

432 *Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit laudem tuam.*

QVasi dicat. Si nō resurgam, corpus meum in puluerē vertetur sicut & omnium aliorū. Sed *nunquid puluis*, i. corpora in puluere redacta, *confitebitur tibi*, s. te laudando, uel te alijs ꝑdicando? Et hoc est. *Aut annunciabit laudem tuam?* quasi dicat, non. Quoniam vt dicitur Eccl. 17. A mortuo perit confessio. Vel per puluerem accipe omnes peccatores, secundum illud Psal. 1. Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, &c. dicat ergo de peccatoribus. *Nunquid confitebitur tibi puluis?* scilicet peccator laudes tuas, vel peccata sua, scilicet, si non resurgam, quasi dicat, non. Quia illi nō conuertētur ad fidem & sic nec te confitebuntur, sed neque tibi. Ex istis enim verbis necessitatem ostendit suæ resurrectionis, ne pater sinat eum in corruptionem descendere. Sciendum est autem, quòd duplex est confessio, scilicet, peccati & laudis, De confessione peccati dicitur Conuertere ad dominum, & dere-

Puluis.

Peccator.

Eccl. 17.

derelinque peccata tua, non demoreris in errorem impiorum, ante mortem confitere. Et Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, &c. De confessione verò laudis dicitur. Confiteberis viuens, & sanus confiteberis, & laudabis dominum, & Ps. 104. Confitemini domino, & Psallite, narrate omnia mirabilia eius: Vnde ait Magist. in glo. Sciendum est, q gemina est confessio, aut peccati, aut laudis. Nunquam ergo sine confessione esse debemus, Quando enim malè est nobis in tribulationibus, confiteamur peccata nostra. Quando autem bene est nobis in exultatione, & lætitia, confiteamur domino laudem. Sed fortè, d. Nunquid necessaria est confessio criminis ad ueniã peccati percipiendam? Et uidetur quòd non. Quia contritio præcedit confessionem, sed contritione peccatum remittitur. Ps. 50. Cor contritum, &c. ergo ante confessionem iam est peccatum dimissum, igitur non requiritur cõfessio, quia nullum posterius necessario requiritur ad prius. Item quia pronior est Deus ad miserendum, quam ad puniendum, sed solo actu cordis consentaneo subtrahit gratiã, ergo multo fortius solo actu cordis, scilicet contritione gratiam donat, & peccata remittit. Item Ps. 31. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu re. &c. Ad oppositum dicitur prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur. Item Ioan. Chrysost. inde reparatione lapsi, dicit, Non potest quis gratiam recipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per confessionem. Item Ambrosius in lib. de paradiso. Si potest quis iustificari à peccato ante confessionem, ergo confessio necessario præcedit. Respõdeo, quod cum iustificatio sit gratiæ infusio, ad quam peccatum remittitur, quòd ad peccati remissionem non est necessaria peccati confessio, neque ad iustificationem, Secundum enim rectum ordinem confessio sequitur tempore contritionem. Et si sequitur contritionem, cum ipsa contritio non sit sine iustificatione, nec econuerso, ipsa iustificatio potest esse, & de facto est sine confessione. Sed pro solutione argumentorum, & concordantia est notandum, quoad secundum argumentum, quamuis quis possit iustificari sine sacramentis, non tamen contemnens sacramenta. Quoniam igitur confessio est peccantibus imposita, impossibile est aliquem iustificari, qui non habet confessioné in facto, uel in proposito. Si enim confessionem contemnat, quantumcunque doleat non acquirit iustitiam. Si autem confessionem habeat in proposito, cum Deus bonam uoluntatem in talibus pro facto reputet, ipsum iustificat. Et ideo pro tanto dicunt auctoritates, & argumenta prædicta, quòd confessio sit necessaria ad iustificationem. Voluntatem enim efficacem confitendi uocãt confessionem. Et hoc patet discurrendo per singula. Ad primum cum dicitur: qui abscondit scelera, &c. apparet, quòd loquitur de illo, qui non tantum non habet propositum confitendi, imo etiam habet malitiam occultandi, & excusandi. Ad dictum Chrysostomi eodem modo, uel si intelligat de actu confitendi, tunc assumunt confessionem. pro peccati recognitione, quæ interius est inter animam, & Deum. Ad dictum Ambrosij consimiliter. Sed statim aliud insurgit dubium non minus. Quia, si anima iam in contritione est iustificata, ad quid ualet sequens confessio, imò uidetur superflua. Respondeo, quòd quia confessio est instituta sub præcepto, ad quam omnis peccãs tenetur. Et ideo quia ab hoc præcepto per iustificationé non absoluitur, sicut nec ab alijs diuinis præceptis, ideo etiam post remissionem peccati tenetur confiteri. Si non confitetur, cadit iustitia. Sicut enim nullus potest iustificari, qui sacramenta contemnit, sic nullus in iustitia perseuerare potest, si post iustitiam ex contemptu negligat confiteri, & non curat cadere à iustitia, cum cadit à proposito confitendi, sine quo iustificari non poterat. Dico igitur, q confessio est necessaria iustificato post iustificationem necessitate præcepti, à qua non absoluitur per iustificationem. Alij autem dicunt, quòd iustificatio facta in contritione est conditionalis scilicet si exequatur per effectum propositum, quod habuit confessionis. Sicut absolutio excõmunicationis facta sub conditione si satisfaciat læso, qui post absolutio-

Eccle. 17. *Confessio.* *Contritio. Quæstio.* *Chrysost. in de reparat. lapsi.* *De hac re in qua auctor est lapsus, vide cõsuram in principio huius tomi positam.* *Quæstio Confessio ad quid valet.*

lutionem, si satisfacere contemnit, non tenet absolutio. Primus tamen modus plus mihi placet.

443 *Audiuit Dominus, & misertus est mei, Dominus factus est adiutor meus.*

HIc consequenter ostendit quomodo ipsam resurrectionem à patre acceperit. Sic tria facit. Quia ostendit primò exauditam esse suam orationem. Secundò ostendit acceptam resurrectionem, ibi. *Conuertisti.* Tertiò surgit ad gratiarum actionem. ibi. *Vt cantem tibi.* Primò ergo suam orationem exauditã ostẽdit. d. *Audiuit dominus et misertus est mei.* Quid enim est Deum nos audire, nisi vota nostra misericorditer exaudire? Vnde Greg. Audire nostrum est aliunde venienti sono aurem accommodare. At contra Deo cui nihil est extra, audire propriè est sub semetipso surgentia desideria nostra percipere. Ad dominum ergo, qui & tacentium corda agnoscit, loqui nostrum est, non uocibus gutturis, id quod sentimus prodere sed promptis ad illum desiderijs inhiare. Audire autẽ Dei est misericorditer vota nostra percipere. Vota quippe nostra quotiens effectum percipiunt, multiplicantur, vnde scriptum est. Ego clamaui, quoniã exaudisti me. Non enim ait, quoniam clamaui tu exaudisti me, sed clamaui quoniã exaudisti me. Qui. n. loquens exauditus fuerat, votis proficientib. exauditus clamabat. Sic ergo & nũc Christus se exauditum. d. ait. *Audiuit dominus.* scilicet me exaudiuit. Et idem alijs verbis replicat, d. *Et misertus est mei.* Quid enim est misereri oranti, nisi ipsum exaudire? Item hoc idem alijs verbis. d. *Dominus factus est adiutor meus.* Nihil enim aliud est domi num orantem adiuuare, nisi eius votis annuere. Quid enim Christus hic à patre in isto ps. nisi suam resurrectionẽ petit, vt nostram consequẽter efficeret? Et in hoc sibi misertus est Deus nõ permittẽs corpus eius perdi vel incinerari, propter quod gratias agens patri, dicit, Laudabo te Deum saluatorem meum, quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, & ab incineratione.

Audire Dei & nostrũ. Greg. lib. 3. mor. c. 2.

Psal. 16.

Eccl. 51.

E *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meũ & circundedisti me lætitia.*

434 *q. 5. non omnis.*

COnsequenter hic Christus ostendit resurrectionem acceptam à patre. Tempore. n. passionis anima Christi turbata fuit & tristis. Vnde & trib. Apostolis dixit, tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Similiter & tristes erant Apostoli de nece sui domini. Sed ista Christi tristitia per resurrectionem fuit in gaudium conuersa. Quia sicut extrema F gaudij luctus occupat, sic per oppositũ, & extrema luctus gaudium occupare debet. Talem cõuersionem tristitiæ in gaudium Christi satis ipse manifestat. d. Nisi quia dominus adiuuit me paulominus habitasset in inferno anima mea, idest qa adiuuit, ideo ibi nõ habitabit, sed redijt ad corpus per resurrectionẽ: & sequitur, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, scilicet tempore passionis consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Consormiter, & nunc dicit. *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi.* Hoc etiam de G apostolis, & alijs fidelibus accipi potest, quos sicut dolor Christi passionis, & mortis inuaserat, sic resurrectio lætificauit. De quibus dicitur. Gauisi sunt discipuli uiso domino, & hoc est, quod dominus eis prædixerat tempore suæ passionis. Ioan. 16. Mundus gaudebit, scilicet mundani de mea passione, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, scilicet per resurrectionem. Et hoc est quod dicit, conuertisti planctum meum, scilicet. Apostolorũ meorum de me in gaudium mihi, scilicet de me. Et causam talis conuersio H nis ostendit fuisse resurrectionem. d. *Concidisti saccum meum,* &c. Vbi nota q per saccum intelligitur caro nostra, saccus. n. dicitur vestis aspera in usum laboris, & pœnæ vel tristitiæ, sicut de Niniuitis dicitur quod induti sunt saccis. Et sic significat carnem humanam, quam Christus suscepit plenam laboribus & pœnis, & de isto sacco carnis Christi dicitur, Factus est sol niger, quasi saccus cilicinus, quia Christus q est sol iustitiæ, quo ad aiam factus est quasi saccus cilicinus per

Tristitia Christi in gaudium conuersa.

Prouer. 16.

Psal. 93.

Tristitia bonorum versetur in gaudium.

Ioan. 20.

Saccus significat carnẽ.

Iona 3.

Apocal. 6.

per pœnas, & miſeriam. Iſte ergo Chri A
ſti ſaccus conciſus fuit tempore eius paſ
ſionis per multa verbera, plagas, & vul-
nera, vt à planta pedis, vſque ad verticẽ
non eſſet ſanitas in eo, & finaliter conci
ſus, ideſt per mortem fuit diuiſus ab ani
ma. Et ſic, *Conſcidiſti ſaccum meum*,
ideſt vulnerari permiſiſti, & ab anima
per mortem ſeparari. Sed quid ex hoc
ſequutum eſt? Quod poſtea per reſur-
rectionem *circundediſti me lætitia*, quia. ſ.
mortalis caro facta eſt immortalis, &
glorioſa, & iſtam lætitiam ſuæ reſurre-
ctionis oſtẽdit Chriſtus dicens Propter
hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit
lingua mea, inſuper & caro mea requie
ſcet in ſpe. Et cauſam adiungit dicens
quoniam non derelinques animam meã
in inferno, nec dabis ſanctum tuum vi-
dere corruptionem.

Pſal.15.

435

7.q.1.aduerſitas.

Vt cantet tibi gloria mea & non compungar, Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

NVnc Chriſtus ex beneficio reſurre
ctionis ſurgit ad gratiarum actio-
nem dicẽs, *Vt cantet tibi gloria mea*, ideſt,
gloria mea, quam mihi reſurrectione de
diſti, ſit cauſa quare lauderis, quia im-
mortalis iam ſum effectus. Et hoc eſt
quod ſubdit. *Et non compungar*, ideſt ali-
qua moleſtia amplius non pungar. Inter
enim omnes pœnas, & moleſtias, quas
Chriſtus in paſſione eius pertulit, illa
fuit ſingularis, quando caput eius per
coronam ſpineam vndique fuit punctũ,
& perforatum. Vnde de hac ſingulariter
recolens, & ab hac per reſurrectionem
factus alienus dicit, *Et non compungar*,
ſcilicet amplius. Ibi enim compunctus
fuit, ideſt, ſimul pluribus ſpinis pũctus.
Sic ergo impaſſibilis factus, amplius nõ
compungar, nec moriar, quia ut dicitur
Rom.6. Chriſtus reſurgens ex mortuis,
iam non moritur, mors illi vltra
non dominabitur. Et ideo,
Domine Deus meus in æter
num confitebor tibi,
ideſt, æterna-
liter lau-
dabo

Corona ſpinarum.

PSAL. XXX.

IN te Domine ſperaui, non confun
dar in æternum, in iuſtitia tua li-
bera me.

436

HVivs titulus Pſalmi eſt.
*In finem Pſal. Dauid pro
extaſi*. Titulus patet ex
ſupradictis titulis exce-
pto illo fine, ſcilicet, *pro
extaſi*. Extaſis enim dici
tur exceſſus mentis, ſcilicet cum homo
ponitur extra ſtatum mentis ſuæ, quod
B duobus modis contingit, ſcilicet cum
mens ingẽti pauore mortis vel alicuius
generis periculi concutitur, ſic enim di-
citur in iſto Pſalm. Ego dixi in exceſſu
mentis meæ, proiectus ſum à facie ocu-
lorum tuorum. Fit etiam ex contempla
tione ſupernorum, quando, ſcilicet mẽs
rapitur ad ſuperna terrenorum oblita;
Sic in extaſi fuit Paulus, quando raptus
fuit uſq; ad tertium cœlum. In tantum n.
extra mentem ſuam tunc poſitus fuit, vt
neſciret an anima eius eſſet unita corpo
ri, vel extra corpus, in titulo autem iſto
extaſis, uel exceſſus accipitur pro exceſ
C ſu mentis, quo mens timore periculo-
rum, vel mortis extra ſtatum ſuum duci
tur, quia in iſto Pſal. deſcribitur humili-
tas Chriſti, ſanctorumque martyrum, &
ipſorum perſecutio ex quibus mens in
extaſi ſuſpenditur. Eſt igitur tituli ſen-
ſus iſte. *Iſte Pſal.* dirigens nos *in finem*, i.
in Chriſtum eſt *ipſius Dauid* habitus *pro
extaſi* .i. agens de mentis exceſſu, qui fit
ex timore periculorum terrenorum vel
mortis corporalis. De materia autẽ Pſ.
notandum, q; iſtũ pſ. fecit Dauid, dum à
Saule rege perſequeretur, pro qua perſe
cutione etiam multos Pſ. cõpilauit, quia
D illa multo tempore durauit. Vnde in i-
ſto Pſ. Dauid gratias agit Deo, eo quòd
Dei gratia multa iam euaſerat pericula.
Et etiam orat pro euaſione præſentium,
& futurorum, hoc præmiſſo ſatis patet li
tera. Si autem aliquod dubium appare-
bit in litera ipſum declarabo proſequẽ-
do intentionẽ Pſalm. Intentio autẽ Pſal
miſtæ eſt monere, ne quis de ſe præſu-
mat in aliqua proſperitate, vel aduerſita
te, ſed ſolum de Dei miſericordia. Item
notandum, quòd in hoc pſalm. Dauid

Extaſis.

Pſal.115.

Caput.
Membra
Chriſtus
Eccleſia.

loquitur quandoque in persona capitis ecclesiæ Christi, quandoque in persona membrorum non mutata voce. Quod quidem facit propter nimiam vnitatem, quæ est inter caput ecclesiæ, quod est Christus, & corpus, idest Ecclesia, quam vnionem facit charitas. Sicut enim lingua omnium membrorum in se suscipit vocem, vt puta si pes læditur dicit lædis me, licet lingua in se non lædatur, sed propter unitatem membrorum in corpore lingua vocem omnium in se suscipit membrorũ. Sic etiam si manus percutitur lingua dicit, me percutis. Sic & Christus propter vnitatem charitatis, quæ est inter ipsum caput, & membra, membrorum verbis quandoque vtitur non se diuidens à membris nostris. Qui enim dignatus est pro nobis homo fieri, & forma serui vestiri, non dedignatur transfigurare nos in se. Quod facit vtiq; pluribus modis, vt quando in persona membrorum loquitur ut de sua, sicut dicit. Saule, Saule, quid me persequeris? & in iudicio dicet. Esuriui, & dedisti mihi manducare. Vel quando aliquid in se vel ex se ostendit quod non habet ex se, sed ex nobis, quia id ex nobis misericorditer suscepit, vt cum dicit se tristari, vel pauere. Qui ergo sic nos transfigurat in se, non dedignatur loqui verbis nostris, vt nos fidenter loquamur suis. Quæ omnia pro tanto dicta sunt, quia etsi in isto psal. loquitur Christus quædam quæ sibi vt caput est ecclesiæ congruere non possunt, Christus tamẽ loquitur quia Christus in membris suis est, quia quasi una persona est sponsus, & sponsa. Sic ergo in isto psalm. aliquã loquitur Christus in persona sua, aliqua in persona membrorum suorum. Quibus præmissis, accedo ad diuisionem psal. qui diuiditur in tres partes. Christus enim considerans mala præsentis vitæ, quæ ipse passus est, & eius membra continuè sustinent, tria facit. Quia primò contra illa adiutorium Dei postulat. Secundò illa mala aperiendo explicat ibi. *Miserere mei, Domine.* Tertiò quæ, & quanta sint bona Dei contra illa mala manifestat, ibi. *Quam magna multitudo dulcedinis.* Circa primum duo facit, quia primò ponit suam contra mundi mala orationem. Secundò suæ orationis per Deum exauditionem

Nota.

E ibi. *Ego autem in domino speraui.* Prima pars diuiditur in duas. Quia primo Dei gratiam postulat. Secundò, quid à Deo petat, explicat ibi. *Esto mihi in Deum protectorem.* Prima, in duas. Quia primò petit se liberari. Secundò suam liberationem accelerari ibi. *Inclina ad me aurem tuam.* Primò ergo Christus à malis præsentis vitę petit liberari orando. d. ad patrem. *In te, Domine speraui,* &c. Et si quæras fuitne spes in Christo, cũ spes sit certa expectatio futuræ beatitudinis proueniens ex Dei gratia, & meritis, ipse autem Christus ab initio fuit beatus,

F quomodo igitur ait. *In te, Domine speraui?* Respondeo, quòd spes propriè, & fides in Christo, nec in aliquo beato sunt secundum illud imperfectionis quod important, vel secundum illud, quod habẽt perfectionis. Dicit enim fides ænigmaticam, & obscuram cognitionem, & sic nõ fuit in Christo, spes vero dicit expectationem beatitudinis non habitæ, & sic non fuit in Christo. Sed etiam dicunt aliquid perfectionis, ut fides dicit adhæsionem intellectus rei obiectæ, & sic beati credũnt resurrectionem futuram, quia huic per intellectum adhærẽt: non tamẽ

G ænigmaticè, quia illam clarè vident in verbo, similiter & Christus. Spes vero dicit certam expectationem, siue confidentiam in Deo rei futuræ, & sic sancti habent spem, & ipse Christus qui plenè cõfidebat in Deum. Vnde & nunc dicit patri, *In te, Domine speraui,* Christus enim in præsenti vita uilipendebatur, confutabatur à Iudæis, vt putà dæmoniacus appellabatur, legis præuaricator, captus fuit, ligatus, & flagellatus ac etiam crucifixus, quæ omnia in conspe-

H ctu populi Christi quandam confusionem prætendebant. Sed cõfidentiam habebat in Deum, quia ista talis confusio temporalis erat & non diu duratura, vñ dein cruce existens dicit. *In te, Domine speraui,* idest confidentiam habui, quod *non confundar in æternum,* & si modo icon fundar ad tempus. Ideo sic confidens orat d. *In iustitia tua libera me,* scilicet à morte ista, & temporali confusione. q. d. Confusionem ad præsens patior, & hoc propter iustitiam tuam, scilicet vt iustitia peccatum hominis redimatur precio sanguinis mei, sed iustitia tua soluto pre-

Quæstio Spes quomodo fuit in Christo. Fides quid est in beatis.

2. Tim. 4.

precio me liberabit ab omni confusio- A ne, quia per istam confusionem amplius, ero gloriosè exaltatus. Vnde merito dicere poterat Christus: Ego hæc patior sed non confundor. Quantum vero ad sensum literalem patet, quòd Dauid pro tunc persequutus à Saule confusus erat, quia erat exul, & fugitiuus, & tanquam læsor regiæ maiestatis infamatus licet iniustè. Et ideo ut hoc terminaretur ad diuinam iustitiam recurrit, d. *In te Domine speraui non confundar in æternum*, & si nunc confundar ad tempus.

437 ***Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me.*** B

21.q.4.qua peccat.

HIc suæ liberationis petit accelerationem. Hic Deo loquitur more humano, cuius est inclinare aurem ad illud, quod vult exaudire. Et hic attende debitum modum orandi. In hoc enim, quod dicit *Inclina*, ostendit quòd humilem oportet esse orantẽ, & bassum, quia ad hominem altum homo autem non inclinat, sed solum ad bassum, per quod, mistice denotatur q̃ humilitas orationẽ facit exaudiri. Humilium, & mansuetorum tibi Domine semper placuit deprecatio. *Accelera vt eruas me.* Christus pa- C tiendo duo spectabat. s. suam liberationem, quam resurgens obtinuit, & nostrã liberationem, propter quam preciũ sui, sanguinis dedit. Sed quod istorum magis desiderabat accelerari? Certè accelerationem petebat nostræ liberationis, propter quam mortem subibat, sed suam liberationem propter martyrium. Vnde ait Magister in gl. Accelera in soluendis animabus de inferno, & vt etiam eruas me à morte tertio die, non differens vsque in communem resurrectionem. Et sic *accelera* refertur ad mortem, qua nos redemit, sed vt eruas me ad resurrectio- D nem, qua eius anima ab inferis libera redijt ad corpus, propter quod & Christus patri gratias agens ex hoc, dicebat. Misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam de manu inferi.

Inclinare. Oratio. Humilitas.

Iudi.9.

Liberatio nostra resurrectio. Christi.

Psal.3.

438 ***Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluũ me facias.***

COnsequenter hic ostẽdit Christus, quot petat à patre, & diuiditur in partes tres secũdum quòd tria postulat. Quia petit primo vt illæsus conseruetur. Secundo ut a malis liberetur, ibi. *Educes.* Tertiò vt in bonis collocetur, ibi *In manus tuas.* Quantum ad primũ sciẽdum quòd tota confidentia Christi hominis, erat ex unitate ipsius ad uerbum, qua manente deficere non poterat. Et hanc verbi unitatem pro sua protectione quęrit, d. *Esto mihi in Deum protectorem*, &c. Tego tegis, duo habet significata, est enim idem quod operire, & quod defendere, & componitur cum, pro, & dicitur protego gis, idẽ quod valde operire, vel valde defendere. Verbum autem vnitum carni secundum primum significatum protegebatur à carne, sed secundum significatum carnem, vel Christi humanitatem protegebat, quia diuinitas sub humanitate Christi latebat, sed ipsa diuinitas humanitatem defensabat. Dicit ergo Christus. *Esto in Deum protectorem?* q. d. sicut ergo operimento carnis meæ protego te, sic & tu Deus virtute protege me, & conseruando defende. psal.16. A resistentibus dexteræ tuæ, custodi me sub umbra alarum tuarum protege me. Vnde psal. 26. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Et hoc idem alijs verbis exprimit, d. *Et in domum refugij.* Vbi nota, quod in antiquo testamento erant aliquæ ciuitates constitutæ, quæ dicebantur ciuitates refugij, ad quas. s. fugiens malefactor securus, erat, sicut modo est de eccles. quia malefactor fugiens ad ecclesiam, capi non potest de iure, vt habetur lib.3. extra de immunitate ecclesiarum. Quinimo quicunque frangit immunitatem ecclesiæ, hominẽ refugum, vel eius bona inde extrahendo, vt publicus latro iudicari debet. Et sic locus refugij, uel domus dicitur locus defensionis, & protectionis. Est ergo idem dicere, *Esto mihi in Deum protectorem, & esto mihi in domum refugij*, quia ibi confugientes saluabantur a persecutoribus. Et hoc est, quod subdit. *Vt saluum me facias*, scilicet à Iudæis persequentibus me, quod & factum fuit, quia licet corpus eius ad tempus, ad uoluntatem ipsorum tractauerint, tamen citò gloriosum resurrexit. Animam autem nullatenus lædere potuerunt, quam tamen principalius peruertere conabantur, & ad desperationem ducere, ut ex hoc

Protector dicitur Deus.

Refugij domus.

16.q.4.sicut antiqui tus.

Psal.62.

hoc eius nomen, fides, & fama vilescerêt mundo propter quod & Christus de ipsis d. Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam.

Psal.62.

439 *Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu, & propter nomen tuū deduces me, & enutries me.*

Fortitudo nostra, dicitur Deus.

VBi ostendit quare orauit, vt esset Deus sibi in protectorem, & refugium d. *Quoniam tu es fortitudo mea*, &c. Qualiter enim Deus dicitur fortitudo nostra cum ipse sit æternus, & immensus: fortitudo autem nostra temporalis est, & parua? ideo notat Magister, quòd tales locutiones Deus tu es fortitudo mea, tu es patientia mea, tu es misericordia mea, non sunt dictæ in scriptura essentialiter, sed sunt dictæ causatiuè: nô intelligendum est, q̄ Dei substantia sit patientia nostra, sed quia ab ipso nobis est, vnde alibi dictum est, ab ipso patientia mea. Tale est enim. Tu es patientia mea, quale est Domine, spes mea, & Deus misericordia mea, Deus fortitudo mea, & multa similia, &c. quia talia sunt dicta per causam, non per essentiam. Dicat ergo *Quoniam tu es fortitudo mea*, id est causa fortitudinis meæ. Potest etiam intelligi ut fortitudo Christi hominis fuerit verbum, cui homo Christus erat unitus quod erat fortitudo Christi, quia vnione manente, deficere non poterat. *Et refugium meum*. Sed nunquid Deus essentialiter dicitur refugium nostrum? Respondeo, quòd cum refugium dicat non actum fugientis, sed rem ad quam pro defensione fugitur quod Deus dici potest refugium nostrū, quia ad ipsum mēte quilibet in omni pressura confugere debet. d. Deo. Tu es refugium meū a tribulatione, quæ circundedit me. Et attende quòd aliud est fortitudo, aliud refugium. Nam fortitudo est in tolerandis persecutionibus, refugium autem ad malos, uel mala relinquenda. *Et propter nomen tuum deduces me, &c.* idest vt nomen tuum per me gentibus innotescat, *Deduces me*, alia litera habet *dux mihi eris*, idest per omnia sequar voluntatem tuam. *Et enutries me*, idest paulatim aggregando mihi sanctos, quibus corpus meum, i. ecclesia perficiatur, imples, &

Magister. lib.1.d.17.

Refugium nostrum dicitur Deus.

Psal.31.

E perficies corpus meum. Sicut per nutrimētum corpus exterius nutritur, & crescit, sic etiā per uitia corpus diaboli enutritur, & crescit. Iaco.5. In luxurijs enutristis corda vestrā.

Educes me de laqueo, quē absconderūt mihi, quoniā tu es protector meus. 440

HIc petit à malis liberari. Iudæi. n. laqueos multos Christo parauerunt, ut eius nomē, & fidem perderent. Primus laqueus fuit desperationis, & istum absconderunt, quia nô apertè ostēdebant eius desperationem quærere, F sed per iniurias ei illatas hoc uolebāt inducere, ut superius fuit dictum psal. 26. Ne tradas me in animas tribulantium me, sed ut ad passionem uenirent. Aliū parauerunt laqueum, vt puta quia faciebant occultas suas imaginationes, quib. necessario ipsum in suis responsionibus capere credebant, & ad mortem sub colore iustitiæ deducere, ut puta quando mulierem depræhēsam in adulterio adduxerunt ad eum, uolentes eum quasi necessaria circumplexione circumuenire. s. q̄ aut contra legem diceret si eā dimittendam assereret, quam lex præcipie G bat lapidari, vel ipsum mendacem facerent, si eam morti adiudicaret qui mansuetudinem prædicabat. Consimilem laqueum ei parauerunt, quando Pharisæi miserunt ad eum discipulos suos cum Herodianis d. an liceret tributum dari Cæsari, an non? Et tamen cum omnibus istis laqueis principale intentum habere non potuerunt. s. q̄ ipsum infamē populo redderent, & eius fidem delerent. Dicat ergo Christus. Laqueum parauerūt pedibus meis. s. malignorum consiliorum, & mortis inferende. Sed sicut de primo laqueo me liberasti, sic de laqueo H. mortis *educes me de laqueo quem absconderunt mihi*. s. de morte leuabis me per resurrectionem, vt frustrata sint Iudæorū consilia. *Quoniam tu es protector meus*, contra quem. s. nulla potest aduersitas.

Laqueus multipliciter.

Ioan. 8.

In manus tuas dn̄e cōmēdo spūm meū, redemisti me Dn̄e Deus veritatis. 441

HIc petit in bonis collocari. s. in patris manibus. Hæc sunt illa verba q̄ in vltimis Christus protulit in cruce.

Hic

Spiritus anima. Hic autem nomine spiritus anima intelligitur, nam vt dicit Greg. In sacro eloquio spiritus hominis duobus modis poni consueuit, aliquãdo enim pro anima, aliquando pro effectu speciali ponitur. *Greg. 11. mor. cap. 3. Spiritus dicitur eius effectus.* Ponitur enim pro effectu speciali sicut scriptum est. Qui facit angelos suos spiritus: Angeli quippe prædicatores vocãtur. Omnipotens ergo Deus Angelos suos spiritus facit, quia prædicatores suos spirituales effecit. Pro anima autẽ spiritus ponitur sicut de domino capite nostro scriptum est. Inclinato capite, tradidit spiritum. Si enim aliud spiritum quàm animam Euangelista diceret, exeunte vtique spiritu anima remansisset. Per manus ergo patris potestatem intellige, & per spiritũ animam. Vt sic Christus dicat patri. *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* i. potestati tuæ commendo animam meam, citò eã recepturus. Et hic finiunt psalm. passionales qui incœperunt in psal. 21. Deus, Deus meus. &cæt. Quoniam his verbis dictis, Christus spiritum emisit. Quod autem sequitur, *Redemisti me Domine Deus veritatis.* Non sunt verba Christi secũdum Magistrum in gl. sed ecclesiæ, idest, fidelis populi. Qui de passione Christi in prædicto verbo completa, gratias agens dicit. *Redemisti me Domine Deus veritatis.* q. d *Domine Deus veritatis.* i. non fallẽs in promissione, quia fecisti, quod promisisti, quia promisisti dare animam tuã in redemptionem pro nobis, quod & nunc perfecisti. *Mat. 18.* Filius hominis venit saluare quod perierat, & dare animam suam in redemptionẽ pro multis. Et nota, quod dicitur Luc. 23. Et clamans Iesus voce magna ait. Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum, &c. *Clamãs Iesus emisit spiritum.* In hoc. n. ꝙ clamans voce magna expirauit, ostendit se verum Deum, & verum hominem esse. Nisi. n. verus homo esset, moriens nõ clamasset. Si autem purus homo esset, & nõ Deus moriendo sic fortiter clamare non potuisset. Hoc. n. est contra naturam morientium, qui vix minimam vocẽ in mortis articulo emittere possunt. *Chrysost.* Vnde Chrysostomus in Homil. dicit. Propter hoc autem & moriens voce magna clamauit dicit. Pater, in manus tuas commendo spiritum meũ, vt ostendatur, quoniam secundum eius potesta-

A tem id geritur. Hoc enim quod moriens vocem magnam emisit, se verum Deum esse ostendit, quoniam homines cũ moriuntur, vix tenuẽ vocem emittere possunt. Vnde Apostolus. Cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. *Heb. 5.* Clamans autem voce magna dixit. Pater in manus tuas, &c. Secundum enim Theophylum per hoc, quod Christus ait. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, voluit ostendere, quòd ex tunc, postquam pro nobis erat immolatus, sanctorum animæ statim in manus patris ascenderent. Nam B prius omnes animæ quantumcunq; sanctæ ab inferis tenebantur, donec veniret ille, qui captiuis prædicauit remissionẽ. Secundum autem Bedam super Lucam *Beda.* Patrem inuocãs se filium Dei declarat, spiritum autem commendans non defectum virtutis, sed confidentiam eiusdem cũ patre potestatis insinuat. Amat enim dare patri gloriã in quo nos informat, vt demus gloriã creatori. Scdm autem Athanasiũ dicens Christus, Pater in manus tua cõmendo spũm meũ cõmendat *Athanasius.* patri per se vniuersos mortales hoĩes in se viuificatos, nos. n. sumus mẽbra eius, C secundum illud Apostoli ad Gal. 3. Omnes. n. vos vnum estis in Christo Iesu. Item notandum, ꝙ quædam gl. hic dicit: Sic ait Hieronymus, ꝙ ab illo loco Deus Deus meus respice in me. Dominus in cruce totum dixit vsq; ad locum istum. *In manus tuas, Domine, commendo spiritũ meum.* *Psal. In te Domine speraui.* Ideo ecclesia finit in cõpletorio istum psal. in isto versiculo. Si autem volumus dicere Christum totũ istum versiculum dixisse, quamuis ipse non fuerit redemptus, sed aliorum redemptor, *Christus in cruce dixit.* tunc dicemus ꝙ in prima parte versiculi loquitur vt caput, sed in secũda vt corpus: Christi. n. passio fuit sufficiens redeD ptio pro omnibus hominibus quo ad sufficientiam. Quantum verò ad efficaciam solum bonis, & prædestinatis applicatur, non malis, & reprobis, quia illos Deus odit. Et hoc est, quod sequitur.

Odisti omnes obseruantes vanitates, superuacuè. 442 24. q. 1. odisti.

QVasi dicat ecclesia, me redemisti, sed illos odisti. Quãtis. n. scribat Sap. 11. Diligis oia, & nihil odisti eorũ

quæ

Sup. 11. quæ fecisti. Tamen odio habet peccatores, non secundum id quod ipse fecit, scilicet non naturam eorum odit, sed illud, quod ipsi faciunt. s. peccatum, sic enim dicitur. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Non quia propriè odium cadat in Deum, sed se habet ad modum odientis, dum eos punit propter peccata. *Odisti, ergo observantes vanitates,* &c. Observare enim cõponitur ex ob, & seruo seruas. Et est observare quasi vndique seruare, & custodire. Vanitas autem dicitur omnis res transitoria, fine carens intento. Sic igitur obseruant vanitates, qui temporalia, & caduca vndique seruant, scilicet mente affectando, dolosè acquirendo, & auarè custodiendo. Et tales obseruant superuacuè, quia carent fine intento, quia pro vita tales malè agunt appetendo vanitatem, & tamen in illis vitam perdunt, non tam corporis quã animæ. De hoc superius vide psalm. 4. Filij hominum, vt quid diligitis vanitatẽ, &c. Sed quia in tota parte præcedenti istius psal. Christus videtur orare patrem pro se, & corpore suo, quod est ecclesia. Ideo aliqui admirantes quærunt, vtrum Christus oret pro nobis? Et videtur quòd nõ, quia qui habet quicquid vult, frustra alium orat, vel aliquid ab alio petit. Omnis autem beatus habet quicquid vult, aliter beatus nõ esset. Sic igitur cũ Christus sit beatus ad ipsum non spectat orare. Item si Christo competeret pro nobis orare, quare nõ dicimus, Christe, ora pro nobis, sicut dicimus alijs sanctis. Si ergo non suam petimus orationem, videtur ꝙ ipse pro nobis non orat. Item quia d. Ansel. in prosologio, quòd beati erunt omnipotẽtes suæ voluntatis sicut Deus suæ. Tunc ergo aut sancti volunt aut non, si non, ergo non orant pro nobis, si sic: ergo cum nullus orat aliũ facere, quod per se potest, vt dicit August. de correctione, & gratia, si sancti possunt salutem nostram, non pro ipsa orant, vel non sunt suæ voluntatis oĩpotentes. Ad oppositum de Christo dicitur, ꝙ est accedens ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Item ipsẽ ait, Ego rogabo patrẽ, & aliũ paracletũ dabit vobis. De alijs autem sanctis manifestè apparet, quia ecclesia illos interpellat d. Sãcta Maria, ora pro nobis, & sic de alijs.

Odium qualiter est in Deo. *Psal. 5.* *Obseruare quid est.* *Vanitas.* *Quæstio. Christus an oret pro nobis.* *Anselm.* *August.* *Heb. 7.* *Ioan. 14.*

E Respondeo. Ista quæstio sic potest intelligi de quolibet alio sancto sicut de Christo. Dico ergo, quòd Christus orat pro nobis consimiliter & alij sancti, vt dicit Magister. Et ad hoc est duplex ratio. Vna, quia vident nostram necessitatem, qua nos indigemus ab eis releuari. Et quia per inuicem solicita sunt membra. Et ideo ipsi cum sint nobiscũ vnũ Christi corpus, nos necessario debent adiuuare. Ad tertium ergo cum dicitur, ꝙ non solũ Christus, sed & sancti possunt quicquid volunt, quia sunt suæ volũtatis omnipotẽtes, sicut & Deus. Ad hoc dicitur, F quòd voluntas dupliciter operatur, scilicet ad actum proprium, & intrinsecum, qui est velle, & nolle, & sic potest quicquid vult, aut ad actum alienum, vt volo te hoc facere, & sic non potest, quicquid vult. Vnde dico, quòd verbum Ansel. intelligitur de actu proprio, nõ de alieno. Oratio autem, vel petitio non est respectu actus proprij, sed alterius, vt puta Dei, scilicet, vt Deus nos saluet. Ad primum cum dicitur, quòd qui habet, quicquid vult, frustra orat alium, &c. Respondeo quòd beatus aliqua vult sibi, aliqua vult alijs. Dico ergo, quòd ad statũ beati G pertinet, vt habeat quicquid vult sibi, sed quod habeat omne, quod vult alijs, non est de substãtia beatitudinis, sed de bene esse. Et hoc solum erit quousque omnes electi sint glorificati. Tunc enim quilibet habebit plenè quod vult sibi & alijs, & tunc erit plena beatitudo. Nunc enim orant pro se & pro alijs, sed consummato beatorum numero nec pro se orabunt nec pro alijs. Ad secũdum quia si Christus orat pro nobis, quare non dicimus Christe ora pro nobis, sicut dicimus Sancte Michael ora pro nobis. Dicendum quòd hoc fit propter errorem H. Arrij vitandum, ne videamur Christum puram creaturam credere, & ne videamur eius potestatem minuere, qua potest omnia inquantum Deus, ideo potius eius miserationem petimus, quam orationem & idipsum oramus.

Resp. Magister li. 4. di. 45. c. vlt. *Voluntatis operatio duplex.*

Ego autem in domino speraui, exultabo & lætabor in misericordia tua. 443

CONsequenter hic Christus suæ orationis ostendit exauditionem. Et tria facit. Quia primò de sua exauditione læ-

ne lætatur. Secundo meritum exauditio-nis declarat, ibi, *Quoniam respexisti*. Tertiò materia exauditionis declaratur, ibi. *Nec conclusisti*. Quantum ad primũ ait. *Ego autẽm in domino speraui*, Ex hoc enim sequitur quòd non dilexit vanitatem in vanis sperando. Nam consequentia est bona, iste sperat in Domino, ergo de mũdo & mundanis desperat, similiter iste sperat in mundo vel mundanis, ergo desperat in Dño. Vnde ait Greg. De creatore desperare, est spem in creatura ponere, in rebus.n.vanis spem posuerat diues ille, qui dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, &c. Vide supra psal.9. Et contra hos dicit Christus. *Ego autem in domino speraui* quasi dicat quia odisti obseruantes vanitatem, ideo me diligis qui non obseruo vanitatem, quia in domino speraui, quod est de vanis desperare. Nam vt ait glo. Si speras in pecunia vel honore, & sublimitate aliqua humanę potestatis, siue in aliquo homine potente, obseruas vanitatem. Probat, quia in his omnibus cũ speras aut ante illa tu expiras, & illa hic dimittis, aut viuis & illa perecũt, & sic vtroque modo in tua spe deficis, & sic vanitatem obseruas. Ideo cõtra hos ait Christus pro se suisque. *Ego autem in domino speraui*, qui nõ est vanitas & vita. Et ideo non sum deceptus, propter quod subdit. *Exultabo & lætabor in misericordia tua*. Vbi nota, q secũdum Grammaticos valdè differunt exultare & lætari. Exultatio enim propriè est exterior, sed lętitia magis interior. Nam exilio exilis idem est, q valde vel extra salire. Vnde exulto, as. frequentatiuum .i. frequenter exilire. Et est propriè quando lætitia interior salit extra. s. ad exteriora membra, vt puta cũ ex lætitia saltamus, vel membra exteriora mouentur. Et sic propriè exultatio est verborum atque membrorum, sed lætitia est mentis gaudium, secundum Cathol. Accipitur tamen quandoque vnum pro alio. Nam lætari idem est quòd dilatari, & ideo quia gaudio cor dilatatur, gaudium cordis dicitur lætitia. Etiam quandoque gaudium exterius dicitur lætitia, quia lætitia latam & amplam faciẽ facit, solent enim læti faciem distendere, & econtra tristes corrugare. Ad denotandum ergo virtutem spei quæ habetur in Domino dicit. *Ego autem speraui in Domino, lætabor*, &c. q. d. ex hoc sequitur gaudium animæ interius, quia lætabor, & gaudiũ corporis exterius, quia *exultabo in misericordia tua*, quia scilicet omnia ista non meritis proprijs, sed Dei misericordia habentur. Et sic per exultare & lætari notat stolam corporis, & animæ.

Spes i Deo. — *Gregor. 22. mor. c. 2.* — *Spes temporalium despu.* — *Temporalia vana dicuntur.* — *Exultatio differt à lætitia.*

Quoniam respexisti humilitatẽ meam, saluasti de necessitatibus animam meam.

444 12.q.2.gloriam episcopi.

Ponit hic suæ exauditionis meritum quod est humilitas. Deus.n. libenter respicit humiles, & superbos uidere non potest. Sicut.n. ille, qui est in inferiori loco, solum superius aspicere potest, & nõ inferius. Sic econuerso. Cum ergo Deus sit omnium summus, solum infra se aspicit. Et ideo quia superbi supra Deum se corde eleuant, sibi nolentes subijci, à Deo nõ respiciuntur, sed humiles subiecti Deo. Et hoc est q dicitur psalm. 137. Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit. Sic & uirtute humilitatis matrem respexit. Luc. 1. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Et ideo ista uirtus est necessaria omnibus, qui ad Dei misericordiam respici uolunt, & ad illũ ascendere. Vide supra psal. 17. Quoniam tu populum humilem saluum facies. Et hanc causam suæ exauditionis allegat Christus d. *Quoniam respexisti humilitatem meam*. Ideo. s. exaudisti me. Quod ostendit. d. *Saluasti de necessitatibus animam meam*. Necessitates hic dicũtur pœnalitates tã mentis quàm corporis, quæ necessario sequunt̃ peccatũ, quas necessitates & passus fuit Christus, quas tamẽ assumpsit volũtariè, vt dolor, turbatio & tristitia quo ad aĩam, fames, sitis, labor, & mors, quo ad corpus. Et ab his oĩbus saluatus fuit Christus per resurrectionẽ factus immortalis. Et de istis necessitatibus dr. Honora medicum pp necessitatem, s. propter corporis infirmitatem.

Respicere Dei. — *Humilis.* — *Superbus.* — *Oratio.* — *Exaudire.* — *Eccl. 38.*

Nec conclusisti me in manus inimici, statuisti in loco spacioso pedes meos.

445 23.q.1.paratus.

Hic explicat materiam suæ exauditionis. Superius. s. psal. 26. Christus orans d. Ne tradas me in animas tribulantium

Manus. Voluntas. Christus.

lantium me. Vbi dicebatur, quòd Christus fuit traditus in manus inimici, sed non in voluntatem, quia diabolus potestatem habuit ad tempus super corpus eius, dum per membra sua ipsum flagellauit, crucifixit, & duxit ad mortē, quod præuiderat Iob d. Terra data est in manus impij. Et Matth. 26. Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Quomodo ergo nunc patri dicit Christus. *Nec conclusisti me in manus inimici*? Dicendū, quòd aliud est tradi in manus alterius

Tradi. Concludi.

aliud est concludi. Traditur in manus alterius, qui ad tempus eius potestati deputatur, sed concluditur, qui omnibus modis sic clauditur, quòd de ipsius manibus exire non potest. Nam claudere componitur cum con, quod est simul, & dicitur claudere, vel cōcludere, quod est ex omni parte, & simul claudere. Licet ergo Christus traditus fuerit in manus inimici, non tamen conclusus, quod patet, quia statim vt uoluit de manib. eius exiuit factus immortalis & impassibilis, & hoc quo ad corpus, quo ad animam verò nullo modo in manibus eius fuit traditus. Vnde subdit. *Statuisti in loco spacioso pedes meos.* Qui enim sunt pedes Christi, nisi sancti Apostoli, & prædicatores, qui Christi nomen & fidē per vniuersum portant mundum? Isti.n. pedes ante Christi resurrectionē in stricto loco positi erant, quia solū in Iudæa Christi fides prædicabatur, sed post resurrectionē in luco spacioso sunt positi, quia ad prædicandum per totum orbem sunt dilatati, relinquentes Iudæam. Quod satis singulariter dicitur Iob 28. Eos oblitus est pes egentis hominis. Quod exponit Greg. dicēs. Quis hoc loco alius accipitur egenus homo, nisi ille, de quo per Paulum dicitur, qui propter nos egenus factus est, cum diues esset? Cuius videlicet egētis hominis pedes sancti Apostoli & prædicatores fuerunt, per quorū profectò præsentiam Gentilitatem circuiens mundum perambulauit vniuersum. An pes Christi non erat Paulus, qui tentus in compedibus dicebat, Pro quo legatione fungor in catena? Sed eos scilicet Iudæos oblitus est pes egentis hominis, quia in ipso initio nascentis ecclesiæ dum sancti Apostoli Iudæi cœlorum regnum prædicare voluissent, videntes quòd ei nihil omnino, proficerent, ad prædicandum Gentibus deflexerunt, ut merito de ipsis Christus dicat. *Nec conclusisti me in manus inimici, statuisti in loco spacioso pedes meos*, quia scilicet in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorū. Et de ista pedum Christi spaciositate qua ecclesiam longè lateque portauerunt, dicitur Esa 23. Ducent eam, scilicet ecclesiam longe pedes sui ad peregrinandum. Ad peregrinandum ducitur, quia non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Dū sumus in corpore peregrinamur a Domino.

Pedes Apostoli.

Gregor. 18. mor. c. 19.

Ephe. 6.

2. Cor. 5.

Miserere mei Domine quoniam tribulor, conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.

446 7. q. 1. cum percussio. hic loquitur Christus corpus.

Haec est secunda principalis pars psal. in qua Christus mala quæ hic patitur ecclesia explicat. Et diuiditur in duas partes. Quia primo aduersitates, quas patitur ecclesia enumerat. Secundo contra illas remedium debitum explicat, ibi. *Ego autem in te Domine speraui.* Prima pars diuiditur, in quatuor partes secundum quatuor mala quæ patimur enumeratas, ad quæ reducuntur cætera, Primum est perturbationis & iracundię, Secundum est afflictionis, & mœstitiæ, ibi, *Quoniam defecit in dolore*. Tertiū est infirmitatis & inopiæ, ibi, *infirmata est*. Quartum est vituperationis & infamię, ibi. *Super inimicos meos*. Primū ergo malum quod in præsenti patitur ecclesia, est perturbationis & iracundiæ. Vnde dicit. *Miserere mei Domine quoniam tribulor*, & sequitur *conturbatus in ira oculus meus*, &c. Vbi videndum est primo, quid per oculum quid per animam, & quid per uentrem intelligatur, & consequenter quid per iram. Primò per oculos duo in scriptura significantur. Aliquādo interior ratio quæ oculus est hominis interioris. Si oculus tuus scandalizat te erue eum, &c. Aliquando verò doctores & prædicatores Iob 29. Oculus fui cæco. Per animam vero quandoque sensualitas intelligitur, & non ratio interior. Sic enim sensualitati sub nomine animę loquebatur ille diues dicēs. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos,

Oculus spiritualis multiplex. Mat. 5.

Anima accipitur multipliciter. Luc.

rimos, sede, comede, bibe, &c. Per ventrem vero intelligitur memoria, quæ sicut vêter cibos ita memoria retinèt cognita. Lucerna Domini inuestigat omnia secreta ventris. Ira vero hic accipitur non pro ira quæ est per vitium, sed quæ est per zelum, vt puta quando quis irascitur suis aut alienis peccatis. Videt homines confitentes Deum ore & moribus negantes. Renunciantes sæculo verbis non factis. Videns vicinos vicinis insidiantes osculum dantes, & fidé non seruantes. Et tales gemit vir perfectus in persona ecclesiæ existens quasi lilium inter spinas. Istis irascitur, & condolet ex zelo charitatis & iustitię, & de ista ira dicit. *Conturbatus est in ira oculus meus*, scilicet ratio interior quæ per talē iram conturbatur, sed non excæcatur. Quod ostendens Greg. ait, Ira quippe per vitiū oculum mentis excæcat. Ira autem per zelum turbat, quia quo recti æmulatione concutitur, ea quæ tranquillo corde solum percipi potest contemplatio dissipatur. Ipse namque zelus rectitudinis, quia inquietudine mentem agitat, mox eius aciem obscurat, vt altiora in cōmotione non videat, quæ benè prius tranquilla cernebat. Sed inde subtilius post ad alta ducitur, vnde ad tempus ne videat reuerberatur. Et vnde mens turbatur ne videat, inde proficit vt ad videndum verius clarescat. Sicut infirmanti oculo cum collirium mittitur, lux penitus negatur, sed inde post paululum eà veraciter recipit, vnde hanc ad tempus salubriter amisit, &cæt. Isto ergo modo Psal. considerans malos, tam intra ecclesiam, quàm extra, ita zeli accēditur, qua ad tempus oculus mentis eius turbatur, quod ostendit. dicit. *Cōturbatus est in ira oculus meus.* Et non solum oculus, sed etiam *anima mea*, ideft, sensualitas, & *venter meus*, idest, memoria. Quod ideo dicit, quia omnia exteriora ad turbationem mentis læduntur, & ipsa multa ad tempus obliuiscitur, quæ tenebat. Vel aliter, secundum Magistrum in glos. per oculum & animam intellige prælatos, & doctores qui dicuntur oculi, quia per illos alij vident, dicuntur anima, quia illorum exemplo alij viuunt. Per vētrem verò quia per ea quæ aliūde recipit, nutritur & viuit, intellige subditos & inferiores. Et hi omnes in ecclesia turbantur zelo iustitiæ, aliorum videndo peccata. Dicat ergo ecclesia. *Miserere mei Domine, quoniam tribulor*, & causam subdit. d. *quia conturbatus est in ira oculus meus*, idest, illi per quos alij vident, & *anima mea*, idest, illi quorum exemplo alij viuunt. *Et venter meus*, idest, debiles, & subditi, qui aliorum doctrina & exemplo nutriuntur. Hos ponit vt ab omnibus gradibus quæratur Deus.

> Prou. 20. — Ira multiplex. — Ira zeli est bona. — Greg. lib. 5. mor. c. 33. — Oculus significat prælatos, & doctores.

Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. 447

> 7. q. 1. hoc tume.

HIc ponit secundum malum, quod patitur ecclesia, scilicet afflictionis & mœstitiæ, quod maximè patiebatur in principio, & patietur in fine, ita vt bonos etiam tædeat viuere. Vnde ait Apostolus. Nō enim uolumus uos ignorare fratres quoniam supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita ut tæderet etiam nos uiuere. Sic & Apostoli persequuti in doloribus, & persecutoribus uitam finierunt, ut merito ipsos cōsiderans ecclesia dicat. *Defecit in dolore vita mea*, scilicet sancti Apostoli & doctores, qui uitam gratiæ alijs prædicabant, & hoc quo ad passiones illatas. *Et anni mei in gemitibus.* Et per desiderium uisionis diuinæ, sicut in alio psalm. dicit vir perfectus. Sitiuit anima mea ad Deū fontem viuum, & sequitur, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, &cæt. quasi dicat. Passiones illatæ carnem vulnerant. Ideo *defecit in dolore vita mea*, visio Dei dilata mentem affligit. Ideo anni mei in gemitibus.

> Dolor. — 2. Cor. 1. — Psal. 41.

Infirmata est in paupertate virtus meá, & ossa mea conturbata sunt. 448

HIc ponitur tertium malum scilicet infirmitatis & inopiæ. Vbi sciēdum quòd ecclesia aduersitatibus proficit, sed deficit prosperitatibus. Tūc enim uigebat unitas ecclesiæ, quando credentium erat cor unum & anima una, nec aliquis aliud sibi proprium esse dicebat, sed omnia erant illis communia, & erāt in simplicitate cordis laudantes Deum, & habebant gratiam ad omnem plebem. Sed post quam ad statū diuitiarum peruenit non fides, sed primatus quæritur,

> Ecclesia ad uersitatib. proficit, prosperitatibus deficit. — Act. 2.

non

non profectus fidelium, sed multiplicatio redituum: beneficia quærunt non benefacientes, & sic infirmata est virtus ecclesiæ, vbi est hodie potestas verbi Petri, dicentis. Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, &c. Vbi est hodie fortitudo Apostolorum, qui ibant à conspectu concilij gaudētes, quoniam digni habiti sunt, &c. Hoc est ergo quod deplorat eccle. d. *Infirmata est in paupertate virtus mea.* Ille enim firmatur in aliqua virtute, qui ipsam corde diligit, & factis sectatur, sic & per oppositum ille infirmatur in aliqua virtute, qui ipsam corde, & opere fugit. Et sic ille in paupertate dicitur infirmus qui diuitias amans, paupertatem fugit. Sicut enim multiplicatio ciborum infirmitatē corporis generat, sic & diuitiarum animæ in multis escis erit infirmitas. Quid enim causat hodiernam infirmitatem schismatis in ecclesia, nisi amor diuitiarum & honoris? Et hæc infirmitas hodie amplius viget in maioribus, quia illi præ alijs oculos ad terrena declinauerunt. Infirmata est amplitudo populi. Et hoc notans Psal. dicit. *Et ossa mea conturbata sunt.* Quid enim per ossa ecclesiæ nisi ipsi prælati, & pastores, qui præ cæteris fortiores in sanctitate, & fide esse debēt, & alios carnales, & subditos sustinere? vt ait Greg. Et tamen in paupertate illa ossa conturbata sunt, quia sicut præ cæteris lætantur in diuitijs, sic præ cæteris paupertate turbantur. De istis. n. ossibus in primitiua ecclesia dicebatur illud Ps. 33. custodiuit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur, scilicet à mentis stabilitate. Nunc autē quid faciat ossibus ecclesiæ status diuitiarum dicitur Iob 33. quod ossa illius marcescere facit. Pinguedo enim rem citius marcescere facit.

Act. 3. — *Eccl. 37.* — *Esa. 24.* — *Ossa.* — *Greg. 29. li. mor. c. 20.*

449 *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valdè, & timor notis meis.*

12. q. 2. *fraternitatis.*

HIc consequenter ponit quartū malum. s. vituperationis, & infamiæ, ad tantum enim hodie malum deuenit ecclesi. q si quis sanctè & iustè velit viuere deridetur à malis, & vituperatur. Et hoc benè præuiderat Propheta. d. Iob 12. Deridetur iusti simplicitas. Quod exponēs Greg. ait, Iustorum simplicitas deridetur, quia huius mundi sapiētibus virtus fatuitas creditur. Omne enim q innocēter agitur ab eis proculdubio stultum putatur. Et quicquid opere veritas approbat, sapientiæ carnali fatuū sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quàm mentem verbis ostendere, nihil callida machinatione simulare, nullas iniurijs contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quærere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti alteram maxillam præbere, &c. Quinimo nō est aliquod bonum hodie quod mali non interpretentur in malum, Audi Ioannem Chrysostomum super illo verbo Matth. 11. Venit Ioannes non manducans, &c. d. Sunt peruersi homines quidam, qui de omnibus malè iudicant. Si quis studet patientiæ & humilitati dicunt, hypocrita est. Si recreationi gulosus est. Si iustitiæ impatiens est. Si simplicitati, fatuus est. Si prudentiæ malitiosus est. Si maturitati melancholicus est. Si iucūditati dissolutus est. Si religiositati singularis est. Si societati, secularis est. Si silentio, & paci, dissimulator est. Si correctioni, præsumptuosus est. Si vigilijs, & orationibus indiscretus est. Si dormitioni somnolentus est. Si prædicationi, inanis gloriæ cupidus est. Si gratiæ hominum, adulator est. Si adulari renuit superbus est. Et istud est magnum ecclesiæ dispendium, quia ex hoc à bono multi retrahuntur, & bonis non creditur. Quod plorans Psal. dicit, *Super omnes inimicos meos factus*, &c. Vbi nota quòd ecclesia habet aliquos inimicos, aliquos vicinos, & aliquos notos. Inimici enim sunt infideles, vt pagani, & Iudæi, qui patenter Christum persequuntur, Hier. 12. Dedi dilectam meam, scilicet vitam in manibus inimicorum meorū. Vicini sunt falsi Christiani qui Deū ore confitentur, & fidem, sed operibus negant, qui vicini dicuntur, quia verbis appropinquare videntur. Et isti præ omnibus sunt pessimi. Hæc dicit Dominus aduersus omnes vicinos meos pessimos qui tangunt hæreditatem, quam distribui populo Israel, &c. Noti verò dicuntur omnes boni fideles, quia illi soli cognoscuntur à Deo, cæteris enim dicit, Amen

Iusti deridētur à malis. — *Gregor. 10. mor. c. 27.* — *Bonum mali interpretantur in malū Chrysost.* — *Matt. 11.* — *Inimicus. Vicinus. Notus.* — *Hier. 12.*

Matth. 25. Amen dico vobis, nescio vos. Dicit ergo Psal. *Factus sum opprobrium vicinis meis valde*, idest, malis Christianis, quia illi præ alijs deridebant bonos, & hoc super inimicos meos, quia plus deridentur boni à malis, quàm infideles. *Et timor notis meis.* Quia talis bonorum derisio, etiam iustis multotiens incutit timorem. Sed tamen finaliter ipsi deridebant malos. Quod benè notatur Psalm. 51. vbi de quolibet malo Christiano sic iustis detrahente dicitur. Quid gloriaris in malitia, &c. Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatê magis quam loqui æquitatê &c. sequitur, videbunt iusti, & timebunt, sed tamen finaliter super eum ridebunt, &c. Vnde iusti tales derisores conantur corrigere, sed multotiens non possunt, & sic se inutiles reputant, vnde subditur.

Nota contra illos qui derident cõuersos ad fidem vocantes eos marianos.

Psal. 51.

450 *Qui videbant me, foras fugerunt à me, obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde.*

Hoc maximè ad Schismaticos refertur. Illi enim qui Christum videt, scilicet eius diuinitatem per fidem intelligunt, & cognoscunt, moti cupiditate, diuitiarum, vel honoris, fidem relinquêtes extra vnitatem ecclesiæ exierant, vt dicat Christus vel ecclesia. *Qui videbant*, idest, cognoscebant me *fugerunt foras*, scilicet vnitatem ecclesiæ. Et sic in eis *sum datus obliuioni tanquam mortuus in corde ipsorum.* Vnde & de hoc subdit.

451 *Factus sum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.*

Quasi dicat. Visus sum mihi ipsi perijsse visibus Domini viuens, & nullum faciens lucrum in conuersione malorum. *Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Vbi nota, quòd in circuitu morari dicuntur, qui temporalia amant, spretis æternis, quia tales circuneunt, vt requiê inueniant in temporalibus, & nunquam perueniût. Rectè n. temporalium amatores in circuitu dicuntur, quia eis accidit sicut rotæ, q̃ circuit. Rota enim circuêndo semper in posterioribus erigitur, sed in anteriora cadit. Sic qui temporalia amant, erigunt in posterioribus, idest, in temporalibus, quæ debebant tanquam posteriora paruipendere. Sed cadunt in anterioribus, scilicet in spiritualibus, quę proponere debebant, dicête Christo Matth. 6. Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, &c. dicat ergo psalm. *Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Quasi vir iustus dicat secundum gl. Multi enim me vituperant sequentes circuitû temporalium. De quibus alibi dicitur. In circuitum impij ambulant. Vituperantur enim pro malis Christiani omnes boni à circuneuntibus. Multa enim mala dicuntur in malos Christianos, quum malè dicta perueniunt ad omnes Christianos, etiam ad bonos. Qui enim maledicit vel reprehendit, non separat malos à bonis. Non dicit. Ecce quid faciunt mali Christiani, sed etiam quid faciût Christiani, & cęt. tales autem sic etiam bonos diffamantes, ipsos in hoc peruertere à bonitate conantur. Vnde subdit.

Tēporalia. Circuitus.

Nota rota cadit in ante.

Matth. 6.

451 *In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.*

Et in hoc aggrauatur peccatum talium. Quoniam peccatum cômissum ex deliberatione, & consilio multorum grauius est quàm peccatum indeliberatè commissum, quia quãtò ex maiori industria quis deficit, tantò amplius peccat, quia sicut ignorantia excusat in parte, sic & deliberatio aggrauat. Et hoc notat. d. *Consiliati sunt.* Et hoc fit, quando mali insimul côueniunt ex certa sciêtia ad detrahêdum bonis. Et nota, quòd hic Christus loquitur vt caput, ostendês consilia, quæ contra ipsum malignantes Iudæi habuerunt, vt animam ipsius, peccatò caperent desperationis. Vnde sciêdum, quòd Iudæi consiliati sunt contra Christum in tribus, quæ in homine maximè refulgent, & commendantur, scilicet contra eius sapientiam potentiam, & clementiam. Nam fecerunt consilium, Contra Christi sapientiam, vt ipsam verbis caperent, Contra Christi potêtiam, vt ipsam morti traderent, Contra Christi clementiam, vt ipsam dæmoni ascriberent.

Peccatum ex deliberatione. Peccatum ex ignorantia.

Consilia Iudæorum contra Christum.

Matth. 22.

berent. Primò contra eius sapientiā, &c. Abeuntes Pharisæi consilium fecerunt, vt caperent Iesum in sermone. Secundò

Matth. 26.

contra eius potentiam, &c. Consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Tertiò contra eius clemētiam, scilicet vt eius bonitatem diffamarent. Vnde miracula eius diabolo ascribebāt, vt ab illo tanquam à malefico alij se separarent. Pharisæi autem, & legisperiti

Luca 7.

consilium Dei spreuerunt in semetipsis non baptizati. Ideo de Iudæis ad litterā

Hiere. 11.

conqueritur Christus, d. Super me cogitauerunt consilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Et hoc est, quod nunc de ipsis dicit Christus. *In eo*, scilicet opprobrio, *dum conuenirent aduersum me accipere*, idest, peruertere, *animā meam consiliati sunt.* Sed in vanum consiliati sunt, quia vt dicitur Psal. 20. Cogitauerunt consilia quæ non potuerūt stabilire. Quia, scilicet, quanto astutius cō tra Christum consiliati sunt, tantò magis creuit eius nomen, & fides, & ipsi magis confusi permanserūt. Quia in ista lectione Christus narrat mala, quæ hic patitur ecclesia, & contra illa diuinum postulans adiutorium orat. *Miserere mei, domine, quoniam tribulor.* Ideo sequendo

Quæstio, oratio sanctorū ad quid valere.

materiam orationis in præcedēti lectione tactam, quæro verū Christus vel alij sancti suis orationibus adimpetrent nobis, & ex hoc patebit, vtrum debeamus sanctos orare, vt orent pro nobis. Et videtur ꝙ non, quia nullus apud Deū pro nobis aliquid potest mereri, qui nō est in statu merendi, sed sancti non sunt in statu merendi, ergo nec valet dicere, vt quidam dicunt, quòd sancti suis orationibus nobis merentur, quod petunt, nō quidem merito, quod nunc faciunt, vel habent, sed illo merito, quod habuerunt in via. Sed hoc non valet, quia & si hoc meruerunt in via, etiam si modo non peterent nihilominus obtineremus, quia huius rei iam præcessit meritū, ad quid ergo nouiter orant pro nobis: Præterea ipsi remunerati sunt de toto eo qđ meruerunt, ergo ratione præcedentis meriti nihil impetrant nobis. Item sancti per omnia conformant voluntatem suā voluntati diuinæ, ergo non orant, nec pe-

E tunt pro nobis aliquid, nisi quod Deus nobis dare disposuit, sed quod Deus ab æterno disposuit dare, etiam sine ipsorū orationibus daret, aliter ipsius dispositio falleret. Item sancti in patria vident, an nostrę orationes sint exaudiendæ, vel non, & si non sunt exaudiendæ, non petunt illas exaudiri, si autem sint exaudiendæ ante ipsorum orationem, igitur frustra orant illas exaudiri, & sic ipsorū oratio nihil proficit nobis. Ad oppositū est cōsuetudo ecclesiæ, quæ sanctos orat, vt ipsi pro nobis orent ad Deum. d. Sancta Maria, ora ꝓ nobis, Sācte Petre, &c.

F Respōdeo, quòd sancti suis orationibus pro nobis impetrāt multa bona, & ideo ipsos, vt pro nobis orent, debemus orare. Sit enim rōne dilectionis etiam in via tenemur orare pro inimicis nostris. Cū

Oratio sanctorum valet ad multa.

Matth. 5.

igitur maior, & perfectior sit sanctorum dilectio in patria quàm iustorum in via, sequitur quòd ipsi orāt pro nobis, quod si fit, ergo & nos ipsos ad hoc rogare debemus. Ad primum ergo cum dicitur, ꝙ non sunt in statu merendi. Dicendum, quòd exauditio sanctorum nō redditur eis merito, quod nunc fit, sed illo, quod præcessit, dum essent in uia, quia hic me

G ruerunt, vt ibi à Deo exaudirētur, sicut aliquo bono opere merens amicitiā regis, illomet opere meretur in posterum exaudiri absque merito nouo. Et cum dicitur, quòd hoc meruerunt in via: igitur etiam si nunc non orarent id obtinremus, quia iam præcessit meritum. Dicendum, quòd in via hoc meruerūt pro quo orant, sed non simpliciter, sed sub conditione, scilicet si ipsi pro hoc intercederent, vel alij illorum subsidia implorarent. Sic enim aliqui sancti in morte

H petierunt, quòd dominus exaudiret inuocāntes illos. Et cum dicitur, quòd meritum eorum est plenè remuneratum, dicitur quòd verum est de merito absoluto, sed non de merito conditionato, adhuc enim manet conditio, & ratio merendi. Ad aliud cum dicitur, quia sancti conformant ex toto voluntatem suam voluntati diuinæ, &c. Dicendum, quòd sicut dicit Augustinus in De prædestinatione sanctorum, ꝙ debemus orare pro prædestinatis, quia fortasse prædestinati sunt, vt nostris orationibus concedantur, Vult dicere, ꝙ sicut ab ęterno Deus

aliquid

aliquid facere disposuit, sic disposuit modum, quo id debeat fieri, ut puta praedestinauit Petrum, & hoc vt mediante Christi oratione saluaretur. Sic dicendum est de sanctis, quòd Deus decreuit aliquos orationibus sanctorum saluare, sine quibus non saluarentur. Ad illud, aut sancti uident orationes nostras ex audiendas, vel non, &c. Dicitur, quòd vident illas exaudiendas, tamen mediantibus suis orationibus.

August.

452 *Ego autem speraui in te, domine, dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.*

ENumeratis aduersitatibus, quas patitur ecclesia, hic contra illas diuinum postulat adiutorium. Et diuiditur in partes duas, quia primò implorat diuinum adiutorium in generali, secundò, in speciali, ibi. Eripe me. Quantum ad primum sciendum, quòd generale remedium contra omnes mundi aduersitates est spes, qua speratur in domino, quia ipse saluat sperantes in se. Et potes hic notare, quòd spes nostra si dirigatur ad dominũ, multa bona nobis concedit, quoniam spes à tribulatione liberat. Spes in Deum mentem eleuat. Spes temporalia bona multiplicat. Spes fidem fortificat. Spes animas sanctificat. Spes in aduersitate confortat. Primò liberat à tribulatione. In te sperauerunt patres nostri, & liberasti eos. Exemplum de Susanna, quæ in agone mortis posita ad mortem iniustè condemnata, flens suspexit in cœlum, Erat enim cor eius fiduciam habens in domino, & statim liberata fuit, vnde & astantes laudauerunt Deum, qui saluauit sperantes in se. Secundò in Deum mentem eleuat. Qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Huius figura habetur Thob. 2. qui hac spe in Deũ eleuabatur. Nam sicut beato Iob insultabant reges, ita illi cognati, & parentes irridebant vitam eius dicentes. Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas faciebas, & sepeliebas mortuos? Thobias autem irridebat eos. d. Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & uitam illam ex-

Dan. 13. Spes multa bona facit.

Psal. 21. Dan. 13.

Esa. 40.

A pectamus, quam Deus daturus est ijs qui fidem suam nunquam mutãt ab eo. Tertiò spes temporalia bona multiplicat. Psalm. Oculi hominum in te sperant, domine, & tu das illis escam, &c. Vnde & Psalm. 9. dicitur. Sperent in te, qui nouerũt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te, domine. Quartò fidem fortificat. Tribulatio patiẽtiam operatur, probatio verò spem, spes verò non confundit, &c. Quintò animas sanctificat. Psal. 16. Quis saluos facis sperantes in te. Psal. 21. In te sperauerunt patres nostri, & salui facti

B sunt. Sextò in aduersitate confortat. Qui timetis dominum, sperate in illũ, & in oblectatione venient vobis omnia. Huius figura habetur in Iob, qui in magna aduersitate positus hac spe confortabatur, qui afflictus corpore, orbatus filijs, ab amicis derisus, spoliatus omnibus rebus hac spe confortabatur. d. Etiam si me occiderit, in ipso sperabo. Hæc ergo omnia considerans vir perfectus videns quot, & quanta mala prædicta hic sustinet ecclesia, ad spem Domini recurrit. dicens. *Ego autem in te speraui, domine, dixi domino, Deus meus es tu.*

C In hoc enim ait gloss. nemo fallitur, in hominibus sæpe. Si autem speras in domino, in ipsum te totum ponere debes, ideo subdit. *In manibus tuis sortes meæ.* Sed attende, quid hic nomine sortis accipitur. Nam vt ait Augustinus, & hic recitatur in glo. Sors non est aliquid mali, sed res in humana dubitatione diuinam indicans uoluntatem. Nam & sortes miserunt apostoli, quando Iudas, tradito domino, perijt. Tunc enim cœpit quæri, quis loco eius ordinaretur. Et electi sunt duo iudicio humano, sed unus ex illis electus est iudi-

D cio diuino, de duobus consultus est Dominus, quem ipsorum ipse vellet. Et cecidit sors super Matthiam, Sors igitur hic accipitur gratia Dei, quæ sine meritis, quos vult, eligit. Et hoc est quod hic dicit. *In manibus tuis sortes meæ,* idest gratuita mea electio, quia Dei voluntate, & occulta iustitia venit electio mea. Non enim uideo, cur me de impijs elegisti, &c. Sed dubium est, vtrum sortibus sit vtendum, vide secunda secundæ quæst. 95.

Rom. 5.

Psal. 21.

Eccl. 2.

Iob. 13.

Sortes. August.

Sortibus an sit vtendũ.

Eripe

453 *Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.*

Consequenter hic ostendit, quid in speciali à Deo contra præfatas aduersitates postulet. Et secundum quòd tria postulat, pars ista diuiditur in tres partes. Quia postulat primò de manibus inimicorum ereptionem, secundò mentis oculorum illustrationem, ibi, *Illustra faciem tuam*, tertiò inimicorum suorum vindicationem, ibi, *Erubescant*. Primò ergo postulat liberari ab inimicis, & persecutoribus. d. *Eripe me de manu inimicorum*, &c. Secundum glo. nota q alij sunt inimici: alij sunt persecutores. Inimicorum nomine hic intelligitur diabolus cum omnibus suis mẽbris, qui inimici dicuntur, quia nobis inuident regnum cœlorum: vnde expulsi fuerũt, & de istis orat Psal. 58. Eripe me de inimicis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Et de eorum manibus liberamur per gratiam baptismalem, & demum si quis lapsus fuerit, per pœnitẽtiam sacramentalem. Persequentes verò vocãtur falsi Christiani, quia per hos opprobrium, & scandala patitur ecclesia. Ab istis petit liberari, vt scilicet corrigantur, & ad gratiam resurgant dicit Psal. 118. Quando facies de persequentibus me iudicium. Quod est euidentius iudicium, quàm q quis in seipso puniat, quod deliquit? hoc enim est iudicium, quod emendat, pœna autem exterius illata punit, sed non corrigit.

Inimicus est diabolus.

Persecutor est falsus Christianus.

454 *Illustra faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in misericordia tua, domine: non confundar, quoniam inuocaui te.*

Hic consequenter petit mentis illustrationem. Vbi sciẽdum, q inter omnia membra quis melius per faciem cognoscitur. Ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Illud ergo est facies Dei, per quod cognoscitur Deus. Dupliciter autem cognoscitur, scilicet ænigmaticè per fidem, & clarè per lumen gloriæ. Et sic fides est Dei facies, sed ænigmatica, sed lumen gloriæ est Dei facies luminosa. prima videtur in præsenti, sed secunda solum in futuro, dicens ergo. *Illustra faciem tuã super seruum tuum*: nihil aliud est dicere, nisi tolle à me faciem ænigmaticam fidei, & perduc me ad claram faciem visionis beatificæ: quoniam, vt ait Richardus. Nihil dulcius, nihilque iucundius amantibus potest esse, quàm alterutro delectari aspectu, vt se inuicem videant, sine hoc horrẽt omnia, sordent vniuersa. Amare delectat, & amatū videre cupit amicus amicum, & videri. More itaq; amantium anima sancta diuini amoris igne succensa, cœlestis sponsi desiderio suspensa, ad ipsum clamat. d. *Illustra faciem tuam super seruum tuum*. Et q illis verbis quærat visionem beatificam Dei declarat. d. *Saluum me fac in misericordia tua*: non dico meritis meis, non quia ego dignus sim, sed quia tu misericors es. Et confisus de Dei misericordia ait, *Non confundar; quoniam inuocaui te*. Indicatiuè enim hoc dicit; non confundar, & rationem subdit, *quoniam inuocaui te*. Sed d. quid propriè est inuocare Deum, cum dicatur. Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit? Respondeo quòd inuocare est intus vocare, inuocas ergo dominũ quando in te vocas eum, quando in domum cordis tui inuitas eum. Ad quod faciendum prius necesse est mundari ab omnibus sordibus, & fraudibus, aliter enim non inuocas Deum, vt det tibi lucrum, lucrum inuocas, non dominum. Gratis ergo inuocas Deum, auare, vt te ipse Deus impleat. Nunquid sine auro, & argento non vis illũ ad te venire? Quid ergo de iis quæ facit tibi Deus, tibi non sufficit, cui ipse Deus non sufficit. Meritò ergo confidens dicit. *Non confundar, quoniam inuocaui te*. Inuoca ergo Deũ, si vis non confundi.

Facies.

Ecclesi. 19.

Fides.

Gloria.

Richardus.

Quæstio. locl 2.

Inuocare.

Nota.

Erubescant impij & deducãtur in infernum: muta fiant labia dolosa. 455

Consequenter hic petit suorũ inimicorum vindicationem. Iste versus potest legi optatiuè, & prædictiuè. Si optatiuè hic petit malorum conuersionem, vt erubescant, & confundantur de peccatis suis: Ad quod multum facit cõsideratio pœnarum infernalium, sicut ait Ioan. Chrysosto. Quia si quanta sunt tormenta damnatorum consideres, necesse est, vt timore pœnæ à malo recedas.

Timor & amor causa sunt conuersionis peccatorum.

Chrysost.

das. Et hoc, quòd hic ait Ps. *Erubescant impij*: scilicet de peccatis suis pœnitendo. Et vt hoc faciant, *deducantur in infernum*, s. mente pœnas inferni considerando: Et sic *muta fiant labia dolosa*: quia cessabunt à detractionibus bonorum. Potest etiam legi prædictiuè, & tūc prædicit pœnam malis futuram dicēs. *Erubescant impij*. idest, erubescent & deducentur in infernum, vbi scilicet erit summa erubescentia, & cōfusio; quoniam, vt ait Greg. Damnatus quisque foris flamma succenditur, intus cæcitatis igne deuoratur; atq; in dolore positus, exterius, interiusq; confunditur, vt sua deterius confusione crucietur. Et ibi, *muta fient labia dolosa*, quia in inferno mali & sua peccata cognoscunt, & se pœnitent peccasse, non quidem amore iustitiæ, sed pœnarum acerbitate: vnde dicitur Sap. 5. quod erunt gementes, præ angustia spiritus pœnitentiam agentes: hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus sine honore. Et ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Tunc enim verificabitur, quod dicitur Psal. 11. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Et quæ sint ista labia dolosa subdit, dicens.

Greg. lib. 9. mor. c. 33.
Cōfusio dānatorum.

456 *Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia, & abusione.*

AEquus adiectiuum cōponitur cū in, & dicitur iniquus, a, um, i. non æquus, à quo iniquitas, atis. Et propriè dicitur iniquitas peccatum graue, & criminale, vt est blasphemia Dei vel hæresis. Et nota, quod nomine iusti hic intelligitur Christus per excellentiam, de quo ait Pilatus. Innocens ego sum à sanguine iusti huius, de quo ait vxor eius: Nihil tibi, & iusto illi, de quo & Iudas. Peccaui, tradens sanguinem iustum, de quo & Petrus Act. 3. Vos autem hominem iustum, & sanctum negastis, &c. Aduersus ergo hunc iustū labia dolosa iniquitatem loquūtur, quia ipsum filium Dei negant, vel ex Ioseph natum asserunt. Vel etiam quicunq; suis detrahunt mēbris, de quibus dicitur. Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt, &c. Primò ergo cogitant, & postea loquuntur, quia ex abundantia cordis os loquit. Et qualiter ista proferant subditur. *In superbia, & in abusione*, *In superbia*, inquit, quia creatura contra creatorem erigitur. *In abusione*. idest, in peruerso vsu beneficiorum Dei, Vt puta quando cor tibi à Deo datum contra ipsum erigis cogitando, quā do linguam malè loquendo, quādo manus malè operando, quādo oculos, &c. Sic enim Iudæi fecerunt iniquitatem in superbia, & abusione, quādo Christum, qui eos ad saluandum venerat, crucifixerunt. Iob trigesimoquarto. Abutitur eo in superbiam.

Iniquus qui dicitur.
Iustus dicitur.
Christus.
Matth. 27.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, domine, quam abscondisti timentibus te. 457

COnsequenter hic ostendit, quanta sint bona Dei quæ nobis parat cōtra prædicta mala, quæ hic sustinet ecclesia. Et tria facit. Quia primò bona nobis à Deo parata ostendit, secundò de his Deo gratias agit, ibi. *Benedictus dominus.* Tertiò quo ad bonos, & malos Dei iustitiam ostendit, ibi. *Diligite dominum.* prima in duas, quia primò ostendit bona, quæ nobis parantur in præsenti. secundò illa quæ in futuro, ibi. *Abscondes eos*. Quantum ergo ad primum ostēdens bona, quæ nobis hic Deus præstat, ait. *Quam magna multitudo*, &c. Id est, quàm multis modis copiosa est dulcedo tua, domine, qua corrigis delinquētes, parcis pœnitentibus, promittis hæreditatem cœlestem, quia eos, quos emēdas, multum amas. Et istam dulcedinis abundantiā nobis præstat Deus absque meritis nostris præcedētibus, quod attendens Psal. dicebat de humano genere Deo. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, & psal. 24. Dulcis, & rectus dominus, propter hoc legem dabit, &c. Hæc autem dulcedo diuinæ misericordiæ licet omnibus offeratur: tamen solis electis seruatur, quia soli electi illam per effectum gustabūt, malis exclusis, qui obijcem ponunt. Et hoc, quod subditur, *Quam abscondisti timentibus te*. idest, conseruasti. Res enim absconditur, vt seruetur. Sic enim sapientiam Dei, & gratiam absconsam di-

1. Cor. 2. rebat Apostolus. Loquimur sapientiam Dei in mysterio, quæ absondita est quam prędestinauit Deus ante sęcula in gloriam nostram. Vnde quòd ista dulcedo electis sit absconditas, idest conseruata, notat cum subdit.

458 *Perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.*

Idest illam dulcedinem gratiæ *perfecisti*, i. perfectam ostendisti *illis qui sperant in te*. Vbi nota, q aliqui sperant in Deũ occultè, aliqui apertè. Occultè qui in corde Christum confitentur, & fidem eius tenent, sed hoc apertè timore vano illud confiteri non audent. Apertè autem sperant, qui fidem, quam corde gerunt omni timore dimisso, coram alijs confitentur, & istis seruatur dulcedo diuinæ misericordiæ. *Quia perfecisti eis, qui sperant in te:* non solum occultè, *sed in conspectu filiorum hominum*. Sed nunquid sperans occultè vel credens, sed timore apertè hoc non ostendens, inter reprobos deputabitur, vt Christum confitens corde inter infideles, sed negans ore? Ad hoc respondet Chrysostomus super Matth. super illo verbo. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. d. Ne forte propter timorem mortis, non liberè dicatis veritatẽ. Ex istis verbis ostenditur, quòd non solum ille proditor est veritatis, qui palam pro veritate mendacium loquitur, sed etiam iste, qui non liberè pronunciat veritatem, quam liberè pronunciare oportet. Aut non liberè defendit veritatem, quam liberè defendere conuenit, proditor est veritatis. Nã sicut sacerdos debitor est, vt veritatem, quam à Deo audiuit, liberè prædicet. Sic laicus debitor est, vt veritatẽ, quam audiuit à sacerdotibus, probauitque in scripturis, defendat fiducialiter, quod si non fecerit, prodit veritatem. Corde. n. creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hoc autem diximus, quia multi Christianorum putant esse peccatum, veritatem quidẽ palam transgredi, tacere autem veritatẽ coram infidelibus, non putant esse peccatum. Et propterea multi inueniuntur in isto reatu. Ideo nos conuenit apertius dicere, quoniam de veritate neganda nihil præsens loquitur sermo, sed de veritate libe-

Sperare in Deo quis dicitur.

Quæstio.

Chrysost.

Nota.

Ro. m. 10.

E rè prædicandã. d. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, quominus dicatis in lumine, quod audistis in tenebris. Vide q non solum ille transgressor est veritatis, qui palam denegat veritatem, sed etiam ille, qui propter timorẽ eorum, qui possunt occidere corpus, tacet veritatem. Et, si propter timorem eorum, qui possunt occidere corpus tacere veritatem, sicut præsens scriptura testatur, impietatis est: Quomodo non sit maior impietas, tacere veritatẽ propter ventrem miserũ, & spem vani honoris?

F Meliorem facere gratiam panis, & honoris, q̃ gloriam veritatis Dei? Vnde & ait Christus. Qui me confessus fuerit corã hominibus, &c. non ait in corde suo. Similiter & hic. d. *Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum.*

Tacere veritatem.

Greg. lib. 9. moral. ...

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. 459

Consequenter hic ostendit bona, quæ Deus suis in futuro sæculo præparauit. Quid enim facies per quã aliquis cognoscitur, nisi imago alicuius intelligitur? cum ergo verbum sit imago

G patris, per faciem intellige verbũ incarnatum, de qua facie dicitur. Angelus faciei eius saluabit eum. Ista facies à nobis in præsenti dicitur abscondita, quia qualiter verbum in virgine carnem assumpsit, abscõditum est oculis omnium viatorum. Nam sicut dicit Hieronymus in sermone de assumptione. Quod natura non habuit, vsus nesciuit, mens nõ capit humana, pauet cœlum, stupet terra, etiam omnis creatura miratur, hoc totum est, quod per Gabrielem Mariæ nunciatur, scilicet in Maria Virgine verbum caro factum est. Quid est ergo ab-

H sconditum faciei Dei nisi verbum incarnatum, hoc est absconditum tabernaculi Dei, de quo supra Psal. 26. Protexit me in abscõdito tabernaculi sui. In isto ergo abscondito faciei Dei, s. in verbo incarnato absconduntur beati i. conseruantur, vt scilicet Deum videãt per speciem, quem modo videt per fidem. Absconduntur etiam *à conturbatione hominum*. i. vt à malis hominibus nullam conturbationẽ iã possint habere vel pati: vel absconduntur *à turbatione hominum*. i. ab homini-

Facies Dei dicitur verbum.

Esa. 63.

Incarnatio Christi.

Hieronym.

Absconditum ...

hominibus iam conturbatis, & damnatis. Quod ideo dicit, quia completa fœlicitate beatorum, quamuis boni videãt, & videbunt semper damnatos, damnati tamen licet vsque ad iudicium videant beatos, tamen post iudicium ab aspectibus damnatorum beati erunt absconditi, quoniam vt dicit Magister sicut Sancti tradunt. Et boni malos, & mali bonos vident vsque ad iudicium, post iudicium tamen boni videbunt malos, sed non mali bonos, & hoc est, quod hic dicitur. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum*, id est, ab hominibus conturbatis, & damnatis. Et quid ex hoc sequatur, consequenter ostendit, dicens.

Dãnatus. Beatus. Videre. Magister li. 4. di. 50.

460 **Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.**

De pæn. di. 1. omnis, qui non: tabernaculũ Dei dicitur Christus, Io. 17.

NAm vt alias dictum fuit, tabernaculum Dei dicitur Christus, quoniam in ipso, vt in tabernaculo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Colos. 1. Et in isto proteguntur beati, quia in Christo beatificantur, & in anima, quia Deus est, & in corpore, quia homo Deus. Hæc est vita æterna, &c. Vt autem dictum est usque ad diem iudicij beati vident damnatos, & econuerso, post iudicium verò beati videbunt damnatos, & non econuerso. Damnati autem interim dum uident beatos, desperant, irascuntur, & maledicunt Deum, & ipsos beatos, quia blasphemãt Deum, ut habetur Apoc. 16. & per consequens omnes beatos. Sed post iudicium coniuncta anima cum corpore, tanta erit damnatorum pœna, quòd ab ipsa absorpti non uidebunt beatos, neque de ipsis recordabuntur. Et per consequens amplius non maledicent eis, nec ipsos blasphemabunt. Et hoc est quod hic de beatis post iudicium dicit. *Proteges eos*, scilicet beatos *in tabernaculo tuo*, scilicet in ipso Christo, qui est Deus, & homo. *A contradictione linguarum*: quia, scilicet damnati, qui modo contradicunt beatis, & ipsos blasphemant post iudicium ipsos non uidebunt, nec corpore, neque mente, & per consequens ipsis non contradicent.

461 **Benedictus dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam mibi in ciuitate munita.**

COnsequenter hic de supradictis Deo gratias agit. Et tria facit, quia primò de tanto beneficio gratias agit. secundò quàm magnum sit beneficium, ostendit: ibi. *Et ego autem dixi*. tertiò rationem tanti beneficij ostendit, ibi. *Ideo exaudisti*. Quantum ad primum gratias agẽs, dicit. Benedictus dominus, &c. Plenitudinem enim beneficij in laudẽ Dei concludit comparans illud suę imbecillitati, quasi dicat. Quid pro tanto beneficio dicam? Nescio, nisi te laudare, tibi gratias agere. Ideo benedictus Deus. Quoniam post tot aduersa superius expressa *mirificauit misericordiam suam mihi*, id est mirabilem fecit omnibus misericordiam suam in me, vt puta me gratis eligendo, me a peccatis corrigendo, me inter pressuras confortando, & hoc *in ciuitate munita*. Ciuitas munita mystice sit triplex, scilicet Ciuitas interioris conscientiæ, quæ munitur ex virtutibus. Ciuitas matris ecclesię, quæ munitur ex fidelibus. Ciuitas triumphalis residentiæ, quæ munitur bonis omnibus. Et de qualibet potest iste textus intelligi. Primò namque est ciuitas interioris conscientiæ. Sicut enim ciuitas vnionem intus debet habere, & munitiones, exterius autem mœnia, sic & conscientia nostra debet habere vnitatem virium, vt omnes rationi subijciantur, munitionem virtutum, quibus à diabolo defendatur, & mœnia donorum exteriorum, quibus ornetur. Vnde animæ fideli dicit Dominus. Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam. Sed cum diabolus istam ciuitatẽ impugnat, si superat, statim muniriones dissipat, & præcipitat mœnia, vt ostendit Gregor. d. Mœnia in ciuitatibus pro ornamento sunt, munitiones verò in defensionem. alia igitur sunt dona, quæ ciuitatem animæ muniunt, alia autem, quæ ornant: prophetiæ quippe doctrina, genera linguarum, virtus curationum, quasi quædam mœnia sunt nostræ ciuitatis, quæ si quis non habeat, stare tamen munitus per fidem, & iustitiam potest. Spes verò, fides, & charitas non nostræ ciuitatis mœnia,

Ciuitas triplex. Conscientia. Hiere. 1. Greg. 11. mor. c. 11.

muralia, sed municiones sunt, quæ si habere negligimus, hostilibus insidijs patemus, &c. In ista ciuitate Deus suam misericordiam mirificauit, quādo animam ad suam similitudinem, & imaginē creauit. Ecclesi. 38. Sine his non ædificabitur ciuitas. De hac ergo quilibet dicat. *Mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita*: quia sua gratuita misericordia nos ad suam creauit imaginē. Secundò est ciuitas matris ecclesiæ quæ meritò dicitur ciuitas, quia vnum habet principem Christum, qui suorum ciuium cōtinet per charitatem, vnitatem, & suos ab hoste maligno defendit, de qua Psal. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Et verè gloriosa, quia hic remissio peccatorum, hic gratiarum collatio, hic meritorum operatio, hic corporis Christi consecratio, &c. Et in hac ciuitate Deus suam misericordiam mirificat, quia de infidelitate ad fidem, de peccato ad gratiam, de seruitute diaboli ad filiationem Dei per baptismum vocat, imaginem vitiorum redigit ad nihilum, Psal. In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Tertio est ciuitas cœlestis gloriæ, de qua Apoc. 21. Vidi ciuitatē sanctam Hierusalem habentem charitatem Dei in se, quæ habebat murum magnū, & altum. Et hæc ciuitas munita, quia ibi est gratia charitatis vnio. Vidi ciuitatē ibi est clara diuinitatis visio, quia habebat claritatem Dei in se, ibi est bonitatis tentio, quia habebat murum magnū & altum. Et in hac ciuitate Deus mirificat nobis misericordiam suam, quia nō nostris meritis, sed sua gratia nos beatificat æternaliter, & ideo à nobis semper laudandus. Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, &c.

Psal. 86.

Psal. 72.

Glosa.

Psal. 47.

462 *Ego aūt dixi in excessu mētis meę, proiectus sum à facie oculorū tuorum.*

7. q. 1. aduersitas.

Gratia.

Ostēdit hic quàm magna sit sic misericordia, & gratia. Tantò enim gratia alicui facta dicitur maior: quantò ille minor est, cui fit & indignior existit, &, ideo iste indignitatem suam ostēdēs ait. *Ego dixi*, &c. Excessus quippe est pauor vel timor, quo mēs extra se rapitur, vel quasi alienatur. sicut quis ex graui periculo imminenti extra se tollitur. Sic ergo populus fidelis à Deo electus, dū

E primò considerabat peccata sua, in quibus tenebatur, æternam mortem, quam pro his merebatur, quasi extra mentem positus, se à Deo ex toto proiectum, & abiectum considerabat: tam propter culpam commissam, quam propter pœnam inflictam, quasi Deo dicit. Si enim me respiceres ista me pati non sineres. Sed quia quantò quis magis se humiliat, tantò facilius exauditur a Deo, qui in altis habitans humilia respicit, ideo iste in persona ecclesiæ, & cuiuslibet fidelis loquitur, quod sequitur.

F Ideo exaudisti *vocē orationis meę.* q.d. Quia humiliter confessus sum, lapsum meum, & meipsum accusaui. Quia in tribulatione ad te clamaui. *Ideo exaudisti vocem orationis meæ, cum clamarem ad te*. Et hoc idē sub alijs verbis in alio ps. dicitur. Si dicebā, motus est pes meus, misericordia tua, dñe adiuuabat me. Vides ergo quō Deus amat confessionem. Confitere peccatū, & statim euades periculum.

463 Humanitas.

464 *Diligite dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.*

G Consequenter hic ostendit quo ad bonos & malos Dei iustitiam, qua considerata ad Dei dilectionem accendimur, & primò facit hoc. Secundò ex hoc omnes hortatur ad bonum agendū, ibi. *Viriliter agite*. Dicit ergo primò. *Diligite dominum omnes sancti eius*, quasi ex premissis hoc inducens. Quia expertus sum q Deus sperantes in se, iuuat & cōfundi non permittit. Ergo & vos sancti, idest, qui sanctificari cupitis, *Diligite dominum*, non mundum, quia amor mun-

Diligere Deum.

H di Dei excludit amorem & econuerso. Amicus enim mundi inimicus Dei constituitur. Disce ergo homo non diligere mundum, vt discas diligere Deum. Auertere à mundo, vt conuertaris ad Deum. Effunde mūdi amorē, vt Dei implearis amore. *Diligite ergo dominū*, &c. Et nota quòd tripliciter à nobis Deus debet amari. In cuius figuram dixit dominus resuscitatus ter Petro. Simon Ioannis amas me? quia scilicet quilibet debet amare Deum plusquàm sua, plusquam

quàm suos, plusquàm se. Ad ista aria potest referri illa triplex dilectio Dei, vt Deũ scilicet diligamus toto corde, quo ad primum, tota anima quo ad secundum, tota mente quo ad tertium. Et huius amoris resurrectioné subdit dicens. *Quoniam veritaté requiret dominus:* Quid enim est veritas nisi vt creatura seruiat creatori, & compleat eius præcepta? Sic enim se seruasse veritatem dicebat Ezechias. d. Memento, domine, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto. Veritatem ergo requiret dominus, scilicet in iudicio, quando iustorum discutiet merita, & pro meritorum qualitate præmia dabit. Et non solum hoc faciet bonis, sed malorũ peccata discutiet, quia retribuet dominus abundanter facientibus superbiam. Hic enim nomine superbiæ omne peccatum intellige, quo quilibet peccans se erigit contra Deum. Illis dominus retribuet abundanter, non quod puniat eos vltra condignum, sed quia sine fine, vnde 1. Reg. 26. Dominus retribuet vnicuiq; secundum iustitiam suam.

Veritas quid est. Esa. 38.

465 *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, oẽs qui speratis in domino.*

IN hoc enim versiculo exprimitur tota intentio huius psal. quæ est hortari fideles ne vacantes ocio bonũ indesinenter agant, & ne carnis fragilitas aduersa mundi timens in ipsis deficiat. Sic enim dicebat Apostolus. Bonum autem facientes non deficiamus, tépore enim suo metemus, non deficientes.

Galat. 6.

PSAL. XXXI.

466 *BEati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.*

De pœ. d. 1. ille rex.

TItulus istius psal. est, *Intellectus Dauid*, vel secundum alios. *Eruditio Dauid*. Hic Dauid significat corpus ecclesiæ, nõ caput. s. quemlibet verè pœnitenté. Agit. n. principaliter contra vitiũ illorũ hominũ, qui peccata sua vel nesciunt, & nescire volunt, vel cognita defendunt, de bonis ac meritis se iactãt, sicut faciebat ille Pharisæus orans in téplo. d. Non sum sicut cæteri hominum. Econtra autem iste docet vt nos peccatores esse cognoscamus, & nostra peccata accusemus. Et si quid boni in nobis est, non nobis, sed Dei gratiæ attribuamus. Nullus enim putare debet absconditum esse Deo illud, quod in conscientia sua habet occultum. Ex quibus apparet sensus tituli, qui est talis. *Intellectus Dauid*. i. iste psal. attribuitur pœnitenti, quia hic docetur pœnitens quid intelligere debeat, si verè pœnitens est, vel pœnitere cupit. vt. s. prius intelligat se peccatorem, & si coperit aliquod bonum facere, non viribus suis tribuat se iustificans, sed gratiæ Dei. Quantum autem ad materiam psal. est notandum, quòd vt dicit Rab. Mo. Dauid fecit istum psalmum, quãdo à Deo sibi fuit reuelatum quòd peccata quæ commiserat. s. adulterij, & homicidij à Deo sibi erant dimissa. Sciendum tamen quod circa remissioné illorum peccatorum fuerunt multæ factæ reuelationes diuinæ. Prima fuit facta ipsi Nathan prophetæ, cui fuit reuelata peccatorum dictorũ remissio, quo ad partem pœnæ ipsis debitæ, ipso Dauid humiliter peccatum suum cognoscéte, vt habetur 2. Regum. 12. Et dixit Dauid ad Nathan. Peccaui domino. Et dixit Nathan ad Dauid. Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Mors enim corporalis quam Dauid meruerat, propter confessionem suam humilem translata fuit ad puerũ de Bersabe ex illo adulterio natum. Tamé cum hoc dixit ei Nathan, quòd alijs temporalibus pœnis esset affligendus, vt ibidé habetur. s. 2. Regum. 12. Et istæ reuelationes non fuerunt factæ ipsi Dauid immediaté, quia tunc dignus non erat. Postea tamen virtute contritionis, confessionis, & orationum suarum meruit, vt sibi dimissio illius peccati à Deo reuelaretur. Et reuelatione super hoc habita fecit istum Psalm. quem primò exponam quo ad literam, secundò quo ad intellectum Psalmistæ. Quantum vero ad primum Psalm. iste diuiditur in partes duas, quia primo gratias agit de peccati dimissione, secundò instanter orabit vt præseruetur à recidiuatio-

Luc. 18.

uatione, ibi. *Pro hac orabit.* Prima in duas quia primò ponit remissiõis peccati fructum, secundò remissionis peccati modum, ibi. *Quoniam tacui,* &c. Dic vt Nic. de Ly. *Beati quorũ remissa sunt,* &c. Quãtum ad intellectum literæ. Notandum quòd iste Psal. est secundus inter Psalm pœnitentiales, & differt a primò quia in primo Psalm. pœnitentiali pœnitens timore pœnæ iudicij peccata sua plorat, in isto vero peccata, quę cõmiserat confitetur, & cæteros mouet ad confessionem peccatorum debitam. Et sic diuiditur iste Psalm. in quatuor partes, secundum quòd quatuor in vera pœnitentia concurrunt, scilicet præsupposita cõtritione debita, quia primò ponitur peccatorum gratiosa remissiò, secundò peccatorum aperta confessio, ibi. *Delictum meum,* tertiò peccatorum debita satisfactio, ibi. *Pro hac orabit,* quartum pęnitentis clara perlustratio, ibi. *Intellectum tibi dabo.* Quantum ad primum sciendum quòd ad remissionem peccati quatuor concurrunt, quæ hic ponuntur, secundũ quæ ista prima pars quatuor habet partes. Quia ponitur primò diuina miseratio, secundò peccatoris contritio, ibi. *Beatus vir,* &c. tertiò mentis humiliatio: ibi. *Quoniam tacui,* quartò peccatorum frequens meditatio, ibi. *Quoniam die ac nocte.* Quantum ad primum dicit. *Beati quorum remissa sunt iniquitates.* Sola enim Dei miseratio nostra peccata remittere potest & non homo. Tunc enim remittir, quando peccatum non reseruat ad pœnam æternam. vt puta qñ tibi debetur vindicta ex culpa commissa, & ipse indulget ex gratia. Malis enim operibus debetur dãnatio æterna: sicut bonis æterna debentur præmia. Si tibi redderetur, quod debetur, puniendus esses. Sed quando peccatũ remittit Deus non tibi reddit debitam pœnam, sed indebitam tibi gratiam donat. In isto enim versiculo principalius tractat de remissione peccatorum ante fidem quæ fit in baptismo, quia in baptismo remittũtur iniquitates, & peccata teguntur. Iniquitatis ergo nomine intellige peccati fomitem, scilicet concupiscentiam carnis aduersus spiritum, quæ ante baptismum non solum est pœna, sed etiam culpa, nõ quidem actualis, sed originalis post baptismum verò pœna est non culpa, in baptismo enim delétur originale peccatum, non quidem vt concupiscentia carnis non sit omnino, sed vt peccatum nõ sit. Dicit ergo. *Beati quorum remissa sunt iniquitates,* id est, mitigata concupiscentia, siue fomes peccati. Quo verò ad peccata actualia ante baptismum commissa, sequitur. *Et quorum tecta sunt peccata,* scilicet actualia ante baptismum commissa, vel etiam post. Tecta enim dicũtur peccata, id est, cooperta, res enim cooperta non videtur. Vocantur ergo peccata tecta Deo, quæ non vult videre vt puniat, id est, quæ ad æternam punitionem non reseruat, sed ignoscit. Sed forte dices, si tecta sunt peccata: igitur etiam, quæ Deus remittit, manent in peccante, licet non ad pœnam æternã, quia quod tegitur etiam sub tegumento manet. Respondeo, q. peccata admissa dicuntur tecta, non tanquam sub tegumento maneant, sed quia ita sunt delera, vt ad punitionem non imputentur à Deo. Ad quod intelligendum sciendũ quòd non loquitur de actu, & voluntate peccati, & quia illis remanentibus nũquam remittuntur à Deo, quia impossibile est, quòd quis sit in actu, & voluntate peccati, & peccatum ei sit remissum, quia tunc simul esset in gratia & culpa, quod implicat contradictionem. Sed loquitur de peccato, quòd remanet post actum & volũtatem peccati, illud enim est, quod remittitur à Deo. Ad quod sciendum notandum quòd, vt ait Magister. Non est ignorãdum peccatum duobus modis esse in aliquo, scilicet, actu & reatu. Actu est in aliquo dum illud, quod est peccatum, vt actio vel mala voluntas, est in peccante. Reatu verò cum pro eo siue transierit siue adsit mẽs supplicijs æternis est obligata. Et sic peccatum reatu esse in aliquo cessante actu, & voluntate peccati, nõ est nisi animam p talẽ culpa supplicijs obligari æternis & hoc est illud peccatum quod Deus tegit, quia illam obligationem tollit & remittit. Vel nos etiam peccata nostra tegimus, dum illis bona opera superponimus. Vnde Greg. prædicta verba pertractans, ait. Scriptum namque est. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata.* Et rursum cum scri-

Marginalia: Pænitentia quatuor requirit. — Remittere peccatum. — Baptismus peccata remittit. — Quæstio. — Respon. — Tecta quõ dicuntur peccata. — Mag. lib. 2. dist. 42. — Reatus. — Greg. lib. 2. cap. 1. — Hier. 4.

scriptum sit. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, quomodo tegi possunt eius oculis cui cuncta sunt nuda, & aperta? Sed quia hoc, quod tegimus, inferius ponimus, atque hoc vnde tegimus, superducimus, vt quod est subterpositum, tegamus. Ideo tegere peccata dicimur, quæ quasi subterponimus dum abdicamus, eisq; aliud superducimus, dum bonæ actionis opus ad hoc post eligimus, vt id præferamus. Qui igitur priora mala deserit, & bona posterius: facit per hoc, quod addit, transactam nequitiam tegit, cui boni operis merita superducit.

467 *Beatus uir, cui non imputauit dñs peccatum, nec est in spiritu eius dolus.*

Hic consequenter ostendit q ad remissionem peccati requiritur peccati contritio. Vbi aduertendum quòd omnis, si sit adultus, qui contritionem peccati non habet in corde, dolum retinet. Dolus enim quippe dicitur malitia occulta, vt puta cum quis actibus exterioribus se bonum simulat, & in corde malus existit. Omnis autem homo, de adultis loquor, naturaliter fugit se peccatorem exterius ostendere, & peccata fugere, & odire, dicente saluatore. Omnis, qui male agit, odit lucem, & nõ venit ad lucem, vt non arguantur eius opera. Et omnis homo fugit, & detestatur naturaliter se actibus exterioribus peccatorem ostendere. Qui ergo peccatum non fugit intus in corde, sicut facit exterius, in apparentia, talis dolum habet in spiritu. Ille autem solum peccatum fugit, & detestatur interius, cui peccatum mente displicet, & de commisso gerit contritionem. Ideo de Nathanaele, qui simplex erat, eo quod ei, sicut malum displicebat exterius, sic & interius, dixit dominus. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Sic ergo idem est de peccato commisso contritionem habere & in spiritu non habere dolum. Volens ergo ostendere, quibus peccata non imputentur ait. *Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.* Et nota, quòd hic, & in præcedenti versiculo loquitur de beatitudine non quidem rei, sed spei quia peccata non remittuntur sine gratia gratum faciente, quæ nos in spe facit beatos, quia est quædam area nostræ beatitudinis. Itẽ nota, q idẽ est peccatum remitti, tegi, & non imputari.

Dolus.

Ioan. 3.

468 *Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.*

Hic consequenter ostenditur, quòd ad peccati remissionem requiritur mentis humiliatio. Vbi notandum quòd duæ maxime sunt species superbiæ, scilicet aut enim quis de bonis, quæ habet, se iactat, aut enim mala sua defendit, vel occultat. Istis duobus modis peccauit ille superbus Pharisæus, qui. d. Nõ sum sicut cæteri hominum raptores, iniusti, &c. Ieiuno bis in sabbato, &c. Ecce enim de suis bonis se iactabat, & gloriabatur. d. Ieiuno bis, &c. Et sua mala occultabat. d. Non sum sicut cæteri hominum raptores, nunquid ipse raptor, & iniustus non erat, qui dona Dei sibi attribuebat? Econtra autem vera humilitas, mala sua non excusat, non occultando tacet, sed illa confitetur, de bonis quæ habet non se iactando gloriatur, sed oĩa Deo tribuit. Quæ duo hic notat. Psal. d. *Quoniã tacui, dum clamarem tota die*, quia. s. tacuit mala, quæ debebat dicere, & confiteri, clamauit, & prædicauit bona sua, quæ debebat tacere: vnde gl. pęnitet iste, quia peruerse tacuit peccata, & clamauit merita, d. *Quoniam tacui*, &c. q. d. Dixi, q non erat dicendum de iustitia mea, & tacui, q erat dicendũ de peccatis meis. Nõ est ergo contrariũ, q ait, tacui, & tota die clamaui, tacuit. n. quædam non tacuit quædam. Tacuit vnde proficeret, non tacuit vnde deficeret. Tacuit cõfessionem: clamauit demeritis pręsumptionẽ: Sana mẽbra medico ostẽdebat, vulnerata tegebat, & ideo nõ fuit curatus, sed fuit inueteratus, idest, remã sit in vetustate peccati, quia nõ amauit nouitatem confessionis. Qui enim non vult confiteri peccata, laborat sine causa in excusatione peccati, in quo cum iactat merita, amplius deficit eius fortitudo, exaggerat culpã, cũ defendit, pellit gratiã, dum merita iactat. Dico ergo, *Quoniam tacui*, s. culpam, *dum clamarem tota die*, iactando merita, *inueterauerunt ossa mea*. Per ossa. n. in scriptura virtutes intelligũtur, quia in illis fortitudo mẽtis consi-

De pæ. d. 1. denique.

Superbia.
Humilitas.

Luc. 18.

Tacere.
Clamare.

Ossa sunt uirtutes.

Grego. 13. mor. c. 24. Psal. 33. consistit, vt ostendit Greg. d. Per ossa in scriptura sacra uirtutes accipimus, sicut scriptum est. Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur, quod vtiq; non de ossibus corporis, sed de viribus dicitur mentis. Nam & certè nouimus, quod multorum martyrum corporaliter ossa confracta sunt & persecutores domini latronis illius, cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, sicut & latronis alterius, in cruce crura fregerunt. *Inueterantur ergo ossa*, idest, omnis virtus veterascit, deficit, & infirmatur, quando tacetur culpa, & merita clamantur.

409 *Quoniā die, ac nocte grauata est super me manus tua: cōuersus sum in ærūna mea, dum confringitur spina.*

Consequēter hic ostendit q̃ ad remissionem peccati requiritur peccatorum frequens meditatio. Vbi nota, q̃ Dei manus dicitur potentia sua, quæ aliquando soluta erga nos dicitur ligata, aliquando soluta, aliquando mollis, aliquando dura, aliquando leuis, aliqñ grauis. Dicitur enim ligata, qñ peccata non punit, quam soluit, quando nos flagellis propter peccata percutit, vt in æternum pareat, vt dicit Greg. Similiter dicitur dura, qñ voluntati nostræ contrariè hoc quod ei in nobis displicet feriendo persequitur. Et sic dicitur mollis, quando quæ placet, nobis largitur vt ait Gre. Et consimiliter grauis nobis videtur, quando nos flagellis atterit. Super nos ergo grauatur domini manus die, ac nocte: dum continuis aduersitatibus nos premit, vt parcat, & tunc plerunque peccatores, & superbos ad se conuertit. Plures enim peccatores ad Deum conuertunt aduersa, quam prospera, & magis in prosperis offenditur Deus, quàm in aduersis. Item notandum, quòd per spinam significatur peccatum cupiditatis: quo quis scilicet illicita indebitè cupit, & sic est generale ad omne peccatum, teste saluatore. d. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt, qui cum audierint, à sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes suffocantur, &c. Vocātur enim peccata spinæ, quia mentē vndique pungunt, & laccerant. Confringitur ergo spina: cum peccata franguntur & dissipantur. Item nota, quod ærumna dicitur, hoc enim rumen ruminis dicitur eminens pars gutturis proxima gurgulioni, quia ibi cibus, & potus ruit, & deuoratur. Et componitur cum e. & fit ærumna næ. s. miseria, & calamitas, qua si extra rumen. i. sine cibo. Est ergo sensus versiculi iste. *Ego sum conuersus*, scilicet ad te, *in ærumna mea*, scilicet in miseria mea, quę scilicet est ex flagellis tuis. *Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua.* Et est dum confringitur spina, scilicet dum peccatum meum percutis, confringis, & punis, quia, vt dictū est aduersa sunt causa, vt quis conuertatur ad Deum. Talis enim confractio spinæ non eijcit ad interitum, sed erigit ad salutem. Sic enim de confractione vitiorum dicitur. Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. Sed quia in tota parte precedente Psal. ait de remissione peccatorum, d. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates*, ideo ad huius declarationem, quæro vtrum sacerdos potestate clauium peccata alijs remittere possit. Et arguitur quòd sic, auctoritate Christi. d. Petro in persona ecclesiæ. Tibi dabo claues, &c. Quodcūque solueris super terram, &c. Et q̃ ista potestas se extendat ad remissionē peccat, ideclarat Christus dicēs Apostolis. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c. Ad oppositum est Magister, ad hoc inducens multas rationes, & auctoritates, & in fine capituli cōcludit. d. His pluribusque alijs testimonijs docetur, Deum solum per se peccata dimittere. Respondeo. Tria sunt videnda, primum an omnes sacerdotes habeant claues ecclesiæ, secundum an oēs habeant vsum clauium, tertium ad quid se extendat potestas clauium. Quantum ad primum sciendum, quòd claues ecclesiæ. s. scientia discernendi, & potentia absoluendi, & ligandi, & sententiandi tripliciter accipi possunt. Vno modo pro auctoritate simpliciter principali. Alio modo pro auctoritate non simpliciter principali, sed præcellente. Alio modo pro auctoritate non principali nec præcellente, sed solum ministrante. Ex hoc dico tres propositiones, prima, quòd auctoritas principalis clauium tam discernendi

Manus Dei dicitur potentia. Gregor. 7. mor. c. 8. Greg. 26. mor. c. 26. Spina significat auaritiam. Luc. 8. Ærumna. Psal. 17. Quæstio. De hac quæstione i qua soluēda auctor allucinatur: quid sit sentiendum: vide cēsuram in initio huius tomi positā. Ioan. 20. Mag. lib. 4. dist. 18. Clauium potestas.

nendi quàm sententiandi soli Deo conuenit, patet, quia principaliter aliquem iudicare spectat ad principalem præsidem: patet per illud Roman. 14. Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? sed primus præsidens est Deus. igitur. Ideo dicit Scotus, quòd sicut Deus non potest communicare alicui diuinitatē, sic nec primam potentiam iudicandi, vel discernendi, nec per cōsequens claues aperiē di cœlū. Secunda propositio est, quod accipiendo claues secūdo modo, solus Christus homo habet claues, patet, quia ipse super omnes creaturas habet potentiā iudicandi & scientiam discernendi. Et hoc est quod de ipso dicitur Apocaly. 3. quod habet clauem Dauid, qui claudit, & nemo aperit, aperit, & nemo claudit. Tertia propositio, quòd accipiendo claues tertiò modo, summus pōtifex cum suis successoribus habet claues, ad hoc facit verbum Christi dicens Petro, tibi dabo claues, &c. Et, si quæras an omnis sacerdos ritè ordinatus habeat claues ecclesiæ? Respondeo, quod sic, quod probo, quia omnis talis sacerdos habet potestatem consecrandi corpus Christi, igitur, & claues ecclesiæ, antecedens per se est notum, probatur cōsequentia quia in consecratione sacerdotis æqualiter ei tribuitur potestas conficiendi, & absoluendi. Statim enim postquàm episcopus dicit. Accipe potestatem celebrandi missam tam pro uiuis quam pro defunctis, subdit. d. Accipe spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, &c. Si autem quæras, vtrum omnes sacerdotes habeat æqualiter claues, saltem clauem potestatis sententiandi? Respondeo quòd talis potestas est duplex scilicet ordinis, & iurisdictionis. Dico primo, quod potestatem ordinis omnes æqualiter habent, quod patet, quia clauis datur præcisè in ordinatione sacerdotali, & ad hoc talis assignatur ratio, scilicet diuina institutio, cuius institutionis cōgruitas apparet. Quoniam harum clauium conseruator habet officium mediatoris, & reconciliatoris. Mediator est enim inter Deum, & homines. Reconciliator autem reducendo peccatores ad ecclesiam, & ecclesiæ reconciliando. Ad hoc autem, quod possit esse mediator perfectus inter Deum, & homines

Scot. d. 19. lib. 4.

Matth. 16.

Omnis sacer dos hēt claues.

Claues ecclesiæ sacerdos.

A oportet quòd habeat posse offerendi dona, & sacrificia pro peccatis, quib. Deus placetur. Et ad hoc, quod possit reducere in corpus Christi mysticum cuius caput est ipse Christus verus, vt recta, & ordinata sit potestas, oportet quòd habeat posse conficiendi corpus Christi, hoc autem ad solos pertinet sacerdotes, & ideo diuina sapiētia hanc potestatem ligandi, atque soluendi solis sacerdotibus commisit, & ita in ordine sacerdotali dantur claues. Et quoniam episcopatus non dicit nouum ordinem, sed solum quandam ordinis eminentiam, B rectè dicendum est in eo non dari nouam clauem, sed potestatem huius extendi quo ad iurisdictionem solum, non quo ad ordinem. Cum igitur omnes sacerdotes æqualiter habeant ordinem sacerdotij, sequitur quod oēs æqualiter habent claues quoad ordinem non quoad iurisdictionem, non tamen tantum potest absoluere vnus sicut alius, quia non oēs æqualiter habent iurisdictionem, quod statim in sequenti patebit articulo. Secundò uidendum est, an omnes sacerdotes habeant vsum clauium. Et videtur, quòd sic, quia aliter frustra haberent cla- C ues, si ipsis vti non possent. Ad oppositum, quia si omnes haberent vsum clauium, cùm omnes æqualiter habeant claues, omnes æqualiter absoluere possent, & ligare, & sic non plus posset absoluere episcopus, quàm simplex sacerdos, nec papa plus quàm episcopus, quod est hæreticum, cum solus dñs papa habeat potestatis plenitudinem, cæteri autem sint vocati in partem sollicitudinis. Respondeo, quòd quamuis omnes sacerdotes habeant claues, non omnes tamen habent vsum clauium. Vnde notandū, quod aliud est, habere potestatem D alicuius rei, aliud habere vsum illius potestatis, sicut patet per exemplum in rebus magis notis. Omnis iudex, vel potestas ciuitatis habet liberè potestatem suspendendi latrones, quamdiu durat in officio, non tamen semper habet vsum, nec etiam habere potest, quia si non habeat latrones puniendos, vsum suæ potestatis habere non potest, quia oportet, ad hoc quod vsum suæ potestatis habere possit, ipsam habere materiam, in quam sua potestate possit vti. Similiter

Nota.

Clauium vsus.

2. q. 6. de cætero. & cap. quaso.

ter quilibet sacerdos habet potestatem conficiendi, si autem non haberet materiam debitam consecrationi, vt puta si nō haberet panem, potestatem quidem consecrandi haberet, sed vsum non haberet. Consimiliter in proposito dico, quilibet sacerdos habet claues ecclesiæ, nō tamen quilibet habet vsum clauium, quia non quilibet habet materiam, in quam sua potestate possit vti. Materia autem debita est homo sibi subditus, sicut panis est materia consecrationis. Certum est autem, quòd non omnes sacerdotes habent homines sibi subditos. Vbi notandum, quòd ideo dominus papa dicitur habere potestatis plenitudinem, quia totū corpus ecclesiæ sibi subditur, & nulli alteri de iure, & idcirco ipse potestate clauium potest vti in omnes, & in omnibus casibus. Sed quia omnes fideles per seipsum iudicare nō posset, aduocat alios in partem sollicitudinis, vt puta episcopos, & dat eis certam partem populi subditam, & in certis casibus. Et illam partem populi episcopi absoluere possunt, & solum in illis casibus eis à papa concessis. Consimiliter etiā quia vnus episcopus per se toti diœcesi suæ intendere non posset, vocat curatos parochiales, & eis committit parochialem populum, & non plenè, sed in certis casibus, alijs sibi retentis. Et ideo tales in sibi commissis tanquam in materia debita potestate clauiū vti possunt, & solum in casibus sibi ab homine, vel à iure concessis. Sed quid de sacerdotibus, qui non sunt curati habentes determinatum populum sibi subditum, quomodo clauibus possunt vti, dicam in sequenti lectione.

Papa habet plenitudinē potestatis.

470 *Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi.*

De pæ. d. 1. cap. finali.

Hic consequēter ponitur aperta cōfessio. Notandum quòd peccatum omne, quamuis includat omissionem, quia omnis peccās omittit præcepti alicuius obseruationem: tamē distinguitur peccatum, quia aliquod est commissionis, quod scilicet aliquem actum includit, vt homicidium, & aliquod omissionis, quod nullum actum includit, vt negligere diuinū officium. Et illa duo genera peccatorum vt remittantur, confessione indigēt, scilicet exteriori, si adsit facultas, sed saltem interiori, vbi exterior fieri non posset. Vnde hic tangit primo peccatum omissionis. d. *Delictum meum cognitum tibi feci.* Secundò peccatum commissionis. d. *Et iniustitiam meā non abscondi.* i. non excusaui. Nam peccatū quod homo tegit, Deus reuelat, sed peccatum quod homo per cōfessionem reuelat, Deus tegit. Et hoc est ꝙ quia Dauid voluit celare peccatū adulterij, & homicidij, ideo Deus illud toti mundo fecit manifestum. Sic enim ex parte domini Nathan dixit ad Dauid. Tu fecisti hoc abscondité, ego vero faciā verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis. Et ideo ad hæc verba Dauid compunctus statim peccatum suum confessus est dicens ibidem. Peccaui domino. Et hoc est, quod hic ait. *Delictum meum cognitum tibi feci*, scilicet per confessionem. Sed dices, cùm Deus omnia cognoscat æternaliter, antequam fiant, dicente scriptura Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia, antequā fiant. Quomodo ergo sibi aliquid possumus facere notum vel aliquid abscondere ab illo? quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. ad Heb. 4. Respondeo quòd tanta est connexio creatoris ad creaturam, causæ ad effectum, quòd omnia quæ creatura facit, Deus dicitur facere, in tantum ꝙ quando Deus aliquid de nouo nos facit scire ipse dicitur illud scire de nouo. Vnde ait Grego. scire Dei est scire nos facere, vsitato nostro locutionis modo, qui lætum diem dicimus, ex quo contingit vt læte mur. Hinc est enim, quod ad Abraham dominus, dicens. Nunc cognoui, quòd timeas Deum, neque enim creator tem porum quicquam cognouit ex tempore, sed cognoscere eius est ex cuiuslibet casus contingentis articulo nobis cognitionem præbere. Sic ergo conformiter nos Deo illud notum facimus, quod ipse nobis cognitum facit. Quando ergo Deus nobis dat cognitionem peccatorum nostrorum, & per consequens detestationem, tunc illa Deus dicitur scire, & sic nos illa Deo facere cognita. Quid est ergo. *Delictum meum cognitum tibi feci*, nisi, me fecisti cognoscere peccata mea,

Peccatū duplex. s. omissionis & cōmissionis.

Cōfessio est necessaria.

2. Reg. 12.

Quæstio.

Dan. 13.

Cōfiteri Deo qui oia nouit ad quid valet.

Gregor. 2 1. mor. cap. 6. Scire Dei.

mea, & illa detestat: ex quo tu diceris illa cognoscere? Et sic quicunque aduertens peccata sua & illa detestans, illa cognita modo prædicto Deo facit. Et quia ad talem cognitionem, & detestationẽ peccati sequitur propositum confitendi, aliter illa plenè nõ detestatur. Ideo subditur.

471 *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.*

7.9.2.si ergo.

Cõfessio debet esse accusatiua.

QVasi dicat. Ideo delictum meum feci tibi cognitũ, quia ipsum ego cognoui & pœnitens illud tibi confiteri proposui, non illud excusando, sed me, quia, *Confitebor aduersum me iniustitiam meam*, &c. idest, illam esse aduersum me, idest, me inculpando, non Deum, vel naturam. Multi enim confitentur iniquitatem suam, sed non aduersus se, sed aduersus Deum, qui scilicet, quando inueniuntur in peccatis, dicunt, non hoc feci, aut hoc non est peccatum, sed Deus voluit. Alij dicunt fatum mihi hoc fecit: stellæ mihi fecerunt. Et ita per circuitum volunt venire ad Deum accusandum. Stellas enim ipse fecit, & ordinauit; & ita per eas vult ostendere quòd Deus fecit vt peccarent, vt ergo tales indulgentiam mereãtur dicant potius. *Confitebor aduersum me*, &c. vnde sequitur. *Et tu remisisti impietatem peccati mei*. Magna Dei pietas hic ostenditur, vt ad solam confessionis promissionem dimiserit peccatum, votum enim pro opere iudicatur. Et nota quòd non dicit. *Tu remisisti peccatum meum*. sed *impietatem peccati mei*, vnde secundum q hic ait Ricard. Quid enim hic aliud intelligitur nomine impietatis nisi specialis iniuria creatoris? ab ipso enim sumus ab ipso habemus quicquid boni habemus. Quid ergo magis impium, quid magis iniuriosum, quam contra tantæ pietatis dominũ illud improbe committere quod quantum in te est, non possis in æternum corrigere? Impietas itaque peccati tunc remittitur veraciter, quando ad veram pœnitentiam creatoris iniuria indulgetur. Sed hic cadit dubium scilicet vtrum ad veram contritionem sine confessione remittatur peccatum.

Impietas.

Richardus.

Quæstio.
Contritio.

A Et arguo, quòd confessio sit necessaria, primò quia ut dicitur prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, nõ dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequenter. Item Esa. 43. dicitur. Narra si quid habes vt iustificeris. Quod sic exponit Ambr. quod hoc intelligitur de narratione culpæ, quæ fit per confessionem. Item Ambr. ait. Non potest quis iustificari à peccato ante confessionem. Itẽ ratione arguo. Nullus potest intrare regnum cœlorum, nisi per ostiarium Petrum, & eius successores: patet quia ei à Christo B sunt datæ claues aperiendi cœlum, & claudendi, sed nulli aperit potestas Petri, nisi per absolutionem sacramentalẽ, quæ non fit sine confessione. igitur. Itẽ omni existenti in peccato est pœnitentia ad salutem necessaria, ergo & partes pœnitentiæ, sed confessio est pars pœnitentiæ. Ad oppositum est præsens textus, qui dicit. *Dixi confitebor*, &c. Quod exponens Cassiodor. ait. Magna Dei pietas, quæ ad solam confessionis promissionem peccata dimittit, votum enim pro opere iudicatur. Item Augu. Nondum pronunciat, sed promittit se C pronunciaturum, & Deus peccatum dimittit. Item Ezech. 18. Quacunq; hora peccator conuersus ingemuerit, vita viuet. Non dicitur ore confessus fuerit, sed conuersus ingemuerit. Ex quo datur intelligi, quòd etiam ore tacente, veniam consequimur peccatorum. Hinc etiam illi leprosi, quibus præcepit dominus, vt ostenderent se sacerdotibus, in itinere, antequam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo insinuatur, quòd antequam ora nostra sacerdotibus aperiamus, idest, peccata cõfiteamur, à lepra peccati mundamur. D Item arguitur ratione. Quia Deus pronior est ad miserendum quàm sit ad cõdemnandum, sed solo actu cordis cõsentaneo subtrahit gratiã, ergo multo fortius solo actu cordis detestantis peccatum dimittit. Respondeo supponendo, quòd hic loquamur de adultis habentibus liberi arbitrij vsum dico, quòd quamuis sine sacramentis quis possit iustificari: nullus tamen iustificatur contemnens sacramenta. Quoniam igitur confessio est peccantibus imposita, impossibile

Cõfessio peccatorum.
Remissio.
Esa. 43.

Ambros. in lib. de paradiso.

Cassiod.

August.

Luc. 17.

possibile est aliquem iustificari, qui nõ habet confessionem in facto, vel in proposito. Si enim confessionem contemnat, quantumcunq; de peccato doleat, non ex hoc iustificatur, sed mortaliter peccat. Si autem confessionem habeat in proposito efficaci, cum Deus bonam voluntatem in talibus pro facto reputet, iustificatur. Si autem voluntatem bonam, & propositum efficax habeat cõfessionis, tunc statim, cum poterit commodè, & tempore debito voluntatem ducet ad effectum: aliter propositũ non est efficax. Et ex istis ad auctoritates prædictas patet quid dicendum: Quia auctoritates probantes confessionẽ necessariam, accipiunt confessionem pro efficaci proposito confessionis: probantes verò confessionem non esse necessariam, accipiunt confessionem pro exteriori actu confessionis.

472 *Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.*

Consequenter hic ponitur peccatorum debita satisfactio. Satisfactio autem, vt dicitur de pœni.dist.6.§.3. Satisfactionis sunt tres partes, scilicet, oratio, eleemosyna, & ieiunium. Et secundũ hoc ista pars diuiditur in tres. Quia primò agit de oratione. Secũdò de eleemosyna. ibi. *Veruntamen*. Tertiò de ieiunio siue corporis maceratione, ibi. *Tu es refugium*. Quantũ ad orationem, d. *Pro hac orabit ad te*, &c. Hic ponit primam partem satisfactionis, quæ est oratio. *Oratio.* Ad remissionem enim peccati & et pœnæ peccato debitæ valet oratio, & propria, & aliorum, & sic iste versus dupliciter intelligitur. Primò de oratione propria, quia, scilicet oĩs sanctus. i. qui vult à peccato expiari, & sic iustificari, *orabit pro hac*, scilicet pro iustificatione, & gratiæ infusione. Eccl. 28. Ne despicias teipsum, sed ora dominum, & curabit te. Exponitur etiam de aliorum oratione, vt sit sensus. *Pro hac*. s. indulgentia habenda. *orabit omnis sanctus*, quia. s. debes orare sanctos, vt pro te sancti orẽt. Sic. n. & populus Bethuliæ ipsi Iudith dixit, ora pro nobis quoniam mulier sancta es. *Iudith 8.* Sequitur *in tẽpore opportuno*. Quãdis enim omni tempore sit orandum, tamen vnum tẽpus magis opportunum est alio, vt tempus ieiuniorum, tempus solemnitatum, &c. Etiã tpe opportuno, qñ. s. homo est in altiori deuotione, quia vt dicit Eccl. 3. Omnia tempus habent, & tempus tacendi, & tempus loquẽdi, &c.

Quæstio. Oratio sanctorum.

Sed hic est vnum dubium. s. vtrum sancti orando pro nobis, aliquid nobis impetrent. Et vr, q̃ non. Primò, quia nõ sunt in statu merendi, igitur nihil orando nobis possunt mereri. Si dicatur q̃ nobis impetrant non merito nouo, sed merito quod habuerunt in via, contra, hoc non soluit. quia s̃m hoc et si non rogarent modò, adhuc illud obtinerent. Item ipsi remunerati sunt de toto hoc quod ipsi meruerunt: ergo illo merito nihil obtinẽt nobis. Item sancti per oĩa conformant se voluntati diuinæ: ergo non orant, nec petunt, nisi quod Deus vult dare, sed quod nobis Deus dare decreuit, daret et sine orationibus sanctorum, ergo. Item sancti vident, vtrum orationes nostræ sint exaudibiles, vel non, si sunt exaudiendæ, frustra orant pro nobis, si non, ergo orant vt exaudiãtur, in ijs quæ contra voluntatem Dei orant. Contra, sancti in via multa bona nobis impetrant: ergo multo fortius in patria cum ibi sint potentiores. Respondeo, q̃ sancti suis orationibus nobis bona obtinent & temporalia & spiritualia. Vnde Petrus paralytico obtinuit sanitatem tam corporis q̃ animæ. *Act. 5.* Vnde sciendum, q̃ Deus voluit nos rogare sanctos triplici ratione. s. propter nostram inopiam, propter sanctorum gloriam, & propter Dei reuerentiam. Propter nostram inopiam, vt vbi nostra non suppetunt merita, patrocinentur aliena. Propter sanctorum gloriã, quia Deus vult sanctos glorificare, vt ipsos erga nos facere miracula, & ipsos sic laudemus. Propter Dei reuerentiam, vt quia peccator, qui Deum offendit, quasi non audens in persona propria Deum adire, sanctorum patrocinio confidentiam sumat. Et ideo dicitur Iob 5. voca, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquẽ sanctorum conuertere. Ad primum cum dr̃, q̃ sancti non sunt in statu merendi: dico q̃ verũ est, & et dico, q̃ non redditur exauditio merito ipsorum, quod tunc fit, sed merito, quod in eis præcessit. Et cum dicitur, quòd tunc sine ipsorum oratione

ne fieret, postquam iam meruerunt, dicendum, quod meruerunt non simpliciter, quod ille obtineret, sed sub conditione, vt si illi intercederent, vel si alij eorum subsidia implorarent, sicut aliqui sancti in morte petierunt à domino, quod dominus exaudiret inuocantes ipsorum patrocinium. Ad secundum cum dicitur, quòd sunt remunerati, &c. dicitur, quòd verum est de merito absoluto, sed non de conditionato, quia adhuc stat conditio, & per consequens ratio merendi. Ad tertium, quia per omnia conformantur voluntati diuinæ, dico quòd sancti vident Deum nos velle exaudiri, non quidem simpliciter, sed ad preces eorum, ideo rogauit, vt hoc fiat. Ex hoc patet ad quartum, quia sancti vident nostras orationes exaudibiles, sed ipsorum orationibus.

473 *Veruntamen in diluuio aquarũ multarum ad eum non approximabunt.*

Hic agitur de secunda parte satisfactionis, quæ est eleemosyna. Vbi sciendum, quod per aquam, quæ stabilitatem non habet, sed fluit, & refluit, intelligontur temporalia bona, vt sunt diuitiæ. Et hoc est, quod dicit Ezech. 27. In profundis aquarũ opes tuæ. Et sic aquæ multæ, diuitiæ multæ. Istæ aũt aquæ aliquos nutriunt, qui. s. illas debite habẽt, & debitè distribuendo per eleemosynas dispensant indigentibus omnibus secundum suam facultatem. Et isti aquas diuitiarum mensuratè sumentes nutriuntur ab illis. Alij verò istis aquis submerguntur, qui. s. omnia auarè retinentes, nihil alijs condiuidere volunt, & sic mẽte, & corpore submerguntur in eis. Et de talibus terrenis hominibus dicitur Genes. 7. Multiplicatæ sunt aquæ, & omnia repleuerunt, sequitur, Et vniuersi homines mortui sunt. Quod ergo diluuium aquarum multarum, nisi tenax auaritia, eleemosynis inimica omnia cõsumens, & auarum ve diluuium submergens? Et de isto diluuio auaritiæ dicitur. In diluuio prætereunte consummationem faciet. In tali ergo diluuio auaritiæ existentes ad eum. s. ad Deum peccata remittentem nõ appropinquãt. Ideo subditur. *Ad eũ non approximabunt.* Istis enim dicitur. Ne appropinques mihi, quia immundus es. Si ergo auaritiæ diluuio suffocati, non appropinquant ad dominum, quid restat ad habendam remissionem peccatorum, nisi istam aquã per eleemosynas effundere. Quia vt habetur. Ecclesi. 3. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circũdedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me. 474

Hic cõsequenter agit de tertia parte satisfactionis, quæ est corporis maceratio. Vbi notandum quòd duplices sunt tribulationes, scilicet, quædam ab extrinseco, vt quæ nobis ministrãtur à mundo vel diabolo. Aliæ intrinsecę, vt quæ ministrantur ab intrinseco, scilicet à propria carne, & sic tribulatio dicitur omnẽ illud, quod appetitui carnali contrariatur, vt caro appetit voluptatem, & delectationem, tribulatio sibi est disciplina. Caro appetit cibis repleri, tribulatio est fames. Caro appetit delicatẽ nutriri, tribulatio sibi est abstinentia. Et de ista tribulatione, qua caro affligitur per abstinentiam dicitur. Sustenta eum pane tribulationis, & aqua angustiæ. Ista tribulatio animam non turbat, sed mundat. Tob. 3. In tẽpore tribulationis peccata dimittis. Ista tribulatio Deum non expellit, sed ipsum nobis proximum facit. Cum ipso sum in tribulatione. Et hoc est quod dicit. *Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me,* idest, quando carnem affligo, & sic carnis tribulationem patior, tunc tu mihi es refugium, quia, scilicet, spiritui das consolationem. Ideo subdit. *Exultatio mea.* Sed quia quando homo sic tribulatur à carne afflicta, dæmones tunc maximè ad carni cõplacendum hominem tentant: sicut apparuit in capite nostro, quia statim post ieiunium diabolus ad ipsum tẽtandum accessit. Ideo tunc maximè diuinum inuocandum est adiutorium dicit. *Erue me à circundantibus me.* Psalm. 58. Eripe me de inimicis meis, Deus meus & ab insurgentibus, me libera me. Hiere. 15. Erue me ab his qui persequuntur me. Sed circa istas tres partes satisfactionis cadit dubium, quæ illarum sit magis satisfactoria. Et videtur

Marginalia: Aqua significat diuitias. — Diluuium significat Auaritiã. — Naum 1. — Esaia 65. — Tribulatio duplex. — 3. Reg. 22. — Psal. 90. — Tentatio. — Quæstio. — Section letters A, B, C, C.

Satisfactio, oratio, eleemosyna. tur primò quòd oratio, quia satisfactio E Deo recōciliat, sed oratio maximè Deo nos reconciliat, & nos sibi vnit. Quod autem ieiunium, probatur, quia illud opus est magis satisfactorium, quod est magis pœnale, sed ieiunium est huiusmodi. Quod autem eleemosyna, probatur per illud, quod habetur. 1. Tim. 4. exerce temetipsum ad pietatem, quia pietas valet ad omnia. Respondeo vnde primò notandum, quòd satisfactio rectè per ista tria distinguitur. Cum enim sit triplex radix peccati secundum illud. 1. Io. 2. f. Concupiscentia carnis & contra hanc est ieiunium: Concupiscentia F oculorum, & contra hanc est eleemosyna. Et superbia vitæ, & contra hanc est oratio. Et hoc dico appropriatè, quia quāuis vnumquodq; horum valeat contra omnes: appropriate tamen magis opponitur, sicut dictum est. Tunc ad quæstionem dicendum, quòd in satisfactione tria sunt, scilicet vitiato culpæ, & ad hanc maximè valet oratio. Secundum est augmentum gratiæ, & ad hanc maximè valet eleemosyna, quia per hanc homo sibi facit amicos, qui impetrant gratiam. Tertium est solutio pœnæ, & ad hanc maximè valet ieiunium, & hoc est infimum in satisfactione, alia enim duo præponderant.

Nota.

475 *Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.*

24. q. 1. non turbatur.

HAec est quarta pars, in qua ponitur mentis pœnitentis clara perlustratio. Et diuiditur in partes tres. Quia primò ponitur pœnitentis illustratio. Secundo peccatoris reuocatio, ibi. *In chamo.* Tertiò iusti ficati gloriatio, ibi. *Lætamini in domino.* Quantum ad primū sciendum, quòd pœnitens duas magnas gratias recipit à Deo, scilicet culpæ remissionem, & gratiæ collationem. Culpa autem remittitur statim, cum à peccatore detestatur, & confessionis proposi tum habetur. Et gratia infunditur, cum ad Dei amorem acceptatur. Sed fortè pœnitens se excusabit. d. Quomodo potero detestari peccata mea, & illa confiteri, cum illa non cognoscam, quia multoties quis est in peccato, cuius nō

Pœnitētia. Cognitio.

habet conscientiā: iuxta illud Psal. 18. Delicta quis intelligit? &c. Hinc respondet Christus. d. *Ego dabo tibi intellectum*, quo scilicet cognosces omnia tria peccata, illa tibi imputando, non Deo, non fato, non stellis, non constellationibus intellectum etiam tibi dabo, quo cognosces remissionem peccatorum, & virtutes alias te habere, non ex te, sed solo gratiæ Dei dono, quod ideo dicit. Quia sacram scripturam dedit nobis, per quā de omnibus nobis occurrentibus sufficienter informamur. Declaratio sermonum suorum illuminat, & intellectū dat paruulis. Et hoc idem alijs verbis cōfirmat. d. *Et instruam te in uia hac*, scilicet præsentis vitæ, *Qua gradieris. Et firmabo super te oculos meos.* Docet experientia, q nihil tam faciliter mouet oculos alterius ad respiciendum, quantum facit oculis suis illum respicere. Et secundum istum morem dicit. Firmabo super te oculos meos, vt scilicet tu oculis tuis in me semper intendas, quia vt dicitur. Oculi domini super iustos. Oculos enim suos erga nos firmat, & aperit Deus quando peccata nostra in præsenti considerat, & punit, ne puniat G in æternum more medici, qui sanādum secat, & vrit. Sed illos claudit à nobis, qñ peccata nostra quasi non considerās hic impunita dimittit, vt in æternum puniat more medici, qui infirmo non sanando omnia concedit ad libitum, vnde Psalm. 33. Ecce oculi domini super metuentes eum, &c. vt eruat à morte animas eorum, scilicet æterna. Et ex hoc arguūtur superbi, qui nolūt hic à Deo respici, vt corrigantur. Vnde subditur.

Psal. 118.

Oculus videre.

Psal. 33.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. 476

H COnuertit enim nunc se pœnitens ad superbos. d. *Nolite fieri*, &c. Vbi nota, quòd duo sunt maximè peccata, quæ hominem retrahunt à pœnitentia, & à peccatorum suorum consideratione. f. superbia, & luxuria. Superbia enim non vult corrigi. Luxuria quærit carnaliter delectari. Superbia autem per equū, sed luxuria per mulum figuratur. Quod enim superbia per equum figuretur patet, quia equus, qui recta ceruice incedit superbos, & elatos significat, vt hic

Superbia per equū significatur. Luxuria per mulū significatur.

Greg. 31. mor. ca. 18. Eccle. 10.

vt hic dicit glos. Vnde Greg. dicit. Equi nomine superbia dignitatis temporalis accipitur: Salomone attestante, qui ait. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes, quasi seruos super terram. Omnis quippè qui peccat, seruus est peccati. Serui ergo in equis sunt, dum peccatores superbia præsentis vitæ dignitatibus efferuntur. Principes verò quasi serui ambulant, cùm multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic aduersitas velut indignos deorsum premit. Hinc rursum dicitur, Dormitauerunt qui ascenderunt equos, i. in morte animæ, mentis oculos à veritatis luce clauserunt superbi qui in præsentis vitæ honore consistunt. Luxuriosi verò per mulum figurantur: nam, vt dicit Magister de proprietatibus. Mulus ex equa, & asino originem trahit, & sic in mulo libido etiam ad alienam speciem intēdit. Sic enim luxuriosos per mulum denotabat Angelus, dicens Thobiæ. In eos, qui coniugia ita suscipiunt, vt Deum à se & à sua mente excludant, & suę libidini ita vacent sicut equus, & mulus, quibus nō est intellectus, super eos habet dęmoniū potestatem. Dicens ergo. *Nolite fieri sicut equus, & mulus*, idem est, ꝙ nolite fieri superbi, neque luxuriosi, quia ista duo peccata maximè excæcant intellectum, ne seipsum considerare valeat, & ad statum pœnitentiæ peruenire.

Psal. 75. Thobia 6.

477 *In chamo, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.*

Aduersitas. Chamus. Frænum. Tēporalia. Maxilla.

CONsequenter hic ponitur peccatorum reuocatio. Reuocantur. n. peccatores ad statum pœnitētiæ per paupertatem, infirmitatem, vel per alias aduersitates, & miserias. Hic. n. chamus, & frænum duplices aduersitates significant. Per chamum accipe aduersitates maiores, sed per frænum leuiores. Chamus enim est quoddam genus fræni, quo maturatur equus, frænum aūt leuius portat. Vnde glo. *In chamo, & fræno maxillas eorum constringe*. i. in maiori, & minori tribulatione. Per maxillam autē, ad cuius motionem cibus masticatur, intellige rerum temporalium abundantiā. Quid est ergo constringere maxillam, nisi temA poralia parcè conferre, vt saltem necessitate sic constricti ad Deum redire cogantur. Vnde Magister in glo. *In chamo, & fræno maxillas eorum constringe*, id est, parcius da eis victualia, vt saltem ne cessitate coacti tedeant, sicut & animalia, quæ fame pressa, mansuescunt. Sic enim dominus peccatori, quē vult conuertere d. Ponā fręnum in maxillis tuis. O Deus, quot necessitate pressi cōuersi sunt ad dn̄m? Sic enim cęcus natus. Sic Chananæa à dæmonio vexata. Sic ille homo languidus. Sic ille homo claudus sanatus per Petrum. Quando igitur pec B cator elongatur à Deo, aduersitate premitur, vt reuertatur. Et hoc est, quod subdit. *Qui non approximant ad te*. Sunt enim quidā, qui etsi peccant carnis imbecillitate, à pijs tamen precibus non recedunt. Et sunt, qui peccando Deum inuocare contemnunt, & tales maximè, vt reducantur, aduersitatibus sunt arctādi. Talia enim aduersa vitæ præsentis sunt leuia, sed futuræ sunt grauissima, præsentibus iusti premuntur, sed peccatores, qui reuerti nolunt, æternis. Et hoc est, quod subditur.

Ezech. 29. Ioan. 9. Matth. 15. Ioan. 5. Act. 3.

C *Multa flagella peccatores, sperantem autem in domino misericordia circundabit.*

478 7. q. 1. cum percussio.

HIc enim accipitur peccator ꝓ obstinato, qui ad Deum per pœnitētiam conuerti renuit. Sed nunquid plura, & maiora sunt flagella, & aduersa iustorum, cum Apostolus. d. Heb. 12. Quē enim diligit dominus, castigat. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Et Hierem. 12. dicitur. Via iniquorum prosperatur, benè est omnibus qui inique agunt, &c. Et Iob cap. 12. dicitur. D Abundant tabernacula prædonum, &c. Sed notandum, quòd flagellantur boni in præsenti uita ad breue tempus, vt gaudeant in ęternum, mali autem gaudent hic ad breue tempus, vt flagellentur in æternum. Cum igitur à fine res denominentur bona, vel mala: grauis, vel leuis, multiplex vel non, hinc est, quòd quia finis flagellorum, bonorum qui flagellantur, & corriguntur, est bonus, & perpetuus, ideo ipsorum flagella non mala, sed bona: non grauia, sed leuia: nō multa

Quæstio. Aduersa bonorum. Aduersa malorum.

multa, sed pauca dicuntur. Econtra autem considerato fine malorum, eorum flagella dicuntur mala grauia, aut multa. Similiter quia consideratio præmij minuit vim flagelli, sic & consideratio cruciatus perpetui augere debet vim flagelli præsentis. Ponamus, quod duo sint in eodem carcere positi, eisdem vinculis mancipati. Vnus vt probata sua innocentia, coronetur, alius vt probata sua malitia decapitetur. Cui carcer erit maioris flagelli? nonne decapitando? Sic in proposito, considerato fine, flagella iustorum sunt leuia, & modica, sed malorum multa & grauia. Quæ omnia benè ostendit Grego. d. Mercenarius cum facienda opera conspicit mentem protinus ex grauitate laboris abijcit, cû lassescentem animum ad considerandum operis præmium reuocat, quod graue perpendit ex opere leue æstimat ex remuneratione. Sic electi cum mundi huius aduersa patiuntur, cum honestatis contumelias, rerum damna, cruciatus corporis tolerât, esse grauia, quibus exercentur pensant, sed cum mêtis oculum ad æternæ patriæ considerationem tendunt, ex comparatione præmij quam sit leue, quod patiuntur inueniunt. Quod enim valdè esse importabile ex dolore ostenditur, consideratione præmij leuigatur. Hinc est quòd Paulus semper in seipso robustior contra aduersa exigitur, quia nimirum finem sui operis, sicut mercenarius præstolatur. Graue namque, quod sustinet æstimat, sed leue hoc, quod per considerationem pensat. Ipse quippe quam sit graue, quod patitur, iudicat, qui in carceribus abundantius, in plagis supra modû, in mortibus se fuisse frequenter testatur, qui à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepit, qui ter virgis cæsus, semel lapidatus est, ter naufragium passus, nocte, & die in profundum maris fuit, qui pericula fluminum, & latronum: ex genere ex gentibus in ciuitate, in solitudine, in mari, in falsis fratribus pertulit, qui in labore, & in ærumna, in ieiunijs multis, in fame, siti, & frigore, & in nuditate laborauit, qui foris pugnas, intus timores sustinuit, qui vltra vires grauatum se asserit dicens. Supra modum grauati sumus supra virtutem: ita vt tæderet nos etiam uiuere. Sed quomodò remunerationis linteo sudorem tanti laboris tergat, ipse denunciat. d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Finem itaque operis quasi mercenarius præstolatur: qui, dum prouentum remunerationis considerat, vile æstimat, quod penè deficiens laborat. Sic ergo ad propositum considerato fine, flagella peccatorum sunt multa, sed iustorû ex spe præmij sunt pauca. Vñ de flagellis iustorû dicitur. Qui diligit filium assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo. De flagellis autem malorum dicitur. Mors, contritio, & flagella super iniquos: Quæ omnia hic ponit Psal. dicens. *Multa flagella peccatores, sperantem autem in domino misericordia circundabit.*

Greg. lib. 8. mor. c. 7.

Præmij consideratiomi nuit pœnâ.

2. Cor, 11.

2. Cor, 1.

Rom. 8.

Eccle. 30.

Eccle. 40.

Lætamini in domino, et exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. 479

Consequenter hic ponitur iustificatorum gloriatio. Iusti enim sicut in vita beata in solo Deo realiter gloriantur, sic & in vita præsenti in solo Deo spe gloriam ponunt. Mali autem non sic; quorum quidam alienis laudibus delectantur, & gloriam ab inuicem quærunt. Alij gloriam propriam sibi sufficere arbitrantes in seipsis gloriâtur, quasi falsè supponêtes, quòd anima, quæ à semetipsa esse non potest, à seipsa possit esse beata. Sicut ergo cupidi gloriæ, & laude aliena tota solicitudine illa operantur, quæ homines mirentur, & laudent, sic & in seipsis gloriantes illa solû iudicant esse sectanda, quæ ipsorum arbiter interior animus approbat. Et utrumque gloriam quasi vanam Psalmista trâscendens ait. *Lætamini in domino, &c.* vt quid enim aut de alterius hominis, aut de meo sollicitus iudicio gloriabor, cuius iudicio nec reprobus, nec laude probatus inueniar. Si enim ante aliorum hominum tribunal me stare oporteret, meritò in laudibus hominum gloriarer. Quod si meo essem iudicandus examine; iure meo testimonio côtentus proprijs laudib. delectarer. nunc aût nec aliorum hominum nec meo sum iudicio præsentandus, sed Dei, ergo solum in Deo me gloriari oportet, vt scilicet per omnia

Gloria Lætitia.

Nota.

Gloria iustorum in multis.

omnia verba, cogitationes, & opera non meam, sed Dei gloriam quæram. Est aūt notandum, quòd iusti lætantur in domino gloriantur, & exultant multipliciter. s. dum gloriantur in subtilitate diuinæ sapientiæ. In charitate actionis meritoriæ. In asperitate assumptæ pœnitentiæ. In humilitate internæ conscientię. Quę omnia considerans propheta de quolibet iusto dicebat. Erit quasi oliua gloria eius. Vbi notandum, quòd oliua in suo fructu quatuor habet successiuè colores, per quos figurantur dictæ quatuor virtutes, quibus iusti gloriantur in domino. Quoniam oliua primò est viridis secundò rubea, tertiò liuida, quartò nigra. Et sic color viridis significet claritatem diuinæ cognitionis. Rubeus claritatem fraternæ dilectionis. Liuidus asperitatem pœnitentiæ, & afflictionis. Sed niger humilitatem conuersationis. Primo ergo gloriantur iusti in claritate diuinæ sapientiæ. s. in hoc, quòd Deum cognoscunt. Hæc dicit dominus. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & nō glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me. Sic enim summa beatorum lætitiæ consistit in faciali visione diuinitatis. Hæc est vita æterna, &c. Quid mirū si in hac vita mortali iusti gloriantur in diuinitatis cognitione ænigmatica, propter quod dicitur. Qui gloriatur, in domino glorietur. Hæc enim cognitionis gloriatio per uiridem colorem figuratur oliuæ, quia sicut inter omnes colores viridis oculos corporis reficit, sic & diuinitatis cognitio oculos mentis, vnde Prouerb. 3. Beatus vir, qui inuenit sapientiam. Sequitur. Longitudo dierū in dextera illius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria. Quid enim per dexterā nisi vita beata? Quid per sinistram nisi præsens vita designatur? Ista igitur cognitio diuinitatis habet in dextera longitudinem dierum, dum beatis sine fine tribuit uitam. Sed in sinistra diuitias habet & gloriam, dum in præsenti iusti gloriam in Deo ponunt. Sed fortè dices, quomodo in cognitione Dei hic gloriabor, cum ad ipsius cognitionem nullatenus possim peruenire, dicente sapiente. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Respondeo, quòd etsi non clare diuinitas hic possit cognosci, tamen ænigmatice. Videmus nunc per speculum, &c. Dicunt naturales, quòd quāuis noster corporalis oculus clare solis videre non possit propter suæ claritatis excellentiam, tamen si accipiatur speculum clarum & ponatur in aqua clara, lucente sole, tunc videtur sol triplicatus. s. vnus ex cœlo, qui est fons luminis, vnus in speculo, qui generatur à primo, & tertius in aqua, qui generatur ab vtroque. Sic spiritualiter debes facere, si hic in cognitione Dei vis gloriari. Quid enim per speculum nisi rationalis anima, in qua ut in speculo Dei gloria manifestatur? cum sit facta ad ipsius similitudinem, & imaginē. Est enim speculum sine macula Dei, &c. Quid autem per aquam nisi Spiritussancti designatur gratia? Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat de Spiritusancto, &c. Si igitur hic Deum vis cognoscere, pone speculū in aqua, vt. s. sit anima tua in statu gratiæ. Et tunc videre poteris solem triplicatum, idest, Deum in tribus personis suppositatum. Tunc enim videbis vnum solem in cœlo, id est, personam patris. Cum enim cœlum inter omnia sit maximum, maximè habet indicare potentiam sui creatoris, quæ patri appropriatur. Cœli enarrant gloriam Dei, &c. Videbis alium solem in speculo, idest, personam uerbi in humanitate assumpta. Cùm enim speculum dicatur rationalis mens, quæ est principalior pars humanitatis assumptæ, meritò per speculum ipsa denotatur, & per ipsam tota intelligitur humanitas assumpta. Nos sumus gloriam Dei speculantes in eadem imagine. Cōsequenter videbis alium solem in aqua, idest, personam Spiritussancti ab vtroque procedentem in aqua, scilicet, suarum gratiarum, quibus anima nostra irrigatur, & fœcundatur. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et hæc est prima gloria iustorum scilicet, in Dei cognitione. Ipse palam faciet doctrinam sapientiæ suæ, & in lege domini gloriabitur. Secundò gloriantur sancti in charitate actionis meritoriæ, quia omnia sua opera ad Dei gloriā referunt. Omnia in gloriam Dei facite. Cùm enim

Osea 14. *Oliua quatuor habet colores.* *Cognitio Dei.* *Hiere. 9.* *Ioan. 17.* *1. Cor. 1.* *Quæstio.* *Prouer. 25.*

1. Cor. 13. *Sol uidetur in speculo, & in aqua.* *Sap. 7.* *Ioan. 7.* *Psal. 18.* *2. Cor. 3.* *Gen. 3.* *Ecclef. 39.* *1. Cor. 10.*

omnia iustorum fint à Deo per ipsam gloriam non sibi, sed Deo quærunt. Io. 7. Qui quærit gloriam illius, qui misit illum, hic verax est. Hęc autem virtus charitatis per secūdum colorem olinæ, qui est rubeus ad modū ignis figuratur, quia sicut ignis inter omnia elementa est magis actiuus, sic & charitas inter omnes habitus magis ad bona opera excitat. Dicunt naturales, quod quando quis est amore alicuius personę inflammatus, ex velocitate pulsus percipitur, ad quā personam talis sic afficitur. Nam pluribus personis sibi nominatis, audita persona, ad quam afficitur, cuius præsentia caret, statim pulsus fortius mouetur. Et ratio est, quia tunc spiritus descendit ad cor ratione amoris, & cor. sic magis inflammatum, magis mouet partes exteriores. Sic spiritualiter, quando homo est accensus gratia, & charitate, audito Christi nomine, statim cor eius fortius mouet exteriora membra ad bené operandū, quasi omnium bonorum Deo gloriam referens. Vnde de iustis dicitur, quòd sunt repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei. Tertiò iusti gloriantur in Domino per asperitatem pœnitentiæ. Cum enim gloria filiorum sit sequi patrem, gloria militum sequi regem, gloria discipulorum sit sequi magistrum, consequens est, vt gloria iustorum sit sequi Deum patrem ipsorum regem & magistrum. Gloria hominis est ex honore patris, & Eccl. 23. Gloria magna est sequi dominū. Cùm igitur Christus Dominus & pater iustorum tenuerit statum asperitatis pęnitentiæ: consequens est, vt gloria iustorum sit ipse status pœnitentiæ. Sic.n. oportuit Christū pati, & ita intrare in gloriam suā. Quartò iusti gloriantur in Domino per humilitatem conscientiæ. Glorietur super humiles in humilitate sua. Iob 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Cuius ratio est: nam secundum naturales, omnis motus cum sit inter duos terminos contrarios, scilicet, inter terminum à quo, & terminum ad quem, oportet quòd motus tendens ad gloriam, incipiat à cōtrario gloriæ, quod est depressio siue humilitas, quæ antecedit gloriam, sicut superbiam sequitur depressio. Et hanc rationem facit sapiens, dicens. Superbum

Amor i pulsu cognoscitur.

Phil. 1.

Pœnitentia.

Luc. 24.

Humilitas.
Iaco. 2.

E sequitur humilitas, & humilem spiritū suscipiet gloria. Hæc autem virtus humilitatis qua iusti in Domino gloriantur, per quartum colorem olinæ, scilicet, nigrum figuratur, qui est niger, qui color inter omnes colores infimum occupat locum humilitatem significans, qua quis seipsum despicit, & infimum reputat. Et talis confusio humilitatis hominem ducit ad gloriam: de qua Eccl. 4. Est confusio ducēs ad gloriam. Quibus omnibus attentis meritò dicit Psal. *Lætamini iusti in domino, & gloria*, &c. Circa principium istius Psalm. fuit mota quęstio, scilicet vtrum sacerdos potestate F clauium alijs peccata remittere possit. Cuius tertius articulus erat videre, ad quid potestas clauium se extendit, quam nunc declaro sub aliquibus propositionibus. Prima est, quòd potestas clauium non se extendit ad remissionem culpæ, patet per Magistrum di. Sane dicere, ac sentire possumus, quòd solus Deus dimittit peccata, & retinet. Et tamen ecclesiæ dedit potestatem ligandi, ac soluendi, sed aliter ipse soluit, vel ligat, aliter ecclesia: ipse enim per se tantùm dimittit peccata, quia & animam mundat ab interiori macula, non autem hoc G sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem ligandi, atque soluendi, idest ostendendi homines ligatos, & solutos. Et confirmatur, quia peccatum dimittitur in contritione, vt ait Magister. Secunda propositio, quòd potestas clauium non se extendit ad remissionem æternæ pœnæ, patet per Magistrum d. Deus ipse pęnitentem soluit à debito æternæ pœnæ. Et infra, Solus igitur Deus ipse hominem absoluit ab interiori macula, & a debito æternæ pœnæ. Et cōfirmatur, quia nullus sine peccato est debi H tor æternæ pœnæ, pœnitens autem ante absolutionem sacerdotis est à peccato purgatus. Tertia propositio est, quòd potestas clauium se extendit ad pœnā temporalem, scilicet debitam pro peccato iam dimisso, vt patet per Magistrum. d. Sacerdotes quoque ligant potestate clauium, dum satisfactionem pœnitentiæ pœnitentibus imponunt. Soluunt autem, cum de ea dimittūt aliquid, vel per eam purgatos ad sacrā communionem admittunt, &c.

Prou. 29.

Vide censuram initio huius expositam.

Magister li. 4. di. 18.

Magister li. 4. di. 18.

Magister li. 4. di. 18.

Magister li. 4. di. 18.

PSAL. XXXII.

480 *De confec. di.1. quando autem.*

Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio.

EST Psal. apud Hebręos nullum habet titulum, secundum autem Magistrum in glo. talem habet titulũ. *In finem Psal. Dauid.* Cuius sententia patet ex supradictis. Iste Psalmus nullam pro fundamento habet historiam, sed à Dauid fuit factus ad Dei laudes cantandas, vt, scilicet per Leuitas cantaretur in templo, sicut etiam ad hoc multos alios fecit, vnde sola vnica expositione iste Psal. est exponendus. Diuiditur ergo iste Psal. in partes duas, quia Psal. primo inducit fideles ad diuinæ laudis meritum, secundò ostendit laudantium Deũ præmiũ ibi. *Beata gens.* Prima in duas, quia nos inducit primò ad Dei laudationé, secundò ad hoc inducit multiplicem rationem, ibi. *Quia rectum est.* Prima in duas, quia primò laudis diuinæ facit pręceptũ, secundò laudationis ostendit modum, ibi. *Confitemini domino.* Quantum ad primum dicit. *Exultate iusti in domino,* &c. Secundum enim Grammaticos salio, tas, componitur cum ex, quod est extra, & fit exulto, tas, idest, extra saltare, quando, scilicet, lætitia interior cordis per actus exteriores extra saltat & demonstratur. Et sic exultare in Domino est lætitiam mentis de Deo habitam per exteriores laudes extra ostendere. Et hoc maximè decet iustos facere, tum propter Dei reuerentiam, quæ solũ mundo corde, & munda lingua est pertractãda. Eccl. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Propter quod dicitur. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum, &cæt. Quomodo.n. debitè potest Dei laudes loqui, qui Deo in moribus contradicit? Vnde Gregor. lib. 11. mor. c. 9. d. Cùm sacerdos non agit bona, quæ loquitur, ei etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat quod non operatur. Sicut per Prophetã dicitur. Peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, &c. Vnde & deprecat. d. Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsque-

Exultare in domino.

Psal. 49.

Laudat Dominum iniustus nõ peccator.

A quaque. Perpendit namque, quod omnipotens Deus veritatis verbum facientibus tribuit, & non facientibus tollit. Qui ergo hoc de ore suo nõ auferri petijt, quid aliud quàm gratiam bonæ operationis quæsiuit? Ac si apertè dicat. A bono opere errare me ne sinas, ne dum amitto ordinem benè viuendi, rectitudinem perdam loquendi. Ex quibus patet, quod solum rectos Deum decet laudare, & hoc propter Dei reuerentiam, ac etiam propter ipsorum maiorem gratiam à Deo quoniam rectè ab illo plus exigitur, cui plus datur. Et hoc est quod hic dicit. B *Rectos decet collaudatio.* Sed dices. Qui dicuntur recti esse, & tortuosi? Ad hoc respondet Magister in gl. d. Curuus est, qui laudat Deum, quando sibi benè est, blasphemat autem quando malè habet. Rectus verò est, qui semper Deũ laudat in prosperis, & in aduersis. Recti sunt, qui dirigunt cor suum secundum voluntatem Dei, quæ sola est regula recta, & præponit voluntatem melioris suæ voluntati, idest, voluntatem omnipotentis infirmæ suæ voluntati. Exemplo Christi, qui patri orans ait, Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Hæc hu- C mana uoluntas erat proprium aliquid, & tanquam priuatum volens, sed quia rectum hominem vult esse, & ad illud dirigi, qui semper est rectus, subdit. Non quod ego volo, sed quod tu vis. Ac si diceret homini. Vide in me quia potest aliquod proprium velle, vt Deus aliud velit. Conceditur humanę fragilitati aliquod proprium velle, sed statim cogita, quid sit supra te, idest Deus. Illum supra te, te infra illum. Illum creatoré, te creaturam. Illum Dominũ, te seruum. Illum omnipotétem, te infirmum. Subijcies que voluntatem tuam voluntati eius, & sic D eris rectus, Ideo ait. *Rectos decet collaudatio.* Non dicit laudatio, sed collaudatio pp vnitaté ecclesiæ. Aliter quis dicatur rectus & quis curuus, ostẽdit Hugo exponens illud Psal. 91. Quoniam rectus Dñs Deus noster, &c. d. Rectus Deus rectum facit hominem similem sibi. i. sine iniquitate, sicut non est iniquitas in eo. Porro inquit, &s cordis est, non carnis visium, vt per hoc noueris in spirituali portione tui, & non in terrena, luteaque substantia Dei similitudiné conser-

Psal. 118.

Quæstio.

uandam sine reparandam. Quanquam & corporis staturam dederit Deus homini rectam, forsitan vt ista exterioris corporis, viliorisque figmenti rectitudo hominem illum interiorem, qui ad imaginem Dei factus est spiritualis suę seruādæ rectitudinis admoneret, & decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim inde cernitis, quam curuum recto corpore gerere animum? Peruersa res est, & fœda luteum vas, quod est corpus de terra creatum habere sensum, oculos liberè suspicere cœlum, spiritualem verò, cœlestemque creaturam affectus suos trahere in terra deorsum. Et quæ debuit nutriri in croceis, hæ ere luto tāquam vna de suibus, amplexari quę stercora. Erubesce, anima mea, ait corpus in mei consideratione creata creanti similis. Rectum quoque accepisti me adiutorium simile tibi: vtique secundum lineamenta corporeæ rectitudinis, quocunque te vertis, siue ad Deum sursum, siue ad me deorsum. Nemo vnquam carnē suam odio habuit. Vbique occurrit tibi species decoris tui. Vbique pro statu tuæ dignitatis habes de magisterio sapientiæ familiarem admonitionem. Ego autē meam, quam ob tui gratiam accepi rectitudinē teneo, & conseruo prærogatiuam. Tu animo non confunderis amisisse tuam. Cur suam in te conditor intuetur abolitam rectitudinem, quam in me conseruat assidueque repręsentat? Iam omne adiutorium, quod tibi ex me debebatur vertisti tibi in confusionem, abuteris obsequio meo. Indigne ergo humanum corpus inhabitas, brutus, & bestialis spiritus. Quærere, & sapere, quæ sunt super terram curuitas animæ est, meditari verò, quæ sursum sunt, rectitudo. Ex quibus apparet, quòd recti dicuntur qui cor ad Deum habent erectum, sed curui, qui ad terrena.

Bernard.

481 *Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi.*

15. q. 1. reuertimini.

HIc consequenter ostendit modum diuinæ laudis. Vbi nota, hic enim ad Deum laudandum exprimuntur illa instrumenta musica. s. psalterium, & cithara, cùm quibus laudes diuinæ decantabantur in templo ante arcā Domini, vt ex illis instrumentis intelligas modū, quo spiritualiter Deum laudare debemus. Et vidēdum est, quid per citharam, quid per Psalterium decem chordarum hic intelligatur. Primò ergo notandum, ꝙ cithara mysticè sumpta triplex est, in quo Deum laudare debemus. s. Cithara asperitatis pęnitentiæ. Cithara humanitatis Christiferæ. Cithara ligni crucis dominicæ. Primò namque cithara significat asperitatem pœnitentiæ. Cithara namque est corpus de ligno concauum, quod chordis neruiceis exsiccatis, per tactum manus sonum reddit gratiosum. Cor similiter, & corpus nostrum per pęnitentiam, fit concauum, atque vacuum à cibis abstinens, quæ, scilicet pœnitentia, & chordas exsiccatas extendit desuper, dum neruos & pellem remota pinguedine extendit super ossa, & sic corpus tactum benè sonās laudes Deo persolui. Sicut enim corpus citharæ si plenum esset, bene sonare non posset, sic & corpus nostrum cibis repletum laudes Dei benè sonare non valet. Et de ista cithara pœnitentiæ dicitur Iob 30. Versa est in luctum cithara mea. Quod exponens Greg. lib. 20. c. 31. d. Per citharam recta operatio, per chordas verò citharæ intentiones pœnitentium non incōgruè accipimus. Quia dum ad vitam aliā per afflictionem carnis tenditur quasi extēcta chorda in cithara per admirationem intuentium sonat. Siccatur enim chorda, vt congruum in cithara sonum reddat, quia sancti viri per pœnitentiam castigant corpus suum, & in seruitutē redigunt, & sic ab imis ad superiora tendūt. Pensandum quoque est, ꝙ si chorda in cithara minus tenditur, non sonat, si autem amplius raucum sonat, quia nimirū virtus abstinentiæ, aut omnino nulla est si tantum corpus suum vnusquisque non edomat, quantum valet, aut valdè inordinatus est si corpus atterit plusquā valet. Per abstinentiam namque carnis vitia sunt extinguenda, non caro. Et ideo sibimet moderamen debet esse, vt ad culpam caro non superbiat, & tamen ad effectum rectitudinis in operatione subsistat. Ista est ergo cithara: pœnitentiæ quæ in vero pœnitente ad aliorum etiā exhortationem Deo laudes debet resonare,

Cithara multiplex.

Pęnitentia.

Nota.

Gregor. 20. mor. c. 31.

nare. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, &c. *In Psalterio decachordo, cum cantico in cithara*: vbi glo. Bonum est psallere cum cantico, i. verbo exhortationis, & cithara, i. opere, & exemplo. Si n. benè loqueris tantum, canticum est sine cithara, si autem bene operaris tantum, & non loqueris, cithara est sine cantico. Ideo & benè loquere & benefac, vt fit cithara cum cantico. Sic ergo confitemur Domino in cithara cum cãtico. Sic ergo confitemur Domino in cithara, qñ ipsius amore per pœnitentiã affligimus debitè corpora nostra. Secundò cithara significat humanitatem Christi, &cæt. Humanitas namque Christi cithara dicitur. Quia corpus eius extẽsum in cruce ad modum citharę dulces sonos emisit. Vnde corpus Christi pro nobis in cruce extinctũ sub nomine citharæ excitauit propter resurrectionem dicẽs corpori defuncto illud Psalm. 107. Exurge psalterium, & cithara. Cui respondens Christus ait. Exurgam diluculo, quia in diluculo, i. in aurora surrexit. Quod exponeur Adaman. in libro de perseuerantia dicit. Seipsum Christus pœnitẽtibus quasi citharam fecit, dum per carnẽ peccati tamen innoxiam pro nocentibus in ligno se crucis extendit. Sic nimirum Dauid noster Saul vesaniam temperauit, dum per crucis supplicia in suo corpore citharizans sua morte diaboli impetum temperauit. Est itaque Christus psalterium secundum diuinitatẽ, cuius contemplationis dulcedine suos amatores oblectat. Est cithara secundum suscepti corporis passionem dum pro eis moriẽs, eos vocat ad veniam, &c. vt de Christo dicamus. Ipse fuit pater omnium canentium in cithara. Quid est ergo, confiteri domino in cithara, nisi Deo gratias reddere de Christi incarnatione, & passione factis pro nobis? Tertiò cithara significat lignum Dominicæ crucis. In cruce enim loco chordarũ Christus fuit extensus, sic vt oĩa sua ossa possent dinumerari. Et de ista cithara crucis figuraliter dicitur 1. Reg. 16. Quandoque spiritus malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat eam manu sua, & recedebat ab eo spiritus malus. Dauid. n. qui manu fortis interpretatur, quemlibet spiritualem virum significat.

Christi humanitas.

Genes. 4.

Crucis virtus.

A Saul verò, qui abutens interpretatur, voluptatem significat carnis, quem spiritus malus tunc arripit, quando dæmon ipsa aliqua peccati tentatione accendit. Sed si Dauid accipiat citharã, & tangat mentem eius crucis mysterium prædicando, statim spiritus malus discedit ab eo. Hoc ideo quia in cithara crucis contra omnia peccatorum tentamenta virtutũ reperies sonos teste Adaman. in lib. de perseuerantia, de hac cithara crucis dicente, Sunt enim in cithara crucis nouẽ quædam notulæ, quæ nouum canticum resonantes hominem faciunt nouum. Prima B nota est fides non ficta: secunda, humilitas vera, tertia carnis continentia: quarta disciplinæ grauitas: quinta oris veritas: sexta pietas fraternæ compassionis: septima patientia in aduersis: octaua desiderium æternitatis: nona immobilis animi constantia. Et de ista cithara crucis nobis ait Christus. Venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit. Quia in cithara crucis venter Christi extensus ad omnes peccatores sonos dedit virtutũ. In cithara ergo confitemur Domino, quãdo de crucis mysterio agimus ei gratias. Et ad hoc nos inducens Psalm. ait. C *Confitemini Domino in cithara*. Sequitur. *In Psalterio decem chordarum psallite illi*. Per Psalterium. n. decem chordarum intellige decalogum legis. s. præcepta. Sicut enim psalterium manu tactum, sonũ reddit, sic decem præceptorũ obseruatio in psalterio laudat Deum. Et istos duos modos laudandi Deum. s. in cithara, & psalterio Psal. docet. d. Laudate eum in psalterio, & cithara.

Esa. 16.

Psal. 150.

Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in vociferatione. 482

SIcut enim quotidie noua beneficia à Deo recipimus, sic quotidie nouas gratias ei debemus reddere, & nouos modos gratiarum actionis. Si. n. carnalis amor, & lasciuus semper nouas cantilenas inuenit, quanto magis amor diuinus noua cantica. i. gratiarum actiones Deo reddere debet? Qua non solum ore, sed magis corde mirabilia Dei narrare debemus. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Et iste cantus maxime competit clericis, qui tã in horis, quam in missis Dei mirabilia cãtando po-

Gratiarum actio.

Psalm. 97.

Cantus ecclesiæ bene fieri esse debet.

do populo narrare debent, vt ipsum ad deuotionem inducant. Et ideo ab isto cãtu omnis vanitas & lasciuia debet remoueri, vt ostendit Hugo in lib. de abusionib. clau. d. In ecclesia cum ad officiũ Dei cantandum ventum fuerit, humilitatis honestas diligẽtius obseruetur, ne cum in ecclesia ante conspectum Dei venimus deteriores efficiamur. Sunt enim quidam qui mente vagi, oculis attoniti, habitu dissoluti, plana parietum prospicientes perlustrant, aliud cantant, aliud cogitant, in choro sunt corpore, sed in foro mente. Sunt etiam alij cantores voce dissoluti, qui vocis suæ modulatione gloriantur, aliud cantant quam libri habeant ecclesiastici, forsitan vt magis placeant populo quam Deo, qui sic cãtant, non cantant in choro cum Maria sorore Moysi, sed in palatio cum Herodiade, vt placeant discumbẽtibus, & Herodi. Delectantur in altitudine vocis, sed nemo altius cantat eo, quem Dominus audire consuenit de monte sancto suo. Nemo dulcius cantat eo, cui inclinat Dominus aurem suam. Esto igitur cantando in valle humilitatis, vt in monte sancto audiri merearis. Si sic cantas, vt ab alijs laudem quæras, vocem tuam vendis, & facis eam non tuam, sed aliorum. Habes cantando in potestate vocem tuam, habeto etiam animum tuum. Frangis vocem tuam, frange & voluntatem. Seruas consonantiam vocum, serua & concordiam morum, vt per exemplum concordes ptoximo, per voluntatem Deo, per obedientiam magistro. Et Hier. in Epistola, & habetur di. 92. cantãtes, ait. Cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, audiant hæc adolescentuli, audiant ij, quibus in ecclesia est psallendi officium Deo non voce esse cantãdũm, nec in tragœdiarum modo guttur, & fauces leniendæ sunt, vt in ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica. Ad hoc enim constituti sunt cantores in ecclesia, vt deuotè laudent Dominum, non vt aures demulceant audientium, & ad lasciuiam ducant. Sic. n. de Iosaphat rege legitur, ꝙ statuit cãtores, vt laudarẽt nomen Dñi in turmis suis, ac voce cõsona dicerent. Confitemini dño qm̃ in æternũ misericordia eius. Sic & conformiter nunc Ps. d. *Cantate ei canticum nouũ*, &c.

Nota.

Hieron.

2. Paral.

E *Quia rectum est verbum Domini & omnia opera eius in fide.*

483 12. q. humana.

NVnc consequenter ad laudandum Deum adducit multiplicem rõnẽ, ostendit. n. ꝙ Deus multiplici ratione à nobis est laudandus. s. Ratione suæ fidelitatis, qua promissa perficit. Ratione suæ pietatis, qua vniuersa diligit, ibi. *Diligit misericordiam.* Ratione suæ pietatis, qua vniuersa efficit, ibi. *Verbo Domini.* Ratione suæ maiestatis, qua omnia subijcit, ibi. *Timeat dominum.* Ratione suæ veritatis, qua omnia prospicit, ibi, *Dominus dissipat.* F Primo ergo laudandus est Deus à nobis ratione suæ fidelitatis, qua scilicet fidelis est in promissis. Et hoc est quod. d. *Quia rectum est verbum domini, &c. Et omnia opera eius in fide.* idest, in fidelitate. Rectum enim dicitur cuius medium non exit ab extremis. Verbum autem est medium inter intentionem loquentis, & eius effectum. Et ideo tunc verbum dicitur rectum, quando concordat cum intentione loquẽtis & exteriori opere. Verbum ergo Domini ideo dicitur rectum, quia quod sonat ab intentione procedit & per effectum perficitur. G Sic enim dicitur, Fidelis Dominus in omnibus verbis suis & sanctus in omnibus operibus suis. Et nota secundum glo. ꝙ aliter fidelis dicitur Deus nobis, aliter nos fideles dicimur Deo. Fidelis enim dicitur Deus cum dat homini qđ promisit. Sed homo dicitur fidelis, credens promittenti Deo. Sic ergo Deus nobis est debitor ex promisso, non ex commisso. Nos autem Deo sumus debitores ex promisso, & ex commisso. Nos enim nihil committimus Deo, vt ipsum H debitorem teneamus, cum ab illo habeamus omnia, quibus gaudemus. Et nota, quod hic accipitur verbum non pro ipso Dei filio, sed pro promissis in sacra scriptura, vel p Prophetas à Deo missos.

Rectum est verbum Domini.

Psal. 144. Fidelis.

Diligit misericordiam & iudicium, misericordia domini plena est terra.

484

OStenditur hic, quòd est laudandus ratione suæ pietatis, & misericordiæ. Misericordia enim in tantum coniungitur iustitiæ, quòd vna sine altera esse non potest, nam misericordia sine iustitia est quadam dissoluta fatuitas.

Iustitia

Iustitia. Misericordia. Iustitia verò sine misericordia est quasi quædam crudelitas. Vide supra Psal 24. Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas. Et aduerte, quod iustitia misericordiã in oĩbus nostris operibus præcedere debet, vt opera pietatis, & misericordiæ rectè possint nũcupari, vt ostẽdit Greg. d. *Gregor. 19. mor. c. 19.* Ille quippe benè agit, quæ pia sunt, qui prius seruat, quę iusta sunt, vt collatus in proximis riuus misericordiæ de iustitiæ fonte ducatur. Nã multi proximis quasi misericordiæ opera impendunt, sed iniustitiæ facta non deserunt. Qui si veraciter proximis misericordiã facere studerent, sibiipsis debuerant prius instè viuendo misereri: vnde scriptũ est. Miserere animæ tuæ, placens Deo. Qui ergò misereri vult proximo, à se necesse est trahat originẽ miserendi, scriptum nãq; *Eccles. 3. Deut. 6.* est. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quomodo ergo alteri miserendo pius est, qui adhuc iniustè viuendo, fit *Eccles. 14.* impius sibimetipsi? Vnde per quendam sapientem dicitur, Qui sibi nequam est, *Eleemosyna.* cui bonus erit? Ad exhibendam quippe misericordiam, vt indigẽtibus plenè exterius valeat impendi, duo sibi necessaria cõgruunt. s. homo, qui præbet, & res, quæ præbetur, sed longè incomparabiliter melior est homo quàm res; Qui itaq; indigẽti proximo exteriorem substantiam prębet, sed vitam suam à nequitia nõn custodit rem suã Deo tribuit, & seipsum peccato, hoc quod minus est obtulit anctori, & hoc quod maius est, seruauit iniquitati. Sic igitur in nobis iustitia misericordiam præcedere debet, sed secundum nostrum modum intelligẽdi in Deo misericordia præcedit iustitiam, quia iustitia Dei nobis præsupponit opera, quæ omnia ipse misericorditer fecit. Et ideo hic ait Ps. quod diligit misericordiã & iudiciũ. s. cõsequenter. Ex quibus colligitur, quod misericordia, sine iustitia impendi non debet. Vnde ait Magist. in gl. Caue ne amittas iustitia, sis pauperi in mala causa misericors, vt malã causam sibi foueas, & eius iniquitatẽ contegas. Nã, si parcis flagello, percutis cor, quia remanet iniquus, & inde fit nequior, quia videt iustũ sibi fauerẽ. Verũ licet misericordia non sit sine iustitia, misericordia tñ relucet magis in operibus Dei; vnde subditur. *Misericordia Domini plena est* A *terra.* Terra dicit, non cœli, quia cœli nõ indigẽt misericordia, vbi nulla est miseria. In terra hominis abundat miseria, & superabundat Dei misericordia, ppter quod ait Psal. Miserationes eius super omnia opera eius. Quod declarãs Richard. ostẽdit qualiter Dei misericordia replet cœlũ, & terram. d. Misericordia implet cœlum, & terram. Dñe, inquit, in cœlo misericordia tua, & alibi. Misericordia plena est terra. Et re vera perijsset totũ, quod Deus fecerit, nisi misericordia subuenisset. *Richardus. Misericordia Dei est vniuersalis.* Culpa, & vltio quicquid in hunc mũdum venerat, auferebant, quia & fragili B tas semper tendebat ad lapsum, & cogebat ad vindictam semper iudicantis censura. Sic Angelus deijcitur è cœlo: Sic de paradiso exulat homo. Sic mundus deletur diluuio. Sic gentes confunduntur linguis. Sic vrbes diuino exuruntur incendio. Sic Iudæam vltor Christi sanguinis Romanus delet exercitus. Hæc est Christi magna, & longa misericordia qui iudicium omne seruauit ad vnum, & totum hominis tempus ad pœnitentiæ deputauit inducias, vt quod de vitijs suscipit infantia, capit adolescentia, inuadit iuuentus, contegat vel senectus; C de peccato, vel tunc pœniteat, quando se sentit iam non posse peccare, & tunc saltem reatum deserat, quando iam illũ relinquit reatus, faciat de necessitate virtutem et moriatur innocens, qui totus in crimine, vixit. *Expectat Deus peccatores.* Sic ergo Deus per misericordiam reddit quod per iudiciũ deperierat, vt meritò dicat Psal. *quod misericordia domini plena est terra.*

Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. 485 *1. q. inter catholicam.*

Consequenter hic ostendit, quod Deus D sit à nobis laudandus ratione suæ potestatis. Et primò ostendit potestatẽ suam in corporibus superioribus, & secundò in inferioribus, ibi, *Congregans.* Quantum ad primum. d. *Verbo domini cœli firmati sunt.* Tantæ enim potestatis est Deus, quod verbo suo produxit cœlum, & ipsum firmauit sic vt incorruptibile maneat æternum, vnde & ipsum vocauit firmamentum. Vocauit cœlum firmamentum. Et notandum, quod opera trinitatis licet ab intra sint diuisa ut puta genera-

Genesis.
Opera trinitatis sunt duplicia.

generatio cōpetit patri, non filio, neque spirituisancto. Spiratio aūt competit patri, & filio, & non spirituisancto, tñ oīa opera trinitatis ad extra sunt indiuisa, quia oēm creaturam quam producit pater, producunt filius, & spiritussanctus, & econtrario. Et hoc satis hic notat̄ cū ostenditur q̄ oēs tres personæ diuinę. s. pr̄ filius & spiritussanctus cœlū produxerunt, & firmauerunt. Hic. n. ponitur pr̄, quia *Dominus*, hic ponitur filius, quia *verbo*, hic ponitur Spiritussanctus, quia, *& spiritu oris eius, &c.* Sed hinc errorē assūpserunt Græci. d. q̄ Spiritussanctus à solo patre procedit, & non à filio, quia hic dr̄, *Spiritus oris eius.* s. patris, non dr̄ spūs verbi. Qui & errorē suum cōfirmāt per illud quod ait *spiritussanctus* q̄ à patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me. Item quia in symbolo edito in concilio Niceno sic dr̄, & in spūmsanctum dnm̄, & viuificantem, ex patre procedentem, & non dr̄ ex filio. Et in fine subiūgitur. Qui aliud docuerit, uel prędicauerit, anathema sit. Ideo Gręci nos anathematizatos dicūt, quia dicimus Spūm sāctum procedere à filio, quod ibi non cōtinetur. Quod. n. s̄m nos ibi dr̄. Qui à patre filioq; procedit, alterum est à Latinis additum. s. filioque, Sed sancta mater ecclesia determinatē ponit, q̄ Spiritussanctus à patre & filio procedit, ut apparet de consē. d. 5. saluator qui veritas. Et per Magist. lib. 1. d. 11. Ad illas auctoritates, quia Christus dicit, qui à patre procedit, respondit Magist. d. Quia cum dicat, qui à patre procedit, non addit solo, & ideo a se ēt procedere non negat, sed ideo patrem nominat, quia ad eū solet referre ēt quod ipsius est, quia ab illo habet, vt cum dicit. Doctrina mea non est mea, &c. Eodē modo dicendum est ad illud quod de isto textu obijcitur. *Et spiritu oris eius.* &c. Ad aliud verò qd̄ de symbolo Niceno opponitur respondet Magist. vbi supra. d. q̄ cum dr̄. Qui aliud docuerit, uel aliter prædicauerit. i. cōtrariū vel contrario modo prædicauerit, anathema sit. Et sic aliud accepit pro opposito. Et sic conformiter loquitur Ioan. Apoc. vlt. d. Si quis apposuerit ad hęc, apponet Deus super illum plagas, &c. Qd̄ intelligitur, si quis apposuerit contrarium verbis in Apoc. scriptis.

Quaestio. Spiritussanctus à patre & filio procedit.
Graecorum error de Spiritusancto.
Ioan. 15.
De consecr. dist. 5.
Ioan 7.

Congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. 486

CONsequenter hic ostendit Dei potestatem in inferiorib. creaturis, vt in aquis, hoc exponunt aliqui de mari Oceano dicentes, q̄ aquæ in mari Oceano sunt contra naturā detentæ, ita q̄ si sibijpsis dimitterētur, fluerent super terram, & terram dissiparent, quia sunt altiores terra in medio maris Oceani. Vñ sicut qñ Deus filijs Israel viam dedit p medium maris aquæ erant illis quasi murus ad dexteram, & sinistrā, ut hr̄ Exod. 14. quod tñ fuit contra naturam aquæ quæ est fluida, sed potestate Dei detinebatur. Consimiliter qñ viam fecit eis in Iordane aquæ superiores quæ descendebant steterunt in unum locum, & ad instar montis intumescentes apparebant procul, quod erat virtute Dei contra naturam aquarū. Sic dicunt de aquis maris Oceani, q̄ in medio sunt altiores terra, & tñ virtute Dei contra naturam ipsarum tenent̄ sic, ne fluant, & dissipent terram. Alij aūt hoc aliter exponunt d. q̄ à principio mundi. s. in tertia die creationis mūdi qñ Deus cōgregauit aquas in locū vnū, quia prius per modū euaporationis eleuatæ erant super terrā, sed tertia die dedit eis depressitatē debitā, & sic occupauerunt minorem locum, q̄ tunc ēt fecit quasdā concauitates, & cauernas in terra, in quib. aqnę includunt̄, vt apparet in montib. altis, qui infra habent quasdā concauitates, in quib. aquę sunt detētę, quæ & fontes dn̄r. Et de istis dicit. *Congregans sicut in vtre aquas maris* quia illæ aquæ primò fuerunt aquæ maris. Et de istis subdit. *Ponens in thesauris abyssos.* Aquæ. n. maris rōne suæ profunditatis abyssus dn̄r. Tenebræ erant super faciem abyssi, &c. Quod ideo sic dicit, quia sicut thesauri i loco abscōdito clauduntur, sic & abyssum aquarū a nobis abscondit. Et quantum ad omnia ista dicitur. Abyssus sicut uestimentum eius super montes stabunt aquæ.

Aquę maris Oceani congregantur.
Iosue 3.
Aqua includuntur in terra.
Genes. 1.
Ps. 103.

Timeat dn̄m oīs terra, ab eo aūt commoueātur oēs inhabitantes orbem. 487

HIc consequenter ostendit Deum laudandum ratione suæ maiestatis, quæ sibi omnia subijcit. Timor enim est

23. 9. 6. sibi similis.
Timor multiplex.

est multiplex, scilicet mundanus, seruilis, & filialis. Et iste timor filialis non est nisi quædam deuota reuerentia amoris, qua quis alteri subditur, & ipsum offendere timet, quia offensam timet dilecti, & non pœnam. Et de isto timore hic dicit. *Timeat dominum omnis terra*, idest, omnis homo de terra creatus per amorem, & reuerentiam subdatur. Domino, sic q fugiat peccare plus amore domini, quàm timore supplicij. Iste timor etiam manet in beatis. Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi. *Ab eo autem commoueantur omnes habitantes orbē.* Hic enim orat Ps. vt Deus per suam misericordiam omnes conuertat ad ipsum d. *Ab eo autem commoueantur*. &c. q. d. vt omnis terra timeat Dominũ modo prædicto, ideo oro, vt ab ipso commoueantur, &c. i. vt manus misericordiæ Dei omnes commoueantur. Et hoc à simili dicit dormientis, qui manu commouetur vt euigilet. Ita & gratia Dei peccatores cõmouet ipsos excitando vt vigilent, & à somno peccati resurgant. Et notanter dicit *ab eo*. q. d. nõ ab alio, quia solus Deus hominem a peccato potest excitare, & ad pœnitentiam ducere, & nota q conuersio peccatoris rectè commotio dicitur: nonne magna est commotio, quãdo peccator commutatur per pœnitentiã de vitiis ad virtutem, de odio ad gratiã, de filio perditionis ad filium Dei? Et de ista commotione, quæ fit ad Deum dicitur ps. 59. Commouisti terram, & cõturbasti eam sana contritiones eius, quia commota est. Commouet. n. Deus terram, quando ad pœnitentiam peccatores conuertit, peccata remittendo. Sed sanat contritiones eius, quando pœnam peccatis debitam dimittit, unde statim subdit causam, quare omnes Deum timere debent, & ei subijci d.

Psal. 18.

488 *Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.*

Potestas Dei.

Quasi dicat merito omnes homines illi subijci debent timore filiali. *Quia ipse dixit*, &c. quia sicut simplici uoluntate sua omnia creauit de nihilo, ita potest omnia in nihilum redigere, merito igitur ei subijci debes, & illũ timere, nihil enim per te ipsum potes, nisi quod Deus permittit. Cupiditatem

A nocendi per te habere potes, potestatẽ autem nocendi, si ille non dat habere nõ potes, quia non est potestas nisi à Deo. Cupiditas enim mala est, sed illa non est a Deo sed illa nihil nocere potest, si ille non permittit, à quo est omnis potestas. Vnde Deus homo stans ante hominem ait. Non haberes aduersum me potestatem vllam, nisi tibi datum esset desuper. Vnde etiam ipse diabolus nec unam oui culã potuit Iob sancto tollere, nisi prius Deo diceret, mitte manum tuã .i. da potestatem. Vnde de hoc ipse Iob eruditus non ait. Dominus dedit, diabolus abstu-

Potestas nostra nulla est sine Deo

Ioan. 19.

B lit, sed ait. Dominus dedit. Dominus abstulit. Ex omnibus ergo prædictis vult concludere ps. quòd solus Deus est timẽdus à nobis, quia illa quæ timentur non alius fecit, sed ipse solus creauit d. *Quoniam ipse dixit & facta sunt*, &c. Ex istis, enim verbis vult ps. ostendere, quòd omnia circa Deum ab ipso sunt producta nominãs facta, & creata, Vbi nota, quòd inter factum, & creatum magna differẽtia est sicut inter creare, & facere. Quoniam creare est de nihilo aliquid producere. Facere verò est aliquid de præiacenti materia operari. Et ideo creare

Facere quid est, & quid creare.

C quia potẽtiam requirit infinitam Deus creaturæ non communicauit, sed benè facere, unde creatura aliqua facit, sed non creat. In uniuersitate enim entium aliqua sunt quæ de nihilo fiunt, ut animæ rationales, quæ secundum Ari. dantur de foris, aliqua autem sunt ex præiacente materia, ut corporalia, & omnia tam prima quam secunda producuntur a Deo, quæ notans psal. ait. *Quoniam ipse dixit, & facta sunt*, quo ad omnia producta de materia, quo verò ad producta de nihilo subdit. *Ipse mandauit, & creata sunt*. Sed statim unum insurgit dubium,

Philo. 16. de anima di- bus.

Ps. 149.

Quæstio.

D quia si tanta differentia est inter facere, & creare, & inter factum, & creatum, vnde ergo tanta varietas est inter symbolum Niceni Concilij, quod cantatur in missa quia in primo dicitur. Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terrę. In secundo autem dicitur factorem cœli & terræ. Respondeo primò, quòd omnia ideo dici possunt creata, quia Deus à principio mundũ ex nihilo produxit quamuis ex illis productis postea alia fuerint facta. Et

Symbolum.

hoc

hoc attendentes Apostoli in suo Symbolo dixerunt creatorem cœli, & terræ. Sed quia postea insurrexit error Marcionis. d. quòd diabolus omnium istorum visibilium, quæ fiunt, & non creantur, est conditor, ideo hunc errorem volens extirpare ecclesia in concilio Niceno cōstituit Symbolum d. Credo in vnum Deum, &c. factorem omnium visibiliū, & inuisibilium Ex quo potes etiam notare, quòd facere est quoddam verbum commune ad ly producere ex aliquo, & ex nihilo quia dicit factorem omnium visibilium, & inuisibilium. Magister autem ponens differentiam prædictam inter facere & creare, lib. 2. d. 1. ibi accipit facere, & creare strictissimo modo, sed hic accipitur largo modo.

Lib. 2. d. 1.

489 *Dominus dissipat consilia Gentium, reprobat autem cogitationes populorū, & reprobat consilia principū.*

Hic consequenter ostendit, quod Deus ab omnibus est laudandus, & timēdus, & hoc ratione suæ ueritatis, qua omnia prospicit. Non enim solum exteriora hominum facta prospicit, sed etiā interiora scilicet consilia, & cogitationes. Et quas vult procedere permittit, & quas non vult procedere, dissipat. Et hoc est quod dicit. *Dominus dissipat consilia Gentium*, idest Gentilium, quia eorum consilium erat ad idola colenda, & prædicanda, sicut modo est consilium fidelium ad cultū Dei ampliandum, & istud consilium Gentium dissipat Dominus, quia eorum idololatriam dissipauit. *Reprobat autem cogitationes populorum*, scilicet Iudæorum, qui populus Dei dicebātur propter unitatem in fide veri Dei, quorum cogitationes erant per Christi mortem dissipare Christi nomē, & fidē: Et tamen oppositum euenit, quia per eius mortem, & resurrectionem fuit nomen Christi adeo exaltatum super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. *Et reprobat consilia principum*, idest dæmonum, qui mundi principes vocabantur, quia principabantur in mundo. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Quorum consilium fuit finaliter Christi mortem impedire, ne de ipsorum potestate humanum genus liberaretur, & ideo uisiones immiserunt vxori Pilati, vt uiro suaderet, vt non interficerent Christum, quorum tamen consilium ad nihilum redactum fuit, ut deducit Grego. Sic & quotidianum consilium dæmonum contra nos quotidie dissipat Deus, dum illud quod de nobis suis consilijs intendūt auertit, vt ostendit. Greg. d. hoc indesinenter cōtra bonos cōsilium maligni spiritus inueunt, vt ij, quos seruire Deo innocuè in tranquillitate conspiciunt, vexati aduersitatibus ad uoraginem culpæ rapiantur. Sed eorum consilij acumen destruitur, quia pius conditor cum viribus flagella moderatur, ne virtutem pœna trāseat, & per astutiam fortium humana infirmitas cadat, unde per Paulum dicitur. Fidelis autem Deus, qui non patietur uos tentari supra illud quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere, &c. vt meritò Psal. dicat. *Dominus dissipat consilia gentium*, &c. Et hoc est, quod dicitur Iob. 5. Consilium prauorum Deus dissipat. Sed consilium Dei nullus dissipare potest. Et hoc est, quod subditur.

Consilia gētilium dissipare.

Cogitationes Iudæorum.

Phil. 2.

Ioan. 12.

Greg. 9. lib. mor. c. 4.

Consilium dæmonum. Tentatio. 1. Cor. 10.

490 *Consilium autem Domini in æternum manet, cogitationes cordis eius in generatione, & generationem.*

25. q. 1. ideo

Qvamuis enim sententia Dei quandoque mutetur, quia stat in exterioribus signis, ut patet de Ezechia, cui Dominus per prophetam dicit. Dispone domui tuæ, quia morieris, &c. ad cuius tamen orationem hæc sententia fuit mutata. 4. Reg. 20. Consilium autem Dei, & cogitationes, quia intrinsecam Dei uoluntatem important, nullatenus possunt mutari, ut ostendit Gregor. super illo verbo Iob. 23. Nemo potest auertere cogitationes eius. d. Sicut enim Deus est immutabilis natura, ita immutabilis est cogitatione. Cogitationem quippe eius nullus auertit, quia nemo resistere occultis eius iudicijs præualet. Nam, & si fuerint quidam, qui deprecationibus suis eius cogitationem auertisse uideantur, ita fuit interna eius cogitatio, ut sententiam illius auertere deprecando potuissent, & ab ipso acciperent, quod agerent apud ipsum. Dicat ergo

go, nemo auertere potest cogitationem eius; quia semel fixa iudicia mutari nequaquam possunt, vnde scriptum est. Preceptum posuit, & non præteribit. Et rursum, non.n. cogitationes meæ sicut cogitationes vestræ, &c. Cum ergo exterius mutari videtur sententia, interius consilium non mutatur, quia de vnaquaque re immutabiliter intus cõstituitur, quicquid mutabiliter exterius operatur. Et nota, quòd tantę stabilitatis est diuinum cõsilium, quòd sibi etiam famulatur malorum consilium, quod ad contrarium diuini cõsilij tendere nititur, vt per multa exẽpla ostendit Greg. lib. 6. Mor. c. 11. super illo verbo Iob 5. Consilia prauorum dissipat, d. Sępè enim nonnulli sapiẽtia humana inflati dum desiderijs suis diuina iudicia contraire aspiciunt, astutis enim reluctari machinationibus conantur, & vt ad votum suum vim supernæ dispensationis intorqueant, callidis cogitationibus insistunt, subtiliora consilia exquirunt, sed inde uolũtatem Dei peragũt, vnde hanc immutare contendunt, atq; omnipotentis Dei consilio dum resistere nituntur, obsequuntur. Et consequenter multa ponit exempla dicens, quòd melius ostendimus, si pauca rerum gestarũ exempla ad mediũ proferamus, Ioseph somnium viderat, quòd suo manipulo fratrum eius se manipuli prosternebant, quòd sol, & luna cum reliquis stellis se adorabant. Quę quia purè fratribus retulit, eorum corda futuræ dominationis inuidia, pauorq; concussit, cumq; ad se hunc venire conspicerent, malitia sæuiente, dixerunt. Ecce somniator ille venit, venite occidamus eum. Cumque eius dominio se subijci metuunt, somniatorem in puteo deponunt, eumq; Ismaelitis transeũtibus vendunt, qui in Aegyptum ductus, seruituti subditus, luxuriæ accusatione damnatus, castitatis merito adiutus pro phetiæ iudicio ereptus, omni Aegypto prælatus est, per supernam verò sapientiam prouidus frumenta congessit, & futuro periculo famis obuiauit. Cumque in orbem fames creuisset de alimentorũ præparatione solicitus Iacob filios in Aegyptum misit, qui dispensationi frumentorum præpositum Ioseph nescientes inueniunt, atque ut mererentur alimenta percipere dispensatorem compulsi sunt pronis in terram ceruicibus adorare. Pensemus igitur gestæ rei ordinem, cogitemus quomodo sapientes in ipsa sua astutia vis diuina comprehendit. Ideo Ioseph ab eis venditus fuerat, ne adoraretur ab eis, sed ideo adoratus est ab eis, quia venditus. Astutè namque aliquid agere ausi sunt, vt Dei consilium immutaretur, sed diuino consilio, quod declinare conati sunt renitendo seruierunt. Inde quippe coacti sunt Dei voluntatem, & consilium peragere, vnde hanc astute moliti sunt commutare. Sic diuinum consilium dũ deuitatur, adimpletur, ac humana sapiẽtia dum reluctatur, comprehenditur. Consequenter ponit aliud exemplum de Saule, & Dauid. Aliud de Iona, & de alijs, vt merito dicamus illud Psalmi 65. Videte opera domini, terribilis in cõsilijs super filios hominum. Quæ omnia bene nunc considerans Psaltes ait, *consilium autem domini in æternum manet*, &c.

Consilio Dei etiam mali famulatur.

Ioseph.

Beata Gens, cuius est dominus Deus eius populus, quem elegit in hæreditatem sibi.

419 24. q. 1. *alterius.*

Hic consequenter Psal. ostendit diuinæ laudis præmium. Et duo facit, quia ostendit primò laudis diuinæ præmium, secundò laudis diuinæ principium, ibi. *De cælo respexit*. Vbi sciendum, quòd beatitudo est duplex, scilicet spei, & rei. Spei habetur in vita ista per virtutes, & gratiam, & in ipsa cõtinuè proficiunt iusti, sic enim dicitur Matth. 5. Beati pauperes. Beati misericordes. Beati, qui lugent, &c. Sed beatitudo rei solum habetur in patria quo ad primam stolam ante resurrectionem sed quo ad ambas stolas erit completa post resurrectionem. Vnde per beatitudinem spei peruenitur ad beatitudinem rei. Et de vtraque potest iste versus intelligi. *Beata Gens*, &c. Item notandum, quòd talis beatitudo promeretur per diuinum cultum, quo Deus laudatur, & colitur, quia sine fide impossibile est placere Deo. Perfecta beatitudo scilicet rei, principaliter consistit in tribus, s. In clara diuinitatis visione. In grata charitatis vnione. In firma bonitatis inten-

Beatitudo duplex.

Hebr. 11.

Beatitudo consistit in tribus.

Visio diuini tatis. intentione. Primo enim ibi est clara diuinitatis visio, In præsenti enim vita diuina essentia clare videri non potest, sed solum per speculum in ænigmate. Sed à beatis in patria clarè videtur, & facialiter. Quoniam, vt ait Bernar. tripliciter in æterna illa, & vita beata beati fruuntur Deo, scilicet, videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in semetipsis, & quod ineffabiliter iucundius est, at que beatius ipsam cognoscentes in semetipsa trinitatem, & gloriam illā fine vllo ænigmate mundo cordis oculo contemplantes. Et istam beatitudinis conditionem notans saluator ait. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbūt. *Matth. 15.* Et Ioan. 17. Hęc est vita ęterna, vt cognoscant te solum verum, &c. Secundò ibi est grata charitatis vnio, quamuis enim ibi cesset fides per claram visionem, quā uis spes cesset per desiderati adeptionē, charitas tamen ibi non cessat, sed perficitur per summam dilectionem. Quoniā secundum Aug. in lib. de perfecta iustitia hominis, præceptum dilectionis quo iubemur Deum diligere ex toto corde, & ex omnibus viribus, & proximum nostrum, sicut nosmetipsos, licet in via ex toto non possit impleri, perfectè tamen implebitur in cęlesti beatitudine, quia ibi charitas non cessat, sed perficitur. Sic igitur in cœlesti beatitudine erit perfecta charitas, vt quilibet plus Deum quā se diligat, proximum quātum se, & plus quilibet gaudebit de beatitudine Dei, quam de sua, & tātū de cuiuslibet Angeli vel beati hominis fœlicitate quantū si illā in seipso haberet, vt deducit Ansel. in Prosolo. Et istam conditionem beatitudinis Tobias notabat, d. Beati omnes, qui diligunt te, & gaudent super pace tua. Tertiò ibi erit firma bonitatis tentio. Ad hoc enim, quòd quis sit beatus exigitur, ꝙ habeat securitatē suæ fœlicitatis, aliter. n. semper timeret ab illa cadere, quod sine displicentia, & pœna nō posset, quæ non stant cum beatitudine, quia beatus est qui habet quicquid vult &c. Et ideo dicit August. In illa æterna beatitudine quicquid amabitur, aderit, nec desiderabitur quod non aderit. Omne quod ibi erit bonum erit, & summus Deus summum bonum erit, & quod omnino beatissimum est ita fore

Dilectio charitatis. *Ansel.* *Tob. 13.* *Securitas* *Felicitatis.* *August. 22. de ciu. Dei.*

E semper certum erit. Et ideo quia sic desiderium adimpletum erit in patria psal. d. Beatus uir qui adimplebit desiderium suum, quod etiam nunc notat, d. *Beata Gens cuius est dominus Deus eius*, &c. Et in isto versiculo nota, quòd Deus possidetur à beatis, & beati possidētur à Deo Et ita Deus est possessor, & possessio. Possessio, quia ex eo viuunt beati, & iō dicit. *Beata gens, cuius est dominus Deus eius.* Possessor est, quia beatos gubernat, & regit, quos in suam hæreditatem elegit. Et quantum ad hoc dicit. *Populus, quem elegit in hæreditatē sibi.* Et sic Deus F est hæreditas beatorum. Et sic quilibet beatus dicit illud ps. 15. Dominus pars hæreditatis meæ, &c. Et beati sunt hæreditas Dei, quia tanquam filios ipsos hæredes elegit. Gal. 4. Quòd si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, &c.

Possidetur Deus à beatis.

De cęlo respexit dominus, & uidit omnes filios hominum. 490

HIc ostendit consequenter, quid sit huius beatitudinis fundamentale principium. Et duo facit. Quia ostendit primò huius beatitudinis principium, secundò hoc declarat per exemplum, ibi G *Non saluabitur.* Quantum ad primum sciendum, quòd aliqui indagare volentes, quę est pricipalis causa, quare Deus aliquos beatificat in patria, aliquibus dimissis, diuersimodè senserūt. Quoniam aliqui dixerunt, quòd opera in charitate, & ex charitate facta sunt huius principalis causa. Sed contra, quia electio Dei, qua nos elegit, fuit ante mundi constitutionem, & sic opera nostra, quæ nondum fuerant, non fuerunt causa nostræ electionis. Et hoc ostendit Apostolus de Iacob, & Esau, dic. Cum nondum nati essent, aut aliqd boni, vel mali egis- H sent, dictum est. Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Alij dixerunt, ꝙ non ipsa opera, sed præuisio operum est causa prædestinationis, sic quòd Deus Iacob prædestinauit ad uitam, quia præuidit ab æterno, quia Iacob benè uteretur libero arbitrio, & crederet in eum. Sed contra hoc est August. in primo retra. d. ꝙ si propter futura merita quis esset electus, iā non ex gratia esset electio, nō ergo iō electus est qꝛ à Deo, qa talis futurus erat, sed ex electione talis fui uus est.

Beatitudinis, qua causa. *Rom. 9.*

August. est. Vnde idem Aug. in lib. de prædestinatione sanctorum, ait: Non quia futuros tales nos esse præsciuit, ideo non elegit, sed vt essemus tales per ipsam electionẽ gratiæ suæ, qua nos gratificauit. Et hoc est quòd Apostolus ait: Misericordiam consequutus sum, vt fidelis essem, non sit, quia fidelis eram. Ex quibus apparet, quòd principalis causa, quare quis à Deo beatificatur est æterna Dei prædestinatio, sine electio ad vitam. Et hoc est, quod hic dicit Psal. *De cœlo respexit dominus, & vidit omnes filios hominum*, scilicet, ex se in naturalibus esse æquales. Sed supple ex sua gratia speciali aliquos B elegit ad participationem beatitudinis, quam ex naturalibus nullus assequi potest. Et nota, quòd hic cœlum accipitur pro occulta eius sapientia, in qua omnia celantur. Et hoc idem sub alijs verbis repetit ad maiorem expressionem, d.

493 *De præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram.*

Quid enim est respicere Dei, nisi nos ad suam gratiam eligere, vel vocare? Sic enim quando Petrũ post negationem vocauit ad gratiam ipsum respexisse dicitur: Conuersus dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi Iesu, &c. Et egressus foras, fleuit amare. Quid est ergo *de præparato habitaculo suo*, idest, de cœlo *respexit super omnes, qui habitant terram*, nisi elegit ad gratiam, & gloriam, quos voluit ex iis, qui habitant terram? vnde glos. ait. Respexit super omnes, &c. idest, misericorditer vidit. Vnde & hoc expressius declarans subdit.

Respicere Dei.

Matth. 26

494 *Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.*

Per corda enim accipe animas, quas D Deus sigillatim creat, & producit. Vbi sciendum, quòd circa productionẽ animæ rationalis aliquę fuerunt opiniones, vt ostendit Magister, d. Quemadmodum mulieris corpus de viri corpore traductum fuit, ita putauerunt aliqui ipsius mulieris animam de viri anima propagatam, & omnes animas præter primam de traduce esse, sicut & corpora. Alij autem putauerunt omnes animas simul ab initio esse creatas, sed istæ opiniones

Lib. 2. dist. 18.

A sunt falsæ, vnde subdit: Catholica autẽ ecclesia, nec simul, nec ex traduce factas animas docet, sed in corporibus per coitum seminatis, atque formatis, infundi, at infundendo creari. Vnde in ecclesiasticis dogmatibus animas hominum non esse ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec simul creatas (sicut hi finguunt) docet August. d. Neque cum corporibus per coitum seminari, sicut quidam Latinorum præsumptores affirmant, sed dicimus corpus tantũ per copulam seminari. Creationem verò animæ solum Deum creatorem nosse, eiusque iudicio corpus coagulari in vulua, & compingi, atque formari. Ac formato iam corpore animam creari, & infundi, vt viuat in vtero homo ex anima, & cæt. Et huius dicti veritas ex isto textu habetur, d. *Qui finxit*, idest, creauit *sigillatim corda eorum*. Hic enim satis innuit propheta, quòd non animam de anima facit Deus, sed sigillatim animas de nihilo creat. Quamuis enim omnes animæ sint eiusdem speciei, distinguuntur tamen indiuidualiter, & variãtur in operationibus coniunctæ corporibus, quia aliquæ benè operantur, & aliquæ male, quæ omnia C Deo sunt manifesta, & ideo subdit, *Qui intelligit omnia opera eorum*. Ex hoc vult habere, quòd omnes animæ in creatione sunt æquales in suis naturalibus, quia omnes sigillatim creantur à Deo. Sed quòd aliquæ declinent postea ad bonum, hoc est singulari gratia diuinæ electionis, vt puta, quia Deus elegit ab æterno istam animam, & non illam.

August.

495 *Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.*

Hic consequenter probat per exemplum, quòd diuina electio, siue prouidẽtia est primum principium beatitudinis nostræ. Et ponit exemplum primò in reprobis: secundò in electis: ibi. *Ecce oculi domini*, vnde in prima parte Psalm. talem facit rationem. Nullus homo virtute propria, & naturali potest saluari temporaliter: igitur multo fortius, nec potest virtute propria beatificari æternaliter, cùm incomparabiliter secundum sit maius primo. Antecedens autem

Saluare nullus potest seipsum.

autem probatur multipliciter. Primò de Seon rege, qui cum maximo exercitu egressus est obuiam filijs Israel, ut eos debellaret, qui uirtute sui exercitus nõ solum uictoriam non obtinuit, sed seipsũ, nec populum saluare potuit, sed ante filios Israel cum populo suo corruit, ut habetur Num. 21. Et quantum ad hoc dicit. *Non saluatur rex per multam uirtutem*

Secũdum exemplum est de Og rege Basan, qui solus remanserat de stirpe gigãtium, ut habetur Deuter. 3. Hic uenit cũ omni populo suo, & tota uirtute sua, ut expugnaret filios Israel. Et dixit Dominus ad Moysen. Ne timeas illũ, quia i manu tua tradidi illum, percusserunt igitur, & hunc cum omni populo suo, ut habetur Num. 21. Et quantum ad hoc dicit. *Et gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suæ.* Consimiliter, & hoc intelligere potes de Golia gigante, quem Dauid adhuc puer inermis occidit.

Seon. — Og. — 1. Reg. 17.

496 *Fallax equus ad salutem, in abundantia autem uirtutis suæ non saluabitur.*

22.p.1.noli

HIc ponitur tertium exemplum de Pharaone. qui confidens in multitudine equorum suorũ, persequutus est filios Israel, & tamen seipsum, ac populum suum temporaliter saluare non potuit, sed ut habetur, Exod. 14. Ingressus est Pharao cum curribus, & equitibus eius in mare, & reduxit super eos aquas maris dominus. Si ergo ut prædictis patet exemplis nullus dignitate regali, nõ exercitus multitudine, non uirtute corporis, nõn uirtute equorum se temporaliter saluare potest, ergo multo minus æternaliter beatificare. Ex quo relinquitur propositum, quòd sola Dei gratia, & electio est primum principium fœlicitatis æternæ.

497 *Ecce oculi domini super metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius.*

14.q.2.glo-ria episcopi.

COnsequenter hic ponit exemplum de bonis, ostendens, q omnis nostra salus à Deo procedit, Et duo facit. Quia primò ostendit causam nostræ salutis esse Dei misericordiam. Secundò ex hoc exemplo suo omnes allicit ad Dei reuerentiam, ibi. *Anima nostra.* Quantum ad primum sciendum, quòd quanquam Deus oculos corporales nõ habeat, mysticè tamen habere dicitur oculos, quibus suos electos respicit. Et isti sunt duo, scilicet, oculus iustitiæ quo respicit peccantes, ipsos puniendo temporaliter. Alius est oculus misericordiæ, quo respicit iustos, ipsos à peccatis præseruando spiritualiter. Secundum enim Greg. Deus oculos clausos tenet quando peccata hic non punit, sed ipsos aperit, quando punit. Sic enim habuit oculos suos super Dauid, quando peccatum eius purgauit per persecutionẽ filij sui Absalon, propter quod ipse Dauid Deo dicebat. Imperfectum meum uiderunt oculi tui, scilicet, ipsum puniendo. Oculos autẽ misericordiæ aperuit super eũ, ipsum ad gratiam suam reducendo. Oculi eius ad sanctum Israel. Sicut enim uolens aliquam rem diligenter custodire super illam firmat oculos suos, sic & dominus oculos suos firmat super iustos. Oculi domini super iustos, aures autem eius in preces eorum. Et si aliquando permittat iustos hic temporaliter pati, totum tamen est ad vtilitatem ipsorum, vt scilicet per patientiæ meritum habeant præmiũ maius. Et hoc est, quod subdit. *Et in eis qui sperãt super misericordia eius.* non in viribus suis, non in meritis suis, sed super misericordia eius. Et ad quid oculi domini sunt super metuentes eũ, ostendit cum subdit.

Oculus Dei duplex scilicet, misericordia, & iustitia. Greger. 11. mor. c. 20. — Psal. 138. — Esaia. 17. — Psal. 33.

Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. 498

ECce apertè effectus oculorum prædictorum domini, nam ad hoc oculi iustitiæ sunt super metuentes eum, ipsos temporaliter puniendo, ad hoc *ut eruat à morte animas eorum*, scilicet, ut iudicio eruãtur à morte æterna. Oculi autem misericordiæ sunt *ut alat eos in fame*, scilicet, ut hic alantur spiritualibus gratijs, vbi fames est, & virtutum pœnuria, & abundantia mali. Sic enim dicit Dominus. Serui mei comedent, & vos esurietis, &c. Sed quia Dominus quandoque sperantes in se liberat non solum à morte æterna, sed etiam à temporali.

Liberat dominus iustos. — Esa. 65.

porali. Ideo hoc totum de præsenti vita potest exponi: *Vt eruat à morte animas eorum:* vbi per animã accipe vitam corporalem. Istud enim specialiter de Helia potest exponi, quẽ dominus eruit de manu Iezabelis, volentis eum occidere. Et consimiliter fuit de Prophetis, quos à persecutione Iezabelis Abdias in spelunca occultauit. *Et alat eos in fame,* hoc realiter fuit de Helia, quem dominus tempore famis, quando scilicet non pluit super terram annis tribus & mensibus sex, dominus pauit coruorum ministerio. Quoniã, vt dicitur 3. Reg. 17. corui deferebant ei panem, & carnes mane, similiter & panem, & carnes vesperi. Et consequenter miraculosè pauit eum longo tempore apud mulierem viduam Sareptanam ex modica farinula, quantum pugillus capere potest, vt ibidem, habetur: De Helia ergo, & prædictis prophetis, quos Abdias tempore famis pauit pane, & aqua in spelunca, d. Psal. *Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame,* idest, tempore famis.

3. Reg. 18.

Nutrit De⁹ iustos.

499 ***Anima nostra sustinet dominum, q̃m adiutor, & protector noster est.***

6. q. 1. quiescite.

Consequenter hic omnes hortatur exemplo suo ad Dei reuerẽtiam, quasi dicat, si enim, vt ex prædictis patet, principalis causa nostræ salutis non sunt opera, vel merita nostra, sed sola Dei voluntas, & misericordia, ideo merito patienter debemus Deum sustinere, idest, super omnia tenere etiam dum patimur aduersa. Quod se facere confitetur d. *Anima nostra sustinet dominum,* idest, patienter eius misericordiam expectat. Et hoc facile est. Quoniã adiutor & protector noster est, adiutor in tribulationibus. Ps. 45. Deus noster, refugiũ, & virtus, adiutor in tribulationibus, &c. Protector autem, quia spiritualibus gratijs nos desuper tegit. Protector meus, cornu salutis meæ, & susceptor meus. Et de ista Dei protectione, ait Gregor. Per Psalmistam dicitur, Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Scuto bonæ voluntatis nos dominus coronare perhibetur, quia quos protegens adiuuat, remunerans coronat. Et quare patienter hic debemus expectare dominum, est ratio, quia per patientiam hic habitã in aduersitatibus ad lætitiam perueniemus æternam. Et hoc est quod subditur.

Adiutor noster Deus. Psal. 45.

Psal. 17. Greg. 33. mor. c. 29.

500 ***Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus.***

Quasi dicat: Etsi in præsenti tribulamur, in futuro tamen lætabitur cor nostrum in Deo. Secundum enim mensuram tribulationis, & patientiæ, in futuro datur mensura consolationis, & lætitiæ. Psal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerũt animã meam. Et quia ista consolatio procedit ex spe retributionis, ideo subdit. *Et in nomine sancto eius sperauimus.* Vbi ly, &, stat pro quia, quasi dicat: Quare in eo lætabitur cor nostrũ, ratio est, quia sperauimus in nomine sancto eius. Consequenter concludit Psal. diuinam misericordiam postulando, d.

Lætitia sequitur tribulationem.

Psal. 93.

501 ***Fiat misericordia tua, dñe, super nos, quemadmodum sperauimus in te.***

Quasi dicat: Per misericordiam tuã impleatur in nobis quod dictum est, scilicet vt lætemur in te. Et hoc non petimus meritis nostris, sed de gratia tua: ideo subdit. *Quemadmodum sperauimus in te.* Spes enim est certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia Dei, & meritis proueniens. Et hæc spes tanto amplius crescit in iustis, quanto magis patiuntur aduersa. Quoniam, vt ait Greg. Bonorum mens, q̃ duriora patiẽter tolerat, eo æternitatis præmia certius sperat. Hic oritur dubium, vtrum licitè quis possit sperare in homine? Vide 2. 2. q. 17. art. 4.

Spes.

Gregor. 10. mor. c. 21.

2. 2. q. 17. art. 4.

PSAL. XXXIII.

502 ***Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.***

15. q. 1. reuertimini.

ISTE Psal. talem habet titulũ. *Psalmus Dauid, cum mutauit vultum suum, coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt.* Titulus iste sumptus est de historia q̃ habetur 1. Reg. 21. q̃ cũ Dauid fugeret Saul persecutorem suum, contulit se ad Achis

Achis regem Geth, scilicet, cuiusdam Gentis Philistinorum vicinæ regno Iudæorum. Et ibi latitabat, vt persecutionem Saulis euitaret. Fuit autem cognitus ab aliquibus de regno illo, à quibus suggestum est regi Geth, quod illum apud se haberet, qui gloriosus esset, & magnus in regno Iudæorum, dicentes, Iste est Dauid, cui chorum fecerunt mulieres Israelitæ dicentes. Saul percussit mille, & Dauid decem millia. Nunquid non est iste Dauid Rex terræ? Quibus auditis, Dauid timuit regem Achis. Cum enim propter hanc gloriam inuidere ei cœpisset Saul, & ipsum persequi, valdè etiam cœpit timere, ne ille rex Achis, ad quem confugerat, similiter inuidia motus ipsum persequeretur ad mortem. Videns autem Dauid se in tali periculo positũ, simulauit se stultum, mutauit vultum suum coram ipsis ad modum fatui, & saliuæ decurrebant per barbam eius, quē cum uidisset rex Achis, ait seruis suis. Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, quia introduxistis istum, ut fureret, me præsente? Dimittite illum hinc, ne ingrediatur domum meam. Et sic tanquam fatuum dimisit illum, & Dauid recessit. Ista historia directè cõcordat titulo, nec in aliquo discordat, nisi in hoc quod ille rex Geth, secundum textum vocabatur Achis, & in titulo vocatur Abimelech. Et ideo sciendum, quòd ille rex Geth duo habebat nomina vnum erat nomen commune regni, quo omnes reges illius regni uocabantur, & aliud erat nomen proprium personale. Sicut reges Romani nomine regni vocantur imperatores, vel Cæsares, sed nomine personali dicuntur Iulius, Octauianus, Nero, &c. Sic & ille rex Geth, ad quem Dauid confugerat, uocabatur Achis nomine proprio, sed nomine regni uocabatur Abimelech. Ad propositum ergo quando Dauid per istum modum de manu Achis regis, & seruorum eius se vidit liberatum, gratias agens Deo, fecit hunc psal. Et sic apparet titulus, & causa Psalmi. Primò igitur exponenda est litera iuxta historiam, & consequenter inducendus est sensus Psalmistæ. Et sic iste ps. diuiditur in duas partes. Quia Dauid primò de sua liberatione Deo

Simulatio licet.

E gratias agit, secundò cæteros ad bonum faciendum inducit, ibi. *Accedite.* Prima in duas, quia à Dauid primò ponitur gratiarum actio, secundò & ad hoc aliorum inuitatio, ibi. *Magnificat, &c.* Dic vt Nich. de Ly. Quantum verò ad intellectum psalm. sciendum, quod Dauid Christum significat, mutat o uetò vultus significat mutationem veteris sacrificij in nouum. Vetus enim sacrificium vultus eò dicebatur, quia fiebat in rebus apertis, & manifestis, sed in nouo sacrificio mutauit Dauid, idest, Christus vultum suum, ne cognosceretur, quia corpus suum, & sanguinem, sub uelamento panis, & vini nobis tribuit. Sed quid per Abimelech significatur, interpretatur enim Abimelech patris mei regnũ, & significat Iudæos, qui erant regnum patris Christi, scilicet, Dauid, iuxta illud Lucæ 1. Dabit illi dominus Deus regnum Dauid patris sui. Coram ergo Abimelech. i. corã Iudæis Dauid, i. Christus mutauit vultum suũ, quando in cœna terminans sacrificium vetus, sacrificium nouũ, s. sui corporis, & sanguinis instituit sub uelamento panis, & vini. Et attēde, quod in tali mutatione vultus Christus apparuit stultus coram Achis, quia in sua passione quãdo nouũ sacramentum instituit, à Iudæis stultus fuit reputatus, similiter, & à Gentibus. Nos prędicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, & infra, verbum quidem crucis pereuntibus quidem stultitia est. Sed quid ex hoc accidit? Nam quia populus Iudaicus per Achis figuratus, Christum in passione, & mutatione vultus, stultum reputat, iò Christus dimisit eũ, scilicet, & abijt ad Gentes, & sic apparet sensus tituli quoad intellectũ ps. Intentio autem ps. est mouere nos ad nouũ sacrificium accedere mente veteri dimisso. Et secundum istam intentionem ps. Iste hēt quatuor partes. Quia primò de tanto sacrificio Deo gratias agit in principio. Secũdò ad tanti sacrificij communionē fideles inducit, ibi. *Accedite ad eum.* Tertiò à quibus malis communicandus abstinere debet, ostendit, ibi. *Venite filij.* Quartò bonorum præmia, & pęnas malorum describit, ibi. *Oculi Domini.* Prima in duas, qa primò Christus Deo gratias agit, secundo

1. Cor. 1.

cũdò alios ad hoc idẽ induxit, ibi. *Magnificate dominum.* Prima in duas, quia primò Christus patrem benedicit, secundò modum huius benedictionis ostẽdit ibi. *In domino.* Primò igitur dicit Christus nos instruens, *benedicam dominum in omni tempore.* idest, laudabo Deum corde, ore, & opere, & hoc in omni tempore. Non enim per omne tempus hic notatur continuatio omnis temporis, quia mortalis homo actum uirtuosum semper continuare non potest, etsi habitũ semper conseruare possit uirtutẽ, oportet enim, quòd actus laudis, vel alterius uirtutis aliquando interrumpatur, saltẽ tempore dormitionis. Sed per omne tẽptus accipit duo genera temporum in quibus omne tempus diuiditur, scilicet tempus aduersitatis, & tempus prosperitatis, in quorum quolibet laudandus est Deus. Et consimiliter intelligitur quod sequitur. *Semper laus eius in ore meo*, idest, in tempore aduersitatis & prosperitatis. Et attende, ꝙ ecclesia istum versiculum cantat in officio temporali hora sexta, quia illa hora passus est Christus, & sol magis feruet, quia Christi passio ex feruore charitatis prodiens, & in sacramento Eucharistiæ memorata nobis maxima est causa laudandi & benedicendi dominum. Ad videndum aũt qualiter exemplo Christi nos Deũ benedicere debemus, est notandum ꝙ exemplo Christi dominum multipliciter debemus benedicere, scilicet, Benedicere per debitam mandatorum eius obseruantiam. Benedicere per solidam in aduersis mentis patientiam. Benedicere per ualidam in credendis fide adhærentiam. Benedicere per integram ex beneficijs dando gratiam. Benedicere per inclitam nostri cordis reuerentiam. Benedicere per feruidam proximis factam amicitiam. Primum patet, quoniã mandatorum Dei plena obseruatio manifestum est signum, quòd factis & operibus Deum bonum dicimus, quod est ipsum benedicere. Vnde quòd faciendo Dei præcepta Deum bene dicimus ostendit Psalm. d. Benedictum nomen maiestatis eius in æternum. Et quomodo subdit, ad populũ d. fiat. fiat. Duplicat enim hoc verbum fiat, ad ostendendum quòd illa dupliciter debemus

Benedicere.

Benedicimus Deum multipliciter.

Præceptorũ obseruatio.

Psal. 71.

A obseruare, scilicet corde & opere. Vel quòd illa obseruatio se extendere debet ad omnia mãdata, tam affirmatiua, quã negatiua. Et quia Dei præcepta maximè à beatis obseruantur in patria, hinc est, quòd beati summè benedicunt domi num, scilicet Angeli. Benedicite dominum omnes Angeli eius, potentes virtute: sequitur, facientes verbum eius. Sic etiam & animæ beatorum benedicunt dominum. Benedictus dominus Deus Israel à sæculo, & vsque in sæculum, & dicit omnis populus fiat, fiat: quod ad literam exponitur de populo beatorum.

B Sic & suo modo omnis creatura quantumcunque insensibilis, benedicit Dominum, dum conseruat præceptum Dei suæ naturæ inditum. Sic sol illuminando diem, benedicit dominum, luna illuminando noctem, terra producendo fructum, &c æt. Benedicite sol, & luna domino, benedicat terra dominum. Benedicite domino omnia opera eius. Secundum patet, quoniam patienter aduersa à Deo inflicta portare est ipsum pium correctorem confiteri, & de ipso bonum dicere. Sic Thobias in aduersis docebat Deum benedicere d. Hierusalem, ciui-

C tas Dei castigauit te dominus in operibus manuum tuarum, confitere domino, & benedic dominum sæculorum. Sic & Iob in flagellis d. Dominus dedit, dominus abstulit, &cæt. sit nomen domini benedictum. Sic & Christus in flagellis patrem benedicebat, nos hoc facere docens: vt ostendit Gregor. d. Christus cum appropinquaret passioni, accepto pane, gratias egit, & benedixit: gratias itaque egit, & benedixir, qui flagella alienæ iniquitatis suscepit. Et qui nihil dignum percussione habuit, humiliter percussus benedixit. Vt hinc scilicet ostẽ-

D dat, quid vnusquisque nostrum in flagello propriæ culpæ facere debeat, si ipse æquanimiter flagella portat culpæ alienæ. Vt hinc ostendat, quid in correctione faciat subditus, si in flagello positus patrem benedicit, & patri gratias filius agit æqualis. Vnde etiam in captiuitate, quæ aduersitatum videtur maxima, quilibet Deum benedicere debet. Captiui benedicamus dominum, dicentes illud. 2. Corinth. 1. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui con-

Psal. 102.

Psal. 105.

Dan. 3.

Psal. 103.

Aduersorũ patientia.

Thob. 13.

Iob 1.

Gregor. 2. mor. c. 31.

Iudith 7.

consolatur nos in omni tribulatione nostra. Tertium patet, quoniam per fidem Deo adhærere est ipsum verum Deum credere, & per consequens de ipso bonum dicere. Vnde habentes intellectum fide illustratum, benedicunt Deum, dicẽtes. Benedicã dominum, qui tribuit mihi intellectum. Et sic per fidem benedicẽtes dominum, confitemur multa, scilicet maiestatis eius vnitatem. Psal. Benedictum nomen maiestatis eius in æternum. Confitemur personarum trinitatem. d. Benedicat nos Deus noster, benedicat nos Deus. Et in speciali confitemur personã patris. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, &c. Confitemur personã filij. d. Benedictus, qui venit in nomine domini, Osanna filio Dauid. Confitemur personam spiritussancti. Vide arcum, & benedic, qui fecit illum. Arcus enim dicitur filius Dei incarnatus, cuius incarnatio singulariter attribuitur spirituisancto, & sic benedicere, qui fecit illum, est benedicere spiritumsanctum. Quartum patet, quoniã cognoscere Dei beneficia, & ei gratias agere, est de Deo bonum dicere. Et sic pro multis beneficijs dominum tenemur benedicere, scilicet: Primò pro beneficio creationis, quia nos de nihilo creauit mirabiliter. Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Secundò pro beneficio redemptionis. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionẽ plebis suæ. Tertiò pro beneficio conseruationis, quia creatos in vita conseruat, Nos qui viuimus benedicimus domino. Quartò pro beneficio educationis, quia nos creatos sua gratia reficit & satiat. Deut. 8. Cum comederis, & satiatus fueris, benedicas domino Deo tuo. Vnde & semper in gratiarum actione post mensam, dicitur iste versiculus. *Benedicam dominum*, &c. Quintò pro beneficio expectationis, quia peccantes expectat ad pœnitentiam. Iob 29. Benedictio perituri veniebat super me. Sextò pro beneficio roborationis, quia nos contra dæmones fortificat, & docet pugnare. Psal. Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, &c. Septimò pro beneficio retributionis, quia æterna præmia nobis præparat. Psal. Benedicentes ei hæreditabunt terram. Vnde & generaliter pro omnibus beneficijs Deum benedicere debemus: vnde Eccl. 32. Super his omnibus benedicito dominum, qui fecit te, & inebriauit te ab omnibus bonis suis. Quintum patet, quia laudare aliquem est de ipso bonũ dicere. Et ideo secundum quòd diuersis modis Deum laudamus, diuersis etiam modis ipsum benedicimus. Vnde benedicimus Deum voluntate: Omni tempore benedic dominũ & pete ab eo, &c. Corde, Benedic, anima mea, domino, & omnia quæ intra me sunt, &c. Opere, In ecclesijs benedicite Deo domino, scilicet, per bona exempla. Ideo benedicite dominum omnes serui domini, qui statis in domo domini, &c. Ideo benedicẽtes dominum exaltate eum quantũ potestis, maior est enim omni laude. Sextum patet, quoniam proximum debitè diligere est de Deo bonum dicere, qui hoc præcepit. Vnde & ipsa proximorum amicitia, & ad ipsos miseratio, quædam benedictio dicitur: vnde de misericordibus d. Apostolus. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Benedicite, filij hominum, domino; laudate & superexaltate eum in sæcula. Quæ omnia exẽplo Christi quilibet nostrum considerans, cum Christo debet dicere. *Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo*.

Fides credẽdorum. — *Psal. 15.* — *Psal. 66.* — *2. Petr. 1.* — *Matth. 21.* — *Eccles. 45.* — *Gratiarum actio. beneficiorum.* — *Psal. 71.* — *Luca 1.* — *Psal. 113.* — *Psal. 134.* — *Laudare Deum.* — *Thob. 4.* — *Psal. 102.* — *Eccle. 43.* — *Proximi dilectio.* — *2. Cor. 9.* — *Dilectio.*

In domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur. 502

Hic consequenter ostẽdit modum, quo Deus benedicitur, qui est nõ propriam gloriam quærere, sed Dei, non laudem propriam, sed Dei. Sicut enim bonus filius de bona fama, vel laude patris gloriatur, & propriam laudem, si quam habeat, patri refert, sic & Christus. vnde dicit. *In domino laudabitur anima mea*, quia ipse non propriam laudem, sed patris quærebat. Vnde dicit: Ego gloriam meam non quæro. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Si ergo quæras, quid est gloriari in Deo, vel laudari: audi Origenem super Ioannem d. Nullus enim laudans, vel honorans quicquam ex ijs, quæ non laudantur, vel honorãtur à Deo, honorat

Benedicere Deum gloria propria glor ia Dei — *Ioan. 8.* — *Origenes.*

stat Deū, nec laudatur in domino. Qui ergo laudat peccatorem, diuitias, vel mundi honores, in domino non laudatur. Sed dices nunquid quandoque licet de bonis operibus laudem quærere? Respondeo quòd non, vt ibi finis laudis ponatur. Sed benè, vt laus ad Deum, vel ad vtilitatem animarum referatur. Vnde aliud est de propria laude lætari, aliud de fructu laudis, vt ostendit Gregor. dicens. Quisquis enim de fama suæ laudis lætatur, auctori se præfert, cuius dono, vt benè operetur, percipit, & tamen in eius munere de gratia suæ laudis hilarescit. Despecto enim honore conditoris semetipsum plus amare conuincitur, cuius præconijs lætatur. Quãuis nonnunquam & sancti viri de bona sua opinione gaudent, sed cum per hac proficere audientes pensant, nec iam de opinione sua, sed de proximorum gaudent vtilitate, quia aliud est, fauores quærere, & aliud profectibus exultare. Qua in re necesse est, vt cum audientium vtilitati non proficit, mentem nostram fama laudis nō eleuet, sed fatiget. Cum enim humanæ linguæ attestatione laudamur occulta pulsatione requirimur, quid de nobis ipsis sentiamus, vt in hoc humiles permaneamus. Superba etenim mens etiam cum de se falsa bona dicuntur, exultat, quia non apud Deum, qualiter viuat, sed apud homines, qualiter innotescat, excogitat. Iudicium enim omnipotentis Dei despiciens, & solummodo hominum quærẽs inter auditas laudes attollitur, & quia hoc solum quæsierat, de brauio operis lætatur. At contra si cor veraciter humile est, bona, quæ de se audit, aut minimè recognoscit, & quasi falsa dicantur, metuit. Aut si ea adesse sibi veraciter scit, eo ipso formidat, ne ab æterna retributione sint perdita, quæ hic considerat hominibus diuulgata, pauetq; vehementer, ne spes futuri muneris in mercedem permutetur transitorij fauoris. Qua ex re agitur, vt electorum animus, magno laudum suarum igne crucietur, &c. Ex quibus concluditur, quòd solum domino laudari debemus non in nobis, vt Dei laudes, non nostras quæramus. Stultum est enim rem magni precij pro transitoria laude permutare: vnde Greg. d. Magna quippe est vecordia, laboriosa agere, & aure laudi inhiare, forti opere præceptis cœlestibus inseruire, sed terrenæ retributionis præmium quærere. Vt enim ita dixerim, qui pro virtute, quam agit humanum fauorem desiderat, rẽ magni meriti vili precio venalem portat. Vnde cœli regnum mereri potuit, inde nummum transitoriæ laudis quærit. Vili ergo precio opus vendit, qui magna impẽdit, sed minima recipit. Quod cõtra ait Christus: *In domino laudabitur aīa mea*, Quia ergo oīs in seipso laudari cupiens ipso facto superbus conuincitur, consequens est, vt solum humiles in domino laudentur. Et hoc est, quod subdit. *Audiant mansueti, & lætentur*. Hoc referre poterat ad Apostolos, & successores ipsorum in fide, de quibus dicitur Ps. Mansueti autem hæreditabunt terram & delectabũtur in multitudine pacis, scilicet æternæ, & non laudis transitoriæ.

Quæstio. An gloriā de operibus suis quis licite quærere possit.

Laudari.

Gregor. 22. mor. c. 9.

Greg. 8. mor. c. 28.

Psal. 36.

Magnificate dominū mecum, & exaltemus nomen eius in ipsum. 503

HIc suo exemplo Christus alios ad Dei laudem inducit. Magnum enim componitur cum facio, facis, & dicitur magnifico, cas, quod est magnum facere aliquem, exaltare, & collaudare. Sic ergo dominum magnificat, qui ipsum exaltat, & laudat, vt magnum illum esse ostendat. Sic & Beata Maria dicebat: Magnificat anima mea dominum. Ad quod declarandum ibidẽ Origenes mouet quæstionem, dicens. Si autem dominus, nec augmentum, nec detrimentum recipere potest, quid est quod ait Maria. Magnificat anima mea dominum? Et respondet, sed si considero dominum saluatorem imaginem esse inuisibilis Dei, & animam meam factam ad imaginem eius, vt sit imago imaginis, tunc videbo, quoniam in exemplo eorum, qui solent imagines pingere, quando magnificauero animam meam opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grandis efficitur, & ipse dominus, cuius imago est, in anima mea magnificatur. Et ideo modum huius magnificationis, qui est in domino laudari, subdit dicens. Et exultauit spiritus meus in Deo, &c. Ad hoc ergo op⁹ nos Christus inuitãs, ait: *Magnificate dominū mecū*, id-

Magnificare Deum.

Luc. 2.

est, ipsum in cordibus vestris facite magnum, quia quanto meliora sunt maiora, Deus non in se, sed in nobis grandescit. Sic enim dicitur Psal. 68. Laudabo nomen domini cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et ideo modum istius magnificationis subdit. d. *Et exaltemus nomen eius in idipsum*. idest, vt omnis nostra lætitia, vel exaltatio in ipsum termi netur, & nõ fit propter nos, sed propter ipsum. Vel *in idipsum*, i. in vnum, vt ab omnibus misericordia fiat, vna sit voluntas, vnum cor: sicut in Actibus Apostolorum dicitur, quod credentiũ erat cor vnum, & anima vna. Vt aũt ad hoc alios magis alliciat, ostendit, ꝙ sibi ex hoc quod solum in domino laudabatur, euenerunt: vnde subdit.

504 *Exquisiui dominum, & exaudiuit me & ex omnib. tribulationibus meis eripuit me.*

Quæro enim componitur cum ex, & fit exquiro, ris, idest, valdè, & desideranter quęrere. Et aduerte, ꝙ Christus nobis exẽplum dans orandi, d. *Exquisiui dominum*. Et non dicit, quid exquisierit à domino, ad denotãdum, ꝙ in oratione solum Deum quærere debemus, vt scilicet sanctificetur in nobis & eius impleatur volũtas, & nihil in particulari, quia multoties credimus quærere vtilia, & illa nobis noxia sunt. Et sic nos qrere Christus dicebat. Matth. 6. Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, &c. idest, quærite regnũ Dei, vt per ipsum iusti sitis. Istius opinio est, quod singularia à Deo nõ debemus quęrere, sed solum bona in vniuersali. Fuerunt etiam antiqui Philosophi, vt de Socrate narrat Valerius, d. Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum, nihil vltra petendum à dijs immortalibus arbitrabatur, quam quòd bona tribuerent, quia hi sciunt, quid vnicuique sit vtile. Nos autem plerunque id volũtate expetimus, quod non impetrasse melius foret. Qualiter enim vt densissimis tenebris inuoluta mortalium mens in quam latè patentem errorẽ cęcas precationes tuas spargis? Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerũt, honores concupiscis, qui quam plures pessumdederunt. Regna tecum ipse voluis, quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur. Splendidis coniugijs inijcis manus: hæc autem sicut aliquando illustrant, ità nonnunquam domus funditus euertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis, quasi fœlicissimis rebus inhiare. Et te totum cœlesti arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solẽt, etiam eligere aptissimè possunt. Sic igitur & nunc conformiter Christus, nihil in particulari exquisiuisse se dicit, sed solum Deum, idest, Dei voluntatem dicit. Nõ quod ego volo, sed quod tu. Dicit ergo, *exquisiui dominum, & exaudiuit me*, per quod patet, quòd qui non auditur, ipsum dominum non exquisiuit. *Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me*. Multis enim tribulationibus Christus homo ante resurrectionem fuit circundatus, quia diffamatus, proditus, captus, ligatus, spinis coronatus, illusus, flagellatus, & crucifixus, vt merito diceret. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et ex omnibus per patrem fuit liberatus, quãdo per resurrectionem immortalis fuit factus. Sic enim sibi promiserat pater, d. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, &c. Sed hic ex dictis oritur dubium, scilicet, vtrum in oratione aliquid in particulari licitè postulari possit à Deo. Et videtur, ꝙ non per inducta superius ex verbis præsentis versiculi, & ex dictis Socratis. Præterea, nullus debet à Deo orando petere, quod nescit esse petendum. Sed quid sit à Deo petendum nescimus, quoniam, vt dicitur Rom. 8. Quid oremus, sicut oportet, nescimus, qui aũt petit, quod nescit, exaudiri non meretur, vnde Iac. 4. dicitur: Petitis, & non accipitis, eo quòd male petatis. Præterea, petere aliquid determinate à Deo, est velle inclinare voluntatem Dei ad suam propriam, sed hoc nõ licet, quia nostram voluntatem volũtati eius cõformare debemus, & nõ econuerso. Ad oppositum patet, quia dñs multa determinate docuit discipulos orando petere, vt patet in oratione Dominica, in qua septem petitiones determinatæ continentur. Respondeo, ꝙ quedã sunt bona, quibus homo malè potest uti, & malum

Marginalia: Exquirere Deum. — Oratio. — Quarere nihil debemus in particulari. — Valerius lib. 7. c. 2. — Matth. 26. — Tribulationes Christi. — Matth. 26. — Psal. 90. — Quæstio. — Respon.

malum exitum possunt habere, ut sunt diuitiæ, honores, coniugia, filiorum generatio, dignitates, & status: de quibus Socrates superius exemplificat. Et de talibus nihil determinatè est petendum, quia an nobis expediant, ignoramus. Alia autem sunt bona, quibus non contingit malè uti, ut sunt uirtutes, uoluntatis diuinæ obseruatio, &c. quæ directè ad beatitudinem ordinantur, quæ malum finem de se habere non possunt. Et talia determinatè à Deo orando possunt postulari. Ex istis patet ad quæstionem. Ad primum ergo dicitur, ꝙ licet homo ex se scire non possit, quid sit petendum de primis bonis, potest tamen scire de secundis: Etiam quandoque de primis bonis spiritus quandoque nobis per sancta desideria inspirat, & docet, quid sit petendum. Ad secundum dicendum, ꝙ cum petimus aliqua, quæ pertinent ad nostram salutem, tunc conformamus uoluntatem nostram uoluntati diuinæ, dicitur enim, 1. Timo. 2. ꝙ uult omnes homines saluos fieri, &c.

505 *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur.*

Eucharistia

CONsequenter hic ad noui sacrificij cõmunionem Christus fideles inducit. Et ut ad hoc nos magis alliciat, istud sacrificiũ multiplicem ostendit cõtinere uirtutem. Et diuiditur in tres partes sm ꝙ triplicem uirtutem in ipso cõtineri ostendit. Primo hic est fides, quæ mentem illuminat: secundo hic est spes, quæ mentem ad Deum eleuat, ibi. *Gustate.* tertiò hic est charitas, quæ mẽtem impinguat, ibi. *Timete.* Quantum ad primum notandum, ꝙ fides multiplicẽ habet effectum: quoniã fides primo de credendis mentem habet illuminare: secundo postulata facit impetrare, ibi. *Iste pauper.* tertiò à periculis habet liberare, ibi. *Immittet.* Primo ergo fides habet illuminare intellectum, quia quod in lumine naturali uideri nõ potest, per fidem apprehendit, quoniam fides est quoddam lumen animæ docens, quæ natura docere nequit, ut puta Deum unum in essentia, trinum in personis, uerbum caro factum, uirginem peperisse, & huiusmodi. In quibus humanę mentis acies inualida figi non põt, nisi per fidem illuminetur.

Multiplex fidei effectus.

A Vnde gl. super illo uerbo: Lucerna corporis tui est oculus tuus: dicit, fides est spiritualis lux mentis siue oculus. In isto autem nouo sacrificio fides continetur, quia hic unum uidetur & aliud creditur, quia uidetur species panis & uini, & creditur uerum esse corpus, & sanguis Iesu Christi. Vnde & in speciali hoc sacrũ dicitur mysterium fidei. Matth. 26. Si ergo fides habet illuminare, & istud sacramẽtum est fidei, sequitur ꝙ isto sacramẽto illuminamur. Et hoc est, quod dicit. *Accedite ad eum, & illuminamini:* unde ait glo. Accedite ad eum fide inhærendo, &

Matth. 6.

B duobus pedibus geminæ charitatis currendo, & *illuminamini* ipsum percipiendo. Ne sitia sicut Iudæi cæci, qui de crucifixo tenebrati sunt, nos aũt manducando crucifixum, & bibendo eius sanguinẽ illuminamur. Quo facto. *facies vestræ non confundentur,* i. in futuro iudicio, id est, non frustrabuntur mercede: decepti enim confundentur, uos aũt impetrabitis. Vel *non confundentur,* sicut facies illorum Iudæorum incredulorũ, qui cum audissent Christum eis daturum carnẽ suam ad manducandum, dixerũt. Durus est hic sermo, & confusi retro abierunt.

Ioan. 6.

C Qui autem fidem in hoc sacramento habet, non confundetur. Dicat ergo Christus. Accedite ad eum, & illuminamini. Vnde qualiter ad istud sacramentum sit accedendum, notat Sapiens, Eccl. 32. d. Ante grandinem præibit coruscatio, & ante uerecundiam præibit gratia, & pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia. Quid enim per coruscationem, quæ luminosa quidem est, sed breuis, & transitoria, nisi peccati delectatio intelligitur, quæ ad momentum apparet lucida, sed subito transit? quia, Laus impiorum breuis, Iob 20. Sed grando quoq; hanc sequitur coru-

Accedere ad Euchari stiam.

D scationem, est pęnæ peccato debitæ grauitas, ante grandinem enim præcedit coruscatio, quia culpa pœnam præcedit, & ante uerecundiam præibit gratia. Quid enim uerecundia, nisi æterna confusio significatur, quam præcedit gratia, quia ad illam considerãdam ut timeatur nos diuina gratia inducit. Et pro reuerentia accedit tibi bona gratia. Ille enim soli ad sacrificium altaris habet reuerentiã, qui cum puritate mentis ad illud accedit, & tali multa gratia confertur. Vult

ergo ex istis Sapiens dicere, quod accessurus ac sacramentum tria habet considerare. Primo, quam dura sit pœna, quæ ad breuem peccati delectationem sequitur, cum dicit, ante grandinem præibit corruscatio. Secundo, qualis erit uerecundia, & confusio damnationis æternæ, ideo postulare debet gratiam, per quam ista fugere possit, cum dicit. Et ante uerecundiam præibit gratia. Tertio quanta conferetur gratia purè, & debite accedentibus ad sacramentum altaris, cum dicit. Et pro reuerentia accedet tibi bona gratia. De isto ergo accessu, quo sacerdotes mundi ad altare accedere debent, dicitur Exo. 30. Lauabunt Aaron, & filii eius pedes, ac manus, quando accessuri sunt ad altare. Per pedes intellige affectiones, & opera per manus. Quæ uerba exponens Beda dicit. illud quoque hic præcipitur, vt, qui sacramenta domini participant, actus suos, & cogitationes prius discutiant, & compunctionis lachrymis abluant, vt secure ad altare Domini accedere possint. Scientes illud Apostoli, quòd, qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, & ideo dicitur. Sacerdotes, qui accedunt ad altare, sanctificentur, ne percutiam eos. Sed quam irreuerenter multi sacerdotes hodie ad altare Christi accedant, deplorans Hugo sic dicit, Sunt multi in sæculo, qui non solum vani, & curiosi, sed etiam cum ambitione, non cum deuotione, accedũt ad mensam Christi, qui etiam non accederent, nisi se inde aliquid lucraturos sperarent. Sed accessit ad Iesum Petrus, accessit & Iudas, accesserunt discipuli, ac cesserunt, & milites crucifigentes eum. Accedunt, & quotidie ad corpus Christi etiam peruersi sacerdotes, qui ea, quæ offeruntur ad mensam Christi; ipsi offerũt ad mensam diaboli, in illa Deũ inuocant, in ista periurant. Non enim orationibus, sed lusibus vacant, & exultant. Legem Domini nec sciunt, nec discere volunt. vacantes otio, comessationibus, & ebrietatibus student. Terrenis inhiãt, terrena sapiunt, assidui in plateis, in ecclesia rari. Tardi ad inuestigandum culpam peccatoris, sed prompti ad inquirẽda vestigia leporis, velociores ad conuocandum canes, quam ad pauperes congregandos. Libentius panem cani porrigunt, quam pauperi, plures seruiunt eis ad mensam, ad missam nullus. Famulos, & famulas habere volunt, sed clericos habere non possunt, quia nolunt. Hi sũt, quorum thalamus ornatior est ecclesia, mensa paratior altari, sciphus calicẽ pretiosior, equus carior missali, cappa casula pulchrior, camisia delicatior alba. Ecce quomodo obscuratum est aurum fuligine peccatorũ, mutatus est color optimus decoris, & sanctitatis in fœditatem vitiorum. Lapides sanctuarij dispersi sũt in capite omnium platearum. Ecce iam pœne nulla est vitæ sæcularis actio quã hodie clerici nõ administrent, nulla mũdi negotia in quibus ministri altaris nõ se occupent, nulla rerum improbitas, in qua monachalis non se implicet ordo, nolentes aduertere quod dicitur. Omnis, qui habuerit maculam, non accedet offerre hostias domino Deo suo quibus loquitur Ps. d. O vos sacerdotes, corde mundo *accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur.*

Exod. 19. Nota totũ. Hugo inde 12. abusioni bus mundi. Clericorum vanitas. Leuit. 21.

Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. 506

Secundo fides postulata facit impetrare. Et hoc multis exemplis ostẽdit Apostolus ad Hebr. 11. d. Fide Sara steri lis virtutem in conceptione seminis accepit, fide muri Hierico corruerũt, &c. fide cæci sunt illuminati. Secundum fidẽ vestram fiat vobis, & illuminati sunt. Fide filia Chananeæ à dæmonio fuit liberata; vnde, & Marc. 11. ait saluator. Amen dico vobis, quicquid credentes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Si ergo fides facit postulata impetrare, & istud sacramentum est mysterium fidei, consequens est, quod virtute huius sacramenti optata impetrẽtur. Et hoc hic notans Ps. dicit. *Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum.* Et loquitur Christus de seipso, dicẽs. *Iste pauper*, qui fuit verus pauper per humilitatem, verus pauper per carentiam bonorum tẽporalium. Qui (secundum Apostolum) cũ esset diues, pro nobis egenus factus est, vt sua paupertate nos diuites faceret. Clamauit enim Christus tempore suæ passio-

Fides facit exaudiri. Eucharistia Matth. 9. Matth. 15. Marc. 11. Sacramẽta. 2. Cor. 8. Oratio Christi.

passionis duo petens: scilicet gloriã resurrectionis, & mortalitatis amotionẽ, vt ostensum fuit Psal. 29. Ad te, domine, clamabo, & ad Deum meũ deprecabor. Et in omnibus fuit exauditus. Et hoc est, quod de isto paupere Christo, ait Apostolus. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui posset illum à morte saluum facere, cũ clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerẽtia. Per hoc enim vult ostendere, quòd qui per istud sacramentum vult à Deo exaudiri, cum paupertate spiritus ad illud debet accedere, quoniam vt ait glo. hic ostenditur quis mereretur exaudiri, ille scilicet, qui fuerit pauper spiritu, quia diues spiritu non auditur. Ad hoc autem declarandum, nota, quòd triplex est paupertas, scilicet, paupertas egestatis quæ est miserabilis, & inuoluntaria. Paupertas uanitatis, quæ est vituperabilis, & fugienda. Paupertas honestatis, quæ est commendabilis, & meritoria. Primam sustineut inuoluntariè pauperes necessarij, quorũ infinitus est numerus, qui libenter haberẽt diuitias, si possent. Isti accusant Deũ de partialitate, proximum de tenacitate, fortunam de infidelitate. Et licet tales fint vitiosi, pium est tamen illorum necessitati subuenire. Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperẽ, vnde miseria aspicienda est, non persona. Qui indiguo peccatori dat, non det, quia peccator est, sed quia homo est, non peccatorem, sed iustum nutrit, quia nõ delictũ, sed naturã pascit, quæ tota est Dei creatura. Secunda est paupertas Philosophorum, qui ad gloriam mundi lapides pretiosos frangebant. Tales sunt hypocritæ, qui propter mundi gloriam diuitias spernũt, & pauperes se esse propter Deũ simulant. Isti faciliter cognoscuntur, si aliquando ab alijs corrigantur, quia correctiones sufferre non possunt. Qui autem pauper est correctionem non sustinet. Tertia est paupertas assumpta voluntariè propter Christum, de qua August. in de ecclesiasticis dogmatibus, Bonum est facultates cum dispensatione erogare, sed melius pro intentione sequẽdi dominum Israel donare, & absolutum ab omni solicitudine cum Christo egere. Et de ista paupertate dicitur, Beati pauperes spiritu, &c. Et nota q̃ ista paupertate diues potest esse pauper, & pauper potest esse diues, qui scilicet amorem in diuitijs non ponit, sed illas totaliter refert ad Deum. Et tales pauperes exaudiuntur à Deo. Vnde hic dicitur. *Iste pauper clamauit*, &c.

Psal. 29. — *Hebr. 5.* — *Paupertas multiplex.* — *Psal. 40.* — *Prou. 13.* — *Matth. 5.*

A

Immittet Angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. 507

Tertio, fides à periculis habet liberare. In cuius signum defectus fidei Petrum in periculo submersionis posuit in mari quando ad Iesum ambulans supra mare voluit accedere, propter quod ei dixit Christus. Modicæ fidei, quare dubitasti? Si ergo fides à periculis liberat, & istud est sacr̃m fidei, sequitur conformiter q̃ istud sacramentum à periculis liberat. Et hoc est, quod hic per istud sacramentum dicit. *Immittet Angelus domini*, &c. Sed aliqui codices habent. *Immittet Angelum dominus*, sed vt dicit Magister in glo. illi sunt falsi, quia dicit verus textus. *Immittet Angelus domini*. Quis autem proprius vocatur Angelus domini, quã ipse Christus? quia Angelus idẽ est, quod missus. Quis autem proprius dr̃ missus quam Christus, quẽ pater sanctificauit, & misit in mundum? Et de isto Angelo Christo ad litteram dr̃ Malac. 3. Ecce ego mitto Angelum meũ, &c. Sequitur. Et statim venit ad templũ suum dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis. Iste ergo Angelus Christus in isto sacramento immittit in circuitu timentium eũ. Sed quid immittit? Certè gratiam suam, qua per istud sacr̃m suos muuit fideles, quia in nullo sacramento amplior gratia datur digne sumentibus quam in isto. Vnde & hoc sacr̃m Eucharistia dicitur, id est, bona gratia, quia in hoc sacramento non modo est augmentum virtutis, & gratiæ, sed ille totus sumitur, q̃ est fons, & origo totius virtutis, & gratiæ, vt ait Magister. Vel aliter Angelus Domini, scilicet Christus, qui in isto realiter continetur sacramento. *Immittet in circuitu timentium eum* ad eos de periculis eruendum, qui immittit alios, scilicet, Angelos tanquam Angelorum dñs. Sic enim misit Angelos, qui liberarũt Loth de Sodomis. Immisit Angelos, qui libera-

B C D

Fides liberat. — *Matth. 14.* — *Angelus.* — *Ioan. 10.* — *Angelus dicitur Christus.* — *Eucharistia.* — *Magister li. 4. dist. 8.* — *Gen. 19.* — *Dan. 3.*

berauerūt tres pueros de camino ignis, vbi Angelus domini descendit cū Azaria, & socijs eius in fornacē, & excussit flammam ignis de fornace, &c. Similiter misit Angelum, qui liberauit Danielem de lacu leonum. Immisit Angelum, qui liberauit Iudith ab Holofernis concupiscentia, vnde ipsa ait. Viuit dominus, qm̄ custodiuit me Angelus eius, & non permisit me ancillam suā inquinari, &c. Immisit Angelum, qui liberauit Petrum de manu Herodis, &c. Nūc scio verè, quia misit dominus Angelum suū, & eripuit me de manu Herodis, &c. Vel aliter Angelus domini: scilicet Christus in isto sacramento, vt nos ab omni eruat periculo, immittit, scilicet Angelos, teste Gregor. in homilia: & habetur de cōsec. dist. 2. quid sit sanguis. d. Quis enim fidelium habere dubium possit: in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri? In illo Iesu Christi mysterio, choros Angelorum adesse, summa imis sociari, & vnum ex visibilibus, ac inuisibilibus fieri? Et notans hic Psalm. de Christo dicit, quòd in isto sacramento Angelus domini *immittit*, scilicet Angelorum choros in hora consecrationis. *In circuitu timentium eum*, scilicet timore filiali. *Et eripiet eos* ab omnibus scilicet periculis: quoniam, vt dicitur Psalm. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te, &c.

Dan. 6. Iudith 13. Act. 12. Greg. de cōsecr. dist. 2.

507 *Gustate, & videte, quoniam suauis est dn̄s: beatus vir, qui sperat in eo.*

3. q. 9. testes. Eucharistia cōtinet spē.

HIc consequenter ostendit, quòd in isto sacramento est spes, quę mentem ad Deum eleuat. Quoniam omnibus debitè sperantibus in ipsum, suauis est Christus: quoniam talibus uitam tribuit sempiternam. Vnde Magister in gl. ait: *Gustate*, &c. Idest non solum ad istud sacramentum fide debetis accedere, ut illuminemini, sed etiam gustate, idest, manducate carnem meam, & bibite sanguinem meum, & tunc videbitis, *quoniā suauis est dominus*, idest, dulcis iste cibus, quia scilicet est vita sumenti pellēs omnes molestias, etsi non in præsenti, tamen in futuro. Et hoc est, quod subdit. *Quia beatus vir, qui sperat in eo.* In eo, scilicet, quod gustat. Miser enim est, qui in seipso, vel in alijs hominibus sperat, qui nec seipsos iuuare possunt. Sed qui sperat in eo iam beatus est, quia eum iam habet in spe, qui est omne bonum. Sed cum quāta puritate hoc sacramentum sit gustandum, qui eius suauitatem cupit uidere, ostendit Petrus Damian. super illo verbo. 1. Corint. 6. d. Qui adhæret meretrici, vnū corpus efficitur, &c. d. Cur, ò tu sacerdos, qui sacramenta habes dare, hoc est sacrificium debes offerre, teipsūm prius maligno spiritu nō vereris victimā immolare? Fornicās enim à membris Christi abscinderis, & corpus meretricis efficeris, Apostolo attestante, qui ait. Qui adhæret meretrici, &c. Quid tibi cum corpore Christi, qui per carnis illecebrosæ luxuriam membrum factus est Antichristi? Quæ enim societas lucis ad tenebras? Si enim redemptor noster tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modo de virgineo vtero nasceretur, sed etiam à nutrice virgine tractaretur, & hoc cū adhuc vagiret in cunis, à quibus nūc obsecro tractari vult corpus suum, cum iā immensus regnat in cœlis? si mundis attingi manibus volebat in præsepio positus? quantā corpori suo, nunc vult adesse mūditiam, iam in paternæ maiestatis gloria sublimatus? Sic ergo dignè sumentibus est cibus suauis Psal. Quoniā suauis est dominus omnibus, &c. Ita indignè sumentibus est mortifer cibus. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium, sibi, &c.

Sacerdotis qualis puritas esse debet. 1. Cor. 6. Psal. 144. 1. Cor. 11.

Timete dn̄m omnes sancti eius, quoniā non est inopia timentibus eum. 508

Timor.

HIc cōsequenter ostendit, q̄ in isto sacramento est charitas, &c. Quāuis enim charitas timorem seruilem excludat, timorem tamen filialē super includit, quia iste timor non est, nisi quædam cordialis reuerentia ex amore procedens, quia etiam sancti in patria semper Deum timebunt. Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi. Et iste talis timor, siue reuerentia debetur isti sacramento. Quoniam nihil in sacrificijs diuinis maius esse potest quā corpus, & sanguis Christi, nec vlla oblatio potior est, sed hæc omnes præcellit, quę pura conscientia domino offerenda est, & pura mente sumenda, atq; ab omnibus

Psal. 18. Eucharistia. De consecr. dist. 2. nihil.

bus veneranda, & sicut potior est cæteris, ita præ cęteris extolli & venerari debet. Et hoc est, quod hic dicit Psalm. *Timete dominum omnes sancti eius*, scilicet timore filialis reuerentiæ, qui realiter in isto sacramento continetur. Et merito, quia in isto sacramento ratione charitatis ibidem demonstratæ est omnis boni abundantia. Et hoc est, quod. d. *Quoniam non est inopia timentibus eum.* Hic enim perfecta Christi continetur charitas, quia ex maxima charitate seipsum nobis præbet manducandum, unde de cons. dist. 2. hæc est dicitur. Hoc est sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum charitatis, &c. Nec mirũ, quĩ nullum sacramentum est isto salubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium spiritualium charismatũ abundantia impinguatur, quia hic sumitur ille, qui omnis boni, & charitatis fons est, & origo, vt merito Psalm. dicat de ijs, qui debitè ad istud sacramẽtum accedũt, quòd *non est inopia timentibus eum*. Si. n. Deus pascit contẽnentes se, credendumne est, ꝙ deserat se diligẽtes? Et hoc alijs verbis explicat. d.

De consecr. dist. 2.

509 **Diuites eguerunt, & esurierunt, inquirentes autem dominum non minuẽtur omni bono.**

Diuitiæ nõ satiant. Gregor. 15. mor. c. 10.

Diuitiarum enim abundantia mentem auari non satiat, sed angustat in præsenti, & in futuro. De præsenti enim dicitur Iob 20. Nec satiatus est vẽter eius, ꝙ exponens Gregor. ait: venter quippe diuitis auaritia eius est, quia in ipso colligitur quicquid peruerso desiderio glutitur. Liquet vero, quia auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. Nam more ignis cum ligna, quæ consumat, acceperit, excrescit. Et vnde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo post cernitur dilatari. Tantis enim rebus quis in seipso indiget, quantis concupitis caret, & quia quanto quis ditior est, tanto plura concupiscit, ideo quanto quis ditior est tanto amplius eget. Bene ergo. d. Psal. *Diuites eguerunt, & esurierunt.* Qm̃ satu ritas diuitis non sinit dormire eum. Sed adhuc melius hoc accipitur de spiritualibus bonis, quib. mũdi diuites egent, in pręsenti, & in futuro. Vnde hic ait gl. *Diuites eguerunt, & esurierunt*. s. diuites huius sæculi. s. superbi, & auari egueruͤt bonis interioribus. Non enim putare debes hoc dici de terrenis, quæ nullius precij sunt. Respice enim, & videbis multos diuites iniquos mori cum diuitijs suis nec pauperes esse factos, cum viuerent, sed inter magnas copias diuitiarum, vsque ad vltimum vitæ perduci, & expirare in lectis eburneis circunfluente familia, & magnificè celebrari pompa funeris, ac pompato funere ad tumulum à suis deduci. Sed quid ista proficiunt, quia in futuro carebunt summo bono, scilicet, Deo, licet ipsum esuriant, & desiderent? Nonne eius exemplo expresse ostendit ille diues epulo, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè, qui tamen ad tãtam in futuro deuenit inopiam, vt guttã aquæ mendicaret, & habere non posset? Et hoc est, quod dicitur Iob 27. Diues, cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet, & Ps. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Non autem sic est de bonis, quia hic, & in futuro spiritualibus bonis, quæ sunt vera bona, abundant. Vnde subditur. *Inquirẽtes autem dominum, non deficient omni bono. Inquirentes*, idest, intus toto studio quærentes dominum, & non temporalia: *non deficient omni bono*, idest, habebunt bonum, quod est omne bonum, quia in Deo sunt omnia bona. Et nota, ꝙ hic loquens de sacramento altaris dicit. *Inquirentes autem dominum*, quia ipse dominus intus in hoc sacramento sub speciebus panis, & uini velatus continetur: extra ergo non est quærendus dominus, sed intus, quia extra aliud videtur, sed intus aliud continetur, quia intus Christus continetur, qui est omne bonum. Dicit Dominus Moysi ostendam tibi omne bonum.

Eccles. 5. Egent diuites mali.

Psal. 75.

Eucharistia.

Exod. 33.

510 **Venite, filij, audire me, timorem domini docebo vos.**

Consequenter hic ostendit Psalm. quæ facere debet, vel a quibus abstinere, qui ad hoc sacrificiũ debitè vult accedere. Et duo facit. Quia ostendit primo quid tales debeãt facere, secundò à

dò à quibus debeant abstinere, ibi, *prohibe linguam*. Tria enim debet facere talis, quia debet primo reuerenter verbum Dei audire, secundò filialiter Deum timere, ibi. *Timorem domini*. tertio vitam futuram amare, ibi. *Quis est homo*. Quantum ad primum. d. *Venite, filij, audite me*. Nihil enim ita disponit mentem ad huius sacramenti deuotionem, sicut deuotè audire Dei verbum. Dicit enim, *Venite, filij, audite me*. vt in nomine filiationis designet cum quanta reuerentia verba diuina, vt patris audire debemus. Fili, audi disciplinā patris tui, vt addatur capiti tuo gratia. Vnde cum quanta reuerentia verba Dei sint audienda ostendit August. & habetur, 1. q. 1. interrogo. d. Interrogo vos fratres, & sorores, dicite mihi: quid vobis plus esse videtur, corpus Christi, an verbum Christi? Si vultis verum respōdere, hoc dicere debetis, ꝙ nō sit minus verbum Christi, quam corpus Christi. Et ideo quanta solicitudine obseruamus, quando corpus Christi nobis ministratur, vt nihil ex ipso de manibus nostris cadat in terram, tanta solicitudine obseruemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud cogitamus, aut loquimur de corde puro depereat, quoniam non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quā qui corpus Christi sua negligētia in terram cadere permiserit. Ad hoc ergo nos Christus inuitat. d. *Venite filij audite me*. Et aduerte ꝙ Dei verbum non solum reuerenter, sed etiam celeriter audire debemus: quoniam, vt dicitur. Iac. 1. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Ideo .n. natura duas aures nobis dedit ad audiēdum, & hoc nulla apposita clausura. Ad loquendum autem solum vnam linguā dedit, & duplici clausura muniuit, scilicet labijs, & dentibus: vt veloces ad audiendum essemus, ad loquendum autē tardi. Si enim infirmus corpore velociter aures præstat ad audienda corporalis sanitatis verba, quāto magis celerius nos verba æternæ salutis audire debemus? qm̄ sicut audire verba serpentis fuit causa mortis, sic audire verba nostri redēptoris est ianua vitæ, vnde Bernardus super illo verbo. Mar. 15. Videns autē Centurio, qui ex aduerso stabat, ait. Vnde irrepsit morbus, inde remedium intret, & per eadem vestigia mortem vita sequatur, lux tenebras, antidotū salutatoris serpentis venenum. Auditus primo mortis ianua fuit. Nunc ergo auditus reuerenter, celeriterque aperiatur, & vitæ, & quam tulit, reparet vitam. Et, si dicas, quid est audire reuerenter, celeriterq; verbum Dei? Respondeo: quod aure percipis, operibus adimplere. Estote factores verbi, non auditores tm̄, &c. Et ad hoc nos hic Christus inuitat dicens, *Venite, filij, audite me*. Sic enim & Iacob suis filijs dixit. Cōgregamini, & audite filij, patrem vestrum. *Timorem domini docebo vos*. Ecce secundum necessarium ad debite istud sacramentum percipiēdum, s. filialiter Deum timere. Sed di. Quis est timor domini? Ad hoc respondet Magister, d. quòd timoris quatuor sunt species. Est enim timor mundanus, seruilis, initialis, & filialis. Timor mundanus, cum timemus perdere bona mundi, vel incurrere pericula carnis, propter quod peccamus, & hic semper est malus. Et hūc dominus prohibet, d. Nolite timere eos, qui occidūt corpus. Timor seruilis est, cum propter timorē pœnæ quis abstinet à peccato, non timore amittendi æternum bonum, quod nō amat, sed timore patiendi pœnam, quā odit. Timor initialis est, quo quis incipit, quod durum erat, amare, & sic incipit excludi timor seruilis. Timor autem filialis est, quo timemus offendere Deū, timor iste de amore venit, & propriè vocatur domini timor, qui permanet in sęculum sæculi. Hic est ergo ille timor, quem dominus docet, d. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autē non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam. Et quia idem est timor filialis ꝙ amor, sicut Deus vult amari, sic & conformiter timeri. Vnde dicit: *Timorem domini docebo vos*.

Prouer. 1. *Verbū Dei audire.* *Aures & aperta & bina nobis natura data sunt.* *Audire reuerenter, quid.* *Iac. 1.* *Gen. 49.* *Timor.* *Mag. lib. 3. dist. 34.* *Matth. 10.* *Matth. 10.*

Quis est homo, qui vult uitam, diligit dies videre bonos? 511

Ecce tertium necessarium ad debitè illud sacramentum percipiendū, scilicet, veram vitam amare. Illa. n. sola vera vita est, quæ mortem excludit. Illi solum verè dies boni dicuntur, qui malum

sum nesciunt. Ex quo apparet, ꝙ hic nō est vera vita, hic non sunt dies boni, vnde hic ait glo. Dies boni nunquam sunt in hoc sæculo. Omnes hoc fatentur se velle. Bonam rem volunt, sed non in regione eius illam quærunt, velut si aliquem iustum virum quæreret, sed non in patria eius, vbi habitaret, diceretur ti bi, bonum virum & magnū quæris: Sed noli quærere hic, vbi non inuenies eum. Ita quæramus & nos vitā, & dies bonos, sed non hic, quia hic non est. Et merito istud sacramentum dignè volens percipere, debet quærere uitam, quia in ipso nostra vera vita continetur. Qui mādu cat hūc panem, viuet in æternum. Et sic quisqu s hoc sacramentum debitè quærit, quærit & vitā, & econuerso. In Christi enim corpore vita nostra consistit.

Vera vita.

Ioan. 6.

512 *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.*

CONsequenter hic ostendit à quibus se abstinere debeat, debitè ad illud sacramentum accedere volens. Et duo sunt, s. peccatum locutionis, & peccatū operationis. Secundum, ibi. *Diuerte à malo.* Et, si dicas, quare mentionem non facit de peccato cordis? Rñdeo quia prohibens peccatum linguæ, etiam consequenter peccatum cordis prohibet, quia ex abundantia cordis os loquitur. Dicit ergo, *prohibe linguam tuam à malo.* Vbi sciendum, ꝙ malum linguæ est multiplex, à quo ipsam prohibere debemus scilicet, maliloquium, falsiloquium, stultiloquium, vaniloquium, turpiloquiū, multiloquium. Primum ergo malum linguæ est, maliloquium, sicut est detractio, blasphematio, & hmōi. Et ideo dicit Philosophus, ꝙ oratio est illatiua passionis, si turpia, aut impia loquatur. Sed tamen contra istud, Patientia debet haberi, vnde Seneca dicit. Malè de te loquuntur homines, benè loqui nesciūt, sari sentiunt, non quod merearis, sed ꝙ solent. Si de te loquuntur malè, & immeritò, fit tibi molestum, non quod loquuntur, sed quod mentiuntur. Si meritò, dole, & castiga: vult dicere, quod cōtra pestem detractionis, hæc est consolatio, quia aut dictum contra te est verū, aut nō, si verum, gaude quia corrigeris, & castiga teipsum, si non est verum, gau

Euchari-stia.
Obiectio.
Respon.
Loqui.
Lingua.
Philos. 3. Rhetorica.
Seneca de Moribus.

A de, quia innocens es, & ora cum Psal. d. Domine, libera animam meam a labijs iniquis, & à lingua dolosa. Secūdum est falsiloquium. Nullus enim debet loqui, nisi verum tam superioribus quam inferioribus, vnde, 4. Ethicorum dicitur: Qui virtuosus est, indifferēter loquitur ijs, qui in dignitatibus, & quibuscūque, singulis tribuens, quod decet, idest, vera loquendo. Et hoc maximè indigent in dignitatibus cōstituti, vt ueritas eis aperiatur, vnde, Loquimini ueritatē unusquisq; cū proximo suo. Tertiū est stulti loquiū. Stulte. n. loquitur, qui loquitur B indiscretè. Et ideo dicit Seneca de moribus, ꝙ qui nescit tacere, nescit loqui. Et Philosophus dicit: Non sufficit habere persuasibilia, quæ oportet dicere, sed necesse est dicere, vt oportet ea, quemadmodum loqui oportet, hoc enim multum confert ad attrahendū, homo enim sine ordine loquens, meritò dicitur stultiloquus, vnde Seneca dicit. Auribus frequentius, quam lingua vtere, quicquid dicturus es alijs, prius tibi dixeris. Ideo ad Ephes. 5. dicitur. Stultiloquium non nominetur in vobis. Quartum est vaniloquium, vnde. 3. Rhetoricæ dicit Philo- C sophus. Tria sunt attendenda in modo loquendi. Primum est magnitudo, vt sciamus quātum alte oportet loqui. Secundum est harmonia, vt sciamus quo accentu dictiones sint proferendæ. Tertium est ritus, vt sciamus, quid loquendum est, & quid tacendum. Vnde vaniloquus dicitur, qui non attendit circunstātias in modo loquendi requisitas, sicut dicit Ambro. Sapiens antequam loquatur, multa considerat, scilicet quomodo in loco, quibus, &c. Vnde de vaniloquis dicitur in Psal. Vana loquuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Quintum D est turpiloquium. Valde enim indecens est turpe loqui, vnde Philosophus dicit, quòd totaliter turpiloquium à ciuitate sicut aliquod aliud malū oportet legislatorem extirpare, maxime in iuuenibus, vt nō videant, aut audiant aliquod tale. Et Seneca ait. A verbis turpibus abstine, quia licentia eorum impudicitiam nutrit. Sermones vtiles magis, quā facetos ama. Ideo ad Colos. 3. dicitur. Deponite omnem turpem sermonem de ore vestro. Sextū est multiloquium. Homo

Psal. 119.
Zach. 8.
Seneca.
Ambr. li. 1. de offic.
Senec. in li. de 4. Virtutibus.
Iac. 1.
Gregor. 8. mor. c. 24.

Homo enim debet esse tardus ad loquẽdum. Multiloquium enim signum est ignorantiæ. Vnde Greg. dicit: Cum multiplicitas in sermone reprehenditur, esse intelligentiæ grauitas in sensu denegatur. Vis enim locutionis quadrifaria qualitate distinguitur. Nam sunt nõnulli, quos sciendi, ac dicendi amplitudo dilatat. Et sunt nonnulli, quos sciendi, ac dicendi insimul inopia angustat. Et sunt nonnulli, qui efficaciam dicendi habẽt, sed acumen sciendi non habent. Et sunt nonnulli, qui acumen sciendi habẽt, sed ex inopia locutionis obmutescunt. Et infra. In quibus nimirum quatuor dicẽdi qualitatibus sola crimini tertia subiacet, s. illorum, qui parum sciunt, & multa loquuntur, quod directè dicitur multiloquiũ. Ideo dicitur Prou. 10. In multiloquio non deerit peccatum. Omnes ergo istos modos locutionis indebitæ hic prohibet Psal. *Prohibe linguam tuam à malo,* &c. Et nota quòd prius præcipit linguam cohibere, quam labia, quia cũ loqui volumus, ante commouemus linguam, & mox labia motum linguæ sequuntur. Merito ergo lingua debet cohiberi, quia vt dicit Prouerb. 18. Mors, & vita in manibus linguæ. Et Iacob 1. Si quis putat se religiosum esse, non refrenãs linguã suam, huius vana est religio.

513 *Diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam.*

Consequenter hic prohibet peccatum operationis simul, & omissionis. Cum enim virtus, & vitium, meritũ, & demeritum insimul esse non possint, necesse est vitia declinare, & ex consequenti inserere virtutes. Et hunc ordinẽ hic notat, d. *Diuerte à malo,* idest, depone peccata. Et consequenter, *fac bonum.* Ista enim duo ad debitè accedendum ad sacramentum requiruntur, quia non sufficit malum declinare, nisi boni operatio sequatur. Non enim sufficit aliena non rapere, nisi indigenti propria cõtuleris. Non spoliare hominem, parum est, nisi nudum indueris. Venturus namque in iudicio dominus dicturus est reprobis. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, sitiui, &c. ex qua culpa subiũgitur. Discedite à me maledicti, &c. Si igitur tanta pœna multatur, qui non dedisse conuincitur, quã pœnã puniendus est, qui rapuit aliena? Sic ergo non sufficit abstinere à malo, nisi bonum agatur. Dicit ergo. *Diuerte à malo, & fac bonum.* Et nota secundum gl. q. est quidam modus declinandi à malo, quo tantum pœna vitatur, & est quidam quo etiam vita acquiritur. Si enim quis nulla occasione pronocatus ad malum, à malo opere declinat, vitabit vtiquè pęnam, quã incurrisset si illud commisisset. Si vero ab inimico visibili, vel inuisibili prouocatus, vel læsus, malum non reddit, vel malo non consentit, à malo declinat, & promeruit palmam. Sed quale sit illud bonum, quod facere debemus, ostendit, d. *Inquire pacem, & persequere eam,* idest, desidera, vt pax sit spiritui tuo cum carne. Et hic talis pax plenè haberi non potest. Ideo subdit. *Et persequere eam,* i. persceuera ipsam desiderando, aliter enim in futuro non caperetur. Vel aliter, & magis ad propositum, hic pacem accipe Christũ, de quo dicit Apostolus. Ipse est pax nostra. *Inquire ergo pacem,* idest, in isto sacramento intus quære Christum amore, & desiderio. Et ista persequere, idest, valde sequere, vt ad ipsum peruenias. Ad hoc enim ipse nos prouocat. d. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

Declinare. bonũ malũ.

Pax.

Ephe. 2.

Ioan. 8.

Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. 514

Consequenter hic describũtur præmia bonorum, & malorum supplicia. Et diuiditur in duas partes. Quia primo ponuntur præmia, & supplicia vitæ præsentis. Secũdo futuræ, ibi. *Mors peccatorum pessima.* Habent enim iusti in præsenti uita, multa à Deo. Primo ipsorum orationes exaudiuntur. Secundo ipsorum tribulationes terminantur, ibi. *Clamauerunt iusti.* Tertio ipsorum virtutes conseruantur, ibi. *Custodit dominus.* Primo ergo ostendit differentiã inter bonos, & malos, quia uota bonorum exaudiuntur, sed non malorum. Secundum, ibi. *Vultus autem.* Quantum ad primũ dicit. *Oculi domini super iustos.* Quia enim iusti hic aduersitatibus iniustis premuntur, ne ex hoc deficiant, sed confidant in domino, ideo dicit, *Oculi domini super iustos. Oculi,* idest, respectus misericordiæ

Iusti ex Deo multa in præsenti vita habẽt.

Oculus. Iustus.

ricordiæ Dei, quia etsi iustis permittit aduersa euenire: hoc tamen totum facit ex misericordia. Vnde sicut medicus cum dolore infirmi ipsum vrit, & secat: etiam contra voluntatem suam, hoc tamen totum facit, ut ipsum sanet. Vnde per hoc, quod infirmum non uidetur ad uotum exaudire, ipsum multo amplius misericorditer audit ad vtilitatem. Sic & Deus aduersa iustis immittit misericorditer, ut in perpetuum parcat, & sanet. Et hoc est, quod dicit. *Oculi domini*, scilicet misericordiæ *super iustos*. s. eos misericorditer respiciens. Oculi eius in pauperem respiciunt. Sequitur. *Et aures eius in preces eorum*, quia etsi non exaudiat ad votum, tamen exaudit ad fructũ. Et nota, quod non ait *ad preces*: sed in preces. In quo secundum Cassiodorum notatur celeritas audiẽdi, quia antequam preces emittant, illos Deus exaudit. Sic enim Psal. 128. ait: Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meę, & non ad vocem, quia ly ad, distantiam denotat, sed in, præsentiam.

Psal. 110.

515 *Vultus aũt dñi super facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorũ.*

HIc cõsequenter ostendit de reprobis oppositum. Forte enim dicerẽt mali, Si oculi domini sunt super iustos solũ, ergo iniustos non videt, ideo impunè põt peccare. Hunc errorẽ remouet, d. *Vultus autem domini super facientes mala*, quia etsi malos Deus non respicit vt exaudiat, ipsos tamen videt, & cognoscit vt puniat. Et nota, quòd differt facies à vultu. Quoniam vultus dicitur à volo vis, quia per eum animi voluntas ostenditur, quia secũdum diuersitatem animi in varios motus variatur. Facies autem simpliciter accipitur pro vnicuiuscunque naturali aspectu, qui non leuiter mutatur. Et facilius variatur vultus per iram, quam per aliam affectionem, Ideo per vultum ira significatur. Quid est ergo vultus domini super facientes mala, nisi ira domini super malos? Vnde Iob 9. dicitur. Vultum eius operit indicium, quia scilicet in vultu Dei apparet iudicium contra malos. Sic dr Psal. 16. De vultu tuo iudicium prodeat. Et quod per vultum intelligat iram Dei, qua ma-

Vultus. Facies.

Quæstio. Beatus.

A los aspicit, notat cum subdit. *Vt perdat de terra memoriam eorum*. s. vt nec mentio. i. intercessio fiat pro eis in terra viuentiũ. Sed nunquid sancti habent malorum hominum memoriam, & orant pro ipsis, cum tamen præceptũ sit, Orate pro inimicis vestris, pro persequentibus, & calumniantibus vos, &c. Ad hoc respondet Greg. At illi inquiunt, & vbi est, quod sancti sunt, si pro inimicis suis, quos ardere videbunt, non orabunt? quibus vtique dictũ est, pro inimicis vestris orate? Quibus citius respõdemus. Orãt pro inimicis suis sancti eo tempore, quò B possunt ad fructuosam pœnitentiã eorum corda conuertere, atque ipsa conuersione saluare. Quid enim aliud est pro inimicis orare, nisi hoc, quod ait Apostolus, vt Deus det illis pœnitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem? Et quomodo tũc pro illis orabunt, qui iam nullatenus possunt ad iustitiæ opera ab iniquitate commutari? Eadẽ itaque causa est, cur non oretur pro hominibus æterno igne damnatis, quæ etiam nunc causa est, vt nõ oretur pro diabolo, &c. Sed ex hoc bene habetur, quòd sancti non C orant pro damnatis. Sed nunquid orant pro malis in præsenti vita existentibus? Respondeo, quod sancti videns clarè essentiam diuinam, vidẽt quos finaliter Deus vult saluare, & quos damnabit finaliter, cum ergo volũtatem suam omnibus modis voluntati diuinæ conforment, orant pro illis malis, qui finaliter saluari debent, & hoc suis orationibus mediantibus, non autem pro illis, quos finaliter vidẽt damnandos, quia tunc eorum orationes frustrarẽtur. Et de talibus dicit: quòd *vultus domini super facientes mala, vt perdat de terra*, scilicet, bonorum D *memoriam eorum*, &c. Nos autem in præsenti vita existentes, pro omnibus fidelibus indifferenter oramus hic existentibus, vel etiam defunctis, quia nobis nõ constat, qui finaliter saluandi sunt, vel damnandi, nec etiam qui in alia vita sint damnandi, licet de aliquibus per ecclesiam sit declaratum, quòd sunt sancti, & beati, & pro illis non debemus orare. Quia iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre.

Orate. Matth. 5. Dãnatus. Gregor. 34. mor. c. 12.

1. Tim. 2.

Peccator.

Clama,

516 *Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.*

De pæ.d.4. heretici.

Oratio. Clamare. Exaudire Iustus.

HIc ostendit secundum bonum iustorum, quia ipsorum tribulationes terminãtur. Hic enim adducit Christus exemplum veteris testamenti multiplex ad probandum φ aduersitates iustorum solum sunt ad tempus, quia quãdo clamant ad Deum per deuotam orationem liberantur. Nam filij Israel initio stè à Pharaone oppressi clamauerũt ad dominum & ipse miraculose liberauit eos. Sic & tres pueri in fornace ignis iniustè positi clamauerunt ad dominum, & miraculose sunt liberati. Daniel. 13. Sic & Susanna ad mortem iniustè condemnata clamauit ad dñm, & miraculose fuit liberata. Et consimiliter de alijs multis habetur in antiquo testamento. Si ergo Deus in antiqua lege, quæ erat timoris, sic tribulationes iustorum terminabat, quanto magis hoc faciet in noua lege, quæ est amoris? Ad iustos ergo confortandum, ne aduersitatibus pressi deficiant, hoc excẽplum proponit, d. *Clamauerunt iusti*, &c. q. d. Et vos consimiliter confidite oppressi, & ad Deum clamate, quia vt dicitur Psal. 21. Ad te clamauerunt patres nostri, clamauerũt, & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi. Sed forte quis oppressus aduersis dicet. Clamo iugiter ad Deũ, & clamoris mei effectum nõ sentio. Istã infirmitatis humanæ cogitationem Iob Deo proponit, d. Clamabo ad te, & non exaudies me, sto & non respicis me, mutatus es mihi in crudelem. Ad hanc obiectionem respondet Greg. d. Sancta quippe ecclesia persecutionis suæ tempore fide stat, desiderijs clamat. Sed dolet quasi se non respici, dum sua videt in tribulationibus uota differri. Alto namq; consilio omnipotens Deus, cum sancti eius aduersariorum persecutionibus opprimuntur, cumq; assiduis, ut liberẽtur interpellationib. clamant, differre solet voces petentiũ, ut merita patiẽtium crescant, quatenus eo magis exaudiantur ad meritum, quo citius exaudiuntur ad uotum. Vnde alias scriptum est. Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies, & nocte. Atq; ipsa utilitas de exaudiendi mora mox subditur, cum dicitur. Et non ad insipientiam mihi. Ad multiplicandam quippe sanctorum sapientiam proficit, quòd postulata tardè percipiunt, vt ex dilatione crescat desiderium, ex desiderio intellectus augeatur. Intellectus vero cum intenditur ei in Deum ardentior affectus aperitur. Affectus autem ad promerenda cęlestia tanto fit capax, quanto fuerit longanimis expectando. Ex quibus apparet, φ si clamor iustorum non exauditur ad votum, indubiè tenere debemus, quòd exauditur ad meritum. Sic enim se exauditum esti non semper ad uotum, tamen ad meritum Psal. protestatur. d. Ad dominum cũ tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Quod etiam nunc ostendit. d. *Clamauerunt iusti & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus*, &c. Et huius rationem subdit. d.

Exod. 3.

Dan. 13.

Obiectio.

Iob 30.

Gregor. 20. mor. c. 15.

Oratio differt exaudiri, et quare.

Psal. 11.

Psal. 119.

517 *Iuxta est Dñs ijs, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.*

SEd cum Deus sit immẽsus omnia replens, omnem locum occupans, & in omni re, quomodo potest dici magis iuxta unum quàm alium, uel magis prope? Respondeo, quòd sicut ánima humana quamuis sit in toto corpore, & tota in qualibet eius parte, tamẽ alium effectum habet in vna parte corporis, & alium in alia, quia in oculo videt, & non in pede, in lingua gustat, & non in oculo, & sic de alijs. Sic & Deus quamuis sit totus in omni re, tamen aliter est in vna re, & aliter in alia, & prope vnam rem, & tamen distans ab alia. Iuxta enim, vel prope significat quandam vnitatem, vnitas aũt maximè fit per concordiam uoluntatum. Illis ergo dicitur esse prope, vel iuxta, qui suæ uolũtati concordant, & è conuerso, quia iusti conformem uoluntatem habent cum Deo, ideo dicuntur prope Deum, & Deus iuxta illos, & per oppositum quia mali difformem uoluntatem habent à Deo, ideo remoti sunt a Deo, & Deus ab illis, unde longe est ab impijs Dominus, iustis aũt prope. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Vel dicitur iuxta, uel prope, quando exaudit, à longe autem, qñ non exaudit, psal. 9. Vt quid, Domine, recessisti

Quæstio. Iuxta quomodo dicitur Deus cũ sit immensus.

Prouer. 15. Psal. 144.

sisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione? Sed quibus tribulatis sit iuxta, ostendit d. *iis qui tribulato sunt corde*, nō tribulatis corpore, sed corde, qui, scilicet duritiam cordis terunt. *Et humiles spiritu saluabit.* Quod ideo dicit, quia est quædam humilitas exterior, & corporalis quæ à corde non procedit, & illa Deo non placet. Eccl.19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo & ista displicet Deo. Sed humilitas cordis ei placet, quam docet Matth.11.d. Discite à me, quia mitis sū, & humilis corde. De qua etiam nunc dicit. *Et humiles spiritu saluabit.*

518 *Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.*

Tribulantur multipliciter boni.

ET verè multæ, quia nunquā aliquis fuit iustus, qui tribulationes nō sustineret. Vt ostendit Greg. d. Nullus in hanc vitam electorum venit, qui aduersa non substinuerit. Membra enim nostri redemptoris extiterunt, etiam qui ab ipso mundi exordio, dum piè viuūt, etiam crudelia passi sunt. An non huius membrum Abel se esse perhibuit, qui eius mortem, de quo scriptum est. Sicut agnus coram tondente se obmutescet, non aperiet os suum, non solum placens in sacrificio, sed etiam moriens tacēdo significauit? Ab ipso namque mundi exordio redemptoris nostri membra aduersitatibus sunt pressa. Et sic à planta pedis vsque ad verticem nō fuit in eo sanitas, quia nullus iustus eius membrum sine aduersis transiuit. Et hoc ideo dicit, quia aliqui iusti sunt planta Christi, aliqui pedes, aliqui manus, &c. Et hoc bene nouerat illa sancta mulier Iudith, quæ populum Dei in aduersis confortans, ait. Memores estote, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est, sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes, qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Consimiliter ergo dicitur. *Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.* Sed quomodo hoc est verum, cum multos iustos sciamus in tribulationibus sine liberatione fuisse peremptos, vt puta Petrus crucifixus, Paulus decapitatus, Laurentius combustus, &c. Respondeo, quòd liberatur quis iustus à tribulatione dupliciter, scilicet, & corporaliter, & spiritualiter. Corporaliter, quando, ipso durante eius tribulatio terminatur, sic enim liberatus fuit corporaliter Petrus de tribulatione carceris, Paulus de naufragio. Spiritualiter autem quando quis tribulatus non succumbit per impatientiam tribulationi, sed per patientiam superat ipsam. Et sic iustos de omnibus tribulationibus liberat Deus, quia ipsos triumphatores facit in pœnis, quia etsi succumbant corpore, tamen mente superant, cùm ergo mens sit principalior pars hominis, & à principaliori parte denominatio fiat, isti dicendi sunt tribulationes vincere, & non vinci ab illis. Et hanc liberationem a tribulationibus notabat Sara. d. Hæc autem pro certo habet omnis, qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur, si autem in tribulatione fuerit, liberabitur.

Greg. 3. mor. c. 14. aduersitas.

Esa. 53.

Iudith. 8.

Liberatio duplex.

Thob. 3.

Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. 519

HIc ponitur tertium bonum iustorum, quia scilicet ipsorum virtutes conseruantur. Quid enim per ossa, in quibus robur corporis consistit, nisi virtutes, quibus mens fortificatur, intelligitur? Vnde istum versum exponens Greg. ait. Ossa in scriptura sacra virtutes accipiuntur, sicut scriptum est, *Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur*, quod vtique non de ossibus corporis, sed de virtutibus dicitur mentis. Nam, & certe nouimus, quòd & multorum corporaliter ossa cōfracta sunt. Et persecutores Domini latronis illius, cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, sicut latronis alterius in cruce crura fregerunt. Sed di. Si ossa virtutes significant, qualiter custodit Dominus omnia ossa iustorum, cum multos etiam iustos mortaliter cadere permittat, ut patuit in Petro, qui timore mortis corporalis ter Christum negauit? Respōdeo, quod etsi taliū ossa ad tēpus conterantur, tñ finaliter conseruantur, quia etsi iustus peccat & perdit virtutes, finaliter tamen resurgit, & perditas virtutes recuperat. Ex quo patet, quod ille

Ossa significant virtutes.

Greg. 23. mor. c. 24.

Psal. 33.

Quæstio.

Virtutes electorum finaliter cōseruantur.

iste textus intelligitur de iustis secundū æternam Dei præscientiam, non autem de iustis solum secundum pœnitentē iustitiam, quia illi cadentes finaliter non resurgunt. De istis enim dicitur. Omnia ossa eius marcescere facit. De primis āt dr̄. Ossa, quæ recta fuerant, nudabuntur.

Iob. 33.

520 *Mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustum, delinquent.*

Mors triplex.

Consequenter hic ostendit supplicia malorum vitæ futuræ, & pmia bonorum, ibi. *Redimet Dominus.* Nota q̄ triplex mors reponit. s. mors mala, mors peior, & mors pessima. Mors mala est mors corporalis, quæ est separatio animæ à corpore. Quæ mala quidem dicitur, non quidem in se, quia nihil propriè habet rationē mali, nisi mentem maculet. Mors autem corporalis non maculat animam, aliter omnes morientes peccarent moriendo, quod est falsum, imo in se quandoque est preciosa. psal. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, sed ideo dicitur mala, quia peccati pœna, quia per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Mors peior dicitur mors criminalis, quæ est separatio animæ à Deo, qui est vita sua. Et ideo quia peius est animā perdere Deum, quam perdere corpus, ideo peior dicitur hæc mors, quam prima. De hac Ezech. 18. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Mors pessima dicitur mors æternalis, quæ est mors gehennæ, pro tanto. n. dicitur peior tertia, quia continet secundam, remota omni spe vitæ spiritualis, quam retinat secunda, & ultra hoc pœnam, & cruciatū æternum. Nam de peccatoribus & obstinatis dicitur. Nam finis illorum mors est. Et enumeratis multis vitijs, concludit Apostolus, q̄ qui talia agunt, digni sunt morte. Vnde q̄ illa mors gehennæ dicatur pessima, ostendit Greg. exponens illud Iob. 10. Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, &c. d. In huius vitæ tormentis, timor dolorem habet, dolor timorem nō habet, quia nequaquam mentem metus cruciat, cum pati iam cœperit, quod metuebat. Infernū vero, & vmbra mortis obscurat, & sempiternus horror inhabitat, quia eius ignibus traditi, & in supplicijs dolorem sentiunt, & in dolo-

15. q. 1. illa cauēda sūt.

Psal. 115.
Rom. 5.

Rom. 1.
Rom. 1.

Gregor. 9. mor. c. 48.

Pœna inferni.

ris angustia pulsatæ semper pauore feriuntur, vt quod timent, tolerent, & rursus quod tolerant, sine fine pertimescāt. De his enim scriptum est. Vermis eorū non morietur, & ignis non extinguetur. Hic flamma, quæ succendit, illuminat, illic ignis, qui cruciat obscurat. Hic metus amittitur, cum cœpit tolerari, quod timebatur, illic & dolor dilaniat, & pauor angustat. Horrendo ergo modo erit tunc reprobis dolor cum formidine, flamma cum obscuritate, fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia, & mors viuit, & finis semper incipit, & defectus deficere nescit. Ibi enim mors perimit, & nō extinguit, dolor cruciat, sed nullatenus pauorem fugat. Flamma comburit, sed nullatenus pauorem discutit. Quid igitur mirum, si mors pessima nuncupatur? Et de ista morte damnationis æternæ dicitur. Sūt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in tempore suo confirmauerunt tormenta sua. Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt. s. damnatorum. Sed quia omnis homo peccator est, quoniam si dixerimus, q̄ peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Ideo ne credatur, q̄ talis mors omnib. sit debita, consequenter declarat de quibus peccatoribus intelligat. s. de obstinatis, qui ex certa malitia peccant, dicens. *Et qui oderunt iustum, delinquent.* Per iustum intellige Christum. Omnis enim, qui odit Christum, vel aliquod eius mēbrum mortaliter peccat. Secundum. n. Grammaticos, Linquo, linquis, linquere idest peccare vel dimittere. Et componitur cum de, & fit delinquo, quit. Et derelinquere. i. multum peccare, & hoc omittendo Dei præcepta. Omnis, enim qui delinquit, derelinquit, scilicet Deum. Vnde q̄ Delinquet, idest Deum derelinquet odiendo bonum.

Esa. 66.

Eccl. 39.
1. Ioan. 1.

Delinquere idest peccare.

Redimet Dominus animas seruorum suorum, et non derelinquet omnes, qui sperant in eo. 521

De consec. dist. 2. iteratur.

Christus enim precio sui sanguinis redemit animas electorum. Sed nūquid Christus omnes redemit? Respondeo q̄ Christus omnes redemit, quo ad sufficientiā, sed solum seruos suos quo ad ef-

ad efficaciam. Quia quamuis precium Christi sanguinis sufficiens esset pro peccatis omnium, illis tamen solum applicatur qui nõ possunt obijcere. s. illis qui per humilitatem seruitio Christi se subijciunt. Ideo enim, ut ait Apostolus, Christus factus est ex muliere, factus sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Et non solum redimeret, sed, si quandoque cadant per peccatum, *non derelinquet eos, qui sperant in eo*, sed ipsos iuuabit per gratiam suam, ut resurgant. Qđ ideo dicit, quia etsi aliquando ad tempus electos cadere permittit, finaliter tamen ipsos non derelinquit. Sic enim dicitur Iudith. 6. Non derelinquis præsumentes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias.

Galat. 4.

Iudith 6.

PSAL. XXXIV.

IVdica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me.

522. 23. q. 3. sex differentia.

Hic psalmus talem habet titulum. *In finem psal. ipsi David*. Iste titulus patet ex titulo psal. 27. Quoniam quandocunque in titulis psalmorum ponitur David cum articulo huic, vel ipsi, tunc hy David ipsi significat Christum, & quòd in tali psal. loquitur Christus, sic igitur in isto titulo David significat Christũ, quia David interpretatur manu fortis, vel desiderabilis aspectu. Et sic p David intelligitur Christus, qui uincendo diabolum est manu fortis, sed æternam vitã promittendo est desiderabilis. Quid. n. fortius intelligi potest illa manu, quæ inermis hostẽ superauit antiquum, sed in ligno clauis affixa? Quid desiderabilius eo potest esse, in quem Angeli desiderant prospicere? Quem martyres nõ videntes mori voluerunt, ut ad illum videndum peruenire mererẽtur? Christus ergo vere desiderabilis est, dum vitam promittit æternam. Manu autem fortis, dum hostem superauit antiquum. Est ergo tituli sensus iste. *Psal.* iste diriges nos *in finem*. i. in consummationem vitæ, attribuitur *ipsi David*. s. Christo, qui i isto ps. loquitur quandoque in persona sua, quandoque in persona corporis. In isto enim ps. Christus inuocat Deum cõtra

Nota.

David.

A tribulationes capitis, & corporis, & per tribulationes omnibus vitam promittit æternam. De literali autem materia ps. dicunt concorditer doctores tam Hebraici, quam Catholici, q̃ istum psal. fecit David cõtra persecutionem Saulis, diuinum adiutorium petens. In illa. n. persecutione, quia multum durauit, multos ps. fecit. Primo ergo exponã literã. Secundo deducam intellectum literæ. Quantum ergo ad literalem expositionem iste psal. diuiditur in partes duas. Quia primo diuinum petit adiutorium. Secundo suæ persecutionis declarat pe-

B riculum, ibi. *Surgentes testes iniqui*. Prima in tres, quia primo diuinum petit auxilium. Secundo prophetice prædicit deiectionem hostiũ, ibi. *Confundantur*. Tertio exprimit suæ liberationis gaudium, ibi. *Anima autem mea exal.* &c. ut Nic. de Ly. Quantum verò ad intellectũ Psalmistæ, notandum q̃ tota intentio psal. est monere nos, ut hic patienter portemus aduersa, sperantes q̃ per patientiam aduersorum ad gaudia perueniemus æterna. Diuiditur ergo iste psal. i partes quatuor. Quia primo Christus pro se, suisque contrarijs præmittit ora-

Iudicium duplex.

C tionem ibi. *Anima autem mea*. Tertio suorum aduersariorum ostendit malignationem, ibi. *Surgentes testes*. Quarto suæ passionis ostendit fructum, & ecclesiæ confirmationem, ibi. *Confitebor tibi*. Primum in duas, quia primo orans diuinum petit adiutorium. Secundo prophetice prædicit deiectionem hostium, ibi. *Confundantur*. Prima autem pars diuiditur in partes tres. Quia diuinum postulando adiutorium tria facit. Quia primo Deum postulat, ut causam discernat ut iudex. Secundo ut se armet ut miles, ibi. *Apprehende arma*. Tertio ut hostes cõ-

D cludat ut Phinees, ibi. *Effunde frameam*. Primo ergo orans Christus Deum inuocat, ut causam suam discernat, & iudicet, ut uerus iudex d. *Iudica, Domine nocentes me*; Etenim duplex iudicium, scilicet discretionis, & condemnationis: & vtroq; modo ista litera legitur. & primo de iudicio discretionis, quo. s. boni separantur a malis, etsi non in præsenti loco, tamen merito. In futuro autem loco, & merito. Illud iudicium alibi postulabat Christus d. Iudica me, Deus, &

Psal. 42.

Iudicium duplex.

discerne causam meam, ab homine iniquo & doloso eripe me. Sic & modo postulat, vt mali iudicentur. i. discernãtur à bonis, vt scilicet ipsorũ calliditas, & malitia cognoscatur, ne simplices decipere possint. Legitur etiam de iudicio condẽnationis, & tunc magis prædictiuè legitur quam optatiuè, vt sit sensus. *Iudica, Domine, nocentes me*. i. iudicabis, *& expugna impugnantes me*. i. expugnabis. Verũtamen Magister istum passum exponit magis optatiuè. Et, si quæras, nunquid sancti optant, & gaudent de damnatione malorum? Respondeo, cum gaudio expectant diem iudicii, in quo mali quo ad corpus, & animam damnabuntur, nõ quidem ex toto per se, sed quasi per accidens, quia ante sancti non glorificabũtur in anima, & corpore, nisi quando mali damnabuntur in vtroque, vel etiã quia damnatio reproborum confert ad gaudium beatorum, dum in illis vident mala, quæ Dei gratia euaserunt. Et ista ratione sancti vindictam à Deo petunt de malis d. illud Apoc. 6. Quare, Domine, non vindicas sanguinem nostrum, &c. Et hoc est quod dicitur Ps. 57. Lætabitur iu stus cum viderit vindictam, &c.

Quæstio. Beati gaudent de punitione damnatorum & quomodo.

323 *Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi.*

14. quæ. 6. si res.

HIc consequẽter postulat, vt in adiutorium suum se Deus armet vt miles. Vbi notandum, ꝙ iste versus legitur ex parte corporis, quia hic Christus pro suo corpore, quod est ecclesia loquitur, ut Deus armis suæ virtutis illã protegat d. *Apprehende arma*, &c. Vbi secundum Hieronymum, Magnum spectaculũ est Deum pro te armatum videre, qui habet arma, habet, & scutum, armis hostem percutit, sed nos protegit scuto. Sed quæ sunt arma Dei, & quid scutum eius? Scutum est Dei bona uolũtas qua nos protegit, vnde Psal. 5. dicitur. Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Arma autem Dei, quibus hostem percutis, nos sumus, quia ut nos ab eo, ita ipse armatur de nobis, quibus percutit hostes, dum per nos dæmones superat, & homines malos. Et tunc est sensus. *Apprehende arma*, &c. i. ita adiuua nos, & muni tua bona voluntate, vt ho-

Hieronym.

Arma Dei nos sumus.

E stes nostros superemus, & ab eorum iaculis protegamur. Ista enim talia arma, quibus armamur, sunt virtutes, quibus vt scuto mens defenditur, & illis inuadimus hostem. De quibus ait Apostolus. Accipite armaturã Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Et consequenter ꝙ ista sint arma virtutum, ostendit d. State ergo succincti lumbos vestros, induti loricã iustitiæ, calciati pedes in præparatione Euãgelii pacis, in omnibus sumentes scutũ fidei, & galeam salutis assumite, & gladiũ spiritus, quod est verbum Dei ex quibus F verbis Apostoli patet, ꝙ sex sunt armorum spũalium genera, quibus spũaliter armari debemus. s. Arma castitatis, & mũditiæ, ibi. State succincti lumbos vestros. Arma æquitatis, & iustitiæ, ibi. Induti loricam iustitiæ. Arma paupertatis voluntariæ, ibi. Calciati pedes, &c. Arma fidelitatis, & credentiæ, ibi. In omnibus sumẽtes scutum fidei. Arma spei allectoriæ, ibi. Et galeam salutis assumite. Arma veritatis scripturæ sacræ, ibi. Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. De istis ergo armis virtutum dicamus Deo. *Apprehende arma, & scutum*. i. fac nos dicta arG ma apprehendere. Sicut enim Deus dicitur cognoscere aliquid quãdo illud nos cognoscere facit, ut Gen. 22. Dixit ipsi Abrahæ. Nunc cognoui, quòd timeas Deum, &c. i. alios cognoscere feci. Sic & in proposito prædicta arma dicit Deus apprehendere, & illis muniri; quando illis nos munit, & nos illa apprehendere facit. Et de istis spiritualibus armis dicitur. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia à Deo, &c. Vel per ista arma intellige Christum, qui ante nos omni virtute munitus, ad pugnam accedit armatus. Ipse assumptis H armis, hortatus est cæteros. Vnde de Christo ad literam dici videtur illud 2. Maca. 11. Cumque prompto animo procederent ad pugnam, apparuit eis præcedens eos eques in veste candida armis aureis hastam vibrans. Quæ verba ad literam exponens de Christo Stephanus dicit. Eques, qui præcedit fideles tendẽtes ad diaboli pugnam, Christus est. Vestis eius candida, est puritas suæ carnis, Arma aurea, sunt eius opera egregia virtutũ. Hasta vibrata est iudicii comminatio,

Ephes. 6.

Arma virtutum multiplicia.

Cognoscere.

2. Cor. 10.

tio. Hasta enim longa est ferrum habēs in capite. Et Dominus patiens est, ecce hasta longa, & Dominus redditor est, ecce ferrum. Hic est ergo Christus, qui armis virtutum munitus nostros deijcit hostes. In cuius figuram dicitur. Apparuit illis quidam equus terribilem habens sessorem, qui insidebat, arma aurea videbatur habere, cuius equus cum impetu in Heliodoro priores calces elisit. Vbi per equum accipe Christi humanitatem, per sessorem verbi diuinitatem, per arma aurea eius virtutum genera; sed per Heliodorū hostem populi Dei, ipsum diabolum hostem nostrū intellige. Quid est ergo dicere Deo: *Apprehende arma, & scutum*, nisi fac me mente apprehendere, & considerare Christum omni virtute munitum, ut sequar in pugna, imitando eius exempla. Vnde sequitur. *Et exurge in adiutorium mihi*. Sicut enim Deus in seipso non exurgit nec dormit, sed dormire dicitur, quando nos dormimus, exurgere autem, quando nos exurgere facit. Dormimus autem quando fides, & charitas torpescit in nobis. Exurgimus autem, quando, expulso torpore in fide & charitatis operibus vigilamus. Dicat ergo *exurge in adiutorium mihi*, id est, sic sis mihi in adiutoriū, ut me exurgere facias. Consimiliter etiam orabat: Exurge, quare obdormis, Domine? exurge, & ne repellas in finem.

2. Marc. 3.

Dormire Dei.
Exurgere Dei.

Psalm 43.

524 *Effundere frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me, dic animæ meæ, salus tua ego sum.*

HIc consequenter orat, ut Deus hostes concludat ut Phinees. Iste enim versus alludit historiæ, quæ habetur Num. 25. s. φ unus de filijs Israel coram Moyse, & omni turba filiorū Israel intrauit ad meretricem Madianitidem, quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, ingressus est post virum Israelitam in lupanar, & perfodit ambos, s. virum, & meretricem in locis genitalibus, cessauitq; plaga à filijs Israel. Et de hac historia dicitur Psalm. 77. Stetit Phinees, & placuit, cessauitq; quassatio. Consimiliter ad propositum hic orans Christus ait

A patri. *Effunde frameam*, idest euagina gladium tuæ iustitiæ s. ad malos vindicādū. *Et conclude aduersus eos, qui persequuntur me*. s. da sententiam contra eos, me. i. meosq́ saluando. Et hoc est, quòd dicit. *Dic animæ meæ salus tua ego sum*. Dicere enim Dei idem est quod facere, ps. Ipse dixit, & facta sunt. Dic ergo. i. ostende per experientiam quòd tu es salus animæ meæ. i. meorum. Vel aliter ut iste versus legatur optatiuè. Et tunc optat malorum conuersionem. Vbi nota, φ framea idem est, quod gladius ex utraque parte acutus, per quem verbum Dei significatur scindens interiora conscientiæ nostræ ex utraque parte. s. manifestatione supernorum præmiorum, & comminatione infernalium suppliciorum, de quo ait Apostolus. Viuus est enim sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus. Iste gladius effunditur quando verbum Dei Gentibus, & infidelibus prædicatur, ad cuius prædicationem gentes conclusæ idola abiecerunt, & Christi fidem susceperunt, & sic veram salutem obtinuerunt. Et hoc est, quod orat Christus dicens. C *Effunde frameam*, idest effunde prædicationem verbi Dei per Apostolos, & alios fidem per mundum prædicando. *Et conclude aduersus eos, qui persequuntur me*, idest conuince Gentiles, ut cognoscant suos errores, & fidei veritatem cōfiteantur, & sic *dic animæ meæ*, idest meorum ex Gētibus conuersorum, *salus tua ego sum*, ut, scilicet amplius in idolis non confidant habere salutem, sed solum in te, in quo vera salus cōsistit. *Dic ergo animæ meæ*, idest fac animam meam dicere & confiteri *salus mea*, tu es, ut scilicet sic conuersi Deo dicant. Salus nostra in manu D tua est. Et hoc contra illud, quod dæmones suadent animæ dicentes, Non est salus ipsi in Deo eius.

Dicere Dei.

Framea verbum Dei.
Gladius verbum Dei.

B

Hebr. 4.

Gen. 47.
Psalm. 3.

525 *Confundantur, & reuereantur, quærentes animam meam.*

COnsequenter hic Christus prædicit deiectionem hostium, & persequutorum. Et primo prædicit ipsorum futuram pœnam. Secundo ipsorum malitiā, & pœnæ causam, ibi. *Quoniam gratis*. Quantum ad primam partem tres malorum

lorum pœnas prædicit. Prima est confusionis, & verecundiæ. Secunda est instabilitatis, & inconstantiæ, ibi. *Fiant tanquam puluis*. Tertia est obscuritatis, & ignorantiæ, ibi. *Fiant via illorum*. Quantum ad primũ dicit. *Confundantur*, &c. Hoc enim secundum gl. prædicit mala inimicis futura, & est prophetia non optatio, q. d. *Confundantur, & reuereantur*, idest confundentur, & reuerebuntur. Vereor, n. vereris, veritus sum idem est, quòd verecundari, vel timere, & componitur cum re, & fit reuereor, ris. i. multũ verecũdari, & timere. Quod ideo sic dicit, quia mali finaliter multum confundentur, verecundabuntur, & timebunt damnari æternaliter. Vnde super illo verbo. Arguam te, & statuam, &c. dicit Ber. Qualis erit confusio, qualis verecũdia, qualis dolor, quando in conspectu omnium malorum nudabitur turpitudo reuelabitur ignominia, sanies apparebit? Quando iam peccatorem immortalem factum, internæ conscientiæ vermis, tota malignitate corrodet, sed consumet animam infœlicem, nec erit omnino aliquis dissimulationis locus, aut spes vlla saluationis. Sic. n. & psal. 24. d. Confundantur omnes iniqua agẽtes, &c. Potest etiam legi optatiuè, vt Christus optet persecutores suos confundi, & reuereri de peccatis suis per veram contritionem. Est enim quædam confusio ex peccato, & quædam contra peccatum. Optat ergo vt confundantur de peccatis suis, & hoc per ueram contritionem. Et modũ istius confusionis adiungit d. *Quærentes animam meam*, i. fiant quærentes animã meam, vt, scilicet sicut ante ipsam quærebant ad perdendum, sic modo ipsam quærant ad imitandum, sic enim quærere pro imitari accipitur. Quærite Dominum, dum inueniri potest. Et hoc idem alijs verbis ponit d.

Vereri Reuereri. Cõfusio damnatorũ. Psal. 49. Quærere. Esa. 55.

526 *Auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.*

QVod vtroque modo legi potest, vt versus præcedens, scilicet prædictiuè, & optatiuè. Nam, si legatur prædictiuè, tunc sicut prius, propheticè pœnam malorum futuram prædicit: *Auertantur*. s. à Deo, vt sint retrorsum. Auerto auertis idẽ est q̃ remouere. Peccator autem, quamdiu est in vita præsenti, sic remotus est à Deo, quòd tamen ad Deum potest conuerti, quia ex toto nõ est aduersus, & sic nondum retrorsum ex toto est positus, in futuro autem auersus erit retrorsum, ut ex toto sit à Deo remotus, & quo ad actum, & quo ad potentiam, ut amplius ad Deum conuerti non possit. Et hanc ipsorum pœnam prædicit. d. *Auertantur retrorsum, & confundantur*, &c. Si autem legatur optatiuè, orat ut auertantur. i. remoueantur, idest remoueantur à peccatis suis, & confundantur in seipsis per contritionem salubriter ad pœnitentiam. Sicut enim Deus auertit faciem suam à peccatis nostris, quando ipsa nobis dimittit, Auerte faciẽ tuam à peccatis meis, sic & nos auertimus nosipsos à peccatis, quando ab illis voluntate ex toto remouemur, & tunc auertimur *retrorsum*, quia primo faciem vertebamus ad peccata, & retrorsum ponebamus Dominum, sed per confusionẽ pœnitentiæ *retrorsum* auertimur, quia sicut faciem vertebamus ad peccata, & dorsum ad Deum, sic per pœnitentiam dorsum aduertimus ad peccata & faciẽ ad Dominum. Et de tali auersione dicitur. Auertent se à dorso suo duro, & à malignitatibus suis, & memores erunt nominis mei.

Auertere. Baruc. 2.

Fiant tanquam pulnis ante faciem vẽti, & Angelus Dñi coarctans eos. 527

HIc consequenter prædicit malorũ instabilitatis inconstantiam. Tanta. n. est peccatorum instabilitas, q̃ nulli tentationi resistunt. Secundum. n. Greg. Per uentum tẽtatio significatur, quia sicut uẽtus res leues faciliter euertit, graues autẽ, & bene fundatas non: Ita tentatio mentes leues non bene fundatas faciliter subuertit, nõ autem stabile charitatis fundamentum habentes. Dicit ergo de peccatoribus, quorum mentes in rebus mundanis fundantur. Fiant. i. fiẽt *tanquam pulnis ante faciem venti*. s. tentationis. i. facile cedent omni tentationi vel suggestioni etiam minimæ. q. d. Tales non expectant faciem uenti. i. præsẽtiam grauioris tẽtationis, sed antecedũt cedẽtes minori. *Et Angelus Domini coarctans eos*. s. Angelus malus per suas tẽtationes cõstringet eos. s. sic eos inuoluẽs

Greg. 2. mo. cap. 28. Ventus est tentatio. Puluis sunt peccatores.

in peccatis, & ex illis exire nolint in præsenti, uel nequeant in futuro. Et si, dicas, quomodo Angelus malus dicatur spiritus Domini, cum Deo cōtrarietur? Certè ad hoc audi textum. 1. Reg. 16. d. clarius. Spiritus Domini malus exagitabat Saul. dicitur enim diabolus spiritus Domini, quia à Deo creatus, dicitur malus, quia à Deo mala uoluntate auersus. Vel secundum Greg. Diabolus dicitur Domini, ratione potestatis, quam habet à Deo, sed dicitur malus ratione peruersæ uoluntatis, quam non habet à Deo. Vnde ait Greg. Sciendum uero est, quòd diaboli uoluntas iniqua semper est, sed nunquam potestas iniusta, quia à semetipso volūtatem malam habet, sed à Domino potestatem, quod enim ipse facere inique appetit, hoc Deus non nisi iuste permittit. Vnde in lib. Reg. dicitur, Spiritus Domini malus irruebat in Saul. Ecce unus, & idem spiritus & Domini appellatur, & malus. Domini. s. per licentiam potestatis iustæ, malus autem per desiderium uoluntatis iniustæ. formidari ergo non debet, qui nihil nisi permissus valet. Sola ergo vis illa timenda est, quæ cum hostem sæuire permiserit, ei ad vsum iusti iudicij etiam iniusta illius voluntas seruit. Sic ergo Angelus Domini, appellatur ipse Diabolus. Secundū ergo prædicta prophetia est hic, qua Christus prædicit mala iniquorum non optatio, ut optet sic euenire. Vel etiam dici potest, quòd Christus, & alij sancti optant diuinam iustitiam adimpleri, & per consequens malos puniri, qui hic emendari nolunt.

Quæst. *1. Reg. 16.* *Angelus malus dicitur esse Domini.* *Greg. lib. 2. mor. c. 10.* *1. Reg. 18.*

528 *Fiant viæ illorum tenebræ, et lubricū, & Angelus Dñi persequens eos.*

CONsequenter hic prædicit malorū obscuritatis ignorantiam Vbi sciēdum q peccatum semper aliquo modo annexam habet ignorantiam. Propter quod dicit Philosophus, q omnis malus ignorans, quia cum voluntas non possit ferri nisi in bonum, uel apparens bonū, tunc deficit, quando illud, quod non est bonum, sibi sub ratione boni præsentatur. Et hoc est, quod dicitur Prouer. 4. Via impiorum tenebrosa. Et quamuis omne peccatum obscuret intellectum, maxime tamen lubricum luxuriæ, quia in illo actu absorbetur actus rationis, & hominem in bestiam vertit. Vnde & Seneca. 1. lib. declama. dicit, quod nihil ita mortiferum ingenijs, ut est luxuria. Et Arist. dicit, q Venus furatur Intellectū spissè sapientis. Quod bene patuit in Salomone, cui Deus tantam contulerat sapientiam, tamen finaliter per mulieres fuit infatuatus, ut habetur 3. Reg. 11. Hæc ergo præuidens ps. ait: *Fiant via illorum tenebræ, & lubricum.* Per tenebras notat ignorantiam, sed per lubricum luxuriam His etenim vitijs tanquam quibusdam vijs in barathrum mortis peccatores descendunt. Horrenda est hæc via peccatorum, quæ est lubrica, & tenebrosa. Quis non horreat lubricum, & tenebras? quis non caueat ibi figere pedem, vbi lubricum videt? Vnde de peccatoribus dicitur, q derelinquunt iter rectū, & ambulant per uias tenebrosas, qui lætantur cum male fecerunt, & exultant in rebus pessimis. Sequitur, *& Angelus Domini persequens eos.* hoc dicit à simili illius, qui cū in lubrico, & in tenebris est faciliter impellitur, cū non uideat, vbi pedem figere possit. *Angelus enim Domini*, scilicet malus illos persequitur, quia tales diabolus faciliter de peccato in peccatum ruere facit. Sicut Dauid, qui faciliter post peccatum adulterij, ad peccata homicidij, hypocrisis, & furti ruit.

23. q. 4. Nabuchodonosor. Peccatū habet ignorantiam. *Philosoph. 3 Ethic.* *Luxuria.* *Seneca.* *Arist. 7. Ethicor.* *Prou. 2.*

529 *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, superuacue exprobrauerunt animam meam.*

HIc consequenter ostendit persecutorum malitiam, quæ prædictarū pœnarum est causa. Vbi notandum, q omnia prædicta mala Christus de suis persecutoribus. s. de Iudæis prædixit. Vnde, si quis quæreret, quo merito tanta mala Iudæis prædixit esse futura? Hic Christus respondet d. *Quoniam gratis absconderunt mihi, &c. gratis.* i. sine causa, quia eis occasionē tantæ persecutionis non dedi, quoniam eis non nocui, sed semper benefeci, cæcos ipsorum illuminaui, surdos audire feci mutos loqui, & mortuos suscitaui, intellectum uerum legis eos docui, regnum cælorum promisi, mortem pro ipsorum redemptione pati decreui. Bene ergo gratis me persequuntur,

Quæstio

quuntur, & non solum gratis, sed etiam dolose, & fraudulenter, quia *absconderunt mihi interitum laquei sui*. Interitus, enim dicitur mors, ab intereo, ris, quod est mori. Iudæi ergo absconderunt Christo *interitum laquei sui*, idest mortē quā suis laqueis & astutis consilijs parabant Christo, putabant sic occulte facere, qđ ipse Christus eorum laqueos, uel consilia astuta non intelligeret, ut puta quā do adduxerunt ad eum mulierē in adulterio deprehensam. Quando miserunt discipulos suos cum Herodianis quærentes, si liceret tributum dare Cæsari, &c. Et de istis laqueis, quibus occulte interitum Christo parabant, dicitur. Narrauerunt, ut absconderent laqueos, dixerūt, quis videbit eos? vt puta quia cogitabāt, tradatur à discipulo non à nobis, iudicetur à præside, non à nobis, crucifigatur à Romanis, non à nobis, &c. totum nos faciamus & nihil contra ipsum facere uideamur. Dicat ergo Christus. *Quoniam gratis absconderunt mihi*, &c. idest putabant abscondere ut eorum consilia nescirem, & ipsorum insidias quibus me interficerent. Iste tamen talis laqueus eis fuit ad interitum non mihi, quia ille laqueus non morientis, sed peccantis erat interitus. Et hoc magis sonat alia littera, quæ dicit. *Absconderunt muscipulam correctionis suæ*. Et tamen istis omnibus non habuerūt intentum, quia hoc totum faciebant ne Christi fides cresceret, ne gentem & locum perderent. Et tamen ex hoc, totum contrarium illius quod putabāt, euenit, vnde subdit. *Superuacue exprobrauerunt animam meam*, idest, inutiliter, & frustra me accusauerunt, nihil probantes, & animam meam diffamantes. Et bene *superuacue*, quia tali laqueo, & interitu Christi fides creuit, & ipsi perditi fuerunt, vnde subdit.

Interitus laqueus est astutiis consilium.

Ioan. 8.

Matth. 22.

Ps. 63.

Ioan. 11.

530 *Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio quam abscondit, apprehēdat eum, & in laqueū cadat in ipsum.*

ILli. s. Iudæorum populo ecce digna retributio. Nihil enim iustius est quam illa mala eis euenire quæ alteri absconderunt. Inde decipiuntur, vnde decipere voluerunt. Inde nocentes fiunt, vnde nocere voluerūt, unde subdit. *Et captio, quam abscondit apprehendat eum*. Per captionem hic accipe captionem Christi, quia Iudæorum consilio per Romanos fuit captus, & talis captio apprehendit populum Iudaicum, qui per Romanos, scilicet Titum, & Vespasianum fuit captiuatus. *Et in laqueum cadat in ipsum*, idest in eundem laqueum mortis cadant, quem mihi parauerunt. Vnde sicut laqueum mortis Christo parauerūt per Romanos, ita isti per Romanos interfecti fuerunt. Accidit enim isti populo sicut illi, qui calicem venenatum parauit alteri, & tandem de illo oblitus ipsum bibit. Consimilem sententiam de Iudæis dicit Christus. Laqueum parauerūt pedibus meis, incuruauerunt animam meam, foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam.

captio Christi.

Psal. 56.

531 *Anima autem mea exultabit in dño, & delectabitur super salutari suo.*

Exultare in Domino.

HAec est secunda pars principalis, in qua Christus suam, suorumq; perfectionem ostendit. Et primo Christus ostendit suam perfectionem. Secundo ostendit perfectionem suorum membrorum ibi. *Omnia ossa mea.* Tertio ostēdit humani generis liberationem ibi. *Eripiens inopē.* Ostendens ergo Christus suā perfectionē, ait. *Anima autem mea*, &c. Vbi sciendum, quod quis tanto perfectior est, quanto omnibus temporalibus spretis, in solo Deo lætatur, & gaudet. Et ideo quia Christi anima omnia temporalia spreuit, vt puta honorem, quia, cum vellent eum facere regem, fugit ab eis; diuitias. Cum esset diues, pro nobis factus est egenus, vt sua paupertate nos diuites faceret: carnis delectationē, quia voluntariè pro nobis mortē assumpsit. Et sic de cæteris omnibus tēporalibus, sequitur quod ipsius anima perfectius cæteris Deo adhæsit, & sic perfectior fuit quod nunc ostendens, d. *Anima autem mea exultabit in Domino*, supple, non in temporalibus rebus. Sed nunquid & alij sancti spretis temporalibus nō exultabant in Domino? Audi Mariā d. Exultabit spiritus meus in Deo salutari meo. Item Anna ait. Exultauit cor meum in Domino. Et Esai. 40. Exultabit anima mea in Deo meo. Et Abacuch 3. Exultabo in Domino Iesu meo. Si ergo & cæteri

Ioan. 6.

2. Cor. 8.

Matth. 20.

Aia Christi exultauit in Domino.

Luc. 1.

1. Reg. 2.

cæteri sancti, spretis temporalibus, soli in Deo exultabât qualiter ex hoc Christi perfectio ostenditur, quia dicit, *Anima autem mea exultabit in Domino?* Respondeo, quòd sicut quanto pugna est grauior, tanto gloriosior est victoria, sic quanto quis plus impugnatur, vt desperet de Deo, tanto eius perfectio maior est: si mens eius non recedit à Deo, per aduersa autem impugnamur ad desperationem. Et ideo quia Christus maiora aduersa fuit passus cæteris omnibus sanctis, ideo fixè amorem suum tenens ad Deum, maioris perfectionis cęteris fuit. Et hoc hic notat. Nam postquam suam perfectionem notauit, dicit: gratis abscóderunt mihi interitum laquei sui, nunc subiongit suam perfectionem d. *Anima autem mea exultabit in domino*. quasi dicat Christus secundum glos. Anima autem mea exultabit in Domino, non quærens alias extrinsecus diuitias, non quęrens circumfluere voluptatibus, bonisque terrenis, sed ipsum solum bonum præponés, quo nihil est suauius, nec deficere potest, quia omnia fecit. Ipsum ergo & tu pete, & in illo habebis omnia. Et in signum huius subdit. *Et delectabitur super salutari tuo*, idest, super morte, quæ fuit saluatio nostra. Et per consequens Dei salutare quâ voluntariè amore Domini sustinuit.

532 *Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi?*

6. q. 1. si omnia.

HIc consequenter ostendit profectionem suorum membrorum. Quanto enim quis est perfectior, tanto per humilitatem se imperfectum respectu perfectionis Christi se esse cognoscit. Vbi notandum, quòd hic per ossa ipsa opera iustorũ fortia, & virtutes significantur. Vnde istum versum exponens Gregor. d. Quid per ossa nisi fortia acta designantur? de quibus per Prophetam dicitur. Dominus custodit omnia ossa eorum. Sæpe enim ea, quæ agunt homines esse alicuius momenti æstimât, quia discretionis intimæ quàm sit subtile iudicium ignorant: sed cum per contéplationem rapti superna conspiciunt, ab ipsa præsumptionis suæ securitate liquefiunt, & tanto magis in diuino conspectu trepidant, quanto nec bona sua digna eius examine, quem cõspiciunt, pensant. Hinc est enim, quòd is, qui fortia operando profecerat, per spiritum subleuatus clamabat. *Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi?* Ac si diceret, ossa mea tuæ magnitudini laudé dicunt, quia ipsa quoque opera, quæ in me fortia esse credidi, tui consideratione contremiscunt. Vel secundum glossam. Per ossa intellige viros iustos, & fortes qui se in Christi comparatione nihil ęstimât esse, vnde ais. *Omnia ossa mea*, idest, discipuli mei, cæterique fortes, qui ecclesiæ sunt ossa, dicent. *Domine, quis similis tibi?* quasi dicat nullus. Quia nihil simile est illi, cui dedit Deus nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, quia etiam inter iustos, & sanctos nullus est similis Christo. Vnde hoc considerans scriptura dicit. Nullus ei similis in legislatoribus. Quod exponens ad propositum Greg. dicit. Legislator Moyses, legislator Iosue, legislatores etiam Prophetæ, legislatores cũctos dicere possumus, quos ex lege admonuisse populum nouimus. Sed huic mediatori Christo in legislatoribus nullus similis est, quia isti gratuito vocati ex peccatis ad innocentiam redeunt, & ab ijs, quæ in semetipsis experti sunt, prædicando alios reducunt. Redemptor autem noster homo sine peccato est, filius sine adoptione, nec perpetrauit vnquã. quod redarguit, &c. Bene ergo dicat ecclesia Christo. *Omnia ossa mea*, idest, omnes iusti dicent, *Domine, quis similis tui?* certè nullus, quia psalm. 85. Non est similis tui in dijs, Domine, non est secundum opera tua.

Greg. lib. 5. mor. ca. 22.

Psalm. 33.

Ossa sunt opera fortia.

Similis Christo nullus est.

Phil. 2.

Ossa significant viros fortes.

Iob 36.

Gregor. 27. mor. c. 1.

Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum, & pauperem à diripientibus eum. 533

COnsequenter hic ostendit humani generis liberationem, ex quo etiã probat, quòd Christo nullus similis est. Vbi notandum, ꝙ ante Christi incarnationem genus humanũ sub diaboli potestate premebatur, sed Christus per mortem suam humanũ genus de manu diaboli liberauit, vt ostendit Magister, & sunt verba Aug. 1 de baptismô paruulorum.

Magist. li. 9. dist. 18.

Redemit nos Christus sua passione.

rum. Nihil inuenit diabolus in Christo, ut moreretur, sed pro voluntate patris mori voluit, non habens causam mortis de peccato, sed per obedientiam mortem gustauit, per quam nos redemit à seruitute diaboli, incideramus enim in manus principis huius sæculi, qui seduxit Adã, & seruum fecit, cœpitque nos quasi vernaculos possidere, sed venit redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro? Tetendit ei muscipulam crucem suam, posuit quasi escam carnem suam, & sanguinem. Ille autem sanguinem fudit non debitoris, per quod recessit à debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem suum fudit, vt peccata nostra deleret. Vnde ergo diabolus nos tenebat captiuos, deletum est sanguine redemptoris, non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum, &c. Hanc ergo liberationem generis humani notans psal. ait, *Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum, & pauperem*, &c. Vbi per inopem, egenum, & pauperem, intellige genus humanum. fortiores verò, & diripientes dæmones erant.

Muscipula fuit crux.

534 *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.*

4. q. 3. Testes.

HAec est tertia pars principalis, vbi Christus ostendit suorum aduersariorum malignationem. Et quatuor facit. Quia primo ponit aduersariorũ malignitatem. Secũdo in aduersis suam humilitatem, ibi. *Ego autem*. Tertio aduersariorum conspirationem, ibi. *Et aduersum me*. Quarto contra conspirationem ponit suam orationem, ibi. *Domine, quando respicies*. Quantum ad primum Christus exprimit quæ iniustè ab iniustis Iudæis fuit passus. Duo autem fuit passus Christus à Iudæis, scilicet falsas accusationes, & ingratas retributiones, ibi. *Retribuebant mihi*. Quantum ergo ad falsas accusationes dicit. *Surgentes testes iniqui*. Testes enim iniqui dicuntur, qui contra æquum testabantur. Vbi nota, quod alius est testis falsus, & alius testis iniquus. Nam falsus testis dicitur quilibet qui falsum testificatur, & hoc quis sine iniquitate facere potest, vt puta quis falsum dicit credens dicere verum. Sed testis iniquus est, qui falsum à proposito & scienter testificatur. Et tales testes fuerunt Iudæi contra Christum insurgentes, de quibus dicitur. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerũt. Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduũ reædificare illud. Sed hic quærit Hieronymus. Quomodo isti erant falsi, vel iniqui testes contra Christum cum ea testificentur Christum dixisse, quæ ipsum dixisse legimus. Ad hoc respondet primo, quia falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit quomodo dicitur, sed dominus ista verba dixerat de templo corporis sui, ipsi autem illa intelligebãt de templo materiali Iudaico. Secundo quia ipsius verbis calumniantur, vt paucis mutatis vel additis quasi iustam calumniam faciãt. Saluator enim dixerat. Soluite templum hoc, & ipsi hoc mutauerunt dicentes, Possum destruere templum Dei, vos, inquit saluator, soluite, non ego, quia illicitum est vt nobis ipsis mortem inferamus. Item Christus dixit. In tribus diebus excitabo illud. Excitare enim est à somno mortis vocare, vel dormientem suscitare. Per quæ verba expressè apparet, quòd loquebatur non de templo Iudaico materiali, sed de templo corporis sui; quod erat verũ templum diuinitatis: Isti autem testes verba mutauerunt dicẽtes. Et in tribus diebus reædificabo illud. Reædificare autẽ propriè respicit templum materiale. Potes etiam dicere quòd ideo falsi & iniqui testes erant, quia non zelo iustitiæ, sed solum iniqua intentione, vt quem oderant perderent, illa testificabantur. Possumus etiam in ista materia testimonia notare, quòd ad hoc quòd quis idoneus sit testis multas conditiones debet habere, maximè in causa criminali, quas in hoc versu notat Hostiensis. Conditio, sexus, ætas, discretio, fama, Et fortuna, fides, in testibus ista requires. Ex quo apparet, quòd in quolibet idoneo teste debet esse conditio libertatis, quia seruus nõ admittitur. Sexus firmitatis, quia mulier non recipitur. Aetas maturitatis, quia puero non creditur. Discretio veritatis, quia furiosus excluditur, Fides diuinitatis, quia infidelis repellitur. Fama bonitatis, quia infamis non recipitur. Fortuna prosperitatis, quia pauperi parũ creditur. Quibus testes contra Christum carebant, & ideò iniquos testes ipsos vocabat.

Testis falsus, testis iniquus.

Matth. 26.

Hieronymus.

Testis.

Ioan. 2.

Testis conditiones.

Hostiensis in summa lib. 2. de testibus.

4. q. 3. si testes.

cabat, d. *Surgentes testes iniqui*, &c. Prima conditio testis est cõditio libertatis quia serui à testimonio repelluntur. Et ratio allegatur, extra de verbor. significat. forus, quia sæpe seruus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Sed isti erant serui, & non solum hominis, sed quod plus est, dæmonis, propter quod eis dicebat Christus. Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Secũda cõditio testis est sexus firmitatis. Mulier enim à testimonio repellitur, maximè in causa criminali. 23. q. vlt. c. vlt. Cuius ratio est, quia varium, & mutabile semper fœmina testimonium profert, de verborum signific. forus. Vnde multam fœminæ mutabilitatem ibidem notat glo. ponens istum versum: Quid leuius fumo? flamen, quid flamine? ventus: quid vento? mulier, quid muliere? nihil. Sed isti ista conditione non carebant, quia licet corpore essent masculi, mente tamen erant effœminati, & instabiles. Thre. 1. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Tertia conditio testis est ætas matura, vnde pueri nõ admittuntur ad testimonium, & maximè in criminali causa. Ratio, quia pueri faciliter decipiuntur in factis aliorum, vnum pro alio recipientes. Sed isti pueri erant non quidem tempore, sed moribus facta puerilia sequentes. Esa. 65. Morietur puer centum annorum. Quarta conditio testis est discretio veritatis. Furiosi enim, & amentes à testimonio repelluntur. Sed isti discretione carebant, quia quod erat postponendum præponebant, & ecõuerso Ioan. 5. Gloriam ab inuicem quæritis, & gloriam, quæ à solo Deo est non quæritis. Quinta conditio testis est fides, quia infidelis contra fidelem in testimonium non admittitur. 2. q. 7. si hæreticus, & cap. non potest. Isti autem infideles, & increduli erãt Christo. Deute. 32. Generatio enim peruersa est & infideles filij. Sexta conditio testis est fama, quia infamis non recipitur, quia infamibus non patent portæ dignitatis. Isti autem erant infames, quia secũdum iura infames sunt omnes, qui insurgunt in patres. Tales isti erant, Act. 7. Quem prophetarum non persequuti sunt patres vestri, &c. Septima conditio est fortuna, vnde pauper expellitur, quod intellige, quãdo ad paupertatem deuenit, vt quia lusor, vel meretricator, vnde in teste attendendum est, an sit diues, vel pauper: Isti autem quandoque diuites spiritualibus virtutibus fuerãt, sed propter ipsorum malam vitam ad ipsarum deuenerant paupertatem. Vnde illi populo scelerato dicitur. Dicis quia diues sum, & nullius egeo, & nescis, quia tu miser es, & miserabilis, pauper, nudus, & cecus. Ex quibus omnibus collige, quod testes qui contra Christũ insurrexerunt, iniqui erant & falsi. Vnde Christus d. *Insurrexerunt in me testes iniqui*, &c. 21. De quibus etiam modo dicit. *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.* Sed quæ ignorabat Christus, qui omnia sciuit, quæ Deus, cuius oculis omnia nuda, sunt, & aperta? Respõdeo quod Christus dicitur ignorare vel nescire quæ non approbat. Nescio vos, vel secundum gl. Peccata sunt ea, quæ Christus ignorabat facere, qui tamẽ est cognitor peccatorum quæ iudicat. Dicitur ergo ignorare peccatum, non quasi non videndo, & iudicando, sed non committendo, vt puta, quando aliquis nescit vitium, quod tamen arte cognitum deuitatur. Interrogabant ergo eum de peccatis, peccata sibi imponendo, quæ nesciebat scilicet facere, & non approbabat.

Ioan. 8. — *3. q. 4. Testes.* — *3. q. 7. Tria.* — *Extra de regu. iur. libr. 6. 2. q. 7. plerunque.* — *4. q. 3. Testes.* — *Apoc. 3.* — *Psal. 26.* — *Quæstio. Ignorare Christi.* — *Matth. 25.*

Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. 535

3. q. 9. Testes.

NOn solum autem Christus passus est à Iudæis falsas accusationes, sed etiã falsas, & ingratas retributiones, quia illi tanquam ingrati mala reddebant pro bonis. Vbi nota, quod multæ sunt species, & modi retributionis, vt ait Aug. supra psal. 108. & habetur. 22. q. 3. sex sunt, vbi ait. Sex differentiæ retributionis sunt, scilicet reddere bona pro malis, & non reddere mala pro bonis, hæc bonorum sunt, sed primum melius. Item non reddere bona pro bonis, & reddere mala pro bonis, hæc duo malorum sunt, sed posterius peius. Item reddere bona pro bonis, & reddere mala pro malis, hæc duo mediocrium sunt. Iudæi autem inter retributionem malorũ deteriorem gradum erga Christum tenebant, quia non solum non reddebant ipsi Christo bona pro bonis, sed quod deterius

August. Retributionis multa species.

deterius est, ipsi retribuebant mala pro bonis. Quod Christus notans dicit. *Retribuebant mihi mala pro bonis*, &cæt. Et in hoc notat ipsorum in eis summum ingratitudinis gradum. Ad quod clarius intelligendum, nota quòd peccatum ingratitudinis tres habet partes. Prima est pro acceptis beneficijs gratias non reddere. Secunda est accepta beneficia alijs non diffundere. Tertia est pro acceptis beneficijs mala retribuere. Prima pars ingratitudinis est pro acceptis beneficijs gratias non reddere. Quoniam secundum Aug. Ingratus est ille, qui non cognoscit beneficia, nec ex ipsis laudat benefactorem, propter quod dicit Seneca. Hæc enim beneficij lex, in duos est; quia alter statim obliuisci debet dati, scilicet benefactor, alter autē semper debet esse memor accepti. Ex quo sequitur, quòd ille, qui gratias non reddit accepti beneficij, est ingratus. Et quantum ad hoc dicit Ber. Peccatum ingratitudinis maximum est, vti datis tanquàm innatis, & in acceptis beneficijs gloriam vsurpare benefactoris. Secunda pars ingratitudinis est accepta beneficia alijs non diffundere, secundum enim Senecā. In benefactore duo sunt attendenda, scilicet actio benefica, quæ est libera dantis voluntas, & ipsum quod per illam actionem datur, vt domus, pecunia, &c. Sic in recipiente vt vitium ingratitudinis non incurrat, duo sunt necessaria, scilicet voluntas, & opus, propter quod dicit, Voluntati voluntate satisfacimus, rei autem rem debemus. Ex quo sequitur, quòd non sufficit recognoscere beneficia mēte, & ore, vt ponit prima pars, sed oportet etiam si adsit facultas, rem retribuendo se gratum ostendere. Qui igitur beneficium receptum nō communicant ingrati dicuntur. Tertia pars ingratitudinis est pro bonis reddere mala. Et hoc est pessimum quod etiam præcedentes duas continet partes. Et hæc erat in Iudæis erga Christum. Vnde & de ipsis nunc dicit. *Retribuebant mihi mala pro bonis*, quasi secundum gl. Christus dicat. Ego attuli Iudæis fœcunditatem, ipsi autem mihi sterilitatem, quia scilicet nec pro beneficijs gratias exoluebant, nec illa alijs diffundebant. Ego attuli eis vitam, ipsi mihi mortem retribuebant. Ego honores, ipsi contumelias. Ego medicinam, ipsi vulnera. Et sic retribuebant vt ingrati *animæ meæ sterilitatem*, idest, pro tantis beneficijs nullum bonum mihi retribuebant, sed sterilitatem, quæ omnibus fructibus caret. Ex propter talem ingratitudinem hodie per mundum vagantur. Quoniam quí reddit malum pro malo, nō recedet malum de domo eius. Sic enim ipsum factum prædixit Moses.d. in persona Christi. Reddam vltionem hostibus meis, & ijs qui oderunt me, retribuam.

Ingratitudo multiplex.

Augu. 1. de Ciuitate Dei.

Senec. li. 2. de benefi.

Ber. in de diligendo Deum.

Senec. li. 2. de benefic. circa finē.

Prou. 27.

Deut. 32.

Ego autem, cum mihi molesti essent, induebar cilicio. 536

Hic consequenter ponit Christus inter tot aduersa suam humilitatem. Humilitas autem inter aduersa maximè tripliciter ostenditur, scilicet quādo aduersa patienter tolerantur. Secundo quando pro aduersarijs humiliter exoratur. Tertio, quando bonum pro malo compensatur. Et hæc omnia Christus inter persecutiones Iudæorum obseruauit. Et secundum hoc ista pars diuiditur in tres partes. Quia primò ponit primum in principio. Secundò secūdum ibi. *Humiliabam*. Tertiò tertium, ibi. *Quasi proximum*. Primò ergo Christus inter aduersa habuit patientiam, vt puta quia potens se de ipsis vindicare noluit, sed potentiam suæ diuinitatis quātum ad vindictam tenebat abscōsam sub carne. Et hoc notans dicit. *Ego autē, cum mihi molesti essent, induebar cilicio*. Vbi nota, quòd caro Christi ideo dicitur cilicium, quoniam cilicium dici potest à celo celas, & humanitas Christi diuinitatem celabat, quia scilicet contra Iudæos potentiam suæ diuinitatis non exercebat. Vnde dicit. *Ego autem, cum mihi molesti essent*, &c. quasi dicat Christus secundum glos. Illi mihi retribuebant mala pro bonis. Et cum mihi molesti sic essent, *ego induebar cilicio*, idest, sub carne mortali latebam, secundum diuinitatem, quia non exercui contra eos potentiam meæ diuinitatis. Caro etiam Christi ideo cilicium dicitur. Cilicium enim fit de pilis caprarum, quæ in veteri lege pro peccatis offerebātur, & Christi caro pro peccatis nostris fuit oblata. Item ex alio, quia cilicium est

Humilitas Aduersitas.

Cilicium dicitur caro Christi.

lugu-

Hebr. 5. lugubris vestis. Et Christus, secundū carnem multotiens fleuit, & maximè dum penderet in cruce, quia cum clamore valido, & lachrymis se offerens, &cęt. Et de isto cilicio suæ carnis Christus dicebat. *Psal. 68.* Posui vestimentum meum cilicium & factus sum illis in parabolam, quia Iudæi considerantes solum cilicium carnis Christi, & non diuinitatem, ei maledicebant, vnde quando Iudæi alicui maledicere volebant, dicebant prouerbialiter, sic tibi contingat, sicut & Christo crucifixo, vt ibidem ait glos.

537 *Humiliabam in ieiunio animā meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur.*

Oratio. HIc Christus pro aduersarijs orat. Vbi nota, quòd illa sola est vera oratio, quæ carnem, & mētem humiliat Deo. Et ideo Christus vt orationē suam veram ostendat, primo suam humilitatē indicat. d. *Humiliabam in ieiunio animam meam*, Vbi nota, quòd duplex est ieiunium, scilicet corporale, & spirituale, & spirituale per corporale significatur. *Ieiuniū duplex.* Nā ieiunium corporale famem inducit. Fames autem est quoddam desiderium cibi. Et conformiter ieiunium spirituale est quædam esuries, vel desiderium cibi spiritualis. Quid est autem cibus spiritualis nisi voluntatem Dei facere? meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui *Ioan. 4.* misit me. Ieiunabat ergo Christus, non solum corporaliter à cibis, sed etiam spiritualiter, quia Iudæos facere voluntatē Dei esuriebat, & desiderabat, & hoc non inueniebat. Vnde istum intellectum ponit gl. d. Quale fuit hoc ieiunium Christi corporale, an spirituale? *Ieiunium Christi fuit desiderium salutis nostra.* Manducare quidem volebat Christus, quando poma quærebat in arbore Bibere volebat, quando mulieri Samaritanæ dicit. Da mihi bibere. Sed non de hac siti, non de hoc ieiunio hic agitur, sed de alio ieiunio in illo significato. Esuriuit enim Christus, & sitiuit salutem nostram, bona nostra ieiunabat, quæ tamen nulla in Iudæis inuenit. Apostoli enim fugerāt, & se passionis tempore in turba abscondera nt. Et Petrus, qui vsque ad mortem se perseueraturum promisit iam ter negauerat. Vix inuenit vnum latronem,

A quem gustauit in cruce. Et ideò in huius ieiunij memoria in die passionis arctissimum ieiunium obseruat ecclesia. Et hoc ieiunium spiritualis desiderij recolens Christus ait. *Humiliabam in ieiunio animam meam.* Sequitur ad propositum. *Et oratio mea in sinu meo conuertetur.* q. d. Humiliabam in ieiunio, & etiam orabam. *Sinus.* Vbi nota, quòd per sinum quandoque intelligitur secretum diuinę prędestinationis, in quo prædestinati colliguntur à Deo. Sic enim & Lazarus erat in sinu Abrahæ, idest, in prædestinatione diuina absconsus, qui dicitur Abra-B ham, quia multarum gentium pater, imò omnium. Est ergo sensus, vt Christus dicat. *Oratio mea in sinu meo conuertetur*, scilicet illis præcisè proficit, qui sunt in sinu meę prædestinationis, qui, scilicet, sunt futuri familiares, & in sinu sanctæ ecclesiæ sani. Sunt enim in sinu Christi prædestinati, qui sunt sibi vniti, & intrinseci.

Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum sic complacebam, & quasi lugēs, & cōtristatus sic humiliabar. 538

C COnsequenter hic Christus Iudæis bonum compensat pro malis receptis ab eis. *Amoris signa.* Quod enim maius signum amoris potest quis alteri ostendere, quā de ipsius bono gaudere vt de proprio, & de suo malo tristari vt de proprio? sicut dicit Apostolus. *Rom. 12.* Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, idest, gaudere de profectu alterius, & tristari de eius lapsu, & hoc faciebat Christus, propter quod dicit. *Quasi proximum*, &cæt. Hic enim secundum Magistrum ponitur casus accusatiuus pro ablatiuo, vt sit sensus. *Quasi proximum, & quasi fratrem*, id-D est, quasi proximo, & quasi fratri cōplacebam illi populo, scilicet quo ad illos, qui conuertebantur ad Deum. *Et quasi lugens, & contristatus, sic humiliabar*, scilicet quo ad illos, qui conuerti nolebant, quasi dicat sic complacui in eis bonis, sicut de proximo, & fratre, & sic contristabar de malis. Vel aliter vt complacebam referatur patri, vt Christus dicat. Complacebam patri meo habendo eos, vt fratrem, & proximum. Et tamen cum hæc omnia facerem, ipsi nolebant conuerti.

uerti. Et cum nollent conuerti, ego *sic humiliabar*. i. dolebam, quasi pater lugēs filium, & contristatus de morte filij.

539 *Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt, congregata sunt super me flagella, & ignoraui.*

HIc ponit Christus consequenter aduersariorum suorum conspirationem. Et primo ponit ipsorum conspirationem. Secundò ipsorum obstinationem, Dissipati sunt. Quantum ad primū nota, quòd Iudæi multotiens conuenerunt insimul vt Christum perderent. Primò ad decipiendum. Abeuntes Pharisæi consilium fecerunt, vt caperent Iesum in sermone. Secundò ad deliberandū. Collegerunt pontifices, & Pharisæi consiliū, dicentes, quid facimus, & tunc inter eos fuit sententia mortis. d. Expedit, vt moriatur vnus homo pro populo. Tertiò ad occidendum. Congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Et ideo dicitur. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Sic autem conueniendo cōtra Christum lętabantur, credēdo per Christi mortem, nomen eius & fidem delere, & sic hæreditare dominium in populo, & in tēplo possidere. Vnde de Iudæis ad litteram dicitur, quòd lętantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Non aduertentes, quod scribitur Prouerb. 14. Extrema gaudij luctus occupat. Hoc ergo notans Christus dicit. *Et aduersus me conuenerunt, & lætati sunt*. Et ad quid conuenerunt aduersus Christum? certè ad congreganda ei tormenta, & pœnas. Et hoc est quod dicit, *Et congregata sunt super me flagella*, scilicet per ipsorū conspirationem. *Et ignoraui*. Sed nunquid Christus ignorabat consilia, & conspirationes ipsorum, & tormenta, quæ parabant, cum tamen omnia nuda, & aperta sint oculis eius? Respondet Magister in gl. d. quòd illa ignorabat secundum illorum opinionem, non secundum veritatem. Sic enim dicitur. Narrauerunt, vt absconderent laqueos, dixerunt, quis videbit eos? quasi dicat nullus.

Conuenerunt Iudæi contra Christum multipliciter.

Matth. 22.

Ioan. 11.

Matth. 26.

Psalm. 2.

Prou. 14.

Ignorabat Christus, & qualiter.

Psal. 63.

540 *Dissipati sunt, nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis.*

COnsequenter hic ponitur Iudæorum obstinatio. Vbi notandum, quòd dissipo, pas, quandoque idem est, quod dissoluere. Vt sicut populus habens bonum ducem prælij confortatur ad pugnam, sic carens bono duce, cor eius dissipatur, idest, dissoluitur, & secundum istum sensum dicitur. Cum defecerit propheta, dissipabitur populus, idest, dissoluetur. Quandoque idem est quòd dispergere: populus quando vnitur, congregatur, sed quando dispergitur, dissipatur, sic enim dicitur. Dissipentur omnes Iudæi, qui congregati sunt aduersus te, &c. i. dispergantur. Quandoque idem est quod diuidere, vt quando aliqui circa eandem rem diuersas habent opiniones, tunc, *dissipati*, idest, diuisi dicuntur, sic enim dicitur. Dissipati sunt Angeli: quia, scilicet, in opinione fuerunt diuisi à principio, quia boni adhæserunt Deo, & mali recesserunt ab eo. Ad propositum ergo isto triplici modo iste versus exponitur per Magistrum in glo. Primo modo, *dissipati sunt, nec compuncti*, idest, dissoluti, quia scilicet Iudæi videntes signa, & miracula facta in Christi passione, corde dissoluti fuerunt multum timentes, nec tamen per duritiam cordis eorum compuncti sunt, scilicet corde, per veram pœnitentiam. Nonne dissipatum, & solutum fuit cor eorum, quando, Christo iam mortuo, timebāt ipsum resurrecturum? vnde dixerunt Pilato, Iube custodiri sepulchrum, &c. Secundo modo, *dissipati sunt, nec compuncti*, quando propter Christi mortem per totum orbem à Romanis fuerunt dispersi, nec tamen compuncti, quia adhuc in sua duritia, & infidelitate manent obstinati. Tertio modo, *dissipati sunt, nec compuncti*, idest, circa Christum in opinione fuerunt diuisi, quia alij dicebant, quia bonus est, alij autem non, sed seducit turbas. Sic & in morte Christi fuerunt diuisi, vt puta duo latrones, vnus bonus, alius malus. Ioseph & Nicodemus honorificè Christum sepelire volebant, alij

Dissipare significat multa.

Prou. 29.

Hier. 40.

Sopho. 3.

Cōpunctio.

autem

autem ei detrahebant. d. Recordati sumus, quia seductor ille adhuc viuens dixit, &c. Vnde & de illis, qui sibi detrahebant, subdit. *Tentauerunt me*, vt puta quando ipsum in passione tentantes d. Si tu es Christus, dic nobis? Similiter quãdo d. Si Christus rex Israel est, descẽdat nunc de cruce vt videamus, & credamus; *subsannauerunt me subsannatione*. Subsannare enim est aliquem deridere ruga to naso, atque contracto, sic isti faciebãt Christo dicentes, Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas, &c. Et nota, quòd dicit, *subsannauerunt me subsannatione*, quando enim in talibus locutionibus fit geminatio, signum est, quòd talis res copiosè fit vel dicitur, vt cum dicitur gaudens gaudebo, benedicẽs benedicam tibi. Sic in proposito. *Frenduerunt super me dẽtibus suis*. Fremere enim est murmurationem, & tumultum mentis per voces, & stridorem dentium aperire. Sic contra Christum dentibus fremebant, quando contra Christum dicebant, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Et omnia ista ante præuiderat Hier. thre. 2. d. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui, sibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt, deuorabimus eum. Et aduerte, vt hic dicit Magister, Omnia hęc, quę capiti nostro in cruce facta et feruntur, corpori vbique fiunt.

Matth. 15. *Subsanna re.* *Fremere.* *Matth. 27.*

541 **Domine, quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.**

HIc Christus contra Iudæorum malignitatem, & conspirationem, ponit suam orationem. Christus enim contra omnia prædicta mala à suo patre orãs, postulat suam resurrectionem post mortem. Vbi nota, quòd respicere Dei est orationes nostras exaudire, & vota complere. Sic. n. dicitur, Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. Orans ergo Christus dicit, *Domine, quando respicies?* i. quando meam orationem exaudies, vt me. s. resuscites, quia oro ne hoc differas. *Sed restitue animam meam*. s. corpori meo, quod fit per resurrectionem die tertio. Consequenter autem videns Christus, quòd etiam post resurrectionem suam, sponsa sua. s. fidelis ecclesia, quæ per vnicã designatur, vt psal. 21. Erue à framea, Deus, animam meam, & de manu canis vnicam meam, vide ibi. Videns inquam quod ista vnica multas pressuras erat passura à malignitate hominum instigatione, & tentatione dæmonum, qui per leones significãtur, pro ipsa orat. d. *Et à malignitate eorum*. scilicet hominum *à leonibus*, idest, à dæmonibus *vnicam meam* supple libera, quod erit in fine mundi, quando sponsa sponso copulabitur, non per fidem, sed per claram visionem, quando mali separabũtur à bonis, & ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Nota pro hoc expositionem illius versiculi Erue à framea, Deus animam meam, &c.

Respicere Dei. *Psal. 101.* *1. Petr. 5.* *Psal. 21.*

Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. 542

HAec est quarta pars principalis, in qua Christus ostendit fructũ suæ passionis, & ecclesiæ confirmationem. Et diuiditur in partes quatuor. Quia ponit primò ecclesiæ stabilitatem. Secundò persequentium iniquitatem, ibi. *Non supergaudeant*. Tertiò malorum damnationem, ibi. *Vidisti, domine*. Quartò bonorum saluationem, ibi. *Exultent, & lætentur*. Primò ergo ponit ecclesiæ stabilitatem. d. *Confitebor tibi in ecclesia magna*, &c. Vbi notandum, quòd omnia ecclesiæ sacramenta sumpserunt efficaciã in Christi passione, & morte vt ait Magister. lib. 4 di. 2. In sacramentis autem fundatur ecclesia. Sic igitur ecclesia in Christi passione fuit fundata, tamẽ sacramenta acceperunt vsum suæ potestatis in Christi resurrectione, & sic tunc ecclesia incœpit congregari. Et hoc est, quod dicit Christus. *Confitebor tibi*, &c. Nam statim superius dixerat. *Domine, quando respicies? restitue animam*. s. corpori per resurrectionem, quod cum feceris, sequitur. *Confitebor tibi in ecclesia magna*. Hæc enim superius dicebatur, *vnica*, propter vnitatem fidei, quia vna fides, vnum baptisma, modo dr̃ magna, quia de omnibus gentibus congregata. Sic. n. magna superius dicitur ecclesia. Apud te laus mea in ecclesia magna. Sequitur. *In populo graui laudabo te*. Vbi nota, quòd duplex est

Sacramenta ecclesia. *Mag. lib. 4. dist. 2.* *Ecclesia.* *Psalm. 21.* *Grauitas multiplex.*

est grauitas. s. bona, & mala, grauitas stabilitatis, & constantiæ, & grauitas iniquitatis, & malitiæ. Virtus enim constantiæ, & stabilitas, grauitas quædam dicitur. Grauia enim vento non agitantur, sed leuia, sicut in tritura areæ patet, quod ventus paleas leuat, & fugat, quia leues sunt, grana autem, quia grauia manent. Sic & spiritualiter. Mentes graues, & constantes in bono ventus tentationis non quassat, sed leues, & inconstantes circumducit ad libitum. Quis est ergo populus grauis, nisi populus fidelis conuersus ex gentibus, electus à Deo, qui stabiliter in laudem, & fidē Christi perseuerat? Qui tamen populus ante grauis erat grauitate iniquitatis, & malitiæ, quibus aliàs dicebatur. Filij hominum, vsquequo graui corde? Peccatum enim quædam grauitas est, quia sicut omne graue naturaliter descendit, sic & peccatum naturaliter animam ad infernum descendere facit. Vnde de grauitate peccati dicitur. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, &c. Ecce ergo quātam mutationem resurrectio Christi in gētibus fecit, quia de grauitate peccati ad grauitatem gratiæ ipsas perduxit, vt per illas in ecclesia dominus laudetur, quod Christus præuidens ait. *In populo graui laudabo te.*

Psalm. 4. *Esa. 1.*

E autem odit, qui non solum non læsus, sed etiam beneficiatus odit, quia summa iniquitas est malum pro bono reddere, & odium pro dilectione. Iudæi igitur, Christum oderant gratis, quia ab eo nō offensi, & iniquè, quia a Deo beneficiati. Sic igitur odium Iudæorum contra Christum erat gratis, quia sine causa erat iniquum, quia contra beneficia erat simulatum, quia contra exteriorem apparentiam. Dicit igitur de ipsis Christus explicans ipsorum malitiam. *Non supergaudeant mihi*, idest, non gaudeant super me, adimplēdo voluntatem suam F de me, qua scilicet volebant Christi nomen, & fidem delere. Qui, scilicet Iudæi *aduersantur mihi iniquè*, quia ingrati beneficijs meis. *Qui oderunt me gratis*, idest, à me nō iniuriati, *Et annuunt oculis*, quia scilicet oculis exterioribus, & signis dilectionem prætendunt. Annuere enim idem est quòd alteri consentire, complacere, vel nutum complacentiæ facere. Illi ergo Christo annuebant oculis, qui exterius prætendebant Christo consentire, & ipsum diligere, quem gratis oderant & iniquè. De quibus dicit Christus Psal. 119. Cum ijs, qui oderunt pacem, eram pacificus, quum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Annuere.

G

543 *Non supergaudeant mihi, qui aduersantur mihi inique, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.*

1. q. 1. pauper.

NVnc consequenter ponit persequētium iniquitatem. Hic enim replicat Christus Iudæorum malitiam, vt aptius consequenter addat ipsorum condignam pœnam, & miseriam. Ipsorum autem nequitia grauis, & magna ostenditur ex tribus. Primò quia erat voluntaria, & sine causa in principio. Secundò H quia erat plena dolo, & fallacia, ibi. *Quoniam mihi*. Tertiò quia erat crudelis, & derisoria, ibi. *Et dilatauerunt super me os suum*. Quantum ad primum dicit. *Non supergaudeant*, &c. Tātò enim peccatum est grauius, quantò nulla occasione vel tentatione præuia, sed mera malitia peccatur. Tamen notandum, quòd aliud est aduersari alteri, vel alterum odire gratis, & aliud iniquè. Gratis odit, qui nulla iniuria læsus alterum odit, Iniquè

Peccati grauitas odire gratis odire iniquè.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terræ loquente dolos cogitabant. 544

COnsequenter hic ostendit Christus, quòd ipsorum nequitia erat plena fallacia, & adulatione, quia scilicet verba pacifica, & blanda Christo loquebantur, sed ipsum corde persequebantur. Ad huius autem maiorem euidentiam, sciendum, quòd adulatio à doctoribus sic describitur. Adulatio est peccatum ex sermone vanæ laudis alicui exhibito, intentione placendi, quæ descriptio vt clarius pateat, arguo contra sic. Primò, posito, quòd quis laudet alium in eo quo laudandus est, sed non propter Deum, sed causa placendi ei, tunc non est sermo vanæ laudis, quia vanum est, quod veritate caret: quam prætendit, & tamen talis est adulator, ergo prædicta descriptio non est vera. Item posito, quòd quis

Obiectio. *Adulatio quid sit.* *Laudare vane.* *Laus vana.*

coope-

cooperiat peccatum alterius causa placendi, tunc talis est adulator absque sermone vanæ laudis cum non laudet, sed solum tegat malum, igitur. Item posito, quòd quis alium laudet indebitè non causa placendi, sed causa lucri, tunc talis est adulator, & non causa placendi. Respondeo quòd dicta descriptio adulationis est bona. Ad primum sciendum, quòd sermo vanæ laudis dicitur dupliciter, vel quia laudatur, quod non est laudandum, vel plusquam sit laudandum, & hæc vanitas est ex parte materiæ. Alia dicitur vana laus, quum non fit eo fine, quo debet fieri, & hæc vanitas est ex parte finis. Et vtraque vanitas in laude causat adulationem. Secunda est in casu prædicto, sed non prima. Ad secundum dico, quòd quis occultando malum alterius, interpretatiuè laudat eum. Laudare enim est aliquem bonũ, vel iustum ostendere, partes autem iustitiæ sunt duæ. s. declinare à malo, & facere bonum, in casu autem prædicto talis laudat eum de prima parte, & non de secunda, & falsè. ergo vanè. Ad tertium dicendum, quod intentio placendi est proximus finis, quamuis non sit vltimus, ita quod placentia est ad finem, licet non finis principalis, quia si non placeret personæ, per ipsum laudare non consequeretur lucrum. Ad propositum ergo Iudæi adulabantur Christo & ipsum vanè laudabant, non quidem vanè ex parte materiæ, sed ex parte finis, siue intentionis ipsorum, quia pacifica, & blanda verba loquebantur ad vanum finem, scilicet, vt ipsum decipiendo perderent. Et hoc notans Christus dicit. *Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur*, vt puta quando ei dicebant, Magister, scimus, quia verax es, & viã Dei in veritate doces, dic nobis, licet censum, &c. Et Io. 8. Magister, hæc mulier modo in adulterio deprehensa est. Et quod vano fine, scilicet, ad ipsum perdendum ista dicerent quamuis vera subdit. *Et in iracundia terra loquentes, dolos cogitabant.* Talia enim dolosè loquebantur, & dolos cogitabant, *in iracundia terra*. idest, in ira, quã pro terrenis habebant. Timebant enim, quòd, si ipsius Christi doctrina duraret, ne ipsi perderent locum, & gentem, idest, primatum loci, scilicet templi, & gentis: ex quo terrena commoda recipiebant. De istis enim dixerat superius psalmo vigesimoseptimo. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

Sermo vanæ laudis duplex.

Matth. 22.

Et dilatauerunt super me os suum, dixerunt, euge, euge, viderunt oculi nostri. 545

6. q. 1. summa.

OStendit hic, quòd eorũ iniquitas erat crudelis, & derisoria. Nonne magna est crudelitas irrisoris afflictionem dare afflicto? Iudæi autem supra corpus Christi potestatem acceperãt ad tempus, fecerunt in eum omnia, quæ voluerunt, ceperunt, ligauerunt, falsè accusauerunt, dederũt ei alapas, colaphos, flagellauerunt, spinis coronauerunt, ipsum ad crucis patibulum & mortem deduxerunt. Et tamen vt crudeles canes non contenti, dum esset in cruce prope ipsum dilatauerũt super ipsum os suum improperantes ei, & deridentes eum. Vnde alij dicebant. Vah, qui destruis templum Dei, &c. Alij: alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest. Alij, confidit in Deo, liberet eum nunc si vult, &c. Et istam talem crudelitatem nunc commemorans Christus, dicit. *Et dilatauerunt super me os suum. Et dixerunt, euge, euge*, est vox secũdum glossam irrisoria & insultatoria. *Viderunt oculi nostri*, scilicet quæ desiderabamus, vt puta Christum per nos captum, flagellatum & crucifixum. Et hoc est, quod dicitur Thren. 2. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt, & frenduerunt dentibus, & dixerunt, deuorabimus eum. Et hic est dies, quam expectabamus inuenimus, & vidimus. Sic & nunc conformiter dicitur. *Dilatauerunt super me os suum, & dixerunt, euge, euge, viderunt oculi nostri*, scilicet quod desiderabamus videre.

Crudelitas Iudæorum.

Vidisti, domine, ne sileas: domine, ne discedas à me. 546

HIc consequenter ponitur istorum iusta damnatio. Quæ vt iustior appareat: primò Christus inuocat diuinam iustitiam. Secundo ostendit iustam contra illos sententiam, ibi. *Erubescant*, &c. Inuocans ergo diuinã iustitiã, primò

primò ostendit quòd causa vtriusq;, scilicet Christi & Iudæorũ iudicio est manifesta.d. *Vidisti, domine*.s.innocentiam meam ex vna parte,& ex alia ipsorũ malitiam: vidisti obedientiam meã,& ipsorum nequitiã.Loquitur.n.Christus more humano, vt quando aliquid volumus ad memoriã alterius reuocare,dicimus, vidisti quę facta sunt?Sic ait Christus patri.q.d. Vidisti quàm crudeles sunt illi, & quam patiẽs ego sum. Et ideo subdit. *Ne sileas domine,ne discedas à me.* Duo enim petit Primum vt sententia contra malos obstinatos detur.d.*Ne sileas*. Silere.n.dicitur Deus, quando malos tolerat, sed non silet quãdo ipsos iudicat puniendo. Deus noster manifestè veniet, scilicet ad iudicandum, Deus noster & non silebit. Secundo petit quòd vnitas suæ humanitatis cum verbo conseruetur.d.*Domine ne discedas à me*.s.separando verbum, quia ex tali vnione peccare non poterat. Hoc autẽ dicit prædictiuè. q.d. Scio quod non tamen poterant esse mihi molesti vt me peccare faciant, quia tu nõ discedes à me. Et quia iudex debet iustè iudicare, q̃ nouit, iõ subdit.

Silere Deus.

Psal. 49.

547 *Exurge, & intende iudicio meo, Deus meus, & dominus meus, in causam meam.*

Dormire Dei.

DOrmire enim, vel iacere dr̃ Deus quando aduersa iustorum quasi dissimulando non terminat, expectans ipsorum patientiæ finem vt coronet, ac etiam quando mala prauorum permittit ipsa non puniens debita pœna. Sic ergo quando Christus patiebatur in cruce,dormire videbatur,quia Christo iusto aduersa inferri permittebat,& malitiam Iudæorum non puniebat. Et ideo sibi loquitur Christus quasi ipsum excitãdo.d.*Exurge, & intende iudicio meo*,&c. quasi dicat. Tu qui videris tacere,exurge ad reddendum mihi & aduersarijs. *Et intende iudicio meo, vel iudicium meum*, scilicet sicut merui retribue mihi. Et quia habui meritum summum,ideo intende iudicio meo, dando mihi nomen quod est super omne nomen. Est enim de merito & præmio, sicut de descensu aquæ, & ascensu. Nam quantum aqua descendit,tantum naturaliter ascendere

Meritũ & præmium.

E potest. Sic quantum quis iustus ab alijs iniustè deprimitur,vilipenditur,& deridetur,tanto amplius exaltari meretur. Et ideo quia Christus in passione vltra omnes alios homines fuit iniquè depressus,& abiectus,ideo meruit sibi nomen, quod est super omne nomẽn. Et hoc est iudicium,quod petit.d. *Exurge, intende iudicio meo*. Et quod Christus suis demeritis non fuerit sic passus,& abiectus, ostẽdit subdens. *Et dominus meus in causam meam*.s.tu,qui es Dominus meus, intende etiam causam meam scilicet meæ passionis,& mortis, quia, scilicet, non pro F meis sceleribus patior, sed causa meæ passionis ex parte mea est redemptio generis humani. Et hanc causam suæ mortis notans Petrus ait. Christus passus est pro nobis,&c.qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, &c. Et hoc idem alijs verbis Christus explicat dicens.

Ascensus & descensus.

1.Pet.2.

548 *Iudica me secundum iustitiam meam, domine Deus meus, & non super gaudeant mihi.*

G HOc enim est quod superius dixit. Exurge, & intende iudicio meo, Deus meus.Hoc idem replicat.d.*Iudica me secundum iustitiam meam, Deus meus*. Sed cum omnis virtus sit à Deo, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum,vt dicitur Iac.1. & iustitia inter maxima Dei dona cõputetur, quomodo Christus iustitiam sibi attribuit, & non Deo d. *Iudica me secundum iustitiam meam*,& non potius dicit,secũdum iustitiam tuam? Et, si forte dicat, Christus erat Deus,& homo, secundum H qđ erat Deus, iustitia erat sua, hoc non soluit,quia hic expressè loquitur Christus vt homo.Ideo dicendum, q̃ licet habitus virtutũ quandoq; sint à solo Deo, & nullo modo à nobis effectiuè,vt patet de uirtutibus in baptismo infusis, actus tamen uirtutum in simul sunt à Deo,& à nobis:quia actus virtutum sunt meritorij,nullum autem meritum est in nobis quod non sit à Deo, & à libero arbitrio nostro,ut ostendit Magister.Iustitia autem quandoque accipitur pro habitu, & sic est à solo Deo, loquor de iustitia Christi, quam habuit in primo instanti

Quæstio.

Iacob 1.

Virtutes sunt Dei et sunt nostræ.

Magister lib.2. d.27.

instanti suæ conceptionis, quandoq; verò accipitur pro actu ex ipsa procedente, & sic est à Deo, & ab homine. Cum ergo hic Christus petit iudicari secundum iustitiam suam, accipit iustitiã pro actu, non pro habitu. Vel aliter secundũ Grego. super illo verbo Iob. Reddet homini iustitiam suam. Iustitia nostra dicitur, non quæ ex nostro nostra est, sed diuina largitate fit nostra, sicut in oratione Dominica dicimus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Ecce nostrum dicimus, & tamen, vt detur, oramus. Noster quippe fit cùm accipitur, qui tamen Dei est, quia ab illo nobis datur. Et Dei ergo est ex munere, & noster fit veraciter per acceptionem, &c. Isto ergo modo loquens Christus vt homo dicit. *Iudica me, secundum iustitiam meam*. Et quid per tale iudicium petat subiungit d. *Vt non supergaudeant mihi*, s. vt non habeant de me principale intentum suum, quo quærebãt Christi nomẽ & fidem perdere, quod si habuissent gauisi fuissent supra Christum. q. d. Imò totum oppositum eueniat: vt, s. per mortẽ, & passionem meam nomen meum, & fides crescat per totum orbẽ, & dilatetur, vt sic magis defleant ꝙ gaudeant implesse de me mala sua vota. Hæc aũt omnia fuerũt impleta in Christi resurrectione, quia videntes eum resurrexisse, viderũt oppositũ euenisse illius ꝙ desiderabant. Et ideo vnde lætari sperabant, tristabantur. Et hoc est quòd subditur.

Gregor. 14. mor. c. 7. Iob 33. Matth. 6.

546 *Non dicant in cordibus suis, euge euge animæ nostræ: nec dicant, deuorabimus eum.*

HIc enim euge nõ est vox irrisoria, vt supra: sed magis est vox lætitiæ & exultationis, sicut dicitur Mar. 5. Euge, serue bone, & fidelis, &c. intra in gaudium domini tui. Ante enim Christi resurrectionem sperabant lætari, & dicere animabus suis alter ad alterum. Euge, euge, s. lætare, & exulta, quia modo habemus intentum nostrum de Christo, quia ipso mortuo defecit nomẽ & fides. Sed hoc non sic euenit vt sperabant, sed totum oppositum. Et hoc est ꝙ d. *Non dicant in cordibus suis*, & animabus suis. Euge euge, sed magis oppositum dicãt, tristare, & plange. Verum quoniam quis qñ perdidit de aliquo intentum suum sperat ipsum iterũ recuperare, & sic spe aliqualiter consolatur. Talis autem spes vana per Christi resurrectionem remota fuit à Iudæis, quia contra Christum per resurrectionẽ immortalem, & impassibilem factũ amplius potestatem nõ habuerunt, quia sperare possent ipsum iterum persequi, occidere, vel deuorare. Et hoc est quod d. *Nec dicant, deuorabimus eum*, i. quia Christus immortalis est factus, amplius dicere non poterunt, *deuorabimus eum*: quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.

Euge.

550 *Erubescant, & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis.*

COnsequenter hic ponit iustã contra obstinatos Iudæos dandã sententiam: potest tamen ista pars legi prædictiuè, & optatiuè. Si prædictiuè, prædicit pœnam malis futuram, dicens. *Erubescant, & reuereantur*, idest, confundentur, & timebunt in mea resurrectione, videntes se nihil fecisse, & de quibus intelligat subdit. *Qui gratulantur malis meis*, idest, qui congaudent inique de pœnis Christo illatis. Vbi nota, quòd gratulor gratularis habet duo significata. Est enim idem quod gaudere, etiã quod gratias agere, gratulabuntur ergo mali de passionibus Christi. Potest etiam legi optatiuè. Et tunc Christus orando optat, quod persequutores sui qui gratulabantur malis suis, erubescant per confusionem peccati, & conterantur, & timeant, scilicet futurum iudicium. Sicut enim dicebat supra Psalm. 30. Erubescant impij. & deducantur in infernum: vide ibi. Et hoc idem alijs verbis exprimit, dicens.

Gratulor. Congratulor.

551 *Induantur confusione, & reuerentia: qui maligna loquuntur super me.*

QVod similiter duobus modis potest exponi vt prius. Quantum ad primum sensum, induuntur dãnati confusione, quia sicut vestis ex omni parte circundat vestitum, sic & confusio ex omni parte circundat damnatum, vide supra. Psal. 30. Erubescãt impij. Sic enim dicitur psalmis. Induantur,

Induuntur dãnati confusione. Psal. 108.

qui detrahunt mihi pudore,&c. Potest etiam legi optatiue, vt optet illos per veram pniam confundi de peccatis suis.

552 *Exultent, & lætentur, qui volunt iustitiam meam: & dicant, semper magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius.*

11.q.3. *asti mant.*

HIc posita malorum damnatione, ponitur bonorũ beatificatio. Vbi iustitiam Christi intellige eius humilitatẽ, de qua ipse ait Ioanni. Sic decet nos implere omnem iustitiam. Per iustitiam enim intelligit humilitatem, quæ omnis iustitia est, quæ quidem iustitiæ humilitas tres gradus habet. Primus est subdere se maiori, & se non præferre æquali, & ista dicitur iustitia sufficiens, omni necessaria ad salutem. Secundus gradus est subdere se æquali, nec se præferre minori: & hic dicitur abundans. Tertius est subijcere se minori, in quo est omnis iustitia, & ista fuit iustitia Christi, quia, cùm esset Deus, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c. Et de ista iustitia dicit Christus. *Exultent, & lætentur omnes qui volunt iustitiam meam*.s.imitari, & hic tangit stolam primam animæ, cùm dicit *lætentur*, & stolam secundam corporis, cũ dicit *exultent*, quia vt alias dictum est, lætitia est interior, sed exultatio quasi extra saltatio est exterior, sic enim dicitur. Lætamini in Dño, & exultate iusti, &c. Sed quia quilibet iustus non debet esse contentus de sua salute, sed semper desiderare aliorum salutem, ideo subditur. *Et dicant, semper magnificetur dominus, qui diligunt*, &c. Magnificatur enim Dominus non in se, sed in nobis, s. quando nos in ipso per gratiã efficimur magni. Debent ergo iusti semper dicere.i. semper desiderare, vt Dñs magnificetur in nobis per conuersionem Gentilium, & augmentum gratiarum. Sic enim supra dicebat. Magnificate Dñm mecum, &c. vide ibi. Et qui hoc debẽt dicere subdit. *Qui diligunt pacem serui eius*. s. qui diligunt pacem meam, qui sum seruus Dei. Sed quæ sit pax Christi, quam debebat diligere, ipse ostendit, d. Pacem meam do vobis: non quomodo mũdus dat ego do vobis, &c. quod exponẽs Aug. de verbis Dñi ait. Est aũt pax Christi trãquillitas mentis, serenitas animi, tranquillitas cordis, amoris vinculum, consortiũ charitatis. Nec poterit ad hæreditatem Dñi peruenire, qui testamẽtum pacis noluit obseruare. Nec põt concordiam habere cum Christo, qui discordiam habuit cũ Christiano. Sed qualiter istam pacẽ debemus diligere ostendit, scilicet faciẽdo sicut ipse fecit, vnde subdit.

Matth. 3. Iustitia significat humilitatem.

Philip. 2.

Psal. 3.

Magnificare Dominũ.

Psal. 33.

Ioan. 4. Pax Christi. August.

553 *Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.*

ET nota quòd dicit, *lingua mea meditabitur*. Ad linguam enim pertinet loqui: sed ad cor meditari. Volẽs ergo ostendere, quod lingua Christi cordi consonabat, hæc duo simul coniungit. d. *Et lingua mea meditabitur iustitiã tuã, tota die laudem tuã*, quod ideo dicit, quia in omnibus verbis, & factis, Christus nõ propriam laudem, sed Dei, quæsiuit, vnde ait glo. Ille enim tota die Deum laudat, qui omnia bene agit. Non desinit laudare, qui non desinit bene agere, qui non desinit iustus esse. Omnia ergo bene age, & laudasti Deum tota die. Sic etenim semper ad Dei laudem se excitabat Psal. d. Lauda, anima mea, Dominum: laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo, quandiu fuero.

Lingua meditabitur.

Psal. 145.

PSAL. XXXV.

554 *DIxit iniustus, vt delinquat in se metipso: non est timor Dei ante oculos eius.*

22.q.3. *pauper.*

HVIC Psal. talis titulus præmittitur. *Ad victoriã seruo domini Dauid*. Pro cuius expositione sciendum, quod aliqui dicũt, q̃ Dauid fecit istum Psal mum pro victoria gloriosa, quam habuit populus Israel, quãdo gloriosè per Deum fuit liberatus de potestate Pharaonis, de seruitute Aegypti, & mare rubrum sicco pede transiuit ad seruiẽdum Deo, & sacrificandum liberè, secundum quod dictum fuit Pharaoni. Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum. Dimitte

Exod. 5.

mitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. Et ad istum sensum litera huius Psalm. satis videtur aptari. Alij autem dicunt, & iudicio meo melius, q Dauid fecit istum Psalmum de seipso, s. quando Saul uoluit ipsum etiam propria manu interficere, sed diuina gratia fuit liberatus. Nam loquutus est Saul ad Ionatham, & ad omnes seruos eius, vt Dauid occiderent. Ionathas autem quia diligebat Dauid, indicabat ei. d. quærit Saul pater meus occidere te, quapropter absconde te, & ego loquar de te ad patrem meum, & quodcunq; videro, annunciabo tibi. Loquutus est Ionathas ad patrem suum de Dauid bona dicens. Ne pecces Rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit contra te, & opera eius valde vtilia sunt tibi, & per eum habuisti uictorias multas, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine, innoxio, vt Dauid absque causa occidatur? Quod cum audisset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit dicens. Non occidatur Dauid. Vocauit ergo tunc Ionathas Dauid, & nunciauit ei quod Saul erga ipsum erat placatus, & quod iurauerat q ipse non occideretur, & introduxit ipsum ad regem. Interim autem spiritus Domini vexabat Saul, qui sedebat in domo sua habens lanceam prope se. Dauid autem erat ante Saul pulsans citharam, quia per sonum eius spiritus malus fugabatur à Saule. Tunc Saul accepta lancea, voluit percutere Dauid, & ipsum cum lancea ad parietem configere, & declinauit Dauid à facie Saulis, lancea autem casso vulnere, perlata est in parietem. Et sic Dei adiutus gratia Dauid euasit manus Saulis, & tunc de tali victoria habita gratias agens Deo fecit istum Psalmum. Ex quibus apparet sensus tituli dicẽs. *Ad victoriam seruo domini David*, Idest, iste Psalmus factus est ad declarandam victoriam à Deo datam ipsi Dauid seruo domini. Et secundum istũ sensum primo exponam litteram psalmi, secundo inducam intellectum Psalmistæ. Quantum ad primum, psalm. iste diuiditur in duas partes, quia primò agitur de malignitate Saulis Dauid persequentis, secundo de benignitate domini ipsum Dauid liberantis, ibi. *Domine in cælo misericordia tua*, &c. Dic vt Nic. de Ly. Quantum vero ad intellectum Psalmistæ, notandum quod iste psalm. agit de errore quorundam, qui dicunt omnia mala esse ex vitio naturæ & nostræ creationis, bona vero omnia esse a nobis, & ex libero arbitrio. Et hunc errorem hinc destruit psal. ostendens oppositum, scilicet omnia mala esse à nobis, bona autem omnia esse à Deo per gratiam. Vnde notandum est, quod hic seruus domini Dauid significat ipsum Christum, qui dicitur seruus domini, quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in qua patri vsque ad mortem obediens fuit. Hic enim etiam dicitur Dauid, quia vultu desiderabilis, in quem desiderant Angeli prospicere, & manu fortis quia potestates aereas debellauit. Hic enim ostendit omnia nostra bona esse à Deo. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit illũ. Ostendit insuper omnia mala non à Deo sed à nobis esse, arbor mala fructus malos facit. Omnis autem homo de se, sine Dei gratia, arbor mala dicitur & in peccato. Sic ergo erit sensus tituli: Iste psalm. attribuitur Christo suo domini, scilicet patri vsque ad mortem obedienti, qui est ad victoriam, scilicet hæreticorum, quia ostendit mala esse a nobis & bona à Deo. Intentio totius psalm. est vt omnia mala nobis attribuamus, sed omnia bona Deo. Quantum ergo ad istum intellectum, psalm. iste diuiditur in partes duas. Quia Psalmista primò asserit omnia mala esse ex homine, secundo omnia bona esse ex Deo, ibi. *Domine, in cælo*. Prima autem pars diuiditur in partes quatuor, quia primò ponitur malorum peccati futuri deliberatio, secundò peccati deliberati excusatio, ibi. *Quoniam dolose egit*. tertiò peccati excusandi aggrauatio, ibi. *Verba oris eius*, quartò peccati deliberati prosequutio, ibi. *Iniquitatem meditatus est*. Quantum ad primum notandũ, quòd peccata sunt duplicia: quædã procedunt ex infirmitate & ignorãtia, & ista vt sic nõ sunt mortalia: quædam, quæ procedunt ex industria, & deliberata malitia, & ista sunt mortalia, & de istis hic agitur. Dicit ergo. *Dixit iniustus*, &c. Vbi nota, quòd est dicere diuinum, & dicere humanum. Dicere autem diuinum multipliciter accipitur,

Marginal notes: 1. Reg. 19. — Philip. 2. — Ioan. 6. — Matth. 7. — Peccatum duplex. — Dicere Dei. Dicere hominis.

cipitur, quia aliquando idem est quod intelligere, & hoc dicere est essentiale, & conuenit toti trinitati. Dixit Deus fiat lux, & facta est lux. i. tota trinitas æternaliter intellexit lucem in tempore esse fiendam. Item aliquando idem est quod generare, & sic est personale, & soli patri conuenit. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, dixit, i. me verbum, & filium suum genuit. Item aliquando idē est, q̄ præcipere, vel disponere, & sic est essentiale, & æternale quo ad principalem actum, sed temporale quoad actum essentialem, & respectiuū. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, idest disposuit ab æterno creaturam fieri in tempore. Secundò est dicere humanum. Et hoc est duplex, s. extrinsecum, & intrinsecum. Extrinsecum ab intrinseco procedit. Et istud dicere quadrifariè distinguitur, ut ostendit Greg. d. Omne enim, quod dicitur, quadripartita qualitate potest distingui, quia aut mala male dicuntur, aut bona bene, aut bona male, aut mala bene. Mala enim male dicūtur, cum res peruersa suadetur, sicut Sapien. 2. Venite coronemus nos rosis, nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra. Bonum bene dicitur, cū rectè recta prædicantur, sicut Ioannes ait. Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Malum autem bene dicitur, quando per os dicentis idcirco uitium exprimitur vt reprobetur, sicut Apostolus ait. Qui furabetur, iam non furetur. Malè autem bonum dicitur, cum rectum aliquid non recto studio profertur. Sicut cœco nato, & illuminato à Christo pharisæi dixerunt. Tu discipulus eius sis. Dicere autē intrinsecum nostrū, quandoq; idem est q̄ cogitare, & sic accipitur. Sap. 2. Dixerunt impij apud se cogitantes non rectè. Quandoque idem est quòd deliberare, & sic accipitur pro deliberatione. Dixi confitebor aduersum me, &c. idest, deliberaui. Ad propositum ergo cum hic dicitur. *Dixit iniustus*, hic dicere accipitur pro deliberare, & est sensus. *Dixit iniustus*, idest deliberauit in semetipso, *Vt delinquat*, idest, peccet. Omnis enim, qui peccat, delinquit, quia obseruationem alicuius diuini præcepti omittit. Hoc enim iniusti deliberāt in seipsis peccare, & non in publico vbi homines vident, sed in seipsis vbi Deus videt, hoc ideò, quia homines timent & nō Deum. Si enim timerent Deum sicut timent homines, sicut non deliberant in publico coram hominibus peccare, sic nec deliberarent in seipsis. Ex hoc ergo sequitur, quòd Deum non timent, quod ex hoc concludit psal. d. *Non est timor Dei ante oculos eius*. Vnde sic expone. *Dixit iniustus in semetipso, vt delinquat*. Et vnde hoc, rationem subdit, *quia non est timor Dei ante oculos eius*.

Gene. 1. — Psalm. 2. — Psalm. 148 — Greg. 23. mor. c. 3. — Matth. 3. — Ioan. 9. — Psal. 31.

Quoniam dolosè egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. 553

Hic consequenter ponitur peccati deliberati excusatio. Vbi notandum, q̄ multi inquirunt peccata sua, vt ipsis inuentis, & cognitis, illa detestētur per contritionem, & expurgent per confessionem, sic quæsierat peccata sua Dauid ad ipsa purgādum. d. Meditatus sum nocte cum corde meo, scilicet peccata mea, & exercitabar, scilicet, per contritionem, & sic scopebam spiritum meum per confessionem. Et talis peccati inquisitio, peccatum tollit, & mundat. Alij autem peccata sua inquirunt ad illa operiendum, & excusandum cum falsitatibus, & dolo, vel ad imputandum illa alteri, vt fortunæ, fato, vel constellationibus, & ex consequenti ipsi Deo. Sicut fecit Adam. qui, quando culpam suam negare non potuit, ipsam Deo imputauit se excusando. d. Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, &cæt. Et isti tales dolosè agunt, quia falsè sua peccata alijs imponunt, & sic peccata excusando dolosè illa magis aggrauant, vt ostendit Gregor. d. Hæc namque sunt veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam quemque cognoscere, & cognitam voce confessionis aperire. At contra vsitatum humani generis vitium est, & libenter peccatum committere, & commissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare. Ex ipso quippe lapsu primi hominis hæc augmenta nequitiæ ducimus, ex quo ipsam radicem traximus culpæ. Sic namque ille dum lignum vetitum contigisset,

Psal. 76. — Inquiritur peccatū multipliciter. — Gregor. 22. mor. ca. 13. — Defensio peccati ipsū aggrauat.

gisset, abscondit se à facie domini inter ligna paradisi. In qua absconsione, scilicet, quia Deum latere non poterat, non latendi effectus describitur, sed affectus notatur, qui cum argueretur à domino, quod de ligno vetito contigisset, ilico respondit. Mulier, quam dedisti mihi sociam, ipsa dedit mihi de ligno, & comedi. Ipsa quoque mulier inquisita respōdit. d. Serpens decepit me, & comedi. Ad hoc quippe requisiti fuerant, vt peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent. Vnde & serpens ille persuasor, qui non erat reuocandus ad veniam, non est de culpa requisitus. Interrogatus itaque est homo, vbi esset, vt perpetratam culpam respiceret, & confitendo cognosceret, quàm longe à conditoris sui facie abesset. Sed adhibere sibiipsis vtrique defensionis solatia quàm cōfessionem elegerūt. Dūq; excusare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per serpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati sunt, &c. Ex quibus apparet, quòd peccati excusatio, vel palliatio culpam non mitigat, sed auget, & multiplicat, & amplius prouocat odium Dei. Et hoc est quod hic de quolibet tali dicit Psal. *Quoniam dolosè egit.* scilicet, excusando culpam suā, & defendendo, & hoc in conspectu Dei, à quo nullus potest abscōdi. Et causam, quare talis abscondit dolosè peccatum suum, subdit, dicēs. *Vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* Vbi notandum, quòd hæc dictio, vt, quandoque tenet consecutiuè. Erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur, quod dictum est à domino per prophetā dicētē. Ex Aegypto vocaui filium meum. Et sic est hic sensus, *vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* idest, ex hoc quòd peccatum suum defendit, consequenter iniquitas eius inuenitur magis ad odium Dei. Quandoq; vero ly vt, tenet negatiuè, & hoc ratione alicuius negationis præcedentis vel subsequentis, vt si dicam nolo vt facias hoc, & sic ratione negationis subsequentis, in sequenti versiculo cum dicitur, noluit intelligere, &c. Ly vt, tenet hic negatiuè, vt sit sensus, dolosè egit excusando peccatum suum, vt, idest, ne inueniatur iniquitas eius ad odium, scilicet suum, idest, ne odiret iniquitatem suam per contritionem. ideò ipsam defendendo excusauit. Et iste sensus adiuuatur verbis consequentibus, cum de isto dicitur, iniquitatem meditatus est in cubili suo, scilicet excusare, malitiam autem non odiuit.

Gen. 3.

Matth. 2.

Verba oris eius iniquitas, & dolus, noluit intelligere, vt bene ageret. 554

11. q. 4. nemo.

CONsequenter hic ponitur peccati excusati aggrauatio. Vbi sciēdum est, quòd nolle intelligere, vel scire, quæ sunt agenda, vel fugienda, & sic peccare per ignorantiam, quòd talis ignorantia peccatum non excusat, cum ipsa de se sit peccatum, sed aggrauat amplius, quia peccatum peccato additum, facit magis peccatum. Ad quod plenius intelligendum est sciendum, quòd vt dicit Magister, triplex est ignorantia. Prima est illorum, qui scire nolunt, cum possunt. Et hæc dicitur ignorantia voluntaria, quæ non excusat à peccato, cum ipsa sit peccatum, sed magis aggrauat. Alia est illorum qui volunt scire, sed nō possunt, vt multi simplices, vellent intelligere mysterium trinitatis, & vnitatis diuinæ, sed non possunt, & hæc excusat à peccato, & non est peccatum, sed pœna peccati. Alia est illorū, qui quasi simpliciter nesciunt non renuentes, vel proponentes scire, & hæc dicitur crassa, quę neminem plenè excusat à peccato, sed fortasse vt minus puniatur, vnde Augusti. Eis aufertur excusatio, quia mandata Dei scire noluerunt, quam solēt habere homines de ignorantia. Et licet grauius sit peccare scienter, quam nescienter, non ideò tamen confugiendum est ad ignorantiæ tenebras, vt in eis quisquam excusationem requirat. Aliud est enim nescisse: aliud scire noluisse. Quia in eis qui intelligere nolunt, ipsa ignorantia peccatum est. In eis verò, qui nō poterunt, pœna peccati est. Ignorantia verò, quæ non est eorum, qui scire nolunt, sed eorum tanquam, qui simpliciter nesciunt, nullum sic excusat, vt æterno igne nō ardeat, sed fortasse vt minus ardeat. Non enim prima mulier excusationem habuit de ignorantia, cum & mādatum noubrit & peccatū esse focius agere, non ignorauit. Ad propositum igitur illi, qui volunt excusare peccata sua per

Ignorantia multiplex. Magist. lib. 2. dist. 22.

August. ad Valentiū.

ignorantiam, quia scire nolunt, illi dupliciter aggrauāt peccatum, primo quia falsè, & dolosè excusant. Et de quolibet tali dicit; *Verba oris eius iniquitas & dolus*, quia scilicet dolosè iniquitatem excusat. Secundo quia ignorare voluerūt, quæ ignorantia semper peccatum est. Et de quolibet tali dicit, nōluit intelligere, vt bene ageret.

Iniquitatē meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ nō bonæ: malitiam autem non odiuit.

5.q.4.in loco.

HIc consequenter ponitur peccati deliberati prosequutio, Quid enī in hac parte per cubile nisi cor peccatoris intelligitur, in quo peccata deliberātur primo, quæ postea deducuntur ad opus. Vnde quantum ad deliberationē factam in corde dicit. *Iniquitatem meditatus est in cubili suo*, idest, in corde suo. Quantum verò ad executionem peccati subdit. *Astitit omni via non bona*. Stare enim dicitur manere & non moueri, & componitur cum a. & dicitur asto. tas. iti. quod idem est q̄ firmiter stare & durare. dicit ergo. *Astitit omni via nō bona*. idest, cū studio, & mora pronus fuit iniqua operari. Et hoc ideò, quia malitiam nō odiuit, sed supple, dilexit. Ecce summa malitia. Qui enim non potest penitus carere malitia, debet saltem odisse, vt, si corpore seruit peccato, saltē mente seruiat Deo, de quolibet enim tali dicitur. Dilexisti malitiam super benignitatem, &c. Dicit ergo *iniquitatem meditatus est in cubili suo*. Vbi moraliter notandum, q̄ in scriptura multiplex cubile mysticum reperitur. s. Cubile prauitatis criminalis, in quo nefanda perperrātur, vt hic scilicet cor peccatoris iniquitatē meditatus est in cubili suo, i. in corde suo, &c. Cubile veritatis magistralis, in quo prædicanda meditantur. s. cor docto ris in quo docenda meditatur, sicut artifex de nocte in cubili cogitat quæ facere debet in die, & de istis dicitur. In cubilibus orietur viror calami, per calamum, ex quo fistula ad sonandum efficitur, intellige sonum prædicationis, sed per virorem eius aptū modum loquēdi discerne: Cubile asperitatis salutaris, in quo punienda deploratur. s. cor pœnitētis. Irascimini, s. peccatis vestris, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Cubile orationis virtualis, in quo impetranda postulantur. s. cor orantis, in quo orās sicut in secreto cubili se claudere debet, vt ab omni tumultu exteriorum cogitationū sit liber. Tu autem, cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrē, &c. Cubile habitationis infernalis, in quo horrenda congregantur; ante saluatoris aduentum dæmones regnabant in mundo, sed per eius passionem in cubiculo infernali sunt reclusi. Ortus est sol, & congregati sunt, s. dæmones, & in cubilibus suis congregabuntur. Cubile præmiationis æternalis, in quo optata possidentur, s. æterna gloria. Exultabūt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Sed quia de primo cubili prauitatis criminalis est præsens textus, ideo de illo solo procedam. Vbi notandum, q̄ cubile criminalis prauitatis, secundum varietatem peccatorum etiam variatur, vt dicamus quòd est cubile voluptatis, & luxuriæ. Cubile cupiditatis & auaritiæ. Cubile ambitionis, & superbiæ. Cubile gulositatis, & ingluuiæ. Cubile torpositatis, & acediæ. Cubile crudelitatis, & sæuitiæ. Primo est cubile voluptatis, & luxuriæ, in quo volupi uosi cōuersantur, sicut Amon, qui sorori suæ Thamar dixit, Veni, cuba mecum, soror mea, quę respondit: noli, frater mi, facere hanc stultitiam, qui noluit acquiescere precibus eius, sed præualens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea. Propter istud cubile ipse Amon fuit occisus, vt habetur 2. Regum 13. Rubem fuit maledictus Genes. 49. Rubem primogenitus meus principium doloris mei, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Istud cubile est detestandum, vt vir alienam non cognoscat: neque mulier alienum. Exemplo Hester, quæ Deo dicebat. Tu, domine, qui habes omnium sciētiam, nosti quòd detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenæ. Hic per alienigenas, & incircuncisos omnes intellige qui legitimè in matrimonio non sunt copulati: Secundò est cubile cupiditatis, & auaritiæ, in quo scilicet auari congregant cogitationes temporalium, de quibus dicitur.

Margin notes: *Astare.* — *Psal. 51.* — *Cubile multiplex.* — *Esa. 35. Calamus i. sonus prædicationis.* — *Psal. 4.* — *Matth. 5.* — *Psal. 103.* — *Psal. 149.* — *Peccatū cubile dicitur luxuria.* — *Hest. 14.* — *Auaritia.* — *Naum 2.* — *Hiere. 4.*

tur. Impleuit prædæ speluncas suas, & cubile suum rapina, & Hiere. 4. Ascendit leo de cubili suo, prædo gentium se leuauit, vt ponat terram in solitudinem. Quod ideò dicit, quia auari primò in cubilibus suis cogitāt qualiter rapinas, & prædas facere possint, & alios supplantare, & posteà de cubili sui cordis exeuntes, quæ cogitauerunt interius, exterius operantur. Tertiò est cubile ambitionis & superbiæ. Superbi enim inter superbos leones, scilicet dæmones cubilia sua construunt, vt sicut leo rex est animalium: ita ipsi per superbiā alijs possint dominari. Mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum nutriuit catulos suos. Quæ est enim mater peccatorum, nisi superbia, à qua omne peccatum velut à matrice procedit? Quia initium omnis peccati superbia. Quid autem per leones nisi superbos dæmones? Aduersarius vester diabolus tanquàm leo rugiens, &c. Superbia ergo inter leones cubat, cum vagatur cum dæmonibus, sed in medio leunculorum nutrit catulos suos, quando alios exemplo dæmoniorum efficit superbos. Quartò est cubile gulositatis, &c. Eccles. 4. In tempore refectionis in cubili somnus mortis immutauit scientiam eius. Quod ideò dicit, quia gulosi tempore refectionis non quidem ad motem naturæ, sed magis ad voluntatem gulæ se verrunt, vt in ipsa tanquā in cubili longa mora perseuerent. Ex quo cubili gulositatis tanquam ex somno mortifero scientiam perdunt, quia crassitudo ventris intellectum obtundit, vnde de quolibet guloso dicitur. Erit cubile draconum, & pascua struthionum: magnam enim curam circa gulam struthio ponit, vt ad ipsam replendam etiam ferrum degluriat, quasi nulli rei propter gulam parcens. Quintò est cubile torpositatis. Et hoc cubile, quia exercitium non haber boni operis obliuionem inducit, vnde Hier. 50. de occisis dicitur. Transierunt de monte in collem, scilicet vagando obliti sunt cubilis sui. Istud cubile relinquere nos docebat Apostolus dicens. Honestè ambulemus non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs vbi glo. per cubilia pigritiam dormitionis intelligit. Sextò est cubile crudelitatis, &c. Crudeles enim velut dracones alios persequuntur & infestant. Ideò de Iudæis qui aliquando clementes erant, cum Propheta præuidit eos in crudelitatem contra Christum vertendos, de ipsis prædixit Hierem. 9. Dabo Hierusalem in aceruos arenæ, & in cubilia draconum. Arena enim facit aceruum sed non facit continuum: draco autē sæuum animal est & crudele. Sic & Iudæi licet per crudelitatem simul congregati essent ad malum contra Christum, aceruum quidem faciebant, vt arena, sed nō faciebant vnum continuum, quia glutine charitatis carebant, vnde & draconū cubilia per crudelitatem erant effecti. Et quia iste Iudæorum populus sic cubile crudelitatis erexit, ideò hodie cubile crudelitatis eius per orbem manet dispersum, ei dicente domino. Draco magne, qui cubas in medio fluminum, ponam frænum in maxillis tuis, & proijciam te in desertum. Et tamen istud cubile crudelitatis illum populum docuerat Salomon non habere, sibi dicens. In cogitatione tua regi ne detrahas, scilicet, Christo, & in secreto cubili tuo ne maledixeris. Ecce ergo quot mala in cubili criminali cōmittunt, de quo nunc dicit Ps. ista: quòd peccator *iniquitatem meditatus est in cubili suo*.

Superbia. — Ezech. 19. — Eccles. 10. — 1. Petr. 5. — Gula. — Esa. 34. — Acedia. — Hier. 50. — Rom. 13. — Crudelitas. — Ezech. 29. — Eccles. 10.

Domine, in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. 556

HAec est secunda pars principalis, in qua postquam Psalmista ostendit omnia mala esse ex nobis, ostendit nunc omnia bona esse ex Deo, ostendēs diuinam bonitatem. Vbi notandum quod secundum Philosophum. Nostra cognitio incipit ab vniuersalioribus tendens ad particularia, sicut videns aliquē à remotis, primo cognoscit illum esse quandam substantiam, sed non discernit quam: deinde cum magis appropinquat discernit esse corpus animatum, & animal, deinde hominem, & deinde Petrum. Sic conformiter est in cognitione nostra intellectuali. Et istum modum tenet hic Psalmista nobis manifestans bonitatem diuinā, quia primò illā ostēdit in generali, secūdò magis in speciali. ibi.

Cognitio. — Philoso. 1. Physic.

Filij

Filij autem hominum. tertiò magis in par E ticulari,ibi.*Non mihi veniat pes superbia.* Prima autem pars diuiditur in partes tres,quia ostendit ꝙ bonitas diuina primò est alta in communicatione, secundò est occulta in electione, ibi: *Iustitia tua.* tertiò est grata in subuentione,ibi: *Homines & iumenta.* Primò ergo ostendit,quòd diuina bonitas est alta in communicatione,d. *Domine,in cœlo misericordia tua,*&c.In duobus enim maximè apparet nobis diuina bonitas, scilicet per misericordiam,& per iustitiam,quia per misericordiam omnia produxit ex nihilo,sed per iustitiam mala puniendo, or- F dinem vniuersi disponit.Quamuis autē in cœlo nulla sit miseria, ibi tamen summè relucet diuina misericordia,non quidem reuelationis, sed præseruationis, quia cœlestes spiritus ab omni miseria præseruantur. Infra cœlum autem magis relucet iustitia,vbi multa inordinatè fiunt, quæ per iustitiam punientem reformantur, quoniam tantum honoris reipublicæ confert punitio mali, quantum confusionis intulit malum. Et hoc est, quod dicit. *Et veritas tua vsque ad nubes,*quæ sunt infra cœlum,quia & iustitia tua maximè in creaturis infra cœ- G lum existentibus relucet.Nunquam tamen credas iustitiam Dei esse sine misericordia,nec è cōuerso, quamuis in vno opere magis reluceat misericordia quā iustitia,& in alio è conuerso. Vel aliter per cœlum, & nubes intellige prædicatores , & doctores fidei , qui cœlum dicuntur non solum , quia cœlestes conuersatione,iuxta illud Col 3.Nostra cōuersatio in cœlis est , sed etiam quia in ipsis occulta & cœlata manent fidei sacramenta.Vnde de illis Deus dicit.Ego feci vt in cœlis oriretur lumen indeficiens. Isti etiam & nubes dicuntur,quia H aquam sapientiæ fidei,quam in se continent , etiam opportunè alijs prædicando spargunt & communicant,de quibus dicitur. Nubes pluant iustum , scilicet Christum prædicando , eius fidem doceant mundum. In istis ergo, qui sunt cœlum , & nubes est misericordia Dei, & veritas . Misericordia,quia gratis electi, veritas , quia de mysterijs fidei edocti & illuminati.De quibus dicitur psal. Vniuersæ viæ domini misericordia , & veritas,sed quibus? scilicet doctoribus, vnde subdit. Requirentibus testamentum eius,&c.

Misericordia. — *Nubes.* — *Eccle.24.* — *Esa.45.* — *Psal.24.*

Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa. 557

Hic ostendit,quòd Dei bonitas est occulta in electione. Vbi primò per iustitiā intellige iustos à Deo æternaliter prædestinatos, quia in illis specialibus iustitia Dei habitat, quia illi omnem iustitiam obseruāt erga Deum, erga seipsos,& erga proximos suos. De istis ergo iustis prædestinatis dicit, ꝙ sunt sicut montes Dei, quod ideo dicit, quia montis habent proprietates. Nā, vt experientia tradit,mons habet puritatem aeris circundantem. Vbertatem fructus satiantem. Sublimitatem situs exaltantem, Claritatem lucis radiantē. Amœnitatem loci delectantem.Firmitatem status permanentem. Ex primis tribus cōditionibus mons significat statum iustorum in uia, ex alijs tribus significat statum iustorum in patria. Nā quilibet iustus ad modū montis in præsenti vita debet habere puritatem cunctorum vitiorum exclusiuam. Vbertatē multorum meritorum productiuā. Sublimitatem donorum supernorum possessiuam. Primò ergo mons habet puritatem,&c. Quantò enim aer à terra magis eleuatur, & à vallibus, tanto purior redditur & subtilior,quia recedit ab elementis grossioribus terræ, & aquæ tendens versus elementum purius & subtilius ignis, Et ideo aer cacumina montium circundans multæ puritatis redditur. Sic conformiter, & iustus homo ad modum montis eleuatus versus elementum ignis,charitatis puritatem continet vt sit mons sanctus per gratiam, de quo psal.77.Induxit illos in montem sanctificationis suæ. Aliter enim non esset dignus montem sanctum domini ascendere. Psalmista dicit. Domine,quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Respondet. Qui ingreditur sine macula,&c. Secundò mons habet vbertatem,&c. Nam secundum Magistrum de proprietatibus rerum. Montes fructibus,herbis, & pascuis sunt fœcundi, & fructus montium sunt meliores. Et rationē assignat,quia humor

9.q.4. aliorum. — *Mons Iustus.* — *Psal.14.* — *Lib. 14.*

humor nutrimentalis, quo nutribetur fructus montium, subtilior est, & purior quàm campestris. Et ideo calor cęlestis facilius illum humoré digerit, & in substantiam fructuum inmutat perfectius, & conuertit, tum propter ipsius humoris subtilitatem, tum propter assistentis aeris puritatem. Sic & cóformiter & iustus homo hic in via preciosis fructibus abundare debet, scilicet habere copiam meritorum, vt talis sit ille mós pinguis, de quo dicitur psal. 76. Mons Dei mons pinguis, mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, &c. Vt meritis, & fructibus talium iustorum cæteri pasci valeant & ædificari, de quibus dicitur Ezec. 34. Pascam eos in mótibus Israel in pascuis vberrimis. Tertiò mons habet firmitatem, &c. Vnde secundum Magistrum de proprietatibus, vbi supra, mons in altum se erigens, solo pede terram tangit. Vnde dicuntur montes, eo quod sint super aliam terram eminentes. Sic & conformiter vir iustus hic in via ad modum montis in altum mente se erigens, solo pede tangit terram, idest sola necessitate qua in præsenti uita sustentari possit, terram tangit. Vnde merito vir iustus dicit cum Apostolo. Quæ retro sunt, obliuiscens, ad ea vero, quæ priora sunt, extendens, meipsum ad destinatū prosequor brauiū. Et nostra cóuersatio in cœlis est. Vt talis iustus solis de cęlestibus meditando, sit ille mons excelsus, de quo Micheæ 4. Mons domini præparatus in vertice mótium, & super omnes colles, &c. Tres autem aliæ conditiones montis significãt iustorum statum in patria, quoniam quilibet iustus in patria ad modum montis habet lucis claritatem, quoad claram diuinitatis visionem: Loci amęnitatem, quoad plenam diuinitatis fruitionem, Status firmitatem, quo ad certam diuinitatis tentionem. Quartò ergo mons habet locis claritatem, nam vt dicit Magister vbi supra. Montes, quia sunt situ altissimi, & ideo citius quam valles radios solares suscipiunt & lumen receptum diutius retinent, vnde & speculationi multū sunt apti, sic conformiter sunt viri iusti in patria, vbi à statu præsentis obscuritatis eleuati, lumine diuinitatis perlustrantur, & sic sunt apti, & dispositi ad contemplationé diuinitatis, vt merito quilibet iustus in patria sit ille mons, in quo ascendit Moses ad speculandū terram promissionis, de quo dicitur Deuter. 34. Ascendit Moses in vertice montis, ostenditque ei Deus omnem terram, scilicet promissionis. Moses namq; qui interpretatur assumptus ex aquis ascendit supra montem, quando homo ex aquis huius mortalitatis assumptus ascendit ad statum fœlicitatis æternæ, & ibi dominus omnem terram scilicet hæreditatis æternæ sibi ostendit, vt de isto monte dicatur. Congrega ad me vniuersum Israel in montem Carmeli. Israel namque videns Deum interpretatur, quia omnes iusti in illo monte fœlicitatis congregati Deum vident facialiter. Quintò mons habet loci amœnitatem: nam, vt ait vbi supra, Montes sunt fructuum, & animalium productiui, & ibi altiores arbores abundant quàm in vallibus, & fertiliores, & ideò sunt magnæ amœnitatis, & delectationis. Sic & viri iusti in patria amœnitatis maximè obtinent statum, & delectationis, & hoc in fruitione diuinitatis. Quoniam, vt dictum est, ibi facialiter Deum vident, diuinitas autem sine gaudio videri non potest; secundum Magistrum lib. 4. distin. 48. vt meritò iusti sint illi montes, qui in uisione diuinitatis exultatione replentur, de quibus dicitur. Montes exultabunt à conspectu domini, & psal. 113. Montes exultauerunt vt arietes. Sextò, mons habet status firmitatem, nam vt dicit Magister, vbi supra. Montes quantum ad materiam & coniunctionem partium solidi sunt, & fortes, vnde mansiones in montibus solent esse tutiores. Sic & iusti in patria solidi sunt & fortes, & ipsorum habitatio est tutissima, quia de ipsius æternitate sunt securi. vnde August. 10. de Ciuitate Dei cap. 7. dicit. Quod meritò illi in cœlestibus sedibus constituti immortales, & beati, qui creatoris sui participatione gaudent, cuius æternitate firmi, cuius veritate certi, cuius munere sancti sunt, &c. Et eodem cap. 30. dicit, quòd vita beatissima esse non poterit, nisi fuerit de sui æternitate certissima. Vnde tales ratione suæ securitatis, & firmitatis figurantur per illos montes fortissimos,

Philip. 3.
Beatus.
3. Reg. 18.
Magister 4. dist. 48.
Psal. 97.
Psal. 113.

mos, de quibus dicitur Zacha. 6. Quod montes illi montes æneì, quod satis de iustis ostendit psalm. dicens, quòd qui confidunt in domino, sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Ex quibus omnibus benè patet, quòd iusti montibus figurantur ratione iustitiæ, vnde nunc dicit psal. *Iustitia tua sicut montes Dei.* Si autem quæras, vnde hoc aduenit, quòd vnus à Deo est electus, & prædestinatus alius præscitus, & reprobatus, & sic vnus assumitur ad montem diuinæ iustitiæ, alius autem relinquitur in valle iniquitatis, & malitiæ? Ad hoc respondet Psalm. quòd ista proueniunt ex diuinis iudicijs, quæ nobis sunt occulta, & à nobis inuestigari non possunt. Et hoc est quod dicit. *Iudicia tua abyssus multa.* Abyssus componitur ex ab, quod est sine, & visu. Et inde per syncopam dicitur abyssus, quia sine visu, scilicet maris profunditas imperscrutabilis, & à nostro visu remota. Quod ostendens Gregorius dicit. Dum enim Deus alios reprobat, alios vocat, mira iudicia exhibuit, quæ à nobis excogitari possent, sed comprehendi non possent. Ait namque Christus. In iudicio veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vidét, cæci fiant. In quibus nimirum iudicijs Iudæa repellitur, & Gentilitas aggregatur, quod videlicet factum mirari possemus, sed perscrutari nullatenus valemus. Vnde & Psalmista ait. *Iudicia tua abyssus multa.* Et hoc est, quod clamat Apostolus Romanorum 11. dicens. O altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? nullus. Vnde Greg. lib. 27. moral. cap. 2. dicit. Vt enim vnum ex multis occultis diuinis iudicijs loquar, duo ad hanc lucem paruuli veniunt, sed vni datur vt ad redemptionem per baptismum veniat, alteri autem subtrahitur antequam hunc regenerationis vnda perfundat. Et sæpe fidelium filius sine fide rapitur, sæpe infidelium, côcesso fidei sacramento, renouatur. Sed fortasse quis dicat, quòd hunc etiam Deus amittere post baptisma nouerat, idcirco eum ad baptismi gratiam non perducit, quod si ita est, peccata quorundam procul dubio priusquam sint perpetrata, puniuntur. Et quis ista rectè sentiens dixerit, quia omnipotens Deus, qui alios à perpetratis iniquitatibus liberat, & hæc in alijs, & iam non perpetrata condemnat? Occulta itaque sunt diuina iudicia, & *abyssus multa.* Et ideò quanto obscuritate nequeunt côspici, tanto debent humilitate venerari. Quæ omnia considerans Psalmista ait. *Iudicia tua abyssus multa.*

Quæstio. *Abyssus.* *Iudicium.* *Gregor. 27. mor. c. 1.* *Ioan. 9.*

Homines, & iumenta saluabis, domine, quẽadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.

558 *22. q. 1. quis ignorat.*

HIc côsequenter ostendit, quòd bonitas Dei est grata in subuentione, quia scilicet bonos, & malos, electos & reprobos saluat. Hæc autem litera dupliciter intelligitur, scilicet de saluatione corporali, & spirituali. Vbi notandum, quod per homines intelliguntur illi, qui secundum dictamen rationis viuunt, habentes carnem subditam spiritui, & spiritũ Deo, talis enim homo per vsum rationis differt à brutis, de quo dicitur Eccles. 13. Quæ cômunicatio sancto homini ad canem? quasi dicat, nulla, quia ille secundum rationem viuit, sed non canis. Per iumenta autem intellige peccatores, qui amisso vsu rationis bestialiter viuunt. De quibus dicitur, psalm. 48. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et tamen Deus sua bonitate vtrosque saluat temporaliter vtrisque ministrando necessaria vitæ. Sic enim de omnibus generaliter dicitur Psal. 144. Oculi hominum in te sperant, domine, & tu das illis escam in tempore opportuno. Si autem intelligatur iste versus de saluatione spirituali, & æterna, tunc notandum, quod per iumenta intelligũtur homines actiui, & misericordes, qui suis operibus cæteros iuuant. Nam secundũ grammaticos iumenta dicũtur à iuuo iuuas, vel iumentum dicitur quasi iuuamẽtum per syncopam. Sic enim Dauid qui ratione regiminis actiuam vitam ducebat, se iumentum esse affirmabat dicẽs, Psalm. 72. Vt iumentum factus sum apud

Homo. *Iumẽtum.*

apud te,& ego semper tecum. Per homines verò intellige speculatiuos magis dãtes se sapientiæ,vt sunt doctores, & prædicatores,qui à iumentis debent sustentari, & talibus hominibus dicitur Eccle siast.27.Homo sanctus in sapientia manet sicut sol.Homines ergo,& iumenta saluat Deus etiam æternaliter, quia nō solum contemplatiuos sapientiæ insudantes, sed actiuos operibus misericordiæ insistentes.Sic enim dicitur Daniel. 12. Saluabitur populus tuus omnis,populus enim cõtinet nobiles,& ignobiles: contemplatiuos,& actiuos.Vel si per iumenta intelligantur peccatores , ideo Deus iumenta saluat , quia peccatores ad pœnitentiam vocat,& ipsis pœnitentibus peccata dimittit , quod totum est ex misericordia Dei, propter quod subdit, *quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus*. Nonne videtur tibi magna multiplicatio misericordiæ diuinæ, quòd homines gratis creat, conseruat , & ad pœnitentiam vocat?Sed primus sensus,scilicet de saluatione corporali , vel temporali , magis propriè conuenit isti versiculo, quoniam in sequentibus agitur de saluatione spirituali.

559 *Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.*

HIc consequenter ostendit bonitatem Dei magis in speciali, scilicet qualiter sua bonitate electos beatificat, Et duo facit. Quia primo ostẽdit electorum meritum , secundò ostendit ipsorũ præmium,ibi. *Inebriabuntur*. Quantum ad primum sciendum, ꝙ virtutes non solum morales , sed etiam theologicæ sic sunt connexæ, quòd vna sine altera haberi non potest , vt ostendit Gregorius lib.1.Moral.cap.1.& libro 22.c.1.d. Vna itaque virtus sine alijs, aut omninò nulla est,aut imperfecta. Et per consequẽs, qui vnam virtutem perfectè habet, possidet & cæteras , quod maximè verum est de virtutibus theologicis , quō enim fides viua sine spe, vel spes sine fide,& charitate poterit esse? Et sic qui habet vnã, cæteras habet. Ponens ergo meritum iustorum, ponit virtutes, quibus merẽtur & illas ponens ponit vnam pro omnibus alijs,scilicet spem,in spe enim maxime fides , & charitas intelligitur, quia spes est media inter fidem,& charitatẽ , medium autem sapit naturam extremorum . Hanc ergo virtutem ponens dicit . *Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt*.q.d. Et per talem spem merebuntur . Sed quid sunt alæ Dei ? Respondet glo. quod duæ alæ Dei sunt duo testamẽta, scilicet vetus,& nouum , scilicet sperabunt in protectione veteris,& noui testamenti, idest, sperabunt futura bona,quæ in antiquo,& nouo testamento promittuntur. Nam antiquum testamentum promisit claram visionem diuinitatis . Domine in lumine vultus tui ambulabũt, & in nomine tuo exultabunt,& in iustitia tua exultabuntur . Et etiam hoc idem promisit nouũ testam. Beati mũdo corde, qm̃ ipsi Deũ videbunt. Istæ ergo sunt alæ,quæ iustos protegunt,& in quibus sperãt, Istæ sunt, alæ duorum testamentorum, sub quibus populum Iudaicũ multoties Dominus congregare voluit,vnde et Christus ait . Quoties volui congregare filios tuos , quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis,& noluisti ? Quoties , idest, multoties per legem naturæ , per legem scripturæ,per legem gratiæ .

Virtus. Greg. lib.1. mor. c.1.& lib. 22. c.1.

Ala. *Psal.88.* *Matth.5.* *Matth. 23.*

560 *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

HIc consequenter ponit electorum præmium, quod quidem in tribus cõsistit.s. in fruitione amorosa,qua mẽs inebriatur gaudio in principio.In visione luminosa,quæ claret absque nubilo, ibi. *Quoniam apud te*. In duratione vigorosa,quæ manet sine termino,ibi. *Prætẽde*. Primo ergo ponit fruitionem beatorũ amorosam d. *Inebriabũtur ab vbertate domus tua*. Gaudia enim cœlestia verbis humanis exprimi non possunt. Vnde & Paulus vsque ad tertium cœlũ raptus , qualia gaudia viderat exprimere nõ valens d. quòd audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui , idest , quæ homo mortalis lingua exprimere non valet. Et ideo oportet,quòd talia per similitudines dicantur . Sic ergo Psalm. non valens exprimere quantum erit gaudiũ beatorum in se,hoc per quandam similitudinem exprimit. d. ꝙ *inebriabuntur ab vbertate*

15.q.1.per firmissimi. *Ebrietas.* *2. Cor. 12.*

vbertate domus tuæ, idest, replebuntur ab vbertate tantarum diuitiarum, quæ ibi abundant. Quæ enim maiores deliciæ excogitari possunt, quam sint illa superna gaudia? Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditori assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircunscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Hæc enim gaudia taliter mentem beatam replendo inebriant, vt amplius nihil desiderare possit. Vnde cuilibet beato dicitur. Super his omnibus benedicite Dominum, qui fecit te, & inebriauit te ab omnibus bonis suis. Sic & per oppositũ damnati inebriantur omnibus malis. Vnde quilibet damnatus. d. Inebriauit me absynthio. Vnde q̃ ista ebrietas beatorum non fit mœroris, sed gaudij, subdit. *Et torrente voluptatis tuæ potabis*. Voluptas enim dicitur à volo vis, & est voluptas delectatio voluntati conformis. Et nota, q̃ dicitur *torrente voluptatis* ad similitudinem, quia sicut torrens aquarum subito omnia obstacula tollit, sic & superna voluptas & delectatio ad modum torrentis subito omnia obstacula, voluntati, & delectationi contraria in æternum sedabit.

Eccle.32. Thre.3.

561 *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.*

De consecr. dist.5. ieiunium.

HIc ponitur visio luminosa, tantũ enim claritas diuinæ essentiæ excedit intellectus humani vigorem, quod per seipsum illam nõ valet aspicere, sed oportet quod per lumen gloriæ creatũ quasi per quoddam medium eleuetur, & confortetur, quo lumine mediante illam aperte conspicere potest. Et istud lumẽ gloriæ deriuatur ab ipso Christo, qui est fons, & origo omnis luminis, qui est lux vera. Volens ergo ostendere qualiter sit possibile, intellectum creatum diuinam essentiã clare videre, quæ plus ipsum excedit quam corpus solis oculũ corporis, in quod tamen oculus clare non potest aspicere, dicit quòd hoc erit virtute luminis gloriæ, q̃ ab ipso Christo procedit. Vnde. d. *Quoniam apud te*, ò Christe, *est fons vitæ*, scilicet initiũ omnis boni, & luminis, & ideo *in lumine tuo*

Lumen. Christus. Ioan.1. Ioan.1. Psal.88.

quod est lumen gloriæ, *videbimus lumẽ*, scilicet essentiam diuinam, quæ est essentialiter lumen. Deus lux est. s. per essentiã. Et hoc est, q̃ alibi de beatis Psal' dicebat. Dñe in lumine vultus tui ambulabũt, & in nomine tuo exultabũt, &c.

562 *Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam ijs, qui recto sunt corde.*

De pæ. di.1. taciturnitas. Pratẽdere.

COnsequenter hic ponitur duratio vigorosa. Quia beati taliter cum ipso Deo sunt colligati, q̃ ab eo cadere non possunt. Vbi nota, q̃ tendo, dis, idẽ est q̃ arcum, vel brachia tendere. Et sic pretendo, is, idem quod arcum, vel brachia ante tendere. Sicut cũ mater vult amplexari puerum, ante ipsum brachia tendit, & aperit, & ipsum subuenit, ne cadere possit. Sic & conformiter Deus volens beatos fœliciter secum semper manere, ante ipsos prætendit brachia suæ misericordiæ, vt ipsos amplexando stabiliter, conseruet æternaliter, atq; brachia iustitiæ, vt ipsis iuxta qualitatẽ meritorum præmia distribuat. Sed quibus ista brachia prætendit, audi quod dicit. *Scientibus te & ijs qui recto sunt corde*. Sciuntur à nobis Deus per rectam fidem, & sic illi, qui verè credunt omnia bona esse à Deo, & omnia mala à nobis, illi sciunt Deum. Illi verè recti sunt corde, qui cor suum ad Deum sursum erigunt, non ad terrena curuant. Et sic recta fides dirigit intellectum in credendis. Rectum vero cor dirigit voluntatem in agendis. Et quia istis duobus regnum cęleste meretur, ideo ait. *Prætende*, idest prętendes misericordiam tuam, & iustitiam tuam *sciẽtibus te*, scilicet ijs, qui de te veram fidem habent, *& ijs, qui recto sunt corde*, scilicet qui te toto corde quærunt, & diligunt. Et dicit misericordiam, & iustitiam, quia iustitia beatis confert præmia, sed misericordia illa in æternum conseruat. Et ista sunt illa duo, quibus beatificantur, scilicet misericordia, & iustitia. De quibus dicitur Psalm. 102. Misericordia Domini ab æterno vsque in æternum super timentes eum. Et iustitia eius in filios filiorum, &c.

Non

563 *Non mihi ueniat pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.*

De consecr. dist. 2. iteratur.

CONsequenter hic postquam ostendit, quot, & quāta bona nobis præparantur à Deo, Psal. in persona ecclesiæ orans, ne illis bonis priuetur, postulat vt ipsum Deus à peccato præseruet: quia per peccatū illa bona perdūtur. Et duo facit. Quia primo petit à peccato præseruari. Secundo ostendit per peccatum illa bona perdi, ibi. *Ibi ceciderunt.* Quantum ad primum sciendum ꝙ dupliciter peccatur. s. qñq; ex propria malitia sine aliqua exteriori tentatione, sic peccant illi, qui tentationes dæmonis præueniunt, non sequuntur, aliqui vero prius tentati tentationibus consentiendo illas præueniunt, primum peccatum cæteris paribus est maius. Et quò ad istud dicit. *Non mihi ueniat pes superbiæ.*

Pes superbia.

Per pedem enim accipe voluntaté, quia sicut pedibus corporis totū corpus portatur, & ducitur, sic uoluntate totus interior homo ducitur siue ad bonum, siue ad malum. Quid est ergo pes superbię nisi affectio, & voluntas superba, qua quis propria malitia non tentatus exterius se contra Deum peccando erigit? Multi enim tanta velocitate ad peccandum mouentur, ꝙ non patiuntur moras tentationis exterioris. De quibus dicitur. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Et ab ista tali volūtate superba præseruari postulat Psal. d. *Non mihi ueniat pes superbia.* i. affectiu superba. Alij autem sunt, qui à peccatis abstinere proponunt, sed adueniente dæmonis tentatione, statim à proposito cadentes tentatori consentiunt, & à bono proposito pręhabito mouētur Et ad hoc præseruari orat. d. *Et manus peccatoris nō moueat me.* Per peccatorem intellige diabolū ratione prioritatis, quia peccator primus fuit. De quo sub peccatoris noie dř. Cōstitue super eum peccatoré, diabolus stet à dextris eius. Huius peccatoris manus est tentatio, qua ad operandū sibi placita, excitat quiescentes. Istam manum non possumus euadere, nisi ab ipsa nos Dei virtus defendat, qua nobis assistēte ipsam timere nō debemus. Et hoc est, ꝙ dicebat Iob Deo. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cōtra me.

Psal. 13.

Psal. 108.

Iob 17.

A *Ibi ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.* 564

CONsequēter hic ostendit, qūo peccato prędictis duobus modis com missō, æterna bona nobis pręparata perduntur. Vbi sciendum ꝙ dæmones peccauerunt primo modo, s. sola volūtate, & affectione superba se erexerunt contra Deum, nulla tentatione seducti. Primi autem parentes peccauerunt secundo modo. s. tentatione dæmonis pulsati. Et hæc est causa, quare homo redimendus fuit, & nō diabolus, vt ostēdit Greg. d. Causa quare perditus homo reparari debuit, & superbiēs spiritus reparari nō possit est, quia nimirū Angelus sua malitia cecidit, hominem uero aliena prostrauit. Hinc est, ꝙ humanum genus ad lucem pœnitentiæ reducitur, apostata vero Angelus ad restaurationis lucem nulla spe veniæ reuocatur. Sic ergo ambo isti per superbiam à paradisi gaudijs sunt eiecti. s. Angelus propria malitia, homo vero inductus aliena. Sic ergo quantum ad casum fuerunt similes, quia ambo ceciderunt, sed dissimiles quantū ad reparationé. Ambo operati sunt iniquitatem, sed non eodem modo. Ista ergo notans Psal. d. *Ibi ceciderunt, ibi.* i. in pede superbiæ. *Omnes qui operantur iniquitatem, omnes,* idest, tam homo quàm Angelus. *Expulsi sunt.* s. à Deo, & à paradiso. De diabolo namque dicitur. Quo modo cecidisti Lucifer, &c. De homine verò dicitur. Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus fuerat. Et quia à Deo expulsi, ibi nec potuerunt stare, quia voluntati eius nullus resistere pōt.

Redimēdus fuit hō non diabolus.

Gregor. 4. mor. c. 9.

Esa. 14.

Gene. 3.

B C D

PSAL. XXXVI.

NOli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. 566

17. q. 1. hi ergo.

PSALMVS iste habet titulum. *Psal. Dauid.* patet expositio ex prędictis superius. De materia autē istius Psal. notandum, ꝙ psal. iste non est historialis, sed totus doctrinalis, & moralis. Videntes

dentes enim multi, quòd mali in præsenti prosperantur, & temporalibus bonis abundant, boni autem hic affliguntur, & egent, dicunt, Deum de inferioribus non curare, ideo dicunt quòd quilibet adlibitum hic potest agere & eum malignis sociari, vt abundet temporalibus bonis, & iucunditatibus. Ista opinio ponitur Iob 22. Quid enim nouit Deus? quasi per caliginem inducat, nubes latibulum eius nec nostra cõsiderat, &c. Et Psal. 93. Dixerunt nõ videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacob. Hoc autem maxime euenit tempore ipsius Dauid, quia multi uidentes Saulem regem, & Doech armigerum suum malignos prosperari, & abundare diuitijs: Dauid autem bonum cum suis fratribus multa aduersa pati, & egere, dicebãt q̀ melius est sequi malos & abundare, quã bonos & egere. Et ideo Dauid in hac hæresi multos cernens corruptos istum Psalm. fecit ostendens Deum curam habere de omnibus, & quòd maioribus aduersitatibus affliguntur mali, quam boni. Et bona iustorum sunt maiora quã bona malorum, quia bona iustorum sunt intrinseca, & stabilia, bona autem malorũ sunt extrinseca, & parum durabilia. Ostendit ergo Dauid in isto Psal. quòd prosperitas malorum sit contemnenda & aduersitas iustorum sit appetenda, quia iusti semper sunt melioris cõditionis etiam in præsenti quamuis hominibus grossis, & carnalibus solum sensibilia consideratibus oppositum videatur. Et ad istum intellectum iste Psalm. diuiditur in partes duas. Quia primo Dauid bonorum, & malorum ponit conditionem. Secundo ex hoc inducit intentam conclusionem ibi. *Expecta Dominum*. Prima pars diuiditur in duas. Quia Dauid conditionem bonorum, & malorum dupliciter ostendit, scilicet primo, ex eo quod habent in præsenti, secundo ex eo quod habebunt in futuro: ibi, *Nouit Dominus*. Prima in duas, quia primo ostendit conditionem bonorum, secundo malorum, ibi. Obseruabit peccator iustum. Circa primam partem Dauid facit talem rationem. Illa prosperitas est magis appetenda, in qua quis consequitur maius bonum. Sed prosperitas iustorum etiam in præsenti est huiusmodi, ergo est ma-

E gis appetẽda. Maior patet, quia nihil est appetibile, nisi inquantum bonũ, & ideo maius bonum magis est appetibile, sed minorem declarat in litera ostendens primo, q̀ prosperitas malorum in præsenti est modica, secundo q̀ prosperitas bonorum est magna, ibi. *Spera in Domino*. Prima in duas, quia prima ponit intentam conclusionem, secundo ad hoc adducit rationẽ, ibi. *Quoniam tanquam fœnum*. Principalis autem conclusio totius psal. est, q̀ non debemus malos imitari, & hanc ponit. d. *Noli æmulari in malignantibus*. Vbi notandum, q̀ æmulor, F atis, in scriptura multas habet significationes. Nam aliqñ idem est, quod diligere, vnde ait Apostolus. Aemulor enim vos Dei æmulatione gl. idest, diligo vos Dei dilectione, idest, nõ propter me, sed propter Deum. Item æmulari idem est quod inuidere, quia & æmulatio est idẽ qđ inuidia. Non in contentione, & æmulatione, q̀ ideo scribit Apostolus Romanis secundum gloss. vt non ambulent secundum quod facere solebant Romani, se inuicem præferendo, quia minor inuidebat maiori, & sic erat inter eos contẽtio & æmulatio, i. inuidia. Item æmulari G idem est quod imitari, & sequi. Et ista æmulatio quandoq; est bona, sicut quãdo illud quod imitatur est bonum. Et sic dicebat Apostolus. Aemulamini charismata meliora. Supra enim dixerat, Diuisiones gratiarũ sunt, quia alijs datur sermo scientiæ, alteri genus linguarum, &c. Et quia tales gratiæ sunt datæ gratis & cum peccato possunt exerceri, ideo Apostolus non vult tales æmulari & sequi, sed solum illas quæ cum peccato haberi non possunt, vt est charitas, ideo dicit. Aemulamini charismata meliora. s. gratiam gratum facientem, ideo H statim de charitate subdit. Si linguis Angelorum, &c. aliquando vero talis æmulatio est mala, quando, scilicet illud, q̀ æmulatur, vel imitatur, est malum. Et sic dr. Ne æmuleris hominem iniustũ, nec imiteris uias eius. Et de ista tali æmulatione pro sequela in malo, intelligit hic Psal. d. *Noli æmulari in malignantibus*, idest, noli imitari malignantes. Sed forte d. Quis propriè dicitur malignus? Rñdeo q̀ malignus, componitur ex malo, & igne, & sic malignus dicitur vel quasi

malè

Emulari.
2.Cor.11.
Leuit.13.
1.Cor.12.
Prouer.3.
Quæstio.

malè igneus, vel quasi malè ignitus. Primo modo malignus dicitur diabolus, quia male ignit, & inflammat. Sic per oppositum Christus dicitur benignus, quia bene ignit. Nam secundum Platonem duplex est natura ignis. Altera edax, & peremptoria, alia mulcens, suauis, & innoxia, scilicet primo quia comburit, secundo quia illuminat. Diabolus autem vtitur prima natura ignis, quę est mala, quia scilicet vtitur igne cupiditatis ad homines consumendos. Vnde ipse est ille faber, de quo Esa. 54. Ego creaui fabrum sufflantem in igne, ego creaui interfectorem ad dispergendum. Et ideo malitiam istorum malignorum formidans Psalm. dicit. Declinate à me, maligni, &cæt. Christus autem vtitur igne charitatis ad igniendum, qui est innoxij luminis. Vnde cantat ecclesia: Aduenit ignis diuinus non comburens, sed illuminans, non consumens sed lucens. Alio modo dicitur malignus quasi male ignitus. Et sic omnis mundanus dicitur malignus, quia igne concupiscentiæ hic inflammatus, & postmodum igne gehennæ inflammandus. Discedite à me ma. &cæt. Hic ergo malignantes intelliguntur mundi amatores, qui igne mundi, scilicet voluptatibus, & prosperitatibus sunt igniti, & inflammati. Et de istis d. *Noli æmulari in malignantibus*, Et ad huius maiorem declarationem subdit. *Neque zelaueris facientes iniquitatem.* Vbi nota, quòd hic zelus, li. idem est quod amor, vnde & zelo, las. idem quod amare, vnde. *Neque zelaueris facientes iniquitatem*, idest, non amaueris facientes iniquitatem. Et nota, quòd non dicit, qui fecerunt iniquitatem, quia Petrus, Paulus, cæterique sancti quandoque fecerunt iniquitatem, qui modo sunt diligendi, sed dicit de præsenti, *neque zelaueris facientes iniquitatem*. Et si dicas, quòd hoc videtur contrariari pręcepto Christi dicẽtis. Diligite inimicos vestros, &c. Ad hoc respondet August. contra Faustum dicẽs, quòd amare debemus inimicum, & odire, scilicet odire quod in eo malum est, scilicet iniquitatem, & amare quod in eo bonum est, scilicet naturam, cuius apertũ signum est, quando cupis eum esse bonum.

Plato. *Esa. 54.* *Psal. 118.* *Matth. 25.* *Matth. 5.* *August.*

A *Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum citò decident.* 567

Hic ostendit propositum suum, scilicet quòd malorum prosperitas in præsenti est modica, & non durabilis, quia sicut herba florens præcisa citò arescit, sic & omnis prosperitas mũdi ad modicum durans cito arescit. Pro cuius euidentia notandum quòd scriptura ostendere volens mundi prosperitatem modicam esse, & quasi nullam ipsam diuersis comparat, scilicet vmbræ euanescenti, nuncio præcurrenti, naui transfretanti, aui transuolanti, sagittæ festinãti, herbæ arescenti. Primo vmbræ euanescenti, quia sicut vmbra abscondit hominem à lumine solis materialis, propter aliquod corpus opacũ positum inter nos & solem, sic & prosperitas mundi Deum à nobis abscondit, ne ipsum consideremus, eius præcepta seruando, vnde Sapien. 2. Vmbræ transitus est tempus nostrum, ponit enim corpus opacum inter lumen Dei & nos, scilicet peccatum obscurum. Vbi notandum, quòd secũdum perspectiuos triplex est vmbra, scilicet quædam æqualis, quædam pyramidalis, & quædam conoidalis. Prima vmbra dicitur æqualis, quæ scilicet æquè lata est vmbra in principio sicut in fine, & ista causatur quãdo corpus opacum, & luminosum sunt æqualia. Et per istã vmbram intellige peccatum originale, quod in hac vita nobis occultat lumen gratiæ, & ista dicitur vmbra ęqualis, quia peccatũ originale in omnibus est æquale non suscipiens magis neque minus in omnibus æquale. Secunda est vmbra pyramidalis. Pyramis enim est figura à lato incipiẽs, & tendens in arctum. Et ista vmbra causatur quando corpus opacum est minus corpore luminoso, sicut patet de vmbra terræ respectu solis. Et isti correspondet peccatum veniale, quod est minus quam gratiæ lumen. Quoniam non potest gratiam annihilare, licet diminuat eius feruorem. Et ideo vmbra, quam causat, finitur in conum, & terminatur, quia per satisfactionem temporalem finitur. Tertia est vmbra conoidalis. Conoides. n. est figura pyramidali cõtraria, quæ incipit in arcto & ten-

Malorum prosperitas vita præsenti. *Sap. 2.* *Vmbra.* *Peccatum prosperitas.*

B C D

dit in latum. Et causatur, quando corpus opacum est maius corpore luminoso. Et huic vmbræ correspondet mortale peccatum, quod incipit à modica tentatione, & semper augetur per continuationem. Ad propositum fœlicitas temporalis vmbræ comparatur, quia propter præfata peccata, quæ in prosperitate temporali continentur, vt in pluribus ipsa à nobis gratiæ lumen abscondit, vnde de hac dicitur Iob. 10. quòd ibi est vmbra mortis, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Secundo fœlicitas temporalis comparatur nuncio præcurrenti. Nuncius enim, qui hospitium habet præparare Domino suo, præcurrit ante Dominum suum. Sic & fœlicitas temporalis præcedit præparans nobis æternum hospitium, quia si illa quis bene vtatur, bonum hospitium animæ præparat, si autem malè, malum. Ideo dicitur. Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum. Tertio assimilatur naui transfretanti. Sap. 5. Tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius præteritionis non est vestigium inuenire: quod ideo dicit, quia sicut nauis nullum post se relinquit vestigium, ita & fœlicitas mundi transacto paruo tempore. Quot enim magni, & potentes fuerunt, quorum hodie nulla habetur memoria? Et hoc corde cogitare ab amore mundi nos retrahit multũ. Vnde Hie. episto. 15. narrat quòd Xerxes Persarum rex cum semel de vno loco quasi infinitam hominum multitudinem considerasset, prorupit in lachrymas, & cum interrogaretur quare hoc faceret, respondit quia post centum annos istorum nullus superstes erit. Quarto comparatur aui. Tanquam auis volans in aere nullum inuenitur vestigium itineris eius. Auis enim volando tendit ad alta, & tandem ad terram deficiens cadit. Sic & fœlicitas mundi hominem sursum leuat, & tandem ad terram prosternit. Quinto comparatur sagittæ, quia sicut sagitta emissa nunquam quiescit, donec sit in termino, & sic prosperitas mundi nunquam quiescit, donec hominem ducat ad mortem. Tanquam sagitta emissa in locum destinatum, sic & nos nati continuo desinimus esse. Sexto comparatur herbæ, herba enim mane

Iob. 9.

Hieron.

Sap. 5.

E floret, sed scissa vespere decidit, indurat, & arescit. Sic & mundi prosperitas ad modicum flores, sed statim per mortem succisa decidit, & arescit. Vnde Iacob. 1. Sicut flos fœni trãsibit, exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt, ita & diues in itineribus suis marcescet. Et hanc comparationem faciebat Psal. d. Mane sicut herba transeat, & mane transeat, & floreat, vespere decidat, induret, & arescat, vbi glo. Aperta comparatio, quia sicut herba mane floret, vespere decidit, & arescit, sic & mundi prosperitas mane, scilicet, prosperitatis floret, vespere scilicet in fine decidit per mortem, induratur vt cadauer, & arescit in puluerem. Ex quibus omnibus patet, quam modica sit malorum prosperitas. Et hoc hic notat Psalm. de malis d. *Quoniam tanquã fœnum velociter arescent*, &c. Et attende, quòd dicit velociter, & citò, quoniam omnis præsens gloria quantumcunque duret, tamen cito, & velociter transit, quia omne tempus æternitati comparatum nihil est. Vnde Grego. d. Si enim ab ipso humani generis exortu vsque ad tempus, in quo sumus, mentis G oculos ducimus, omne, quod finiri potuit, quam breue fuerit, videmus. Ponamus enim quemlibet hominem à primo die mundi conditum, vsque ad hodiernũ diem vitam ducere, hodie tamen eãdem vitam quam quasi longam ducere videbantur finire: ecce finis adest, quia cuncta transierunt, futurum in hoc mundo nihil est, quia nullum ad vitam vel breuissimum restat momẽtum. vbi est ergo longum tempus, quod inter initium, finemque deprehensum, ita consumitur, ac si nec breue vnquã fuisset? Impij itaque, quia præsentem vitam diligunt, in H ea proculdubio elati percipere laudem quærunt, linguæ fauoribus extolluntur, nec esse boni, sed dici appetunt, quã videlicet laudem longam esse æstimant, dum assequuntur, sed breuem intelligũt fuisse dum amittunt. In fine quippe eis ostenditur, quòd nihil fuit, quod amauerunt. Et infra cap. 2. Hoc erit eorum gaudium æternitati comparatum, quid erit, quando, irruente mortis articulo, ita cõsumitur, ac si omnino non fuerit? cuius nimirũ gaudij lætitia pertransit, & pœna-

Psal. 89.

Breuitas. Greg. li. 15. mor. c. 2.

F

na permanet, & cum res amittitur causa durat. Hanc ergo breuitatem prosperitatis malorum bene considerans Psal. dicit. *Quoniam tanquam fœnum velociter arescent*, &c. Psalm. 102. Homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri, sic efflorebit, quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, &c.

568 *Spera in Deo, & fac bonitatem, inhabita terrā, & pasceris in diuitijs eius.*

HIc consequenter ostendit, quā magna sit iustorum prosperitas, licet hic aduersa pati videantur. Et duo facit. Quia primo ostendit quanta sit iustorū fœlicitas, vt ametur. Secundo quanta sit malorum peruersitas, vt vitetur, ibi. *Noli æmulari.* Et diuiditur in partes quatuor, secundum quod iustorum prosperitas quatuor facit iustis. Nam primo mentem iustorum plene satiat. Secundo postulata iustis bona impetrar, ibi. *Delectare in Domino.* Tertio infirmitatem iustorum roborat, ibi. *Reuela Domino.* Quarto occultam bonitatem iustorum manifestat, ibi. *Et educet quasi lumen.* Quantū

Prosperitas temporalis non satiat. ad primum sciendum, ꝙ prosperitas temporalis quantumcunq; sit magna, mentem non satiat, patet de honoribus & dignitatibus quas quanto quis plus habet, plures desiderat, sic de diuitijs, sic etiam de voluptatibus, quia omnia ista mentē accendunt ad ampliora desiderāda. Ideo

Eccl. 14. dicitur. Oculus malus ad mala non satiabitur. Fœlicitas autem & prosperitas iustorum ipsorum satiat mentem. Et ratio est, quia desiderium iustorum est verum, sed malorum est falsum. Et est de deside-

Sitis. rio iustorum & malorum sicut de siti vera, & falsa, quia prima potando satiatur, secunda verò potando magis accēditur,

Desideriū. Docet enim Auic. 1. can. ꝙ desiderium esurientis, aut sitientis, si est certum, & verum desiderium, non est tardādū cum ebullierit, sed saturandum. Secus est de desiderio mendoso, quale est sæpe desiderium ebriorum, quorum sitis nō prouenit ex aliqua indigentia naturę, sed ex aliqua materia cholerica, vnde talis sitis mendosa non satiatur potando, sed magis accenditur. Sic moraliter, nam desiderium cordis nostri est verum, & certū quando est respectu illorum, quibus ho-

Satiare. mo naturaliter indiget. Et ideo tale desiderium non differtur à Deo, sed ipsum satiat, præbendo ei seipsum in pastū. Sed desiderium prosperitatis mundanæ est falsum, & non certum. Est.n. quasi quædam sitis mendosa, quæ non prouenit ex aliqua naturali indigentia, sed ex vana concupiscentia, & ideo non saturatur cupiditas, sed magis accenditur, vt puta, quanto superbus plus honoratur, plus sitit honores, quanto auarus plus ditatur, plus diuitias sitit, sic de luxurioso, qui voluptatibus fatigatur, sed non satiatur. Vnde Bernard. in De diligendo

Bernard. Deum d. Stultum & extremæ dementiæ est, ea appetere, quæ non dico nunquam satiant, sed neque temperāt appetitum, dum quicquid talium habueris, nihilominus non habita concupisces, sed non habita semper inquietus anhelabis. Ita enim fit vt per falsa, & mala fortunę oblectamenta vagabundus animus fatigetur, non satietur, dum quicquid famelicus parū reputat, id quod super est deuorandum. Et Sen. epist. 51. loquens de bo-

Seneca. nis temporalib. ait. Si quid in illis esset solidi, aliquando implerent, nūc autem haurientium sitim concitant. Non sic autem est de vera siti, & desiderio iustorū, qui solum Deum sitiunt, in quo anima satiatur. Satiabor, cum apparuerit gloria

Psal. 16. tua. Et hoc est quod nunc dicit Psal. de quolibet iusto *Spera in Domino, & fac bonitatem, & pasceris in diuitijs eius.* Et notanter dicit. *Spera in Domino & fac bonitatem*, quia sicut fides sine operibus mortua est, ita & spes, quia sperare sine operibus & meritis, non est spes, sed pręsumptio, vt ait Mag. Dicit ergo. *Spera in Do-*

Magister li. 3. dist. 26. *mino, & fac bonitatem, & tunc pasceris in diuitijs eius.* i. satiaberis. Sed quæ sunt diuitiæ Domini nonne essentia sua, in qua omnes beati satiantur? Gloria, & diuitiæ

Psal. 111. in domo eius. Hæc est ergo differentia inter prosperitatem bonorum, & malorum, quia malorum non satiat, sed sitim auget, bonorum autem satiat Psalm. 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua.

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. 569

HIc consequenter ostendit, ꝙ prosperitas iustorum postulata impetrat, prosperitas.n. mundi nunquam tribuit, quod homo desiderat: probo, quia natu-

naturaliter omnes quærunt fœlicitatē, quā nō tribuit prosperitas mundi, quia non satiat, vt dictum est, sed bene prosperitas iustorum, quia facit hominem beatum. Beatus autem dicitur ille, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. Ad hoc autem ostendendum d. *Delectare in Domino*, &c. Vbi aduerte, quòd delecto, tas, componitur ex de, & lacto, tas, mutata, a, in e, & sic delectari in Domino est de bonitate eius lactari; quæ quidem bonitas Domini sugitur per cognitionem, & amorem. Ille ergo, qui delectatur in aliquo, cupit lactari illo, & sic qui delectantur in mundo, cupisit satiari de mundo, quod nunquam obtinent. Qui vero delectantur in Domino, cupiunt de solo domino lactari, & isti obtinent, quia talibus datur de Domino plena satietas. Et hoc est, quod dicit. *Delectare in Domino*. i. cupias lactari de Domino solo, spreta mundi voluptate, & *tunc ipse dabit tibi petitiones cordis tui*. Et ratio est, quia qui sic delectantur in Domino, non petunt nisi bona gratiæ, & gloriæ, quæ nulli iuste petenti denegantur. Hæc enim sunt illa, quæ iusti petunt de bonis temporalibus, nullam facientes mentionem, nisi sub conditione, si expediat honori diuino, & saluti suæ, vel aliorum quod Deus semper sic petentibus concedit. Si enim aliud peterent, iam non vellent lactari de solo Domino sed de mundo, quæ insimul stare non possunt. Et hoc est, quod illis, qui delectātur in Domino, dicit saluator. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Illa autem sola petitio fit in nomine Saluatoris, quæ spectat ad salutem. Nihil. n. aliud est petendū, vt ostēdit Valerius ex dictis Socratis li. 7. d. ꝙ doctrina Socratis fuit nihil vltra petendum à dijs immortalibus, quā vt bona retribuerēt, &c. Sed quia dictum est, ꝙ prosperitas iustorum eos satiat, & nō prosperitas malorum, ideo circa prosperitatem malorum quæritur primo, vtrū beatitudo hoīs consistat in prosperitate malorum circa diuitias, &c. 1. 2. q. 2. ar. 1.

Delectatio. *Petitio.* *Ioan. 15.* *Valerius libro 7.* *Quæstio.*

570 *Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.*

De pæn. di. 2. quis aliquando.

Hic cōsequenter ostendit tertium, scilicet quòd prosperitas iustorū infirmitatem ipsorum roborat. In hoc

E est differentia inter mundanos, & iustos: quia mundani confidunt in rebus mundanis, vt in potentia mundi, & diuitijs, dicente Psalm. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum. In his autem confidentia habenda non est. Non quidem in diuitijs, quia per se iuuare non possunt, immo quandoque causa sunt mortis, vt enim ponit Philosophus, potest contingere, quòd quis diues fame moriatur. Vnde recitat ibidem de quodam, cuius nomen erat Mida, quòd cum nimis esset auidus auri (vt fabulose dicitur) impetrauit à Deo, F vt quicquid tangeret, fieret aurum, cum ergo tactus reseruaretur in singulis partibus corporis, etiam ore nihil tangere poterat, quod non fieret aurum. Et sic erat ei magna copia auri, & tamen fame perijt, quod esse non posset, si aurum, vel cæteræ diuitiæ per se satisfacerent indigentiæ naturali. vnde tali ad literam potest dici illud psalm. 51. Videbunt iusti, & dicent. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, &cæt. Alij vero confidunt in ciuili potentia, nec ista per se iuuare potest, immo multoties G est causa mortis tam animæ quam corporis, quia talis potentia est quid violentum, & cōtra naturam, vt probat Philosoph. 7. Politic. Quia sicut ignis, quia est naturæ calidæ, ideo naturaliter calefacit, & contra naturam esset, si frigefaceret, sic quia homo est naturaliter liberi arbitrij, ideo tunc homo naturaliter dominatur hominibus cum eis liberé, & voluntariè principatur, quod solum contingit, quando populus liberè, & voluntariè mandata principis exequitur. Non ergo quis confidere debet in ciuili potentia dominari, quia cum talis potestas H sit violenta, & contra naturam, durare non potest, ideo dicitur. Nolite confidere in principibus in filijs hominum, in quibus non est salus. Hæc autem omnia considerantes iusti non in diuitijs, non in potentijs fortitudinem suam fundant, sed in solo Deo, qui est ipsorum fortitudo, & facit omnia, quæ illi volunt facere. Et hoc est, quod hic dicit Psalm. *Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet*. glos. *Reuela Domino*, scilicet peccata tua con-

Psal. 48. *Confidere diuitijs.* *Philosop. 1. Politic.* *Aurum.* *Psal. 145.*

confitendo. *Spera in eo.* scilicet per eius gratiam implere mandata. *Et ipse faciet,* vtrumque, scilicet liberabit te à peccatis, & omnibus malis, quæ pateris. Et dabit tibi gratiam, & fortitudinem ad faciendum mandata. Sed forte d. Quomodo quis viam suam Deo reuelare potest, qui omnia cognoscit æternaliter, cum reuelatio sit quædam occultorum manifestatio? Respondeo, quòd sicut propriè loquendo, nihil Deo potest occultari, ita nec reuelari, & tamen dicimus illa Deo occultari, quæ vellemus ipsum nescire, sic & suo modo illa sibi reuelamus, quæ illum scire gaudemus. Ista ergo reuelatio est ex parte nostra, quia ei cor nostrum aperimus, sed non ex parte Dei, quòd aliquid nouiter per hoc sciat. Vel aliter. Illa Deus dicitur scire, quæ approbat, & illa nescire, quæ reprobat, & sic cognoscit bona opera, & peccata ignorat, quia non approbat. Ille ergo celat viam suam Domino, cuius via, siue vita est mala, & peccato obnoxia. Ille vero reuelat, cuius via, siue vita est bona, & virtuosa. Quid est ergo dicere, *reuela domino viam tuam,* nisi bonam fac viam tuam, vel rectè, & virtuose viue? Et hoc est quod dicitur. Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. Et ꝙ ista reuelatio nihil aliud sit nisi bene operari, ostendit consequenter psal.d. *Et spera in eo.* Quid enim est sperare in Domino, nisi meritoriè operari? quia sperare sine meritis, non est spes, sed præsumptio, ideo præmisit hic Psalm.d. *Spera in Deo, & fac bonitatem.* Sic ergo idē est reuelare Domino viam nostram, & in ipso sperare. Sed, quia secundum Apostolum velle, scilicet bonum adiacet nobis, non autem perficere, quia scilicet eum simus liberi arbitrij, possumus velle sanctè, & iustè viuere, sed hoc ex nobis non possumus perficere, vt scilicet tale velle sit meritorium, quia opera nostra sunt meritoria, non quidem ex parte nostra principaliter, sed ex parte Dei acceptantis. Dicit ergo Psalm. *Reuela Domino viam tuam, & spera in eo.* Hoc fac, quod ex te est, *& ipse faciet,* quia scilicet talia bonitate sua faciet esse meritoria, quia illa acceptabit ad vitæ præmium.

Quæstio. *Resp.* *Prouer. 17.* *Rom. 7.*

Et educet quasi lumen iustitiam tuā, & iudicium tuum tanquam meridiem, subditus esto Domino, & ora eum. 571

Hic consequenter ostendit, quomodo iustorum prosperitas ipsorum occultam bonitatē manifestat. Vbi sciēdum, quòd differētia est inter malos, & iustos, quia prosperitas malorum reddit eos mundo gloriosos, occultando mala ipsorum, & prætendendo bona, quę non habent. Vnde de malis est sicut de sepulchris ornatis exterius, interius autē plenis ossibus mortuorum, & immunditia, quia tales gloriam suam ponunt in exteriori apparentia, & fama, non in existentia, quia curant boni apparere, sed nō existere. Vnde talibus dicit Christus. Væ vobis, &c. qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ apparent deforis hominibus speciosa, intus autem sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Et tales curant solum apparere mūdo, & hominibus, sed non Deo. Cōtra quos dicit Chrysostomus super Matth. Dic autem, hypocrita, si bonum est, esse malum vt quid non vis apparere, quod vis esse? Nam quod turpe est apparere, turpius est esse, qđ autem formosum est apparere, formosius est esse, ergo aut esto quod appares, aut appare qđ es. Prosperitas autem iustorum ad oppositū tendit, quia iusti solum Deo volunt apparere, & non mundo, sicut Psal. d. Ego autē in iustitia apparebo in cōspectu tuo: s.nō hominū. Est ergo de malis sicut de luna à sole remota, & de bonis sicut de luna soli coniuncta. Vbi nota, ꝙ luna quanto magis distat à sole, tunc nobis inferius magis apparet luminosa, sed tunc superius est magis obscura, & quāto plus appropinquat ad solem, tunc superiùs est magis luminosa, & inferius magis obscura. Cuius ratio est, quia luna est quoddā corpus rotundum, quod totum suum lumē recipit à sole, & per magnū spatium situatur sub sole, ex illa ergo parte solū illuminatur, quā sol respicit, qñ autē luna directè est sub sole, & dicitur coniuncta soli, sol solum respicit partem superiorē lunæ, & non inferiorem, & quando incipit recedere a sole paulatim, tunc

Matth. 23. *Chrysosto. sup. Matth.* *Psal. 16.* *Luna.* *Sol.* *Iustus.* *Peccator.* *Luna.*

sol incipit eam paulatim ad partem respicere, & tunc nobis aliqualiter apparet illuminata, & sic quando directe est ex opposito solis inferius apparet tota luminosa, sed superius est tota obscura. Sic moraliter mali quato magis per malitiam distant à Deo mundo apparent magis luminosi, sed Deo sunt magis obscuri. Sic boni quanto magis Deo appropinquant per vitæ sanctitatē, tanto mundo apparent magis obscuri, & despecti, sed superius magis sunt clari, & luminosi. Vnde Grego. ait. Sæpe contingit, vt electus quisque continuo hic aduersitate deprimatur, à cunctis despectabilis cernitur, & huius mundi gratia indignus æstimatur, sed tamen ante occulti iudicis oculos virtutibus emicat: meritis vitæ coruscat, &c. Sic ergo in præsenti vita peccatores videntur luminosi, iusti autē obscuri. Sed in futura vita oppositum erit, quia mali ostendentur obscuri toti mundo, sed iusti luminosi. Et hoc est, quod dicit psal. cuilibet iusto. *Et educet quasi lumen iustitiam tuam.* scilicet in futuro, quia omnia omnibus erunt manifesta. *Et iudicium tuum tanquam meridiē.* Per meridiem enim notatur claritas manifestationis, quia tunc sol nobis clarius lucet. Et nota differentiam inter iustitiam, & iudicium, quia iustitia stat pro virtute habituali, sed iudicium pro virtute actuali. s. & operatione, quia tempore iudicij omnes virtutes iustorum tam habituales quàm actuales omnibus erūt manifestæ. Et hoc est quod dicitur. Iudicium suum dabit in lucem. Et ideo confortando ex prædictis quemlibet iustum vt perseueret, & tantam lucem & claritatem expectet subdit. *Subditus esto Domino.* s. per humilitatem, & obedientiam. *Et ora eum.* s. donec donet promissa. Ecce bona regula, vt ait glo. Vt bona semper agamus & semper rogemus, quoniā iustum est subditum esse Deo.

Gregor. 5. mor. — *Meridies.* — *Soph. 3.* — *2. Mac. 9.*

57. *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, & in homine faciente iniustitias.*

Hic postquam Psal. ostendit, quod maior est fœlicitas iustorum in futuro quàm malorum, hic consequenter ostendit, quod etiam in præsenti maior est bonorum prosperitas quàm malorum: vnde de prosperitate malorum in præsenti quatuor ponit. Primo quod illa est culpabilis, & criminosa, secundo quod est fugibilis, & odiosa, ibi. *Desine ab ira.* tertio quod est damnabilis, & infructuosa, ibi: *Quoniam qui malignantur,* quarto quod non est durabilis sed breuis, & ruinosa, ibi. *Et adhuc pusillum.* Quantum ad primum ostendit, quod illorum. s. malorū prosperitas est culpabilis, &c. Vbi notandū, quod radix omnis peccati est nolle subijci Deo, voluntatem suam diuinæ voluntati præferre, de quibus dicit Apostolus. Suam iustitiam statuere volentes, iustitiæ Dei non sunt subdití. Isti vias Domini negligentes in suis cupiunt prosperari, quod peccatum est maximum. Iusti autem econtrario, se Deo subijcientes voluntates proprias abnegant, vt Dei faciant voluntatem. Vnde illud prosperitatis malorum vitium hic notat Psal. d. *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua,* idest, qui prosperitatē viæ suæ quærit & non Dei quod est vitium superbiæ. Hic enim *æmulari* stat pro inuidere. q. d. Et si videas malos prosperari, non inuideas, quia illorum prosperitas non est vera sed criminalis. Vbi aduerte, quod duplex est via. s. via quæ ducit ad cœlum, & hæc arcta, via, quæ ducit ad infernum, & hæc est lata. Spaciosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam. Et arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Prosperitas peccatorum vocatur via lata, sed iustorum vocatur via arcta. Vnde Chrysost. super Matth. Via perditionis est omnis iniquitas, quæ dicitur spaciosa, quia non est intra regulam disciplinæ inclusa, & ambulātes in ea quicquid eos delectauerit, hæc sequuntur. Via autem vitæ dicitur omnis iustitia, quæ arcta dicitur propter causas contrarias. Bene ergo dicit Psalm. *Noli ergo æmulari in eo, qui prosperatur in via sua,* scilicet & non in via Dei, quia talis via ducit ad perditionem. Sed magis æmulari in eo, qui prosperatur in via Dei, quia talis ducit ad salutem. *Noli ergo æmulari in eo, qui prosperatur in via sua,* quia. s. talis prosperitas causa est multorum peccatorum. Dicit Albumazar, quod crescente luna, crescit humidum in corporibus animaliū & fiunt

Prosperitas. — *Rom. 10.* — *Via.* — *Matth. 7.* — *Chrysosto. sup. Mat. 5.* — *Luna. Caro. Spiritus.*

ſiunt corpora animalium fortiora. Et per oppoſitum decreſcente, ſiunt debiliora, ſicut patet in lupis qui creſcente luna magis venationi inſiſtunt. Similiter & animalia venenoſa, creſcēte luna, magis ſunt venenoſa, ſic & moraliter. Quid enim per lunam, quæ ſemper mutatur, intelligitur, niſi mundi proſperitas, quæ nūquam in eodem ſtatu permanet? quia nunc creſcit, nunc diminuitur, nunc hominem eleuat, nunc deprimit, nunc clarum, & famoſum efficit, nūc obſcurum, & infamē. Luna ergo proſperitatis mundanę creſcente fortificantur corpora animalium, quia caro contra ſpiritum magis inſurgit. Et ſic venena multiplicātur, ſcilicet peccata. Et ſic per oppoſitum luna decreſcente, corpora debilitantur, quia decreſcēte fortuna, caro minus inſurgit contra ſpiritum, & per conſequēs minuitur peccati venenum. Non ergo tali proſperitati eſt æmulandum, quia ad peccatum inducit. Et hoc eſt, quod ſubditur. *Et in homine faciente iniuſtitias*, q.d. omnis, qui ſic proſperatur, facit iniuſtitias. Et aduerte, quòd cum omnis iniuſtitia ſit peccatum, & omne peccatum ſit nihil, & ſic nullum peccatū propriè poteſt fieri, ſic nec iniuſtitia poteſt propriè fieri, quia tunc fieret per Deū, per quem omnia facta ſunt. Dicitur igitur iniuſtitia impropriè fieri, quia. ſ. fit aliquid vel omittitur, ad quod ſequitur iniuſticia.

573 *Deſine ab ira, & derelinque furorem, noli æmulari, vt maligneris.*

Hic conſequenter oſtendit, q; malorum proſperitas ſit odibilis, &c. Vbi nota, q; multi videntes in hac vita malos proſperari, ex hoc indignantur, & murmurant. Quod nil aliud eſt quàm dicere Deū iniuſtè agere, dum malos exaltat, & deprimit bonos. Et ex hoc mouentur ad malos imitandum, vt etiam ipſi proſperitatem conſequantur. Non enim tales aduertunt, quòd talis malorū proſperitas eſt eis maxima pœna. Quando enim Deus concedit peccatoribus proſpera, tunc illis videtur iratus, vel quaſi de ipſorum ſalute deſperans. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, &c. Et verè grauior eſt morbus, de cuius curatione cœleſtis medicus deſperat. Vnde ſicut infirmo grauis eſſet punitio nō ſecare membrum, morbo contagioſo infectum, vel non dare amarā potionem ſanitati neceſſariā, ſic peccatori eſt grauis punitio ipſum non ſecare, ipſum nō punire, ſed proſpera ad votum ſibi dare. Vnde Proclus lib. de prouidētia Dei dicit. Qui enim puniuntur profectum habent, non puniti autem circunferūt ſui ipſorum minorationem inſanabilem. Non enim infirmorum corpora ſecari, amaras dare potiones malum eſt, ſed languere, & ſectione, vel potione carere. Et verè hæc maxima punitio eſt in malo impunitum manere, quemadmodum ſi quis à Saluatore Aſclepio, qui ſcilicet ſecundum Gentiles fuit Deus medecinæ, deſpiceretur, corpore languens. Et concludit Proclus ſic, *vt igitur ſummatim* dicatur, non mox puniri, punitio eſt incomparabilis, hæc ille. Sic ergo malorum proſperitas eſt eis punitio maxima: ſic & per oppoſitum ſtatim per aduerſa peccatum puniri eſt Dei maximum beneficium, vnde 2. Machā. 6. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium. Ex his omnibus patet, quòd non debemus indignari contra Deum, viſa proſperitate malorum, quia eos tunc punit, non beneficium præſtat. Et hoc eſt, quod hic cuilibet noſtrū dicit Pſal. *Deſine ab ira, & derelinque furorem*, id eſt, non iraſcaris, neque furore mouearis, viſa proſperitate malorum. *Et noli æmulari*, id eſt, ipſos imitari, *Vt maligneris*, id eſt, vt efficiaris malignus, vt ſcilicet ipſorum proſperitatem conſequaris, quia damnoſa eſt & non vtilis, vnde ſequitur.

Punitio. Proſperitas.

Pſal. 80.

574 *Quoniam, qui malignantur, exterminabuntur, ſuſtinentes autem dominum, ipſi hæreditabunt terram.*

De pœnit. diſt. 3. quod ergo.

Tanta eſt enim Dei iuſtitia, quòd peccata impunita dimittere non poteſt, vnde oporret, quòd vel peccator illa puniat per pœnitentiam, vel Deus per damnationem æternam, vt oſtendit Greg. Sed mali conſiderantes ſolum Dei miſericordiam, credunt peccata ſua à Deo non punienda, & ideo nec ipſi illa punire volunt. Si autem quæras, quare

Punitio.

Quæſtio.

peccator non credit puniri? Respondeo, quia non considerat iudicia Dei. De natura Leonis dicitur, quòd cum Leo sentit venatores, ne visis venabulis terreatur, terram continuè aspicit, & nō venabula. Sic & peccator conformiter, cū sentit se à diabolo venari, vt per peccata capiatur, & puniatur æternaliter, nunquam ipsa venabula respicit, sed solum terram, scilicet, non considerat pęnas peccato debitas, sed solum terram, idest, terrenam delectationem in peccato habitam: vnde, si consideraret peccata & peccatorum pœnam, peccata commissa puniret & in futurum peccata caueret, quia secundum Damasc. Nullus respiciens ad malum, operatur: sed omnis peccans peccat ratione alicuius existimati boni, vel delectationis, quam per peccatum intendit assequi. Sic ergo peccator non vult aduertere peccatum, nec pœnam ipsum sequentem, sed solam delectationem ex peccato sequentem. Vnde ei accidit, sicut legitur de Simia, quæ habens plures fœtus, fugiens venatores, illum, quem plus diligit, inter brachia apprehendit fugiendo, & alium dimittit, qui videns se dimissum supra matrem saltat, & supra collum matris se firmiter tenet ipsa inuita. Cum vero ipsa nimis à venatoribus fatigatur, illū, quem plus diligit, cogitur abijcere, aliū vero abijcere non potest, sed simul mater cum illo capitur. Sic moraliter peccator duos filios habet, scilicet, peccatum, & delectationem, delectationem diligit, sed peccatum odit. Mors autem venatur continuè peccatorem, & insequitur, quod videns peccator vt fugiat peccatum, relinquit ipsum, non considerando, sed delectationem amplectitur, ipsam exequendo. Sed peccatum sic firmiter à tergo se collocat, quòd delectatione cessante, ipsum remanet in anima. Et quia, peccato remanente, Dei iustitia ipsum impunitum dimittere non potest: hinc est, quòd æterna damnatio ipsum peccatum consequitur contra intētionem peccantis. Et hoc nunc omnibus ad memoriam reducens. Psalm.d. *Quoniam qui malignantur exterminabuntur*, idest, extra terminos & limites humanæ naturæ ponentur. Nam terminus idem est quod finis, Finis autem

Terminus.

E humanæ naturæ, ad quem est facta, est ipsa beatitudo æterna, quæ stat in Dei visione & fruitione. *Exterminabuntur* ergo malignantes, ab isto fine & termino exulabunt. Exterminauit impios ex Israel. Sed contra erit de iustis, quia ipsi *hæreditabunt terram*, scilicet, viuentium. Et hoc quod d. *Sustinentes autem dominum ipsi hæreditabunt terram.* Secundum enim grammaticos, teneo, es: componitur cum sursum, & fit sustineo, nes, quod est sursum tenere, & illi sustinent dominum, qui supra omnia ipsum tenēt, scilicet, ipsum supra omnia diligendo. Et F quia tales sunt verè filij Dei, ideo hæreditatem Dei possidere debent. Hæreditate acquirent eam, & qui diligunt nomen eius, hæreditabunt in ea.

1. Mac. 9.

Sustinere Dominum.

Psal. 68.

Et adhuc pusillum, & non erit peccator, & quæres locum eius, & non inuenies. 575

HIc consequenter ostendit quòd fęlicitas malorum non est durabilis. Et quia opposita iuxta se posita magis elucescunt, ideo primo ostendit, quòd malorum fœlicitas est breuis: secundo G quòd iustorum est stabilis: ibi. *Mansueti autem.* Quantum ad primum ait. *Adhuc pusillum*, &c&c. Fortuna enim mundi stabilitatem non habet, sed modicum durat, ideo pingitur in formam rotæ, quæ faciliter vertitur, vnde in Prouerbijs Sapientum dicitur, quod fortuna vitrea est, quia cum splendet frangitur. Et August. 4. de ciuit. Dei. Hominum fœlicitas vitreæ lætitiæ comparatur, quæ cum altior est, amplius timetur, ne frangatur. Narrat Isidorus 16. Etymol. Fertur sub Tyberio Cæsare quendam excogitasse vitri temperamentum, vt non esset H fragile, sed ductile, qui adductus ad Cæsarem protulit phialam vitreā, quam Cæsar ad terram proiecit, quam artifex sustulit, & cum malleo phialam, quam fregerat correxit. Requisitus à Cæsare si quis alius hanc artem nosset, iurauit quod non. Quem statim Cæsar iussit decollari, ne aurum pro luto haberetur. Sic Cæsar illum occidit, qui vitrum ductile faciebat, quid mirum, si Deus illum de medio tollit, qui lætitiam, & prosperitatem mūdi vitreā, & fra-

& fragilem ductilem facit, & stabilem, id est, in animo suo cogitat, non mouebor à generatione,&c.& damnat? Et hoc ne aurum, id est, gloria æterna vilescat. Multi enim sunt, qui si in prosperitate mundi perpetuari possent, æternam vitã nunquam quærerent. Et ideo prosperitas mundi breuis est,& modicum durat. Et hoc est, quod dicit hic ps. *Et adhuc pusillum*, id est, modicum tempus, & *non erit peccator*, scilicet, in prosperitate, puta uel quia ad aduersitatem deiectus, vel hinc per mortem sublatus. *Quæres locum eius, & non inuenies*, scilicet qđ amplius sit locus eius. Discurre per singulos malignos, qui in alto loco fortunæ fuerũt. Vbi namque magnus Alexander? Vbi rex Antiochus? vbi Tyberius Cęsar? Certè non reperies, quòd summitas rotæ sit amplius eorum locus, vt fuit. Ideo dicitur infra. Vidi impium superexaltatum,& eleuatum super cedros Libani. Transiui,& ecce non erat, quæsiui, & nõ est inuentus locus eius. Quanto enim rota est altior, dum voluitur, quem magis eleuat, magis deijcit. Non sic autem de prosperitate iustorum, quæ est fœlicitas perpetua, quia illa stabilis durat in æternum, de quibus subditur.

576 *Mansueti autem hæreditabũt terram.*

25.q.1.Paratus.

Pax.

Scilicet viuentium. *Et delectabuntur in multitudine pacis*. Nomine pacis intelligit perpetuitatem. Quia ubi pax est, ibi nulla est contrarietas, cum autẽ omnis destructio fiat à cõtrario, ibi nulla erit corruptio, vbi nulla erit cõtrarietas, & ibi nulla contrarietas, vbi pacis multitudo. Et ideo iusti fœlicitas perpetua erit. Pax multa diligentibus nomen tuum,& non est illis scãdalum. Sed quia dictum est, quòd prosperitas,& fœlicitas malorum consistit in temporali potestate, ideo circa hoc quæro, vtrum fœlicitas hominis consistat in potestate super alios,& prælatione,&c. 1. secundæ, q.2. articulo quarto.

577 *Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis.*

Consequenter hic ponit Psal. conditiones malorum ostendens, quòd prosperitas iustorum est maior, quã malorum ex admixtione mali. Malorum. n. prosperitas habet annexum malum culpæ,& malum pœnæ. Et hoc in generali, & in speciali. In generali quidem, quia mali prosperitatem habentes in se ipsis intrinsecus sunt diuisi. Eo quòd sensualitas ipsos trahit ad bonum sensibile rationi contrarium, synderesis autem, seu dictamen rationis trahit ad contrarium, neque sciunt tales sensualitatem subdere rationi, ut iusti faciunt. Et hoc est, quod de impijs dicit Philosophus, quod contendit ipsorum anima. Et hoc quidem huc tradit, hoc autem illuc, quemadmodum discrepantia. Et postea concludit. Igitur si sic, miserum est, malum esse,& fugienda esse malitiam intõ sè. Et hinc apparet malorum stultitia, qui credunt in mundi prosperitate pacẽ habere, dum tamen intrinsecum bellũ continuè ferant, de quibus dicitur. Qui in magno viuentes in scientiæ bello tot, & tam magna mala pacem appellant. Hoc ergo generale malum habet omnis malorum prosperitas. Secundo habet etiam multa alia mala in speciali annexa. Et ista mala in speciali sunt quinque quæ hic ponuntur. Quoniam malorum prosperitas primo superatur per constantiam, ibi. *Obseruabit peccator*. Secundo irridetur per miseriã, ibi. *Dominus autem irridebit*. Tertio inquinatur per malitiã, ibi. *Gladium euaginauerunt*. Quarto vulneratur per iustitiam, ibi. *Gladius eorum*. Quinto superatur per inopiam, ibi, *Melius est modicum*. Quantum ad primum primo superatur per constantiam, quanto enim quis mundi prosperitate est altior, tanto magis cruciatur, si per mundum abiectos ad suam uoluntatem flectere non potest. Sic enim tyranni mundi prosperitate ditati, quando sanctos Dei, nec blanditiis, nec minis, nec tormentis ad suum votum possent flectere, à sanctorum constantia magis cruciabantur, quam sancti per ipsorum tormenta. Sic enim legimus de Decio, & Laurentio & sic de Daciano, & Vincentio, cui dixit beatus Vincentius. Paratus sum ad omnia tormenta pro Christi nomine sustinenda. Et tu dum me perimis in corpore, tu ipse acerbius puniris in mente. Et subdit quòd ad hæc martyris verba, Dacianus cœpit

Peccator. Malina. Prosperitas.

Philosophus 9. Ethicor.

Sap. 4.

Patientia.

cœpit dẽtibus fremere, & rabido ore cũ stridore dentium anhelare, vt ostenderetur seipsum perfidia, & iracũdia plus in mente, quã Dei martyrem in corpore laniare, & eius prosperitas per martyris patientiam superabatur. Et hoc malum hic notãs ps. d. *Obseruabit peccator iustum & stridebit super eum dentibus suis*, s. motus per insaniam videns patientiam, & iusti virtutem. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, &c. Et nota hic ꝙ hoc verbum obseruo, uas, est valde æquiuocũ. Est. n. multiplex obseruatio, s. quia quandoq; obseruare idem est, quòd vndiq; seruare, vel custodire, & sic obseruamus festa, quando ab omni seruili opere abstinemus. Obserua diem sabbati. Quandoq; idem est ꝙ obedire, & sic obseruamus ꝓcepta Dei, quando obediendo facimus, quæ præcipiuntur. Obserua vt facias, quę præcepit Dñs. Quandoq; idem est quod insidiari. Et sic Pharisæi obseruabant Iesum sibi insidiantes. Intrauit Iesus domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eũ, idest, insidiabantur, vnde versus. Cõpler, & obsequitur, obseruat, & insidiatur. Hic autem accipitur tertio modo, s. pro insidiari, cum dicit. *Obseruat peccator iustum*, idest, insidiatur iusto.

Ps. 111. — *Obseruatio multiplex.* — *Deut. 6.* — *Deut. 5.*

578 *Dominus autem irridebit eum, quoniã prospicit, quod ueniat dies eius.*

HIc secundo ostendit, ꝙ malorum fœlicitas irridetur per miseriam, prosperitas enim malorum ad cõtrariũ tendit illius, quod mali quærunt per ipsam, quia mali per ipsam quærunt lætari & in lætitia perpetuari, ista autem ad æternam eos ducit miseriam, & subito transit. Vnde est magis signum diuinę reprobationis, quam electionis. Sicut qñ medicus infirmo oĩa concedit ad libitũ, signum est mortis eius futuræ, qñ autẽ dat sibi amara, signum est futurę salutis. Sic & aduersitas iustorum illos ducit ad vitam, prosperitas autem malorum ad mortem. Vnde Greg d. Eãt ergo reprobi, & delectationum suarum desideria compleant, in finis sui damnatione sensuri sunt, quia mortem male viuentes amauerunt. Transitorio autem hic verbere affliguntur electi, ut à prauitate flagella corrigant, quos paterna pietas ad hæreditatem seruat. Nũc enim flagellatus iustus verbere disciplinæ corrigit, quia ad æternæ hæreditatis patrimonium separatur. In suis autem uolũtatibus relaxatur iniustus, quia tãto ei tempore ista bona suppetunt, quanto æterna denegãtur. Iniustus ad debitam mortem currẽs effrenatis uoluptatibus utitur, quia, & vituli, qui mactãdi sunt in liberis pascuis relinquũtur. At contra iustus à delectationis transitoriæ iucunditate restringitur, quia nimirum ad laboris vsum etiã vitulus vitæ deputatus sub iugo retinetur. Negantur electis in hac uita bona terrena, quia & ęgris, quibus spes est uiuendi, nequaquãm à medico cũcta, quæ appetunt, conceduntur. Dantur autem reprobis bona, quæ in hac uita appetũt, quia & desperatis ægris omne, quod desiderant, non negatur, &c. Ex quibus patet, quod malorum prosperitas ad contrarium finem eos ducit illius, quod intentunt. Et merito per misericordiam irridentur à Domino. Et hoc est, quod dicit de quolibet tali. *Dominus autem irridebit eum*. Vbi nota, quòd irridere componitur ex in, & rideo, des, & mutato. n. in r. fit irrideo, quod est idem, quod de contrario ridere, sicut si quis vadat ad plateam, ut debitorem suum in carcerem mittat, & ipse inueniat creditorem, qui ipsi faciat, quod ipse alteri facere volebar, tunc irridendo dicitur ei, modo inuenisti debitorem tuum per contrarium. Sic dominus irridebit malos, quia quærentes per prospera mundi lætitiam, tribulationem finaliter reperient quandoque in præsenti uita, tamẽ semper in vltimo die, idest, in fine vitæ, & hoc est qđ subditur. *Quoniam prospicit, quod ueniat dies eius*, scilicet, mortis, vbi ait Magister. Semper enim impium uindicatur dominus, aut hic, aut in futuro. Si se conuertit uindicatur in eum hic, ut in Paulo, qui uoce domini postulatus respirauit. Si se non conuertit, in futuro vindicabitur in eum, &c.

Greg. 21. mor. c. 4. — *Irridere.*

579 *Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum.*

OStẽdit hic tertio, quòd fęlicitas malorum inquinatur per malitiam, quia scilicet, est causa, quandoque multorum

Attende hic diligenter quod fœlicitas malorũ est eis occasio multorũ malorum. *Prosperitas.* *Gladius* *Arcus.*

ctorum malorum, ut puta ciuilis potentia tyrannorum fuit causa persecutionis martyrum, abundantia diuitiarum Salomonis fuit occasio eius uoluptatis, excellentia Luciferi fuit occasio ipsius superbiæ, & vanitatis. Vnde sicut aduersitas electorum est causa bonitatis ipsorum, vt dicit Greg. Sic & malorum prosperitas est occasio eis persecutionis bonorum. Et hoc est quod hic dicit, *Gladium euaginauerunt peccatores*, &c. Vbi nota, ꝙ mali dupliciter bonos persequuntur, scilicet apertè, & occultè. Aperta persecutio per gladium significatur, occulta autem per arcum, quia gladius ferit de prope, arcus autem de longè, & magis occultè. Vel per gladium accipe malam uoluntatem iniquorum contra iustos. Hic gladius manet in uagina, quando mala ipsorum uoluntas intus manet occulta, sed euaginatur, quando mala uoluntas exterius per opus ad effectum deducitur. Per arcum uero intellige prauam, & dolosã machinationem. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum suum, parauerunt sagittas suas, &c. Verum quia etiã quandoque uirtuosè, & gladius potest euaginari, & arcus parari, quia scilicet ad iustitiam contra malos exercendam, ideo ostendit, quòd mali hanc intentionem non habent, quia alium finem intendunt, scilicet bonorum persecutionem. Ideo subdit.

Psal. 10.

580 *Vt decipiant pauperem, & inopem, ut trucident rectos corde.*

Arcu enim, i. dolositate decipiunt, sed gladio euaginato trucidant apertè persequendo. Sed quod remedium in istis debet haberi nisi patientiæ scutum? Narrat Valerius, quòd quidã Spartanus cuidam nobili respondit, qui sibi euntiad bellum contra Persas, dicebat sagittas Persarum solem obscurare solere. Benè, inquit narras, in umbra præliabimur. Sic est moraliter de sagittis persecutionum malorum contra bonos. Multæ enim sunt sic quòd solem obscurari faciunt, quia scilicet claritatem huius mundi obscurãt, & gloriam. Sed hoc bonum afferunt, ꝙ pugnanti faciũt vmbram, protegunt enim hæ sagittæ iustos ab inordinato feruore. Et ideo scuto patientiæ muniti istas sagittas non timent.

Patientia. *Valerius. lib. 3.*

A Scuto circundabit te veritas eius. Vel ꝑ gladiũ intellige linguam detractoris. Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ, lingua eorũ gladius acutus. Per arcum autem dolos, iuxta illud qd habetur ps. 63. Quasi exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram, &c. Per pauperem autem intellige Christum. Iudæi ergo contra Christum gladium euaginauerunt, quando ipsi apertè detrahebant, apertè mortẽ inclamando. Et ita si non manibus, tamẽ lingua Christum occiderunt. d. Tolle, tolle crucifige eum, quia nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia, &c. Sed intenderunt arcum suum quando occultè, & dolosè ipsum persequebantur. Arcus. n. occulte, sed gladius apertè ferit. Occultas enim insidias Christo parabant, ut Christum caperent in sermone: Magister scimus, quia verax es, &c. Et nota hic differentiam inter pauperem, & inopem, quia ut dicit glo. Pauper est, qui sibi non sufficit, Inops, qui nec ab alio opem habet.

Psal. 90. *Psal. 56.* *Ioan. 19.* *Matth. 22.* *Pauper.* *Inops.*

Gladius eorum intret in corda ipsorũ, & arcus eorum confringatur. 581

C Hic consequenter ostenditur, quod malorum prosperitas punitur per iustitiam, quod dupliciter contingit, s. in præsenti, & in futuro. In præsenti. n. Vulnerantur quò ad corpus, & quò ad animam, quò ad corpus, quia sæpe malum, quod alijs indebitè excogitant, ipsi patiuntur. Sic. n. Amã parauerat, patibulũ, ut in ipso suspenderet Mardochæũ, sed non Mardochæus, sed ipse Aman in ipso fuit suspensus. Sic Saul excogitauerat, sic facere, vt Dauid per manus Philistinorum interficeretur, à quibus non Dauid, sed ipse Saul fuit occisus. Sic & Satrapæ regis Babylonis ignem fornacis accendi fecerunt, vt illi tres pueri innocentes cremarentur, à quo non ipsi pueri, sed incendentes fuerant combusti. Sic & Babylonij fecerũt Danielem poni in lacu leonum, ut ab ipsis deuoraretur, à quibus non ipse Daniel, sed aduersarij eius in momento deuorati fuerunt. Et multa talia in scriptura sunt manifesta. Sic enim de quolibet tali dicitur. Qui fodit foueam, incidet in eam. Et hoc est, quod dicit. *Gladius eorum intret in corda ipsorum.*

Hester. 7. *Peccatoris prosperitas.* *Dan. 3.* *Dan. 14.* *Prou. 26.*

ipsorum. Quia omnis, qui accipit gladiũ, gladio peribit. Quandoque etiam imo semper hoc accidit quò ad animũ, quia etiam ipsa malorum prosperitas quædã pœna est eis, quò ad mortem. Quanto altior est prosperitas, tanto maiorem solicitudinem mentis, & timorem inducit, & anxietatem. Sicut arbor, quanto altior est, tãto ab omni vento facilius agitatur, vnde Chrysost. super Matth. Semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est. Sicut enim ramnm arborum in excelso positarum, etiam si leuis aura flauerit, mouet, sic & sublimes homines etiam leuis nuncij fama conturbat, humiles autem sicut, & in conualle plerunque in tranquillitate consistunt. Et ideo tales elati, qui malũ alijs inferre cogitant, primo seipsos intus feriunt, propter quod dicit Gladius eorũ intret in corda ipsorum. In cuius figurã Golias, qui nocere volebat Iudæis, gladio proprio fuit occisus. De pœna autẽ futura nulli dubium, quia gladio æternę damnationis interimũtur. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, hoc ideo quia gladius peccati ipsorum, est causa ipsorum damnationis. *Et arcus eorum confringatur,* quia scilicet in sidiæ, & dolositates malorum contra bonos frustrantur, quia bonis nõ nocent, sed proficiunt, quia ipsorum merita accumulant.

Luc. 22. — *1. Reg. 17.* — *Osee. 14.*

582 *Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.*

12. q. 1. clericus.

HIc ostenditur consequenter, quòd malorum prosperitas superatur per paupertatem bonorum, quia melior est paupertas iustorum quam malorum abundantia. Quod ideo patet, quia malorum diuitiæ mentem ipsorum satiare non possunt, sed ipsam magis solicitant, & inquietant. Paupertas autem iustorũ ipsos satiat, & ab omni solicitudine reddit immunes. Primum probat Greg. lib. 15. Mor. c. 10. d. super illo verbo Iob 20. Nec est satiatus venter eius. d. Venter quippe iniqui auaritia est eius, quia in ipso colligitur, quicquid peruerso desiderio glutitur, Liquet uero, quia auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur, nam more ignis, qui cum ligna acceperit, quæ consumat excrescit, & unde uidetur ad momẽtum flãmã cõprimi, inde paulo post cernitur dilatari. Iustus autem quantumcunque modicũ habeat de bonis temporalibus, quietaẽ in illis vlteriora non desiderando, quia eius appetitus tendit ad bona spiritualia non ad temporalia, aliter iustus non esset. Quod autem diuitiarum multitudo mentem quietare non possit, probo. Vbi notandum ꝙ diuitiarum sunt duo genera, quia quædam sunt artificiales, & quædam naturales. Diuitiæ naturales dicuntur, quæ naturaliter ex rebus naturalibus producuntur, vt quę accipiuntur ex agris vel arboribus, vel ex animalibus. Et uniuersaliter quæcunque ad victum vel vestitum deseruiunt, inter naturales diuitias computantur. Diuitiæ vero artificiales sunt quæ per artem, & industriã hominum sunt adinuentæ, cuiusmodi sunt aurum, & argentum, & omnis pecunia, quæ per se indigentias corporales non supplent, sed per conuentionem, & accidentaliter deseruiũt indigentiæ corporali. In neutris autem diuitijs est animi satietas. Non quidem in artificialibus, quod probat Philosophus ex trib. Primo, quia diuitiæ artificiales ordinantur ad naturales, quod autem ad aliud ordinatur mentem satiare non potest. Secundo quia tales diuitiæ non habent à natura, ꝙ sint diuitiæ, sed solum ex ordinatione hominum. Illud autem, quod est tale solum per accidẽs, & ex arbitrio alterius animum alienius satiare non potest, quia aliter in potestate tua esset, ꝙ animus meus modo esset satiatus, & modo non, propter quod dicitur 1. Polit. ꝙ transmutatis vtentibus, idest transmutato ordine, & dispositione hominum huiusmodi diuitiæ nullam habent vtilitatẽ, nec dignitatem, ꝙ enim tantum auri valeat tantum frumenti, hoc est quia numismata reputantur magna in opinione hominum, & quia sic vult ordo, & dispositio vtentium eis. Tertio quia tales diuitiæ indigentias nostras per se non tollunt, quia vt dicitur 1. Polit. potest contingere ꝙ quis sit diues pecunia, & auro & tamen fame moriatur. Consequẽter etiam ostendo, quod diuitiæ naturales non satiant mentem, maximè quia sunt bona extrinseca, & non intrinseca. Si ergo nullus potest satiari eo, quod non est in

Diuitia. — *Satiare.* — *Philosophus Politicor.*

est i ipso, quomodo illis satiabitur mês? A quoniam sicut momentum statheræ, sic Quibus omnibus consideratis dicitur. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis, &c. Iustus in modicitate sua quietê habet mentis, ut ostendit Greg. d. Qui nihil mundi huius appetunt, nullis procuidubio in corde tumultibus premuntur. Omnes quippe inordinatus desideriorum motus à cubili cordis manu sanctæ considerationis eijciunt. Et quia trãsitoria cuncta despiciunt ex his nascentes cogitationum insolentias non patiũtur. Aeternam enim patriam appetunt, & quia nulla huius mundi diligunt magna mentis tranquillitate perfruuntur. Non ergo immerito Psalm. d. *quod melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas*. Et hoc bene aduerrunt diuites superbi in alia uita dicêtes illud Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia contulit nobis? transierunt omnia hæc tanquam umbra.

Eccles. 3.

583 *Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos Dominus.*

Hic consequenter ostendit, quòd malorum prosperitas terminatur per miseriam. Quantumcunq; .n. sit alta prosperitas mũdi, vel in sapientia, vel diuitijs, uel in honoribus, uel in potentijs, nonne hic in uita per infortunia, vel saltem in morte deducitur ad nihilum? Vbi enim nunc potestas Alexandri? vbi dignitas Cæsaris? vbi Absalonis pulchritudo? vbi sapientia Salomonis? omnia enim ad nihilum redacta sunt. Sed differenter, quia in bonis licet hic nihil appareant, commutata tamen sunt in melius. In malis autem nihil existunt, sed ad tormenta sunt commutata. Et hoc D est quod dicit de peccatoribus. *Quoniam brachia peccatorum conterentur*. De iustis autem, *Confirmat autem iustos dominus*. Nota ergo, quòd per brachium in scriptura multa significantur. Est enim in scriptura brachium diuinalis firmitatis, secundum enim grammaticos brachium dicitur à bari, quod est forte. Ipsa autem diuina potentia fortitudinem habet immensam; cui nullus resistere potest. Virtuti brachij tui quis resistet?

Brachium multa significat in scriptura.

Sapien. 1.

ante te est orbis terrarum. Momenta enim statheræ quasi nullam resistentiam habent, quia cum stathera in æqua lance manet, nulli ponderi addito resistere potest, quin statim cadat deorsum. Sic est omnis creatura respectu brachij diuinæ potentiæ. Quod patet si consideres quod istud brachium mortificatos iustificat. Secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum. Mortificati enim dicuntur martyres occisi, quos cum sua posteritate iustificatos possidet Christus. Sub-B iugatos liberat, patuit, quando siccato mari rubro, virtute sui brachij liberauit filios Israel de seruitute Pharaonis. Eduxit Israel de medio eorum in manu potenti, & brachio excelso. Tentatos fortificat, vnde de quolibet tentato ait Deus. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confirmabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, nec mirum, quia ipsos dæmones tentantes exterminat. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, scilicet, diabolum in brachio virtutis tuæ, &c. Brachium uigorosæ æquitatis, scili-C cet iudicium vltimum, quod ideo brachium dicitur, quoniam sicut brachijs quæ placent leuamus, quę displicent deprimimus, sic in vltimo iudicio Christus suo brachio leuabit electos, & reprobos damnabit, Ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius omnibus dominabitur, & in brachio suo leuabit agnos, &c. Esaia. 51. Brachia mea populos iudicabunt. Brachium mundanæ potestatis, & diabolicæ. Sic enim Antichristus dicitur brachium diaboli propter magnam diaboli potestatem, quam exercebit contra electos, quod tamen brachium finaliter confringetur. Et brachium excelsum confringetur. Si autem brachium potestatis antichristi, in quo tota diaboli potestas erit locata, cõfringetur quid de alijs superbis mundi, & potentibus est dicendũ? nisi Ezech. 30. Cõminuã brachiũ forte. Bene ergo de malorum prosperitate sub brachij nomine dicat. ps. *Et brachia peccatorum conterentur*, non sic autem iustis. *Confirmat autem iustos dominus*, s. hic per aduersorum patiẽtiã unde gl, *Cõfirmat autẽ iustos dominus* in

Psal. 78.

Psal. 135.

Psal. 88.

Psal. 88.

Esa. 40.

Iob. 38.

in aduersis per spem, per exempla, & maximè per exemplum suæ crucis. Crux. n. finita est in pena, manet in gloria. A locis enim suppliciorum transijt ad frontes imperatorum. qui tantum dedit honorem suis pœnis, quid seruit fidelibus suis? Quia, vt ex dictis patet, prosperitas malorum consistit in uoluptatibus ipsorum, ideo quæro, vtrum beatitudo hominis in uoluptate consistat seu delectatione. 1. 2. q. 2. art. 6. de re. principum.

Questio.

584 *Nouit dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternū erit.*

Postquam ostendit Psal. prosperitatē bonorum meliorem esse prosperitate malorum ex bonis vitæ præsentis, nūc hoc idem ostendit, ex bonis vitæ futuræ, in qua boni abundabūt præmijs, sed mali supplicijs. Et circa hoc duo facit, quia primo tangit diuersitatem præmiorum, secundo tāgit diuersitatem meritorum, ibi. *Apud dominum.* Quantum ad primā partem ponit differētiam inter retributionem bonorum in futuro, & malorū, quia bonis dabuntur præmia, malis autem opposita supplicia. Et secundum differentiam præmiorum, & suppliciorum pars ista diuiditur in partes quinque, secundum ꝙ quinque præmia bonis dabūtur, & per oppositum quinque supplicia malis. Quod in futuro primo iusti approbantur à Deo, & mali ignorantur, secundo iusti satiantur, & mali anxiantur, ibi. *Non confundentur,* tertio iusti honorantur, & mali deprimuntur, ibi. *Inimici domini.* quarto iusti absoluuntur, & mali obligantur, ibi *Mutuabitur,* quinto boni benedicuntur, & mali disperguntur, ibi. *Quia benedicentes.* Quantum ergo ad primum primo ostendit, ꝙ in futuro iusti à Deo approbabūtur, sed mali reprobabūtur. d. *Nouit dominus dies immaculatorum.* Notandum ergo, quòd Deus aliqua duobus modis noscere dicitur. s. vel quia approbat, vel reprobat, quæ enim approbat dicitur scire, & quæ reprobat, nescire, vide supra psal. 1. Quoniam nouit dominus viam iustorum. Sic ergo nunc dicitur. Nouit dominus dies immaculatorum, idest, approbat. Et per oppositum dies malorum non nouit, quia illos nō approbat. Sic enim malis loquitur. Nescio uos, unde sitis, idest, nō approbo. Secundo modo Deus aliqua dicitur cognoscere, quando illa nos facit cognoscere, similiter, & illa nescire, quæ nos non facit scire. Sic enim dixit ibi Abrahæ. Nūc cognoui, ꝙ timeas Deum, &c. idest, alios cognoscere feci. Vnde Greg. exponens illud Iob 31. Sciat Deus simplicitatem meam, dicit. Scire Dei dicitur scire nos facere, vsitato locutionis modo, qui lætū diem dicimus, ex quo contingit, ut lætemur. Hinc est enim quod ad Abraham dominus dicit. Nunc cognoui ꝙ times Deum. Neque enim creator temporum quicquam cognouit ex tempore, sed cognoscere eius, est ex cuiuslibet casus emergentis articulo nobis cognitionem præbere. Sic per oppositum, & illud nescire dicitur, quod nos scire non facit. Sic enim diē iudicij dicitur nescire, quia illum nobis non manifestat. De die autem illo, & hora nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque filius. Ad propositum in præsenti vita quantumcūque iusti nesciunt statum suum, utrum sint Deo accepti, vel nō, vtrum opera sua ante Deū sint munda, uel non, vnde Greg. d. Districtionem quippe diuinæ iustitiæ contemplantes, etiam de bonis nostris operibus pertimescimus, quæ nos fortia egisse putabamus, vnde Paulus ait. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, qui autem iudicat me, dominus est, Ac si diceret, rectè me egisse recolo, & tamen de meritis non præsumo, quia ad eius examen uita nostra ducitur, sub quo omnia nostra bona turbantur, & hoc est, quod dicitur. Nescit homo, vtrum amore, vel odio dignus sit, scilicet, in præsenti uita. Sed in futura vita iusti videntes diuinam essentiam, clarè uidebunt iustitiam suam Deo esse acceptam. Et sic dominus dicitur scire dies immaculatorum, quia ipsos iustos facit scire, & quia illos ad æterna acceptat præmia. Et hoc est, quod subditur. *Et hæreditas eorum in æternum erit,* quia dominus, qui est æternus, erit ipsorum hæreditas, Dominus pars hæreditatis meæ. Sic ergo hæc est prima differentia in futuro inter malos, & iustos, quia iusti à Deo approbantur, sed mali ignorantur.

Cognoscere. Dei. Nescire Dei. *Luca. 13.* *Gene. 22.* *Greg. 21. mor. c. 6.* *Marc. 13.* *1. Cor. 4.* *Eccles. 9.* *Psal. 15.*

Non

585 *Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.*

Hic ponit secundam differentiam, scilicet, q; iusti satiabuntur, sed mali anxiabuntur. Vbi notandum, quòd hic per tempus malum, & per dies famis idem intelligitur, scilicet, dies iudicij, qui malis erit tempus malum, omnibus autē iustis erit dies famis, patet primū. Quāuis.n.tēpus uniformiter se habeat, tamen propter illa, quæ in tēpore fiunt, variari dicitur, vt dicitur tempus clarū, non quia tempus in se sit clarum uel obscurum, sed quia aer, qui est in tempore, est clarus, & obscurus. Similiter tempus dicitur lætū, vel triste, quia illa, quæ accidunt in tempore, sunt læta, vel tristia. Similiter dicitur tempus malum, quia illa, quæ accidunt in tempore, sunt mala. Quia ergo in tēpore iudicij multa mala euenient malis, ideo respectu illorum tempus malum dicitur, quia irruent super eos omnia mala. Sicut apprehenduntur aues laqueo, sic capiuntur homines in tempore malo. Istud autem tempus etiam dicitur dies famis. Fames enim nihil aliud est, quam quoddam naturæ desideriū satietatis. Et hinc est, quod etiā desiderium mentis, quo aliquid ardenter desideratur, fames dicitur. Matth.5. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, idest, desiderant. Bonum autem quanto clarius cognoscitur, tanto amplius desideratur. Et quia Christus in iudicio clarè in sua maiestate gloriosus apparebit omnibus bonis, ideo tunc ab eis summè desiderabitur. Sic enim fames pro desiderio accipitur. Amos 8. Dicit dominus: Mittam famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Et de isto tempore iudicij dicit de bonis primo. *Non confundentur in tempore malo.* Confusio enim est verecundia ex malo perpetrato, quam non patientur iusti, sed gloriabuntur. *Et in diebus famis*, idest, desiderijs satu rabuntur, quia scilicet desiderium eorum quo desiderabant habere Deum, adimplebitur, ut enim dicitur Prouer. 11. Desiderium iustorum omne bonum, quia scilicet desiderabunt Deum, in quo est omne bonum. Et istud implebitur, quia desiderium suum, dabitur iustis. Et sic satiabuntur uidentes gloriam Dei. Psal. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Quantum ad malos subdit. *Quia peccatores peribunt*, ly *quia*, stat pro &, & nō causatiuè, quasi dicat. Iusti satiabuntur, & peccatores peribunt. Vel si stet causaliter, tūc est sensus, q; malorum perditio, siue damnatio aliqualiter est causa gloriæ iustorum. Quod sic est, quia iusti uidentes pœnas malorum, amplius gaudent, quia uident mala, quæ euaserunt, & amplius Deo gratias agunt, sicut ecōtra mali uidentes iustorum gloriam, magis cruciantur, uidentes quanta bona perdiderunt, propter quod de bonis dicitur, Lætabitur iustus, cum uiderit vindictā, &c. De malis autem dicitur, quòd videntes turbabuntur timore horribili, gementes, & dicentes. Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Sed hic occurrit dubium, quia de iustis dicit, quòd non confundentur in tempore malo. Contra quia certum est, quòd illo tempore singulorum conscientiæ omnibus erunt manifestæ. Tunc ergo iusti cognoscent se peccasse, ut puta recordabitur Petrus, se negasse Christum. Paulus se persequutum fuisse ecclesiam. Tunc ergo quæro, quia recordabuntur se peccasse, aut placebit iustis se peccasse, aut displicebit, si placebit, ergo erunt iniusti, habentes complacentiā de Dei offensa, si displicebit, cum talis displicentia sit quædam pœna, & confusio, sequitur propositum, scilicet quòd iusti confundentur in tempore malo. Ad oppositum est textus noster, dicēs. *Non confundentur in tempore malo.* Et Magister lib.4.dist.43.dicit, quòd tunc malorum memoria bonos non contristabit. Respondeo, dico secundum omnes doctores, quòd ibi bonis erit malorum cognitio, & memoria sine tristitia. Sed quomodo hoc possit esse, multiplex est modus dicendi. Primo dicunt aliqui quod hoc erit uirtute diuina, quia sicut Deus potens est separare in igne lucem à caliditate, sicut in igne inferni, qui ardebit, & non lucebit, & in igne fornacis, qui lucebat, & non ardebat tres pueros, nec unum pilum ipsorum. Sic quamuis iu-stis

Marginalia: A; B; C; D; Eccl. 9.; Prou. 10.; Psal. 17.; Psal. 57.; Sapien. 5.; Quæstio. Confusio Beatus. Memoria. Peccatum.; Daniel 4.

ftis recordatio peccati naturaliter inferat tristitiam,& displicentiam,etsi Deus sua potestate tristitiam separabit ab illa cognitione. Secundo dicunt alij, ꝙ hoc erit propter dignitatem status beatorũ, sic enim Angeli beati, etsi nos ament, non tamen propter mala nostra tristantur,pro eo ꝙ sunt absorpti à gloria, sic ꝙ nihil tristabile eos lædere potest, sic & in proposito est intelligendum. Tertio dicunt alij, & melius ꝙ hoc est propter modum considerandi,quia boni nõ recogitabunt, vel considerabunt peccata sua absolutè, sed solum in comparatione ad Deum liberantem. Quoniam cogitare de malo preterito sub respectu liberationis, non generat in nobis affectionem tristitiæ,sed gaudij,sicut etiam damnati considerantes bona sua præterita,non gaudent,sed magis tristantur ex tali consideratione,quia illa non considerant absolutè, sed solum respectu ad perditionem ipsorum. Et per ista patet ad argumentum.

586 *Inimici verò domini,mox,vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficiet.*

HIc consequenter ostendit,quod iusti in futuro honorantur, & mali deprimuntur. Gloria enim vitæ præsentis,quæ est gloria fortunæ, quæ semper admodum rotæ voluitur, quanto magis hominem exaltat, tanto amplius eum consequenter deprimit, ut enim docet experientia, rota dum uoluitur, quælibet pars rotæ quanto eleuatur,tãto postea deprimitur, quanto autem rota est altior,tanto amplius eleuatur, & sic amplius deprimitur. Quod ideo contingit, quia rotam fortunæ nullus aliquo ingenio firmare potest, & ideo omnes sibi per amorem inhærentes,nunc exaltat,nunc deponit. De talibus dicit Psal. Ascendũt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos. Boni autem, quia fortunæ per amorem non inhærent, sed Deo, ideo exaltati non corruunt, d. illud Ps. Deo. Quoniam tu es fortitudo mea. Huius autẽ copulatiuæ,scilicet,quod mali exaltati deprimuntur,& boni stabiliter manent solum ponit primam, per quam secundam dat intelligendam,d. *Inimici uero domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati,deficientes, &c.* Et si dicas quod fortuna aliquos honorat, & exaltat qui non cadunt, sed vsque ad mortem exaltati perdurãt. Quomodo ergo dicit *mox ut exaltati fuerint?* Respõdeo quod totũ tempus præsentis vitæ nihil est respectu æternitatis, nisi sicut punctus respectu circuli. Si ergo exaltati durant vsq; ad mortem,æternaliter tamen cadunt. Et attende congruam similitudinem casus eorum,quia dicit, *deficientes sicut fumus deficient*,quia fumus quanto altius exaltatur,tanto plus euanescit. Ita & mali, quia quanto gradus est altior, tanto grauior est casus, vnde quia Lucifer magis omnibus fuit eleuatus,nonne præ omnibus grauiorẽ casum est passus? Vnde de malis sic iniuste, & fortuitò exaltatis, dicitur. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem,expulsi sunt, &c. vnde Greg. super illo verbo Iob 30. Eleuasti me, quasi super ventum ponens elisisti me valde,d. Quia pſentis vitæ gloria, quasi in alto cernitur,sed nulla stabilitate solidatur,velut eleuatus super uentum ponitur,qui de prosperitate transitoria lætatur,quia ad hoc solum hunc fugitiuæ fœlicitatis aura subleuat,vt repente deterius in infimis sternat.

Mutabitur peccator, & non soluet, iustus autem miseretur, & retribuet. 587

COnsequenter hic ostendit, ꝙ iusti plenè liberantur,sed mali semper ad pœnam remanent obligati. Ille enim, cui mutuo aliquid datur, tamdiu manet obligatus,quamdiu receptum non restituit creditori, vel æquiualens, quilibet autẽ homo mutuò multa accipit à Deo, & in præsenti, & in futuro. In præsẽti autem accipit bona naturalia, & temporalia. Bona naturalia,ut corpus, & animam. Et vires naturales vt sunt intellectus, uoluntas, & memoria. Ista enim propriè non sunt nostra,sed mutuata,patet,quia quilibet alicuius rei liber dominus de ipsa ad libitum disponere potest quod de istis homo nõ potest,aliter quilibet de corpore,& anima,alijs'q; naturalibus bonis licitè ad libitum facere posset,& sic fornicatio,gula,ira,&c.peccatũ non esset. Deus igitur ista nobis dedit mutuo,vt ex eis sibi fructum reddamus, vt

Fortuna. Iustus. Malus.

Psal. 106.

Psal. 30.

Obiect.

Respon.

Esa. 14. Psal. 35. Greg. 20. mor. c. 26.

Mutuum dare.

vt.s.corpus sibi fructificet per pœnitentiam, anima per subiectionē, intellectus per diuinorum contemplationem, volūtas per Dei amorem & benedictionē, memoria vero per suæ passionis recordationem. Quoties ergo peccator corpus præbet voluptatibus, animum terreois, intellectum dolositatibus, memoriam iniurijs, tunc peccator mutuatur & nō soluit. Vnde gl. *Mutuabitur peccator, & non soluet*, quia a Deo mutuo accipit corpus, mentem & alia, nec ipsis bene vtēdo gratias agit. Accipit etiam iustus à Deo mutuo bona tpalia & illa Deo reddit, qui illa iustè dispensat, sed peccator, qui illis malè vtit, accipit mutuò & non soluit. Generaliter autem omnia bona à Deo nobis mutuata reddimus Deo, cum illis iustè vtendo agimus gratias Deo. Et non illa nobis, sed Deo attribuimus. Sic enim iusti omnia sua bona non sibi, sed Deo attribuunt, exemplo Petri, de quo ait Greg. super illo verbo Iob 38. Nunquid mittis fulgura, & ibunt, & reuertētia dicent tibi adsumus, d. Videamus fulgur vadens. Claudo cuidam ait Petrus. Argentum, & aurum nō est mihi, quod aūt habeo hoc tibi do, in nomine domini Iesu Christi Nazareni, surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum & statim cōsolidatæ sunt bases eius, & plantæ, & exiliens stetit, & ambulabat. Sed cū de hoc facto fuisset Iudæorum turba commota videamus quid Petrus ait. Viri Israelitæ, quid admiramini in hoc, aut nos intuemini, quasi nostra virtute, & potestate fecerimus hūc ambulare? Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suū Iesum. Et paulo post. Cuius nos testes sumus, & in fide nominis eius hunc, quē vidistis, & nostis, cōfirmauit nomē eius & fides quæ per eum est, dedit integram sanitatē istam in conspectu oīum vestrū. Sic ergo accepit mutuo Petrus, cum miraculum fecit, sed soluit cum nō sibi tribuit, sed auctori, ꝙ fecit. Sic ergo illi, qui gloriam operum sibi attribuunt & non Deo, illi mutuantur, & non soluunt. Vel peccator mutuatur, qñ hic peccat, quia tunc se obligat ad pęnā, pro peccato soluendam. Similiter & in futuro peccator mutuatur, & non soluit, quia peccatores in inferno semper à Deo recipiunt pœnam, quasi quoddam mutuum, quia nō est eis essentialis, sed accidentalis, & tñ nunquam soluunt debitū, quia semper ad pœnam æternam obligati remanēt, vt prius, quia in inferno nulla redēptio. Vnde Gregor. super illo verbo Iob 20. Luet quæ fecit omnia, nec tñ consumetur, d. Persoluet enim damnatus in tormentis ea, quæ hic illicita seruauit desideria. Et flammis vltricibus traditus semper moritur, quia semper in morte seruatur. Non enim in morte consumitur, quia si cōsumeretur vita morientis, cum uita etiam pœna finiretur, sed vt sine fine crucietur, viuere sine fine in pęna compellitur, vt eius vita, quæ hic in culpa mortua fuit, illic eius mors viuat in pœna. Dicat ergo. Luet, qui fecit oīa, & non consumetur, quia cruciabitur, & nō extinguetur, moritur, & viuit, deficit, & nō subsistit semper, & fine fine est. Hęc solo auditu valde sunt terribilia quanto magis passione? Et hoc est, ꝙ ait Psal. *Mutuabitur peccator, & non soluet*. Aliqui tñ codices habēt, *multiabitur peccator*, &c. sed primus verior. Quantū vero ad iustos, ꝙ plenè libēter subdit. *Iustus aūt miseretur, & retribuet*, hic. s. in præsenti, quia de bonis à Deo receptis proximo miseretur, & per cōsequēs reddit illa Deo, à quo accepit. Vel in futuro miseretur, & retribuet, quia gloriā ꝙ à Deo recipit, totā per gratiarū actionē retribuit. Vel aliter hic per iustū: Ra. Sa. intelligit Deū, qui miseretur oīum, sed solū iustis tribuit gloriæ plenitudinem.

Quia benedicētes ei hæreditabūt terrā: maledicentes aūt ei disperibunt. 588

Ostendit hic ꝙ boni benedicētur, sed mali dispergentur. Vbi notandum, ꝙ iusti benedicunt dominum multipliciter, quoniam benedicunt dominū per debitam eius mandatorum obseruātiam, per solidam mentis in aduersis patientiam, per validam fide credēdorum adhærentiā, per integram Deo ex beneficijs datam gratiam, per deuotam mentem Dei laudando reuerentiam, per fecundam cum proximis seruatā amicitiā, primum patet, quia mandatorum Dei obseruatio est apertū signum, ꝙ ipsum Deū bonum dicimus factis, & operibus.

Petrus. Gregor. 30. mor. c. 4.

Act. 3.

Grego. 15. mor. 9.

Psal. 102. Benedicite dominū omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatē eius. Et quia Dei præcepta à beatis maximè obseruātur in patria, ideo ipsi maximè Deum benedicunt. Benedicite domino omnes Angeli eius, potentes virtute, qui faciunt verbum eius: Cōsimiliter & omnis beatorum populus, *Psal.* 102. Psal. Benedictus dominus Deus Israel à sæculo, & vsque in sæculum, & dicet omnis populus, fiat, fiat. Et duplicatur ly, fiat, quia dupliciter præcepta sunt seruanda, scilicet, corde, & opere, vel propter duo præceptorum genera, quia alia affirmatiua, & alia negatiua. *Præcepta dupliciter seruanda, & duo præceptorū genera.* Sic etiam & creaturę insensibiles benedicunt dominum. Psal. Benedicite domino omnia opera eius. Vnde quia solus peccator Dei præceptum transgreditur, ideo solus Deo maledicit. Homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatū suum. *Leuit.* 24. Secundum patet, quoniam aduersa à Deo inflicta portare, est ipsum pium correctorem confiteri, & sic de ipso dicere bonum. Sic enim Thobias docebat in flagellis per patientiā benedicere Deū. *Thob.* 15. Hierusalem ciuitas Dei, castigauit te dominus in operibus manuum tuarū, confitere domino, & benedic Deum sæculorum. *Iob* 1. Sic & Iob in flagellis positus, d. Sit nomen domini benedictum. Sic & Christus in passione positus benedixit dñm nobis præbens exemplum. Vnde Grego. *Gregor.* 2. *mor. c.* 31. ait: In se autem Christus credentes edocet, vt in flagellis positi, Deū benedicere sciant, teste Euangel. *Matth.* 26. Cū appropinquaret passioni, accepto pane, gratias egit, & benedixit. Gratias itaq; egit, & benedixit, qui flagella alienæ iniquitatis suscepit. Et qui nihil dignum percussione habuit, humiliter percussus benedixit, vt hinc ostendat, quid vnusquisq; nostrum in flagello culpę proprię facere debeat, si ipse æquanimiter portat flagella culpę H alienæ, vt hinc ostendat, quid in correctione faciat subditus, si in flagello positus patrē benedixit æqualis patri filius. Et ideo in aduersitate captiuitatis, quæ videtur maxima etiā per patientiā oportet benedicere Deum. *Iudith* 7. Captiui, benedicamus Deum. Tertium patet, quia per fidē Deo adhærere est ipsum verū Deū credere, & p cōsequēs de ipso dicere bonū. Vñ & fide illustrati benedicūt dñm. Bene dicā dñm, q. tribuit mihi intellectū, &c.

E superius Psal. Cum omnibus istis modis benedicendi dominum mereamur, quid mirū, si sic benedicētes præmiat? Et hoc est, quod ait Psal. hic. *Quia benedicentes ei hæreditabunt terram*, scilicet viuentiū. Et per oppositum. *Maledicentes autem ei disperibunt.* Quid est aūt maledicere dominum, nisi ex bonis operibus gloriam Deo debitam sibi usurpare, vel Dei præcepta contēnere? Talium autem quilibet à Deo reprobatur, vnde Tob. 13. Maledicti erunt, qui contempserunt te, & condemnati erunt, qui blasphemauerint te. Et hoc est, qd dicit hic ps. *Maledicentes autem ei disperibunt.* F Disperire. n. est dupliciter perire, quia tales, qui Deo maledicunt eius præcepta non seruātes bis pereunt, s. in anima, & corpore. *Mali bis pereunt.* Quia dictum est, q inimici dñi hic honorati statim deficiunt, non aūt iusti. Ideo continuando materiam quæstionum cęptam quæro. Vtrum beatitudo hominis consistat in honoribus, vel dignitatibus, vide 2. 2. q. 2. art. 2. Et de regi. princ. 13.

Apud dominum gressus hominis dirigentur, & viam eius volet. 289

G POstquam Psal. ostendit diuersitatē malorum, & iustorum, quo ad pœnas, & præmia, hic consequenter ostēdit ipsorum diuersitatem, quo ad merita, & demerita, quia ex istis sequuntur præmia, & supplicia. Et circa hoc duo facit. Quia primo ostendit hanc diuersitatem in operibus uitæ actiuæ, secundo in operib. vitæ cōtēplatiuæ, ibi. *Os iusti meditabitur.* Prima ī duas, quia primo ponit merita iustorū, secūdo ex hoc infert exhortationem singulorū, ibi. *Iunior fui.* Quantū ad primā partē ostendit merita iustorū, primo quo ad opera iustitiæ, secūdo quo ad opera pœnitētiæ: ibi. *Cū ceciderit.* Quātū ad primū dicit. *Apud dominum, &c.* Hic. n. per hominem intelligit quēlibet iustum. Cuius ratio est. Quia, cū homo ponatur inesse specifico suo per animam rōnalem, per quam specificē distinguitur ab irrationalibus, ille solū verè, & realiter dici potest homo qui uiuit secundum rōnem. Qui autē viuit secundū sensualitatem communem etiam animalibus brutis, dicitur homo solo nomine non re, quia non viuit secundum illud, quod est propriū hominis, s. rōnem, sed secun-

secundum id, quod competit et brutis, s. secundum A appetitum sensitiuum. Et hoc est, quod d. Ps. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hoc pulchrè declarat Petrus Damia. in quadam epistola, quã scripsit Papæ Alexandro d. Est qui solo noie sit homo, & est qui re ipsa, & veritate sit homo. Audi Salomonem, d. Deum time & mãdata eius obserua, hoc est oĩs homo. Deum timere est cuncta, quemadmodum prohibet execrando contemnere. Mandata illius obseruare est oĩa, quæ præcipit operib. exercere. Ille ergo Deum timet, qui satagit cauere quod ille prohibet. Ille mãdata eius obseruat, qui studet implere, quod ille imperat. Deum ergo time, & mãdata eius obserua, hoc est oĩs homo, ac si perspicuè dicat. Qui non studuerit cauere prohibita, quia negligit implere præcepta, hoc ipso ratione caret, vocabulum quidem hominis habet, sed esse hominis non habet, quia non veraciter vtitur virtute nominis, quo cẽsetur. Ille ergo nimirum se credat veraciter hominem, qui hominũ recognoscit auctorẽ: alioquin, qui ignorat, ignorabitur. Quid aũt sine his sit homo perspicuè dissoit scriptura, d. Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? hæc ille. Sic.n. per hominem intelligit quẽlibet iustũ, d. *Apud dominum gressus hominis*, i. iusti dirigetur. Per gressus aũt hominis intellige mentis affectiones, quibus graditur ad Deũ per viam veræ operationis. Quia ostendit Greg. super illo verbo Iob 31. Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat, d. Quid viarum noie nisi actiones denunciat? Hinc etenim per Hiere. dr: Bonas facite vias vestras, & studia vestra. Quid vero appellatione gressuũ, nisi initium accipimus meritorum? quibus pro secto gressibus ad semetipsum nos veritas vocat, d. Venite ad me oẽs, qui laboratis, & onerati estis. Ad se quippè venire nos dñs præcipit nõ gressibus corporis, sed affectionibus cordis. Isti aũt hominis gressus primo peccato proni sunt ad deuia perambulanda, quia, vt habetur Gen. 8. Cũcta cogitatio hominis prona est ad malum omni tempore, Et idcirco ne labantur ad deuia per Deũ diriguntur, quis.n. ad illicita non multoties flecteret mentẽ, nisi diuina bonitas nostros dirigeret gressus? Et ideo alibi orãt Ps. Deum, d. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt nõ dominetur mei oĩs iniustitia. Et hoc est, qd hic Ps. d. *Apud dominum gressus hominis dirigetur*. i. ab ipso dño dirigetur voluntas, & affectio viri iusti. Et quia opera exteriora assumũt bonitatem, & malitiam ab ipsis affectionibus interioribus, à quibus procedunt, ideo si gressus affectionũ sunt directi & boni, sequitur quod via exterioris operis B est bona, & Deo placita, propter quod subditur. *Et viam eius volet*. s. ipse Deus approbabit opera iusti. Vel aliter. vt ly *eius* referatur ad dñm, vt via eius sit via dñi. Et tunc est sensus. Ad hoc apud dominum gressus hominis dirigetur, vt ipse velit viam domini, s. custodire. Et notat hic gl. quod alia est via domini, & alia via mundi. Via mundi nõ est dura, sed lata, & spaciosa periculis & latronibus plena. Via autẽ Dei etsi sit arcta, & laboriosa, est tñ ab omni periculo secura. Quis autem dubitet nõ melius fore pergere per viam duram, sed tutam, quàm per viam C planam latronibus plenam? Sic enim ait Psal. Viam veritatis elegi.

Cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. 590

Hic consequenter ostẽdit meritum iustorum quo ad opera pnæ. Vbi quantum ad propositum spectat notandum quod triplex est casus, de quo ista litera intelligitur, s. casus culpæ venialis, casus culpæ mortalis, & casus pœnæ temporalis. Primo est casus culpæ venialis, quia etsi per veniale peccatum homo nõ cadat à gratia, & charitate, cadit tñ à charitatis feruore. Et de isto casu exponit D gl. d. Si cadit iustus peccando venialiter, non tñ frangitur per crimina, quia dñs supponit manum suam, i. auxilium gratiæ, quod ideo dicit, quia ipsa peccata venialia inducunt ad mortale, nisi dñs manum suæ gratiæ apponeret, sicut quãuis vnum paruum foramen in naui à principio non submergit nauem, sed si ei non succurratur, aqua paulatim crescens, ipsam submergeret, & de isto casu culpæ venialis dicitur: Septies in die cadit iustus,

Psal. 48.
Eccles. 12.
Gressus sũt mentis affectiones.
Greg. li. 21. mor. c. 4.
Gressus. Via.
Casus multiplex.
Prouer. 24.

stus, & resurgit. Impij autem corruet in malum. Et hoc est quod alibi d. Impulsus euersus sum, vt caderem, & dñs suscepit me. Vbi glo. Quomodo enim potest cadere, cui dominus est fortitudo? Illi vero cadunt, qui sibiipsis volunt esse fortitudo. Secundo est casus culpæ criminalis. Domus Israel cecidit, non adijciet vt resurgat, quod de Iudæis intelligitur. Quod ideo sic dicit, quia homo sola voluntate in mortale cadit, sed à se'so la voluntate non pôt resurgere, nisi diuina adiutus gratia. Et aduerte ẽm diuersitatem peccatorũ, diuersos diuersimodè cadere. Primo cadunt aliqui per superbiam, sicut Lucifer. Quõ cecidisti, Lucifer, &c. qui dicebas in corde tuo, ascendam super altitudinẽ nubium, & similis ero altissimo? & Iob 4. Mons cadens defluit: mons significat superbiam, qui cadens per superbiã, defluit in gehennã. Secundo cadunt aliqui per detractionis infamiam. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, cadat ascensor eius retrorsum. Dan interpretatur iudicium, & significat detractores, qui omnes alios volunt iudicare, & mordendo detrahere. Tertio alij cadũt per acediã Leuit. 29. Cadent, nullo persequẽte. Et de Heli, qui otiosus sedebat in sella, dicitur, q̃ cecidit de sella retrorsum, & fractis ceruicibus mortuus est. Quarto alij cadunt per hypocrisim, & fallaciam, qui. s. claudicantes vnum dicũt, & aliud faciunt, vnum volunt esse & illud apparere, figurati p Miphiboseth, de quo dicitur: Cecidit, & claudus factus est. Quinto cadunt alij per gulam signati in Ochozia rege, de quo dicitur, Cecidit Ochozias per cancellos cœnaculi, & ægrotauit. Sexto cadunt alij per inuidiã, figurati in Aman, qui inuidens ipsi Mardochæo cecidit. Nõ poteris resistere Mardochæo, ante quẽ cœpisti cadere, sed cades in conspectu eius. Sic de inuido Saule, ait Dauid. Veniat illi laqueus, quẽ ignorat, &c. Cadant in idipso. Septimo cadunt alij per auaritiã, qui. s. totum cor habent ad terrena. In conspectu eius cadent oẽs, qui descendũt in terra. Octauo cadunt alij per luxuriã. Neq; fornicemini, sicut quidã ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Et istis modis permittit Deus cadere q̃q;

Psal. 117.
Amos 5.
Cadere.
Esa. 14.
Mons significat superbiam.
Gen. 46.
1. Reg. 4.
2. Reg. 4.
4. Reg. 1.
Hester 6.
Psal. 21.
1. Cor. 10.

E etiam electos suos, vt eorum casus à nobis declinet superbiam, & ipsorum pœnitentia nos prouocet ad pœnitentiam: vñ de Greg. d. Videamus Dauid ille, quantum mons altus fuerit, qui tãta Dei mysteria prophetico spiritu voluit contemplari, sed aspiciamus, quam subito casu defluxit, quia, dum in solario ambulãs, alienam coniugem concupiuit, & abstulit eiusque virum cum damno sui exercitus interemit, repentino casu mons cecidit, cũ mẽs illa mysterijs cœlestib. assueta, inopinata tẽtatione deuicta est, &c. Et hoc totum permisit Deus, ne superF biamus de virtutibus. Vnde subdit Gregor. d. De statu suo Dauid cadente, nemo superbiat, de peccato suo Dauid nemo desperet, &c. De isto autem casu peccati mortalis sic intelligitur textus noster, quia quamuis multi prædestinati quandoq; cadunt per peccatũ mortale, vt Dauid, Petrus, &c. tamen *non collidentur*, s. irrecuperabiliter, *quia dominus supponit manum suam*. i. auxiliũ suũ, vt resurgat per pœnitentiam. Tertio est casus aduersitatis temporalis, sic martyres pro Christi nomine ceciderunt à vita præsenti. Psal. Sacerdotes eius in glaG dio ceciderunt. Et tamen non colliduntur, quia omnia patienter sustinent. Et hoc est, quod de quolibet iusto d. *Cum ceciderit iustus, non collidetur*, &c.

Gregor. 12. mor. c. 12.
2. Reg. 11.
Gregor.

Iunior fui, etenim senui; & non vidi iustum derelictum: nec semen eius quærens panem. 591

Consequenter hic Dauid ex prædictis nos admonet, vt iustos imitemur. Et hoc propter multa, quæ iusti habẽt à Deo, s. quia iusti primo à Deo nutriuntur: secundo quia iusti Deum imiH tant: ibi. *Tota die*. tertio, quia iusti à Deo informantur: ibi. *Declina à malo*. quarto quia iusti à Deo diliguntur: ibi. *Quia dominus amat*, quinto q̃a iniusti à Deo puniuntur, ibi. *Iniusti punientur*. sexto quia iusti à Deo beatificãtur, ibi. *Iusti autem*. Quantũ ad primũ primo ondit, q̃ iusti à Deo nutriunt, d. *Iunior fui, etenim senui*, &c. Ex hoc apparet, q̃ istũ Ps. Dauid fecit in senectute. *Et non vidi iustum derelictum*, &c. Sed cõtra Dauid fuit iustus, & tñ panẽ quæsiuit ab Achimelech, vt patet.

Multa habent iusti à Deo.
Oppositio bona.

tet.1.Reg.21. Helias homo fuit iustus, tamen panem quæsiuit à muliere vidua Sarepthæ.3. Reg. 17. Etiam sequeretur, ꝙ status religiosorum, qui panem mendicando quęrunt, non esset licitus, si nullus est iustus, qui panem quærit. Ad hoc multipliciter respondetur. Primo, ꝙ locus ab auctoritate nō tenet negatiuè. Secūdò, ꝙ hic Dauid vtitur communi modo loquendi, sicut quando pauci sunt in ecclesia, dicimus, nullus est in ecclesia, vel in foro, scilicet, quando sunt ibi pauci respectu ad alias vices, quia illud ꝙ modicum est, quasi nihil computatur. 2. Physicorum. Licet autem iusti aliquādo quærant panem, hoc tamen raro cōtingit, nisi in illis, qui voluntariè statum mendicitatis assumunt. Quod etiam rarius contingebat tempore veteris testamenti, quando, scilicet, abundantia bonorum temporalium pro operibus iustitiæ promittebatur, vt patet Deute.8. & Esa.1. Si audieritis me, bona terræ comedetis. Tertio dicitur, ꝙ iusti non petunt panem. s. ad congregandum auarè, sicut dr̃ Phil.2. Oēs, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. Quærūt aūt ad vitæ sustentationem. Quartò ꝙ iusti non quærunt panem, vel alia temporalia, vt finem intentum sicut faciunt mali, qui quærunt seruire Deo propter beneficium, & non beneficium propter Deum. Sic enim dicitur: Quærite primum regnum Dei, &c. & hæc omnia adijcietur vobis. Dic ergo, *Non vidi iustu derelictum*, scilicet à Deo finaliter, *nec semen eius*, idest, imitatorem eius, *quærens panem*, scilicet temporalia pro suo fine.

Medicare. *Philosophus* *Matth. 6.*

592 *Tota die miseretur, & commodat, & semen illius in benedictione erit.*

HIc cōsequenter ostendit, ꝙ iustus Deum imitatur. Inter oīa enim, quæ Deo appropriantur, est alijs misereri. Vnde cantat ecclesia Deus, cui proprium est misereri, &c. Et sic ille, qui alteri miseretur, Deum imitatur. Sic enim dicebat Christus. Estote misericordes, sicut & pater, &c. Et nota, ꝙ misericordia in duobus consistit, primo in affectu interiori, consequenter aūt in affectu exteriori. Primum tangit, d. *Tota die miseretur*, quod intelligitur de actu interiori vel habitu miserēdi, sed 2m tangit, d. *& commodat*. Et vide ꝙ misereri alijs est accommodare, quia qui eleemosynam dat, Deo fœneratur, quia nō solum tm̃, sed centuplum recipit, & vita meretur æternam. Et nota, ꝙ nullus meritoriè alteri pōt misereri, nisi primo misereatur sibiipsi, vt. s. in se iustitiam seruet, vnde Greg. d. Ille quippe bene agit, quæ pia sunt, qui scit prius seruare, quæ iusta sunt vt collatus in proximis riuus misericordiæ de iustitiæ fonte ducatur. Nam multi proximis quasi misericordiæ opera impēdunt, sed iniustitiæ facta non deserunt. Qui si veraciter proximis misericordiam facere studerent, sibiipsis debuerant prius iuste uiuendo misereri, vnde scriptum est. Miserere animæ tuæ, Placens Deo. Qui ergo misereri vult proximo, à se trahat, necesse est originē miserendi: scriptū nāq; est. Diliges proximū tuum, sicut teipsum. Qūo ergo alteri miserendo pius est, qui adhuc iniuste viuēdo sit impius sibimetipsi? Vnde per quēdam sapientem dr̃: Qui sibi nequam, cui erit bonus? Ad exhibendā quippe misericordiam, vt indigentibus plenè exterius valeat impēdi duo sunt necessaria. s. homo, qui præbet, & res quæ præbetur. Sed longè incōparabiliter melior est homo q̄ res. Qui itaq; indigenti proximo exteriorē substantiā præbet, sed vitā suā à nequitia non custodit, hic rē suā Deo tribuit, sed seipsum peccato, ꝙ minus est, obtulit auctori, & hoc, ꝙ maius, est seruauit iniquitati. Sed iustus non sic, quia primo *Miseretur*. s. sibiipsi per actū interiorem, & postea *commodat*. i. dat proximo per actū exteriorē. Talis aūt eleemosyna sic collata est quoddā semen, ꝙ seminatum æternā benedictionē fructificat. Qui parcè seminat, parcè & metet, &c. vbi gl. Nō parcè seminat ille qui parum habens, parū largitur, si animus sit prōptus plus dare, si plus haberet. Et nota, ꝙ nō dicit, qui dat, sed qui seminat quia eleemosynā dare, nō est amittere, sed seminare. s. ad tēpus carere, vt plus habeatur in futuro, vbi plus pēsatur animus quam census, ideo qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus largam benedictionem meret, scilicet vitā æternam. Et hoc est quod hic dicit Psal. *Et semen illius*, scilicet, eleemosyna *in benedictione erit*, i. in larga retributione.

Misereri. *Luca 6.* *Eleemosyna.* *Matth. 16.* *Gregor. 19. mor. c. 19.* *Eccles. 30.* *Matth. 22.* *Deut. 6.* *Eccles. 14.* *2. Cor. 9.*

593 *Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in sæculum sæculi.*

De pæn. d. 2. quis aliquando.

Consequenter hic ostēdit, q iusti à Deo informātur. Quia si quis quæreret, quomodo me interius debeo disponere, si opera pietatis exterius uolo exercere? Informat te Deus dicens, *Declina à malo, &c.* Vide supra versic. 513. Qui enim sic declinat à malo & facit bonum, hæreditatem cœlestem acquirit. Ideo subditur, *Et inhabita in sæculum sæculi*, idest, per hoc habitabis in æterna beatitudine. Vel per declinare à malo intellige obseruationem præceptorum negatiuorum, sed per facere bonum, obseruationem affirmatiuorum, in quorum obseruatione consistit meritum æterni. Si uis ad uitā ingredi, serua mādata Dei.

Matth. 19.

594 *Quia dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur.*

6. q. 1. si omnia.

Hic consequenter ostendit, q boni à Deo diliguntur. Quid enim hic per iudicium, nisi iustos seipsos iudicantes intelligitur? Quod ostendit Greg. super illo Iob. 34. Non enim est vltra in hominis potestate, ut ueniat ad Deū in iudicium, dicens. Quod est istud iudiciū, nisi illud, de quo Paul. d. Si nosmetipsos iudicaremus, non utiq; iudicaremur. Et de quo Dauid dicit. Honor regis iudiciū diligit, ut scilicet, qui iam Deum honorat ex fide solicitè iudicet, quid ei debeat in operatione. vnde rursus scriptū est. Iudicare corā dño, & expecta eū. Coram domino quippe iudicatur, qui corde dominum conspicit, & actus suos sub eius præsentia solicita diligentia discernit, quem tanto quis securius expectat, quanto quotidie suspectius vitam suam examinat, &c. Tale ergo est iudicium qd diligit Deus, qd iusti de seipsis faciunt. Vel hoc dicit ad ostēdendū, q Deus iuste sanctos suos hic aduersa pati permittit, d. *Quia dominus amat iudicium* quo. s. permittit sanctos affligi. Nam etsi sinit sanctos pati, iuste tamen iudicat. Et non derelinquit sanctos suos, imo in aduersitatibus ipsos associat. Cum ipso sum in tribulatione, & iō si hic corpore affligūtur, vel moriunī, ad æternā tñ hæreditate conseruantur. Ideo subdit, *In æternum conseruabuntur.* Et loquitur hic de iustis secundū æternam Dei prædestinationē.

Greg. 25. mor. c. 6.

1. Cor. 11.

Psal. 98.

Psal. 90.

595 *Iniusti punientur, & semen impiorum peribit.*

Consequenter hic ostendit, q iniusti à Deo æternaliter puniuntur, etiam si hic prosperentur. Cūm. n. Deus sit iustus, peccatum impunitum dimittere non potest. Sed tamen multi credunt peccata sua non puniēda, & hoc propter lōgam impunitatem, quia scilicet Deus differt illos punire. Et tamen ista causa illos magis ad oppositum mouere debet. Dicit enim Iulius Celsus, lib. 1. q consueuerunt dij immortales, quo grauius homines pro peccatis eorum vlcisci volunt, his secundiores interdū res, & diuturniorem impunitatem concedere. Et Greg d. In arcum quanto longior trahitur corda, tanto de eo exit districtior sagitta. Sic & peccatorum punitio quanto longius differtur, vt veniat, tanto districtior sententia procedit. Hoc ergo ad memoriam peccatorū reducit nūc Ps. d. *Iniusti punientur, & semen impiorum peribit.* Semina sunt opera nostra, quæ debēt esse in veritate, & iustitia facta. Seminate vobis in veritate & iustitia. Impij autem aliquando bona opera, scilicet, de genere seminant, sed quia carent honore gratiæ, non afferunt fructū. Vel etiam si quando faciunt opera bona in charitate, quia tamen non perseuerāt finaliter, ideo pereunt. Et de tali semine dicitur. Non erit semen eius in populo suo, quia Deus talium opera non acceptat ad populum beatorum. vel per semen accipe verbum Dei, quod in peccatoribus seminatum non proficit, vt habetur Lucæ 8.

Gregor. 19. mor. c. 8.

Semina sunt opera nostra.

Osee 18.

Ioan. 18.

596 *Iusti autē hæreditabunt terrā, & inhabitabunt in sæculū sæculi super eā.*

1. q. 1. sacerdos.

Hic consequenter ostendit, q iusti à Deo beatificātur, quia tales sunt filij Dei. Si autem filij, etiam hæredes. Beati pauperes spiritu, quoniā ipsi possidebunt terram, scilicet, viuentium. Credo videre bona domini in terra viuētiū. Et ista hæreditas finem non habet, ideo subdit. *Et inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.* Vbi nota, q quamuis sæculum sit spaciū cētum annorum proprie, tñ in scriptura

Matth. 5.

Psal. 26.

scripturà sacrà quandocunque duplicatur, vt dicatur sæculum sæculi, tūc significat æternitatem ex parte post, & nō ex parte ante. Et si dicas q̄ de Deo dicitur, Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi: tamen Deus est æternus, ita à parte ante, sicut post. Dico, q̄ quamuis Deus æternus sit simpliciter, & ante, & post, non tamen sic dicitur dominus rex, vel creator, quia ista nomina ex tempore conueniunt. Quia superius cōmendantur iusti, quia à Deo nutriuntur sine indigentia, ideo quæro vtrū beatitudo hominis consistat in aliquo bono corporali, t.2.q.2.art.5.

Quæstio. Psal.9. Respon.

597 *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.*

POstquam posuit differentiam inter bonos, & malos, quantum ad opera vitæ actiuæ, nūc consequēter ponit differentiam quo ad opera vitæ contemplatiuæ. Et diuiditur in partes duas. Quia primo ostendit in quo occupatur contemplatio bonorum. secundo in quo contēplatio malorum: ibi. *Considerat peccator.* Prima in duas. Quia primo ostendit, q̄ iustus legem domini habet in ore: secundo q̄ ipsam ī corde, ibi. *Lex Dei eius*, &c. Quantum ad primum dicit. *Os iusti meditatur sapientiam.* Sed quomodo hoc potest, intelligi, quia meditatio cùm idem sit secundum Grammaticos quòd cogitatio: cogitatio autem solum est cordis non oris, quomodo ergo os meditari dicitur? Respondeo, primo quòd licet solum ad cor spectet meditari, quia tamen ex abundantia cordis os loquitur, Matthæ. 12. idcirco os dicitur meditari, quia quod os loquitur, ex meditatione cordis procedit. Vel aliter dicendum, q̄ os est duplex, scilicet os cordis, & os corporis. Quia sicut ea, quæ extrinsecè loquimur, prius in corde dicimus, sic & cor suum os habet, sicut & corpus similiter & labia. Sic enim dicitur Psal. 11. Labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt, vt dicit Gregor. 20. Moral. cap. 2. *Os ergo iusti meditatur sapientiam*, quando sapientiam meditatur in corde, quam postea ore exprimit corporis. Sic enim conformiter dicitur Prouer. 8. Veritatem meditabitur guttur meum, &c. Qui autem sapiētiam sic prius meditatur ore cordis, tunc consequenter congruè loqui potest exterius. Et hoc est, quod subditur. *Et lingua eius loquitur iudicium.* Prius. n. sapientiam in se debet quilibet habere, priusquā alios possit docere. Si. n. cor tacuerit qūo lingua rectè loquitur? quia vt d. Grego. 11. mor. c. 9. Cum quis non agit bona, quæ loquitur, etiā sermo subtrahitur, ne loqui audeat, quod non operatur, sicut per prophetam dicitur: peccatori aūt dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, &c. Quid ergo est loqui iudicium, nisi primo seipsum iudicare, deinde alios, prius seipsum docere, & postea alios, &c.

Quæstio. Respon. Os duplex. Gregor. Gregor.

Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. 598

COnsequenter hic ostendit, q̄ iustus bona, quæ ore loquitur, illa prius corde meditatur: vnde Greg. ait, Qui in dictis suis reprobari metuit, ipse prius debet examinare, q̄ dicit, quatenus inter cor, & linguā quidā discretus æquusque arbiter sedeat subtiliter pensans si recta verba cor offerat, quæ vtiliter suscipiens ad auditorum iudicium lingua perducat. Sic ergo Psal. ostendens, quod iustus quilibet hoc facit pōstquam dixit q̄ iustus loquitur sapientiam, nunc ostēdit q̄ illā prius corde meditatur, d. *Lex Dei in corde ipsius.* Et nota, q̄ aliud est esse in lege, aliud supra legem, aliud sub lege, vt dictum fuit superius versic. 2. & aliud est in se legem habere. Ille enim in se habet legem, qui non solum operatur debitè quę sunt legis, vt boni simplices, qui legis sunt ignari, sed et habitum sapientiæ intus habent in corde, sicut boni doctores & prædicatores, qui faciūt, quę sunt legis, & alios hęc facere docēt; de quorum quolibet dr. Dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ, & disciplinę. Et quia talis scit seipsum, & alios docere, ideo *non supplantabuntur gressus eius.* Planto, tas, s'm Grammaticos, aliquando idem est, quod decipere, & componitur cum sub, & dicitur supplanto, tas, q̄ est decipere, & propriè per plantā, quod fit, cum aliquid latenter inter plantas alterius ponitur vt cadat. Quid enim sunt plantæ nostræ, nisi affectiones nostræ, quibus totum corpus nostrum portatur interius? inter quas plātas ad decipien-

Gregor.8. mor. c.2. In lege, supra legem, & sub lege, & quo differant. Eccles.45. Plantare. Plāta sunt affectiones.

dum aliquid ponitur, quando inter affectiones nostras aliquod malum sub specie boni latenter inseritur. Sic aliquotiens diabolus prætendit, quod si tu ieiunas, eris homicida tuiipsius & similia. Et hoc proprie dicitur supplantare. Vir ergo iustus, qui in corde suo legem habet domini, nõ supplantatur, quia astutias diaboli scit cognoscere. Dicat ergo. *Non supplãtabuntur gressus eius*, i. plantæ pedum, vel affectiones mẽtis, sed magis supplantans supplantatur: vnde Prouer. 13. Iustitia custodit innocẽtis viam, impietas vero peccatorem supplantat.

599 *Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum.*

NVnc consequenter ostẽdit, in quo consistat malorum contemplatio. Et primo ostendit malorum iniquitatem, secundo iustorum securitatem, ibi: *Dominus autem*. Quantum ad primum ait. *Considerat peccator iustum.* Vbi nota quod alia est consideratio bonorum, & alia peccatorũ. Bonus. n. quilibet tria debet cõsiderare, s. propriam vtilitatẽ, ne perdat gratiam. Supernam æquitatem, vt vitet maculam. Diuinam pietatem, ne desperet veniã. Primo ergo considera propriam vtilitatem, &c. quia hæc consideratio conseruat te in gratia, & humilitate, quia si te bene consideraueris, reperies te miserijs plenum, & humilis eris: vnde Iosue 2. cõsiderate terram, vrbẽq; Hiericho. Per terram intellige corpus proprium de terra formatũ, sed per Hierico, quod luna interpretatur, accipe status tui instabilitatem, quorum consideratio te ducit ad humilitatem, vñ Greg. super illo verbo Iob 33. Ecce aperui os meum, &c. Nos enim, quia infirmi homines sumus, primũ considerare debemus, quid sumus, vt ex propria infirmitate pẽsemus, qualiter infirmis fratribus cõsulamus. Consideremus igitur quia aut tales sumus, quales nonnullos corrigimus, aut tales aliquando fuimus, & si diuina gratia operante iam non sumus, vt tanto temperantius corde humili corrigamus, quãto nosmetipsos verius in ijs, quos emendamus agnoscimus. Si autem tales nec fuimus nec sumus, quales adhuc illi sunt, quos emendare conamur, ne cor nostrum forte superbiat, & de ipsa innocentia prius ruat, quorum mala corrigimus, alia ipsorum bona consideremus. Quæ, si omnino nulla sunt, ad occulta Dei iudicia recurramus, quia, sicut nos nullis nostris meritis hoc ipsum bonũ, quod habemus, accepimus, ita illos quoque potest gratia supernæ virtutis infundere, vt excitati posterius etiã ipsa possint, quæ nos accepimus, præuenire. Quis enim credidisset, quod per Apostolatus meritum Saulus lapidatum Stephanum præcessurus erat, qui in morte eius lapidantiũ vestimenta seruabat? His ergo considerationibus cor primum humiliari debet, & tunc demum delinquentium iniquitas increpari. Ideo cuilibet nostrum dicitur. Considera, & cogita quid facias. Cõsiderat ergo quilibet quatuor circa statum suum, vt. s. consideret, vbi fuit, vbi erit, vbi est, vbi non est. Ex consideratione enim istorum, omnis vitatur præsumptio. Quatuor sunt enim qualitates, quibus anima in cõsideratione vehementer affligitur. Cum. n. malorum suorũ reminiscitur considerans vbi fuit. Aut iudiciorum Dei sñiam metuẽs, & secũ quærens cõsiderare, vbi erit. Aut cũ mala vitæ præsentis attendens solerter mœrens considerat, vbi est, Aut cum bona cœlestis patriæ, quæ quia nondũ adipiscitur lugens conspicit, vbi non est. Ex istorum cõsideratione nimirum humiliatur, & ad omnium istorum considerationem nobis dr. Considerate locum, vbi sit pes eius, considerate, & videte oĩa latibula, in quibus absconditur, q. d. considerate statum, in quo estis, & latibula, quibus absconditini. Secundo circa teipsum cõsidera diuinam iustitiam, vt inde vites peccati maculam. Considerata enim diuina iustitia, quæ peccata impunita non dimittit, quis peccare audebit? certe nullus, vt ostendit Greg. ideo dicitur. Psal. 90. Veruntamen oculis tuis cõsiderabis, & retributionem peccatorum videbis. Tertio considera diuinam pietatem, &c. Qui enim solum diuinam iustitiam consideraret, statim in desperationem laberetur. Et ideo ante peccatũ cõsidera diuinam iustitiam, ne pecces, sed post peccatum considera diuinam misericordiam, ne desperes, vt docet Grego. Vt sic merito dicas illud Ps. 118. In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas,

Bonus tria considerat.

Terram. Hiericho.

1. Reg. 25.

1. Reg. 13.

Gregor. 21. mor. c. 16.

Gregor. 33. mor. c. 15.

tuas,f.misericordiæ.Hæc ergo est consideratio bonorum. Alia est consideratio malorũ,qui peccata considerant,non vt euadant,sed magis vt faciant. Et talium consideratio est multiplex. Primo consideratio temeritatis, & superbiæ, qua.f. quis aliena peccata cõsiderat, & nõ sua, de qua dr. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui,trabem autẽ quæ est in oculo tuo non consideras? Et tñ quilibet potius suos defectus quam alienos considerare deberet,vnde Gala. 6. Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos,qui spirituales estis,instruite huiusmodi in spiritu lenitatis,cõsiderans temetipsum, &c. Secunda est consideratio cupiditatis, & auaritiæ. Et hanc à nobis dominus remouet,d. Considerate coruos,quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum,& dominus pascit illos, quanto magis vos.Tertiò est consideratio ambitionis & vanæ gloriæ, quam dominus prohibet,d.Cõsiderate lilia agri, quoniam non laborant,neque metunt. Dico aũt vobis,ꝙ neq; Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Quarta est consideratio torpositatis,& acediæ. Et hanc suo exẽplo remouet mulier fortis, de qua dicitur, ꝙ considerauit semitas domus suę,& panẽ otiosa non comedit.Quinta est consideratio voluptatis & luxuriæ, & hæc multos decipit.Considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor,quoniam mirabãtur pulchritudnem eius nimis. Sexta est cõsideratio crudelitatis,& iracundiæ,quando quis proximum considerat ad sibi nocendum, & ipsum perdendũ.Et de hac dicit præsens textus. *Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum.* Considerat,& insidiatur, quia iustus grauis est peccatori ad videndum, quia vita illius dissimilis est alijs.

Cõsideratio malorum multiplex. *Matth. 7.* *Luc. 12.* *Matth. 6.* *Prouer. 31.* *Iudith 19.*

600 ***Dominus autem non derelinquet eum in manibus suis: nec dãnabit eum, cum iudicabitur illi.***

Derelinquere.

Hic ponit consequenter iustorũ securitatem, quã à Deo defendunt, quia,etsi peccatores cõtra iustos sæuiãt, tñ à domino liberantur, qñq; quo ad corpus, semper aũt quo ad animam,

A Nonne cogitauerunt peccatores interficere Danielem,quem miserunt in lacũ leonum? Et dominus liberauit eum. Nonne illi duo iniqui presbyteri interficere Susannam? Et dominus liberauit eam. Dan. 13. Nonne Saul interficere Dauid per manus Philistinorum? Et dominus liberauit eum. Et hoc est, quod d. *Dominus autem nõ derelinquet eum in manibus suis.* Et hoc est,quod dicitur: Psl. 9. Non derelinquis quærentes te, domine. Etsi quandoq; occulto iudicio derelinquatur corpus iusti in manibus peccatorum,tñ animam saluat,vt ei,nõ consen- B tiat. Vnde ait gl. *Dominus non derelinquit iustum in manibus peccatoris*, secundum animam, vt.f. ei consentiat. Vt enim ait Iob. Terra data est in manus impij.i.caro,in qua sæuire potest,sed animam inuictam educit Deus, ne cedat ei:ideo dicitur, Psal. 36. Non derelinquet sanctos suos,in æternum conseruabuntur, quod intelligitur sm animam:vnde sequitur. *Nec damnabit eum,cum iudicabitur illi*, i. ad petitionem peccatoris Deus non dãnabit iustum,sed liberabit. Sicut Ioseph ad petitionem uxoris iniquæ Putiphari adiudicatum carceri, Deus non damna- C uit,sed miraculosè liberauit, & exaltauit. Gen. 39. Vnde ad literam de ipso Ioseph dicitur. Iustum venditũ non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum.

1. Reg. 18. *Psal. 36.* *Gen. 39.* *Sap. 10.*

601 ***Expecta dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: cùm perierint peccatores, videbis.***

Postquam Psalmista ostẽdit superius multipliciter iniquorum prosperita tem esse contemnendam,& iustorũ appetendam,nunc consequẽter ex illis infert D suam generalem admonitionem conseruandam. Et tria facit: secundum quòd de tribus nos admonet, scilicet, primo ad pœnitẽtiam: secundo ad innocentiã, ibi. *Custodi innocentiam.* tertio ad confidentiam,ibi. *Salus autem iustorum.* Primo ergo nos monet ad pœnitentiam, & hoc dicitur: primo ratione boni consequendi: secundo ratione mali euitandi, ibi. *Vidi impium.* Quantum ergo ad primum dicit. *Expecta dominum.*&c. Vbi nota,ꝙ expecto,tas, taui, sm Grãmaticos

Expectare.

tria

tria habet significata.s. demorari,cõspicere,& sustinere. Vnde versus.Expectatur venturus,expectat patiens, expectatur,qui vt, hic autẽ stat pro patiẽter sustinere.q.d.Psal.Et si mali hic prosperantur,tu autẽ affligeris,*expecta*,idest,sustine dominum patienter,ne turberis,sed *custodi uiam eius*,idest,præcepta eius. Et quid hinc sequetur? scilicet,*exaltabit te*, idest in cœlesti patria te collocabit,quã nullus inhabitare põt, nisi exaltatus à Deo.*Vt hæreditate capias terram*.s. viuentiũ.Et hoc fide credere debes. Et si hoc modo clarè non vides hoc clarè scies postea.s.post iudicium,& damnationẽ peccatorum,quia ꝙ modo fide credis, tunc per experientiam percipies. Et hoc est, quod dicit. *Cum perierint peccatores,videbis*.s.ꝙ modo credis de prẽmijs bonorũ, & de supplicijs malorum.Tunc.n.lætabitur iustus,cum viderit vindictam,&c.

602 *Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani*.

De pæ.d.3. quãquam.

HIc inducit ad patientiam ex mali uitatione, ne scilicet efficiamur impij per impatientiam,quia gloria impij est nulla,& perpetua pẽna.d.ergo.*Vidi impium super exaltatum, & eleuatum*, scilicet prosperitate præsentis vitæ honoribus,& dignitate. Et eorum exaltationẽ exprimit,d.*Sicut cedros Libani*.Est enim,vt ait glo.Libanus mõs,in quo crescunt altissimæ cedri, quæ à vento deijciuntur.Et interpretatur Libanus cãdidatio,& significat candorem huius sæculi,qui cito euanescit. Vnde subditur.

603 *Et trãsiui, & ecce nõ erat, & quæsiui eum, & nõ est inuentus locus eius*.

QVod dicit ad significandum breuitatem gloriæ mundi,de qua supra vers.575.& vers.586.Vbi modo est gloria Alexãdri? vbi principatus Neronis? vbi crudelitas Daciani? Certe *transiui,& ecce non erat*,&c.quia cùm interierit,non sumet omnia, neq; descendet cum eo gloria eius,Psal.48.

604 *Custodi innocentiã, & vide æquitatẽ, qm̃ sunt reliquiæ homini pacifico*.

COnsequenter hic ex dictis nos monet ad innocentiam. Vbi nota,ꝙ aliud est homo esse innocens, aliud iu-

Iustus. Innocens.

E stus. Idcirco hæc duo hic distinctè ponit,d. *Custodi innocentiam, & vide æquitatem*. Quoniam æquitas maiorem perfectionem dicit quàm innocentia. Innocens enim componitur ex in, quod negat,& noceo,es.Et sic innocens est ille, qui alteri nocere non intendit quanquam nondum opera iustitiæ perficiat, vnde Greg. super illo verbo Iob 17.Stupebunt iusti super hoc,& innocens,&c. ait. Hoc loco innocens necdum perfectus iustus accipitur,qui bona adhuc inchoans,etsi nocere alijs non nouit, perfecta tamen adhuc ipse non agit,&c. Et

Gregor. 13. mor.c.18.

F sic innocentia erit declinare à malo,sed æquitas facere bonum.Primo ergo primam partem suadet,d. *Custodi innocentiam*,idest,nulli noceas, Et merito,quia nocere alteri est vitium contra naturã. Dicit enim Seneca. Natura nobis indidit amorem mutuum, & sociales fecit, & ex illius constitutione miserabilius est nocere quam lædi.Et ideo qui proximo nocet, contra institutionem humanæ naturæ facit. Et ideo qui ad hoc student, à consortio hominum sunt præscindendi. Dicit Albert.quòd in omni arbore agri consiti, oportet amputare

Epist.7.

7. de Vegetabilibus.

G quæcunque in ramis,& virgis aruerunt, & rationem assignat, quia uicina sibi arboris membra corrumpunt. Sic in proposito.Ager est mũdus iste. Arbor in eo cõsita est natura humana. Video homines sicut arbores.In singulis vero arboribus est inuenire ramos aridos,idest humore gratiæ, & vita spirituali carentes, qui membra vicina corrũpere studẽt & alijs nocere in temporalibus, vel spiritualibus, tales ergo à consortio hominum debent prẽscindi Ioan.15.Mittetur foras sicut palmes, & arescet. Innocentes autem conseruari debent, quia per

Mar.8.

H gratiã Christo adhærent.Innocentes, & recti adhæserunt mihi,&c. *Et vide æquitatem*. Aequitas autem stat in recta opinione, sicut & innocentia in recta voluntate, Et ideo innocentia ostenditur in operẽ.Per ista enim duo seruatur pax interior.s. per innocentiam, & pax exterior per æquitatem.Ideo talem pacificũ vocat d. *Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico*. Reliquiæ enim dicuntur à relinquo,is,& sic reliquiæ est illud,quod remanet post.Iustus ergo habet reliquias,

Psal.24.

quia

quia bona opera, quæ egit viuens, remanent etiam post mortem eius per meritum. Contrarium autem est iniustis, quia ipsis mortuis moritur etiam omne bonum ipsorum, quia ipsorum prosperitas, & opera, si quæ bona videbantur habere. Vnde subditur.

605 *Iniusti autem disperibunt, simul reliquiæ impiorum interibunt.*

VBI notat gl. ꝙ ly *simul* pōt copulari cum prima parte, & cum secūda. Cum prima vt dicatur, *Iniusti disperibunt simul*, quia omnes in vnum fascem ligati tradentur ignibus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendū. Vel pōt componi cū secunda parte vt dicatur. *Iniusti interibūt*. & hic sit pūctus, & sequatur, *simul & reliquiæ impiorum interibunt*. Reliquiæ.n. impiorum sunt omnia terrena, quæ oia simul ipsis mortuis intereunt quoad illos, ideo de quolibet impio dicitur. Diues cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet.

Matth. 13.

Iob 27.

606 *Salus aūt iustorum à Dño est, & protector corū in tēpore tribulationis.*

CONsequenter hic mouet nos ad cōfidentiam. s. in solo Deo habendā, quia ipse solus salutem potest conferre æternam. Non.n. opera nostra salutem merētur, sed Dei gratia nobis tribuit illam. Rom. 6. Gratia Dei vita æterna, ꝙ ostendens Greg. super illo verbo Iob 28. Nescit homo preciū eius, ait Eo loquendi genere vtitur, quo quis in angustijs deprehensus cum remedium nō inuenit, fateri solet, quia quid faciat, nescit. Huius ergo sapientiæ precium nescire, est digni operis meritum, quo illam percipiat, nō inuenire. Ad hoc namq; preciū damus vt eius vice rem, quam appetimus possidere debeamus. Quid autem nos damus, vt salutem percipere mereamur? Gratia quippe redempti sumus. Ipsa namque sola opera male viuendo dedimus, quibus si iusta retributio seruaretur, non salus, sed supplicia redderentur. Vnde merito Psalmista d. *Salus autem iustorum à Domino*. In peccatis.n. nati quid boni facere possumus, vt salutem mereamur, nisi Dei succurrat gratia? Dicit Auice. 4. ca. ꝙ reliquiæ, quæ remanēt

Gregor. 18. mor. c. 24.

A post crisim, attrahunt recidiuationem citò, nisi succurratur. Et recidiuatio peior est, quā radix, qm malitia conueniēs est radici, & status post crisim est debilior. Sic & spiritualiter, nam prima nostra infirmitas est originale peccatū, cuius crisis, & curationis terminus est baptismus, post crisim autem, & curationē remanent reliquię morbi, quia remanet carnis concupiscentia, & peccati fomes quæ citò inducant ad recidiuationem, nisi per gratiam Dei succurratur, quæ recidiuatio est periculosior, quia grauius est peccatum mortale post baptisB mū quàm ante fuerit originale. Et ideo quia salus iustorum à solo Dño est, & non à nobis, dicit Apostolus. Nō ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed ſm misericordiam suam saluos nos fecit. Et modum quo nos saluat consequēter ostendit d. *Et protector eorum in tempore tribulationis*. Per tribulationem accipe tentationem carnis, mundi, vel diaboli, qua ad peccatū trahimur, sed tunc Deus protegit iustos, faciendo cum tentatione prouentū, vt nulla tentatio dominetur inuitis. Vel per tribulationem accipe mortem, quia Deus in morte iustos C protegit à diaboli potestate. d. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, s. à potestate diaboli, & glorificabo eum.

Tit. 3.

Psal. 90.

Et adiuuabit eos Dñs, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerūt in eo. 607

VT sit sensus, ꝙ in morte Dñs adiuuabit eos, confirmando eos cōtra dæmonis tentationes, quæ tunc multiplicantur. Et liberabit eos. s. à mundi miserijs, quibus in vita præsenti premuntur. *Et eruet eos à peccatoribus*, quia vt diD ctum est, peccatores potestatem habent in corporibus sanctorū, sed non in animabus in morte aūt liberātur totaliter, quia post mortem peccatores iustis nocere non possunt, nec quoad animam, nec quō ad corpus. *Et saluabit eos*. s. dando eis æternam gloriam, quæ solum datur post mortem. Et quare tot bona faciet illis, concludit. *Quia sperauerunt in eo*. s. debita spe, quæ est expectatio futuræ gloriæ proueniens ex Dei gratia, & meritis. Quia sine meritis sperare non

est

est spes, sed præsumptio. Circa prædicta in toto psal. in quo pluries dicitur, ꝙ iusti semper permanent fœlices, quæro vtrũ beatitudo semel habita possit perdi. 1. secundæ. q. 5. art. 4.

PSAL. XXXVII.

608 1. q. 4. homi iii.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Hic Psal. est tertius inter psalmos pœnitentiales, qui talem habet titulũ. *Psalmus David in rememoratione sabbathi.* Vbi notãdum, ꝙ sabbathum dicitur à sabe, quod est septem. Et sic potest omnia, quæ septenario numero continentur, significare, vel quod septimum numerum complet, significat ergo q̃nq; totam septimanam, quæ septem cõtinet dies, vnde, Ieiuno bis in sabbatho, q̃nq; septimum diem septimanæ. Non est homo ille à Deo, qui sabbathum non custodit: vel potest significare peccatum, quod septenario numero continetur. Et sic volunt quidam, ꝙ hic accipiatur sabbathum pro peccato, vt sit sensus, ꝙ David fecit istum psalmum in recordatione peccatorum suorum. Vel alio modo, sabbathum interpretatur requies. & significat vitam beatam, in qua sola vera requies consistit, in qua est omnis boni abundantia. Inuenietis requiem animabus vestris. Recordatio autem istius sabbathi nos ducit ad memoriam peccatorum nostrorum, quia dum ingenti desiderio illam requiẽ desideramus, oportet etiam considerare non solum quæ iuuant ad illam obtinendam, vt illa procuremus, sed &ẽt quæ impediunt, vt illa fugiamus. Cum ergo commissa peccata impediant nos à possessione sabbathi, dum desideramus ad requiem peruenire, oportet etiam, quòd cõsequenter recordemur peccatorum nostrorum quæ ne nobis obsistant, per pęnitentiam deleamus. Ex quibus habet titulus dicti Psal. David, *in rememoratione sabbathi*, idest gloriæ æternæ, pro qua obtinenda requiritur peccatorum digna pœnitentia.

Sabbathũ. Luc. 18. Ioan. 9. Matth. 11.

E Vel secundum primam expositionem, *in rememoratione sabbathi*, idest peccati. De materia autem istius psal. dicũt doctores, quòd David fecit hunc psalmum ad recordandum sua peccata notabilia, & pro eis pœnitendum corã Domino. Licet enim fuissent sibi dimissa quantum ad culpam, & propter ipsa subijsset aliquam pœnam, timebat tamen ne adhoc alia pœna adderetur supra se, & populum suum, Et dato ꝙ fuisset certificatus de dimissione totius culpæ, & pœnæ, tamen vtile foret sibi ad suam humiliationem, coram Deo talia recordari. F Est igitur aduertẽdum ꝙ David legitur bis peccasse notabiliter, primo in facto Vriæ Cethæi. Secundo in numeratione populi. Intẽtio ergo eius in toto psalmo est, ista duo peccata recordari corã Deo. In isto ergo psalmo ponam primo expositionem literæ, secundo intentionem Psalmistæ. Quantum ad primũ iste psal. diuiditur in partes duas. Quia primo ponitur dictorum peccatorũ recordatio, secundo intenta conclusio, ibi. in fine, *Ne derelinquas me*. Prima in duas, quia agit primo de peccato numerationis populi, secundo de peccato contra Vriam commisso, ibi. G *Miser factus sum*, &c. Dic vt Nic. de Ly. Quantum ad intellectum Psalm. tota intentio Psal. est mouere nos ad pęnitentiam pro peccatis agendam. Vnde loquitur in persona pœnitentis multas pœnas tolerantis. Vnde secũdum Magistrum in hoc psal. videtur ipsum Iob, qui multa, & grauia fuit passus, proponere tyronibus in exemplum, vt cruciatus, & pœnas ipsi gratanter amplectantur. Minores quidem meritis, idest quàm ipsi meruerũt, per quas ab æterna pęna liberãtur. Iste ergo psal. sic intellectus diuiditur in quatuor partes. H Quia David primo captat diuinam beneuolentiam, secundo enumerat suã miseriã, ibi. *Putruerunt & corrupta sunt*. tertiò ostendit diuinam misericordiam, ibi. *Quoniam in te, Domine speraui*. quarto ex prædictis concludit internam læticiam, ibi. *Ne derelinquas me*. Quantum ad primum sciendum, quòd infirmus volens captare medici adiutorium, primo inuocat eius bonitatem, & consequenter suam sibi pandit infirmitatem, qua ipsum ad pietatem inducat. Sic iste facit in-

2. Reg. 11. 2. Reg. 24.

in præsenti parte, quę in quatuor partes diuiditur. Quia pœnitens primo medici implorat pietatem, secundo sui status ostendit necessitatem, ibi. *Quoniam sagitta.* tertio suæ necessitatis ostendit infirmitatem, ibi. *Non est sanitas:* quarto suæ infirmitatis ostendit grauitatē, ibi. *Quoniam iniquitates.* Quantum ergo ad primum: primo medici implorat pietatem d. *Domine, ne in furore tuo arguas me,* &c. Dic vt in versic. 54. Vis ergo iram iudicis Dei, & furorem euadere? Legitur de Pilato, q̄ cùm propter mortem Christi à Tiberio Cæsare Romam fuisset vocatus, ne vindictam subiret tanti furoris (quia cōtra ipsum Tyberius furebat vehementer) Pilatus induit se tunicā Christi inconsutilem. In quā cùm præsentatus esset Cæsari, Cæsar ei assurrexit, & ipsum multum honorauit, nihil mali ei facere volens, aut dicere. Cum autem hic honoratus recessisset, iterum imperator vehementer inflammatus iudicauit se miserum quòd suum furorem nō aperuisset in visionē, reuocatusq́, est Pilatus ad Cæsarem, & eodem modo receptus est. Tertio reuocatus Pilatus cū dicta tunica esset exutus, & sic præsentatus, accepit sententiam capitalem, quam non recepisset, si Christi tunica fuisset indutus. Sic spiritualiter si peccasti mortaliter, tāquam alter Pilatus Christum iniuste iudicasti, & contra Christum ad clamorem falsum testimonium protulisti. Non enim videtur aliud multitudo desideriorū carnalium tumultuans contra Christum quàm illa multitudo Iudæorum clamantium crucifige crucifige eum. Rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei, quibus licet ad tēpus resistatur, timendo tamen eorum importūnitatem deuinceris tanquam alter Pilatus. Inualescebant voces illorum, & Pilatus adiudicauit fieri petitionem ipsorū. Et ideo si iudicium Cæsaris times, & furorem, tunicam Christi inconsutilē induaris, & teipsa spoliari non permittas. Est autem hæc tunica virtus charitatis, quæ diuisionem non patitur, quia qui hāc habet virtutem, omnes habet. Si vero hac tunica exutus fueris, iudici præsentatus, experieris furorem iudicis, qui dicet tibi. Amice, quomodo huc intrasti, non habēs vestem nuptialem? Et sequitur, ligatis manibus, & pedibus mittite eum, &c. Si autem hac tunica fueris indutus, nō timebis furorem iudicis, quia non apprehendet te furor eius. Vel tunica hæc inconsutilis est confessio peccatorum, Psal. Confessionem, & decorem induisti: hanc autem scindunt, qui confessionem peccatorum diuidūt, integrā vero habet, qui omnia peccata confitetur debitè. Qui ergo sic indutus iudici fuerit præsentatus, nō timebit: quinimo magnum reportabit honorem. Confitebor tibi, Dñe, q̄m iratus es mihi, conuersus est furor tuus & consolatus es me.

Nota. — Hab. 6. — Luc. 23. — Matth. 22. — Prouer. 29. — Esa. 12.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. 610

HIc consequenter penitens ostēdit necessitatē suam, vt facilius misericordiam impetret Dei. Vbi primo notandum, q̄ in scriptura sacra sagittarum noie multa intelligunt, vt ostēdit Greg. d. Sagittarum noīe aliqñ prædicationū verba, aliqñ animaduersionum sniæ designantur. Prædicationis namq; verba sagittis exprimuntur, quia in eo q̄ vitia feriunt male viuentium corda transfigūt. De his sagittis veniente redēptore dr. Sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadēt in corda inimicorū, & Esa. d. Mittam ex eis, qui saluati fuerint, tenentes sagittas in Italiam, & in Græciam. Rursum sagittis animaduersionis percussio designatur: sicut Ioas regi per Elisæum dr. Iace sagittam, quo iacente, ait. Percuties Syriā, donec consumas eam. De his ergo duobus generibus sagittarū Dei dicat penitens. Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Et primo de verbis sacræ scripturæ, quia cor penitentis penetrant, vt, quia cum audit Christum d. Nisi pniam egeritis, oēs simul peribitis. Et alibi: Pniam agite, appropinquabit .n. regnum cœlorū. Tales enim sagittæ corda electorū penetrant, & ad pœnitentiā inflectunt, sed obstinata corda reproborum penetrari nō possunt. Vt aūt penetrent, multum proficit humilitas, & bona vita prædicantium, vt ostēdit Gregorius super illo verbo Iob. Non fugabit eum vir sagittarius dicens. Quid enim per sagittas nisi verba prædicatorum accipimus, quæ dum ex vo-

Sagitta. — Gregor. 7. mor. c. 2. — Psal. 44. — Esa. 66. — 4. Reg. 13. — Luc. 3. — Matth. 3. — Gregor. 34. mor. c. 5. — Iob 4.

te bene viuentium desigunt audientiū corda transfigunt? De his sagittis ait psal. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ ipsorum, quia scilicet verba humiliū penetrāt animos superborum. Vir itaq; sagittarius est, qui per sanctæ intentionis arcum audientium cordibus verba rectæ exhortationis infigit, sed reproborum corda non penetrat, quia quisquis à diabolo apprehenditur verba sanctæ prædicationis iam audire contemnit. Sic ergò peccator cùm ad vocem scripturę compungitur, dicere potest Deo. *Sagitta tua infixa sunt in me.* Secūdò hoc idem dicat de sagittis aduersitatum, & pœnarum. Vbi sciendum, q Deus habet pharetram, habet & sagittas, quandoq; enim pharetram clausam tenet, & quandoque aperit, & sagittas pœnarum emittit, vt ostendit Gregor. super illo verbo Iob 30. Pharetram suam aperuit, & afflixit me. d. Quid enim per pharetrā Dei, nisi occultum consilium designatur? Sagittā vero de pharetra Dominus eijcit, quando de occulto consilio apertā sententiam emittit. Cum enim peccata Dominus videt, & tamen manum ad uindictam nō commouet, quasi clausam pharetram tenet. Sed feriendo iudicat, quātum ei in nobis displicuit hoc, quod diu videndo tolerauit. Quid ergo sunt sagittæ Domini nobis infixę nisi aduersitates, & pœnæ pro peccatis nobis immissæ? Pœnitens ergo considerans quot aduersa pro peccatis hic patimur. d. *Quoniam sagitta infixa sunt in me.* Ac si aperte dicat. Ego in exilij damnationem hic positus pro peccatis aduersitatibus vndique premor. Hæ autem sagittæ electis immittuntur ad correctionem, non ad consummationem. Et hoc est, quod dicitur Iob 6. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Quod ad propositum exponens Greg. d. Quid est enim spiritus hominis nisi spiritus elationis? Sagittæ autē Domini spiritum hominis ebibunt, cum supernæ animaduersionis sententiæ afflictam mentem ab elatione compescunt. Sagittæ Domini spiritum hominis ebibunt, quia intērum exterius introrsum trahunt. Sagittarum ergo indignatio illi spiritum ebibit, quia supernæ sententiæ electos, quos in peccatis inueniunt, dum vulnerant, immutant, vt duritiam suā transfixa mens deserat, atq; ex salutifero vulnere sanguinis cōfessio curat. Pensant namque, vnde lapsi sunt, à quāta beatitudine ad corruptionis suæ tormenta ceciderunt. Istæ ergo sagittæ aduersitatum sunt non mortiferæ sed sanatiuæ, quia æstum vitiorum refrigerant, & vmbram nobis faciunt. Narrat Valerius, q quidam Spartanus cuidā nobili rńdit. Nam, dum iret ad bellandū cōtra Persas, quidam quasi insultādo ei dixit. Sagittas Persarum solé obscurare solere. q. d. Tanta est Persarum multitudo, q suis sagittis solem quasi obscurat. Ille aūt ex hoc magis confortatus rńdit: Bene inquit narras, quia in vmbra præliabimur. Sic spiritualiter est de sagittis pœnarum mundi, & aduersitatū, multæ sunt enim in tīn, q solem huius mūdi .i. claritatem & gloriam oēm mundanam obscurāt. Sed hoc bonum afferunt, quia nobis pugnantibus .s. cum mūdo, carne, & diabolo faciunt vmbram, quia ab inordinato feruore cōcupiscentiæ nos defendūt. Per has enim aduersitatum sagittas homo seipsum recognoscit, superbia deponitur, & carnis fugatur libido. Pœnitens ergo has sagittas nō timet, sed magis sub vmbra illorum fortius pugnat, ps. 90. Scuto circundabit te veritas eius non timebis à timore nocturno. A sagitta volāte, &c. Quia quanto quis hic magis corporaliter affligitur, tāto amplius Dei misericordiā cōsequitur & facilius. Et hoc est q subdit. *Confirmasti super me manum tuam.* Quid .n. hic per manū Domini, nisi eius misericordia, qua nos de Aegypto peccatorum per pœnas, & aduersitates liberat intelligitur? Exo. 13. In manu forti educam vos de Aegypto, & hoc est, quod modo pœnitens dicit. *Confirmasti super me manum tuam*, idest immittendo in me sagittas tuas, idest, aduersitates, *confirmasti super me manum tuam*, scilicet tuam misericordiā.

Psal. 63.

Gregor. 20. mor. c. 19.

Sagittam de pharetra eijcere.

Gregor. 7. mor. c. 2. & 3.

Nō est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

611 5. q. 3. concupiscentia.

Hic consequenter pœnitens, vt facilius misericordiam impetret, suā ostendit infirmitatem. Vbi nota, q multa

la infirmitas in homine fuisset, nisi præcessisset peccatum, quia, cùm infirmitas sit quædam pœna, & omnis pœna, si iusta est, peccati est pœna, ideo omnis pœna, vel infirmitas peccatũ supponit proprium, vel saltem primorum parentum, pro quo natura humana tantum est infirma, quòd etiam sanitas eius sibi infirmitas quædam esse dicatur, quod clarè deducit Greg. d. Vt enim taceamus hoc, quod hic homo dolores tolerat, quod febribus anhelat: sua quadam ægritudine constringitur, hæc ipsa nostri corporis, quæ sanitas vocatur ægritudo est. Nam ocio tabescit, opere deficit, inedia deficiens cibo reficitur, vt subsistat, refectione labescens, abstinentia releuatur, ut vigeat. Aqua perfunditur, ne arescat: linteis tergitur, ne ipsa nimia perfusione liquescat, labore vegetatur, ne quiete torpeat: refouetur, ne laboris exercitatione succumbat. Fatigata vigilijs somno reparatur, oppressa somno, vigilijs excitatur, ne sua peius quiete lassetur. Vestibus tegitur, ne frigoris aduersitate penetretur, æstiuo calore deficiẽs, aurarum flatu refouetur. Cumque inde molestias inuenit, vnde vitare molestias quæsiuit, male sauciata (vt ita dixerim) de ipso medicamine languescit. Remotis ergo febribus, cessantibusque doloribus, ipsa nostra sanitas ægritudo est, cui curandi necessitas nunquam deest. Quot enim solatia ad viuendi vsum quærimus, quasi tot medicamentis infirmitati obuiamus. Sic nimirum debuit præsumptio corripi, sic superbia sterni, quia enim elatum semel sumpsimus spiritum, ecce defluentes quotidie portamus luctum, vt meritò quilibet dicere possit, *non est sanitas in carne mea*. Et hoc est, quod dicit glo. Portamus enim corpus mortale, quod etiam cùm sanum dicitur non est sanum. Hanc autem infirmitatem corpori intulit Deus contra peccatum iratus, vt sanaret animam qui vulnerat corpus ut animam sanet, quod ostendit Gregor. super illo verbo Iob quinto increpationem Domini ne reprobes. d. Duobus modis omnipotens vulnerat, quos reducere ad sanitatem curat. Aliquando enim carnem percutit & mentis duritiam suo pauore tabefacit, vulnerãdo ergo ad salutem reuocat, cum electos suos affligit exterius, vt interius viuat. Vnde per Moysen loquitur d. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo. Occidit enim vt viuificet, percutit, vt sanet, quia idcirco foris verbera admouet, vt interius vulnera peccatorum sanet. Aliqñ ét etsi flagella exterius cessare videantur, intus vulnera infligit, quia mentis nostræ duritiã suo desiderio percutit, sed percutiendo sanat, quia terroris sui iaculo transfixos ad sensum nos rectitudinis reuocat. Corda enim nostra malè sana sunt, cum nullo Dei amore sauciãtur, &c. Istis duobus modis se percussum, & infirmum dicit hic pœnitens, primò exterius quo ad carnem d. *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ.* quia scilicet tu peccatis nostris iratus, infirmitates carnis immittis. Secundo quoad mentem d. *Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.* quia. s. pp peccata pacem nõ habeo intus, Per ossa enim interiores animæ vires intelligitur. Consimilem sententiã posuit superius, Psal. 6. d. Miserere mei, Domine, qm̃ infirmus sum &c. vide ver. 55. Omnes enim istæ infirmitates ad sanitatem animę dantur. Dicit Plin. quòd frigora tempestiua multũ conferunt arborum firmitati, & germinationi, si autem blandiantur tempestiui austri deficiũt. Sic spiritualiter est in hominibus, qui sunt velut arbores. Mar. 8. Video homines velut arbores, quia multum cõferunt ad firmitatẽ in bono habitu, & ad germinandum respectu habendi frigora tẽpestiua, quæ sunt aduersitates vitę pręsentis. Nam frigora serotina sunt aduersitates futuræ, quæ tãguntur Iob 24. Ad nimium calorem transeunt ab aquis niuium. Austri vero blandientes sunt voluptates huius vitæ, quæ faciunt has arbores deficere à debito fructu, & germinatione. Et hoc, quod dicitur Eccle. 31. Infirmitas grauis sobriam facit animã.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. 612

HIc cõsequenter ostendit suæ infirmitatis grauitatem. Et notandum, ꝙ iniquitas quandoq; accipitur pro sequela peccati. s. pro pœna. Aliquando enim

Sanitas infirmitas.

Gregor. 8. mor. c. 22.

Greg. lib. 6. mor. c. 16. vulnerare aduersitas.

Deut. 32.

Plin. lib. 17. Arboris prosperitas.

Iniquitas.

enim iniquitas dicitur ipsum peccatum tam originale, psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. quàm & actuale, psal. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco &c. Tamen ipsa iniquitas peccata grandia videtur significare, vt ostendit Gregor. d. Quamuis inter iniquitatem, & peccatum nihil distare perhibet Ioannes Apostolus, qui ait. Iniquitas peccatum est. Ipso tamen vsu loquendi plus iniquitas quam peccatum sonat. Et hinc est q; omnis homo se libere peccatorem fatetur. Iniquum vero dici nonnunquam erubescit. aliquando autem iniquitas non peccatum significat, sed pœnā peccati. Sic enim iniquitas pro pœna ponitur Esa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, & Dñs posuit in eo, idest, in Christo iniquitatem omniū nostrū, idest, pœnam iniquitatis nostræ. Et vtraq; iniquitas est grauis. Grauis est iniquitas peccati, quia deorsum ad infernum trahit. Vnde Esa. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate &c. Grauis est etiam iniquitas pœnæ, vt patet in præcedenti versiculo. Vnde Eccl. 40. Graue iugum super oēs filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vsq; in diem sepulturæ. Quæ verba exponens Gaulfredus, ostendit quanta sit in hoc mūdo grauitas pœnæ d. Graue iugum &c. Quē non humiliet conceptus impurus, & lugubris ortus? aut vnde ei gaudium in vita sua potest esse, qui à mœrore incipit vitā? Quid esse putamus hominem, qui ex vtriusque parentis corruptione concipitur, & in dolore parturientis producitur? Ad quid nascitur homo, certe vt auis ad volādum sic homo ad laborem, nemo glorietur, nemo se extollat, nemo sibi complaceat in seipso. Onus hoc super omnes filios Adam dicitur, nullus excipitur, non persona hominis, non tēporis hora. Quid enim est, Iugum enim graue, super quos? super diuites, & pauperes, super nobiles, & ignobiles, super sæculi contemptores, vel ab eo forte cōtemptos, parū est super omnes. Addit. A die exitus de vtero matris, &c. O qualis mater, qualis ille vterus terræ, tumulus sepulturæ. Et tamen paritura est ipsa, quos concipit reddituraa. Grauis omnino conditio, quandoquidem à nobis non erit excutere à ceruicibus nostris graue iugum, donec ingrediamur sepulchrum, nec euadere huius vitæ laborē, nisi per mortis horrorem. Ecce ex illo graui iugo imminet homini fames & sitis, ardor febrium, dolor viscerum & molestus timor, vel meticulosa molestia. Inde homo insipienter extollitur, impatiēter atteritur, & aduersitatis indignatione crepat, cum intumuerit indignatione animositatis. Inde succenditur ira, tabescit inuidia, ebrietate mergitur, crapula suffocatur, inquinatur luxuria, auaritia stimulatur. Inde eū voluptas allicit, curiositas angit, timor contrahit, mœror consumit. Vnde ergo hæc vita diligitur, in qua quisq; ille est, qui cautissimē graditur, sæpissimē labitur, læditur, impingit, offendit, corruit, quassatur. Nam, si forte ad votum interim succedere vniuersa videantur, delicias computat sub sentibus esse. Grauis ergo & misera vita, quæ sic prodit, sic procedit, sic oritur sic progreditur, hæc ille. Ex quibus apparet quam sit grauis iniquitas culpæ, & q; grauis iniquitas pœnæ. Et vtrumque hic pœnitens tangit, primo iniquitatem culpæ d. *Quoniam iniquitates meæ.* s. peccata mea *supergressæ sunt caput meum.* s. mentem ipsam grauando. Consimile dixerat superius psal. 7. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet, vide ibi. De iniquitate verò, quæ est pœna peccati subdit. *Sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Sic enim de carne iniquitate grauata dicitur: Grauabit eum iniquitas sua & corruet. Quia totus iste Psal. loquitur in persona pœnitentis, ideo in ipso dubia de pœnitentia oportet declarare. Quæro ergo primò, vtrum omnis agens pœnitentia supra culpā, inueniat culpæ veniā. lib. 4. sent. dist. 15. & Aegidiū d. 14.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.

Hic cōsequenter pœnitens suas enumerat miserias. Et diuiditur in partes nouem, secundum q; nouem miserias ex peccato procedentes enumerat. Prima est ad malum recidiuatio. Secunda est naturæ incuruatio, ibi. *Miser factus sum.* Tertia est voluptatis illusio, ibi. *Quoniam lumbi.* Quarta est gemitus, & afflictio, ibi. *Afflictus sum.* Quinta est intel-

Marginalia: Greg. li. 11. mor. c. 22. — Pœna. — Misericordia hominis. — Iugum. — Esa. 24. — Quæstio. — 613 — De pœ. d. 3. totum. — Section letters: E, F, G, H.

intellectus excæcato, ibi. *Domine ante te* A omne. Sexta est amicorum derelictio, ibi. *Amici mei*. Septima est dæmonum persecutio, ibi. *Et qui iuxta me*. Octaua est famæ denigratio, ibi. *Et qui quærebant*. Nona est sensus obtusio, ibi. *Ego autem tanquam*. Prima igitur miseria, quā ex peccato patimur, est ad malum recidiuatio. Postquā.n. per gratiam baptismalē purgamur ab omni peccato, adhuc manet fomes peccati, & inclinatio ad peccandū licet non tantus vt prius. Et illo multorū inducimur ad recidiuationē peccatorū. Sicut infirmus per medicū curatus facilius recidiuat, quā si nō fuisset infirmus. B Et hoc tangens dicit. *Putruerunt, et corrupta sunt cicatrices mea*. Quid enim sunt cicatrices, nisi peccata per pœnitentiam, vel baptismum deleta? nam cicatrix dicitur à cæco cæcas, & est idem quod vestigiū, & obductio vulneris, sic dicta, quia cæcat, & obducit vulnera quasi cicatrix. Cicatrix autem putrescit, quando plaga iterum renouatur. Et sic cicatrix peccati putrescit, cum in peccatum recidiuatur. Vnde Magister, ait gloss. *Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ*, idest, plagæ peccatorum per baptismum sanatæ, putruerunt, cum iam peccato iterum consentitur, sed corruptę sunt, dum ad actū consensus perducitur. Vel cicatrices putrescunt, & corrumpūtur, quando peccatum iam dimissum interius mentem delectat, licet ad opus extra nō ducatur. Et ista est recidiuatio interior. Et ad istum sensum, istum versum exponit Greg. super illo verbo Iob. 10. Si peccaui, & ad horā pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? dicens. Peccatori ad horam Dominus parcit, cum reatum culpæ cōcessis protinus fletibus diluit. Sed ab iniquitate nostra mundos nos esse D non patitur, quia uolentes quidem culpam fecimus, sed nonnunquā nolentes eius memoriam cum delectatione toleramus. Sæpe namque hoc, quòd à conspectu iam iudicis fletu interueniente deletum est, ad animū redit, & deuicta culpa rursus ad delectationem inserpere nititur, atque in antiquo certamine rediuiua pulsatione reparatur, ita ut qd prius egit in corpore, hoc importuna cogitatione postmodum verset in mente, quod cautè conspicere ille spiritualis athleta nouerat, qui dicebat. *Putruerūt, & corrupta sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ*. Quid namq; cicatrices, nisi sanationes sunt vulnerū? Laxatas ergo nequitias ad delectationē memoriæ redire cōspexerat, qui cicatrices deflebat. Cicatrices quippe computrescere, est sanata iam peccatorum vulnera, rursus in tentationem serpere, atq; ex eorum suggestionibus post superductam cutem pœnitentiæ fœtorem culpæ iterum, doloremq; sentire, qua videlicet in re & nihil foris agitur opere, & sola intus cognitione peccatur, districtoq; se reatu mens obligat nisi hęc solicitis lamentis tergat, hæc ille. Et aduerte, q̄ sicut recidiuatio corporalis infirmitatis periculosior est quàm ipsa prima infirmitas, sic etiam & recidiuatio peccati, propter quod dicit. Melius erat illis viam iustitiæ nō cognoscere, quàm post cognitam retroire. Et quia ista talis peccati recidiuatio est ex nostro defectu, ideo subdit. *A facie insipientia mea*. i. sm gl. Hoc accidit per stultitiam meam, quia nō sum vsus viribus in baptismo receptis, q.d. mihi, nō Deo imputo recidiuationem peccati.

Cicatrix. — *Recidiuatio.* — *Greg. lib. 9. mor. c. 36.* — *2. Pet. 2.*

C *Miser factus sum, & curuatus vsq; in finē: tota die cōtristatus ingrediebar.* 614

POnit hic secundam peccati miseriā, quæ est naturæ incuruatio. Quamuis enim Deus fecerit hominem corpore, & mente rectum, ipse tamen per peccatū curuum se fecit, quia ad terrā aspicit, non ad cœlum, vnde peccator figuratur i muliere illa incuruata, quæ sursum omnino respicere non poterat, quam alligauerat Sathanas, quam Christus erexit. Luc. 13. Vbi nota, q̄ quanto res est magis curua, tanto amplius supremum D infimo appropinquat, sic enim quanto quis est magis incuruatus, tāto amplius caput pedibus appropinquat. Quid enim superum in nobis est nisi mens? quid aūt infimum, nisi caro, quæ de terra est? Incuruatus est ergo quilibet peccator, qui mentem sursum non ad Deum; sed ad terrena deponit; quod satis pulchrè deducit Hugo super illud Psal. Quoniā rectus Dominus Deus noster &c. d. Rectus Deus rectum fecit hominem similę sibi, idest, sine iniquitate, sicut non est iniqui-

Rectitudo. — *Curuitas.* — *Incuruatio.*

iniquitas in eo,&c. sapere namque, quæ sunt super terram, curuitas animæ est, quæ sursum sunt rectitudo, vide supra ver. 480. Hæc autem curuitas durat *usque in finem*, idest, per totum tẽpus præsentis vitæ, quia naturaliter homo ad amorem terrenorum incuruatur. Sicut enim ait saluator. Omnis, qui se humiliat, exaltabitur, sic per oppositum omnis, qui se exaltat, debet incuruari. Quia igitur homo per superbiam se extulit, in pœnam peccati ad terrena incuruatus incedit. Sic enim dicit Psal. 56. Laqueũ parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Et de hoc dolet pœnitens, ideo ait, *Tota die contristatus ingrediebar*, quia scilicet liberè ab istis terrenis eleuari non potest. Quinimmo quanto in tempore plus quis procedit, tanto plus incuruatur, Psal. 68. Dorsum eorũ semper incurua.

615 *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea.*

HIc ponit tertiã miseriã, quæ est voluptatis illusio. Vbi nota, ꝙ ludo ludis cõponitur cum in, & mutata n, in l, fit illudo, dis, & inde illusio. Et est illusio idem, quod deceptio, & derisio. Illusiones autem animæ, quæ fiunt in nobis vt dicit glos. sunt quasi infinitæ, vt putà quando vigilanti vel dormienti occurrunt imagines corporum, vel aliarũ rerum prius visarum vel imaginatarum, & transis ab ista imagine ad aliam. Et sic distrahitur mens, vel decipitur, ut unum accipiat pro alio, & vno adueniente, alterius fit obliuio. Istæ tales illusiones nõ permittunt mentem firmam stare in cõsideratione alicuius rei, sed ipsam vagabundam ducunt hinc inde. Et hoc nobis accidit in pœnam peccati. Verum quãuis sic communiter accipiatur illusio, quandoq; tñ accipitur pro illusione, quæ fit in somnis, vt puta qñ dormientib. apparent imagines hominum, vel mulierũ. Ex quibus caro dormiendo polluitur ꝓ quod non accidisset ante peccatum. Et istas tales illusiones maximè hic deplorat pœnitens d. *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus*. Lumbi. n. sunt illæ corporis partes, in quibus viget libido. Et,

Pollutio nocturna.

Quæstio.

E si dicas, nunquid tales illusiones ad peccatum imputantur, cum non sint in potestate nostra? Ad hoc respondet Greg. scribens Aug. Anglorũ Episcopo, & habetur d. 6. testamentũ. d. Est in illusione necessaria valde discretio, quæ subtiliter pensare debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando. n. ex crapula, aliquando ex naturæ suæ superfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione cõtigit pollutionis illusio. Et quidem cum ex naturæ superfluitate, vel infirmitate euenerit, omni modo hęc illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulisse magis dicendus est, quàm fecisse.

Resp.

F Cum vero vltra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, & idcirco humorum receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatum; non tñ vsq; ad reprobationem sacri mysterij recipiendi, vel missarum solemnia celebrandi, cum forte aut dies festus exigit, aut exhibere mysteriũ pro eo quod alius sacerdos deest, ipsa necessitas eum compellit. Nam si adsint alij qui ministerium implere valeant, illusio per crapulam facta à perceptione sacramenti prohibere non debet, sed ab immolatione

G sacramenti, ut arbitror, abstinere debet humiliter, si tñ dormientem turpi imaginatione non concusserit. Nam sunt quidam, quibus plerumq; ita illusio nascitur, vt eorum animus etiã in somno corporis positus, turpibus imaginationibus nõ fœdetur, qua in re ibi ostenditur ipsa mẽs rea non tunc vel in suo iudicio libera, cum se etsi dormientis corpore nihil meminisset, tñ in vigilijs corporis meminit se in ingluuiem cecidisse. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo reatus suus. Videt. n. à qua radice inquinatio illa

H la procedit, quia quod cogitauit sciens, hoc pertulit nesciens. Crapula, procreatio, lãguor, humor, abũdans in somnijs, maculant extrema duo sine culpa. Nota hic quando sacerdos pollutione carnis nocturna inquinatus celebrare, vel percipere possit, & quando non. Vbi nota ꝙ totius capituli prædicti sententia stat in hoc, ꝙ si talis illusio accidat ex præcedenti crapula, vel cogitatione immũda ꝫ quod imputatur ad peccatum, & non est communicandum. Si aũt ex infirmitate, vel

vel ſæpe, fluitate naturæ, non eſt timendum. Vbi notatur ſecũdum ſententiam dicti capituli, quod differentia eſt inter percipientem ſacramentum & celebrantẽ, Si.n. illuſio accidat ex crapula, vel turpi imaginatione, non debet percipere, nec celebrare. Sed ſi turpis cogitatio non interuenerit, percipere poteſt, ſed non celebrare eodem die, & hoc, ſi alius ſit, qui celebrare poſſit. Si autem dies feſtus exigat, aut neceſſitas ipſum compellat celebrare, ut quia curatus eſt, nec alium ſacerdotem, qui pro eo celebret, poteſt habere, tunc celebrare poterit. Qualitercũque tales illuſiones eueniant & ex carnis infirmitate penitenti, diſplicere debẽt. Sic & hic penitens ex hoc dolens dicit. *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus*, quia *non eſt ſanitas in carne mea*. Si enim talis illuſio ſibi non diſpliceret, ipſam approbare videret, & ſic peccaret.

616 *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei.*

HIc ponit quartam miſeriã, quæ ex peccato conſequitur, ſ. gemitus, & afflictio. Vbi nota, quod humiliatio, q̃nq; denotat virtutem, quæ vitio ſuperbiæ opponitur, ſicut dicit Iudith. Humiliemus illi animas noſtras, q̃nq; ſignificat punitionem, & miſeriam. Humiliaſti ſic vulneratum ſuperbũ, &c. Humilitas. n. dicitur ab humus, vel terra, quod eſt elemẽtum inferius cæteris, Et ſic ſignificat virtutem, qua quis voluntariè ſeipſum deponit, & infimum ſeipſum reputat. Sgnĩficat et quandoq; afflictionem penalitatis, qua quis et inuoluntariè ab alio deponitur in terra, & ſuppeditatur. Iſto ergo modo natura humana per peccatum dicitur humiliata, i. afflicta, & à ſua dignitate depoſita. Nã à principio homo dñs factus fuit omnium, & oĩa ſibi famulabãtur ad libitum, Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Nunc aũt propter peccatum omnibus ſubijcitur, ab omnibus læditur, & ſubijcitur. Eſtnè ita paruus uermis, à quo homo non humilietur? muſca ipſum infeſtat, pulices ipſum comedunt, non dicam de magnis animalibus, ut puta leonibus, vrſis, canibus, &c. Quid de elementis, nonne omnia contra hominem pugnant? quoniam ab igne comburitur, ab aere inficitur, ab aqua ſubmergitur, à terra ſuffocatur. Benè ergo hæc omnia peniĩẽs deplorat d. *afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis*. q.d. ſecundũ gl. Afflictus corpore, humiliatus ſum anima, ut nihil in me ſit liberum à pena, quia vndiq; eſt calamitas. Intus timor, extra dolor. Et ideo plangit corpus, plãgit anima. Vnde ſubdit. *Rugiebam à gemitu cordis mei*. Gemitus corde fieri ſolet, ſed rugitus uoce corporis. Vel dicas, quod duplex eſt gemitus. ſ. carnis, & mentis, omnis gemitus, qui de exterioribus eſt, eſt gemitus carnis, qui vero pro gloria adipiſcenda, & Deo videndo, eſt cordis. Eſt ergo ſẽſus. *Rugiebam à gemitu cordis mei*. i. magno deſiderio, quo quærebam animæ refectionem, à ſimili leonis, & aliarũ beluarum, quibus ſe comparat, ut fortior gemitus oſtendatur, quia ſoli Deo talis gemitus cordis eſt manifeſtus, vnde ſubdit.

617 *Domine, ante te omne deſideriũ meũ, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.*

IDeſt, tibi eſt cognitus gemitus meus, non homini, qui ſolum exteriora videt. Vel ita. *Domine, ante te omne deſiderium meum*. i. nihil aliud deſidero niſi eſſe ante te. Sic. n. dicebat pſ. 41. Sicut deſiderat ceruus ad fontes, &c. Sitiuit anima mea, &c. Vel ita *Domine, ante te*, &c. Tale eſt deſiderium meum, quod meretur eſſe *ante te*. i. exaudiri à te, quia illud dicitur eſſe ante Deum, quod Deus reprobat, Sic ergo deſideria pro terrenis ſunt poſt Deum non ante, ſed pro cœleſtibus ſũt ante. Dicat ergo. *Domine, ante te omne deſiderium meum*. q.d. O Domine, tale eſt deſiderium meum quod meretur eſſe ante te, exaudiri à te, & acceptari, quia liberationem animæ peto, non terrena, pro dilatione patriæ gemo, quia incolatus meus prolongatus eſt, alios autem gemitus non curat Deus.

618 *Cor meum conturbatum eſt in me, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.*

HIc oſtendit quintam miſeriã, quæ peccatum conſequitur, quæ eſt cæcitas mentis per peccatum. n. excæcatur

Margin: Iudith 8. — Pſal. 88. Humilitas. — Pſalm. 8. — Gemitus duplex. — De pen. d. 3. in actione.

spiritualiter homo, & pdit animæ lumē. Vbi sciendum, q homo ante peccatum claram, & distinctam Dei cognitionem habebat perfectiorem, s. quā sit illa, quæ nunc à fidelib. habetur. Vnde Magister ait. Cognitionem Dei primus homo an te peccatum habuit. Cognouit.n. Deū à quo creatus fuerat non eo modo cognoscendi, quo ex auditu solo percipitur, quando a credentibus absens quæritur, sed quadam interiori aspiratione, qua Dei præsentiam cōtemplabatur, non tamen ita excellenter sicut beati uident, nec ita ænigmaticè, qualiter in hac vita videmus. Sed istā cognitionem peccando perdidit in se, & suis posteris. Quoniam peccatum sunt quædam tenebræ, quibus intellectus Dei cognitione priuatur. Vñ ait Mag. q peccato totus homo interior obscuratur: imo q plus est, non solum homo per peccatum perdidit lumen suæ cognitionis, sed et sol, & luna magis lucebant ante peccatum quā post, ut ostendit Mag. Hoc ergo lumen diuinæ cognitionis se perdidisse deplorat pœnitēs. d. *Cor meum conturbatum est in me*. Et quare? quia *dereliquit me Virtus mea*. s. qua eleuabar ad Dei uisionem, Et ideo *lumen oculorum meorum*. s. quo Deū videbā, *& ipsum non est mecum*. Sic.n. de omnibus hominibus dicitur, Excæcauit eos malitia eorū. Et, si queras, vnde hoc, q sensualitate peccante, oculus mentis suo fuerit priuatus lumine? Nota ergo, q sicut homo duas habet naturas. s. animam, & corpus, sic duplices oculos habet, s. oculos animæ, & oculos corporis, primus dicitur oculus dexter, secundus verò dicitur sinister. Videmus autem in corporalibus, q ad læsionem partis sinistræ oculus dexter perditur, & econuerso. Dicit Albertus. Contigit quandoq; quod quis vulneratur in parte sinistra capitis, & perdit oculum dextrum. Et causa est, quia neruus vicinus dextri oculi peruenit ad partem sinistram, & ecōuerso. Et ideo vulnus à latere sinistro incidit neruum oculi dextri, & perditur visus illius oculi. Sic moraliter oculus dexter, s. mentis tendit ad sinistrū, s. ad carnē regendam, & subijciendam. Et econuerso oculus sinister ad dextrum. s. ad ei subiacendum. Sic vulnerata sensualitate, perditur oculus, quia illi imputatur de-

Mag. lib. 2. dist. 23.

Mag. lib. 4. dist. 18.

Mag. lib. 4. dist. 48.

Sap. 2.

Albertus libro de sensu & sensato.

E ordinatio sensualitatis. Hoc ergo deplorat Ps. d. *Cor meum conturbatū est*, &c. *& lumen oculorum*, &c. Vnde dicere potest illud Tob. 5. Quale gaudium potest mihi esse, quia in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?

Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt.

619
9. q. 1. omes

HIc ponit sextam miseriam ex peccato, quæ est amicorū derelictio. Vbi nota, quod ante peccatū beati Angeli nostri familiares erant, & amici, F sed propter peccatum à nobis fuerunt diuisi, imo nobis oppositi. Quod autem prius esset Angelorum amicus ostendit Bernard. super illo ps. Homo, cum in honore esset, &c. d. Ante peccatum homo habitabat in paradiso, in locovoluptatis conuersatio eius, nihil molestiæ, nihil indigentiæ sentiebat cōstitutus super opera manuū creatoris. Erat illi sors, ac societas cum choris Angelorum, & cum omni militia cœlestis exercitus, &c. Sed quòd per peccatum ex amicis facti sint nobis extranei, apparet, quia beati Ange G li Paradisum custodiūt, ne ad illum possit homo reuerti. Collocauit Deus ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium ad custodiendum viam ligni vitæ. Et hoc est, quod iste deplorat d. *Amici mei, & proximi mei*, s. beati Angeli *aduersum me appropinquauerunt, & steterunt.*

Bernard.

Gen. 3.

Et qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam.

620
23. q. 4. qui secundum.

COnsequenter hic ponit septimam miseriam, quę est dæmonum persecutio, H propter peccatum enim dęmones super nos habent potestatem, quā ante peccatum non habebant. Et quanquam ad peccatum non possint cogere existentem in gratia, tamen in peccato existentem ligatum tenent, ne per se ex peccato possit exire, quod totum facit vt animas secum ad pœnam rapiat. Et quod magis dolendum est, illos magis persequitur, quos conspicit meliores, vt ostendit Greg. d. Oēs enim, qui ea, quæ sunt mundi mente calcant, & ea quæ

Greg. 14. mor. c. 24.

Dei sunt, plena intentione desiderant, A diabolum contra se suscitant, quia eius malitiam instigatione suæ conuersionis inflāmant. Nam qui eius voluntati subiecti subsunt, quasi quieto ab illo iure possidentur, & superbus eorū rex quasi quadam securitate perfruitur, dum eorum cordib. inconcussa potestate dominatur. Sed vniuscuiusque spiritus ad conditoris sui desiderium recalescit, cum torporem negligentiæ deserit, & frigus insensibilitatis pristinæ igne sancti amoris accēdit, cum libertatis ingenitę meminit, & teneri ab hoste captiuus erubescit. Et quia tūc idem hostis se considerat despi- B ci, quia videt vias Domini apprehendi, dolet contra se captum teneri, & mox zelo accenditur, mox ad certamen mouetur, mox ad tentationes innumeras cōtra rebellantem mentem se excitat, atque in omni parte lacertos instigat, vt tentationum iacula intorquendo, confodiat cor, quod dudum quieto iure possidebat. Hæc ergo cogitans pœnitens, s. vim qua diabolus ipsum persequitur, dicit. *Et vim faciebant, qui quærebant animam meam.* Recurrit enim ad Deum. d. Domine, vim patior, responde pro me. Non solum ergo plorat pœnitens, quia Angelorum amicitiam amisit, sed etiam quia hostes contra se violentos, s. dæmones videt. Quantum ad primum dicit. *Et qui iuxta me erant de longe steterunt,* s. Angeli beati, Quantum ad secundum subdit. *Et vim faciebāt, qui quærebant, animam meam.* Accipere animam meam cōsiliati sunt. Ego autē in te speraui, Dñe.

Esa. 38.

Psal. 30.

621 *6.q. 1. quis scite.*

Et qui quærebant mala mibi, loquuti sunt vanitates, et dolos tota die meditabantur.

Hic consequenter ostēdit octauam miseriam, quæ est famæ denigratio. Vanum dr idem, ꝙ vacuum. Vacuū autem dicitur, quod exterius aliquid esse ostendit, sed intus veritate caret. Diabolus aūt quærens humano generi mala, loquutus est vanitatē, quia falsa promisit, quando dixit. Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij, &c. quod totum ideo fecit, vt hominem apud Deum infamaret. Iste ergo memorans casum illum dicit. *Et qui inquirebant mala mibi, loquuti*

Vanum. Vacuum.

A *vanitates*: Diabolus enim in prima sui creatione vidēs diuinam essentiam, quæ voluntariè repræsentat, quæ in ipsa relucent, vidit hominem creandum in unitatem diuinæ personæ, & per consequens magna fama, & gloria sublimari, ad quā ipse licet natura sublimior esset, assumēdus non erat, propter quod statim dolēs, inuidit, & cogitauit sic diffamare hominem in conspectu Dei, vt ad tantam gloriam ipsum nō assumeret. Quæ autē maior infamia potest esse serui apud Dominum, quàm ut gloriam Domini velit rapere, & vsurpare? Et ideo statim creato B homine, ei vana loquutus est, vt ad sciētiam Domini appetendam ipsum attraheret d. Eritis sicut dij scientes bonū, & malum. Hæc est intentio Bernar. super illo verbo Ionæ. 1. Propter me tempestas hæc orta est. Lucifer vidit hominem assumendum in unitatem verbi, vidit, & inuidit. Ideo vana ei loquutus fuit d. Eritis sicut dij, &c. Et hoc pœnitens deplorat d. *Et qui inquirebant mala mibi, loquuti sunt uanitates.* Et quia eandem malitiam contra nos diabolus semper tenet, dum tētat, quia bona semper proponit, vt ad malum ducat, quia semper venenū pec- C cati sub melle delectationis occultat, idcirco addit d. *Et dolos tota die meditabantur.* vñ qualiter diabolus dolos tota die cōtra nos meditatur, ostendit Greg. Diabolus magnopere ad exequendam tentationem satagit, vt, dum peruersitatis suæ consilium quasi vtile ostendit, suauiter valeat sonare, qđ dicit, quatenus, & ostēsa vtilitate, mentem mulceat, & absconsa iniquitate, corrumpat. Quæ apertius in cunctis ostendemus, si pauca breuiter consiliorū eius argumenta pandamus. Ecce. n. quidā, &c. vide ibi. Quæ omnia iste considerans, ait. *Et dolos tota die medi* D *tabantur.* Quibus consideratis, de diabolo dr. Est qui se nequiter humiliat, dū. s. leniter blandit, sed interiora eius plena sunt dolo, dum subuertere intendit.

Diabolus cognouit Verbum incarnandum.

Bernar.

Greg. 23. *mor. c.* 20. & 21.

Eccl. 19.

622

Ego autem tanquam surdus, non audiebam, & sicut mutus, non aperiens os suum.

Hic consequenter ostendit nonam miseriā, quę est sensuū hebetatio. Deus. n. à principio ꝓcepta vitę primis

Gen. 2.

parentibus dedit, d. Ex omni ligno paradisi, comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas, in quacunque.n. die comederis ex eo, morieris. Sed quãdo diabolus ipsum ad gustãdum lignum vetitum tentauit, statim primus noster parens factus est surdus, & mutus. Surdus, quia Dei præceptum obediendo nõ audiuit. Mutus autem, quia tentatorem malorum reprehendere ausus non fuit. Ille enim in scriptura surdus dicitur, qui diuinis præcepti, non obedit, sic & ille audire dicitur, qui obedit. Beati, qui audiũt verbum Dei, &c. Similiter, & mutus dicitur, qui malos increpare non audet. Eris mutus, nec quasi vir obiurgans. Sic ergo primus parens factus est surdus diuino præcepto non obediens, factus est mutus tentatorem non repellens. Quod iste in persona primi parentis deplorat d. *Ego autem tanquam surdus non audiebam*, scilicet, diuinum præceptum obediendo. *Et sicut mutus, non aperiens os suum*, scilicet diabolum repellendo. Et isto modo ipsemet Ps. seipsum exponit, consequenter, dicens.

Luc. 11. Ezech. 3.

623 *Et factus sum sicut homo non audiens.*

SCilicet, præcepta Domini. *Et non habens in ore suo redargutiones*, scilicet, quibus redargueret tentatorem, cum tamen scriptum sit. Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarũ, magis autem redarguite. Hic circa materiam pœnitentiæ, quia hic ostenditur, quòd primus parens duobus modis peccauit, scilicet Deum non audiendo, & diabolum non repellendo, ideo quæro, vtrum de vno illorum peccato potuerit satisfacere sine alio. Et sic videbitur, vtrum quis pluribus peccatis obligatus de vno possit satisfacere sine alio. Vide Aegidium distinct. 15.

Ephe. 5.

Adam duobus modis peccauit.

624 *Quoniam in te, Domine, speraui, tu exaudies me, Domine Deus meus.*

HAec est tertia pars principalis, in qua Psal. in persona pœnitentis, ostendit erga se diuinam misericordiã, & diuiditur in partes tres. Quia ostendit erga se diuinam misericordiam in exauditione deuotorum. Secundo iusti pœnitentiam in emendationem delictorum, ibi. *quoniam ego*. Tertio, pœnitentis patientiam in toleratione aduersorum, ibi. *Inimici mei*, Primo ostendit diuinam misericordiam circa suam exauditionẽ. Et duo facit. Quia primo ostendit rationem suæ exauditionis. Secundo ostẽdit materiam suæ orationis, ibi. *Quia dixi*. Quantũ ergo ad primum ostendit Deũ misericordem, & hoc exaudiendo uota pœnitentium. Vbi notandum, quod orationem à Deo multa exaudiri faciunt, scilicet orantis de peccatis pœnitentia, orantis de diabolo victoria, & orantis in Deum confidentia. Primo orantis pœnitentia, quia pœnitentia nõ solum hominem reddit vacuum tẽporalibus in corde, sed etiam cibis vacuum in corpore. Docet autem experientia, quòd in loco clauso, & concauo sonus melius auditur, quam in loco pleno. Dicit enim Philosophus, q̃ si puteus uel lacus in domo fuerit, tunc maior redditur sonus. Et hinc est, quòd Anglici in Ecclesijs, vbi sedes ad cantandum ponuntur, primo sub sedibus faciunt foueas profundas, quantum sedes occupant, quas postea lignis operiunt, & super tales foueas sedes ædificãt. Et ex hoc uoces cantantiũ multo amplius resonant. Similiter & in parietibus circa chorum ponunt ollas magnas cum paruo ore, quasi ad modũ phialæ, vt in eis sonus receptus magis resonet, & fortius audiatur. Et hoc totum quia concauitas sonum uocis reddit altiorem, & audibiliorem. Similiter in proposito quando quis orat uentre vacuo, melius auditur à Deo, quàm orans pleno. Cum ergo pœnitens cibis non sit repletus, sed magis per abstinentiam vacuus, à Deo melius exauditur. Et hinc est, quòd principaliores ecclesiæ orationes fiunt de mane ieiuno stomacho, sicut missa, & principaliores horæ canonicæ. Ps. 5. Quoniam ad te orabo, Domine, mane, & exaudies, &c. Et in confirmationem huius, Christus per quem nostræ orationes exaudiuntur, uoluit totum suum corpus plagis esse perforatũ, ut in ipso sonus nostræ orationis magis resonaret ad Deũ. Vnde & Ecclesia suas orationes ratione dictarum concauitatũ terminat per Christum d. Per Dominum nostrum, &c. Secundo orationem facit exaudiri orãtis de diabolo victoria. Narrat Tullius, q̃ quædã lex Græcorũ talis

Exaudire. Oratio. Sonus. Vox. Pœnitentia.

Victoria. Cicero li. 2. Rhetor.

talis erat. Qui tyrannum occiderit, quã velit, sibi rem à magistratu deposcat, & magistratus cõcedet ei. Talis lex à Deo orantibus est posita. Nam tyrannus est diabolus, qui bonum continuè non intendit, sed dissipationem. Qui ergo hũc occiderit .s. ipsum finaliter superando, quicquid petierit à magistratu, idest, à Deo, impetrabit. Cùm ergo quilibet pœnitens sit hmôi, sequitur, ꝙ quilibet pœnitens à Deo exaudiri meretur. Tertio orationem facit exaudiri confidentia, sicut enim experientia docente, confidentia infirmi habita in medicum quamplurimum adoptatam sanitatem cõfert, sic & confidentia orãtis in Deum habita. Vnde Psal. 90. Quoniã in me sperauit, & ego liberabo eum, clamauit ad me, & ego exaudiam eũ. &c. Ad propositũ ergo iste maximè allegãs suã confidentiã, d. *Quoniam in te, Domine, speraui.* Idcirco sequitur, *tu exaudies me, Domine Deus meus.*

Confidẽtia.

625 *Quia dixi, nequando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei, super me magna loquuti sunt.*

CONsequenter hic ostendit materiã suæ orationis, q̃ fuit licita, quia de victoria spiritualiũ inimicorũ, qui sunt dæmones, quorũ tota intentio est, nos peccatis subiugare. Sic enim dr. Nequãdo dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero, scilicet, si à statu gratiæ per peccatum cecidero. Hoc idẽ hic orat iste, ne dæmones gaudeant de ipsius casu per culpam d. *Quia dixi,* hoc oraui. *Nequando super gaudeant inimici mei,* idest, nequando super me gaudeant dæmones, *dum commouentur pedes mei,* idest, si affectiones meæ à bono proposito moueantur & cadãt. *Super me magna loquuti sunt*, scilicet magna, & amara minando supplicia. De natura enim amicorum est, ꝙ vnus de bono alterius gaudet. Sic per oppositũ de natura inimicorũ ostẽdit, quòd vnus de malo alterius gaudet. Quũm ergo dæmones sint inimici nostri gaudent de malo nostro. Sic etiam & beati gaudent de pœnis damnatorum, non tamen directè, sed per accidens, inquantum in illis vident supplicia, quæ eua serunt Psal. 57. Lætabitur iustus cũ viderit vindictam, &c. Sed cum dæmones gaudeãt de malis nostris, & duo sint mala nostra, scilicet malum culpæ & malum pœnæ, de quo magis gaudent dæmones vel de malo culpæ, vel de malo pœnæ? Respondeo, quòd dæmonis voluntas in tantum est peruersa, ꝙ quanto quis est magis malus, tanto super eo magis gaudet, vt puta magis de magno peccatore quàm de paruo. Cum ergo nullus propriè malus efficiatur nisi propter malum culpæ, & non propter malum pęnæ, ideo plus gaudet de malo culpæ. Nam malum pœnæ propriè malum nõ dicitur, quia est iustum malum. 15. q. 1. illa cauenda sunt. Vnde Prou. 2. Gaudent, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Punire autem peccatorem ex Dei ordinatione, nõ est malũ.

Inimicus Diabolus. Psal. 12.

Quæstio.

Respon.

626 *Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.*

4. q. 4. *quod Christus.*

HIc consequenter ponitur iusti debita pœnitentia in emendatione delictorum. Emendatio aũt peccatorũ stat in tribus .s. in cõtritione, cõfessione, & satisfactione. Iste autem pœnitens, ista tria se habere fatetur. Et primo satisfactionem d. *Quoniam ego in flagella paratus sum.* Secundo contritionem. d. *Et dolor meus in conspectu meo semper.* Tertio confessionẽ, d. *Quoniam iniquitatem meã annunciabo.* Quantum ergo ad satisfactionem, d. *Quoniam ego in flagella paratus sum.* q. d. secundum gl. Scio me deliquisse, paratus sum pœnam portare. Satisfactio enim, quæ stat in labore, & pœna pro peccato portanda, est necessaria ad purgandum peccati venenum. Dicit enim Auicenna. Si bene consideraueris, non inuenies aliquid, quod calorem vehementius intendat, quàm labor, & motus. Spiritualiter aũt calor vitalis ipsius animæ summè necessarius est volenti curari, quia, sicut dicit Auicenna. 1. canone. Calor intrinsecus resistit calori extrinseco, in tantum, ꝙ venena calida non refrenat, nec expellit, nec eorum substantiam corrumpit, nisi calor innatus. Et ideo sicut idem dicit lib. 4.

Satisfactio.

Auicen. 3. canone.

maximum remedium in curatione veneni est confortatio caloris intrinseci. Sic spiritualiter. Nã uenena, quibus anima inficitur, ut plurimum sunt uenena calida, quia ex igne prauæ concupiscentiæ procedunt. Sed amor Dei ex igne charitatis procedens, est calor intrinsecus, & innatus, quia naturaliter diligere Deum debemus. Ergo destructio venenatorum peccatorum non fit nisi per hunc calorẽ confortatum per laborem pœnitentiæ & satisfactionis, de quo labore dicit pęnitẽs. Laboraui in gemitu meo. Et hunc laborem pęnæ paratus debet esse pœnitens sustinere, vnde hic dicit. *Quoniam ego in flagella paratus sum*. Et ideo si aduersa, & flagella accidunt pœnitenti, omnia patienter ferre, debet esse paratus, quia flagella sunt signum diuini amoris. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Quis est enim filius, quem non corripit pater, &c. Consequenter ponit cordis dolorem, & contritionem pœnitenti necessariam, d. *Et dolor meus in conspectu meo semper*. In hoc enim est differentia inter iustos, & reprobos, quia reprobi, cum peccauerunt, se excusando defendunt. Iusti autem, cõtra seipsos irascuntur, & dolẽt. Dolor enim contritionis est pœnitentiæ pars prima, qui dolor nihil aliud est, quàm quædam compunctio animi cum lachrymis, oriens ex recordatione peccati, & timore diuini iudicij. Iste autem contritionis dolor animam iustificat, quod sic patet. Iustitia enim est virtus, vnicuique sua tribuens, vt dicit Philosophus. Peccator autem peccando, Deo abstulit honorem, sibi debitum, quia scilicet non se subiecit, vt debuit, & sic quantum in se fuit, Deum inhonorauit. Sed dolor cõtritionis, hoc ablatum restituit, quia in se punit malũ quod fecit. Secundum enim quod ait Valerius, Tantum honoris confert patriæ offensæ malorum punitio, quantũ iniuriæ ipsa intulerunt mala perpetrata, quia sic per malorum punitionem reformatur perdita iustitia, quod si verum est de punitione peccatoris inuoluntaria, quanto magis de punitione uoluntaria, qua peccator dolendo de peccato p cõtritionem uoluntariè punit seipsum. Sic igitur cum dolor cõtritionis puniat offensam Dei, sequitur quòd perditam

Psal. 6.
Hebr. 12.
Philos. 5. Ethicor.
Valerius. lib. 6. c. 3.

E iustitiam recuperat, & per consequens per ipsum iustificatur anima. Vnde secundum quantitatem doloris consolatur anima pœnitentis per gratiam. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et iste dolor debet esse continuus, propter quod dicitur in can. quòd semper dolere debet verè pęnitẽs, quia vbi dolor finitur, ibi pœnitentia cessat. Quod nunc ostendit Psalm. dicit. *Et dolor meus in conspectu meo semper.*

Psal. 43.
De pęn. d. 3. si Apostolus.

F *Quoniam iniquitatem meam annũciabo, & cogitabo pro peccato meo.* 627

De pęn. d. 1

Hic consequenter ponit peccatorũ confessionem quasi dicat secundum glos. Dolor meus est non de flagello, vel pœna, quę est medicina, sed de vulnere peccati. Si enim de peccato nõ dolerem, non sic me accusarem. Et ideo quia de peccato doleo, peccatum meum annunciando confiteor. Et nota, quòd confessio peccati inutilis quandoque redditur propter tria, scilicet vel quia contritio non præcedit, vel quia, satisfactio omittitur, vel quia emendatio non subsequitur. Si enim confitetur, & non conteritur, fatetur se habere vulnus, & tamen dolorem non sentit. Dicit Bern. ad Eugenium. Scio longe à salute consistere membrum, quod obstupuit. Et ægrum se non sentientem, periculosius laborare. Si etiam non sequatur satisfactio, confessio non proficit, quia, ut dicit August. libro de uera innocentia. Bona est peccati confessio, sed, si curatio sequatur. Nam quid prodest detegere plagam, & non adhibere medicinam? Medicinæ autem appositio est sequens satisfactio. Est insuper inutilis si non sequatur emendatio, quia tunc peccatum remanens magis aggrauatur. Et ideo quia non sufficit confiteri, nisi ista tria diligenter obseruentur, & considerentur. Hinc est, q præmissa confessione, subiungit. *Et cogitabo pro peccato meo*, idest solicitus ero sedule agam, secundũ gl. quia duo sunt modi perfectæ pœnitẽtiæ. s. cõfessio, & emendatio quæ fit per fletus, eleemosynas, & huiusmodi. Sic. n. dicit Ps. 118. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.

Confessio quomodo aliquando inutilis.
Ber. lib. 1.
August.

G H

Inimici

628 *Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.*

Consequenter hic ponit pœnitentis patientiam in aduersorum toleratione. Vbi notandum, quòd pœnitens maxime tres habet inimicos, s. carnem, mundum, & diabolum. Contra quos diuersimodè pugnare debemus. Nam carnem vincimus fugiendo, dicit Valerius lib. 5. quòd Fabij Maximi non dimicare, vincere fuit. Hoc dicit, quia cæteri duces Romanorum missi contra Hannibalem ducem Pœnorum offerentes se bello campestri, deuicti sunt. Fabius verò missus contra eum solum statuit defendere sibi commissos, bellum declinãs, vt sic dilato gressu paulatim minueretur virtus Hannibalis, & virtus exercitus Romanorum augeretur, quæ, diminuta fuerat: ꝓpter quod meruit nomen summi ducis, & vocatus fuit Fabius Maximus. Sic est moraliter agendum cõtra carnales affectiones, quia cum eis te offers ad bellum, vinceris, si autem declinas, viso hoste, auertendo faciem, efficieris victor. Ideo dicitur. Fugite fornicationem. Quid est autem hostes carnales fugere, nisi in principio tẽtationis illam superare, & euertere? Nã, si in tentationibus carnis moram traxeris: statim mẽs allicitur, illecta delectatur, & delectata consentit. Mundum autem vincimus sustinendo. Dicitur. n. in libro de vita Philosophorum, ꝙ Bias vnus de septem sapientibus, interrogatus quis esset inter homines magis infirmus, respondit, qui non potest infortunia sustinere. Et ideo spiritualiter cõtra mundum oportet habere arma defensiua. s. patientiæ scutũ. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Diabolum autem vincimus, ei resistendo. Aduersarius vester diabolus, &c. cui resistite, &c. Resistimus autẽ Diabolo impugnando ipsum oppositis, quibus nos impugnat, vt si per superbiã tentat, ipsum ei obiecta humilitate, debes fugare, si per auaritiã, ei obijce mundi contemptum, si per luxuriam, obijce ei castitatem. Et ideo dicitur. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Hos autem omnes inimicos pœnitens patitur, & sudando vincit. Et hoc est, quod dicit,

Tres pœnitẽtis inimici, contra quos variè pugnatur.

Valerius libro 3.

1. Cor. 6.

Luc. 21.

1. Petr. 5.

Iac. 4.

A *Inimici autem mei viuunt*, scilicet nunquam à tentationibus cessant. *Et confortati sunt super me*, vel *confirmati*: quia nisi resistatur eis, statim conualescunt. *Et multiplicati, sunt qui oderunt me iniquè*, quia quotidie crescunt. Et, Vbi quis conatur bene agere, semper ipsi ad oppositum nituntur inducere. Et hoc est, quod subdit.

629 *Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.*

6. q. sunt plurimi.

B Species enim retributionis sunt multæ, vide supra versic. 595. quarum pessima est retribuere mala pro bonis, quod faciunt dęmones, quia illos magis ad malum conantur inducere, quos ad bonum magis dispositos vident, vt ostendit Gregor. Et hoc est quod subdit, *Detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem*. Sic enim detrahere idem est, quòd à bono retrahere. Sic enim accipitur 1. Reg. 2. Quod filij Heli detrahebant homines à sacrificio Domini. Vel detrahere idem est, quòd diffamare, & tunc bonis detrahit diabolus, quia illos diffamare C conatur. Pro cuius euidentia notandum, quòd detractio est triplex, scilicet detractio sanctitatis, & munditiæ, qua à mente stultorum culpa trahitur. Cogitat iustus de domo impij, vt detrahat eos à malo. Aequitatis, & iustitiæ, qua pœnis vita malorum traditur. Detracta est ad inferos superbia tua. Prauitatis, & malitiæ, qua à malis fama iustorum lęditur. Nolite detrahere alterutrum. Et nota, quòd ista detractio vitiosa, est duplex; quia quandoque detrahitur malis, quãdoque bonis. Detractionem qua malis detrahitur sic describit Haimo. d. Detra D ctio est reuelatio defectus absentis proximi, alicui facta vt ipsum in bonis minorem existimat. Et ista habet tres species. Prima cùm quis peccatũ alterius reuelat, vbi reuelare non debet. Secunda, qñ peccatum alterius aggrauat. Tertia, cùm fingens alteri malo peccatum falsum imponit. Et ab isto vitio admonet nos sapiens abstinere d. Custodite vos à detractione, parcite linguæ. Secundo detractio est, qua detrahitur bonis, quam sic describit Haimo. d. Detractio est boni

Detractio multiplex.

Prou. 21.

Esa. 14.

Iac. 4.

Sap. 1.

boni alterius diminutio, vel negatio. Et hæc tres habet species. Prima est, cùm quis alterius virtutem negat. Secunda cùm tacet, vbi tacere non debet. Tertia cùm virtutem alterius minuit, vel in malum peruertit. Et omnibus istis tribus modis bonis detrahunt dæmones, vt deducit Greg. Et hoc hic notat Psal. d. *Detrahebant mihi, quoniã sequebar bonitatem.*

Greg. 2. mor. c. 7.

630 *Ne derelinquas me, Domine Deus meus, ne discesseris à me.*

HAec est quarta pars principalis in qua pœnitens ex omnibus prædictis concludit internam lætitiam. Vidés enim se pœnitens in tot aduersitatibus non derelictum à Deo, cum gratiarum actione auctorem salutis suæ profitens Deum lætus exclamat, ne in futurũ relinquatur, sciens, quòd grauior est offensa post veniam, quam offensam euadere non potest, si derelinquatur à Deo. Ideo orans dicit. *Ne derelinquas me, Domine, Deus meus*, &cæt. Quod ideo dicit, quia derelictus à Deo, quomodo tantorum hostium bella posset euadere? Cũ enim mentem deserit, ipsa statim dissipatur, vt ostendit Greg. d. Omnipotens Deus humanum cor destruit, dum derelinquit: ædificat autem, cùm gratia replet, neque enim humanam mentem Deus debellãdo destruit, sed relinquẽdo, quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa, Et ideo orat dicens. *Ne derelinquas me, &c.* Et hoc nihil aliud est quàm orare, vt Deus sic ipsum dirigat, vt ipse Deũ non deserat, quia nunquã Deus deserit mentem nostram, nisi prius nos eum derelinquamus. Est enim de nobis sicut de illo qui in naui mouetur, talis enim percipit se paulatim à ripa magis, ac magis distare, cùm tamen litus non moueatur, sed ipse recedat à ripa. Sic Deus, qui est stabilis vt ripa, nos autem mutabiles, non recedit à nobis, nisi quia nos ab eo prius per peccatum recedimus. Et sic appropinquat ad nos, quando nos ad se trahit. Sic ergo dicẽs, *Ne derelinquas me.* petit gratiam, qua Deum ipse non derelinquat. Ideo dicitur. Si dereliqueritis Deum, derelinquet & vos. Et hoc alijs verbis exprimens dicit. *Ne discesseris à me.* fac me à te nõ discedere. Et ideo nota, ꝙ nos à Deo discedere faciunt multa, s. iniquitas. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Infidelitas. In nouissimis diebus discedent homines quidam à fide. Aeterna calamitas. Discedite à me maledicti, &c. Sed quia nullus in statu gratiæ perseuerare potest sine spirituali Dei adiutorio, nec aliquod bonum operari, ideo diuinum adiutorium consequenter inuocat, dicens.

Greger. 11. mor. c. 5.

2. Par. 15.

Psalm. 6.

1. Thi. 4.

Matth. 25.

631 *Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ.*

11. q. 3. ira.

DEus enim omnes adiuuat, qui eius adiutorium debitè petũt. Si enim quis homo dici non potest iustus, qui miseros oppressos iniustè, non adiuuat, cũ potest, quomodo Deus iustus esset, si iniustè oppressos non adiuuaret. Et ideo de ipso dicitur Psal. 8. Factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in tribulatione. Et de tali adiutorio Dei tota scriptura abundat. Sic enim adiuuit tres pueros in camino ignis positos iniustè, ignis virtutem ligãs, ne eis nocere posset. Sic adiuuit Ioseph propter amorem castitatis incarceratum iniustè, vt inde ipsum extraheret, & totius Aegypti faceret Dominum. Sic adiuuit Susannam propter amorem castitatis ad mortem condemnatam iniustè, vt ipsam castissimam declarans, infamatores traderet morti. Sic adiuuit Apostolum Petrum propter Christi fidem incarceratum, ipsum Angelico ministerio liberando. Sic adiuuit Paulum tertio naufragantem. Et sic de similibus per totam scripturam habetur. Et ideo clamat scriptura, dicẽs. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Quid ergo mirum si pœnitens hic diuinum inuocat adiutorium, dicẽs. *Intende in adiutorium meum*, &c. Et aduerte, ꝙ istud Dei adiutoriũ septies petimus in die, s. in principio horarum omnium, d. Deus, in adiutorium meum intende. Primo quia propter septem peccata capitalia, aduersa, & tribulationes nos premunt, quia cuilibet peccato sua correspõdet tribulatio, quia aliunde tribulatur superbus, aliunde auarus, & sic de alijs. Ideo septem vicibus in die adiutorium Dei postulamus. Vel quia per septem ætates huius vitæ tribulationes patimur. Et hoc petimus maxime in prin-

Dan. 3.

Gen. 41.

Dan. 13.

Act. 12.

Psal. 45.

Septies petimus Dei adiutorium in die.

principio horarum, dicentes. Deus, in adiutorium meum intende, quia cũ orare debemus, tunc maxime diabolus tentare satagit, & à bono proposito reuocare festinat. Sed dices. Quare ergo in triduo Christi passionis sic Dei adiutoriũ non postulamus in principio horarum, dicentes. Deus, in adiutorium meum intende, quod magis debemus facere, quia cùm illud tempus magis sit deuotum, tunc diabolus magis satagit tentare fideles? Respondeo, quòd Christi passionis memoria est sufficiens inuocatio adiutorij diuini, eo quòd ipse ideo solũ fit pro nostro adiutorio passus. Et ideo quia tunc continuè Christi passionis in omnibus horis facimus memoriam, ideo aliter non expedit diuinum postulare adiutorium: secus autem de alijs temporalibus, in quibus non tam sedulo in horis Christi passio memoratur. Tunc ergo magis orare debemus, dicentes. Ad iuua nos, Deus salutaris noster, &c. Quia dolorem contritionis hic notat Psal. dicẽs. Dolor meus in conspectu meo semper, quæro vtrum dolor contritionis maior esse debeat de vno peccato quã de alio? Aegydius dist. 17.

Greg. lib. 7. mor. c. 12.

Quæstio.

Respon.

Psal. 37.

Quæstio.

PSAL. XXXVIII.

632 15. q. 1. vos autem.

Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.

Psalmvs iste talẽ habet titulũ. *In finem canticũ David pro Idithum.* Pro cuius tituli intelligentia sciendum, quòd Dauid instituit cãtores ad diuinas laudes decantandas ducẽtos octuaginta octo, qui per vices suas ante arcam domini canebant cum citharis, & musicis instrumentis. Inter quos erant tres principales, s. Asaph, Hemam & Idithum. Et istorum quilibet certum numerum ex prædictis cantoribus habebat sub se. Fecit etiam certos Psalmos ab istis decantandos, aliquos deputauit ipsi Asaph, aliquos ipsi Hemam, aliquos ipsi Idithum. Inter cæteros autem Psalmos fecit istum decantandum ab ipso Idithum, & ab alijs cantoribus ei subditis. Ex quibus apparet sensus literalis tituli, qui est iste. *In finem canticum Dauid*, scilicet, factum ab ipso Dauid pro Idithum, idest, decantandum ab ipso Idithum. De materia autem istius Psal. dicitur communiter, q; Dauid fecit istum Psalmum, dum profugus fugeret à facie Absalon filij sui, postquam audierat vituperia sibi illata à Semei. Nam cùm rex Dauid exisset Hierusalem, & fugeret à facie Absalon filij sui, Semei, qui colligatus erat cùm Absalon filio regis, clamans post regem ei improperabat, dicens, Egredere, egredere, vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul. Ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es. Et tunc rex patienter talia sustinebat opprobria. Quinimo cũ Abisai vellet illum inuadere, rex prohibuit, dicens, Dimitte eum. Dominus.n. præcepit, vt malediceret mihi. Ecce filius meus quærit animam meam, quanto magis Semei, &c. Tunc ergo ad dandum alijs exemplum patientiæ suo exemplo, ostendens suam patientiam hunc Psal. fecit d. *Dixi custodiam*, &c. Et sic ergo dicitur primum Psal. quo ad literam. Secundò quo ad sensum Psalmistæ. Quantum ad primum Psalm. iste diuiditur in tres partes. Quia primo ponitur ipsius Dauid patientia. Secundo describitur eius in Deum confidentia, ibi. *Loquutus sum.* Tertiò ponitur orationis eius instantia, ibi. *Exaudi orationem meam*, &c. Dic vt Nic. de Ly. Quantum verò ad intellectum Psalmistæ, titulus Psal. declarat materiam Psal. Nã, vt supra dictum est: Dauid ordinauerat ducentos octuaginta octo cantores, quibus tres præfecerat, scilicet, Asaph, Hemam & Idithum: quorum nomina Esdras frequenter ponit in titulis Psalmorum, vt ex eorum interpretationibus cognoscatur intẽtio Psalmi. Huius ergo Psal. aperit materiã per hoc nomen Idithum, cùm dicit titulus. *In finem cãticum Dauid pro Idithum.* Idithum namque interpretatur transiliens eos, idest illos, qui remanẽt in mũdo, hærentesque terrenis, de quo transiliente, vel transitu agitur hic. Quoniam hic Psal. docet transire à terrenis ad cœlestia, à dilectione mundi ad dilectionẽ Dei, & à temporalibus ad æternitatem. Sic ergo sensus tituli est talis. Istud canticum,

1. Par. 25.

2. Reg. 16.

ticum, factum à Dauid *in finem*, idest, Christum nos dirigens, est *pro Idithum*, idest, pro transitu temporalium ad æterna. Et quia iste transitus maxime fundatur in patientia aduersorum, ideo iste Psal. maxime nos docet patientiam, & inter opprobria, & detractiones malorũ à murmuratione linguam continere. Et quantum ad hoc Psalm. iste diuiditur in tres partes. Quia agit primo de patientiæ habenda firmitate. Secundò de mundi decliuanda vanitate, ibi. *Veruntamen*. Tertiò de superna exoranda bonitate, ibi. *Exaudi Deus*. Quantum ad primum sciendum, quòd in omnibus bonis operibus est talis ordo, quod primo intus corde præcedit deliberatio, consequenter operis sequitur persecutio, & tertio sequitur operationis finis, & consummatio. Et secundum hoc prima pars habet tres partes: quia Psal. ponit primo suam cordis deliberationem. Secundo suæ deliberationis executionem, ibi. *Posui ori meo*. Tertio suæ exauditionis finem, & consummationem, ibi. *Loquutus sum*. Quantum ergo ad primum ponẽs suam deliberationẽ dicit. *Dixi custodiam*, &c. Vbi notandum, quòd sicut corpus habet os materiale, & linguam, qua loquitur, sic multo fortius suo modo & mens habet os intrinsecum, & linguam, qua prius verba intus format, quàm producat exterius per corporis linguam, quia prius est dicere mentis, quàm sit dicere corporis. Sic enim de dicere cordis dicitur. Dixit insipiens in corde suo. Psal. 13. Similiter & quilibet bonus Deo corde loquitur Psal. 26. Tibi dixit cor meum. Istud autem dicere intrinsecum est mentis deliberatio eorum, quæ exterius dicenda sunt, & facienda. Sic igitur hic dicere stat pro deliberare, vt sit sensus. *Dixi custodiam vias meas*, idest, in corde meo deliberaui custodire vias meas. Per vias autem intellige actiones nostras. Vnde Gregorius. Quid viarum nomine nisi actiones nostræ significantur? Hinc enim per Hieremiam dicitur. Bonas facite vias vestras, & studia vestra. Deliberabit ergo iste primo custodire vias suas, idest actiones suas, ne scilicet murmurando contra Deum peccet. Vnde subdit. *Vt non delinquam in lingua mea*. Sed aduertendum, quòd linguam suam diuersi variè custodiunt, vt ostendit Gregorius, dicens. Sunt tria genera hominum, qui gradatim distinctis à se qualitatibus dissident. Sunt namque aliqui, qui ad loquendum praua concipiunt, allocutione sua nulla silentij grauitate refrenantur. Et sunt alij, qui cum praua concipiunt, magno se silentij vigore restringũt. Et sunt nonnulli, qui virtutum vsu roborati vsque ad eam celsitudinem prouehuntur, vt ad loquẽdum nec quidem in corde peruersa concipiant quæ silentio compescant. Et hoc est bonorum, dicẽte Ps. *Dixi custodiam vias meas*. Qui enim linguam custodire nescit, se malis operibus implicatum manifestat. Dicit Philosophus, quod auis si sub lingua habeat venam albam, generat filiũ album, si nigram nigrum. Sic & moraliter secundum qualitatem, & colorẽ linguæ, color, & qualitas fœtus, idest, operis sibi correspondet. Et ideo bene consulit Psalm. dicens. Prohibe linguam tuam à malo.

Psal. 13. Psal. 26. Gregor. 21. mor. c. 4. Greg. lib. 5. mor. c. 11. Philosop. 5. animal. Psal. 33.

Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me.

633 5. q. 4. in loco.

HIc consequenter ostendit deliberationis executionem, quia sicut in corde deliberauit, sic & opere compleuit. *Posui*, inquit, *ori meo custodiam*. Et diuiditur in tres partes, secundum qđ ex tali custodia tria se dicit habuisse, scilicet quia habuit primo discretum silentium. Secũdo humilitatis fastigium, ibi. *Obmutui & humiliatus*. Tertio charitatis incendium, ibi. *Concaluit cor meum*. Quantum ad primum sciendum, quòd inter omnia corporis membra, lingua maiori custodia indiget, quia ex ea facilius plura mala procedunt. Vnde Bernard. in sermone de triplici custodia dicit. Quis sane enumeret quantas modicum linguæ membrum contrahit sordes, quàm multiplex in labijs incircuncisis immunditia coaguletur, quàm sit grauis pernicies oris incircumspecti. Est enim lingua dissoluta in sermonib. otiosis. Est lingua impudica, & est magniloqua, quorum prior lasciuiæ, sequens arrogantiæ famulatur. Est etiam lingua dolosa, & est maledica, quarum altera in falsidicam, & adulatoriam subdiuiditur,

Lingua.

uiditur, altera vero nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto, hæc ille. Qui enim linguam suam non potest continere, opus bonum minime poterit habere. Dicit Philosophus, quòd si mulier vicina partui potest retinere suum anhelitum, quod partus eius erit facilis, & leuis, si autem non potest retinere, partus eius erit difficilis, & grauis. Sic moraliter in proposito. Anima quantumcunque bono conceptu, & intentione sit impregnata, nunquam tamē pariet opus viuum, sine difficultate, si anhelitum suum, idest, spiritum, cohibere non possit. Et ideo bene dicit Apostolus. Si quis putat, se religiosum esse, non refrenans linguam suam, huius vana est religio. Contra quod dicit Psal. *Posui ori meo custodiam.* Et quamuis custodia oris omnibus sit necessaria, maxime tamen clericis Deo dicatis. Vt ostendit Bernardus super illo verbo Apostoli. Sermo vester in gratia semper sale conditus sit, dicens. Sit lingua vestra modesta, sobria, pudica, sit ori vestro saliua virgo die crescente. Et nisi vtilitas occasionem præbuerit vsque in crastinum incorrupta seruetur. Ponamus *ori nostro custodiam.* Et ostium circunstantiæ labijs nostris. Auceps non emittit accipitrem, nisi prius anserem viderit. Et monachus dimittit linguam suam, vbi loquẽdi necessitas non existit. Dedignatur venator catulum soluere, nisi lepus appareat. Viliorem habet monachus linguam suam, quam ad nullius salurem, vel cõmodum inutiliter soluit. Sudat lapis in manu oppugnantium mœnia, & incassum volat verbum de ore stantis in sanctæ Ecclesiæ disciplina. Arcus flexis cornibus frustra non tenditur, & rationalis lingua ad deferenda irrationabilia passim laxatur. Parcitur pharetræ, vt ex ea sagitta non leuiter exeat. Non parcitur linguę, vt mendax in quēlibet verbis velut ictū vulneris infligat. Quid autem ad hoc dicimus? certe excusari non possumus, facilius est enim tacere quàm loqui, vt cum Psal. dicamus. *Posui ori nostro custodiam.* Sed, quia perfectius est iniuriatum non loqui, quàm non prouocatum, ideo addit, dicens. *Cum consisteret peccator aduersum me.* Hæc est perfectio, opprobria audire, & tacere, iniurias pati, & non loqui. Relinquentes enim mundum, & ad Deum tendentes hodie præ cæteris à malis irridentur, & impetuntur opprobrijs, & fatui reputantur. Deridetur iusti simplicitas. Et tamen iusti se deridentes non derident, sed tolerant patienter exemplo Christi. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur nō cōminabatur. Sic & iusti dum peccatores aduersus se insurgunt patienter tolerantes, ori suo custodiam imponunt. Sic faciebat Apostolus dicens. Maledicimur, & benedicimus, persecutionē patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Vnde iusti quanto magis infestantur à malis, tanto amplius humilliantur. Vnde subditur.

Phil. 18. de animalib. — *Iac. 1.* — *Psal. 38.* — *Colos. 4.* — *Iob 11.* — *1. Pet. 2.* — *1. Cor. 4.*

Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. 634

Hic consequenter ostendit iustos in persecutionibus humilitatem seruare. Vbi notandum, quòd veram humilitatem probat illata contumelia: sicut paupertatem voluntariam, oblata abundantia, & veram castitatem obiecta mulieris pulchritudo cum opportunitate. Econtrario de multis dicit Gregor. Esse quippe volunt humiles, sed sine despectu, esse contenti proprijs, sed sine necessitate, esse casti, sed sine maceratione corporis, esse patientes, sed sine contumelijs volunt. Cumque adipisci virtutes quærunt, sed virtutum labores fugiunt, quid aliud quam sine belli certamine triumphare de hostibus quærunt? Ex quibus apparet, quod vera humilitas, & patientia probatur aduersis, vnde in persona iustorum, nunc ait Psalm. *Cum consisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum.* Obmutescit iustus, quia percussus aduersis non murmurat. Sciens, quod ait Gregor. Quisquis percussus murmurat, quid aliud quam iustitiam ferientis accusat? Vt ergo homo reprehendere non audeat iudicem culpæ, hunc humiliter cogitet auctorem naturæ, quia qui mirè ex nihilo hominem fecit, factum impiè non affligit. Ille ergo percussus obmutescit, qui patienter tolerando, non murmurat. Exẽplo Christi de quo Es. 53. Sicut ouis

Greg. li. 7. mor. c. 14. — *Gregor. 5. mor. c. 26.*

ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente obmutescet, quod ex humilitate procedit. Vnde subditur: &, idest, *quia humiliatus sum. Et silui à bonis, & dolor meus renouatus est.* Vbi sciendum, quòd sancti viri, dum se inter malos positos vident, qui semen diuini verbi recipere nolunt, tacent, ne margaritas ante porcos proijciant, & sanctum dent canibus. Sed quia vident aliorum mala multiplicari, grauiori dolore feriuntur interius. Et hoc notat Psalm. d. *Silui à bonis*, scilicet prædicandis, quia, scilicet non habebam terram bonam, in qua semen fructificare posset. Et quia prauorum malitia continuè augetur, ideo ex hoc *dolor meus renouatus est.* Et sic istum passum exponit glos. & Greg. d. Nam sæpe contigit, vt boni viri, cum se non audiri considerant, ori suo silentium imponant. Sed plerumque dum conspiciunt, quòd iniquorum facinora ipsis tacentibus crescunt, vim quandam sui spiritus sustinent, vt in locutione apertæ correptionis erumpant. Vnde & propheta Hieremias, cum sibi prædicationis silentium indixisset dicens. Non recordabor eius, nec loquar vltra in nomine eius: illico adiunxit. Et factus est in corde meo quasi ignis æstuans, & defeci, ferre non sustinens. Pro eo enim quòd se minimè audiri conspexerat, silentium sibi imposuit, sed cum crescentia mala in eo cerneret, in eodem silentio non permãsit. Dauid quoque propheta postquam silentium sibi indixerat. d. *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, silui à bonis*, in ipso suo silentio zelo charitatis exarsit. Vnde subdit. *Et dolor meus renouatus est.* Vnde & considerando peccata malorum, dicebat Apostolus. Tristitia magna est mihi, & dolor continuus cordi meo.

Gregor. 23. mor. c. 10.

Hier. 20.

Rom. 9.

635 *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.*

1. q. 1. multa sunt.

Consequenter ex hoc se ostendit habere charitatis incendium. Dolere enim de peccatis proximorum, signũ est charitatis. Charitas autem quidam calor spiritualis est. Et istum calorem in corde iustorum insinuans hic Psalm. ait. *Concaluit cor meum intra me.* glos. idest, ex omni parte caluit amore Dei, idest, igne cœlestiũ, vt, quia diligo Deũ, diligam proximum, & diligendo proximum, doleam de ipsius culpa, quia sem per iusti igne diuino accẽsi, quæ Dei sunt meditantur. Vnde subdit. *Et in meditatione mea exardescet ignis*, scilicet, diem dilectionis. Vel secundum Grego. Calescit cor iustorum, quia quando tacentes vident aliorum mala augeri, intus cõcalescunt, quia dilectionis ardor, ad exterius loquendum excitat illos, vt quæ corrigere non valent, saltem increpare non desistant. Et attende, quòd isto igne charitatis multi sunt, qui calefieri non possunt. Quoniam figura habetur in Dauid, de quo dicitur 3. Reg. 1. quòd Dauid, cùm operiretur vestibus, non calefiebat. Et quare calefieri non poterat, Stephanus adducit tres rationes, exponendo prædicta verba. d. Dauid calefieri non poterat. Primo quia de senibus est parentibus natus. Secundo quia in prælijs multum sanguinem fuderat. Tertio, quia ex quo Angelum cædentem populum vidit, pauore vehementi contabuit. Moraliter autem ista tria multos impediunt, ne in eis igne charitatis concaleat cor ipsorum. Primum est antiquorum peccatorum imitatio. Antiquiora enim peccata, & prima quæ fuerunt, sunt inuidia, & superbia. Inuidia enim primum peccatum dicitur: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Similiter & superbia. Initium omnis peccati superbia. Sic igitur superbia, & inuidia dicuntur antiquiora peccata, quia nullum aliud peccatũ fuit prius istis. Ex illis ergo natus per imitationem in corde suo charitate calefieri non potest. Secundum est egenorum proximorum incompassio, quod notatur in Dauid, qui multum sanguinem fuderat, tot enim sanguinem fundimus, quot fame mori permittimus, subuenire valentes. Tertium est diuinæ iustitiæ sine misericordia cõsideratio. Hoc enim ad desperationem ducit, quod notatur in Dauid, qui vidit Angelum ex iustitia cædentem populum. At contra, iusti igne charitatis calescunt. d. Psalm. *Concaluit cor meum, &c.* Quia dictum est, quòd iusti calent igne charitatis, ex dilectione

3. Reg. 1.

Tria impediũt ne cor charitatis igne incalescat.

Sapien. 2.

Eccle. 10.

ctione peccatorum, quæro vtrum peccatores ament seipsos. 2. secundæ. q. 35. articulo 7.

636 *Loquutus sum in lingua mea, notum fac mihi, domine, finem meum.*

Hic consequenter ponit suæ intentionis finem intentam, & consummationem. Principalis enim intentio, & finale desiderium antiquorum patrum erat videre verbum incarnatũ, propter quod Christus suis dicebat Apostolis. Multi reges, & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderũt, &c. Circa autem illam principalē antiquorum intentionem Psal. tria ponit. Quia primo desiderat scire Christi incarnationem. Secundo desiderat scire suæ vitæ durationem, ibi. *Et numerum dierum.* Tertio confitetur humanæ vitæ annihilationem, ibi. *Ecce mensurabiles*. Quantum ad primum sciendum, quòd hic Dauid loquitur in persona omniũ patrum antiquorum, qui Christi desiderabant aduentum. Et loquitur Deo non hominibus, quod ostendit, dicens: *Loquutus sum in lingua mea, notum fac mihi, domine*, & sic loquitur domino. Et ideo sciendũ, qualiter nos Deo loquimur, & qualiter Deus nobis. Lingua enim corporalis non nisi ad aures corporales loquitur, nec auris corporalis nõ nisi vocem corporis audit. Cùm ergo Deus aures corporales, nec linguã habeat corporalem; nec ipse menti nostræ sono vocali loquitur, nec nos sibi. Loqui ergo nostrũ Deo est desiderio cordis ad ipsum clamare, vnde Gregor. in illud Ioan. Vidi animas sanctorum clamantes, & dicẽtes, Vsquequo, domine sanctus, non vindicas sanguinem nostrum, &c. d. Quid est animas sanctorum vindictam à Deo petere, nisi diem extremi iudicij, & resurrectionem extinctorum corporũ desiderare? Magnus quippe earum clamor magnum est earum desiderium. Tanto enim quisque minus ad Deum clamat, quanto minus desiderat, & tanto maiorẽ vocem in aures Dei exprimit, quanto se in eius desiderium plenius fundit. Animarum ergo verba sunt ipsa illarũ desideria. Nam, si desiderium sermo non esset, propheta, non diceret. Desideriũ cordis eorum audiuit auris tua. Ad propositum ergo Dauid in persona istorum dicit. *Loquutus sum lingua mea*, scilicet cum lingua cordis, quæ est desiderium mentis. De qua lingua dicitur Psal. 70. Lingua mea meditabitur tota die iustitiã tuam. Meditatio. n. ad mentem pertinet, non ad corpus. Sed quid hæc lingua desiderabat adiungit. *Notum fac mihi, domine, finem meum.* Quis autem est finis noster, nisi Christus incarnatus? de quo dicit Apostolus. Finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti. Vocatur enim Christus incarnatus finis non quidem consumptionis, sed perfectionis, & consummationis. Vnde ibidẽ gl. Finis enim Christus est, in quo lex iustitiæ non consumitur, sed impletur: omnis. n. perfectio in ipso est, vltra quam non est, quo spes se extendat. Finis etiam est fideliũ Christus, ad quem cùm venerit currentis intentio, non habet quid amplius possit inuenire, sed habet in quo possit permanere. Finis ergo dicitur Christus, non quia consumit, sed quia perficit. Vnde & ipse de seipso ait. Ego sum alpha, & omega, principium, & finis. Dicens ergo. *Notum fac mihi, domine, finem meum*. Hoc est notum fac mihi Christum incarnatum, vt scilicet quem fide credo incarnandum, cognoscam incarnatum. Et ad istum sensum exponit. d. *Notum fac mihi, domine, finem meum*, idest, Christum, qui est finis noster: cuius consummatio est in præsenti ad iustitiam, & in futuro ad gloriam.

637 *Et numerum dierum meorum quis est, vt sciam, quid desit mihi.*

Hic consequenter desiderat scire durationem. In præcedenti. n. versiculo desiderauit scire, tempus incarnationis Christi, volens ergo scire, si ipsum incarnatum videbit, petit vtrum vsq; ad illud tẽpus durare debet. d. *Et numerum dierum meorum*, &c. s. notũ mihi fac. Vbi glo. Numerum dierum suorum scire volebat, non desiderio huius vitæ, sed desiderio videndi Christum, vt appareat, si eius aduentum poterit videre, quẽ magno desiderio antiqui patres videre desiderabant. Vnde ait Christus. Multi reges, & prophetæ voluerunt videre, &c. Inde senex ille Simeon clamabat, putas durabo? putas videbo? q. d. Ideo volo scire nu-

Marginal notes: Luca 10. — Gregor. 2. mor. c. 6. — Apoc. 6. — Clamare. — Psal. 70. — Rom. 10. — Apoc. 1. — Luca 10.

Quæstio. re numerum, vt sciam, quid desit mihi ad Christum videndum, Sed nũquid cuilibet homini determinatus est certus dierum numerus, quo viuere possit, & non vltra neque magis, neque minus? Et vr, q; sic. Breues dies hominis sunt, & numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Ad oppositum quia quis potest vitam suam breuiare, ergo & prolongare: patet, quia seipsum potest quis interficere, vel ad infirmitatem sibiipsi dare occasionem, quod qui facit, minus viuit, quod si non faceret, plus viueret. Respondeo quòd quæstio dupliciter potest intelligi, vno modo an apud Deum sit præuisum tempus determinatum, quo quis viuet, & non plus, nec minus: secundo an natura cuiuslibet hominis certam habeat intrinsecam virtutem, per quam tantum potest viuere, & non plus, neq; minus. Et tunc dico ad quæstionem primo, quòd intelligendo primo modo, q; apud Deum est determinatum tempus certum vitæ cuiuslibet hominis, per qđ viuet, & non vltra, neque minus: patet, quia diuina scientia omnia futura, & præterita nouit vt præsentia. Vnde Gregor. exponens prædicta verba: *Numerus mensium eius apud te est*, dicit: Cuncta futura Deus præsens ante sæcula decreuit, qualiter per sæcula disponantur. Statutum quippe est homini, vel quantum hunc mundi prosperitas sequatur, vel quantum aduersitas feriat, ne electos eius aut immoderata prosperitas eleuet, aut nimia aduersitas grauet. Statutum quoque est, quantum in ipsa vita mortali temporaliter viuat. Nam etsi annos quindecim Ezechiæ regi ad vitam addidit omnipotens Deus, cùm eum mori permisit, tunc eum præsciuit esse moriturum. Qua in re quæstio oritur, quomodo ei per prophetam dicatur. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Cui cum mortis sententia data est, protinus ad eius lachrymas vita addita est. Sed per prophetam prædixit do minus tempus, quo ipse mori merebatur, per largitatem vero misericordiæ eum illo tempore ad mortem distulit, quod ante sæcula ipse præsciuit. Nec igitur propheta fallax fuit, quia tẽpus mortis innotuit, quo vir ille merebatur mori, nec dominica statuta commutata sunt, quia vt ex largitate Dei anni vitæ crescerent, hoc quoque ante sæcula præfixum fuit, atque spatium vitæ, quod inopinatè foris est additum, sine augmento præscientiæ fuit intus statutum, hæc Grego. Sic igitur quantum ad Dei præsciẽtiam omnia etiam futura contingentia ab æterno fuerunt statuta, & ad vnam partem de facto, licet non de possibili determinata. Si vero quæratur secundo modo: scilicet an in ipsa vita nostra sit determinata virtus, qua quis tantum viuere possit. Respondeo, dicunt quidã, quòd viuere nostrum fundatur in humido radicali, quo calor naturalis intrinsecus fouetur, & illo durante eius operatione non impedita durat vita, & illo deficiente, vel eius operatione impedita vita deficit. Et illud humidum est certæ, & determinatæ virtutis, licet maioris in vno quàm in alio, secundum dispositiones diuersas conceptionis, & natiuitatis, virtus istius augeri non potest, sed bene foueri potest, & conseruari, ne ab aliquo cõsumatur, nisi quãtum calor naturalis continuè consumit, ipsa autem per calorem naturalem consumpta, statim deficit vita. Cùm ergo illud humidum radicale sit determinatæ virtutis, sic & tanto tempore, & non plus potest calorem naturalem fouere. Et sic in quolibet homine est determinatum tempus, quo viuere potest, & non vltra. Illud autem humidum radicale potest consumi ab alio, quam per calorem naturalem ordinatum, vt per calorem inordinatum febrium, vel per aliam hominis malam vitam, vel potest eius operatio totaliter extingui, vt puta quando quis interficitur. Et sic vita potest abbreuiari. Et datur exemplum. Si tantum ponatur in lãpade olei quantum sufficiat ad nutriendum ignem lampadis per vnam diem, quamuis non possis facere quòd nutriat vltra vnam diem, tamen potes facere, q; minus durabit; vt puta augendo ignem lampadis, quia tunc plus consumet de oleo, vel extinguendo violenter lampadem. Sic in proposito dicitur, quòd determinata est virtus in homine, per quã per tãtum tempus viuere potest, & non vltra, sed illa impediri potest, & per consequens hominis uita potest abbreuiari, sed

Margin notes: *Iob* 14. — *Respon.* — *Gregor.* 12. *mor. c.* 1. — 4. *Reg.* 20. — *Viuere.* — E — F — G — H

Psal.54. sed non prolongari. Et hoc dicit alibi Psalm. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, quia tales per malam vitam dissipant virtutem illam vitalem, & multoriens morte violenta terminantur. Quantitas ergo vitæ stat in quantitate caloris naturalis, & humidi radicalis, quo dictus calor nutritur. Ad argumenta ex dictis patet, quid dicendum.

638 *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.*

Confitetur hic humanę vitæ breuitatem vel annihilationem Psalmista edoctus à Deo de tempore incarnationis, quod postulauerat. d. *Notum fac mihi, domine, finem meum.* edoctus insuper de numero dierum, quibus naturaliter viuere poterat, quod postulauerat. dicens. *Et numerum dierum meorum quis est*, &c. Statim conclusit se non posse deuenire ad videndum finem suum. s. Christum incarnatum. d. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Mensurabiles*, i. numerabiles, & paucos, vel *mensurabiles*, i. breues, quia quod faciliter mensurabile est, breue est. Vnde glo. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos*, idest, breues, quia cito transit vita nostra. Quid enim sunt centum anni, qui principium habēt, & finem respectu æternitatis Dei, quæ fine caret, & principio? Vnde Psal 89. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ prætetijt, propter quod dicitur. Homo natus de muliere breui viuens tempore, &c. (*Iob 14.*) Quomodo enim tempus nostrum longum potest dici, quod cōtinuè terminatur? Vnde Grego. ait: Omne, qđ transit, breue est, etiam si tardius terminari videatur. (*Gregor. 13. lib. mor.*) Iusti autem viri hanc breuitatem vitæ continuè considerant dies suos mensurantes, sed mali ipsam aduertere nolunt. Vnde Greg. ait. Reproborū mens erga dies præsentis vitæ tāto amore constringitur, vt sic semper hic appetant viuere, quatenus, si valeant, viuendi cursum nunquam desiderent finire. (*Gregor. 8. mor. c. 12.*) Cogitare quippe futura despiciūt, spem totam in rebus transeuntibus ponunt, habere nulla nisi quæ prætereunt, concupiscunt. (*Aliter habetur in originali Gre.*) Cumq; nimis transeuntia cogitant, & mansura nullatenus sperant, sic insensibili cæcitate oculus cordis clauditur, ut se morituros nullatenus credāt. **A** Vnde fit sæpe, ut iā corpus molestia quatiat & intima mors uirtutem uitalis spiritus incidat, nec tamē curare, quæ mundi sunt, desistant. Iamq; eos vltor ad iudicium pertrahit, & tū ipsi rebus transitorijs occupari, nihil aliud cogitant, nisi qualiter in hoc mundo adhuc viuant, quia spes viuendi in eis non frangitur, etiam cum uita terminatur. Dura enim mente mors longè abesse creditur, etiā cum sentitur, &c. **B** At contra iustorum mens ad æternitatis intentionem tēdit, ét cum præsens eos fœliciter vita cōcomitatur. Magna carnis salute utitur, nec tamen eius fiducia animus retardatur. Nullus adhuc articulus mortis erumpit, & tamen hanc quasi præsentem continuè conspicit. Quoniam enim præsens vita indesinenter labitur, spes ei viuendi fundirus amputatur. Hæc omnia bene considerat iustus. d. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, &c. Et substantia mea tanquam nihilum ante te.* Quod ideo dicit, quia substantia nostra, i. vita nostra æternitati cōparata, nihil inuenitur. **C** Quid enim est uita nostra, nisi uapor fumi ad modicum apparens? Iac. 1. & Sap. 2. Trāsit uita nostra tāquam vestigium nubis. Et bene dicit tanquam vestigium nubis, quia sicut nubes à uento cito fugatur, & transit, sic & vita nostra. Vnde Hieronymus ait. (*Hier. lib. 3. super Amos.*) Nihil fugacius uita huius sæculi quam dum tenemus, amittimus. Ecce per infantiam ad iuuentutem, per iuuentutem, & uirilem ętatem nescientes currimus ad mortē, quod nunc notans Ps. ait. *Et substantia mea tanquam nihilum ante te*, licet nobis appareat magna. Et hoc bene considerabat Iob. d. (*Iob. 7.*) Parce mihi, domine, **D** nihil enim sunt dies mei. Hoc idē alijs verbis exprimit. dicens.

Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. 639

Secundum grammaticos, uanus dicitur à Venus, & est idem uanus, quod inanis, falsus, vacuus intus, quia uene rei homines tales esse solent. (*Vanus.*) Et inde vanitas quasi uacuitas, uel falsitas. Dicitur ergo omnis homo uiuens uanitas uniuersa, quia omnis homo instabilis uacuus,

cuus,quia nec satiatus. Omnis ergo homo vanitas est, i. hic in vanitate viuens, quod probat glo. quia omnis homo, aut est bonus,aut malus. Si malus,tunc est deditus mundanis, quæ omnia sunt vana. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Si autem sit bonus, tunc desiderat esse cum Christo, & per consequens ei vana est vita præsens. Et quantum ad hoc est notandum, quòd triplex est vanitas, scilicet versionis flexibilis. Et sic omnis homo dicitur vanitas,quia vertibilis de esse hominis ad non esse, quinimo nunquam in eodem statu permanet. Vnde psal. 143. Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Est secundo vanitas auersionis vertibilis.& hæc in voluntate,quæ faciliter ad vana vertitur,& peccat.3.Reg.6. Peccauerunt, & peccare fecerūt Israel, & prouocauerunt Deum in vanitatibus suis. Tertia est vanitas pœnalitatis contristabilis. Cuncti dies hominis dolore, & ærumna sunt pleni. Et hoc nonne vanitas est? Quid enim aliud est habens vitā,nisi quædam vanitas,& miseria? Qm̄, vt ait Greg. Si enim subtiliter considere tur omne,quod hic agitur,pœna est,vanitas,& miseria. Ipsi.n. carni seruire ad necessaria atq; concessa miseria quædā est, vt contra frigus vestimenta, contra famem alimenta, contra æstum frigora requirātur, ꝙ multa cautela custoditur salus corporis, ꝙ etiam custodita amittitur, amissa cum graui labore reparatur, & tamen reparata semper in dubio est. Quid hoc aliud quam mortalis vitæ vanitas quædam,& miseria est,&c. Quibus consideratis Psal. merito dicit. *Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens*, propter quòd clamat Apostolus, Roma. 8.d. Vanitati creatura subiecta est. Per creaturam enim intelligit hominem,qui cum omni creatura participat,quia omnis creatura est corporalis, aut spiritualis.

Eccles. 1. — Vanitas triplex. — Iob 14. — Eccles. 2. — Gregor. 11. cap.26.

640 *Veruntamen in imagine pertransit homo,sed & frustra conturbatur.*

12.q. omnis alien.

HIc consequenter agit de mundi relinquenda vanitate. Et diuiditur in tres partes.Quia agit primo de singulorum innata dignitate. Secundo de malorum vana cupiditate,ibi. *Thesaurizat.* E Tertio de iustorum optata synceritate, ibi. *Et nunc* Quantum ad primum sciendum, ꝙ omnium hominum maxima est innata dignitas, quia quāuis quo ad corpus nihil sit, & vana,tamen quo ad animam imagine Dei sunt insigniti. Vnde dicit. *Veruntamē in imagine*,&c.q.d.Quāuis homo corpore sit vanus, & vanitati subditus,tamen altæ est dignitatis, quia pertransit in imagine Dei, quasi dicat: Hoc est mirum,quòd cū tanta sit dignitas hominis,ꝙ ad Dei imaginem, sit factus, ꝙ tanta dignitas non ipsum retrahit a vanitate.In qua tamen vanitate fru F stra conturbatur, quia cum labore & miseria terrena appetit, quæ frustra,idest, sine vtilitate conturbant hominem. Est autem notandum, ꝙ multiplex ad propositum reperitur imago,scilicet, quia est Imago qua factus est homo, scilicet, verbi persona. Imago in qua factus est homo,scilicet anima nostra. Imago in qua lapsus est homo,scilicet,culpæ macula. Imago ad quam factus est homo, scilicet æterna gloria. Primo est imago qua factus est homo,quæ imago est æternum Dei verbum: imago enim alicuius dicitur,quod nos ducit in perfectam co- G gnitionem alterius,vt dicit Magister. Sicut illa pictura, dicitur imago virginis, quæ nobis ipsam repræsentat,& sic de imagine crucifixi: verbū autem Dei nos perfectè ducit in cognitionem patris, cū sit impossibile verbum intelligere, quin pater intelligatur,cum sint relatiua. Et ideo verbum dicitur perfecta patris imago, & tanto perfectior imago, quanto patri in omnibus coæquatur, vt deducit Magister. Et de hac imagine verbi dicitur, quòd est speculū sine macula Dei maiestatis,& imago bonitatis illius. Ista ergo est imago, qua factus est homo, H quia omnia per verbum facta sunt. Sed fortè dices: Si filius dicitur patris imago, quia ducit in cognitionem patris & patri in omnibus est æqualis, nunquid eadē ratione pater dicetur imago filij, cum etiā pater in omnibus filio sit æqualis? Ad hoc respondet Magister.d.ꝙ nō, cuius ratio est, quia similitudo alicuius ad hoc vt dicatur illius imago, hoc habet ab illo,cuius est imago,& non econuerso:verbum autem similitudinem patris habet à patre, & non pater ab eo.

Imago. — Ima.multiplex. — Mag. lib.2. dist. 16. — Imago. Verbum. — Mag. lib.1. dist.31. — Sapien. 7. — Ioan. 1. — Quæstio. — Respon. — Mag. lib.1. dist.31.

De

De ista ergo imagine d. Ps. *Veruntamen in imagine pertransit homo*. quia nullus homo ex hac vita ad æternam pertransire potest, nec potuit sine fide istius imaginis, s. verbi incarnati, vt d. Magister, lib.3. Secũdo est imago, in qua factus est homo, quia quilibet homo factus est ad imaginem Dei, sic scilicet quòd Dei sumus imago. Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam. Quæ verba pertractans August. d. Cum interiorem, & exteriorem hominẽ scriptura commemoret, quæri potest, virum vnus istorum, aut ambo ad imaginem, & similitudinẽ Dei sit factus. Sed quis dubitat eum potius dicere, qui renouatur, q̃ qui corrũpitur? Sed qualiter anima nostra sit diuinitatis imago, notandum, ꝙ ſm Magistrũ: Imago vocatur alicuius, quod nos ducit in perfectam illius cognitionem. Sed anima nostra nos ducit in perfectam cognitionem Dei: patet, quia in cognitionem trinitatis personarum, & vnitatis essentialis, cognitionis aliorum & intellectionis spiritualis, dominationis singulorum, & prelationis generalis. Primum patet, quia vt ait Magister. In mente nostra cernimus trinitatem, non quidem Deum, sed imaginem Dei. In ipsa enim quædam apparet trinitas, s. memoriæ, intelligentiæ, & amoris. Et hæc tria (vt ait Aug.) non sunt tres vitæ, sed vna vita, non tres mentes, sed vna mens, vna essentia. Veruntamen vt ait ibidem Magister caueat homo, ne hanc imaginẽ ab eadem trinitate factã ita cõparet ei, vt omnino existimet similem, sed potius magnam dissimilitudinem cernat, vt puta quia illa increata, ista creata, illa trium personarum, hæc vnius essentiæ. Sic enim qualibet creata imago rei cuius est imago magis dissimilis est quam similis. Secundum patet, quia sicut Deus est naturæ intellectualis: sic & anima nostra inter omnes creaturas inferiores sola est intelligens. Vnde August. 14. de trinitate. Eo anima nostra Dei imago est, quo capax eius, & particeps esse potest. Tertium patet, quia sicut Deus omnibus præfertur, & dominatur, sic & homo omnibus alijs creaturis. Vnde Magister lib.2. distinct.15. Omnibus creatis, atque dispositis nouissimè omnium factus est homo tanquam omnium possessor, & dominus omnibusq; præferẽdus. Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Sed hic occurrit dubium. Virum mulier æquè sit imago Dei sicut vir? Arguitur ꝙ sic, quia dixit Deus. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, masculum, & fœminam fecit eos. Ad oppositum videtur Apostolus. d. Mulier orans velat caput suum: vir aũt non debet velare, quia imago, & gloria Dei est, mulier aũt viri. Respõdeo, nam vt dictum est, ideo aĩa nostra dr̃ imago Dei, quia eius proprietates in se continet, & nobis ostendit. Sciendum ergo, ꝙ quedã sunt in Deo, quæ repræsentat mulier æquè sicut vir, vt trinitatem personarũ, & vnitatem essentiæ, & secundum ista mulier æquè est imago Dei sicut uir. Aliqua sunt, quæ repræsentat uir, & non mulier, & secundum ista mulier non dicitur imago Dei, sed uir. Et ista maxime sunt quatuor, ut ostendit gl. super illud Apostoli. Vir est imago, & gloria Dei, mulier autem uiri. Primum, quia sicut ex Deo omnia, ita est Adam omnes homines. Secundum quia sicut de latere Christi dormientis in cruce formata est ecclesia, & eius fluxit origo, sic de latere Adæ dormientis, orta fuit, & formata Eua eius sponsa. Tertium quia sicut regit Christus ecclesiam, & ecclesia ei subseruit, sic uir mulierem habet regere, & mulier subseruire. Quartum quia uir principalius imago Dei dicitur quantũ ad intelligentiam, quam mulier, quia naturaliter in uiro magis uiget ratio, in fœmina autem magis sensualitas. Ex dictis ergo tres conclusiones eliciuntur. Prima, quòd in aliquibus uir, & mulier equaliter sunt imago Dei. Secunda, quia in aliquibus uir, & mulier, sed uir principalius. Tertia, quòd in aliquibus uir, sed non mulier. De ista ergo imagine dicit Psal. *Veruntamen in imagine pertransit homo*. quia quicunque tam bonus, quàm malus amans cœlestia, siue terrena, imaginem Dei in se continet, quia licet imago Dei per peccatum obscuratur in nobis, tamen quo ad essentiam penitus deleri non potest. Tertia principalis imago est, in quam lapsus est homo, scilicet, macula peccati. Qualibet enim anima peccans in se imaginem diaboli facit per culpam. Fecisti tibi imagines, & forni-

Margin notes (left): Imago. Anima rationalis. Gen.1. Augu.83. q.8. Mag. lib.1. dist.31. Mag. lib.1. dist.31. August.10. de trinit. August.

Margin notes (right): Quæstio. Vtr. Mulier. Gen.1. 1.Cor.11. Respon. 1.Cor.11. Imago. Peccatum.

Ezech. 16. catâ es in eis. Anima enim sibi imagines fa cit, cum quibus fornicatur, cum pecca ta in se ponit, cũ quibus delectatur. Vnde alius facit sibi imaginem superbiæ, alius luxuriæ, &c. Vñ Origenes hom. 13. super Gen. d. Fecit Deus hominem ad imaginem suam, huius imaginis pictor est Dei uerbum. Et quia tãtus pictor est, imago eius per malitiam obscurari potest, sed deleri nõ potest, manet semper in te Dei imago, licet tu tibiipsi superiu ducas imaginem peccati. Istam picturã tuipse tibi depingis. Cum enim te libido fuscauerit, induxisti colorem unũ terreum. Si uerò auaritiæ studes, induxisti alium. Si te ira sanguineum facit, addis tertium colorem. Si superbis, addis aliũ. Et sic per singulas malitiæ species, uelut quibusdam coloribus congregatis imagi nem terrenam tu tibiipsi depingis. Ipse ergo deprecandus est, qui dicit per prophetam. Ego deleo iniquitatet tuas. Et cũ deleuerit in te istos malitiæ colores, resplendet in te imago illa, quæ à Deo est creata. hæc Origenes. Vnde de quolibet peccatore diligente peccatum dicitur. Diligit mortuę imaginis effigiem. Et verè peccatum mortis imago dicitur, quia animas ad mortẽ inducit. Omnis qui adorauerit imagiue bestiæ, occidetur. Quarta est imago, ad quam, vel propter quam factus est homo, scilicet gloria æterna. Rõm. Nam quos præsciuit, & prædestinauit, conformes fieri imagini filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, &c.

Origenes.

Sapien. 15.

Apoc. 14.

Rom. 8.

641 *Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea.*

HIc consequenter agit de malorum vana cupiditate. Volens enim hic ostendere Psal malorum vitia, inter oĩa elegit, vt dicit gl. agere de auaritia, quia illa radix est omnium malorum, & ex cõ sequenti omnia alia mala superat. Odibilis coram Deo superbia, & execrabilis omnis iniquitas, auaro autem nihil est scelestius. Vnde Ber. super illo verbo. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, dicit. Planè auaritia radix iniqui tatis, ambitionis occasio, subtile malũ, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parẽs, omnium vitiorum origo, criminum fomes, virtutum erugo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem, &c. Nõ ergo immeritò volens Psalmista ostendere malorum vitia, auaritiã præponit. d. *Thesaurizat, & ignorat*. Si ergo auaritia tantum est peccatum, cui dubium, quin magnã inferat pœnã, tam in præsenti quam in futuro? Quod ostẽdens Greg. super illo verbo Iob 20. Omnis dolor irruet in eum, sic dicit. Auarus namq; primo dolorem habuit in ipsa sua concupiscentiæ fatigatione, qualiter, scilicet concupita acquireret, & quomodo alia blanditijs, alia terroribus auferret. At postquam acquisitis rebus, peruenit ad desiderium, hũc dolor fatigat, vt cum sollicito timore custodiat, quod cũ graui labore meminit acquisitum. Hinc insidiantes metuit, atque hoc ipse perpeti, quod alijs fecit, pertimescit. Formidat potiorem alterum, ne hunc sustineat violentum, pauperem verò cum cõspicit suspicatur furem. Ipsa quoque, quæ con gesta sunt, curat magnopere ne ex natu rę proprio defectu per negligentiã consumantur. In his itaq; omnibus quia timor ipse pœna est, tãta infœlix patitur, quanta pati timet, post hæc quoq; ad gehennã ducit, æternisq; cruciatibus man cipatur. Omnis ergo dolor super auarũ ruit, quem & hic prius pœna concupiscentiæ, postmodũ verò pœna custodiæ, & illic qñq; pœna vltionis cruciat æternæ, &c. Et tamen non mente considerat, q relinquet alienis diuitias suas, & sepulchra eorum, &c. Et bene alienis, quia *thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea*. Tales sic thesaurizantes reprehendũtur Baruch 3. Vbi sunt, qui argentum thesaurizant, & aurũ, in quo confidunt homines? Sequitur, exterminati sunt, ad inferos descenderunt. Sed hic est dubium, q est maius vitiũ, uel auare thesaurizando congregare, vel prodigalitate congregata effundere. Ad hoc dico, quod sm Philosophum, auaritia maius vitium est prodigalitate. Quod probat primo, quia melius est infirmari morbo curabili q̃ incurabili, prodigalitas autẽ est morbus curabilis, vel ab ætate. Nã qui prodigi sunt in iuuẽtute, cũ veniũt ad senectutẽ, vt plurimũ curatur eorũ prodigalitas, quia senes auariores sunt iuuenibus. Secundo

Eccles. 10.

Matth. 4.

Gregor. 15. mor. c. 11.

Baruch 3.

Quæstio.

Philosophus Ethic. 4.

Secundo curatur ab egestate. Nam, qui prodigi sunt, vt plurimum egent, quia expensæ super abnndant reditibus, experiendo autem indigentiã, inducuntur ad prodigalitatis detestationem. Sic igitur ẽm Philosophum, prodigalitas est morbus curabilis, sed auaritia est morbus incurabilis. Quia quanto quis plus procedit in auaritia, & quanto plus senescit, tanto auarior efficitur. Secundo hoc idẽ probat Philosophus, quia prodigalitas est magis propinqua virtuti, quam sit auaritia. Nam liberalis non libenter recipit, & libenter dat, quorum vtrunq; facit prodigus, neutrũ tamen facit auarus. B Non ergo differt prodigalitas à liberalitate, nisi quia prodigus nõ dat vbi debet, & quibus, & cuius gratia debet. Quare cum prodigus non sit amator pecuniæ sicut nec liberalis, de leui, cũ quis est prodigus, potest fieri liberalis.

642 *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne dominus? & substantia mea, apud te est?*

HIc consequenter agit de iustorum optata synceritate. Magna enim est differentia inter vota malorum, & bonorum, quia mali solum petunt vana, & temporalia, iusti aũt petunt spiritualia. Vnde ista pars diuiditur in partes quatuor, ẽm q iusti maximè quatuor desiderant, s. primo diuinam veritatem: secundo cordis puritatem: ibi. *Ab omnibus iniquitatibus*. tertio patientiæ firmitatem, ibi. *Obmutui, & non aperui os meum*. quarto culpæ punitionem, ibi. *A fortitudine*. Primo ergo affectant iusti habere Deũ, non vana mundi. Et hoc est, quod d. *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Deus?* Istum versum exponit gl. de incarnatione Christi, de qua superius dixerat. Notum fac mihi domine finẽ meum, idest, Christum incarnandum. Sciebat enim q sine Christi aduentu ad gloriam transire non poterat. Ideo ipsius aduentum ardenter expectabat, d. *Et nunc quæ est expectatio mea? nunc*, i. quandiu sum in vita præsenti, quid est illud, quod desidero, quod expecto, certe nõ temporalia, & transitoria. sed ipse dñs, scilicet Christus est expectatio mea, qui est dominus omnium, qui habet in femore suo scriptum. Rex regum, & dominus dominantium. Et quid expecto? certe q natura mea ab ipso sit assũpta & diuinitati vnita. Et hoc est quod dicit: *Nonne substantia mea apud te est?* i. natura mea à te assumpta. Et loquit de futura incarnatione tanquam de præsenti, d. *Apud te est*: propter certitudinẽ fidei, quã de assumptione nostræ substantiæ à verbo fiẽda habebat. Vel hic versus de expectatione domini ad vltimum iudicium etiam ẽm glo. potest intelligi, quoniam iusti expectant gaudenter, mali autem cum tremore, vt ostendit Greg. d. visionem districti iudicis, quã iustus vehemẽter expectat, iniustus venire formidat. Iustus namque labores suos considerans, mercedem retributionis quærit, & causæ suæ meritũ sciens, prẽsentiam iudicis expectat, eũq; vt veniat in flamma ignis dãs vindictam impijs, & contemplationis suæ speciem in retributionẽ iustis deferens pijssimo ardore concupiscit. Ille verò, qui iniustitiæ suæ meminit, venire iudiciũ perhorrescit, actusq; suos examinari metuit, quia damnari si examinetur, nouit. Merito ergo iustus d. *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Deus?* scilicet vt veniat ad iudicium. C *Et substantia mea apud te est?* Substantiam enim dicit, bonã conscientiæ possessionem. Et de substantia bonæ conscientiæ dr. Participes Christi effecti sumus, nisi initium substãtiæ eius firmum vsque in finem tenuerimus.

Ab omnib. iniquitatib. meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me. 643

HIc consequenter petit mentis puritatem. Ruo, is, ẽm Grammaticos componitur, cum, e, & dicitur eruo, is, & est eruere, idem quod euertere, & illud eruitur, quod totaliter euertitur. Peccator ergo dũ est in peccato, dorsum vertit ad Deum, & faciem ad diabolum. D Clamet ergo Deo, & dicat. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me*, idest euerte. Et nota, quòd dicit *ab omnibus*, quia multæ sunt secundum glo. etiam in homine iusto. Et, si accipiantur iniquitates pro peccatis grauioribus (vt cõmuniter accipit) quæ nõ cadunt in iustis hominibus, tũc dicendum, quod dupliciter Deus hominem eruit ab iniquitate. Vno modo de iniusto ipsum faciendo iustũ, & tunc ista verba

Marginalia: *Iusti quatuor desiderant.* — *Apoc. 19.* — *Gregor. 31. mor. c.* — *Hebr. 3.* — *Eruere.*

verba non sunt hominis iusti, sed peccatoris. Alio modo ipsum ab iniquitate præseruando, ne cadat, vel fiat iniquus, & sic sunt verba iusti hominis. Et sic intelliguntur ad propositum. Considerabat enim David se in magnis fuisse lapsum peccatis, sed Dei gratia liberatum, ideo timens recidiuationem petit perseuerare. Sed quia iusti hodie vituperantur à malis, ideò subdit. *Opprobrium insipienti dedisti me*, quasi dicat. Et quia sic ego declinare intendo peccata, ideo opprobriũ factus sum malis. Quoniam stultus, qui remanet in vanitate, irridet bonos, quia deridetur iusti simplicitas.

Iob. 12.

644 *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti, amoue à me plagas tuas.*

Tacere. malus.

HIc consequenter petit patientiæ firmitatem. Statim enim dixerat se insipientibus datum in opprobrium, tamen opprobria superauit tacẽdo, propter quod dicit. *Obmutui, & non aperui os meum.* Summum enim remedium cõtra malos homines insultantes, est tacere, quia eorum malitia responsionibus non sedatur, sed magis inflammatur, unde Chrys. super illud Matth. 21. Relictis illis Iesus abijt foras, ait. Relictis illis, Iesus abijt foras, ut recedendo compesceret, quos respondẽdo nõ potuit, quia malus non docetur sermonibus, sed irritatur. Malum enim hominem tacendo, vel locum dando melius poteris vincere quã respondendo. Nam, si contendis irrationabilẽ ratione placare, & ipsum non placas, & teipsum subijcis, &c. Consimili modo Psalmista malos tacendo superauit, d. *Obmutui, &c.* Respondere enim improperanti iniquo, signum est perturbationis interioris. Narrat Valerius, quòd Aegles, qui athleta mutus erat, cũ sibi præmium victoriæ, quam adeptus fuerat, videret auferri, indignatione tam magna accensus est, vt vocalis euaserit. Sic, & in proposito, multi in aduersitatibus, & opprobrijs sunt muti patienter opprobria tolerantes. Sed, si contingat eos in uocem erumpere respondendo, hoc signum est magnę ipsorum indignationis, & iræ, ideo dicitur. Non respondeas stulto iuxta stultitiam suã. Dicit ergo Psal-

Chrysost.

Prou. 26.

E mista. *Obmutui, & non aperui os meum.* Et statim subdit à quo tantam virtutem patientiæ habuit, d. *Quoniam tu fecisti*, scilicet me patientem, dans mihi patientiã. Et ut in tali patientia perseueret, subdit. *Amoue à me plagas tuas.* quod duobus modis intelligitur. Vbi nota, quòd per plagas intelligit pœnas, & aduersitates à Deo nobis immissas. Percussit dominus plebem plaga magna. Ista ergo aduersa à se remoueri postulat, ne scilicet ab eis superatus cadat. Vel aliter, & melius. Ista aduersa iustus à se amoueri postulat, nõ quidem ne patiatur aduersa, sed ne ad-

Plaga.

1. Reg. 6.

F uersa credat esse plagas, sed magis plagarum medicinas. Vt aduersa reputet esse remedium non dispendium, quia sic fortius seruabit patientiam exemplo infirmi, qui amaram medicinam recipit, quã putat remedium, quam patiẽter non reciperet, si putaret nocumentum. Cui satis concordat sequens litera, d. *Propter iniquitatem corripuisti hominem.*

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, propter iniquitatem corripuisti hominem. 645

G HIc enim ostendit, quòd Deus nos punit pro peccatis ut sanet, non ut perdat. Vbi notandum, quòd flagella, quæ nobis Deus pro peccatis immittit, vt nos à peccatis emundet, vocantur increpationes, quia per illa nos arguendo corrigit, de quibus dicitur Iob 5. Beatus homo, qui corripitur à Deo, increpationem ergo domini ne reprobes. Quod exponens Greg. d. Electus quisque vt æterna supplicia euadat, & præmia acquirat æterna, debet hic assiduis flagellis atteri, quatenus in iudicio purgatus valeat inueniri. Ipso namque infirmitatis

Increpatio.

Greg. 6. mor. c. 16.

Aduersitas

Flagellum.

H nostræ pondere deorsum quotidie ducimur, nisi miri manu artificis per subleuantia flagella releuemur, propter quod dicitur. Beatus vir, qui corripitur à domino. prima autem uirtus est, ne perpetrari debeant, sed uitari peccata, secunda autem saltem perpetrata corrigere. Sed plerumque culpas imminentes non solum non uitamus, uerumetiam nec commissas cognoscimus. Et peccatoris mens tantum altius tenebrescit, quantum nec damnum suæ cæcitatis intelligit.

git. Vnde fit plerumque diuini muneris A largitate, vt culpam pœna subsequatur, & flagella oculos delinquentis aperiant, quos inter uitia securitas cæcabat. Torpens quippe animus percussione tangitur, vt excitetur, quatenus qui statũ suæ rectitudinis securus perdidit, afflictus cõsideret quo iacet. Hinc itaq; ipsa asperitas correptionis origo fit luminis. Vnde per Paulum dicitur. Flagellat aũt Deus omnẽ filium, quẽ recipit. Beatus ergo vir, qui corripitur à domino, quia per hoc, quod peccator dolore correptionis premitur, quandoque ad beatitudinem eruditur. Increpationẽ ergo domini ne B reprobes. Et hoc bene nouerat Psal. d. *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, &c.* defeci illo scilicet modo quo deficit iustus. Defecit in salutari tuo anima mea. Sicut enim quis peccando deficit à iustitia, quia desinit esse iustus, sic quis peccata relinquendo deficit à culpa, quia desinit esse peccator. Quia ergo increpationes domini (vt dictum est) animam purgant à culpa, iõ per illas iusti deficiunt, scilicet à peccatis. Et q̃ tales domini increpationes sint propter iniquitates nostras purgandas, subditur, *Propter iniquitatem corripuisti hominem*, C quasi dicat secundum gl. Increpationes tuæ, domine, sunt ad correctionem, quia per eas corripuisti hominem, aliter.n. iniquitas incurata maneret. Ex quibus apparet, quòd flagella domini, & aduersa plus nobis proficiũt, quam prospera. Dicit Auic. 3. can. loquens de paralytico, quòd aqua ei melior est quam vinũ, cuius ratio est, quia ut plurimum uinũ in corporibus eorũ acescit, ideft fit acetum. Sic & moraliter quãdiu sumus in hoc mundo, paralysi dissoluimur, sicut patet ex contrarietate motuum, quos sentimus, ex hoc quod caro concupiscit D aduersus spiritum, & econuerso. Et ideo plus nobis aqua proficit quàm vinum. Per aquam intellige aduersa, sed per vinum prospera, quia uinum in cordibus citò acescit, idest, in amaritudinem, & conscientiæ remorsum citò cõuertitur, & ideo dicitur. Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. De isto inquam vino prosperitatis dicitur. Fel draconum vinum eorum, &c. De aqua autem aduersitatis dicitur. Transiuimus per ignem, & aquam, &c. Consequenter autem modum diuinæ increpationis ostendit, cùm subdit.

Hebr. 12. *Psal. 118.* *Prosperitas Paralytic. Aqua. Vinum.* *Eccl. 7.* *Deut. 32.* *Psal. 65.*

Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Verumtamen vanè conturbatur omnis homo. 646

SEcũdum grammaticos tabeo, es, idẽ est, quod putrescere, deficere, vel liquefieri. Aranea igitur dicitur tabescere, quia habet corpus tenue, & citò liquefit, vel deficit ad tactum alterius. Sic & iustus ad tactum Dei, quando per flagella tangitur, citò deficit à peccatis, & liquefit æternorum amore. Et notat hic glos. conditiones araneæ, propter quas eidem iustus cõparatur, d. Aranea enim corpus tenue habet, nec in terra, sed in alto stat, telas egestione viscerum texit. Cõsimiliter anima conuersi ad Deum, & afflicti, terrena deserit, stans in alto cœlestis conuersationis, & subtiles operationes perficit timore Dei tabefacta, idest, humiliata. Vel comparatur homo iustus araneæ, quia sicut araneæ quoddam tabidum est, & infirmum, sic anima hominis infirmitate, & humilitate eruditur, vt non de se præsumat, qui displicuit fortitudine, & superbia. Est ergo sensus. Ita hominem erudisti, quia *tabescere fecisti sicut araneam animam eius*, idest, fecisti, vt anima tabesceret, idest, infirma fieret per humilitatem, deposita superbia quasi aranea qua nihil est tabidius, q̃ leniter tacta digito deficit. Hæc.n. infirmitas bona est, sicut ante fortitudo superba erat mala. Sic.n. dicitur. Anima eorum tabescebat in malis, s. pœnæ. Ex quibus apparebat, quod de flagellis, & increpationibus Dei nullus debet cõturbari, quia sunt ad correctionem non ad perditionem. Et si quis de illis conturbatur, peccat. Et hoc est, quod subditur. *Verumtamen vanè conturbatur omnis homo*, supple, qui de flagellis Dei conturbatur.

Psal. 106.

Exaudi orationem meam, domine, & deprecationem meam, auribus percipe lachrymas meas. 647

HAec est tertia principalis pars, in qua agit de exorãda diuina bonitate. Et tria facit. Quia primo diuinam

pietatem postulat, secundo suam egestatem explicat, ibi. *Ne sileas.* tertio suam, uoluntatem manifestabat, ibi. *Remitte mihi.* Primo ergo diuinam bonitatem exorat, d. *Exaudi orationem meã domine.* Vbi nota ꝙ differentia est inter orationem, & deprecationem. Quoniam oratione, bona concedi petuntur, sed deprecatione mala remoueri. Sic ergo iste duo postulat, s. æterna bona sibi cõferri, d. *Exaudi orationem meam, domine,* secundo mala sua terminari, d. *Et deprecationem meã* Vel aliter distinguit glossa, d. ꝙ oratio est, quando Deo pandimus vota, sed deprecatio est frequens supplicatio, componitur enim ex de, quod est valde, & precor. Sed ne putes Psalmistã tantum verbis orare, subdit, *Auribus percipe lachrymas meas,* quia lachrymæ orantis Deum cogunt ad exaudiẽdum, propter quod dixit Angelus Tobiæ. Quãdo orabas cum lachrymis, ego tuli orationem tuam coram domino.

Oratio, & deprecatio.

Tob. 12.

648 *Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.*

CONsequenter hic ostendit Psalm. suam necessitatem, quia indigens aduena, & peregrinus hic nihil habens. Notandum, ꝙ Deus quandoq; loquitur nobis, quandoque verò silet à nobis. Loquitur enim nobis, quando occulte cordibus nostris salutem nobis inspirat. Sic enim ipsum sibi loqui desiderabat Psal. Deo dicens. Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Silet autem à nobis, quando salutem nobis non inspirat, i. opera salutis non facit nos facere. Sic enim dicebat supra Ps. 27. Ad te, domine, clamabo, De⁹, meus, ne sileas à me, & assimulabor descendentibus in lacum. Dicit ergo psal. Deo. *Ne sileas,* i. dic mihi salus tua ego sum. Vel *ne sileas,* i. dic mihi, remissa sunt tibi peccata tua. Vel *ne sileas,* i. in futuro dic mihi, venite benedicti patris mei. Et addit causam, quare hoc petit, d. *Quoniã aduena ego sum apud te, &c.* Aduena. n. dicitur, qui non est in ciuitate vel loco suo, sed tanquam peregrinus, & forensis alibi ad tempus habitat. Sic & spiritualiter iusti hic aduenæ sunt, & peregrini, quia in mundo isto mente non conuersantur, sed in cœlis. Sic enim dicit Apostolus. Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus, sic etiã dicit. Quamdiu sumus in hoc corpore peregrinamur à domino, idest, remoti sumus à Deo spe, tamen in mente ipsum habemus per fidem. Sed ibi quærit glo. cum alibi scriptum sit, in Christo viuimus, mouemur, & sumus, qualiter ergo dicimur peregrinari à domino, uel peregrini esse apud Deum? Sic enim vbique est Deus, & in eo sunt omnia, dicimur tamen peregrinari ab eo, quia & vbique Deus est, non tamen hic uidetur sicut in cœlis, peregrinamur ergo non fide, sed spe. Sic enim dicit Psal. *Quoniam aduena ego sum apud te,* scilicet aduena, & peregrinus sum per spem, sed apud te sũ per fidem. Et hoc *sicut omnes patres mei,* quod ideo dicit, ne ab hac conditione aliquis putetur extraneus.

Psal. 34.

Hebr. 13.

2. Cor. 6.

Remitte mihi, ut refrigerer priusquam ab eam, & amplius non ero. 649

De pœn. d. 3. quamuis caute.

HIc consequenter suam petitionem declarat. Hoc enim principaliter petiit, ut sua sibi debita remittãtur, sciẽs, quòd ad ciuitatem cęlestem nemo immundus accedere potest. Omnis enim peccator in uita præsenti ęstu vitiorum uritur & variis concupiscentijs, sed per pœnitentiam ab æstu vitiorum mens refrigeratur. Et tempus pœnitentiæ est solum in hac vita, ideo subdit, *priusquam abeam,* idest, recedam de præsenti uita. Nã eo, is, componitur cum ab & dicitur ab eo, is. Et est abire idem quod recedere, & quia homo per mortem ex ista uita recedit, ideo cum moritur, dr̃ abire. Dicit ergo. *Remitte mihi,* s. peccata mea: *ut refrigerer,* s. per pęnitentiam. Et hoc *priusquã abeam,* idest, per mortem recedam, quia tunc *amplius non ero,* scilicet, in statu merendi, vel in statu in quo remissionẽ peccatorum, recipere possim. Homo enim per mortem dicitur nõ esse, quia homo mortuus non est homo. Hier. 4. Intuitus sum, & ecce non erat homo. Quia Psal. hic quærit sibi dimitti peccata, antequã abeat, quæritur utrũ post uitam aliqua peccata dimittantur. Aegidius dist. 21. artic. 2. quęst. 1.

Abire.

Quæstio.

650 PSAL. XXXIX.

33. quæst. 4. quid facies.

Expectans expectaui dominum, & intendit mihi.

SECVNDVM Magistrũ in gl. titulus istius psalmi est. *In finem Psalmus Dauid.* Et licet consimilis titulus pluries in præcedẽtibus psalmis fuerit positus, tamen aliter hic intelligitur, quàm in aliquo prædictorum Psalmorum. Vbi nota, quòd finis in titulis Psalmorum, quandoque significat Christum, qui dicitur finis, quia ad ipsum nostra fides, & intentio terminatur. Rom. 10. Finis est Christus ad iustitiam omni credẽti. Aliquando significat plenitudinem temporis, in quo Christus fuit incarnatus, quia tunc finis fuit promissorum. Et tunc maxima Dei charitas nobis fuit ostẽsa, ideo dicitur. In finem direxit eos. Quãdoque vero significat nouum testamentum, & nouam legem, quia in ipsa tanquam in fine omnia sacramenta reuelantur. Et quia ipsa fuit finis legis antiquæ, Christo d. Non veni legem soluere, sed adimplere. Et de lege noua quæ consummauit, idest, perfecit antiquam legem dicitur. Omnis consummationis vidi finem. Et sic accipitur hic finis pro lege Euangelica à Christo tradita, & pro nouo testamento, quod ecclesia longo tempore expectauit desiderans Christum, vt nouum daret testamentum. In qua expectatione multa sustinuit à diabolo occultè & manifestè. A quibus etiam post nouæ legis perceptionem omnino immunis non fuit, diaboli insidias vincẽs apertè & occultè nocentis. Diabolus enim est leo, & draco. Leo dum apertè sæuit, vt fecit tempore martyrum, vbi opus fuit patientia, Draco vero, cum occultè insidiatur, cùm mouet tentationes, sicut nunc facit, vbi opus est vigilantia. Et magis timendus est, cùm fallit vt draco, quàm cùm sæuit vt leo. Inter hec autem non desinit expectare donec Christum, & nouam legem receperit. Est ergo sensus tituli talis. *Psalmus in finem*, idest, iste Psal. nos dirigens *in finem*, idest, in nouum testamentum, quia agit de mutatione veteris testamenti in nouum,

Finis.

Ioan. 13.

Matth. 5.

Psal. 118.

A attribuitur Dauid, i. Christo qui loquitur in hoc Psal. ex persona membrorum suorum. Intentionem mouet, vt relictis cæremonijs legis, & superstitione idololatriæ, ad nouum testamẽtum accedamus. De materia autem istius psalmi diuersæ fuerunt opiniones. Prima opinio Ra. Sa. d. quod istum Psalmum fecit Dauid gratias agendo Deo pro beneficio liberationis populi Israel de terra Aegypti, & seruitute Pharaonis, vbi seruiebant maximè in luto facientes lateres ad ædificationem ciuitatum, quas Pharao faciebat fieri. Et hoc notat Dauid, cùm in persona eiusdem populi liberati gratias Deo

B agẽs dicit. Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Sed hæc opinio reprobatur, propter quod hic dicitur Deo. Sacrificium, & oblationẽ noluisti, &c. Ex quo ostenditur euacuatio sacrificiorum, & oblationum veteris testamenti, vt patebit exponendo literam. Certum est aũt, ꝙ talia sacrificia tũc non fuerunt reprobata, sed tunc magis instituta, & ordinata in monte Sinai. Aliorum fuit opinio, ꝙ istum Psalmum fecit Dauid pro gratiarum actione, qñ fuit liberatus à persecutione filij sui Absalon. Sed cõtra hoc

C vř, quod in principio huius psalmi dř. Et immisit in os meũ cãticum nouũ, &c. Certum est autem, ꝙ Dauid fuit liberatus ab illa persecutione per mortem ipsius Absalon, pro qua Dauid nõ cecinit canticum lætitiæ Deo, sed magis mœroris, & tristitiæ, quia tunc planxit Dauid dicens. Fili mi Absalon, quis det mihi, vt moriar pro te fili mi? vt patet 2. Reg. 8. Dicendum ergo quòd istum Psalmum non fecit Dauid pro aliqua præterita, sed in persona Christi ad literam hunc Psalmum cõposuit. Quod probat Apostolus ad Heb. 10. ostendens verba istius

D Psalm. ad literam in persona Christi dicta, d. Impossibile est sanguine hircorũ, aut vitulorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit, scilicet Christus, Hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi & holocaustomata pro peccato tibi non placuerũt, tunc dixi, ecce venio. In capite libri, &c. Ex quibus clarè patet, quòd iste Psal. ad literam de Christo intelligitur. Veruntamẽ antequam ad psalmi expositionem accedam, duæ regulæ sunt aduertendæ.

Prima

Prima quòd tanta est vnio capitis ecclesiæ, scilicet, Christi ad corpus, quod est ecclesia, q̃ sub vno contextu verborum scriptura sancta quandoque loquitur de capite, & statim transit ad membra, & econuerso. Verbi gratia primo dicitur. Induit me vestimento salutis &c. & quasi sponsum decoratum corona & quasi spõsam ornatam monilibus suis. Quod enim dicitur quasi sponsum, refertur ad ecclesiæ caput, scilicet ad Christum: quod verò dicitur, & tanquam sponsam refertur ad corpus, quod est ecclesia, vt dicit August. Quod clarius patet in nouo testamento. Nam Act. 9. dicitur. Saule, Saule, quid me persequeris? idest, corpus meum mysticum, quia Saulus non persequebatur Christum in persona propria, sed eius fideles, & tamẽ statim de persona propria subdit Christus dicẽs. Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Secunda regula est de corpore domini bipartito, quia in corpore domini mystico cõtinentur simul boni cum malis vsque ad diem iudicij: sed tunc segregabuntur boni à malis. Et ratione huius commixtionis in præsenti, aliquando vituperantur boni cum malis: sicut Esa. 1. Cognouit bos possessorẽ suũ, &c. Israel autẽ me nõ cognouit, &c. Aliquando vero propter bonos etiam insimul mali commendantur indistinctè. Oseæ 11. Puer Israel, & dilexi eum, in Israel & boni, & mali simul continebantur. Istis præmissis, accedo ad Psal. expositionem, diuiditur ergo Psal. iste in partes tres. Quia circa Christi incarnationem primo ponitur gratiarum actio: secundo incarnationis exprimitur ratio, ibi. *Sacrificium & oblationem*, tertio corporis mystici ponitur deuota deprecatio: ibi. *Tu autem domine*. Circa primam partem tria facit. Quia ponitur primo incarnationis ingẽs antiquorum desiderium: secundo incarnationis adimpletum mysterium: ibi. *Et statuit*, tertio incarnationis Christi multiplex miraculũ, ibi. *Multa fecisti*. Prima in duas, quia ponitur primo antiquorum desideriũ: secundo desiderij perfectum adiutoriũ. ibi. *Et exaudiuit*. Quantum ad primũ sciendum, q̃ corpus Christi mysticum, scilicet, antiqui sancti patres sciebant reuelatione spiritussancti Christum incarnandum, & ex scripturis sacris virginem parituram pro redemptione generis humani, & per fidem ipsius incarnationis humanum genus saluandum. Ideo cum ingenti desiderio eius expectabant aduẽtum. Vnde ad personam verbi clamando Esa. 64 dicens. Vtinam disrumperes cœlos, & descenderes. Et Psal. 143. Domine, inclina cœlos tuos, & descende. Vnde in persona antiquorum patrum, scilicet corporis Christi, loquitur, d. *Expectans expectaui dominum*. Et nota, q̃ differentia est inter expectare, quando simpliciter ponitur, & quando duplicatur, quia expectat etiã qui ingratus est sed expectans expectat, qui mitis, & cum desiderio expectat: vt dicit Magister in gloss. *Et intendit mihi*. Vbi notandum, quòd aliqua res intenditur dupliciter, vel alicui dupliciter intenditur, quia secundum Grammaticos intendo, is, componitur ex in, & tendo, & habet duo significata. Primo intendere idem est, quod augere, sicut dicitur, calor intenditur, vel est intensus calor. Alio modo intendere idem est, quod considerare, vel annuere, sicut Psal. 5. Intende voci orationis meæ, dominus meus, idest, considera & exaudi. Primo ergo modo intendit nobis Deus, & orationibus nostris, quando nostra bona desideria multiplicat, & feruorem orationis crescere facit, vt quando mens per varia dispersa in vnum colligitur, vnum desiderat, & petit. Nam secũdum auctorem de causis, omnis virtus vnita fortior est seipsa dispersa. Sicut patet de ferro ignito, qui magis calefacit, vel comburit, q̃ faciat ignis in seipso, cuius ratio est, quia partes ignis ĩ alia materia sunt magis dispersæ propter raritatem materiæ, in ferro autem magis vnitæ propter materiæ densitatem. Et hinc est, quòd oratio hominum mundanorum intensa esse non potest, quia cor in multis habent varium, & dispersum. De quibus dicit Orige. in homil. Flectis genua, sed mens tua foris vagatur. Est cor tuum intus, sed foris est sensus. Os tuum cum Deo loquitur, sed mens tua cogitat vsuram, reditus cõputat, descriptiones domorũ decernit, amicorum verba voluit, negligentias famulorum intuetur, &c. Tu nõ audis orationẽ tuã, & vis Deũ exaudire, precem

Esa. 61.

Augu. 3. de doctr. Christiana.

Expectare.

Intendere.

Origenes.

precem tuam? Isto modo ergo Deus nobis *intendit*, quando ad seipsum desideria nostra vnit, & multiplicat vt crescãt. Vnde & multoties exaudire differt, vt ex dilatione desiderium crescat orantis, & intendatur. Et hoc est quod ait Greg. Alto namque consilio omnipotẽs Deus differre solet voces precãtium, vt merita patientium crescant, quatenus eo magis exaudiantur ad meritum, quo citius non exaudiuntur ad votum. Vnde scriptum est, Deus meus clamabo per diem nec exaudies, & nocte. Atq; ipsa vtilitas de exaudiendi mora, mox subditur, cũ illic protinus subinfertur. *Et non ad insipientiam mihi.* Ad multiplicandã quippe sanctorum sapientiam proficit, quod postulata tarde percipiunt, vt ex dilatione crescat desiderium, & ex desiderio intellectus augeatur. Intellectus verò cum intenditur, in Deum ardẽtior affectus aperitur. Affectus verò ad percipienda cęlestia, tanto fit capacior, quanto fuerit longanimis expectando. Vt ergo Deus sic augendo vota nostra intendat, ipsum rogemus dicentes illud Psal. Intende deprecationem meam. Alio modo nobis intendit, qñ vota nostra considerans, annuit nobis. Sic enim orabat Psal. d. Intende voci orationis meæ. Et Psal. 54. Intende mihi, & exaudi me. Dicat ergo Ps. *Expectans dominum*, scilicet Christum in carnandum. Et *intende mihi*, idest exaudi me. Et istum intellectum declarat statim subiungens.

Gregor. 20. mor. c. 25.

Psal. 21.

651 *Et exaudiuit preces meas, & eduxit, me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.*

De consecr. dist. 2. iteratur.

Matth. 18.

HIc consequenter ponitur desiderij perfecta exauditio. Finis enim Christi incarnationis erat liberatio generis humani, ipso d. Filius hominis venit saluare quod perierat. Et hoc præuidens psal. complendum. d. *audiuit preces meas:* in hoc quia eduxit me de lacu miseriæ. Quod enim erat futurum prædixit præteritum propter prophetiæ certitudinem. Quid enim in scriptura dicitur lacus miseriæ, nisi ipse infernus, qui aliquando terra, aliquando lacus nuncupatur? vt ostendit Greg. d. Quid enim terræ tenebrosæ nomine, nisi tetra tartari claustra designantur? quæ & æternæ mortis caligo operit, quia damnatos

Greg. lib. 9. mor. c. 45.

A quosque in perpetuum à vitæ luce disiungit. Nec immerito infernus terra dicitur. quia quicunq; ab eo capti fuerint, stabiliter tenentur. Scriptum quippe est, Generatio præterijt, generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Rectè ergo inferni claustra tenebrosa nominãtur, quia quos puniendo accipiunt, nequaquam pœnam transitoria, vel phantastica imaginatione cruciant, sed vltione solida perpetuæ damnationis seruãt. Quæ aliquando etiam lacus appellatione significãtur, propheta attestante, qui ait. Portauerunt ignominiam suam cũ B ijs, qui descendunt in lacum. Infernus ergo & terra nominatur, quia susceptã stabiliter tenet. Et lacus dicitur, quia quos ceperit semel, fluctuantes, & trepidos torment is circunfluentibus absorbet. Iste ergo infernus est ille lacus miseriæ, ex quo Christus resurgendo sanctos patres eduxit. Zacha. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, &c. vnde & Psal. d. Domine, exaudi ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Sic ergo & hic infernũ laci nomine notãs, dicit: *Et exaudiuit preces meas*, &c. *Et eduxit me de la-* C *cu miseriæ*. Sequitur. *Et de luto fæcis*. Quid enim per lutum fæcis, nisi carnalis concupiscentia significatur, quæ pedes nostrarum affectionum inquinat, & tetinet, vel auaritia? vnde Greg. ait: Luti nomine in sacra scriptura, aliquãdo terrenarum rerum cupiditas, aliquãdo sordidans iniqua doctrina, aliquando desiderij carnalis illecebra designatur. Per lutum quippe terrenarum rerum multiplicitas designatur, sicut per Abacuch prophetam dicitur. Væ ei, qui multiplicat non sũa, quia aggrauat contra se densum lutum. Denso enim luto se aggra- D uat, qui per auaritiam terrena multiplicans, peccati sui se oppressione coangustat. Rursum per lutum doctrina sordida designatur, sicut per eundem prophetam domino dicitur. Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum, ac si diceret, Aperuisti iter prædicatoribus tuis inter doctrinas huius sæculi sordida, & terrena sapientes. Per lutum etiam desiderium sordidæ voluptatis exprimitur, sicut psal. deprecans, ait. Eripe me de luto, vt non infigar. Luto quippe

Eccles. 1.

Psal. 29.

Gregor. 34. mor. c. 8.

Abac. 2.

Abac. 3.

Psal. 68.

quippe inhærere est sordidis desiderijs concupiscentiæ carnalis iniquinari,&c. Ex quibus potest patere, ꝙ per lutũ tria peccata maxime significantur, quæ hominum mentes inquinant, scilicet, superbia, auaritia, & luxuria. De quibus omnibus Christus incarnatus nos eduxit, ideo dicitur. Ne obliuiscaris dominũ, qui eduxit te de terra Aegypti, quod libet enim peccatum terra Aegypti dicitur, quia animam fecit tenebrosam. Sed hic est dubium, quo modo Christus sanctos patres eduxit de lacu inferni, cum in inferno nulla sit redemptio? Respondeo, supra vers. 108.

Deut. 6.

652 *Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.*

16.q.1. vos autem.

Consequenter hic ponit de Christi incarnatione completum desiderium. Et diuiditur in partes quatuor. Quia ponit primo incarnationis adimpletum mysterium, secundo nouæ legis prædicatum Euangelium, ibi. *Et immisit in os.* tertio ad fidem factam conuersionẽ Gentilium, ibi. *Viderunt multi*, quarto fœlicitatis æternæ promissum præmiũ, ibi. *Beatus uir*. Quantum ad primum sciendum, ꝙ Petræ nomine incarnatus Christus intelligitur, teste Apostolo. Petra autem erat Christus. Hæc est illa petra, de qua dicitur. Petra fundebat mihi riuos olei, quod de petra Christo exponit Gregor. d. ꝙ petræ nomine in sacro eloquio Christus accipitur, Apostolus ostendit, d. Petra autem erat Christus, quæ videlicet petra nunc ad vsum sanctæ ecclesiæ olei riuos fundit, quia in ea loquens dominus prædicamenta vnctionis intimæ emanat. De hac petra Christo olei riuus exijt, liber Mathæi, liber Marci, liber Lucæ, liber Ioannis. In diuersis huius mundi partibus quot prædicamenta eddidit, tot petra hæc per omnium Apostolorũ ora olei riuos fudit. Toties adhuc petra hac olei riuus funditur, quoties à sancto spiritu vngẽdis mẽtibus auditorum, ea quæ in libris veteribus de Christo dicta sunt, explanãtur, &c. De hac ergo petra, scilicet Christo incarnato ait. *Et statuit supra petram pedes meos*, idest, affectus quibus anima graditur, supra Christum incarnatum firmauit, quia per prædicationem Chri-

4.Cor.10.
Iob 29.
Gregor. 19. mor.c.12.
1.Cor.10.

E sti cœperunt homines temporalia contemnere, & totum mentis affectum in amorem dirigere Dei. Et vide debitum ordinem, quoniam Christus per suam incarnationem prius *de luto fæcis*, idest, de peccatis nos eduxit, consequenter autem pedes nostræ mentis per amorẽ supra petram Christũ statuit, quia prius extirpanda sunt vitia, & consequenter inserendæ sunt virtutes. Et non solum affectiones nostras interiores ad seipsum direxit, sed etiam exteriores operationes, quod notans dicit. *Et direxit gressus meos*, idest, operationes. Direxit, scilicet

F cet ad se, ne retro aspicerem, sicut vxor Loth, quæ respiciens retro, versa est in statuam salis, propter quod dicebat saluator. Nemo mittens manum ad aratrũ & respiciens retro, aptus est regno Dei. *Direxit ergo gressus meos*, scilicet suis verbis, & exemplis, actus humani generis in vitam direxit, & hoc per legem Euangelicam, quæ ducit ad beatitudinem, quod lex antiqua facere nõ potuit, quia nihil ad perfectum duxit lex. Notãdum aũt qualiter pedes nostros ad petrã debemus dirigere. Pes enim noster, amor noster est. Et iste est duplex, scilicet dex

G ter, & sinister. Dexter pes est charitas, & amor æternorum, pes vero sinister est cupiditas, & terrenorum amor. Primus pes nunquam illaqueatur, quia vel non est, vel est liber, quia secundum Apostolum, Charitas non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. Et ideo istum pedẽ in omnibus gressibus nostris semper debemus præponere, sicut generosa animalia faciunt. Quia vt dicit Aristot. aliqua animalia semper pedem dextrum præponunt, cum ambulare incipiunt, sicut leo. Ita & nos si volumus gressus nostros à Deo dirigi, semper pedem dex-

H trum charitatis in omnibus nostris operibus præponamus, Deo dicentes: Gressus meos dirige secundum eloquiũ tuũ, vt nõ dominetur mei omnis iniustitia.

Luca 9.
Hebr. 7.
Pes noster
1.Cor.13.
Philos. 2. de animalibus.
Psal. 118.

653 *Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro.*

reuertimini.

Hic consequenter ostẽdit per Christi incarnationem nouæ legis prædicatum Euangelium. Vbi notandum, ꝙ sicut duplex est homo, s. interior, & exterior, nouus, & vetus: vetus, qui corrum-

rumpitur secundum desideria carnis, nouus qui per gratiam quotidie iuuenescit: sic est duplex canticum, scilicet, vetus spectans ad veterem hominem, & nouum spectans ad hominem nouum. Canticum vetus est veteris testamenti. Canticum nouum est Euangelicæ legis. Quid enim cantabat lex antiqua, nisi oculum pro oculo, dentem pro dente, animam pro anima, quòd omnes ad infernum descederēt, quia clausa erat ianua regni, prohibente cherubin aditum paradisi? Quæ cantica solum pœnam resonabant, & ducebant ad plāctum. Amos. Conuertam omnia cantica vestra in plāctum. Sed Christus incarnatus cum pietate veniens, talia cantica terminauit, dicens antiquæ lei. Aufer à me tumultū carminum tuorum, cantica lyræ tuę nō audiam. Vel per canticum vetus intellige canticum peccatorum, quod cantantes veteres homines facit, & ducit ad interitum. Narrant fabulæ, quod tres fuerūt in mari Syrenes ex parte mulieres, & ex parte volucres, quæ ideo dicebantur Syrenes, quasi trahentes, Syrin enim Græcè dicit trahere Latinè, eo quod per dulcissimam cantus melodiam nauigantes per mare ad se trahebant, & submergebant, dum tamen cantantes eas audirent nauigantes, vna illarum cantabat voce humana, altera canebat lyra, altera vero tibia. Moraliter autem istæ tres Syrenes incantatrices hominū sunt tria peccatorum genera, quæ suo sono mulcentes aures hominum ipsos ad interitū ducunt. Prima cantat voce humana: hęc est luxuria. Secūda cantat lyra, quæ Græcè dicitur stultitia, hæc est superbia. Tertia verò quæ canit tibia, hæc est auaritia. Quia sicut tibia radix videtur corporis nostri, sic auaritia corporis peccati radix dicitur esse. Radix omnium malorum cupiditas. O quales, & quantos ista cantica antiqua submerserunt, vt multi cum Iob conentur dicere. In canticum eorum versus sum, idest, à statu gratiæ auersus. Istud ergo est hominis veteris, & vetus canticum. Aliud vero dicitur canticum nouum, scilicet quod suo sono facit hominem nouum. Et hoc est lex Euangelica, quam nouus homo attulit, scilicet, Christus, qui dicit. Ecce noua facio omnia. Hæc enim lex noua cātat factam pacem inter Angelos, & homines. Facta est cum Angelo multitudo, &c. d. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, &c. Cantant de resurrectione domini, de incarnatione, de ascensione, & spiritussancti missione. Quod Apostoli maxime cantauerunt in die Pentecostes, quando, recepto spiritusancto, in signo visibili, loquebantur varijs linguis magnalia Dei. Bene ergo de lege Euangelica dicit fidelis psal. *Et immisit in os meum canticum nouum.* Quod totum cedit ad vtilitatem nostram & ad Dei honorem, quod declarat, d. *Carmen Deo nostro*, idest, ad honorem Dei nostri. Quia totus iste psal. agit de cantico legis nouæ, ideo in isto psalmo de ipsa tractando quęro primo, vtrum canticum nouū, scilicet legis nouæ, debuerit cantari, vel dari à principio mundi vel potius in tēporis plenitudine reseruati. 1. secundæ. q. 106. art. 2.

Amos 8. *Amos 1.* *Syrenes.* *1. Tim. 6.* *Iob 30.* *Apoc. 21.* *Luca.* *Act. 2.*

Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in domino.

654 23. q. 4. hoc autem.

Hic consequenter ponit per Christi incarnationem factam conuersionem Gentilium. Vbi notandum, quia multi ex Gentilibus videntes signa, quæ in Christi incarnatione facta fuerūt, timuerunt Deum, scilicet timore filiali, quia conuersi ab idololatria, ad cultum veri Dei peruenerunt, & sic in domino sperauerunt, vt fuerunt tres Magi: de quibus Matth. 2. Vidimus stellā eius, &c. venimus adorare eum. Vel hoc refertur ad id, quod statim supradictum est. *Et immisit in os meum canticum nouum.* quod verificatum fuit in missione spiritussancti, quia tunc spiritussanctus canticum nouum in ore Apostolorum misit, quando loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei. De quo mirabili signo nunc. d. *Videbunt multi, & timebunt.* quia ad vocem Apostolorum, aliorumq; Deū laudantium conuenit multitudo, & mente confusa est prę nimia admiratione, vt dicitur Act. 2. *Et sperabunt in domino*, s. per pęnitentiam conuersi ad dominum, quia vt ibi dicitur. Auditis verbis beati Petri, multi compuncti sunt corde de Christi morte, & cōuersi sunt ad fidem. Sed aduertendum, quod si hoc intelligatur secundum primum modum, de visis in incar-

incarnationis Christi signis, vel de visis signis Apostolorum tempore missionis spiritussancti, certum est, q; in vtroque tempore non solum Israelitæ multa signa viderunt, sed & multa audierũt, propter quæ conuersi sunt ad dominum. Et hic solum mentionem facit visus, & nõ auditus dicens. *Videbunt multi*, & non dicit, audient multi, cuius ratio est, quia, vt dicit Philosophus. Visus propter sui subtilitatẽ facilius immutatur ab obiecto, quam auditus. Sic enim docet experientia, q; si aliquem videris à remotis, ligna cædentem, visus prius percipit illum actum, quam auditus sonum illius. Sic etiam & moraliter facilius ad bonũ agẽdum immutatur cor hominis per visum, scilicet videndo alterius bona exẽpla, quam solum per auditum, audiendo, scilicet bona verba. Et ideo quia plus moti fuerũt tales vidẽdo, vel Christum incarnatum, vel mirabilia per ipsum facta potius per visum quã per auditum, dicit: *Videbunt multi*, &c. & non dicit audiẽt: sic enim ad literam dicitur. Viderunt ingressus tuos Deus, in ingressus Dei mei, &c. scilicet ipsum ingredientem in mundum, & per mundum.

Phylos. 3. Meteor.

Psal. 67.

655 *Beatus vir, cuius est nomẽ domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas.*

De consecr. dist. 4. gratia.

HIc consequenter ponitur ex Christi incarnatione æternũ nobis promissum præmium. Vbi notandum, quòd proprium nomen verbi incarnati, est Iesus. Sic enim Angelus virgini. Vocabis nomen eius Iesum, &c. Iesus autem interpretatur saluator, quia nobis salutẽ tribuit, pp q; dicitur, q; non est aliud nomen sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Dicit igitur. *Beatus vir cuius est nomẽ domini spes eius*, idest, qui non temporalia sperat ab eo, sed solum illud, quod nomen eius, scilicet Iesus indicat, idest, qui solum sperat salutem apud Deum. Sed nunquid & cõsimiliter mulieres sunt beatæ, quarum spes est nomen domini, quare ergo solũ de viro loquitur? Dicendum quòd vir aliquando stat pro sexu, quandoque vero pro virtute animi. Similiter & fœmina stat quandoq; pro sexu, quandoque

Luc. 1.

Act. 4.

E pro mollitie mentis, vt dicit Greg. Hic autem accipitur vir non pro sexu, sed pro animi virtute, quod etiam mulieribus competere potest. Et quòd solum in nomine domini, idest, in significato eius nostra beatitudo consistat & non in temporalibus, subdit, d. *Et non respexit in vanitates, & insanias falsas.* Per vanitates intellige omnia temporalia, quę sunt vana, & instabilia. Vanitas vanitatum, &c. per insanias vero intellige omnes mũdi vel carnis voluptates, quia mentem insanam faciunt. Notandum autem ad declarationem huius. F *Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius*, scilicet nomen Iesus, quòd non immerito spes huius nominis nos facit beatos, quoniam, istud nomen est refugium miserorum, remedium infirmorum, solatium mæstorum. Primo est hoc nomen refugium miserorum. Narratur in chronicis, & etiam hoc tangit beatus Aug. q; Romulus, qui Romam construxit, fecit ibi templum, quod asylum nominabatur, cunctis ibi confugientibus impunitatem pollicitans, quam ob causam multitudinem fugitiuorum, qui apud suos ciues offensam contraxerant, tunc ad se G confugientem habuit, & recepit. Et sic aucta fuit ciuitas illa, quæ domina futura erat orbis. Sic & spiritualiter Deus ecclesiam fundaturus, in ea posuit templum. Dicitur enim templum secundũ Isidorum 15. etim. quasi tectum amplũ: quod huic nomini Iesus aptissime conuenit. Est enim hoc nomen tectum à tegendo, idest protegendo dictum, Psal. 90. Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Et est hoc tectum amplum, quia in Israel magnum nomen eius. In hac autem ciuitate, s. ecclesiæ, positum est hoc templum. s. nomen Iesus. H Elegi Hierusalem, vt sit ibi nomen meum. Huic autem templo concessum est, vt omnes ad eum confugientes impunitatem consequantur, ideo dicitur: Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, idest, qui vult iustificari, & saluabitur. Ideo orat Psal. d. In nomine tuo saluum me fac. Et hinc est, q; ob spem salutis multi ad hoc nomen cõfugientes, ciuitatem ecclesiæ fecerũt populosam, vnde Bernardus super Cã. Vnde putas in toto orbe tanta, & tam subita

Gregor. in moral.

Eccles. 1.

Augu. 5. de ciuit. Dei.

Templum.

2. Par. 6.

Prouer. 18.

bita lux fidelis, nisi de nomine Iesu? Secundo hoc nomen est remedium infirmorum: vnde Petrus Raue. de hoc nomine dicit: Hoc est nomen, quod surdis dedit auditum, claudis gressum, mutis sermonem, vitam mortuis, totamque diaboli potestatē de obsessis effugauit corporibus: vnde hoc nomen videtur quasi esse illa thiriaca, de qua dicit Auice. 2. cant. q̀ est sublimior medicinarum & melior propter multitudinem sui iuuamenti. Et addit q̀ illis, qui ea vtuntur in hora sanitatis, non nocent venena, & fiunt securi ab ægritudinibus pestilentialibus. Re vera sic est q̀ hoc nomen Iesus non solum circa præsentia mala expellenda, sed etiam contra futura repellenda, & vniuersaliter contra omnia mala valet: vnde Bernardus super Cant. Electuarium habes ô anima mea, reconditum in vasculo nominis huius, quod est Iesus salutiferum certè, quodque nulli inuenitur pestilentiæ inefficax. Et ideo de hoc nomine dicitur Actuum 4. Neque enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, &c. Tertio hoc nomen est solatium mœstorum. Dicit enim Isidorus, quòd oleaster est arbor inculta, amara, & infructuosa. Cui tamen insertus ramus oliuæ vim radicis mutat, & conuertit eam in proprietatem suam, idest, illius rami. Sic & in proposito, nā arbor inculta, & infructuosa erat humana natura peccatrix, quæ & amara dicitur, quoties in amaritudine & dolore recogitat annos suos attendens illud Hieremiæ 2. Scito, & vide quam amarū est, & malum te dereliquisse dominum Deum tuum, &c. Sic igitur oportet, q̀ animæ amaricatæ, & dolenti inseratur ramus oliuæ, ille, scilicet quem columba in ore suo deferens ad arcam reuersa est, scilicet nomen Iesus. Est enim pater oliua fructifera duos ramos producens. s. filium, & spiritum sanctum: Iste autem ramus insertus conuertet radicē amaram, idest cor pœnitentis in sui qualitatem, & suauitatē. Hæc est enim proprietas huius rami: vnde Ricardus de sancto Victo. Iesus nomen dulce, nomē delectabile, nomen confortans peccatorem, & nomē beatæ spei. Igitur Iesu esto mihi Iesus, Canti. 1. Oleum effusum nomen tuum, oleum inquam, de quo psal. vt exhilaret faciem eius in oleo. Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperabimus. Quibus cōsideratis, non immerito nunc dicit psal. *Beatus vir, cuius est nomē domini spes eius.*

Nota optimas proprietates, seu virtutes thiriaca. — *Isid. 17. Etym.* — *Nota.* — *Psal. 39.*

Multa fecisti tu, domine Deus meus, mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi.

656 5. q. 1. si omnia.

HIc cōsequenter ostēdit circa Christi incarnationem multiplex miraculum. Et diuiditur in duas partes. Quia primo ponitur miraculorum operatio, secundo ipsorum prædicatio: ibi, *Annunciaui.* Quantum ad primum sciēdum, quòd ante Christi incarnationem, multa mirabilia Deus fuit operatus, quia mundum creauit de nihilo, peccatores extinxit diluuio. Pentapolim combussit sulphuris incendio. Filios Israel eduxit per medium sicci maris, & similia, quæ sunt innumerabilia, quę omnia fuerunt mirabilia. Sed maius mirabile quod vnquam fecit, fuit incarnatio verbi, quando scilicet uerbum caro factum est, quia tunc fecit Deum esse hominē, & hominem esse Deum, vnde Augu. d. q̀ in rebus per tempus ortis illud est summum quòd homo in vnitate diuini suppositi sit assumptus. Hęc recogitans Psal mista in persona ecclesiæ Christo Deo loquitur, d. *Multa fecisti tu, domine, mirabilia*, quæ omnia fecisti dicendo & cogitando, quia ipse dixit & facta sunt. Ideo si quæratur quomodo illa fecit. Respondet: *cogitationibus tuis.* Hic enim cogitatio accipitur pro dicere interiori. *Sed nō est qui similis sit tibi*: scilicet, inter omnia opera mirabilia, non est aliquis effectus qui similis sit tibi, verbo scilicet incarnato, quia tu omnia alia superas incomparabiliter. Quod ex hoc probatur, quia inter omnia per verbum facta excellit rationalis creatura, quæ duplex est. s. Angelus & homo, Angelus autem est naturę superioris, & perfectioris quā sit homo. Et sic Angelus erat excellentior creatura à Deo facta, sed nullus Angelus est in perfectione similis Christo, igitur nec aliquis homo vel aliqua creatura: quòd autem nullus sit Angelus similis Christo, clarè probat Apostolus ad Hebræ. 1.

Aug. 3. de Trinit.

Annun-

657 *Annunciaui, & loquutus sum, multiplicati sunt super numerum.*

13.q.1.in scripturis.

HIc ostenditur mirabilium prędicatio. Vbi notandum, ꝙ secundum aliquos doctores ista sunt verba ecclesię quæ per suos prædicatores mirabilia Dei & maxime facta in Christi incarnatione pronunciare conatur, quæ tamen sunt tot & tanta, ꝙ ipsa plenè pronunciare non potest. Et hoc est quod dicit: *Annunciaui*, scilicet, mirabilia Dei. *Et loquutus sum*, illa prædicando, sed illa supra virtutem meam multiplicata sunt: & hoc est quod subdit. *Et multiplicati sunt super numerum*, scilicet, vt illa plenè numerare non possim, quia vt dicitur Ioan. 20. Multa alia signa fecit Iesus, &c. arbitror totum mundum capere non posse eos, &c. Et dicunt aliqui, ꝙ hic est litera corrupta vitio scriptorum, quia quod dicitur *multiplicati*, debet dici *multiplicata*, sed melius est seruare literam, & sub intelligere effectus, vt sit sensus: *Annunciaui*, scilicet, mirabilia incarnationis, & loquutus sum. *Et multiplicati sunt*: scilicet effectus incarnationis, *super numerum*, s. effectus mirabiliū tuorum. Aliter & magis ad sensum literæ dicitur, ꝙ ista sunt verba Christi loquētis de lege Euangelica per ipsum data, Vbi sciendū, ꝙ Deus primo per ora prophetarum pronunciauit legem nouam dandam per Christum. Sic enim Esaias in persona Christi loquebatur. Spiritus domini super me, &c. Euangelizare pauperibus misit me. Annunciauerunt etiā, quòd danda erat in monte, ibi. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, &c. Et post talem annunciationem factam per prophetas, venit ipse Deus homo factus, & ascendens in montem, ore proprio ipsam legem Euāgelicam dedit, vt habetur Mat. 5. Et hoc est ꝙ dicit Christus hic: d. *Annunciaui*. scilicet primo per prophetas legem nouam dandam, postea in propria persona veni, & loquutus sum. Sed quis fuit effectus istius Christi locutionis? certè fidelium multiplicatio, quia innumerabiles audita lege Christi quam iusta, quā honesta, quam pia, & vtilis ad fidē sunt cōuersi. Et hoc notās, d. *Et multiplicati sunt* scilicet, fideles *super numerum*. Non tamen per hoc sequitur quòd fideles plures sint infidelibus, immo pauci sunt respectu illorum, quia multi sunt uocati, pauci vero electi. Sed ne tam altam materiam annunciationis sanctæ de Christo silentio transeam, hic nota ꝙ multa miranda de Christo sunt nobis annunciata, quæ & nos alijs annunciare debemus. Primo annunciata fuit Christi incarnatio, qua scilicet verbum caro factū est. Et hanc virgini Marię annunciauit Angelus, quod ante annunciatū, & prædictum fuerat fiendum per Angelum. Eccles. 10. Qui habet pennas, annunciabit sententiam. Angelus enim pennas habere dicitur propter sui agilitatem, cùm non grauetur corpore. Quæ autē maior sententia potest esse, quam annūciare verbum virgini carnem fiendum? Vnde rectè ille Angelus Gabriel hoc annuncians Mariæ dicere poterat illud Esa. 42. Noua quoque annuncio, antequam oriantur, & vobis audita faciam. Et quòd fuerit id nouum, quod tūc Angelus annunciauit Mariæ declarat Hiere. 31. Nouum faciet dominus super terram fœmina circundabit virum. Quod ideo dicit, quia Christus in primo instāti suæ incarnationis fuit perfectus vir à corpore suæ matris circundatus. Vnde prædicta verba tractans Bernar. ait: Noua Mariæ annunciauit Angelus cum eā circundaturam virum prædixit, quæ est hæc fœmina? quis vero vir iste intelligitur? Aut si vir, quomodo à fœmina circūdatus? Aut si à fœmina circundari potuit, quomodo vir? Et vt apertius dicam. Quomodo potest simul & esse vir, & in vtero matris, hoc est enim à fœmina circundari. Si enim dixisset fœmina circundabit infantem vel paruulum, nec nouum videtur, nec mirum. Nunc quia nihil tale posuit, sed virum, verto me ad conceptum, partumq; virginalem, si forte inter plurima noua, quæ ibi reperi diligenter inquirens, etiā hanc quæ de prophetia protuli, reperiā nouitatem. Ibi enim agnoscitur longitudo breuis, latitudo angusta, altitudo subducta, profunditas plana. Nunquid non facile est inter hæc agnoscere fœminam virum circundare cum Mariam videas Iesum in suo vtero circumplectentem. Virum autem dixerim Iesum fuisse, nō solum

Ioan. 20.

Esa. 71.
Luc. 4.

Matth. 20.

Luca 1.

solum cum iam diceretur vir propheta potens in opere, & sermone, sed etiam cum teneta adhuc infantis membra Maria blãdo, vel foueret in gremio vel portaret in vtero. Vir ergo erat Iesus, necdum etiam natus, sed sapientia non ætate, animi vigore non corporis, sensuum maturitate, non corpulentia membrorum. Neque enim minus habuit sapientiæ Iesus post Angeli annunciationem conceptus quam natus, paruus quã magnus. Siue ergo latens in vtero, siue vagiens in præsepio, siue iam grandiusculus interrogans doctores in templo, siue iam perfectæ ætatis docens in populo, B æquè vir spiritu sancto fuit plenus, vt merito Angelus Mariæ dixerit: Noua ego annuncio antequam oriantur, & dicere poterat illud Psal. 88. Annunciabo veritatem tuam in ore meo. Secundo annunciare debemus Christi natiuitaté, quam pastoribus annunciauit Angelus, dicẽs: Annũcio vobis gaudium magnum, quia natus est, &c. Quod verbum pertractans Origenes super Lucam, ait: Dicam venisse Angelum nato domino, & annunciasse pastoribus, quòd verus pastor exortus. Angeli enim ante Saluatoris natiuitatem parum poterant sibi commissi C officij annunciare vtilitatis. Vix. n. vnus ex singulis Gẽtibus credebat in Deum, nunc autem populi ad Christi fidem accedunt. Istam etiam natiuitatem & nos annunciare debemus, Cantate domino, quoniam magnificè fecit, annunciate hoc in vniuersa terra. Tertio annunciemus Christi operationem mirabilem. Nonne mirabilia fecit, quòd cæcis visum, surdis auditum, mutis loquelam, claudis gressum, mortuis dedit loquelam. Ideo nobis dicitur. Annunciate virtutes eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Quarto an- D nunciemus Christi passionem, & mortem, quæ nobis salutis causa fueiũt Annunciate de die in diem salutare eius, idest, mortem quæ nobis fuit salutaris. Quinto annunciemus gloriosam Christi resurrectionem, quam Angeli annunciauerunt mulieribus, vt patet Mar. vltimo. Vnde de gloria resurrectionis annuncianda nobis dicitur Psal. 95. Annũciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Sexto an- A nunciemus Christi Ascensionem, quia ad dexteram patris assumptus regnat in æternum. Esa. 52. Quam pulchri supra montes pedes annunciantis pacem, dicentis Sion, regnabit Deus tuus. Et hæc omnia prædicta prædicando opera Dei annunciemus, quæ omnia Christus etiã ore proprio fuit loquutus, vnde dicit. *Annunciaui*, s. per alios omnia prædicta, & etiam ore proprio loquutus sum.

Luca 2.

Esa. 12.

1. Pet. 1.

Psal. 95.

Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. 658

HIc consequẽter exprimit Psalmista incarnationis Christi rationẽ. Vbi notandum est, quòd principalis causa incarnationis Christi, fuit perditi hominis reparatio, ipso dicente. Sic Deus dilexit mundum, &c. vt filium suum daret, &c. Quod fuit ex eo necessarium, quia lex antiqua cum suis cæremonijs, vel sacrificijs, non poterat homines peccatores iustificare. Fuit ergo necessariũ, venire filium Dei, vt quod in lege deficiebat ipse suppleret, propter quod dicebat, Non veni legem soluere, sed adimplere. In veteri autem lege erant aliqua præcepta cæremonialia de sacrificijs, & oblationibus offerendis. Hæc autem sacrificia erant imperfecta, quia non poterant à peccatis iustificare, quæ imperfectio fuit ablata per vnum sacrificiũ perfectissimum, scilicet per Christi corpus oblatum in cruce, quod succedit omnibus sacrificijs veteris legis. Et hoc est, quod dicit Apostolus. Impossibile est enim sanguine hircorum, & taurorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum, scilicet Dei filius per suam incarnationem dicit. Hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, idest, corpus passibile aptasti immolationi. Et hoc est, quod hic dicitur in summa, licet nõ totaliter forma verborum conseruetur, quia non semper Christus, & Apostoli allegabant scripturam veteris testamenti, de verbo ad verbum. Et sic hoc viso, ista pars diuiditur in partes tres, quia ponitur primo legis antiquæ imperfectio, secundo Christi incarnationis perfectio, ibi. *In capite libri*, tertio. præfatæ perfectionis promulgatio, ibi. *Annunciaui iustitiã tuam.* Quantũ ad primũ notãdũ, q in lege antiqua, aliud erat sacri-

Math. 5.

Ioan. 3.

Heb. 10.

sacrificium, aliud oblatio, aliud holocaustum. Et tamẽ nullum istorum erat Deo acceptum ratione operis operati, sed solum ratione operantis. Sacrificium erat, quod Deo offerebatur de animalibus, & auibus, cuius partem sacerdotes, & ministri templi habebant, reliqua pars comburebatur. Oblatio erat, quæ fiebat de rebus inanimatis, sicut de simila, de oleo & huiusmodi. Holocaustum vero, quod totum incendebatur. Et tamen nihil horum de se placitum erat Deo, nisi ratione deuotionis offerentis. Sicut & modo, si Deo offers, vel pauperi denarium, vel vestem, oblatio Deo placet ratione deuotionis, non ratione rei in se. Sed sacrificium noui testamẽti, quod fuit corpus Christi oblatum in cruce, & in sacramento eucharistiæ immolatum, non solum Deo placet ratione offerentis, sed etiam ratione rei oblatæ, quia corpus Christi per seipsum Deo placet, & etiam virtute propria ad purgationẽ peccatorum facit, quia Deo placet voluntas non res inuoluntaria. Et hoc est, quod primo de sacrificijs, & oblationibus. d. *Sacrificium, & oblationem noluisti*, idest, res sacrificatas, & oblatas ratione sui non acceptasti pro solutione peccatorum, sicut sacrificium corporis Christi de se Deus acceptat summè, etiam ratione sui. Et statim subdit de sacrificio nouæ legis, *Aures autem perfecisti mihi*. Per aures enim quibus audimus, obediẽtia significatur, sicut & audire in scriptura, quandoque idem est quòd obedire, sicut Psalm. 80. Israel, si me audieris non erit in te Deus recens. Quid est ergo aures autem perfecisti mihi? sunt verba Christi, idest, me fecisti ad perfectè obediendum tibi, quod fuit quando factus est patri obediens vsque ad mortem crucis, vt habetur ad Phil. 3. Istum autem passum exponit Apostolus ad Hebr. 10. vbi hic dicitur. *Aures autem perfecisti mihi*. Apostolus d. *Corpus autem aptasti mihi*, quod idem est in sentẽtia. Quod ibidem exponens Mag. in glos. dicit. Dicit Christus, Hostiam & oblationem noluisti, corpus autẽ aptasti mihi, quod. s. præ omnibus sacrificijs est aptissimũ, & idoneũ, & aptum, quia sine peccato, & passibile, & mortale corpus mihi dedisti, qđ valet offerri in redemptionem omnium.

E Ablata ergo sunt signa, quia exhibita est veritas. Nũquam. n. in odoribus illorum sacrificiorum delectatus est Dominus, nisi in fide, & desiderio offerentis. Et si dicas, quare ergo voluit illa sacrificia offerri? Respõdet, vt ipsos ab idololatria retraheret. s. vt sibi potius quam idolis offerrentur, posuitq; illa in seruitutem, non iustificationem, & vt figura essent sacrificij futuri. Consequenter hoc idem addit de oblatione, quæ dicebatur holocaustum, dicens.

Holocaustum, & pro peccato non postulasti, tunc dixi, Ecce venio. 659 8. q. 1. suggestum.

F Scilicet ratione rei oblatæ, sed solum ratione offerentis. Et ideo ait Christus. *Ecce venio*. s. quando vidi nullum illorum sacrificiorum ratione rei oblatæ tibi placere *tunc*, scilicet in tempore præfinito, *dixi, Ecce venio* sine aliqua retardatione, ad me tibi pro humano genere offerendum. Holocaustum enim erat solennius sacrificium, quod tempore legis antiquæ fiebat. Et ideo si holocaustum Deo non placebat, consequens est quòd nec aliquod aliud sacrificium Deo erat placiturum, ideo tunc dixi. *Ecce venio*.

G Matt. 8. Ego veniam, & curabo eũ. Quia satis dictum est, quòd antiqua sacrificia non iustificabant, sed sacrificia nouæ legis. Ideo quæritur, vtrum lex euangelica nos à peccatis iustificare possit. 1. secundæ. q. 106. artic. 2.

In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei. 660 11. q. 3. si u.

Consequenter hic ostenditur Christi incarnationis perfectio. Vbi sciẽdum, quod diuina præscientia ac prædestinatio liber quidam æternus dicitur, in quo omnia ab æterno sunt disposita inuariabiliter, & bonorũ electio, ac reprobatio malorum. Quæ liber ideo dr, quia licet in intellectu nostro maneat scientia, ipsa tamen variatur, quia de eadẽ re diuersi diuersa concludunt. Quinimo de diuersis temporibus. Sed in libro sciẽtia scripta vniformiter manens non variatur, sic quòd ipsa diuina præscientia, & prędestinatio inuariabilis perseuerat.

H

Et

Et ille liber dicitur clausus, quo ad illa A quæ nobis sunt occulta, apertus autem, quo ad illa, quę nobis sunt manifesta. Et quia sapientia quamuis communis tribus personis, filio tamen appropriatur, sicut potentia patri, & charitas spiritui-sancto, ideo hic liber prædestinationis, & scientię Dei, filio Dei, idest ipsi verbo incarnato appropriatur, in quo quisque nostrum legere debet quid agendū, quid sequendum, quid cauendum, quid timēdum, & quid amandum. Seipsum ergo Christus librum appellat, d. *In capite libri scriptum est de me*. i. in me qui sum liber humani generis, in quo legere de- B bet. i. qui sum forma iustitię hominibus. Et aduerte ꝙ dicit in capite, quia iste liber. s. Christus constat ex Deo & homine: Deus autem est caput Christi, sicut Christus caput est ecclesiæ, vnde 1. Cor, 11. Caput viri Christus, caput vero Christi Deus. Sic ergo hic caput accipitur pro Christi diuinitate, vt sit sensus. *In capite libri*. i. in diuinitate quæ est caput libri, qui liber ego sum. *Scriptum est de me*. i æternaliter præuisum, & ordinatū. Sed quid de ipso scriptum sit, subditur. *Vt facerem voluntatem tuam*. s. vt in assumpta humanitate legem nouam con- C stituam, humiliter mortem pro redemptione humani generis perferā, quæ omnia humiliter amplectens, ad perfectum duco. Ideo enim descendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem patris qui misit me, idcirco subditur. *Deus meus volui*. s. omnia præordinata adimplere. Et quia voluntas Christi deliberata, semper diuinæ voluntati fuit conformis, ideo subdit. *Et legem tuam volui in medio cordis mei*. i. in tota plenitudine cordis mei, vnde dicebat. *Non enim veni legem soluere, sed adimplere*.

1. Cor. 11.

Ioan. 6.

Matth. 5.

661 *Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu scisti.*

15. q. 1. reuertimini.

Perfectio Christi.

HIc ponitur præfatæ Christi perfectionis explicatio. Perfectio Christi maximè stabat in tribus. s. in doctrina legis euangelicæ, in iustitia vnionis hypostaticæ, in affectione veritatis & misericordiæ. Et secundum hæc ista pars diuiditur in partes tres. Quia primo ponit primum, secundo, secundum, ibi. *Iustitiam tuam*. tertio, tertiū, ibi. *Non abscondi*. Quantum ad primum d. *Annunciaui iustitiam tuam*, &c. Vbi nota ꝙ per iustitiā intelligitur lex euangelica, quæ perfectam docet obseruare iustitiā, & simulatam prohibet dicens Matth. 6. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis, &cæt. Quæ perfecta iustitia in septem virtutibus continetur, quas in principio euangelicæ legis docuit Christus, in quibus docetur quid homo debet Deo, quid sibi, quid proximo. Istam autem iustitiam Christus annunciauit, qn̄ ascēdit in montem, & accesserūt ad eum discipuli eius, & aperiens os suū docuit eos. d. Beati, &. Sed quomodo d. *Annunciaui iustitiam in ecclesia magna*, quia legem illā tunc solū discipulis annunciauit, qm̄ pauci erant. Resp. primo, ꝙ ipsos Apostolos vocat ecclesiam magnam quia ipsi fundatores ecclesiæ totius fuerunt, pp quod fidelibus dicit Apostolus. Fundati estis supra fundamentū Apostolorum, & Prophetarū. Vel dr̄ ecclesia magna, quia per ipsos lex euangelica per totum mundum fuit annunciata, secundum illud Psal. In omnē terrā exiuit sonus eorū. Et etiā quia post primam annunciationem legis per Christum factā in mōte, Christus sæpissimè legem prædicauit in templo, quod erat ecclesia magna, quia ibi oēs Iudæi cōueniebant, pp quod dicebat Christus. Apud te laus mea in ecclesia magna. Et Christus quotidie erat docens in templo, & promptus ad prædicandum, ideo subdit, *Ecce labia mea non prohibebo*, scilicet, à prędicatione nō cessabo, nō vt multi cessant à prædicatione timore mundano deuicti, cōtra quod dicit Christus. *Ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti*. s. cor meum. q. d. Labia sonant ho- D minibus, sed cor meum tibi patet.

Ephe. 2.

662 *Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam, & salutare tuum dixi.*

HIc ostenditur prædicatio vnionis hypostaticæ. Christus enim verus Deus erat, & verus homo, quod ideo fuit necessarium pro salute nostra, quia homo tenebatur satisfacere, sed non poterat, Deus autem poterat, sed non tene-

batur. Ideo homo in vnitate personæ vnitus est Deo, vt idem Deus esset, & homo, vt inquantum Deus posset nos saluare, inquantum homo teneretur. & ideo insimul Deus, & homo salutare Dei, vel salutare nostrum vocatur, quia per iustitiam ipsius saluatum est genus humanum, non potentia, vt diffusè deducit Greg. Hanc autem iustitiam factam per salutare Dei, idest, per verbum incarnatum, Christus prædicauit, quando se pro peccatis nostris moriturum dicebat. Sicut Moyses exaltauit serpentem, &c. Filius hominis venit saluare, quod perierat. Et hoc est, quod dicit. *Iustitiam tuam non abscondi in corde meo.* Illud. n. in corde absconditur, quod intus tenetur & aliis non manifestatur. Dicat ergo patri Christus. *Iustitiam tuam*, qua. s. redimebas genus humanum, *non abscondi in corde meo*, imò prædicaui, & docui, quomodo tu per iustitiam hominem volebas redimere. s. mortem meã pro peccatis omnium iustè acceptando. Et sic per consequens duo Christus ostendit. Dei veritatem, qui ante promiserat hominem redimere. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini, gratis, inquam, venundati, quia sponte homo peccando diabolo se vendidit. Sed sine argento redimendus, quia sanguine Iesu Christi. Christus prædicans hoc d. Filius hominis venit saluare, quod perierat, &c. Veritatem patris prædicauit. Similiter ostẽdit salutare Dei, dum se venisse pro nobis saluandis ostẽditur. Et hoc est quod dicit. *Et salutare tuum dixi*, idest, meipsum pro salute hominum à te dixi missum. Et nota, quòd proprie Iesus dicitur salutare Dei. Iesus enim saluator interpretatur, quia ipsius proprium est saluare, non solum ab hostibus visibilibus, sed etiam inuisibilibus. Exultabo in salutari tuo. Ipse enim Christus videtur illa medicina vitæ, de qua dicit Auic. sic. Medicina vna quæ est de confectionibus magnis, sic vocata, quia rationem bonam efficit, animum confortat, & lætificat, & linguam absoluit, scilicet quia expeditam, & absolutam facit. Sic & Iesus salutare dicitur, quia si diligenter considerenus, inueniemus ipsum ex confectionibus magnis confectum. Quoniam in ipso inueniuntur tria maxima salubria,

Gregor. 17. mor. c. 15. Ioan. 3. Matth. 18. Esa. 52. Matth. 18. Psal. 12. Auic. 5. ca.

E scilicet, natura diuina potentissima, anima rationalis beatissima, & humana caro mundissima. Huius autem confectionis est triplex effectus, quia rationem bonam habet facere, & hoc per fidem, animam confortare, & lætificare & hoc per spem futurorum, & præsentium perceptionem, linguam absolutam facere, & hoc ad ipsum laudandum per charitatem, & dilectionem. Merito igitur dicitur salutare, & quilibet spiritualiter infirmus hanc medicinam sibi debet applicare, vnde Bernardus super cantica dicit. Siquidem cùm nomino Iesum, hominem mihi propono mitem, humilem F corde, sanctitate, ac honestate cõspicuũ, eundem ipsum Deũ omnipotentem, qui suo me sanet exemplo, adiutorio roboret, & saluet passione, hoc ergo salutare humiliter postulemus à Deo sibi dicentes. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio multo. 663

Consequenter hic ostẽdit Christus suam iustitiam contra malos, & misericordiam erga bonos. Vbi notandum G quòd quamuis in omni opere Dei concurrant simul misericordia & iustitia, quia vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, tamen in aliquibus principalius relucet iustitia & consequenter veritas, vt in punitione malorum. In aliquibus autẽ principalius misericordia, & consequenter iustitia, vt in præmiationibus bonorum. Vnde prima dicuntur opera iustitiæ, & secunda dicuntur opera misericordiæ, & tam prima opera manifestauit Christus quam secunda. Nonne manifestauit opera iustitiæ, quãdo in punitionem malorum dixit, Discedite à H me maledicti, &c. & opera misericordiæ in præmiatione bonorum dicẽs ibidem. Venite benedicti, &c. Et hoc est, quod hic Christus dicit. *Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem*, &c. Per veritatem intellige iustitiam. Et hoc, *A concilio multo*, & debet scribi per c, non scilicet consilium, vnde hic dicitur, *A concilio multo*, in translatione Hieronymi habetur. *In ecclesia multa*, quod idem est. Et notandum, quod quamuis Christus non absconderit Dei veritatẽ, & misericordiam,

Matth. 25.

cordiam, tamen ipse fuit in multis nobis absconditus, quia non plenè cognitus fuit. Vnde absconditus fuit Christus, in æterna generatione, in virginis incarnatione, in carnis apparitione, in verborũ prædicatione, in mortis toleratione, in æterna dominatione. Primo absconditus fuit Christus, scilicet quò ad verbũ in æterna generatione, quia ineffabilis est & incomprehensibilis, sicut dicitur Esa. 53. Generationem eius quis enarrabit? vnde de hoc dicitur Iob. 28. Vnde sapientia venit, & quis est locus intelligentiæ? Absconditus est ab oculis omnium viuentium. Secundo fuit absconditus in virginis incarnatione, quia quod natura non habuit, vsus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum, stupet terra, creatura etiam omnis miratur, hoc totũ est quod per Gabrielem cœlitus Mariæ nũciatur, & per Christum adimpletur, vt dicit Hieron. in ser. de assumptione, propter quod beata Maria tunc dicere poterat, Ad me dictũ est verbum absconditum. Tertio absconditus fuit in carnis apparitione, siue natiuitate. Quamuis enim mundo fuisset eius natiuitas nota, tamen quòd virgo manens peperisset, erat absconditum, vt Chrys. in Ho. d. Scio quòd verbum caro factum est, sed quomodo factum sit, nescio. Miraris, quia nescio, immo etiam omnis creatura ignorat. Et ista est dispensatio sacramenti absconditi, quam Apostolus prædicabat ad Eph. 3. d. Mihi data est gratia illuminare omnes, quę sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis, &c. Quarto fuit absconditus verborum prædicatione, tam alia enim prędicabat, quòd quandoque eius prædicationem non capiebant etiam sui Apostoli, & abscondita erat ab eis verborum intelligentia. Vnde cum eis prædicaret suam futuram passionem, vt dicitur Luc. 18. ipsi nihil horum intellexerũt, & erat verbum istud absconditum ab eis. Quinto absconditus fuit in mortis toleratione. Licet enim apertum esset, quòd ipse pateretur, & in cruce moreretur, absconditum tamen erat, quòd in crucis mysterio maneret Christi victoria, per quam vinceret hostem, propter quod dictum de hoc fuit Abac. 3. Cornua scilicet crucis in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Sexto fuit absconditus in æterna sua dominatione. Licet enim aliquibus notũ fuerit ipsum ad cęlos ascendisse, quali tamen triumpho in cœlestibus regnet, nobis manet absconditum. Et istud est illud regis nostri sacramentum, de quo Angelus Raphael ait. Sacramentum regis abscondere bonũ est, opera autem Dei reuelare & confiteri in terris honorificum est. Sic igitur quãuis modis prædictis absconsus manserit Christus, mundo tamen misericordiam & Dei iustitiam patefecit d. *Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio multo.*

Iob 4.

Thob. 12.

Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas à me, misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me.

664 De pæ. dis. 1. diuinitatis natura.

HIc consequenter ponitur corporis Christi mystici deuota deprecatio, quæ deprecatio duo continet, scilicet primo mali amotionem, secundo boni collationem, ibi *Exultent, & laetentur.* Prima in duas, quia primo petit diuinam misericordiam, secundo exprimit suam misericordiam, ibi. *Quoniam circundederunt.* Quantum ad primũ sciendum quòd Christus caput ecclesiæ hic loquitur pro membris suis, dicens patri. *Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas à me.* i. à fidelibus meis. Sic etenim orauerat superius Psal. 21. d. Tu autem, Dñe, ne elongaueris auxiliũ tuũ à me, defensionem meam conspice. Sic & conformiter nunc dicit. *Tu autem, Domine, ne elongaueris miserationes tuas à me*, glossa. i. noli remouere misericordiã tuam à membris meis, scilicet illos defendendo, & liberando. Vbi notandum, quòd misericordia Dei aliquando accipitur essentialiter, & sic est idem quòd ipse Deus. Et tunc sicut Deus est immutabilis loco, quia omnia replet, sic & ipsa misericordia. Non ergo elongatur à nobis recedendo, sed magis nos elongamur ab ipsa peccando, sicut patet de existenti in naui, quando nauis recedit à ripa, sibi videtur, quòd ripa elongetur ab ipso, cùm tamen ripa immobilis perseueret, sed ipse cũ naui elongatur à ripa. Sic est in proposito, quia Deus nõ elõgatur à nobis,

nobis, sed nos peccando elongamur ab ipso. Aliquando vero accipitur misericordia pro effectu misericordiæ. Et tunc misericordia Dei nobis assistit, quando nobis miseretur. Elongatur autem à nobis, quando nobis non miseretur. Et per istum modum hic orat Christus dicens, *Tu autem, Domine, ne elongaueris miserationes tuas à me*. i. effectum misericordiæ. Et nota, quod proprie loquendo aliud est misericordia, & aliud miseratio. Nã misericordia quia bene velle, est misericordiæ actus, sed benefacere est actus miserationis. Est.n. miseratio circa miseriam alterius actio, sed misericordia est circa miseriam alterius compassio. Sic ergo dicendo *miserationes tuas ne elongaueris à me*, petit quod effectus misericordiæ ab ipso, i. à sui fidelibus non remoueatur. Sic.n. consimiliter orauit Eccl. 36. Ostẽde nobis lucem miserationum tuarum. Et ne dubites, quod Christus sicut & nos orat dubitãs exaudiri à patre, ideo subdit. *Misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me*. i. orationem meam exaudiendo. Omnis.n. oratio Christi ex volũtate deliberata procedens, à Deo fuit exaudita. Vnde ipse dicebat Ioã. 11. Pater, ego sciebam, quia semper me audis. Et nota quod aliquæ Christi orationes erãt iustitiæ, & aliquæ misericordiæ. Ad misericordiam spectat exaudire orationes misericordiæ, & ad iustitiam iustitiæ. Et ideo ostendens Christus quòd in vtrisque semper fuit exauditus d. *Misericordia tua*, quo ad orationes petentes misericordiam, *& iustitia tua*, quò ad orationes petentes iustitiam.

665 *Quoniam circundederunt me mala, quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.*

7. q. 2. aduersitas.

CONsequenter hic suorũ mẽbrorum explicat miseriã. Et duo facit, quia primo exprimit suam afflictionẽ, secundo postulat iniquorum punitionẽ, ibi. *Confundantur*. Prima pars diuiditur in tres partes, quia primo suarum miseriarum exprimit diuersitatem, secundo earum exprimit quantitatem, ibi. *Multiplicata sunt*, tertio cõtra illas implorat Dei potestatem, ibi. *Complaceat*. Quãtum ad

E primum sciendum, quod triplex est miseria, scilicet pœnæ, culpæ, & ignorantiæ, primam ponit, ibi. *Circundederunt me mala, quorum non est numerus*; secundam, ibi. *Comprehenderunt me iniquitates meæ*, tertiam, ibi. *Et non potui, vt viderem*. Et his tribus totum genus premitur humanũ. Has ergo exprimens d. *Quoniam circundederunt me mala, quorum non est numerus*. Hic loquitur de malis pœnæ, quæ præmittit, quia sunt magis nota, quam mala culpæ. Quis.n. numerare posset, quot pœnas, & miserias in hoc mundo patimur à dextris, & sinistris, ante, & retro, superius, & inferius? s. à dextris prosperitas, à sinistris aduersitas, ante cogitando futura, post recordando præterita: supra, quò ad animam, infra quo ad carnem. Et hoc est, quod dicitur. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Consequenter de malis culpæ, subdit. *Comprehenderunt me iniquitates meæ*. Peccatum.n. dicitur hominem comprehendere, quia ipsum seruituti diaboli subijcit. Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Et quia peccata excæcant hominem, ideo subdit. *Non potui vt viderem*. Soph. 1. Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerũt. Et notanter d. *Circundederunt me mala*, &c. Vbi nota, quod in hac vita triplici malo circundamur. s. ignorantia, miseria, & malitia. Primo namque circundamur ignorantia, quoniam ignoramus opera nostra præterita, præsentia, & futura, an Deo finaliter sint grata, quæ circũdatio est quædam peccatorum nostrorum pœna. Iob. 3. Viro cuius abscondita est via, & circundedit eum Deus tenebris, vnde Gre. d. Via suo viro abscondita est, quia etsi iam in qua sit vitæ qualitate considerat, adhuc tamen ad quem finem tendit, ignorat. Etsi iam ad superna tẽdit, & hoc plenis desiderijs quærit, adhuc si in eisdẽ desiderijs permaneat, nescit. Peccata quippe deserentes ad iustitiam tẽdimus, & vnde veniamus nouimus, sed quò perueniamus ignoramus. Quid hesterna die fuimus, scimus, sed quid contingat crastina nos esse, ignoramus, quia sic quisque pedem ponit operis, vt tamen præuidere nequeat exitum consummationis. Est & alia, qua circundamur ignorantia, quia nonnunquam ea ipsa, quæ

Miseria triplex.

Iob 14.

Ioan. 8.

Gregor. 15. mor. c. 13.

F G H

recta

recta agere credimus, an in districti iudicis examine recta sint, ignoramus. Sæpe enim opus nostrum causa damnationis est, quod profectus putatur esse virtutis. Sæpe vnde placari iudex creditur, inde ad iracundiam potius irritatur. Salomone atteſtante, qui ait. Est via quæ videtur homini recta, nouissima autem eius deducunt ad mortem, &c. Et de ista circundatione ignorantiæ dicitur. Circundederunt nocte domum, in qua manebam. Quid n. per noctem obscuram, nisi ignorantia significatur? Secundo circundatio miseriæ. Quis n. in præsenti vita liber potest esse à circundatione miseriæ? qm̄ hic circundamur pœnis præsentis miseriæ. Circundederunt me sicut aqua tota die, circūdederunt me simul. Per aquam enim in scriptura pœna significatur. Circūdamur timore infernalis miseriæ. Dolores inferni circundederunt me, præoccupauerunt laquei mortis. Quod ideo contingit, quia nemo scit, vtrum amore, vel odio finaliter sit dignus, & ideo semper quisque pauidus doloribus inferni debet circundari. Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Tertio circundamur malitia, & peccato. Et hoc est, quod Psal. quærit d. Cur timebo in die mala? Respondet, quia iniquitas calcanei mei circundabit me, vbi glo. Hic propheta in sua persona generalem causam agens, quærit causam timoris, & damnationis malorum. Cur timebo in die mala. s. in die iudicij, quæ dicitur dies, quia omnia tunc aperta erunt, & manifesta, & dicitur mala, quantum ad iniustos, qui tunc damnabūtur. Respondet ergo. Ecce cur timebo, quia iniquitas calcanei mei circundabit me, & uocatur iniquitas calcanei, quæ durat vsque in finem vitæ præsentis, sicut calcaneum nouimus extremā corporis partem. Et de ista circundatione peccati dicitur. Die ac nocte circūdabit super muros eius iniquitas, & dolus. Accepit diē pro prosperitate, & noctem pro aduersitate. Et ab ista circundatione nos liberat Deus, quādo sua misericordia vitiorum flammas extinguit in nobis. Liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui, & a pressura flammæ, quæ circundedit me. Quibus omnibus consideratis, merito dicit Psal. *Circundederunt me mala*, &c. Quia in principio huius lectionis de lege euangelica ostēdit Christus, q̄ stat in corde, d. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei, ideo ipsam comparando ad legē antiquam quæro, Vtrum lex euangelica sit leuior antiqua, vel contrario, prima secundæ quæst. 197. art. 4.

Prou. 14. *Iudi. 20.* *Psal. 87.* *Psal. 17.* *Psal. 114.* *Psal. 48.* *Psal. 54.* *Eccl. 51.*

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. 666

POstquam posuit miseriarum præsentis vitæ diuersitatem, nunc ponit earum quantitatem. Vbi primo notandū, q̄ capilli in sacra scriptura mystice sumpti varia significant, qm̄ sunt capilli inquinationis, & immunditiæ, quibus culpa dediti inficimur. Cogitationis, & intelligentiæ, quibus Christo muniti defendimur. Iustificationis, & cæremoniæ, quibus Christo capiti cōiungimur. De quibus omnibus præsens exponitur textus. Primo sunt capilli inquinationis, &c. scilicet peccata, per capillos. n. ipsa vitia sequacibus diaboli adhærentia figurātur. Apoc. 9. dicitur locustæ habebant capillos sicut capillos mulierum, & dētes eorum sicut dentes leonum erant. Locustę enim quæ non nisi saltando se mouent, ipsos superbos significant qui semper saltando appetunt alia. Et isti capillos habent vt capillos mulierum, qui sunt ad eorum vanitatem, & voluptatem carnis incitandam. Et sic potes dicere, q̄ capillus peccati est multiplex, s. Primo capillus voluptatis, & luxuriæ, qui ab omnibus, & maxime à clericis debet abscindi. Vnde super isto versiculo. *Multiplicata sunt super capillos*, &c. dicit gl. Bene in comparatione aliorum delictorum carnis vitia capilli dicuntur. Nam ideo in veteri testamento sacerdotes capillos radebant, vt sic carnis vitia deposuisse viderentur. Secūdo est capillus præsumptionis, & superbiæ, vnde Psal. 67. Veruntamen Deus confringet capita inimicorū suorum, super verticem capilli, &c. id est, secundum glossam superbam excellentiam hominum nimis se extollentium. Tertio est capillus vanitatis, & mundanæ gloriæ. Isti sunt capilli vanitatis Absalon, de quibus dicitur, q̄ Absalon decorus erat nimis, qui tondebat caput semel in anno, & ponderabat capillos capitis

Capilli sacra in scriptura mystice significant. *2. Reg. 14.*

pitis sui ducentis fictis. Et de istis capillis peccati dicitur. Tonde capillũ tuum, & proijce. Secundo principaliter est capillus cogitationis, &c. Cogitationes enim nostræ, ideo capilli dicuntur, quia sicut capilli à capite procedunt, & si sint pulchri ipsum ornãt, si autem turpes, ipsum deformant. Sic & nostrę cogitationes ab interiori nostro capite procedunt, scilicet à mente, quæ caput dicitur hominis, quæ si bonæ sint, eidem decorẽ pręstant, si autem prauę, ipsam inficiunt. Vnde de bonis capillis. i. cogitationibus dicitur. Vir, de cuius capite capilli fluunt, mundus erit, quia. s. sanctæ cogitationes procedentes à mente, ipsam mundam manifestant. Similiter & malæ cogitationes capilli dicuntur, vt ostendit Greg. super illo verbo Iob. Tonso capite, corruẽs in terram adorauit d. Quid moraliter per capillos nisi defluentes animi cogitationes accipimus? Quid vero per caput, nisi mens ipsa significatur? Caput ergo tondere est superfluas cogitationes à mente resecare. Ille ergo tonso capite in terrã corruit, qui repressis præsumptionis suæ cogitationibus, quam in semetipso infirmus sit, humiliter recognoscit. Et istos capillos malarum cogitationum euellere debemus per pœnitentiam. Euulsi capillos capitis mei, & sedi mœrens. Tertio principaliter est capillus iustificationis, &c. Et sic capillus significat sanctos, & maxime ipsos Apostolos, qui sanctissimo capiti Christo per sanctitatem adhærent. Caput eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. Christi enim caput nostrũ dicitur. Eph. 5. Christus caput Ecclesiæ, huius capitis munditia lanæ albæ & niui comparatur. Lana enim alba, & nix conueniunt in colore, sed discrepant in effectu, quia lana alba calefacit, sed nix alba frigefacit. Cõparatur ergo Christus caput nostrum lanæ albæ, & niui ad denotandum, quòd in Christo fuit ignis charitatis, & frigus humilitatis. Et consimiliter sancti Apostoli his duobus comparantur, quia ipsorum mens fuit feruida per amorẽ charitatis contra frigus aduersitatis, & frigida per humilitatem contra ardorẽ concupiscentiæ, & voluptatis. Vnde gl. præsentis textus dicit: Capilli capitis Christi sunt fideles, qui in Christo capite

Hier. 7. — *Leui. 13.* — *Gregor. 2. mor. c. 38.* — *1. Esd. 9.* — *Apoc. 1.*

E sunt radicati, quod ornant bene viuẽdo. Et de istis capillis figuraliter Elisæo dictum fuit. Ascende, calue, ascende, calue: quia Christus à suis capillis derelictus, scilicet ab omnibus Apostolis, crucem ascendit. Modo ad propositum si capilli primo modo significent peccata, tũc est sensus, *multiplicata sunt super capillos*, &c. ꝙ miseriæ nostræ multiplicatæ sunt, pp peccata nostra, vt ly *super* denotet supra fundamenta, quia. s. peccata nostra sunt causa pœnarum nostrarum. Si autẽ accipiantur capilli secundo modo. s. pro cogitationibus, tunc est sensus, ꝙ miseriæ F nostræ *sunt multiplicata super capillos*. i. supra cogitationes nostras, quia tot sunt quot excogitari à nobis non possunt. Si autem accipiantur capilli tertio modo pro Apostolis, & sanctis uiris, tũc est sensus ꝙ Psalmista præuidens quam multa aduersa Apostoli, & alij sancti erant pro Christo passuri, in persona Christi loquens, ait. *Multiplicata sunt*. s. miseriæ *super capillos capitis mei*. i. super Apostolos, & alios sanctos viros. Et inter alias miserias quas pro peccato patimur est cordis ignorantia, quia cor nostrũ non solũ aliorum corda non cognoscit, sed neq; G seipsum. Sicut Petrus seipsum nõ cognouit, cum Christo dixit, Etiamsi oportuerit me mori tecũ, non te negabo. Et hoc est, quod dicit. *Cor meum dereliquit me*. idest, ratio cognitiua. Et nota, ꝙ ait. *Cor meum dereliquit me*. Dicit. n. dereliquit ad denotandũ, ꝙ ista cæcitas non est naturaliter in homine, sed propter peccatum à primo homine à quo cæci facti sumus propter peccatum. Vnde ab istis miserijs optans liberari, subdit.

2. Reg. 2.

Complaceat tibi, Domine, vt eruas me: Domine, ad adiuuandũ me respice. 667

H Ic ergo contra prædictas miserias H postulat Christi potestatem. Hic enim Christus orat pro corpore suo mystico, vt istis malis Deus finem imponat, quod erit per collationem gloriæ. Dicit ergo complaceat, non diffidens de potẽtia Dei, si adsit voluntas. q. d. Si tu vis tu potes, *Domine ad adiuuãdum me respice*. quasi respice pœnitentes in dolore suo. Respicere aũt Dei est nobis auxiliari. Et nota, ꝙ hic mysterium trinitatis personarum, & vnitatis essentiæ demõstratur.

Respicere Dei.

Vni-

Vnitatem essentiæ demonstrat cum dicit, *ubi*, sed trinitatẽ dicens *complaceat*, placere.n.uni soli competere potest, cõ placere aũt cum sit idem quod simul placere, vni soli competere non potest. Cõsimili modo nominatur vnitatis trinitas, cum pater ait. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

Matth. 3.

668 *Confundantur, & reuereantur simul qui quærunt animam meam, vt auferant eam.*

Postquam Christus postulauit suorũ defensionem, hic consequenter secũdum debita iustitiæ postulat reproborũ punitionem, & diuiditur in partes tres. Quia primo ponit malorum damnationem, secundo electorum conuersionẽ, ibi. *Conuertantur*, tertio conuersorum satisfactionẽ, ibi. *Ferant.* Quantum ad primũ sciendũ, ꝙ qñcunq; Christus, vel ecclesia orat contra malos, hoc non facit, quia de directo gaudeat de pęnis malorum, sed solũ per accidens, inquantũ, s. pęna malorũ proficit bonis ad ipsorũ gaudium augendum, quia sicut cõtraria iuxta se posita magis elucescunt, sic & gaudia beatorum comparata pœnis malorũ clarius cognoscuntur. Vel potius dicendum, ꝙ talia orat Christus magis prædicendo, quæ futura sunt, quam optando. Sic ergo prædicendo malorum pœnam orat d. *Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam*, quæ in vnitate aïæ cum corpore consistit. Et hic loquit̃ Christus non solũ de seipso, sed ẽt dicit, & re vera sic factum est, ꝙ Christi persecutores, & aliorum sanctorũ confusi sũt, non solum æternaliter, sed etiam multoties temporaliter, vt Pilatus à Cæsare fuit interfectus, Herodes vermibus consumptus, Nero à senatu interfectus, & sic de alijs. Et hic potes notare, ꝙ multiplex est confusio, ut habetur supra versiculo 146. Item nota, quòd reuereri idẽ est, quod uerecundari, & erubescere, de quo supra versiculo 344.

669 *Conuertantur retrorsum, & reuereantur, qui uolunt mihi mala.*

Hic Christus orat pro electorum conuersione. Certum est enim, ꝙ inter persecutores Christi, & aliorum sanctorum, multi erant, qui postea ad Deũ sunt conuersi, ut Paolus Apostolus, Cẽturio, qui uidens miracula in Christi morte facta clamans. d. Vere filius Dei erat iste, &c. Et pro talibus hic Christus orat d. Conuertantur retrorsum, gl, idest homiles sequãtur, qui superbi pręibant, hoc enim Christus de suis membris futuris dicit. *Qui uolunt mihi mala*, quo notatur peccati grauitas, quia grauius est velle mala quàm dicere, vel facere, quia illa non sunt peccata, nisi in quãtum à mala voluntate procedunt. Et nota, quòd dicit *Conuertantur retrorsum*. Nam qui conuertitur retrorsum, opposito modo se habet quam prius. Peccatores autem iacentes in terra vultu terram respiciunt, sed dorsum uertunt ad Deum. Si uero conuertantur retrorsum, ut scilicet pars superior fiat inferior, & inferior fiat superior, tunc dorsum uertẽt ad terram, & faciem ad cœlum, quia sicut ante totam mentem suã habebant ad mundum, & dorsum ad Deum, sic post cor vertunt ad Deum, & dorsum ad mundum. Sic etenim peccatores conuersi Deo dicunt illud Psal. 43. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, &c.

670 *Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, euge, euge.*

Hic petit conuersorum satisfactionem. Peccatum enim impunitum manere non potest, quia uel peccator ipsum punit satisfaciendo in præsenti, vel Deus ipsũ puniet in futuro, vnde & peccata conuersorum, quæ hic debitè nõ sunt punita, in purgatorio puniuntur. Sed sine comparatione melius nobis est hic pęnã peccatorum nostrorum portare, quam in purgatorio, quoniam quælibet minima pęna purgatorij est multo maior quã aliqua ĩ ista uita possit portari, ut dicit Mag. li. 4. d. 21. & de pœn. d. 7. quòd quamuis licet. Et ideo Christus hic optat conuersos pœnam peccatorum suorum hic portare d. *Ferant confestim*, idest statim confusionem suam. i. põdus pœnę, & confusionis pro peccato debitæ. Sed quibus hoc optat, subdit. *Qui dicunt mihi euge, euge.* Vbi nota, ꝙ euge est interiectio exultantis, quę aliqñ profert̃ ad congaudendum, sicut Matth. 25. seruo

Euge.

seruo bono dicitur. Euge, serue bone, & fidelis intra, &c. Quæ verba exponens Rabanus, ait. Euge interiectio est lætantis per quod gaudiũ suum Dñs insinuat, qui bene laborantem seruum ad æterna gaudia inuitat. Sic ergo, qui sunt illi, qui Christo dicunt euge, euge, nisi conuersi peccatores, qui congaudent gloriæ Christi? Et istis optat Christus, vt in præsenti ferant confusionem peccatorum suorum. Aliquando tamen euge est interiectio derisionis, Sic enim persecutores martyrum deridendo eos dicunt. Euge, euge. Psal. 34. Dilatauerunt super me os suum, & dixerunt euge, euge. Viderunt oculi nostri, vide supra ver. 546. 549.

671 *Exultẽt, & lętẽtur super te oẽs quęrẽtes te, & dicãt, semper magnificetur Dñs, qui diligũt salutare tuum.*

12. q. 2. gloria.

POstquam Christus orauit pro malorum ablatione, hic cõsequẽter orat pro bonorum collatione. s. suo corpori mystico. Et tria facit Christus, quia petit tria à patre. s. primo patrem iustis cõseruare lætitiam, secundo de iustis habere prouidentiam, ibi. *Ego autem mendicus.* tertio iustorũ habere custodiã, ibi. *Adiutor meus.* Quantum ad primũ sciẽdum φ oĩs nostra lætitia & exultatio in solo Deo dẽt fundari, uel in aliquo erga eo, ut referatur ad Deum. Qũo. n. in pñsenti uita causa põt esse lætitiæ, quę tota miserijs est plena quæ à ploratu incipit, & in pœnarum terminatur in morte? Dicũt naturales, & maximè Solinus de mirabilibus mundi lib. 2. φ vox prima, quã emittit homo natus, est ploratus, quia si masculus est, plorando clamat, a. Si verò fœmina clamat, e. Vox aũt lętitiæ vsq; ad quadragesimũ diẽ differtur. Et si oppositũ cõtingat in aliquo, malũ signũ est eius malæ uitæ futuræ. Vnde, vt dicit idẽ Solinus, Zoroastes in hora suæ natiuitatis risisse legitur, quod in ipso malũ signum fuit, quia factus adultus amplius nunquã risit. Hic adinuentor artium magicarum fuit, & dæmonibus dedicatus. Sic & spiritualiter in præsenti vita nullus in mundo debet lætari, sed semper hic plãgere, & in statu pœnitentiæ permanere, cõsiderata miseria tam culpæ quã pęnę, quã propter peccatum Adam, & Euæ genus incurrit humanũ. Vnde semp primos parentes in memoriam debemus habere, & ipsorum casum lachrymabiliter ferre In cuius signum masculus statim natus clamat plorando a. Adæ casum plorãdo. Et fœmina clamat, e, casum plorando Euæ. Si aũt quis hic cũ mundo gaudere, & lætari incipiat, signũ est φ talis cito dę monibus per peccatum est dedicandus, & supplicijs deputandus æternis, sicut fuit Zoroastes. Ergo, charissimi, differamus signa lætitiæ nostræ, & exultationis vsq; in quadragesimũ diẽ. ut post in Dñum sẽper gloriemur. Quid p quadragita dies, nisi totũ tẽps vitæ præsentis intelligitur, post quos ad cœlum ascendimus, sicut & Christus, qui post resurrectionẽ suam cõpletis quadraginta diebus, cœlos ascẽdit, quia omnem nostram lætitiam in futuro seruare debemus. Exemplo nationis Thracię, de qua narrat Valerius, φ Thraciæ natio merito sibi sapientiæ laudẽ vendicauerat, quę natales hominum flebiliter, & exequias cum hilaritate celebrabat, quæ verũ nostræ conditionis habitũ præuidit. Remoueatur ergo omnium hominum animalium dulcedo uitæ quæ multa facere, & pati turpiter cogit, quia ea mortuis, aliqñ eius fœlicior, ac beatior reperitur finis. Ex quibus oĩbus patet, φ solum in Deo non in mũdo nostra est ponenda lætitia. Et lætentur oẽs, qui sperant in te: in æternũ exultabũt, &c. Et hoc est, quod hic Christus suis fidelibus optat, ut in solo Deo lætẽtur d. *Exultent, & lætentur super te.* i. fundati oẽs, *qui quærunt,* s. in me glorificantes per bonam uitam. *Et dicant, semper magnificetur Dominus* & hoc gratias agẽdo. *Qui diligunt salutare meum.* i. me Christum, quem pro mundi salute misisti. Sic enim dr. Ego autem exultabo, & lętabor in te, psallam nomini tuo, altissime.

Omnis masculus a, nascẽs e, femina profert.

Act. 1.

Valerius li. 2. cap. 1.

Psal. 5.

Psal. 9.

672 *Ego autem mendicus sum, & pauper, Dominus sollicitus est mei.*

13. q. 4. dus

HIc autem consequenter ostendit Deum de istis solertem habere prouidentiam. Vult. n. hic ostẽdere Christus φ non debemus sollicitari in factis mundi, quia etsi pauperes simus, & mendici, bonum habemus procuratorem, s. Deũ, quod suo exemplo nobis ostendit d. *Ego autem mendicus sum & pauper.* Ad literã enim

enim Christus pauper fuit, & mendicus, inquãtum homo, quod patet ex eius natiuitate, vita, & morte. Qui cum diues esset, pro nobis pauper fieri uoluit, ut sua paupertate nos diuites faceret, ut dicit Apostolus. Potest et intelligi de corpore Christi mystico, in quo multi paupertatem uoluntariam profitentes, Dei solicitudine gubernãtur, dicente Domino. Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, &c. Sollicitudinẽ nostram in Deum proijcere debemus. Psal. 54. Iacta super Dñm curã tuã, & ipse te enutriet. Nam intenti curis mundi, uitam temporalem perdunt, & æternam. Quod exẽplo narrat Valerius de Archimede philosof. d. q̃ Marcellus captis Syracusis, machinationibus Arthimedis philosophi diu uictoriã suam inhibitam sensit, delectatusq; eius prudẽtia, præcepit vt eius capiti parceretur. At is, dũ animo, & oculis in terra defixis formam protrahẽdo describeret, multi qui prædandi gratia domum eius irruperãt, strictoque super caput eius gladio, quisnam esset, interrogarent, ille autẽ propter nimiã sollicitudinem inuestigandi, quod requirebat, nomen suum indicare non potuit. Sed protracto manibus puluere, Noli, inquit, obsecro, figuram istam disturbare. Qui mox non cognitus, obtrũcatus sanguine suo lineamenta confudit. Sic est de hominibus terrenis dedit is. Nã, si respicias eorum occupationes, videbis q̃d non sunt nisi quædam protractiones in puluere. Nihil enim aliud est plantare, ædificare, & huiusmodi, nisi protrahere figuras, qui etiam sic sunt fatui, quod eorum ciuitas, i. anima capta est ab hostibus, & ingrediuntur ex omni parte, & per omnes partes, i. per omnes sensus, & tamen ita mundanis sunt intenti, quod cum gladius diuinæ sententiæ super ipsorum capita stringatur, secundum illud Dan. 13. Ecce Angelus Domini accepta sententia, &c. ipsi non aduertunt, donec gladio feriantur, & proprio sanguine, idest peccato opus proprium, & totam sollicitudinem uitæ suæ confundant. Et ideo contra istos ait Christus. Nolite solliciti esse, dicen. quid manducabimus, &c. Scit. n. Pater vester, &c. Vnde 1. Petri 5. Omnem sollicitudinem vestram proijcite in eum, quia ipsi cura est de vobis. Et hoc est, quod de se, suisque nunc ait Christus. *Ego autem mendicus sum &c.*

2. Cor. 8. — Mat. 6. — Valerius. lib. 8. c. 7. — Matth. 6.

Adiutor meus, & protector meus tu es, Deus, ne tardaueris. 673

HIc ostendit Deum habere iustorũ custodiam. Orat enim vt Deus ꝓtegat suos, ne tentationibus vel aduersitionibus superentur. Vbi nota, q̃ Deus adiuuat omnes ad ipsum deuotè recurrentes, quoniam adiuuat captiuatos, eos liberando personaliter, tribulatos, eos consolando paternaliter, impugnatos, eos defensando virtualiter, fatigatos, eos roborãdo socialiter, infirmatos, eos sanando spiritualiter, adoptatos, eos beatificando facialiter. Primo ergo adiuuat captiuatos, &c. Hoc enim adiutorium postulabãt antiqui patres, quando Christi incarnationem pro redemptione humani generis captiuati postulabant dicẽtes. Exurge in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ. Surrexit enim Deus in adiutorium nostrum, quando Dei verbum ut nos adiuuaret, est caro factum. Hunc adiutorem flagitabat Iob pro redemptione nostra, cum dicebat, Quis tribuat mihi adiutorem, ut desiderium meum omnipotens audiat? Quod exponens Gregorius ait. Sciens S. Iob, q̃ suis meritis redimi non poterat, adiutorem quærit. Et quem, nisi unigenitũ Dei filium cõtemplatur, qui humanam naturam in hac mortãlitate laborantẽ, dum suscepit, adiuuit? Ipse quippe *adiutor* adiuuit hominem, factus homo, vt quia puro homini uia non patebat redeundi ad Deum, uia fieret per uerbum Dei. Lõge quippe distabamus à iusto, & immortali nos mortales, & iniusti. Sed inter immortalem & iustum, & nos mortales & iniustos apparuit mediator Dei, & hominũ mortalis, & iustus, qui & mortem haberet cum hominibus, & cũ Deo iustitiam, ut quia per ima nostra longe distabamus à summis, in se ipso vno adiutor noster factus iungeret ima cum summis. Atq; ex eo nobis uia redeũdi fieret, quo sũmis suis ima nr̃a copularet, &c. Istud adiutorium uerbi incarnandi pro nostra liberatione petebat Psalmista, Adiuua nos, Deus salutaris noster, & ꝓpter gloriam nominis tui libera nos, &c.

Psal. 37. — Iob 31. — Greg. 22. mor. c. 18. — Psal. 78.

Con-

Conformiter nunc Christus pro nobis orat dicens. *Adiutor meus, & protector meus tu es, Deus meus ne tardaueris.* Sed, cùm Deus in seipso nullo modo possit variari, qd est Deum accelerare adiutorium, vel non tardare, nisi immobilis in se manens facere nos adiutorium suum percipere? Sic.n.& Ps. dicebat. Deus, in adiutorium meũ intende, Domine ad adiuuandum me festina, i. fac me festinè adiutorium tuum percipere. (*Psal. 69.*) Et hic nota, q; in nobis tarditas est duplex, s. quædam reprehensibilis, & quædam laudabilis. Tarditas reprehensibilis est triplex, scilicet in adhæsione credendorum. O stulti, & tardi corde ad credendum. (*Luc. vlt.*) In conuersione peccatorum. Ne tardes cõuerti ad Dominum, & ne differas, &c. (*Eccl. 5.*) In adimpletione promissorum. Votum fecisti Domino Deo tuo, nõ tardabis reddere. (*Deut. 23.*) In istis ergo tribus rogare debemus Deum, ne adiutorium suũ tardet in nobis, dicentes. *Adiutor meus, &c. Deus meus, ne tardaueris.* Est & alia triplex tarditas laudabilis. Prima est loquelæ, Sit omnis homo tardus ad loquendum, &c. (*Iacob 1.*) Secunda est iræ, Sit omnis homo tardus ad iram. Tertia est orationis, quæ est tardare, i. perseuerare in oratione. Mirabantur, quòd ipse tardaret in templo, &c. (*Luc. 1.*) Quia per legem nouam euãgelicam nobis adiutor factus est Deus. Ideo sequendo materiam istius Psalmi quæro, vtrũ lex euangelica vsque in finem debeat durare. 1. secundæ q. 106. artic. 4.

PSAL. XL.

674 — 1. q. 1. nõ est

BEatus, qui intelligit super egenũ, & pauperem, in die malà liberabit eum Dominus.

PSALMVS iste talem habet titulum. *In finem Ps. Dauid intellectus filijs Chore.* Ad huius intelligentiam sciendum quòd vt habetur Num. 16. Cũ Dathan & Abiron mouissent seditionẽ in Moysen, & Aaron, propter quã Dathan, & Abiron cum omni familia sua viui absorpti sunt à terra, Chore vero, & cum eo ducenti quinquaginta, qui thuribula acceperant, vt adolerent incensum in conspectu Domini, diuino igne combusti sunt, quia officium Aarõ & filiorum eius usurpauerant. Tunc fuerũt quidam filiorum Chore, qui patris nequitiam non sunt imitati. Vnde postea successores eorum à Dauid in ministerium domus Domini assumpti fuerunt, & à Domino spiritu prophetico prædotati, propter quod in titulis Psalmorum sæpe fit mentio ipsorum filiorum Chore. Non solum propter prædicta, sed maximè propter nominis interpretationem, ex qua intelligentia Psal. percipitur, ut in isto Psalm. Chore enim interpretatur caluaria, qui fuit locus dominicæ passionis. Vnde per caluariam Christi passio intelligitur. Filij ergo Chore, idest caluariæ, sunt filij passionis, & crucis Christi, qui scilicet in cruce Domini nostri Iesu Christi gloriantur cum Apostolo, d. Mihi autem absit gloriari, &c. (*Galat. 6.*) Et his talibus filijs Chore intellectus huius Psal. attribuitur, qui, scilicet credunt Christũ, etsi pauperem & mortuum, esse tamen verum Deum. Est ergo sensus tituli iste. Iste *Psalmus*, qui est tendens, & dirigens nos *in finem*, scilicet, qui est Christus est *Dauid*, idest factus à Dauid, qui Psalm. est *intellectus filijs Chore*, i. filijs crucis, quia de Christi passione tractat, & cruce. De materia autem huius Psal. sciendum, quòd iste Ps. ad litteram de Christo est, quoniam Dauid, qui plura Christi mysteria præuidit in spiritu eleuatus, præuidens Christi passionem, & resurrectionem, de Christo fecit hunc psalmum, quod manifestissimè patet, quoniam litteram huius Psal. Christus allegauit de se dictam, dicens de Iuda. Sed vt impleatur Scriptura. Qui manducat panem meum, leuabit calcaneum suum contra me. Quæ verba secundum omnes catholicos doctores, de isto psalmo sunt accepta, ubi dicitur. Homo pacis meæ, in quo sperauit, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Et si aliqua dissonantia uideatur in uerbis, tamen nulla est in sententia. Sic enim etiam Euangelistæ narrantes eandem rem, nõ semper concordant in verbis. Sic igitur iste Psalmus ad litteram de Christo est dictus. Et secundum hoc Psalmus iste diuiditur in tres partes. Quia primò

primò agitur de Christi paupertate. Secundò de Christi passione, ibi. *Inimici mei*. Tertiò de Christi resurrectione, ibi. *Tu autem, Domine*. Prima diuiditur in partes tres. Quia Psalm. inducit primò Christi paupertatem. Secundò, ostendit eius vtilitatem, ibi. *Dominus conseruet eum*. Tertio, implorat Dei pietatem, ibi. *Ego dixi*. Quātum ad primum notandum quod secundum grammaticos, differentia est inter pauperem, & egenum, quia egenus dicitur, qui nihil habet, sed pauper, qui aliquid habet sed parum. Christus ergo dictus est pauper, & egenus, pauper quidem, quia parum de mundi facultatibus possedit, si cōsideres eius natiuitatē, quia de paupere matre natus, in paupere loco, pauperib. pānis inuolutus, in paupere uita conuersatus, propter quod ipse dicit. Vulpes foueas habent, & uolucres cęli nidos, Filius autem hominis, &c. In morte autem non fuit pauper, idest parum habens, sed egenus, quia omnibus etiam suis vestibus expoliatus, & in alieno sepulchro collocatus. Sic ergo Christus dicitur, & pauper, & mendicus fuit, vel egenus, secundum diuersa tempora, propter quod dicit Psalmista, Egenus, & pauper ego sum. De isto ergo paupere, & egeno ait *Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem*. Vbi nota quod intelligo est verbum compositum, ab inter, & lego legis, & est intelligere, scilicet intus in conscientia legere. *Beatus* ergo *qui intelligit*, idest, intus mente credit Christum quo ad humanitatem esse egenum, & pauperem, in uerum esse Deum. Et aduerte secundum Magistrum in gl. quod non dicit, Beatus, qui dat, sed qui intelligit, ut etiam non petentibus detur. Qui enim petenti dat, bene quidem facit, qui uero tacentem intelligit, sine dubio beatus est, unde beatus, qui præoccupat uocem petētis. Sequitur. *In die mala liberabit eum Dominus*, scilicet in die iudicij, quę mala erit peccatoribus, iustis autem, bona per effectum. Et nota, quòd quamuis illa dies sit bona, & mala diuersis, sæpius tamen in Scriptura uocatur mala à superabundanti, quia pluribus erit mala, & paucioribus bona. Iste versus quantum ad literam de Christo dictus, potest etiam moraliter de membris

Pauper, & egenus quomodo differant.

Matth. 8.

Intelligere.

A Christi intelligi, scilicet quòd beatus sit qui pauperibus misereur, & egenis. In cuius signum omnia opera uirtuosa, & merita sanctorum in iudicio Christus tacebit, sola opera misericordiæ pauperibus facta memorans, & consimiliter cætera malorum peccata silens, solum peccatum Impietatis erga pauperes allegabit. Et hoc pulcherrime inducit Petrus Ra. prædicta uerba exponens, d. *Beatus qui intelligit, &c.* Tuba magistra bellorum dat suis uires, hostibus dat pauorem. Qui sine tuba dimicat, miles non est, fertur furore, non prælio, uirtutem B non agit, sed periculo, perit e quærit non uincere, hæc dixerimus, ut Christi miles cęlestis intelligat, quare præmissa fuit cātilena. Constituti in sęculi campo cum diabolo pugnamus, bella cum uitijs sustinemus. Quoties ergo nobis intonat propheticus clangor, toties nos in pace cautos, in acie fortes, & in prælio reddit inuictos, *Beatus, inquit, qui intelligit*, nuditate algidus, tabidus fame, siti aridus, lassitudine tremens, defectu languidus: ꝙ egenus sit, quis labor intelligere est? Est labor nullus, unde fructus? verum qđ ipse, qui cœlum regit fit nudus in paupere, quod in esuriente esuriat saturi-C tas rerum, quod sitiat ī sitiente fons fontium intelligere, quomodo nō magnum est? Quomodo non beatum intelligere quod ei sit ampla paupertas, cui angustū est cęlum? Qui dat mūdum, quod egeat in egente, quod frustum panis, aquæ calicem dator omnium quærat, ꝙ sic amore pauperis se deponat, ut non tantum adsit pauperi, sed etiam ipse sit pauper, esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare. Se manducare dicit, quòd ille comederit, quòd pauper bibit, sibi testatur infusum. O quid agit amor pauperis glo-D riatur in cœlo Deus: unde pauper erubescit in terra. Et hoc computat in honorē sibi, quod pauperi reputatur iniuria. Verum est igitur, quod verus amor nō nisi passionibus probatur. In regno cœli coram omnibus Angelis in cōuentu omnium resurgentium quod Abel passus sit, ꝙ Noe mundum seruauit, quod Abrahā fidem incępit, ꝙ Moyses legē tulit, ꝙ Petrus crucē resupinus ascēdit, Deus tacet, & clamat solū, ꝙ comedit pauper. *In die mala liberauit eum Dominus*. In die mala illi

Nota tibi totum de misericordia pauperi exhibita seu exhibenda.

illi Deus liberator assistit, qui à malis pauperē liberat. Et sine causa accusant peccata, quem pauper excusat. Accusari non potest, quem fames pauperis excusa rit, &c. Et ideo dicitur. Inclina pauperi sine tristitia aurem tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua.

675 *Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciet eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.*

Paupertas duplex. HIc consequenter psal. ponit vtilitatem Christi paupertatis, quæ est duplex, s. spiritualis, & corporalis, secundum ponit, ibi. *Dominus opem.* Quantum ad primum notandum, q̃ prædestinati super pauperem Christum intendentes, & in ipsum credentes, etiam aliquando cadunt in peccatum. Et sic duobus indigent remedijs, scilicet vt à peccato iustificentur, & vt iustificati in gratia conseruentur. Et istos duos effectus hic ponit, & primò secundum d. *Dominus conseruet* *Psal. 36.* *eum*, s. in statu gratiæ. Non derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur. Et si tamē contingat eos cadere per peccatum, ipsos finaliter iustificat. Et iõ G subdit, *Et viuificet eum.* Cum enim quis de statu gratiæ cadit, in culpam mortificatur, quia sicut anima est vita corporis, qua recedente, corpus mortificatur, & anima redeunte per resurrectionem ad corpus, ipsum corpus viuificatur, sic & ipsa gratia est vita animæ, qua redeunte *Ezec. 18.* anima mortificatur. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: & gratia redeunte, ipsa viuificatur. Io. 6. Caro non prodest quicquam, spiritus est, qui viuificat, quia quamdiu anima cum Christo per gratiā coniungitur, viuit, & statim moritur, cū *Auicen. 3. de animalibus.* gratiam perdit. Sicut Auicenna 3. de ani H malibus. Quod si apis præcidatur, viuit, dum tamen caput pectori sit unitum, si autem caput a pectore separetur, confestim moritur. Sic spiritualiter. Nā apes sunt Christi fideles, quia secundum Isi- *Isidor. 12. Aetim.* dorum Apis dicitur eo quod sine pedibus nascitur, nam post pedes, & pennas accipit. Sic & nos primo nascimur filij iræ, non habētes pedes, quibus rectè possimus incedere, nec alas quib. possimus in altum surgere, quia nec iusta opera,

E nec sancta desideria, sed postmodū hæc à Deo recipimus, qui operatur in nobis velle, & perficere. Coniungitur autem istarum apum caput pectori, quamdiu anima nostra per gratiam Deo adhæret: vnde quidquid nobis accidat, solum qđ vnio maneat viuimus, si autem perdatur statim animæ mors sequitur. Ideo dici- *Deut. 4.* tur. Vos qui adhæretis Deo viuitis. Sic nos viuificat Deus, quando per gratiam nos iustificat, propter quod dicit. *Dominus cōseruet eum, & viuificet eum.* Et hoc petebat Psal. d. Secundum misericordiā *Psal. 118.* tuam viuifica me. Et in tali sic viuificato F dæmones potestatem non habent, vnde subditur. *Et non tradat eum in animam inimicorum eius. In animam*, idest in voluntatem dæmonum, quia etsi aliquando in manus dæmonum hic corpus iusti tradatur ad merendum, tamen animam, quā quærit, offendere non potest. Vide supra versic. 396.

Dominus opem ferat illi super lectū doloris eius, vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius. 676

HIc ostēdit vtilitatem temporaliū, quia Deus intelligentes super pauperem Christum non solum saluat quo ad animam, sed etiam multoties quoad corpus infirmitates sanando. Vbi notan- *Lectus doloris.* dum, quòd lectus doloris, hic vocatur lectus infirmitatis, quo quis infirmatus quiescit, qui lectus paratur infirmis sicut grabatus, sed quando est liberatus, tali grabato amplius non indiget, & sic lectus versatur, siue tollitur, & portatur, sicut dixit Dominus languido curato, *Ioan. 5.* Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, Dicit ego *Dominus opem ferat illi super lectum doloris*, i. illi infirmo stanti *super lectum*, scilicet sanet illum. Et statim sermonem conuertit ad Deum, loquens in secunda persona, dicens. *Vniuersum stratum vel lectum eius versasti*, i. remouisti, tanquam lectus quo amplius ille sanatus non indiget. Moraliter autē magis hoc exponit Magister in glo. s. d. q̃ quasi lectus quietis sunt hæc bona temporalia, sed Deus hæc facit doloribus plena, ne spes ponatur in ipsis, ideo illa nominat lectum doloris. Si ergo quæras, Cur ergo Deo opem ferente tanta

patitur,

patitur, iste sermonem conuertens ad Deum, exponit consilium medicinæ, dicens. *Vniuersum stratum eius,* &c. Quia per ista aduersa, quæ in temporalibus posuit, nos docet illa non amare. Strati enim dicit aliquid terrenum, quod infirmus licet iustus sibi elegit, in quo pauset, vt uxor, filij, & cętera licita cum labore mentis in Deum extensæ, vt possit tolerare assiduè, sed Deus uolēs nos amorem non habere nisi æternæ uitæ, his delectationibus miscet amara, & vertit infirmitatem nostram, ne in uia, qua peregrinamur à Domino, stabulum in quo curandi sumus, pro domo æternæ beatitudinis amemus. Et hoc est quod dicit Gregorius, Electus quisq; vt æterna supplicia euadat, ut ad perennem gloriam pauper ascēdat, debet hic assiduis flagellis atteri, quatenus in iudicio ualeat purgatus inueniri.

Gregro. 6. mor. c. 15.

677 Ego dixi domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi.

De pen. d. 1. mensurā

IMplorat hinc diuinam pietatem, orat enim Dauid pro se. Vbi notandum, quòd postquam Dauid ostendit bona, quæ Deus facit intelligentibus in pauperem Christum, ut sit de ipsorum numeró se conuertit ad Christum dicens: *Ego dixi,* &c. Considerabat enim peccata suà præterita, adulterium cum Bersabe, homicidium Vriæ, populi numerationem. Ideo pro ipsorum remissione orat, ut in Christum pauperem corde intelligere possit. Vnde non petit iustitiam, nō excusat peccata sua, sed accusat, dicens, *Ego dixi,* &c. Christus enim cum sit verus Deus, virtus Christi est æterna, & sic etiam peccata antiquorum patrum sanabat, imo a peccatis nūnquam aliquis mūdari potuit nisi per fidem Christi, ut ostēdit Magister. Sanatur ergo anima virtute fidei per flagella & debitam confessiónem peccati. Ista autem tria in se hic profitetur prius ut sanetur. Primò se Christi fidem habere ostendit sibi, dicés. *Ego dixi, Domine miserere mei.* Secundò, flagella hic petit, dicens. *Sana animam meam;* quia aduersa corporis animam sanant, quia ut ait Gregorius, Percutit Deus ut sanet, quia idcirco foras verbera admouet, ut in tus animæ vulnera sanet. Tertiò peccatum suum confitetur, nō excusat, dicens, *quia peccaui tibi,* quasi dicat, secundum Magistrum in glossa. Nullo modo excuso peccatum, sed accuso, dicens. *Peccaui tibi.* Et nota quod iste versus cantatur in hora tertiæ, quia operatione trinitatis, & fide anima sanatur à peccatis. Item postquam anima sanata fuerit quid ad conseruationem sanitatis requiratur, ostenditur per conseruationem sanitatis incorporalis. Dicit Auicéna, quòd in ciuitate ad bonam sanitaté conseruandam, expedit quòd fenestræ, & portæ sint orientales. Et maximè debet esse sollicitudo, ut uenti orientales structuras in domo ingredi ualeant, & vt sol ad unumquemque locum peruenire possit. Et idem dicit Philosophus political 7. Sic & spiritualiter in anima quæ tanquam una ciuitas disponitur. Eccles. 24. In ciuitate sanctificata similiter requieui. Huius fenestrę sunt corporis sensus, vt uisus, auditus, odoratus, &c. Portæ verò sunt intellectus, & uoluntas. Expedit ergo, quòd istæ sint orientales, idest respicientes ad orientē, scilicet Christum, de quo Zachariæ sexto. Ecce uir nomen eius oriens. Et tunc uenti orientales qui sunt optimi, secundum Auicennam, & Philosophum, intrabunt hanc animæ ciuitatem, ad purgationem, & sanitatis conseruationem, scilicet bona spiritus sancti, qui vbi vult spirat, ab isto oriente procedentia, quia vt habetur Lucæ sexto. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes, idest spiritus sanctus, Sol ēr, idest, calor charitatis cum ueritatis cognitione ad omnem locum ueniet, si omnia opera nostra ad Deum respiciāt. 4. Regum 13. Aperi fenestram orientalem. Et Baruch 5. Exurge Hierusalem & sta in excelso, & circunspice ad orientē. Sic autem conspicere confert ad sanitatem. Quia sicut dicit Cassiodorus Psal. 15. Qui Christum acie mentis intuetur, nullatenus infirmari potest interius. Et ergo dicamus, *Sana animam meam quia peccaui tibi.* Et securè animæ sanitatem à Deo postulemus, quia ipse præ omnib. animas nostras diligit. Quod maximè patet ex tribus, supple ex eius dolorosa animæ perditione, ex eius studiosa animæ inquisitione, ex eius gaudiosa animæ recuperatione. Primum patet, sapiens enim non multum dolet de amissione

Magister libro 3. d. 25.

Greg. li. 6. mor. c. 17.

1. can.

Ioan. 3.
Luc. 6.

sione rei, quam sibi caram nõ tenet. Sed Christus Dei sapientia plus doluit de amissione paucarum animarum, quàm si totum mundi thesaurum perdidisset. Nam multæ ciuitates sunt perditæ, multi thesauri pro quibus nunquam fleuisse legitur, sicut pro paucis animabus, quas in ciuitate Hierusalem perituras videbat, quando videns ciuitatem fleuit super illam, &c. Vbi secundum glo. plangit reproborum animas, qui etiam nesciunt cur planguntur, sed in pessimis rebus exultant. Et hoc fuit maximum signum Christi amoris ad animas. Parcis omnibus, quæ tua sunt, Domine, qui amas animas. Quod bene considerans Esaias ei dicebat. Sana animam meam, &c. Secũdum patet, sapiens non multum sollicitatur, si aliquod vile perdat, & non sibi carum: sed si multum sollicitatur in quærendo rem perditam, signum est amoris ad illam. Christus autem in partibus remotissimis diu scilicet per triginta tres annos animas perditas cũ magnis laboribus diligentissimè perquisiuit. Narrant fabulæ, quòd Orpheus vxorem suam perditam diu quæsiuit, nec inuenit, donec ad infernum descendit. Sic & Christus animas nostras sibi desponsatas per fidẽ, sed per peccatum perditas diu quæsiuit per mundum istum, nec ipsas inuenit, donec pro ipsis moriens ad infernum descendit, propter quod dicebat ipse. Animam meam pono pro ouibus meis, propter quod ei secure dicit Psal. *Sana animam meam*, &c. Tertiũ patet, quia Christus videns totum mundum non sufficere pro redemptione animarum, pro ipsis redimendis, animam suam exposuit dicens. Filius hominis venit saluare, qđ perierat, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Sed aduerte, quòd quamuis anima nostra à Deo sit dilecta, multi tamen facientes oppositũ animas suas vilipendunt, nec illas appreciantur, quod patet, si consideres quod studiose aliqui animas suas perdunt, aliqui vendunt, & aliqui impignorant. Primò animam suam perdunt aliqui, scilicet negligentes ad omne opus bonum, non amantes nisi quod trãseat tempus. Est qui perdit animam suam præ confusione. Secundo animam suam aliqui uẽdunt, scilicet cupidi, & auari, qui pro diuitiis, & temporalibus bonis animam non uerentur exponere. Non est iniquius, quàm amare pecunias, hic enim animam suam venalem facit. Tertiò aliqui animam impignorant, scilicet voluptuosi, qui delicijs carnis insistunt. Qui enim impignorat rem aliquam, non intendit ex hoc illam alienare, sed sibi ipsi retinere dominium rei, & ad tempus vsum rei, vel custodiam alteri concedit. Sic & tales de die in diem proponunt abstinere, & se à malis retrahere, sed dæmones, qui sunt pessimi fœneratores, dãt eis ad tempus mutuo, quod volunt, scilicet delicias, & uoluptates carnis, & honores mundi, & huiusmodi, & eos in istis taliter suis vsuris implicant, quod animam suam repetere erubescunt. Et sic in malis inueterati animam suam finaliter perdunt, quod tamen in principio non proponebant. Isti figurantur per Iudam, qui, vt redimeret pignus, quod dederat ipsi Thamar, ipsũ rehabere non potuit, vt habetur Genesis 38. Sunt tamen alij qui iuste, & virtuose animam suam dicuntur impignorare, sicut boni prælati, qui animam suam ponunt pro ouibus suis, quibus dicitur. Custodi virum istum, quoniam si lapsus fuerit, erit anima tua pro aia illius. Quarto animam suam pro nihilo dant inuidi, & iracundi. Cupidus enim recipit diuitias, uoluptuosus delitias, ambitiosus honores, gulosus cibum. Isti autem nihil delectabile accipiunt, nisi amaritudinem, & sic animas suas gratis dant diabolo, Iudith. 9. Animam suam dedit periculis. Contra quos animæ sanitatem quærit Psalmista dicens. *Sana animam meam*, &c. Quæstio utrum anima sanata per gratiam amplius possit cadere, Aegidius distinctione 14.

Luc. 19. — *Sap.* 11. — *Ioan.* 10. — *Matth.* 20. — *Eccl.* 20. — *Eccles.* 10. — 3. *Reg.* 20.

Inimici mei dixerũt mala mihi, quando morietur, & peribit nomẽ eius?

678 — 6. q. 1. ex merito.

HIc consequenter agit de Christi passione. Et diuiditur in sex partes. Quia ponitur primo mortis Christi Iudæorum consultatio. Secundo contra Christum cordialis malignatio ibi. *Et si ingrediebatur.* Tertiò virtutum Christi iniqua diffamatio, ibi. *Egrediebatur foras.* Quarto contra Christum occulta susurratio,

ratio, ibi. *Aduersum me.* Quintò contra Christi resurrectionem vana cogitatio, ibi. *Verbum iniquum.* Sextò Iudæ proditoris præuisa supplantatio, ibi. *Etenim homo.* Quantum ad primum sciendum, quod hic Psalmista mutat loquendi modum, prius enim Psalmista fuerat loquutus de Christo, nunc autem introducit Christum loquentem de seipso. Sic enim fecerat supra Psalmo secũdo, in quo prius Psalmista loquitur de Christo, dicens. Astiterunt reges, & cæt. aduersus Christum, & post consequenter introduxit Christum de se loquentem, dicens. Ego autem constitutus sum, &c. Et hæc mutatio frequenter fit in prophetis. Nunc igitur in persona Christi loquens dicit. *Inimici mei dixerunt mala mihi.* Quod patet, quia multoties ei vituperia dixerũt, sicut Ioan. 8. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus, &c. & dæmonium habes? Et Ioan. 9. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Quod totum faciebãt, vt per ista mala, quæ de ipso dicebãt, inducerent ipsum ad mortem. Et hoc est quod principaliter intendebãt, propter quod subdit. *Quando morietur, & peribit nomen eius?* Quia cogitabant per Christi mortem delere eius fidem & nomen, cuius tamẽ oppositum totaliter euenit. Et ideo frequẽter cogitauerunt de morte Christi, vt nomen eius delerent. Ab illo ergo die cogitauerunt illum occidere, &c. Sed quare talia cogitabant cõtra Christum, nisi quia ipsorum vitia arguebat. Vnde dicit glossa, quod hoc Iudæi faciebant, quia tædiosus erat eis, & grauis ad videndum, & ex hoc timebant, ne ipsi perderent locum, & gentem. Ideo dicebant, *quando morietur?* sperantes, quòd in morte eius nomen periret, quasi dicat. Populi videntes eum mori, scient se falso in ipsum sperasse. Sed nunquid mortẽ inimici quis licite quærere potest, propter quod hic Psal. Lætabitur iustus, cũ viderit vindictã, manus suas lauabit, &c. Ad oppositum, Eccles. 8. Noli de morte inimici tui gaudere, & cæt. Respondeo, quòd mors inimici dupliciter potest cõsiderari, scilicet aut secundum quod est malum inimici, aut secundum quod cedit ad bonum aliorum. Primum nunquam licet. Secundum verò sic. Et hoc satis deducit Gregor. dicens. Si enim quis de prosperitate inimici tristatur, & de aduersitate lætatur, constat quia non amat, quem non vult esse meliorem, eumque etiam stantem voto persequitur, quem cecidisse gratulatur. Sed inter hæc sciendum est, quia euenire plerumque solet, ut non amissa charitate etiam inimici nos mors, vel iniuria lætificet, & rursum eius gloria sine inuidiæ culpa constringat, cum & ruente eo, quosdam bene erigi credimus, & proficiente, plures iniuste opprimi formidamus. Qua in re mentem nostram nec iam de fectus eius erigit, nec eius profectus deiicit. Sed recta nostra cogitatio nõn quid in ipso, sed quid de illo circa alios agatur attendit. Sed ad hæc seruanda valde est necessarium subtilissimæ discretionis examẽ, ne cum nostra odia exequimur, fallamur, sub specie vtilitatis alienæ. Si enim de inimici morte gaudendum omnino non esset, propheta non diceret. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, &c. Ex quib. apparet, quòd sicut licitè quando uita inimici alijs est damnosa, eius mors potest optari, sic per oppositum quando eius uita alijs est vtilis, eius mortem velle magnum est crimen. Et sic grauiter peccabant inimici Christi eius mortem tractantes, cum eius uita omnibus utilis esset.

Psalm. 2. — *Ioan. 11.* — *Quæstio.* — *Psal. 57.* — *Gregor. 22. mor. ca. 10. & 11.*

Et si ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur cor eius, congregabit iniquitatem sibi.

679 — *1.9.3. non solum.*

Hic ostendit malignitatẽ cordis Iudæorum erga Christum. Et hic etiã mutat modũ loquendi, quia statim ante inimicos suos nominat Christus pluraliter, dicens. *Inimici mei*, &c. Nunc autem ipsos ponit in singulari. i. d. *Et si ingrediebatur*, &c. Vnde more Scripturæ hic accipitur numerus singularis pro plurali, vel accipitur hic numerus singularis pro inimicorum multitudine, vt sic sensus. Et si multitudo inimicorum ingrediebatur, &c. Dicit ergo Christus. *Et si ingrediebatur*, s. multitudo inimicorũ vel aliquis de inimicis meis, vt videret. s. me docentem, uel miracula facientẽ, statim bonum quod videbatur, cõuertebat in malum. Et hoc est quod subdit. *Vana loquebatur*, quia falsa referebãt ad meam diffa-

diffamationem, vt puta quando ingressi sunt ad eum quærentes, an liceret tributum dari Cæsari. Ipse autem respondit, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Sed ipsi falsa retulerunt, dicentes. Hunc inuenimus prohibentem tributum dari Cæsari. Sic & quando viderunt ipsum miracula facientem, vana & falsa loquebantur peruertendo miracula. In Beelzebub principe dæmoniorum, &c. Et si quandoq; non poterant peruertere miracula, quia erant manifesta, peruertebant modum faciendis, dicentes, Nó est hic homo à Deo, qui sabbathum non custodit. Et quia hæc est summa iniquitas, bona proximorum in malum peruertere, ideo subditur. *Cor eius congregabit iniquitatem sibi*, scilicet parans calumniam, & hoc sibi, quia tales sibiipsis non alijs nocent. Vel iste versus non solum exponitur de Christi apertis inimicis, sed magis de fictis, & simulatis amicis; vt fuit Iudas, de quo dicit. *Et si ingrediebatur*, quasi dicat, secundum gloss. Non solum aperti inimici, sed etiam qui se simulauerant amicos, dixerunt mihi mala. Quia etsi ingrediebatur aliquis eorum (vt Iudas) *vt videret*, idest, vt exploraret. Sic enim & de subintroductis falsis fratribus ait Apostolus ad Galatas. Qui subintroierunt explorare libertatem nostram. *Vana loquebatur*, idest ficta, vt cũ Iudas ingressus ad Iesum dixit, Aue rabbi. Et sic *cor eius congregabit iniquitatem sibi*, idest ad damnum suum. Et nota, quod secundum Philosophum, quia vaniloquium multum est damnosum, ideo pueri, & iuuenes circa loquelam multum sunt refrenandi, quia circa ipsam maximè tripliciter peccant. Primò quia de facili loquuntur lasciuia. Secundò quia de leui loquuntur falsum. Tertiò, quia vt plurimum loquuntur fatua. Primò, quòd iuuenes leuiter loquuntur lasciuia, patet, quia iuuenes sunt insequutores passionũ, & ad lasciuiam proni, quare cùm semper sit adhibẽda cautela vbi periculum imminet, cohibendi sunt iuuenes à locutione lasciua, & sermonibus turpibus, & increpandi, quando talia eos loqui contigerit. Ratio autem secundum Philosophũ vbi supra, est, quia ex talibus loquutionibus de facili ad apertè turpia inclinantur: ipsa enim locutio turpium facit iũ nobis memoriã illicitorum, qua facta augetur concupiscentia circa illa, concupiscentia verò aucta facilius inclinamur ad illa, propter quo bene dictum est, quòd corrumpunt bonos mores colloquia praua. Secundò corrigendi sunt, ne loquãtur falsa. Nam iuuenes de facili mentiuntur. Cùm ergo consuetudo sit altera natura, ex quo iuuenilis ætas inclinat eos ad dicendum falsum, secundũ Philosophũ quarto Ethicorum, per debitas correctiones inducendi sunt, vt adhæreant veritati, quæ per se bona est, & laudabilis 4. Ethic. Tertiò corrigendi sunt, ne absque præmeditatione loquantur, quoniã iuuenes sunt inexperti, & pauca cognouerunt, ideo ad pauca inspicientes de facili enunciant, ideo monendi sunt, ne statim ad interrogata respondeant. Licet enim repente nullus fit summus, & iuuenes non statim possint esse perfecti, & prudentes, tamen si assuefiant, vt præmeditati loquantur, & respõdeant, per successionem temporis disponuntur, vt proferant sermones irreprehensibiles. Et hoc est, quod sacra scriptura dicit. Adolescens, loquere in causa tua, vix cùm necesse fuerit.

Philos. 12. Polit.

1. Cor. 15.

Eccles. 31.

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.

680 6. q. 1. detteriores.

HIc consequenter prædicit, quomodo Iudæi virtutes & opera Christi peruertendo exterius diffamabant. Et in hoc differt versus iste à præcedẽti, quia in præcedenti ipsum diffamabant in corde suo interius, hic autem exterius, quia diffamationem quã prius Scribæ & Pharisæi de Christo inter seipsos primo faciebant, postea ad turbas, & populares ægredientes, ipsam diffamationem promulgabant. *Egrediebantur* ergo *foras*. id est, ad plebeios. *Et loquebãtur in idipsum*. scilicet, malum, quod prius cogitauerãt, vel *in idipsum*, i. vno consilio. Et vide in illis malum ingressum, & malum egressum, quia *ingrediebantur vt viderent*, i. vt & obseruarent, sed egrediebantur vt diffamarent. Et possumus hic notare, quòd multiplex est egressio. s. Christi, iusti, & peccatoris. Egressus autem est Christus multipliciter. s. de solio regali carné assumendo,

Egressio multiplex.

Psal. 18.

sumendo, à summo cœlo egressio eius, de aluo virginali carné assumendo. Egre-dietur Dominus de loco sancto suo. Et Mich. 5. De te enim egredietur, qui sit dominator in Israel: De vita temporali moriendo. Egredietur Dominus ante te, vt percutiat castra Philistijm. Egreditur iustus multipliciter, scilicet de terra Aegyptiorum per vitiorum impugnationem. Egressus est omnis populus de terra Aegypti. De terra Chananæorum ad Dei conuersionem. Mulier Chananæa à finibus illis egressa clamabat dicẽs. Domine, miserere mei. De terra Babyloniorum, per morum ordinationem: Egredimini de medio Babylonis, &c. Babylon enim interpretatur confusio. De terra Chaldæorum per mundanorum despe-ctioné. Egredere de terra tua, &c. Egreditur autem malus magis ad propositũ. Ad voluptatis incendium, in quo corrũpitur castitatis integritas. Egressa est Dina, vt videret mulieres, &c. Ad cupiditatis diluuium, in quo relinquitur trãquillitatis securitas, & significatur p egressum corui, qui egrediebatur, & non reuertebatur, designans egressum mali religiosi de quiete claustri ad diluuiũ mundi. Ad crudelitatis maleficium, in quo perimitur fraternitatis charitas. Talis fuit egressus Cain. Egrediebatur foras, &c. Et populi Iudæorum, qui de interiori mala cogitatione foras egrediebantur ad Christi diffamationem, vt noster nunc dicit textus. *Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.*

Esa 26. *1. Par. 14.* *Exod. 12.* *Matth. 15.* *Hiere. 51.* *Genes. 12.* *Gen. 34.* *Gen. 7.* *Gen. 4.*

681 *Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi.*

Hic consequenter prædicit Iudæorum contra Christum occultam murmurationem, vel susurrationẽ. Vbi sciendum, q̃ sm̃ Grammaticos Susurro susurras idem est, q̃ murmurare, in aure alicuius latenter dicere, vel alicui detra-here. Vnde Greg. d. Qui enim susurrat, occultè loquitur, & vocem nõ exprimit, sed imitatur. Susurrabant ergo inimici Christi contra ipsum, quia videntes q̃ turbæ habebant ipsum vt verum prophetam nõ audebant palam de ipso malum dicere, sed inter seipsos secretè ipsi detrahebant. Qm̃ vt dicitur Io. 7. Nemo palam loquebatur de illo propter metũ Iudæorum. Vnde gl. Magistri. *Aduersum me susurrabant*, &c. i. in auribus inuicem murmurando. Non enim audent detegere consilia sua qui in scelere socij sunt. Et hoc maximè fuit, quando pontifices & Pharisæi timentes turbas, secretũ consilium fecerunt. d. Quid facimus, hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credẽt in eum, &c. Et quia in illo susurro, & secreto consilio fuit deliberatum ab omnibus vt Christus occideretur, quia ab illo die cogitauerunt unanimi concordia vt interficerent eũ: ideo hoc prædicens Psal. in persona Christi dicit. *Cogitabant mala mihi*, scilicet me interficere. Et quãtum ad hoc possumus notare, q̃ omnis malè cogitãs aduersus Christum mala cogitat, quia contra eius bonitatem. Et sic aduersus Christum est multiplex mala cogitatio, scilicet cogitatio primò ambitionis & superbiæ, quę etiam altas mentes inuadit. Vnde Apostolorum Christi etiam mentes percussit. Intrauit autem cogitatio inter eos, quis eorum videretur esse maior. At Iesus videns cogitationes eorum, appreheñdens paruulum &c. scilicet dans eius humilitatis exemplum. Et quòd illa fuerit cogitatio superbiæ ostẽdit Cyrillus ibidem. d. Insidiatur enim diabolus multimodè optimam deligentibus vitam. Et si quidem per carnales illecebras abscindere valeat alicuius mentem, affectus voluptatis exacuit. Si quis effugerit cupiditatis laqueos, gloriæ suscitat passionem, quæ quidem gloriæ concupiscentia eius Apostolorum corda inuasit, quia intrauit cogitatio in eos, &c. Hoc enim cogitare est cupidinis superesse. Improbabile autem puto omnes Apostolos hanc cogitationem incurrisse. Sed vno eam passo, ne crimen aliquod contra aliquẽ discipulorum euangelista machinari videretur, indeterminatè exprimit dicens. Intrauit autem in eos cogitatio, dominus autem, qui saluos facere suos nouit, videns in mente discipulorum superbię cogitationem exortam, velut quandam amaritudinis radicem, priusquam augmentũ susciperet, radicitus ipsam euellit. Cum enim inchoant passiones in nobis facilè depuitantur, sed auctæ difficilè

Gregor. 5. mor. c. 20. *Ioan. 7.* *Ioan. 11.* *Mala cogitatio in Christum multiplex.* *Luca 9.*

sunt mobiles. Ideo videns cogitationes eorum, apprehendens puerum statuit eum secus se, &c. Hæc enim cogitatio superbiæ dicitur mala, quia contra nos nostrū fortificat hostem in eo quòd diaboli famem pascit. Vnde Gregor. 33. Moral. cap. 2. ait. Qui in elationis suæ altitudine remanent, & ad diuina eloquia flecti humiliter dedignantur, pro eo quod iuxta diaboli desiderium praua cogitare non desinunt, diaboli famem reficiunt ex eo quod nequiter cogitant, vel operantur. Et ideo ne superbi tali cogitatione superbiant cuilibet eorum dicitur. Quid te eleuat cor tuum, & quare magna cogitans attonitos habes oculos? Ad propositum talis erat cogitatio Iudæorum contra Christum, quia videntes quòd à turbis magis honorabatur, æmulatione superbiæ moti cogitauerunt illum occidere. Et est hoc, quod hic dicit Christus. *Omnes inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi*, propter quod dicitur. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.

Iob 15.

Ioan. 1.

68. *Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid, qui dormit, non adijciet vt resurgat?*

Hic consequenter ostēdit qualiter contra Christi resurrectionem vana cogitauerunt. Vbi sciendum, quod Scribæ, & Pharisæi ac alij sacerdotum principes audierant multotiens à Christo, quod ipse occisus ab eis resurgeret. Ipsi autem hoc nolentes credere, putabant, quod ipso mortuo discipuli corpus eius furarentur, & prædicarent postea populo ipsum surrexisse, & in cœlum ascendisse. Ideo huic quod imaginabantur volentes obuiare ordinauerūt, quòd corpus in sepulchro à militibus custodiretur ne discipuli ipsum possent furari. Et hoc fuit illud verbum iniquum, quando scilicet conuenerunt principes sacerdotum, & pharisæi ad Pilatum. d. Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgā, iube ergo custodiri, &c. vt habetur Matthæ. 27. Quod ideo fecerunt, quia non credebant Christum resurgere posse: sed hunc per Apostolos esse furandum. Et hoc est quod dicebant. *Nunquid qui dormit*. i. qui in sepulchro iacet mortuus, nō *adijciet*. idest faciet *vt resurgat*. q. d. non. Quæ omnia dicebāt contemnendo eius resurrectionem. Et vide quod ipsimet suis verbis capiuntur, quia Christū in sepulchro positum dicunt dormire. In potestate autem est dormientis, seipsum excitando resurgere. Vel mortui ideo dicuntur dormire, scilicet, Deo: etiam si nobis sint mortui, quia Deus ad libitum illos potest excitare. Et attende, quòd conuenienter Christi mors & passio quædā dormitio dicitur propter multa. Primò quia secundum Philosophum somnus videtur quodammodo esse medium inter viuere, & non viuere. Sic fuit mors Christi. Nam status præsens est non viuentium, quia hæc vita mors dicenda potius est quàm vita, quoniā ipse quotidianus defectus corruptionis nihil aliud est quàm quædam prolixitas mortis. Status vero gloriæ est viuentium. Credo videre bona domini in terra viuentium. Sed mors Christi mediauit, quia per mortem transiuit de vno statu ad alium, & nos consimiliter per mediationem mortis eius transimus. ad Heb. 9 Noui testamenti mediator est vt morte intercedēte, &c. repromissionem accipiant, qui vocati sunt, &c. Mediauit etiam inter statū legis veteris, & carnalis, nouæ, & spiritualis, quorum primus status erat non viuentium: secundus autem viuentium. Quoniā littera occidit: spiritus autem viuificat. Secundò mors Christi dicitur dormitio, quia sicut docet philosophus in libro de somno, & vigilia. In somno redit virtus sensitiua & spiritus sensibilis & sanguis ad interiora, scilicet ad cor. Sic & spiritus Christi ab exterioribus, s. à nobis, qui extra terrā habitamus, scilicet in superficie terræ, vbi primò operabatur, reduxit se ad interiora terræ, scilicet ad infernum, qui dicitur esse in cētro terræ: sicut cor in medio animalis. Similiter & virtus sanguinis Christi ibi cōgregata est ad salutem electorū. Nam Deus noster non solū in superficie terræ operatus est salutem: sed etiā in medio terræ. Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Et ideo Christus licet quantum ad corpus in sepulchro dormierit: tamen corde vigilabat. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Philos. 9. de animalib.

Psal. 26.

Hebr. 9.

Matth. 12.

Can. 5.

Et possunt esse ista verba etiam ipsius Christi affirmantis resurrectionem suã contra crudelitatem Iudeorum, ut sit sẽsus. *Nunquid qui dormit, non adijciet, vt resurgat.* q. d. imo adijciet.

683 *Etenim homo pacis meæ, in quo sperauit, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.*

De pen. d. 1. homicidiorum.

Iudas.

HIc ponitur Iudæ proditoris prauissa supplantatio. Ista enim verba ad litteram de Iuda sunt dicta. Vnde dicit Christus. *Etenim homo pacis meæ*, &c. q. d. Christus: Non est mirum si Iudæi inimici mei talia dicebant contra me, & faciebant, quia etiam Iudas discipulus meus, familiaris meus, & commensalis meus, contra me conspirauit cum eis. Et hoc est, quod dicitur. *Etenim homo pacis meæ*. idest Iudas, qui se mecum habere pacem simulauit, dum meipsum prodẽdo, est osculatus. Et sic est hic expressa prophetia de osculo pacis à Iuda dato Christo. Fuit enim Iudas de numero illorũ, de quibus dicitur. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. *In quo sperauit*, idest cui dedi signa confidentiæ, quòd considerem de ipso in hoc quòd portabat loculos, & custodiebat illa, quæ Christo offerebantur ex deuotione pro necessitate Christi, & apostolorum eius. Vel, *In quo sperauit*, quia prætendi me nescire intentionem suam, Vel, *In quo sperauit*, idest quãtum est ex parte mea sic egeram cum illo, quod merito in ipso sperare poteram. Vel, *In quo sperauit*, scilicet quo ad membra mea, quia alij fratres sperabant in illo sicut, & in cæteris apostolis. Istõ consimili modo etiã Christus in pauperib. se dicit esurire. *Qui edebat panes meos*, scilicet, qui mihi erat commensalis. Et dicit panes in plurali, quia Iudas cum alijs apostolis in cœna duplicem panem manducauit, scilicet corporalem, & sacramentalẽ, quia corpus Christi in cœna cum alijs sumpsit. Et secundũ gl. hic est expressa prophetia de buccella panis, quam Christus dedit Iudæ, qua ipsum designauit. *Magnificauit super me supplantationem*. i. magnificam super me fecit deceptionẽ, vt scilicet me tradẽdo morti omnibus conculcandum, &

Psal. 27.

Phil. 2.

Ioan. 13.

Panis.

A supplantandum, idest, sub planta pedum redderet. Sed frustratus fuit intentione sua, quia per hoc Christus magis fuit exaltatus. Istum enim versum expressẽ adducit Christus dictum de Iuda, dicẽs: Qui mãducat panem meum, leuabit calcaneum suum super me, hoc. n. secũdum Chryso. dicit Christus, ostendens quòd non ignorans traditur, quod sufficiens erat Iudam à proposito proditionis reuocare. Dicit autem, Qui manducat panem meum, &c. i. qui à me nutritus est, qui mensa mea communicauit. Quod ideo sic dicit, vt, si quando à famulis, aut B ab aliquibus vilioribus patiamur aliqđ malum, non scandalizemur respicientes Iudæ exemplũ, qui infinitis positus bonis in contrarium remunerauit benefactorem. Vnde Augustinus super Ioan. Illi discipuli, qui electi erant, manducabant panem Christi ad salutẽ: Iudas autem manducabat panem domini contra dominum, illi vitam, iste pœnam. Qui enim manducat indignẽ (vt ait Apostolus) iudicium sibi mãducat, & bibit. Hic quæritur, vtrum mali in peccato mortali scienter existentes, communicando recipiant verum Christi corpus. Aegy- C dius. dist. 9.

Quæstio.

684 *Tu autem, Domine, miserere mei, & resuscita me, & retribuam eius.*

POstquàm Psal. egit de Christi passione, hic consequenter agit de Christi resurrectione. Et diuiditur in quatuor partes. Quia Christus primò orat pro sua resurrectione. Secundò se certum ostendit de sua exauditione, ibi. *In hoc cognoui*. Tertio suam exauditionem ostendit ratione, ibi. *Me autem*. Quarto ex prædictis surgit ad gratiarum actionem, ibi. *Benedictus*. Quantum ad primũ D rogans Christus pro sua resurrectione acceleranda ait. *Tu autem, domine, miserere mei*, &c. Sed quomodo in Deo cadere potest misericordia, cũ misericordia sit cordis cõpassio de aliena miseria? Dicendũ, ꝙ quædã virtutes sunt, quæ dicũt perfectionem absq; omni imperfectione annexa, vt est charitas, sapientia, fortitudo, iustitia &c. Et istę plenè sunt in Deo: imò potius Deus est idẽ ꝙ illæ virtutes. Vnde Deus dr̃ fortitudo, Deus est charitas, & hmõi. Quædã sunt virtutes ꝗ aliq̃

Rom. 18.

imperfectionem habent annexam, vt est fides, spes, misericordia &c. quia fides dicit cognitionem ænigmaticam: spes confidentiam de nondum habito: misericordia dicit voluntatem subleuādi alterius miseriam cum quadam cordis cōpassione, & dolore. Et tales virtutes dicuntur de Deo ſm illud, q; dicunt perfectionis, omni imperfectione semota. Vnde hanc dubitationem mouet Gregor. & soluit. d. Dicitur enim Deus zelans, sicut scriptum est. Dominus zelotes nomen eius. Dicitur iratus, sicut est scriptum. Iratus est dominus contra Israel. Dicitur pęnitens, sicut scriptū est. Pœnitet me fecisse hominē. Dicitur misericors, sicut scriptum est. Miserator, & misericors dominus: Dicitur præscius, cùm de illo dicat Apostolus. Quos præsciuit, & prædestinauit, Cum tamē nec zelus, nec ira, nec pœnitentia, nec misericordia, nec præscientia esse possint in Deo, hæc namq; omnia ab humanis in illū qualitatibus tracta sunt: dum ad nostræ infirmitatis verba descenditur, vt quasi quibusdam nobis gradibus factis, & iuxta nos positis per ea, quæ nobis vicina cōspicimus, ad summa Dei ascendere quandoq; valeamus. Zelari etenim dicitur, qui cum cruciatu mentis castitatem custodit vxoris. Irasci dicitur, qui furore animi contra puniendum vitium accenditur. Pœnitere dicitur, cui id, quod fecit, displicet, & econtra mutando aliquid aliud facit. Misericors dicitur, qui pietate ad proximū promouetur, misericordia enim à misero corde vocata est, eo q; vnusquisq; intuetur quempiam miserum, atq; ei compatiens dum dolore animi tangitur, ipse cor miserum facit, vt eum à miseria liberet, cui intendit. Pręscire dicitur, qui vnā quamq; rem, antequā veniat, videt, & id quod futurum est priusquā præsens fiat præuidet. Deus ergo quō zelans est, qui in custodiēda castitate nostra nullo mētis cruciatu tangitur? Quomodo irascitur, qui in vlciscendis vitijs nostris nulla perturbatione animi cōmouetur? Quō est pœnitens, qui illud, quod semel fecerit, se fecisse nunquam dolet. Quomodo habet misericordiam, qui cor miserum nūquam habet? Quomodo est præscius, dum nulla, nisi quæ futura sunt, pręsciātur? Et scimus, q; Deo nihil futurum est,

Gregor. 20. mor. c. 25.

4. Reg. 13.

Gen. 6.

Rom. 18.

E ante eius oculos, præterita nulla sunt, præsentia non transeunt, futura non veniunt. Quippe quia omne, quod nobis fuit, & erit, in eius conspectu præsto est. Et omne, quod præsens est, sciri potest potius quàm præsciri. Et tamen dicitur zelans, dicitur iratus, dicitur pœnitens, dicitur misericors, dicitur præscius. Vt quia castitatem animæ vniuscuiusq; custodit, humano modo zelans vocetur, quamuis mentis cruciatu non tāgatur. Et quia culpas percutit, dicitur irasci: quamuis nulla animi perturbatione moueatur. Et quia ipse immutabilis, illud,

F quod voluerit mutat, pęnitere dicitur, quamuis rem mutet, consilium non mutat, & cum miseriæ nostræ subuenit, misericors vocatur, quamuis miseris subuenit, & miserum cor nunquam habet. Et quia ea, quę futura sunt nobis, videt, quę tamen ipsi semper præsto sunt, præscius dicitur, quamuis nequaquam futurum præuidet quod præsens videt. Nam quæcunq; æternitate eius videntur, non ideo videntur quia sunt, sed potius ideo sunt quia videntur. Dum ergo ad verba nostræ mutabilitatis descēditur, ex eis quasi quibusdam gradibus factis ascendat,

G qui potest ad immutabilitatem Dei, vt videat Deum sine zelo zelātem, sine ira irascentem, sine dolore pœnitentem, sine misero corde misericordem, sine præuisionibus præscientem, &c. Ex quibus omnibus patet pro positū, scilicet q; misericordia quantum ad illud præcisè, q; dicit perfectionis, scilicet voluntatē tollendi alterius miseriam, cadit in Deo, non autem quantum ad illud, quod est imperfectionis, scilicet, cordis miseria. Postquam ergo Christus narrauit miserias suæ passionis, nunc vt terminentur, misericordiam Dei implorat, dicens. *Tu*

H *autem, Domine, miserere mei.* Et loquitur homo Christus Deo patri, vel toti Trinitati. Sed qualem misericordiā implorat, subditur. *Et resuscita me,* idest ne dimittas diu animam meam in inferno, & corpus iacere in sepulchro, reuniendo animam meam corpori meo, quod factū fuit, quando tertia die resurrexit cū corpore glorioso, in quo iudiciariam potestatem malos puniēdi recepit, quod manifestans subdit. *Et tribuam eis.* scilicet, inimicis, & persecutoribus Iudæis. Sed quid

quid retribuet? Respondet glossa, Retribuam eis in præsenti, & in futuro, in præsenti, scilicet vt dispergantur, in futuro, vt damnentur, quod enim Iudæi dispersi sunt per mundum, ad admonitionem est, non ad damnationem. Hoc autem fuit adimpletum, quando in vindictam mortis Christi Iudæorum populus per Titum, & Vespasianum Romanos principes fuit occisus, captiuatus, & dispersus, sicut prædixerat Christus Lucæ 19. quando videns ciuitatem fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses & tu scilicet, mala, quæ tibi retribuentur, similiter fleres.

685 *In hoc cognoui, quoniam voluisti me, quoniā non gaudebit inimicus meus super me.*

24.9.4. Nabuchodonosor.

HIc consequenter ostēdit Christus se fore exauditum. Omnis enim Christi oratio ex deliberatione facta fuit exaudita, quia cum anima Christi clarè diuinam volūtatem aspiceret, nihil nisi eidem conforme orando petebat, vnde ait, In hoc quod *inimicus meus*, scilicet, populus Iudaicus, *non gaudebit super me*. scilicet, de morte mea finaliter non gaudebit. *In hoc*. scilicet, cognoui quoniam exaudisti me resuscitare. Populus enim Iudaicus ad tempus gauisus fuit de morte Christi, sed de resurrectione eius turbatus, & anxiatus. Vel sic. In hoc, scilicet, quod suscitas me cognoui, quòd inimicus meus non gaudebit super me, quia per resurrectionem Christi magis fuit declarata gloria Christi, & Iudæorum ostensa malitia, propter quod à Romanis dissipati fuerunt. Vel sic, *In hoc*, scilicet quod uoluisti me, idest dilexisti me, quia velle aliquid importat dilectionem eius, quasi dicat. Per hoc quod me dilexisti, cognoui, quòd inimicus meus finaliter *non gaudebit super me*, idest de morte mea. Sed hic cadit dubium. Cùm anima Christi ab instanti suæ creationis habuerit omnium perfectam cognitionem, & scientiam, quomodo per suam resurrectionem, vel per patris dilectionem cognouit futuram Iudæorum punitionem? vel quomodo per talem punitionem cognouit se fore exauditum? Respondeo, quòd

Quæstio. Cogitatio Christi. Notitia Christi. Respon.

præter scientiam diuinam, quæ competit Christo, in quantum Deus, à doctoribus ponitur in Christo triplex notitia. Prima est, quæ cognoscit verbum, & alia in verbo. Et secundum istam notitiam, non cognoscit vnam creaturam per aliam, vel vnum effectū per aliam, quia in hac notitia nō sunt cognitiones volubiles ab uno in aliud transeuntes, sed per verbum immediatè cognoscuntur, quia videns verbum, insimul omnia in ipso uidet. Secunda est notitia, qua à principio suæ conceptionis cognouit res in proprio genere per scientiam sibi diuinitus infusam. Et ista notitia potest considerari dupliciter. Vno modo ad acquisitionem, & sic non cognoscit verbum per aliud, quia notitia omnium quæ sic cognoscuntur, fuit sibi simul infusa. Alio modo quantum ad vsum, & sic bene cognoscit unum per aliud, sicut habens notitiam acquisitam, aliquando uidendo causam, concludit effectum, uel econtrario, & unum simile per aliud, & sic de alijs modis concludendi. Et isto modo Christus cùm quæsiisset à Petro, Reges terræ à quibus accipiunt tributum, à filijs suis, an ab alienis? conclusit Christus, ergo filij sunt liberi. Tertia est notitia experimentalis, quæ fuit acquisita per lumen intellectus agentis. Et ista cognouit vnum per aliud, non solum quantum ad vsum, sed etiam quantum ad acquisitionem experientiæ. Et secundum hoc de Christo dicit Apostolus, quod didicit ex iis, quæ passus est obedientiam, idest, experientiam obedientiæ. Item notandum, quod Christi, ac etiam Dei cognitio in Scriptura variè accipitur, scilicet quandoque pro simplici eius notitia. Et sic omnia cognoscit bona & mala, præsentia, præterita, & futura. Et sic dicebat Apostolus. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Et Dan. 13. Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, tu nosti omnia, antequam fiant. Aliquando verò accipitur Dei cognitio pro eius approbatione, & sic illud quod approbat, dicitur cognoscere, & illud, quod nō approbat nescire. Et isto modo de populo Gentili, quem ante Deus nō approbabat. d. Populus, quem nōn cognoui, seruiuit mihi. Et quantum ad hoc ait Grego. super illud

Matth. 17.

Hebr. 4.

Cognitio Christi varia.

Psal. 17. Gregor. 11. mor. c. 8.

illud Iob.12. Ipse nouit decipientem,& eum qui decipitur. Cùm omnis,qui proximum decipit,iniquus sit,& iniquis ipsa veritas dicat, Non noui uos,discedite à me operarij iniquitatis, qualiter in hoc loco dicitur, quòd Deus cognouit decipientem,& eũ,qui decipitur? Resp. quia scire Dei aliquando cognoscere dicitur,& aliquando approbare, & scit iniquum, quem aliquando cognoscendo iudicat. Neque enim iniquum aliquando iudicaret, si eum nequaquam cognosceret. Et tamen iniquum nescit, quia eius facta non approbat. Cognoscit ergo,quia eum deprehendit, & non nouit,quia hunc in sapientiæ suę specie nō recognoscit, sicut de veraci quolibet viro dicitur,quod falsitatem nesciat, non quia vel cum ab alijs falsum dicitur,hoc deprehendere ignoret, sed eandem ipsam fallaciam, & scit in examine, & nescit in amore,vt videlicet hanc ipse non agat, quam prolatam ab alijs dãnat,&c. Sic igitur notitia simplicis visionis malos,& peccata cognoscit. Vnde reprobis Iudæis Dominus dicit. Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ,idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Et sic isto modo cognouit malitiam Iudæorum, & pœnam eis correspondentem dicens. *In hoc cognoui,quoniam voluisti me*, &c. Et sic nota,quòd isto modo ad nostram vtilitatem Christus multa cognoscit, scilicet nostram ambitionem,& superbiam,nostram fragilitatem, & miseriam, nostrã asperitatem, & pœnitentiam, nostram iniquitatem, & malitiam, nostram humilitatem, & iustitiam, nostram in aduersitate patientiam. Primo cognouit nostram ambitionem,& superbiam, sed à longè. Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit, vbi gloss. Humilia respicit Dominus oculo misericordiæ. Si autem aliqui sint superbi,non eum latent, sed à longe cognoscuntur ab eo, quia per gratiam non est cum eis. Non ergo hoc agit superbus, vt minus perfectè ab eo cognoscatur, sed vt non sit cum illo à quo videtur. Et hoc est,alia à longe cognoscit. Secundò patet,quoniam per hoc inclinatur ad nobis compatiendum,& miserendum. Psalm. 102, Quomodo miseretur filiorum: misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrũ, vbi gloss. Cognoscit enim Deus figmentum nostrum,idest infirmitatem,& miseriam nostram. Nouit enim quod fecit,quomodo dilapsum sit,quomodo instaurandum sit: Creatura enim Dei sumus,sed peccando repulsi, ipsi nos finximus. Tertium patet quoniam ipse cognouit pœnitentiam,quam agimus per aduersa quæ nobis immittit. Domine probasti me & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam,& resurrectionem meam,vbi gl. Cognoscit Dominus sessionem nostram, & resurrectionẽ, quia ipse nobis donat. Sedent humiles in patientia,surgunt recti in spe vitæ æternæ. Item, sedent confitentes peccata sua,surgunt iustificati gratia eius. Dicamus ergo Deo, Tu cognouisti sessionem meam,scilicet,quòd in humilitate patiẽtiam habeo,& peccata confiteor. Tu cognouisti resurrectionem meam, quia per tuam gratiam iustificatus surgo, & in spem erigor æternę vitæ. Et hoc Deo dicere nihil aliud est quam eius dona cognoscendo sibi gratias agere. Quartum patet, quomodo enim peccata iustè iudicare posset, nisi clarè cognosceret illa,ideo dicitur, Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis. Et Hiere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? ego Dominus,&c. Quintum patet. Aliter enim bona opera iustorum præmiare nō posset, propter quod ipse ait, Ego cognosco oues meas,&c. Sexta patet, quia ipse nostram in aduersitatibus patientiam considerat. Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. Et Psalm. 46. Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. Per immaculatos intellige in aduersis seruantes patientiam.

Matth. 7. — Amos 3. — Psal. 137. — Psal. 13. — Psal. 43. — Ioan. 10. — Psal. 1.

686

Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

HIc ratione ostendit suam innocentiam. Vbi notandum, quòd istam litteram quidam exponunt de assumptione

ptione incarnationis, vt quia Deus præuidit innocentiam, & sanctitatẽ futurã humanitatis Christi, ideo illam ad unionem assumpsit hypostaticam, & illum impeccabilem fecit. Vnde hoc notans Christus, dicit. *Me autem suscepisti*, scilicet verbo vniendo, & rationem assignat, dicens. *Propter innocentiam*, scilicet meã futuram, quam præuidisti. *Et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum*. s. me faciendo impeccabilem. Sed ista expositio stare non potest, quia tunc in Christo præmium præcessisset meritum, ac et quia tunc meruisset, antequam eius anima fuisset, quod implicat contradictionem. Est ergo iste versus intelligendus de assumptione resurrectionis, vel ascensionis in cœlum, vt sensus sit iste. *Me autem propter innocentiam*. s. propter meritum innocentis vitæ meæ, quia sine peccato suscepisti me. s. in resurrectione conferendo mihi corpus gloriosum. *Et confirmasti me in conspectu tuo in aeternũ*, quia Christus in resurrectione reassumpsit corpus impassibile, & immortale, propter quod dicebat Apostolus. Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Non est autem hic intelligendum (sicut quidã putauerunt) quod in morte Christi humanitas eius à verbo fuerit dimissa, & in resurrectione reassumpta, propter ꝙ nunc homo Christus dicat verbo. *Me autem propter innocentiam suscepisti*. s. de nono ad vnitatẽ personæ. Quia licet morte Christi anima separata fuerit à corpore, anima fuerit in limbo, & corpus in sepulchro, tamen ipsi verbo & anima semper vnita remansit & corpus, quia quod semel assumpsit nunquam dimisit, vt dicit Damascenus. Sed fuit assumptus homo Christus ad gloriam, & immortalitatem corporis, quam ante resurrectionem non habuerat. Et de hoc Christus gratias Patri agens, dicit. Tenuisti manum dexteram meam, in volũtate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Vel potest hoc exponi de ascensione Christi, in qua gloriosus in cœlum fuit assumptus, vt dicitur Matth. vlt. Et Dominus quidem Iesus postquã loquutus est eis, assumptus est in cœlũ. Et quia assumptio sic est stabilis, vt nullus ibi assumptus amplius cadere pos-

Rom. 6.

Psal. 72.

A sit, quæ stabilitas per sedere significatur: ideo subdit. Et sedet à dextris Dei. Quod hic alijs verbis exprimit, dicens. *Et confirmasti me in conspectu in aeternum*. Et nota, ꝙ iste conspectus Dei tantæ est efficaciæ, quòd non solũ ante ipsum stantes confirmat, sed etiam in præsenti vita, & in futuro nos illuminat, expellendo ignorantiam, nos purificat nostram acceptando pœnitentiam, nos humiliat nostram ostendendo iniustitiã, nos beatificat nostram satiando conscientiam. Primo cõspectus Dei nos illuminat, &c. Si enim corpus solare suo conspectu tenebras expellit, quãto magis Deus suo

B conspectu nostras animas illuminat, vt ipsum Deum, & nosipsos cognoscamus? Viuemus in conspectu eius, sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dominum. Iste ergo est ille Dei conspectus nos erudiens, & illuminans, de quo ad litteram dicitur, Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo. Ex quibus nota, quòd conspectus Dei maximè hic de tribus nos illuminat, quæ per illa tria quæ in isto conspectu sunt posita designantur, scilicet mare, vitreum, & crystallus. Per mare, quod est

C salsum, & amarum, intelligit supplicij dãnatorum acerbitatem. Per vitrum autẽ, quod est fragilissimum, nostræ humanitatis fragilitatem. Per crystallum vero, ꝙ est album, lucidum, & diaphanum, intellige virtutum claritatem, puritatem, ac honestatem. Stantes ergo in conspectu sedis diuinæ efficiuntur mare, dum in illo conspectu intelligunt tormentorum amaritudinem. Efficiuntur vitrum, dum in illo conspectu intelligunt propriam miseriam, & fragilitatem. Efficiũtur crystallus, dum in illo conspectu solidantur ad virtutum claritatem, & stabi

D litatem, propter quod tales albis vestibus, scilicet virtutum dicuntur induti. Sunt stantes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis, &c. Secundò diuinus conspectus nos purificat. Quid enim stare ante cõspectum Dei, nisi per pœnitentiam, & lachrymas propria peccata lauare? Psal. 55. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Sic & in conspectu Dei Iob pœnitentiam suam agebat, dicens. In conspectu eius arguam vias meas, & ipse erit Saluator meus.

Osea 6.

Apoc. 4.

Nota.

Apoc. 7.

Iob 13.

Quod

1. Cor. 11. Quod ad propositum exponens Grego-
Gregor. 11. rius ait, cum Apostolus dicat, Si nosipmor. cap. 4. sos indicaremus, non vtique iudicare-
19. mur, eo tunc Dominus saluator inueni-tur, quo nunc per timoré Domini peccata nostra à nobismetipsis in conspectu ipsius redargnútur. Vnde electi quo que suis culpis nunquam parcere sciūt, vt possint culparum iudicem placatum inuenire, Saluatorem credunt, quem modo iudicem metuunt. Nam, qui sibi nunc in culpa parcit, ei postmodum in culpa non parcitur. Dicat ergo. Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit Saluator meus. Et infra, Sciendum quoque est, quòd duobus modis in conspectu Domini venimus, vno quidem quo hic peccata nostra subtiliter perpédentes in eius conspectu nos ponimus & flendo deijudicamus. Nam quoties conditoris potentiam ad sensum reducimus, toties in conspectu eius stamus. Vnde recte quoque per virum Dei Heliam dicitur. Viuit Dominus, in cuius conspectu sto. Alio quoq; modo in conspectu Domini venimus, cùm in extremo iudicio ante tribunal eius astamus, &c. Ideo quod iste conspectus nos ad pœnitentiam prouocet, & lachrimas,
Psal. 18. dicitur, Intret in cōspectu tuo gemitus compeditorum. Et per cōsequens iste conspectus nos facit immaculatos. Elegit nos vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Tertiò iste conspectus nos humiliat. Quis enim ante conspectum Domini considerans se iniustum, vilem, & inutilem seruum, nō humilietur? Quilibet enim quantumcunque iustus si ante cōspectum Dei se statuat, tanti sibi ipsi apparebit immun-
Iob 15. dus. Quid est homo vt immaculatus sit, & vt iustus appareat? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli nō
Gregor. 12. sunt mundi in conspectu eius. Quod
mor. c. 17. exponens Gregorius dicit. Cœlorum nomine homines iustos significauit, de quibus dicitur. Cœli enarrant gloriam Dei. Cœli ergo non sunt mundi in conspectu eius, quia per semetipsos ante districtum Dei iudicium nec ipsi esse mundi ad perfectum possunt, qui munditiæ
1. Ioan. 1. prædicatores fiunt, Ioanne attestante, qui ait: Si dixerimus quoniam peccatū non habemus, nosipsos seducimus. Si

E igitur cœli sic in conspectu Dei nō sunt mundi, quis quantumcunque iustus in conspectu Dei se ponens de iustitia præsumat, & non potius humilietur? Et hoc est, quod orabat Psalmista, dicens. Psal. 24. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quartò iste conspectus nos beatificat, quod ostenditur Psal. 16. cum dicitur, Io conspectu tuo satiabor, cum apparuerit gloria tua. Et Psal. 67. Iusti epulentur in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Sic ergo nunc & Christus ostendendo se immortalem,
F & gloriosum factum, dicit. *Confirmasti me in conspectu tuo in æternum.* Vel dicamus, quòd Christus ista omnia dicit in persona membrorum suorum, dicés. *Me autem*, id est, meos suscepisti propter innocentiam, & sanctitatem meam, & confirmasti, &c.

Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & in sæculum, fiat, fiat. 687

Hic ex omnibus prędictis Christus surgit pro se, & suis ad gratiarum actionem, dicens. *Benedictus*, &c. quáuis
G enim per creationem, & gubernationé sit Dominus omnium, tamé per verum Dei cultum erat specialiter Deus Israel quia gentes ipsum non colebant. *Fiat, fiat*, in Hebræo habetur, amen, amen. Notandum quòd secundum Hieronymū, liber Psalterij distinguitur in quinque libros, sic quod vbicunque in fine Psalmi dicitur fiat, fiat, quod idem est quod amen, amen, ibi est finis libri. Et secundum istam opinionem, hic finitur liber primus Psalterij. Secundus finitur in fine Psal. 71. Tertius finitur in fine Psal. 88. Quartus finitur in fine Ps. 105.
H Quintus finitur ibi, Omnis spiritus laudet Dominum. Quia in principio huius lectionis, Christus a Patre postulat resurrectionem suam, dicens. Tu autem Domine resuscita me, &c. Quæro vtrum Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis. Aegyd. dist. 43.

PSAL. XLI.

688 De pæ.d.1. resuscitamur.

QVemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te, Deus.

ESTE Psalmus talem habet titulum secundũ Magistrum in gl. *In finem intellectus filijs Chore.* Ad huius intellectum oportet recurrere ad illa, quæ sunt dicta in titulo Psalmi immediate præcedentis.f.qualiter filijs Chore, qui patris iniquitatem nõ fuerunt imitati, datus fuit à Deo spiritus propheticus. Vnde & multos Psal. fecerunt, quorum iste est vnus secundum Hieronymum. Item, vt ibi dem dictum fuit, Chore interpretatur caluaria, qui fuit locus Christi passionis, & crucis. Et sic per Chore hic intelligitur crux Christi, atque passio. Et sic filij Chore dicuntur filij crucis Christi, & passionis. Filij ergo caluariæ sunt alij calui, idest hominis Christi in caluo Helisæo præfigurati. Dum.n. Helisæus ascenderet de Hiericho in Bethel, vt habet 4. Re.2. Egressi sunt de Bethel quadraginta duo pueri irridentes Helisæum, & dicentes, Ascende, calue, ascende, calue. Tunc iussit Helisæus duos vrsos exire de saltu, à quibus pueri interfecti sunt. Ita spiritualiter. Cùm Christus ascenderet in Bethel.i. in carne assumpta, & veniret ad synagogam, quæ prius erat domus Dei, quod sonat Bethel, quæ domus Dei interpretatur, irrisus fuit à paruulis clamantibus, ascende, calue, idest, à Iudæis puerili fatuitate clamantibus. Tolle, tolle, crucifige eũ qui deuorantur à duobus vrsis, scilicet à Tito, & Vespasiano, quos Deus misit ad destructionem Iudæorum quadragesimo secundo anno post Christi resurrectionem, sicut illi pueri quadraginta duo fuerunt à duobus bestijs deuorati. Sic ergo filij Chore sunt, qui tropheũ Christi, idest, signum crucis in frõte cordis, & corporis susceperunt, quibus attribuitur psal. iste. Est ergo sensus tituli iste. *Intellectus* huius Psal. dirigens nos *in finem*, idest in Christum, conuenit *filijs Chore*, idest crucis, quæ in caluaria fuit. Conuenit enim iste psalm. omni

A Christiano, qui flamma diuinæ charitatis accenditur, de qua iste psal. agit. Est enim totus iste psal. vox fidelis populi Deum desiderantis charitatis amore accensi. De materia autem litterali istius psal. est notandum, ꝙ prædicti filij Chore spiritu prophetico prædotati longe ante præuiderunt captiuitatem Babylonicam populi Iudæorum factam tempore Iosiæ regis Iuda. Præuiderunt etiam populi Iudæorum captiuati magnũ desiderium liberationis ab illa captiuitate, & reuersionis ad terram propriam, & ad domum Dei.f. ad tẽplum, quod erat B in Hierusalem. Et sic iste psal. narrando historicè illorum desiderium, ostendit mysticè desiderium fidelis populi desiderantis liberari à captiuitate, & miseria præsentis vitæ, & perueniendi ad domũ Dei, scilicet ad cœlestem Hierusalem. Et primo narrabo historiam Psal. Secũdò intellectum historiæ. Quantùm ad primum, Psalm. iste diuiditur in partes duas. Quia primò ostenditur desideriũ liberationis. Secundo, tædium liberationis, ibi. *Fuerũt mihi lachryma mea,* &c. Dic vt Nic. de Ly. Quantum verò ad intellectum historiæ ille Psal. ait de iustorum C desiderio perueniendi ad Dei facialem visionem. Et diuiditur in partes duas. Quia ponitur primò iustorum desideratio. Secundò, desiderantium confortatio, ibi. *Quare tristis es, anima mea.* Prima in duas quia ponitur primò desiderij affectio. Secundò dilationis afflictio, ibi. *Fuerunt mihi.* Prima in duas, quia ad exprimendum iustorum desiderium primò ponitur quædam similitudo. Secũdò similitudinis applicatio, ibi, *Sitiuit.* Quantum ad primum ponit similitudinem de desiderio cerui ad fontes aquarum, & de desiderio animæ ad D Deum. Inter alias proprietates cerui (vt dicunt naturales) hæc est: ꝙ naribus trahit serpentes de cauernis suis, & ipsos interimit, quo facto, causa bibendi ardẽti desiderio fontem quærit. Sic conformiter & fideles consumptis in se vicijs, & peccatis fontem contemplationis desiderant, vt reficiantur. Vnde ait Magist. in glo. *Quemadmodum desiderat.* &c. Ecce exquisita similitudo. Nam cum secundum multas alias proprietates, ceruus fideli comparetur, ob hanc velut excel-

lentio-

lentiorem, & expressiorem hic in cōparationem adducitur. Ceruus enim grauatus excrescentibus cornibus, atq; pilis, serpentes naribus haurit, & ipsorum hausto veneno æstuat: vnde fontē ad bibendū ardentissimè desiderat, quo hausto, cornua, & vilos deponit, & cōsequenter applicat, vt dixi. Per cornua accipe peccata superbiæ, sed per pilos peccata carnis, quæ fidelis deponit bibens aquā fontis vitæ. s. gratiæ ex desiderio perueniendi ad Deū. Et aduertendum ꝙ multis proprietatibus ceruus significat diuersimodè iustos. Nam in Scriptura ceruus multa significat, quæ iustis competunt, scilicet prædicationē euangelicā, paupertatem voluntariam, pastoralem eminentiam, doctrinalem sapientiam, fraternalem amicitiam, fidelitatem catholicam. Primum patet, vt enim dicit Magister de proprietatibus rerum, ceruorum hoc est proprium, ꝙ naturaliter serpentibus inimicantur. Vnde spiritu eos narium de cauernis educunt, & sumpto veneno eorum, ipsorum pabulo reficiuntur. Quid enim serpentes, nisi infideles. & hæreticos designant, qui venenum falsæ doctrinæ, & peruersæ operationis emittunt ad filios inficiendum, quibus naturaliter prædicatio euangelica inimicatur, nō ratione personæ, sed veneni. Vnde ad hoc laborant prædicatores, vt eos de cauernis peccatorum abstrahant, & sibi eos incorporent per amorem. Vnde de ceruis prædicatorū, dicitur, Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa, &c. Quod ad propositum exponit glossa dicens. Vox Domini præparat ceruos, quando prædicatoribus quibusdam tribuit sapientiæ spiritum, per quem superant, & repellunt venenosas linguas hæreticorum. Et sic per eos reuelat condensa, idest, diuinitatis occulta. Secundum patet, nam, vt dicit liber de proprietatibus rerum, ceruus est tantæ agilitatis, quòd currendo, vel saltando, quasi terram non tangit, & in spinas saltando, eas non sentit, & pascitur summitatibus virgularum. Sic & quilibet voluntarius pauper est magnæ agilitatis, quia mente totus cœlestis, intantum quòd quandiu hic habitat, quasi terram vel terrena non tangit, dicens cum Apostolo. Habentes alimenta, & quibus

Cornu.

Psal. 17.

E tegamur, his contenti simus. Vnde & inter spinas, idest diuitias, saltans eas nō sentit, quia in ipsis cor non apponit. Summitatibus virgularū pascitur, quia prius cœlestem appetit cibum quàm terrenum. Vnde quilibet talis pauper dicit. Qui perfecit pedes meos tanquā ceruorum super excelsa statuens me. Vbi glossa perfecit pedes meos ceruorum currentium, ne scilicet fluentium rerū cupiditates impediāt gressus meos, idest, opera mea. Perfecit, inquam pedes meos, idest, amorem meum, quo ad ipsum vado. Tāquam ceruorum, scilicet F ad transeunda spinosa, & vmbrosa sæculi implicamēta. Et super excelsa statuit me, sup. in cœlestibus, non in terrenis intentionem in eam locauit. Vnde quilibet voluntarius pauper dicit, Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos sicut ceruorum, & super excelsa deducet me. Tertium patet, scilicet de ceruo, qui est pastor. Ceruus enim naturaliter montes quærit, & diligit aquas. Sic & quilibet prælatus, vt ceruus in mōtibus contemplationis, & perfectionis vitæ debet habitare, & inde haurire aquas sapientiæ. Vnde de prælatis dicitur. He- G rodij domus dux est eorum, montes excelsi ceruis, petra refugium herinacijs. Vbi secundum glo. Herodius auis rapacissima est, & omnium volantum maior, qui etiam aquilam vincit. Et sic per Herodium intelligitur tribus Beniamin, de qua fuit Paulus, de quo dicitur. Beniamin lupus rapax mane rapiet prędā, & vespere diuidet escas, quia Paulus in sua adolescentia persequutus est ecclesiam, & postea spolia rapuit, scilicet à diabolo, prædicando. Domus ergo Herodij, idest, Paulus de tribu Beniamin dux est eorum ceruorum, scilicet prælatorū, H quia non tantum suis meritis, & exemplis prælatis ducatū præstitit, sed etiam eis singularem viuendi regulam conscripsit, vt patet 1. Timoth. 3. Montes excelsi ceruis, quia excelsa scripturarum precepta ceruis, idest, prælatis, qui transcendentes suo cursu omnia spinosa sæculi in altis mente conuersantur. Vel mōtes sunt altiora scripturarum præcepta, quę prælati præ cæteris obseruare debent. Et petra refugium herinacijs. Per petram accipe Christum, quia petra erat Christus.

Psal. 17.

Habac. 3.

Psal. 103.

Gen. 49.

Herinaciũ.

stut. Per herinacium autem, vel hericiũ, animal spinosum, & timidum, accipe diuites huius sæculi, qui alta tenere non possunt. Quibus tamen refugium factus est Christus, quia si pauperes extollit, non tamen diuites expellit. Istos tales ceruos, idest prælatos, subditi sibi incorporare debent per imitationem, Et hoc est, quod cuilibet subdito dicitur. Ceruum comedes duntaxat absque esu sanguinis, quem effundes super terrã. Et notanter dicit absque esu sanguinis. Per sanguinem significatur peccatum, vt ait Gregorius. Quia si contingat prælatum quandoque peccare, in hoc ipsum imitari non debet. Quartum patet de ceruo. s. qui est doctor spirituali eruditus sapientia. Dicunt naturales, quod cum cerua parere vult, se incuruat, & cũ magno dolore filios parit. Sic & sancti doctores, vt filios spirituales pariant, à spirituali contemplatione se incuruãt, subditis condescendendo cum magno dolore pariunt, cadentibus compatiẽdo, & timendo de stantibus, ne cadant, vnde de doctoribus sub ceruarum nomine dicitur: Nunquid parturientes ceruas obseruasti? incuruantur ad fœtum, & pariũt & rugitus emittunt. Quæ de doctoribus exponit Gregorius diffuse. Vnde de doctore qui prædicationis eloquio alios habet filios cõcipere, & parere dicitur. Genesis quadragesimo nono Nephthalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. Nephthalim enim qui interpretatur cõuertens eos significat doctores, qui sua doctrina hos ad Christũ satagunt conuertere. Quintum patet. s. de ceruo amicitię, vel amico, qui dicitur quilibet homo misericors proximis, & pius. Nam vt dicit Magister de proprietatibus rerum. Cerui tantam humanitatẽ ad se inuicem habent, quod quando magnam aquam habent transire, fortiores debilioribus compatiuntur, sic. s. quod cerui debiliores capita cornibus præcedentium superponunt, & sic sibi inuicẽ succedentes nullum laborem oneris sentiunt. Quo ergo exemplo charitatis amicitia potest demonstrari, quàm exemplo cerui, qui in submersionis periculo potentior iuuat infirmum ne pereat? Et hinc est, quod ipse ceruus dicitur animal charissimum à charitate, & gratissi-

Deut. 12. *Greg. li. 13. mor. c. 10.* *Iob 37.* *Greg. li. 30. mor. c. 20.* *Gen. 49.* *Compassio proximi.*

A mum à gratia. Prou. 5. Cerua charissima & hinnulus gratissimus: vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore illius delectare iugiter. Ergo, charissimi, ceruorum exemplo omnibus compatiamur, & infirmos quantũ possumus, adiuuemus, & tunc ante Deum sicut cerui saltantes ascendemus. Esa. 35. Tunc saliet sicut ceruus claudus. Claudus dicitur ille, qui compassionem, quam in affectu gerit, ad proximum per effectum ostendere, non potest. Sextum patet. s. de ceruo fidelitatis, qui est quilibet fidelis, & iustus, qui toto corde desiderat videre faciem Dei. B De quo præsens textus intelligitur cum dicitur. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes, &c.*

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando ueniam, & apparebo ante faciem Dei?

689 De pæ. d. 1. si antequã.

Hic ponitur similitudinis applicatio. Nota q hic textus variatur: quia aliqui dicunt. *Sitiuit anima mea ad Deum viuum.* Sed in translatione Hieronymi iuxta Hebraicam veritatem, fontem, ibi non ponitur, sed vitio scriptorum C in libris nostris communiter additur, & dicitur *ad Deum fontem*, &c. vel ex imperitia aliquorum correctorum, qui posuerunt ibi *fontem*, eo q in præcedenti versiculo ponitur, quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ. Sciẽdum q sitis desiderium significat tam in bono quàm in malo. De siti mala dicitur de auaro. Exardescet contra eum sitis. i. desiderium, & amor terrenorum. Vnde dicta verba exponens Greg. ait. In eius quippe animo contra eum exardescit sitis. s. auari, quia quo agere peruersa consueuit, eo ad ebibenda mala vehe D mentius accenditur. Impio quippe sitire est huius mundi bona concupiscere. Vnde Redemptor noster ante Pharisæi domum hydropicum curat. Et cùm contra auaritiam disputaret, scriptum est, Audiebant aũt hæc omnia Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Quid est ergo, q ante Pharisęi domum hydropicus curatur, nisi q per alterius ægritudinẽ corporis in altero exprimitur ægritudo cordis? Hydropicus quippe quo amplius biberit, amplius sitit, quia omnis

Sitire. i. Desiderare *Iob 18.* *Gregor. 14. mor. c. 5.* *Luca 16.*

omnis auarus ex potu sitim multiplicat: quia cum ea, quæ appetit, adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat. Qui enim adipiscendo plus appetit: huic sitis ex potu crescit. Significat etiã sitis quandoque desiderium bonum, sic enim dicebat Christus. (*Matth.5.*) Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, idest secundũ glo. desiderant iustitiam. Sic & Christus ardens desiderium nostræ salutis siti significat, Ioan. 19.d. Sitio, idest desidero salutem humanam. Et sic conformiter sitim pro bono desiderio accipit Psalmista dicẽs. *Sitiuit anima mea ad Deum,* &c. gl. Idest desiderat aĩa mea ad te Deus. Et quid sitiuit, vel desiderauit, subdit. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* (*Philip.1.*) Quasi cũ Apostolo diceret. Cupio dissolui, & esse cum Christo, quia sitio in peregrinatione, satiabor in aduentu. Et notanter dicit, *ante faciem,* quia in præsenti solum dorsum Dei videmus, quia solũ per creaturas ipsum cognoscimus, sed in futuro faciem videbimus, quia videbimus eum, sicuti est. Idcirco cum Moyses oraret Dominum, dicens. (*Exod. 33.*) Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te. Respondet Dominus, Non poteris videre faciem meam, nõ enim videbit me homo, & viuet. (*Facies. Incarnatio.*) Vel aliter. Desiderando videre faciem Domini, quid aliud desiderabant, nisi Christi incarnationem, quæ recte per faciẽ designatur. Dicit.n. Philosophus. (*Philos. lib.1. de animalibus.*) Non est rectum, vt in aliquo vocetur facies, nisi in homine. Et quia Christus verus fuit homo: ideo proprie facies vocatur, quam faciem optabat Psalmista dicens, (*Psal.79.*) Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Hæc autem facies non videbatur à nobis, donec apparuit Christus: cuius visionem maxime desiderabant patres antiqui. Nec mirum, quoniam sicut dicit Augustinus. (*August. 8. de trinit.*) Bona facies tria continet, quia scilicet est dimensa pariliter: affecta hilariter, & colorata luculenter. Sic & natura humana in Christo assumpta fuit dimensa pariliter.i. proportionaliter, & correspõdenter, quia singulæ eius partes.s. tam corpus quàm anima, & earum virtutes sibi debitè correspondebant, non sicut in nobis, vbi pars inferior superioris proportionem excedit. Erat etiam quo ad bonos affecta hilariter. Vnde de ista fa- (E) cie dicitur. Dignos seipsa circuit, & in vijs ostendet se illis hilariter. (*Sapien.6.*) Fuit et colorata luculẽter, quia nullus color videtur faciei conuenientior, quàm ille, de quo Can.5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Sed in ista facie lucebãt illi duo colores. Quantum ad candidum patet per illud Sapien.7. Candor est lucis æternæ, &c. Quantum ad rubicundum patet consideranti Christum pro nobis sanguine cruentatum, vt sibi competat illud.1.Reg.16. Erat autem rufus, & pulcher aspectu.

(F) *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* (690 — *11.q.3. ad mensam.*)

HIc ponitur dilationis desiderati afflictio: affligitur autem iustus in præsenti vita ex tribus, scilicet propter præsentis vitæ miseriam. Secundo propter status perditi memoriam ibi. *Hæc recordatus sum.* Tertiò propter æternæ felicitatis lætitiam, ibi. *In voce.* Quantũ ad primum sciendum, ꝙ vita iusti in præsenti vita semper est in luctu, & miseria, quia si prospera mundi sibi arridẽt, illa (G) despicit: si aduersa, in illis gemit. Et hoc notat dicens, *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte.* Nam per diem, intelligit prospera mundi: sed per noctem, aduersa. Vnde ipse dæmon nos dicitur impugnare tã de die quam de nocte: quia tam in prosperis quàm in aduersis semper nos Deo culpabiles conatur reddere. Vnde Gregor. dicit. (*Gregor. 2. mor. c.9.*) Scriptura autem sacra sæpe diem pro prosperis, noctem autem pro aduersis ponere consueuit. In die autem, & nocte nos insequitur dæmõ, & accusat, quia modo nos in prosperis, modo in aduersis accusabi- (H) les ostendere contendit. In die accusat, cum prosperis male nos vti insinuat. In nocte accusat, cùm in aduersis nos non habere patientiam demonstrat. Et nota, quòd per tales lachrymas habitas tædio vitæ præsentis, diuina sapientia eruditur homo ad Deum magis cognoscendum & seipsum, talis autem eruditio, & sapientia panis in scriptura dr. Cibauit illum pane vitæ, & intellectus. (*Eccles.5.*) Et ideo hoc notans, has lachrymas panes vocat, d. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes,* &c.

Quia

Quia per has lachrymas se cognoscit à Deo peregrinari. Ideo causam harum lachrymarum ostendit. d. *Dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* q.d. inde sunt lachrymæ, quia à Deo elongatum me video. Ex hoc enim vult ostendere talium lachrymarum vtilitatẽ. Vbi nota quòd philosophus dicit, quòd aqua pluuialis magis est fructifera, & magis cõuenit plantis, quam aqua fontis, vel fluminis. Et nihil vniformiter benè crescit, nisi aqua pluuiali imbibatur. Similiter duplex est aqua lachrymarum, scilicet aqua pluuialis. s. lachrymæ, quæ veniunt pro desiderio cœlestis patriæ, & aqua fontis, vel fluminis. s. lachrymæ emissæ pro amissione terrenorum. Et primæ lachrymæ sunt fœcundantes, sed non sic aliæ. Vnde ait Psal. Cibabis nos pane lachrymarum. Dum ergo intellectus, & affectus vident se elongatos à Deo, & dicũt interius: *vbi est Deus tuus?* tunc lachrymæ erumpunt.

Philosophus 7. de animalibus.

Aqua lachrymarum duplex.

Psal. 79.

691 *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.*

OStendit hic suam afflictionem ex status perditi memoria. Quis. n. considerans statum in quo primus homo fuit creatus, in quo nihil pœnæ, vel molestiæ, sed omnia erant ordinata ad votum, ibi angelorum beatorum consortium, ibi Deus præsens videbatur, & statum, in quo modo sumus lapsi, miseria plenum & ignorantia, qui non nisi per mortem terminatur, quis enim ista recordans non gemat? non affligatur? Et hoc est, quod hic dicit iustus. *Hæc recordatus sum*, scilicet primum statum, & istum. *Et effudi in me animam meam.* Effunditur anima, quando dilatatur ad cogitandum, vel orandum. Sic & iustus cogitans mundi miserias, dilatat animam suam, vt Deum quærat, & non valens hic Deum inuenire, recurrit ad fidem, vt, si Deum hic videre nõ possit per speciem, saltem ipsum contempletur per fidem, quousque perueniat ad claram visionem: propter quod dicit. *Quoniam introibo in locũ tabernaculi admirabilis*, &c. Vbi nota, quòd differentia est inter domum, & tabernaculum: Quoniam domus dicitur mansio firma. Tabernaculũ autem mansio transitoria, sicut mansiones, quæ fiunt in campis armorum, vel quas sibi faciunt viatores ad manendũ per breue tempus. Et sic tabernaculum significat ecclesiam militantem, quę cõtinuè est in peregrinatione: Domus autem significat ecclesiam triumphantem, quæ stabilis manet in termino. Vnde de ecclesia militante, in qua nobiscum manet Deus per fidem, & gratiam, dicitur Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis. De domo autem ecclesiæ triumphantis, vbi secundum diuersitatem meritorum præmia dantur, dicit Christus. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Iustus ergo in tot aduersitatibus positus sibi hoc statuit, vt stet in tabernaculo militantis ecclesiæ per fidem, donec veniat ad domum triumphantis. Et hoc est, quod dicit. *Quoniam introibo in locum tabernaculi admirabilis.* s. per fidem, & verè admirabilis propter mirabilia in fide, & ecclesia cõtenta. Et quãdiu stabo in hoc tabernaculo declarat. d. *Vsque ad domũ Dei.* i. vsquequò perueniam ad domũ patrię.

Recordari.

Domus. Tabernaculum.

Tabernaculum est ecclesia militans.

Apoc. 21.

1. Ioan. 4.

In uoce exultationis, & confessionis, sonus epulantis. 692

HIc consequenter affligitur iustus considerando æternæ fęlicitatis lætitiam, à qua peregrinatur. Vbi ostendit quod in æterna gloria est exultatio, quia *in voce exultationis.* Psal. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur &c. ibi est gratiarũ actio, quia *in voce confessionis.* Psal. Confitebor domino nimis in ore meo, in medio multorum laudabo eum. Ibi est æterna satietas, & refectio, quia *sonus epulantis.* Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Quia in toto isto psal. agitur de desiderio iustorum, quo Deum appetunt videre beatifice, ideo quęro generaliter vtrũ omnes homines appetant beatitudinẽ veram. Aegyd. dist. 49.

Psal. 67.

Quæstio.

Quare tristis es, anima mea, & quare conturbas me? 693

11. q. 3. existimant.

HIc cõsequenter ponitur iustorum confortatio. Et diuiditur in partes duas. Quia ponitur primò confortatio.

Secundò

Secundò eiusdem explicatio, ibi. *Quare tristis es anima?* Prima in duas. Quia primò super hoc mouet quæstionem. Secundò ponit responsionem .ibi. *Spera in Deo.* Quantum ad primum notandum, quòd anima secundum philosophos est triplex, scilicet vegetatiua, sensitiua, & intellectatiua, quæ triplex in homine continetur, vel ipsarum operatio sed duæ primæ.s. vegetatiua, & sensitiua actus suos habent in carne, & sensibus corporalibus, tertia autem actum suum in seipsa retinet interius. Ad propositũ ergo, quia ex aduersis, & miserijs mundi anima exterior, idest sensualitas turbatur, quæ turbatio etiam displicentiam infert rationali animæ, ideo ipsa anima rationalis, vel ipsa ratio confortans sensualitatem, sibi loquitur.d. *Quare tristis es, anima mea.* &c.q.d. Transibi vsque ad tabernaculum Dei per veram fidem, & spem, quibus indubitanter transibo ad domum patriæ. Si ergo hoc fide credis, spe tenes, quare ergo tristaris? q.d. non debes tristari, sed patienter expectare. Istorum enim consideratio summè valet ad omnem tristitiam remouendam. Notant naturales, & medici, quòd aurũ verum, & falsificatum licet exterius in apparentia æqualiter lætificent aspectũ tamen in hoc differunt, quia aurum verum in medicinis positum infirmum habet conforare, & lætificare, sed aurum artificiale magis grauat infirmum, & eũ turbat. Sic est de auro gloriæ Dei & gloriæ mũdi, quia licet vtraq; videatur delectabilis, & placida, tamen gloria Dei, quia vera gloria, ostensa infirmo & tribulato statim ipsum confortat & lætificat, gloria verò temporalis per oppositum, ideo ratio sensualitatem volens consolari, ei gloriam Dei proponit dicens vt sequitur.

Anima triplex.

Tristitia.

Aurum verum & falsificatum.

694 *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.*

Hic ergo respondet ad motam quæstionem ostendens, q hic turbari non debemus, sed omnia expectando Deum patiẽter tolerare. Et ad hoc multa nos debent inducere, quæ hic ponit.s. primò habita de Deo confidentia, in E principio. Secundò plena de seipso diffidentia: ibi. *Ad meipsum.* Tertio vtriusq; legis consonantia, ibi. *Abyssus abyssum.* Quartò aduersitatum pœna transitoria ibi. *Omnia excelsa.* Quintò impensa in pœnis misericordia, ibi *In die mandauit.* Sextò ostensa nobis Christi patientia. ibi. *Apud me.* Septimò impensa nobis Dei beneficia, ibi *Quare oblitus.* Octauò exquisita diaboli malitia, ibi. *Dum confringuntur.* Quantum ergo ad primum ostendit, quòd nos consolatur, & fortificat in aduersis confidentia, & spes habita in Deo, sicut infirmum cõfortat spes F habita in medico. Cuius ratio est, quia ipsa spes est sicut anchora quædam firma, qua nauis animæ nostræ firmatur, quandiu sumus in magno mari huius mundi. Vnde Chrysost. in de repaiatione lapsi. Spes est nostræ salutis anchora, & vitæ nostræ fundamentum. Accedamus ergo ad tenendam propositã spem, quam sicut anchoram habemus. Ad anchoram autem spectat firmare, & stabilire nauem, ne à fluctibus rapiatur. Dicit enim Ambr. quòd Echinus.s. animal marinum exiguum, vile, ac despicabile, cũ procellam ventorum præsenserit, calculum validum arripit, eumque tanquam G anchorã trahit, ne excutiatur fluctibus. Itaq; non suis se liberat viribus, sed alieno stabilitur pondere. Sic & nos, imminente tempestate tentationis, vel aduersitatis huius mundi eripiamus calculũ illum, de quo Apoc.2. dicitur. Dabo calculum candidum, & in calculo nomen meum scriptum.i. Christum, & huic fortiter inhæreamus in ipso sperantes, & non in viribus nostris, ne inundatione fluctuum moueamur, quoniam scriptũ est. Qui confidunt in domino sicut mõs Sion, nõ commouebitur, &c. Et hoc hic H facere docet confortans seipsum & d. *Spera, in Deo,* &c.q.d. Si anima dicat ideo conturbor, quia ibi non sum, quò desiderio tendo, & ideo grauor, non sic, *sed spera in Deo,* scilicet interim, quẽ si modo plenè non habes, in futuro tamen plene ipsum habebis, cum illum videbis, sicuti est. Interim ergo confitebor illi per fidem, sed quid confitebor subdit, quia ipse.s. Christus *est salutare vultus mei,* s. q salus mea non est ex me, sed è Christo, *salutare vultus mei,* idest, ex forma mea, quam

Spes.

Anchora.

Chrysost.

Ambrosius homil. 5. hexamer.

Apoc. 2.

Psal. 124.

quàm assumpsit,& etiam est Deus meus ratione verbi, quod humanitatem nostram suscepit. Et sic confitebor, quòd in se Deus est, & homo.

695 *Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico.*

16.q.3.ca.vlt.

HIc ostendit, quòd vt confortemur in aduersis, sicut ideo debemus habere plenam confidentiam, sic in nobis plenã diffidentiam, quia omnis nostrã tribulatio est ex nobis, sed cõsolatio ex solo Deo. Ex nobis sunt conturbationes, sed ex Deo finis earum. Primã partem ponit. d. *Ad meipsum anima meã conturbata est.* q.d. Anima tristis est. s. à me, quæ à Deo reficitur. Non est mihi firmitas uel spes in me, ideo non præsumo de me, sed sperabo in Deo. Spera in Deo, & fac bonitatem &c. Et hoc est quod subdit. *Propterea memor ero tui.* i. tuarum miserationum, vnde festinò ad te, qui excludis omnia mala. Ecce ergo remediũ, quo euadat tribulationes, non in seipsó confidere, sed in Deo. Quo autem confidendum sit in Deo, hic ostendit, quod hoc est per memoriã eius beneficiorũ, & exemplorum, quibus omnia peccatã liberè relaxat, & ad veram humilitatis formam inducit. Et hoc est quod subdit. d. *Memor ero tui, &c.* Vbi notandum, q per Iordanem, in quo Christus fuit baptizatus, & virtus lauandi animas aquis tradita, significatur baptismus, in quo omnia peccata remittuntur, in quo & virtutes infunduntur, quibus anima fit terra fructifera per productionem meritorum. Dicit ergo. *Memor ero tui de terra Iordanis,* i. de beneficio baptismi, vbi fit remissio peccatorum, quem tamen dico terram, quia de terra Iordanis, quia ex hoc homo fit terra fructifera reddés fructum meritorum trigesimum, vel sexagesimum, vel centesimum. Et hoc nõ sufficit recordari nisi & sim memor humilitatis Christi, ipsam imitando. Hermon namq; est mons quidam iuxta Iordanẽ, modicus quidem, sed fructuosus multum. Et significat Christũ, qui mons fuit luminosus per sapientiam, sed modicus per humilitatem, & fructuosus per

Ps.36.

Memorari. Iordanis Baptismus. dicitur.

Hermon.

spiritus sancti missionem. Quid est ergo, *memor ero Hermonij à monte modico*, nisi memor ero humilitatis Christi, ipsam imitando? quòd enim per montem Hermon Christus significetur, quia rore spiritus sancti dotauit ecclesiam, patet psal. 13. vbi dicitur. Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Nomen est intelligendum materialiter, q ros de mõte Hermon descendat in montem Sion, tum quia mons Siõ de multo est altior, tum quia isti montes multum ab inuicem distant. Sed mons modicus Hermõ est Christus, mons vero Sion est ecclesia. Ros ergo, idest, gratia spiritus sancti descendit à monte Hermõ, idest, à Christo in montem Sion, idest, in ecclesiam, & etiam, quia spiritussanctus à Christo missus realiter descendit supra apostolos existentes in monte Sion. Ad propositum vult ostẽdere, q prædictorum memoria nos fortificat in aduersis. Vel aliter exponunt aliqui. Nam Hermon, qui est mons modicus interpretatur anathematizatio, & significat illa, quæ in Iordane, idest in baptismo promisisti, ibi enim anathematizasti diabolum, mundum, & pompas eius, ipsis abrenunciando, ibi te promisisti modicum facere. i. humilem, & Deo subiectum. Dicit ergo *Memor ero tui de terra Iordanis.* i. beneficij remissionis peccatorum in baptismo factæ. Memor ero etiam eorum, quæ tibi promisi ibi, quia memor ero *Hermonij.* i. anathematizationis, qua renũciaui diabolo, mũdo &c. ac et *à monte modico*, quia promisi me facere montẽ per constãtiam fidei, & modicũ per humilitatẽ.

Psal.13.

Abyssus abyssum inuocat, in uoce catarrhactarum tuarum. 696

23.q.5.c.1

HIc ostendit, q ad patienter aduersa toleranda nos inducit utriusq; testamenti cõsonãtia. Vbi nota, q abyssus dicitur secundum grammaticos altitudo, vel profunditas aquarum, quæ tanta est, q videri non potest. Vnde dicitur ab, ab, quod est sine, & visus quasi sine visu. Et quia scripturarum profunditas tãta est, q à nobis penetrari non potest, ideo scriptura nuncupatur abyssus, quam sola Dei sapientia penetrare potest, ipsa, dicente. Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui.

Abyssus.

Eccl.24.

Ista ergo abyssus scriptura duas partes habet, s. antiquum testamentum, & nouum, quarum quælibet nos docet patiétiam in aduersis tenere, & q aduersa sũt signa diuini amoris. Vnde in prima parte huius abyssus, s. in antiquo testaméto dr. Beatus homo, qui corripitur à domino. Increpationem ergo domini ne reprobes, quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt, & Iudit. 8. Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. In hoc etiam concordat nouum testamentum. Ego, quos amo, corrigo, & castigo, & Flagellat aũt Deus oẽm filiũ, quem recipit. Hanc ergo cócordiã abyssi scripturarum ad nostram confortationẽ prævidens psal. dicit. *Abyssus abyssum inuocat.* gl. idest euangelium, & lex in hoc concordant, quia lex confirmatur per euangelium, & econtrario. Et hæc inuocatio fit *in uoce catarrhactarum tuarum*, idest, secundum glo. per doctrinam Apostolorum, & prophetarum, de quibus fluenta Dei manant. Nam catarrhactæ cœli dicũtur fenestræ cœli, quæ per quasdam similitudines videntur aperiri in uoce tonitrui, & fulguris, & magnarum pluuiarum. Dicuntur ergo prophetæ, & Apostoli catarrhactæ, quia ex eis fluxit aqua pluualis, scilicet sanctarum scripturarum, fulgura miraculorũ, & tonitrua comminationis tormentorum.

Iob 5.
Apoc. 3.
Heb. 12.

697
7. q. 1. aduersitas.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui super me transierunt.

Hic ostendit habendam patientiam ratione breuitatis pœnarum, quia omnia mundi aduersa sunt breuia, & citò transeunt. Et hoc est, quod dicit *Omnia excelsa tua;* vbi secundũ gl. per excelsa intellige omnes aduersitates maiores, & pœnas, sed p fluctus, minores. Vel per excelsa intellige aduersitates ab excelso, scilicet Deo immissas, per fluctus autem aduersa à mũdo vel diabolo procurata. Et tamen omnia transeunt, & si patienter tolerentur, ad perpetuum refrigerium ducunt, iuxta illud Ps. 65. Trãsiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Sic & per oppositum omnis mundana delectatio faciliter trãsit, sed ad perpetuam pœnam deducit. Transit mundus, & concupiscentia eius.

1. Ioan 2.

Si ergo faciliter aduersa transeunt, ergo sunt patienter toleranda. Et hanc rationem facit Psalmista hic. d. *Quoniam omnia excelsa tua, & fluctus tui super me.* s. immissa *transierunt*, i. transibunt, ponit enim præteritum pro futuro propheticã certitudine.

In die mandauit dominus misericordiã suam, & nocte canticum eius.

698
24. q. 1. nõ turbatur.

Ostédit hic, quòd misericordia Dei in pœnis nobis immissa ad patientiam in aduersis habendam nos inducere debet. Vbi notandum, quòd per diem intelligit prospera, & per noctem aduersa. Et tam in die prosperitatis, quàm in nocte aduersitatis omnia ad salutem nostram disponit. Quia in die prosperitatis mandauit nobis misericordiam suam facere. s. alijs subuenire, vt. quilibet alteri misereatur secundum facultatem suæ prosperitatis. Sic enim præcipitur Tobiæ 4. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiã illud libenter impartire. Ideo enim dié prosperitatis alicui dat Deus, ut tanquã dispensator misericordiã faciendo alios illuminet. Et hoc est, quod dicit. *In die mandauit Dominus misericordiam suam.* s. alijs fieri. Et hoc est magis ad utilitatem dantis, quàm recipientis. Et per consequens diem ad salutem nostrã disponit, similiter & noctem. Ideo enim immittit aduersa, vt nos corrigat, & purget à peccatis, & per cõsequens adoptet in filios, qua nulla lætitia maior esse potest, quia nulla gratia maior, propterquod dicebat Apostolus. Gloriamur in tribulationibus scientes, quòd tribulatio patiẽtiam operatur, patientia autem probationẽ, probatio autem spem, spes autem non confundit. Sic igitur in aduersitatibus gaudere debemus finem considerantes. Et hoc est, quod dicit, *Et in nocte mandauit canticum eius*, quia in tribulationibus præcepit exultare in ipso.

Aduersitas
Prosperitas
Misericordia Dei.

Rom. 5.

Apud me oratio Deo uitæ meæ, dicam Deo, susceptor meus es.

699

Consequenter hic ostédit, quòd ad tolerantiam aduersorum nos indúcit ostensa nobis patientia Christi. Vbi

nota

nota, q̀ Christus suscipiendo hominem, suscepit omnes infirmitates nostras, & defectus, sola ignorantia excepta. Et in omnibus aduersis exemplum nobis patientiæ dedit. Tanquam agnus ad occisionem ductus est &c. Et 1. Pet. 2. Qui cũ malediceretur, non maledicebat, &c. qđ Psalmista spiritu preuidens prophetico, ipsum Christum futurum in exemplum sibi proponit, Cogitans quòd Christus suscipiet hominem, & pauper erit, non habens quid Deo offerre possit, nisi seipsum, & patiẽtiam in aduersis, eodem modo eius exemplo & ego facere debeo. Et hoc est quod dicit. *Apud me oratio Deo uitæ meæ*, quasi dicat. In his omnibus tribulationibus, domine, Deus noster, non habeo quid tibi offeram, nisi orationem meam, & uitam meam, quæ est apud me, & nõ extra me, quia intus habeo, quod offeram tibi, non de longinquo offeram tibi thura, & aromata, non de grege uitulum, vel arietem. In me est, quod tibi offeram. s. oratio uitæ meæ. i. uoluntaria oblatio uitæ meę quam per aduersitates offero tibi probandam. Et hoc exemplo Christi, qui seipsum obtulit Deo patri. Et hoc est, quòd subdit, *Dicam Deo, susceptor meus es*. Quia sicut suscepisti Christum in aduersitatibus patienter, ita sperando tibi dicam, *susceptor meus es*.

Esa. 53.

Christus.

Oratio. Christi.

700 *Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus.*

HIc consequenter ostendit idem ex beneficijs nobis in aduersitate impensis. Hoc enim ostendit per modum cuiusdã querelæ dicens deo. *Quare oblitus es mei*. i. quare pateris me nunc his miserijs vexati? quare sic prolongasti in colatum meum. Videbat enim iste, q̀ sit dulcedo patriæ, & quanta sint pericula mundi, quæ horrebat. *Et quare tristis incedo*, &c. Hic loquitur secundum sensualitatem, quæ has horret difficultates. Et hoc est petere, quare sic ordinasti, quòd solum per tristitiam, & aduersitates incedamus ad patriam? Incedimus enim tunc maxime ad patriam, dum nos inimicus affligit, scilicet diabolus tentando, mundus alliciendo, caro, spiritui repugnando. Et hoc est quod dicit. *Quare tristis incedo*, &c. ad patriam, & maximè dum affligit inimicus triplex prædictus. Proponit ergo quęstionem, & ipsam tanquã claram ex dictis supra, ibi. *In die mandauit*, &c. ipsi non respondet. Et responsio stat in hoc, quia tales miseriæ, & aduersitates inter magna Dei beneficia computantur, quia si patienter tolerentur, culpas purgant, augent merita, & ad uitam transmittunt æternam. Sicut enim mali prosperitatibus ad infernum trahũtur, sic ecõtrario boni aduersitatibus tẽdunt ad patriam, unde Greg. dicit. Quis quis in uia præsenti recta agit, & aduersa sustinet, laborare quidem ex aduersitate cernitur, sed ad benedictionem hæreditatis perpetuæ consummatur. Quisquis verò peruersa agit, & tamen prospera recipit, seq; à malis actibus nec donorum largitate compescit, prosperari quidem conspicitur, sed reatui perpetuę maledictionis ligatur. Si ergo iustus à Deo quærat, *Quare oblitus es mei*, &c. Ei respõdet Deus, ut te ad patriam ducam. Arcta est enim uia, quæ ducit ad uitam, &c. Matth. 7.

Gloria aeterna.
Aduersitas
Prosperitas

cap. 30.
Gregor. 16.

701 *Dum confringuntur ossa mea, ex probrauerunt mihi, qui tribulant me, inimici mei.*

INducit hoc idem hic ex exquisita diaboli malitia. Tanta est. n. diaboli malitia, q̀ ad hoc solum nobiscum in aduersitatibus certat, vt nos peccare faciat per impatientiam, & ex hoc nos ad damnationem trahat. Si ergo hostis malitiam cognoscimus, oportet nos contra ipsum armis patientiæ munire, propter quod dicitur. Aduersarius vester diabolus, tanquam Leo rugiens, circuit quærens, quẽ deuoret, cui resistite fortes. Et quanto fortiores superat, tãto amplius exultat. Et hoc est, quod dicit. *Dum confringũtur ossa mea*. Quid. n. per ossa in quib. fortitudo corporis consistit, nisi uiri fortes in ecclesia, & virtuosi designantur? in quibus maximè Deus laudatur, propter qđ Deo dicit ecclesia. Oĩa ossa mea dicent, Dñe, quis similis tui, quia nullus quãrũcunq; iustus Deo potest assimilari. Quãdo ergo diabolus aliquem iustum ad impatientiam per aduersa ducere potest, ei dem improperando lætatur. Et hoc est

1. Petr. 5.

Ossa.

quod dicit. *Dum confringuntur ossa mea*, idest dum viri fortes ecclesiæ, & iusti per impatientiam franguntur, tunc *Exprobrauerunt mihi, qui tribulant me, inimici mei*, scilicet dæmones. Et, si quæras, quid exprobrando dicunt? consequenter ostenditur, cum dicitur.

702 *Dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? quare tristis est anima mea, & quare conturbas me?*

15. q. 5. nemirum.

SIc enim loquitur diabolus, ut ad casum ducat in aduersis. *Vbi est Deus tuus?* Hoc enim maximè in tentationib. ecclesiæ dicitur fidelibus, *Vbi est Deus tuus?* q. d. Deus tuus nullus est, vel Deus tuus de te non curat, liberet te si potest. Sed quia ex hoc turbatur sensualitas, ideo ipsam increpat ratio, dicens, *Quare tristis es anima mea?* &c. vt versic. 693.

703 *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus.*

VT suprà versic. 694. Quia vt dictũ est, totus iste psal. agit de beatitudine, ad quam per aduersa tendimus, Quæro virum omnes iusti in cælo sint æqualiter beati. Aegidius dist. 49.

Quæstio.

PSAL. XLII.

704 *IVdica me, Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo, & doloso erue me.*

De consecr. d. 2. credere

PSALMVS iste talem habet titulum. *In finem psalmus David*. Hic per David secũdum Magistrum in glo. intelligitur Christus, non vt caput ecclesiæ, sed vt corpus. s. ipsa Christi ecclesia, quæ Christi corpus dicitur, scilicet ipsa iustorum congregatio, quæ hic inter malos habitat, habens cum eis multa communia, ut puta nasci, mori, prospera, & aduersa, bellum, pestem, salutem, & morbos, per hæc enim omnia non discernuntur boni à malis, nec econtrario. Non tamen habet causam istorum communem nec merita, quia aliter, & alio merito ista accidunt iustis, aliter malis. Et

David. Christus.

B ideo ecclesia iustorum à malis hominibus petit saltem in futuro separari, dicens Deo. *Iudica me Deus*, &c. Est ergo sensus tituli. *In finem psalmus David*, idest, iste psalm. dirigens nos in finem, scilicet, in Deum, qui est finis omnium, est David, idest, corporis Christi, quod hic loquitur. Intentio Psalm. est monere nos, ne in aduersis, & pressuris mundi deficiamus. De materia autem, supra quam iste psal. fundatur, sciendum quòd est eadem cum psalmo præcedente. Quia sicut filij Chóre præuidentes spiritu prophetico futuram captiuitatem populi Iudæorum per regem Babylonis, ad mouendum eos ad patientiam, & ad spem liberationis, fecerunt psalmum præcedentem, scilicet. Quemadmodum desiderat. Sic David eãdem captiuitatem præuidens istum psalmum composuit. Prædicta. n. captiuitas fuit facta tẽpore Ioachim regis Iuda, quem rex Babylonis cum suo populo captum adduxit in Babylonem. Sic ergo istum exponendo psa. primo applicabo literam ps. ad historiã, secundo ostendam intellectum psalmi. Quantum ad primum psalmus iste allegat Deo rationem pro sua liberatione, G quæ sumitur ex malitia gentis Babyloniæ, quæ idololatriæ erat dedita. Et idẽ videbatur rationabile, quòd populus, qui verũ Deum colebat, ab eius seruitute liberaretur. Et sic iste ps. diuiditur in duas partes, quia populus captiuatus primò à Deo suam petit liberationem, secundo pro liberatione se offert ad gratiarum actionem, ibi. *Et introibo ad altare Dei*, &c. Dic ut Nic. de Ly. Quantum verò ad intellectum Psal. sciendum, quod tota eius intentio est monere fideles, ne hic deficiant in aduersis. Et circa hoc duo facit. Quia primò ostendit mala, H quæ hic patimur, secundò ostendit bona, quæ in futuro expectamus. ibi. *Et introibo*. Circa primum tria facit. Quia primò suam liberationem postulat, secundò suam tribulationem explicat, ibi. *Quia tu es Deus*, tertiò modum suæ liberationis manifestat, ibi. *Emitte lucem tuam*. Quantum ergo ad primum iste videns malos cum bonis simul corpore mixtos & bonos à malis multa mala pati, postulat à malis liberari, & si non loco, tamen merito, scilicet quòd Deus discernat

causam

causam suam à causa malorum, ideſt, A ipſam faciat maniſeſtam, dicens. *Iudica me, Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta*. Non hoc petit iuſtus confidens de ſua iuſtitia, ſed magis confiſus de diuina miſericordia, vnde gloſſ. *Iudica me, Deus*, &c. q. d. Non metuo iudicium, quia noui misericordiam tuam. Non metuo vltorem, quia te cognoſco indultorem, timerem, ſi diſtrictè mecum ageres, miſericordia tua opus mihi eſt. Nam ſi iudicium exhibueris ſine miſericordia, quo ibo? Si iniquitates obſeruaueris, domine, domine, quis ſuſtinebit? In miſericordia ergo tua ſperandū B eſt, & inſiſtendum humili confeſſioni, vnde iudicij metus tollitur, uel mitigatur, ut metum pœnæ ſuperet ſpes gloriæ. Omnis tamen homo iudicium Dei horret. Quid enim faciet virgula deſerti, vbi cōcutitur cedrus paradiſi? Ex quibus apparet, quòd iſte petens à Deo iudicari, primò præſupponit Dei miſericordiam, de qua plenè confidit. Item nota, quòd duplex eſt iudicium, & quomodo hic mali cum bonis ſemper ſunt mixti, ſupra verſiculo. 367. *Ab homine iniquo & doloſo erue me*. Hæc eſt gens non ſancta, à qua petit ſegregari. Vbi notat gloſſa, ꝙ iniquus eſt, qui mala facit apertè, ſed doloſus qui occultè, à quibus erui poſtulat, ideſt, ſeparari deſiderat, ſciens, quòd malorum ſocietas multos bonos corrumpit, pſal. Erue me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum eſt vanitatem, hic eſt vir doloſus, & dextera eorum dextera iniquitatis, hic eſt vir iniquus.

Miſericordia. Iudicium.

Iudicium duplex.

705 *Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repuliſti, & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus.*

23. q. 3. fortitudo.

HIc conſequenter ſuam tribulationem explicat. Et, ne videatur in tribulationibus diffidere de Deo, primò totum ſeipſum Deo committit, dicens. *Quia tu es Deus fortitudo mea*. q. d. Ideo dixi, erue me, quia tua eſt potentia, non mihi arrogo fortitudinē, qua mala fero patienter, ſed ipſam attribuo tibi, dicēs. *Quia tu es Deus fortitudo mea*. Qualiter aūt Deus dicat̄ fortitudo nſa, cū nſa fortitudo ſit exilis, Dei aūt fortitudo immē

vide ſuperius 439. *Quare me repuliſti*. Sed nunquid iuſtos repellit, cum dicatur. Non repellet dominus plebem ſuā? Reſpondeo, quod ſicut anima non deſerit corpus, niſi propter defectum corporis, ſic nec Deus aliquem à ſe repellit, ipſum deſerendo, niſi propter defectum alterius ipſe prius repellatur. Sed ideo ſic nunc loquitur Pſalmiſta, dicens. *Quare me repuliſti*, cum ſis fortitudo mea, quia omnis aliquid petens putat ſe repulſum ſtatim cum non habet, quod petit, cum tamen ex hoc ꝙ non exauditur ad votū magis ſit acceptus, ſicut patet de infirmo ſanando, quem medicus non exaudit ad votum, ei concedendo petita, ſed magis ad vtilitatem ipſum exaudit, illa prohibendo. *Et quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus*, vt ſupra verſiculo. 709.

Quaſtio. Pſal. 94. Repellit nos Deus qualiter.

706 *Emitte lucem tuam, & veritatem tuā ipſa me deduxerunt, & adduxerūt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.*

1. q. 1. c. 1.

HIc manifeſtat modum ſuæ liberationis, qui modus eſt Chriſti incarnatio, per quam ſaluati, & liberati ſumus. Et hanc poſtulat, dicens. *Emitte lucem tuam*, &c. Ad literam enim Chriſtus dicitur lux, & veritas. Dicitur lux Ioan. 8. Ego ſum lux mundi. Dicitur veritas. Io. 9. Ego ſum via, veritas & vita. Et iſtā lucem & veritatem mitti in mundū deſiderabat, dicens, *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam*. Vnde Magiſter in gloſſ. *Emitte lucem*, &c. ideſt, Chriſtum. Lux enim mundi, & veritas patris eſt Chriſtus, qui veniens in primo aduentu modo diſcernit cauſam meritorum, ſed in ſecundo eruet ab iniquo, & doloſo, quia D mittet angelos ſuos, qui ſeparabunt bonos à malis, triticum, à paleis, vt colligant de regno eius omnia ſcandala. Et conſequenter denotat vtilitatem aduētus Chriſti. d. Ipſa. ſ. lux, & veritas *me deduxerunt, & adduxerunt*, &c. Vbi nota, ꝙ in primo aduētu Chriſtus nos liberauit à peccato, portando in corpore ſuo noſtrorum pœnam peccatorum, & pro nobis ſatisfaciēdo: ꝙ nemo alius facere poteſt. Et per cōſequens nos eduxit de manibus diaboli, vt oſtendit Magiſter,

Lux dicitur Chriſtus.

Pſal. 105.

Magister li. 3. dist. 19. Et hoc notans Psalmista dixit. *Ipsa me deduxerunt*, scilicet, à peccatis. Deducere enim idem est, quod extra ducere, sic enim dicitur *Thren. 2.* Deduc quasi torrentem lachrymas, idest, extra duc. In secundo autem aduentu omnes iustos, in corpore, & anima suscitatos adducet ad regnū, d. Venite benedicti, &c. *Mons sanctus.* Et hoc notans dicit. *Et adduxerunt in montem sanctum tuum*, &c. Quid enim est mons sanctus domini, nisi gloria cœlestis? *Psal. 23.* Quis ascendet in montem domini, &c. In quo monte sunt tabernacula plura, secundum diuersitatem meritorum. Vnde statum gloriæ significabat Petrus per tabernacula, quando vidit gloriam Christi transfigurati. d. Faciamus hic tria tabernacula. Et aduerte, quòd licet Christus, qui est lux, & veritas sit vnus, & idem, sit Dei veritas, & lux, tamen propter diuersa connotata hic ponitur in plurali, cum dicitur. *Ipsa me deduxerunt*, &c. Et nota quam congruè hic verbum incarnatum lucem appellat, d. *Emitte lucem tuam*, &c. Nam secūdum naturales, & vt experientia docet, *Lucis proprietates Christo cōpetunt.* lux habet aliquas proprietates, quas omnes eminenter habuit Christus, propter qđ, & meritò lux appellatur. Lux enim vt patet, est peccatorum correctiua. Est viatorum directiua. Est aduersorum lenitiua. Est terrenorum fœcundatiua. Est distinctorum vnitiua. Est oculorum miratiua. Primum patet, sicut enim docet experientia, omnis malè agens timet lucem, nec coram alijs in luce auderet facere, quæ in tenebris, nullo uidente, facit. Cuius ratio est, quia ipsa lux malè agentes arguit intrinsecus. Vnde etiam ipsi dæmones lucem sustinere non possunt, & ad ortum lucis fugantur. De ipsis dicit Psalmista. *Psal. 103.* Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur, Vnde, & Greg. dicit in hymno hoc. s. Ortu lucis omnis errorum chorus viam nocendi deserit, quia ipsi dæmones non tantum nobis in luce, quantum in tenebris nocere audent. Et hoc confirmans Christus. d. *Ioan. 3.* Omnis, qui male agit, odit lucem, &c. gloss. quia ipsa lux peccata detegendo arguit. Sic & conformiter Christus ad instar veræ lucis, sua puritate peccatores arguendo increpat, vt ex decursu totius sacræ scripturæ patet, & maximè Matth. 23. Væ vobis hypocritæ, &c. vnde de ipso dicitur. *Ioan. 1.* Lux in tenebris lucet, &c. scilicet Christus inter peccatores. Sed dolendum est, quòd huic luci peccatores obstinati rebellant, dum eius correctionibus contradicunt, de quibus dicitur. *Iob. 24.* Ipsi fuerunt rebelles lumini, idest, Christo, qui eos illuminare venerat, ipsius correctiones contemnentes. Et hoc est, quod ipse Christus de seipso dicit, *Ioan. 3.* Ego lux veni in mundum, & dilexerūt homines magis tenebras quā lucem, erant enim eorum opera mala. Secundum patet, quis enim gressus suos rectè dirigere potēst sine luce? certè nullus, teste Saluatore. *Ioan. 11.* Si quis ambulat in die, nō offendit: quia lucē huius mūdi, videt. Si aūt ambulauerit ī nocte, offendit: quia lux non est in eo. Sic & conformiter Christus ad modum veræ lucis iustos viatores per vias iustitiæ dirigit, ne tenebris operti pedibus affectionum labantur, propter quod de seipso Christus dicit. *Ioan. 9.* Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi, scilicet, iustos per vias dirigens iustitiæ. Et ideo Christus fuit figuratus in illo angelo luminoso, de quo *Apoc. 18.* dicitur. Vidi Angelum descendentē de cœlo, habentem potestatem magnā, & omnis terra illuminata est à gloria eius. Moraliter iste Angelus est Dei filius, qui ideo dicitur Angelus. i. nuncius, quòd propriè sibi cōpetit, quia à patre velut nuncius in hunc mūdum fuit missus, ut nobis, secundum Chrysost. annunciaret amicitiam Dei ad nostram factam naturam, diaboli superationem, & apertionem, paradisi. Hic angelus de cœlo descendit, dum pro nobis redimēdis de cœlo, veniens in vterum virginis nostram naturam assumpsit. *Ioan 6.* Ego descendi de cœlo, vt faciam uoluntatem patris, &c. Hic habet potestatem magnam. *Matth. vlt.* Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. i. in iustis hominibus, qui cœlum dicūtur, & in peccatoribus, qui sunt terra. Iste āt angelus dum esset in præsenti vita tātæ fuit sanctitatis, quod omnis terra. i. omnis homo de terra creatus est suis exemplis illuminatus, & virtutibus. *Ioan 1.* Erat lux vera, quæ illuminat omnē ho. ve. in hūc mundum, s. quantum ex parte sua. Tertium patet. docet. n. experientia oriente solis luce infirmi alleuiantur, lux incar-

ceratis

ceratis præstita ipsorum mitigat pœnā, lux reddita cæcis ipsis magnam ingerit consolationem. In tantum quòd fine luce quasi nullum gaudium potest haberi. Tobias angelo dixit. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non uideo? Vnde dicit Damascenus, Lux tenebras expellit, mœrores dissoluit, ægritudines alleuiat, & omnem speciem lætam, iucundamq; facit, omnibusque rebus formam tribuit, & decorem. Sic & Christus ad modum veræ lucis omnes infirmitates alleuiat, & aduersitates, dum suo, scilicet exemplo patientiam nobis tribuit in aduersis. In cuius præsagium statim ipso nato Angelus cū magna luce apparuit pastoribus, dicens. Annuncio vobis gaudium, &c. Dicit Magist. de proprietatibus rerum, quòd duo sunt preciosi lapides ad se inuicem quasi contrarij, scilicet, Sardius, & Onyx. Nam Sardius sua luce expellit timores, & lætitiam ingerit, atque securitatem. Onyx autem habet excitare rixas, & lites. Veruntamen Sardius positus in præsentia Onycis, ipsum totaliter à suis nocumentis prohibet. Moraliter Onyx, qui est lapis nigri coloris significat aduersitatem, uel etiam ipsum diabolum, qui quantum potest, nobis aduersatur. Sardius autem, qui est rubei coloris ad modum sanguinis, significat Christum proprio sanguine rubricatum. Hic ergo sua presentia, & luce expellit timorem, & securitatem præstat, dum nostram mentem fortificat, ne diabolum timeamus gaudium donat, dum spem præmij dat nobis, vt meritò Christus sit illa lux, de qua Hester 8. Noua lux oriri visa est gaudium cunctis, honor, & tripudium. Quarto patet, & docet experientia, ꝙ illa terra, quam sol magis directè sua virtute tangit, fœcundior est, & plures, ac meliores fructus ꝓducit. Illa verò quasi sterilis manet, quæ luce solis caret, propter quod dicitur. Deut. 33. In fructibus lucis Solis, & Lunæ erit benedictio tua. Sic & Christus ad modum veræ lucis terram nostræ humanitatis fœcundam facit per uirtutes, & merita, quia ille, quē luce suæ gratiæ tāgit, ille fructus bonos facit. In cuius figuram statim cum Christus luce suæ gratiæ Petrum respexit, ille bonum fructum pœnitentiæ fecit. Ille

Tob. 5.
Sardius.
Onyx.
Hester 8.
Matth. 26.

A autem, à quo lucem gratiæ suæ auertit, nullum fructum bonum potest facere, vt ostendit Magister. Vnde de ista luce cuilibet iusto dicitur. Erit tibi dominus in lucem sempiternam. Huius figura habetur Apoc. 21. vbi Ioannes ait. Vidi ciuitatem sanctam descendentem de cœlo, habentem claritatem Dei in se, & lumē illius simile lapidi precioso iaspidis, & crystalli. Hæc enim ciuitas dicitur anima sancta, in qua Deus habitat per gratiam, & requiescit. Eccle. 24. In ciuitate sanctificata requieui, quæ de cœlo dicitur descendere, quia omnis gratia, & virtus,

B per quam Dei ciuitas efficitur, de cœlo descēdit à patre luminum. Iac. 1. Sed attende, ꝙ lumen istius ciuitatis, per ꝙ fœcunda redditur, est simile Iaspidi, & chrystallo, quia Christus, qui verum lumen est, fœcundans animam, istorum lapidum in se continet proprietates. Nam secundum Magistr. de proprier. rerum, Iaspis præstat fœcunditatem generationis, vnde & mulieres parturientes iuuat. Crystallus autem radijs solis oppositus ignem de se excutit, & accendit paleas. Sic & Christus lux animarum nostrarū ad modum crystalli ignem charitatis de

C se excutiens paleas aridas. i. animas nostras ad suum amorem accendit, ipso dicēte. Ignem veni mittere in terram, &c. Item ad modum Iaspidis præstat generationis fęcunditatem, dum lucem suæ gratiæ nobis infundit, quæ in nobis bona opera generat, dum de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum. Sic ergo Christus ad modum ueræ lucis terram nostræ humanitatis fœcundat. Fructus lucis est in omni bonitate, iustitia, & veritate. Quintum patet, est enim lux quoddam uinculum, quo cœlum, & terra connectuntur, quia lux de cęlo ad ter-

D ram effusa est velut medium continuās cœlum cum terra. Et ideo ab antiquis ipsa lux est dicta catena aurea ligans cœlū cum terra, quia vna lux numero omnia à cœlo vsque ad terram inclusiuè comprehendens illuminat. Lumen illius super omnes terminos terræ. Sic & Christus vt vera lux distincta copulat, dum in vna persona Deum, & hominem coniūgit, ac etiam dum nos per peccatum separatos à Deo, ut uerus mediator Deo copulauit, de quo Iob 33. Hæc omnia ope-

Magister lib. 2. d. 25.
Esa. 60.
De propr. rer. lib. 11.
Luc. 12.
1. Pet. 2.
Ephes. 5.
Iob. 37.

ope-

operator per singulos, ut reuocet aïas eorum à corruptione, & illuminet in lumine viuentium. Et ideo vos per Christum, qui eratis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in dño, vt filij lucis ambulate. Sexto patet, vnde dicit Damasc. q sine luce oïa occulta sunt, & ignota. Aufer lumen, & oïa in tenebris ignota manebunt, vnde Ephes. 5 Oẽ, quod manifestatur, in lumine est. Sic & Christus est omnium occultorũ manifestatiuum, dum luce suæ sapientiæ nostras illustrat aïas. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, &c. In cuius figura dr Exod. 10. In tota terra Aegypti erant tenebræ, vbicunq; autẽ habitabant filij Israel, erat lux. Sic verò moraliter, Aegyptus, qui interpretatur tenebræ, vel obscuritas, significat homines in tenebris peccatorum existentes, de quibus dr Es. 31. Væ ijs qui descendũt in Aegyptum. Filij autẽ Israel, qui interpretantur videntes Deum, significant fideles, qui Deum hic vident per spem, in futuro autẽ facie ad faciem videbunt. In terra ergo Aegypti sunt tenebræ, quia peccatores hac luce quę Christus est, priuati sunt. Sed vbi habitant filij Israel, i. iusti, & contemplatiui, est lux, quia in talib. habitat Christ⁹ ipsos ad supernorum cognitionem illuminando, dicente Christo. Ego illuminabo oẽs sperãtes in dño. Quid ergo mirũ, si ps. sub noïe lucis Christũ petit icarnãdũ, dicẽs. *Emitte lucẽ tuã, et veritatẽ tuã ipsa me deduxerunt, & adduxerũt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.*

Ephes. 5.

Ioan. 8.

Eccl. 34.

707 **Et introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.**

11. q. 3. absit matur.

HIc consequenter ostendit bona, q̃ expectamus in futuro, & tria facit. Quia primò æternã explicat lætitiã, secundò diuinã recognoscit gratiã, ibi. *Cõfitebor*, tertiò in Deo suã ponit cõfidẽtiã, *Spera in Deo* Quantum ad primum sciẽdum, q quãuis altare sit multiplex, ut ostensum fuit vers. 372. tñ aliter hic altare accipitur. s. pro gloria cęlesti quæ dr altare. Qm̃ sicut hic in altari Christus per fidem esse creditur, ita in illa gloria per spẽm, facie ad faciem cernitur. Vnde de gloria cœlesti sub noïe altaris dr. Angelus stetit ante altare aureum, habens thuribulum aureum, & data sunt ei incensa multa, vt daret de orationibus sãctorum super altare aureũ, quod est ante thronum. Quod iõ dicit, quia beati angeli orationes nostras ante conspectũ Dei offerunt, sicut & nos oblationes nostras ante altare offerimus. Et hoc sonat nomen altaris, q componitur ex altus, & ara, quasi alta ara. Et ad istud altare, hic iustus introire desiderat nunc dicẽs. *Et introibo ad altare* &c. Vbi gl. i. ad illud mirabile altare cœlestis Hierusalem, ad quod qui accedit, sumitur in holocaustũ, diuino igne totus succensus. Et ibi notat gl. q ad altare missam celebraturus sacerdos istũ versiculũ accedẽs dicit. *Introibo ad altare* &c. q. d. Desiderio illius superioris altaris ad hoc altare visibile accedo, non caduca petiturus, ut Christi celsitudinẽ humilis sequar. Et q de isto altari gloriæ intelligat subdit. *Ad deum, qui lætificat iuuentutem meam*. Quod iõ dicit, quia oẽs cœlestẽ gloriã intrantes, in iuuenili ętate resurgent, s. in ętate triginta trium annorum, & trium mensiũ, sicut fuit Christus, secundum quòd dicit Apostolus ad Ephes. 4. Quia omnes occurremus in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt ostendit Magister lib. 4. distinct. 44.

Altare.

708 **Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus, quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?**

15. q. 11. reuertimini.

HIc diuinam recognoscit gratiam. Notas hic, quòd aliud est confiteri Deo, vel Deum laudare in cithara, aliud in psalterio. Quoniam cithara in inferiori parte sonat, sed psalterium in superiori. Et ideo qui præcepta Dei facit, & non patitur, in psalterio confitetur, qui verò facit, & patitur, quod est ex inferiori natura, in cithara confitetur. Et est sẽsus, *confitebor tibi in cithara*, idest, gratias agam tibi in tribulatione, &c. patet in superiori psalmo.

Cithara. Psalterium Laudare Deum.

708 **Spera in Deo, qm̃ adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus.**

HIc vt supra versic. 694. Quia tactũ est suprà, quòd omnes resurgẽt in iuuenili ætate. Ideo quæro vtrum oẽs in eadẽ ætate ad altare cœleste introibunt. Aegidius dist. 44. circa literam.

Quæstio.

PSAL. XLIII.

709 **D***Eus, auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis.*

TITVLVS. *In finem filijs Chore ad intellectum.* Ad huius tituli intelligẽtiam est sciendum, quod contrario modo se Deus habebat in antiquo testamento cum populo suo, quàm se modo habeat in nouo. Quoniam in antiquo testamento multis iustis contulit Deus abundanter temporalia bona tanquam rudibus: ex hoc alliciens eos ad suũ cultum: paucos verò in operatione affligi permisit. In nouo autem testamento opposito mundo facit, quia paucis iustorũ florem mundialium rerum apponit, & multos pati, & affligi permittit, castigãs eos tanquam filios, vt fiant filij Chore, idest, Caluariæ Christi, scilicet passionis. Et dicant alia bona esse quærenda, quæ non sunt communia malis, scilicet bona spiritualia, & æterna, quę figurantur per illa temporalia bona, quæ populo rudi data fuerunt. Et sic in antiquo testamento suis dabat Deus temporalia bona, & inferiora. In nouo autem dat spiritualia bona, & superiora. Et ad hoc significandum, ordinauit ecclesia, quòd prophetiæ, quæ de veteri testamento leguntur, voce submissa terminentur. Sed Epistolæ, quæ de nouo testamento sumuntur, voce eleuata finiantur, quia ibi scilicet in veteri testamento temporalia, & inferiora bona promittebantur, hic autem, idest, in nouo testamento superiora, & æterna. Et ad hoc significandum in titulo ponitur *ad intellectum*. Et est sensus tituli, Psalmus iste dirigens nos in finẽ, idest, in Christum, attribuitur filijs Chore, idest, filijs passionis Christi, scilicet, sanctis martyribus, quorum vox hęc est. Et hoc ad intellectum. s. vt ex hoc intelligamus cur martyres Deus videtur reliquisse, eis subtrahendo temporalia, & ipsos permittẽdo affligi, cùm patres antiquos defenderit valida manu, & ipsis contulerit temporalia bona. Quod ideo facit Deus, vt desiderent æterna, & temporalia non ament, nec sic sibi quærant

A fieri sicut rudibus est factum. Illis enim prospera concessit Deus, vt crederent. Istis aduersa infert, vt futura quærant, & intelligant per temporalia illorum signi ficari spiritualia sua. Et sic iste Psalmus est quædam infirmorum cõfortatio. De historia autem Psal. notandum, quòd filij Chore spiritu prophetico eleuati prę uiderunt persecutionem populi Iudæorum tunc futuram sub Antiocho Nobili, factam tempore Machabæorum, de qua diffusè habetur in duobus libris Machabæorũ. Vnde in isto Psalmo loquuntur in persona populi oppressi ab ipso B Antiocho. Et secundum hoc Psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primò describitur antiquorum beneficiorum Dei recordatio, secũdò ponitur præsentium malorum deploratio, ibi. *Nunc autem repulisti.* Tertiò pro liberatione ponitur diuinę misericordię imploratio, ibi. Hęc omnia, &c. Dic vt Nic. de Ly. Quantum vero ad intellectum Psal. tota intentio istius psalmi est, nos inducere ad cõtemptum terrenorũ, & ad desideriũ æternorum. Et secundum istũ intellectum Psalmus iste diuiditur in partes tres. Quia primò patribus antiquis multa facta nu C merantur beneficia, secundò præsentis tẽporis multiplex recolitur miseria, ibi. *Nunc autem repulisti.* Tertiò pro adiutorio Dei imploratur misericordia, ibi. *Exurge, quare obdormis*. Prima in tres, quia primò ponitur beneficiorum Dei perceptio, secundò beneficiorũ explicatio, ibi, *Opus*. &c. tertiò pro beneficijs gratiarũ actio, ibi. *In Deo laudabimur.* Quantum ad primum, ꝙ hic filij Chore nõ loquũtur ĩ persona propria dicẽtes. *Deus, auribus nostris audiuimus*, &c. sed in persona populi futuri. Vt. n. patebit, ipsi loquuntur de beneficio, quo Deus extra- D xit patres miraculose de Aegypto, quo ipsos miraculosè per desertum adduxit, & in terra promissionis collocauit. Ista autem Dei beneficia isti non audierunt ab alijs, nec fuit expediens, quòd patres sui hæc narrarent eis, quoniam ipsi præsentes erant, & oculis proprijs cõspexerant. Loquuntur ergo in persona futuri populi, scilicet tempore Machabæorũ qui talia Dei beneficia audierãt à patribus eorum, sed non oculis cõspexerant, Sic. n. Iudas Machabæus cõfortando populum

1. Mac. 4. populum multoties eis narrabat dicta Dei beneficia. Mementote, quomodo salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cum persequeretur eos Pharao cũ exercitu suo. Et hoc est, quod illi recolentes Deo dicebant. *Deus, auribus nostris audiuimus, &c.*

710 **Opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.**

HIc fit beneficiorum explicatio. Et diuiditur in partes quinque, secundum q quinque beneficia in singulari facta commemorat. Primum est mundi creationis. secundum introductio in terram promissionis, ibi. *Manus tua.* tertiũ est Christi incarnationis, ibi. *Non enim in brachio.* quartum est nostræ redéptionis, ibi. *Tu ipse rex meus.* quintũ est diaboli superationis, ibi. *In te inimicos.* Quantum ad primum agit de beneficio creationis mundi, quo Deus sua gratuita bonitate totum mũdum de nihilo creauit, & creatum sub potestate hominis dedit. Quare autem hic ista beneficia commemorat, est ratio, quia volens exprimere magna præsentis temporis miseriam, in quam nos Deus permittit cadere, ostendit primò Dei beneficia, quibus ante Deus exaltauit hominem, quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. Agens ergo de beneficio mundi creationis, dicit. *Quod audiuimus à patribus nostris.* Respondet. *Opus, quod operatus es in diebus eorum, &c.* Tempus. n. creationis mundi vocantur dies antiqui, quia cæteris antiquiores, vocantur etiam dies patrũ nostrorum, quia omnia illa propter hominem creata fuerunt. Quamuis. n. Deus semper operetur. Pater meus vsque modo operatur, &c. tamẽ illo tempore creationis mundi scriptura dicit Deum specialiter operatum, quia omnia genera creaturarum condidit. Et post dicit eum quieuisse ab omni opere, non quia nunc, & continuè non operetur, quia omnia, quæ fiunt, ipse facit. Sine ipso factum est nihil. Sed quia pòst noua creaturarũ genera non condidit, vt dicit Augu. Et per istam operationem vult Psalmista intelligere, quòd omnia illa creationis opera etiam nunc Deus specialiter operatur in nobis, quòd satis deduxit supra versic. 253. vide ibi.

Creationis mũdi opus.

Ioan. 5.

Ioan. 1.

E **Manus tua, domine, gentes disperdidit, & plantasti eos, afflixisti populos, & expulisti eos.** 711

7. q. 1. cum percussio.

HIc agit de beneficio liberationis de Aegypto, & introductionis in terram promissionis. Quando Deus eduxit Israel de Aegypto, multas gentes disperdidit, multas afflixit, & multas eiecit. Nam disperdidit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro, & per desertũ multos resistere volentes populo Dei, & etiam multos in terram promissionis, quos filij Israel occiderunt gladio, vt patet in libro Iosue. F Aliquos verò afflixit diuersis plagis, sicut Philistæos. Aliquos verò eiecit, quia multi ante introitum filiorum Israel in terram promissionis, audientes, quòd Deus siccauerat mare pro filijs Israel, & eis viam fecerat per medium Iordanis, timore istorum fugerunt. Et omnibus istis gentibus eiectis, plantauit, idest, firmauit populum suum in terra promissionis. Et hoc est, quod hic dicit. *Manus tua, domine,* idest, potestas tua, quæ per manum designatur, *gentes disperdidit,* s. alios submersit, alios occidit. *Afflixisti populos.* s. Philistinorum, G *Et expulisti eos,* qui timore suo recesserunt. *Et sic plantasti eos.* s. filios Israel in terra promissionis. Simile habetur Psal. 79. Vineam transtulisti de Aegypto, eiecisti gentes, & plantasti eam. Per hoc enim Psalmista vult ostendere, q omnia ista spiritualiter hodie fiunt in nobis, quia vt nos plantet in terra promissionis, s. cœlestis patriæ per amorem, à nobis gentes. i. vitia expellit, quod patet cõsideranti, quas gentes de terra promissionis eiecit. Sex enim nationes gẽtium inde eiectæ fuerunt. De quibus dicitur. Exod. 33. Eijciet dominus Chananæum, H Amorræum, Ethæum, Euæum, Hiebusæum, & Pherezæum. Illę enim sex nationes malorum hominum, quæ tempore antiquo terram promissionis occupabant insulte, significant sex vitiorum genera, quæ ante Dei ortum nostram animam occupãt, quas hodie Deus per suã gratiam expellit, quia expellit Chananæum cupiditatis, & auaritiæ, Amorræũ carnalitatis, & luxuriæ, Ethæum torporsitatis, & acediæ, Pherezæum temeritatis, & superbiæ. Euæum iniquitatis, & inuidiæ,

Liberatio de Aegypto.

1. Reg. 4.

Eijcere.
Peccatum.
Gentes.

inuidiæ, Hiebusæi obscuritatis, & ignorantiæ. De quibus omnibus nunc dicitur. *Manus tua, domine gentes disperdidit*, &c. Primò expulit Chananæum cupiditatis, &c. Chananæus enim commotio interpretatur. Et quid magis totum commouet orbem quàm peccatum auaritiæ? Quòd commouet sæculares, & clericos, famulos, & dominos, fœminas, & masculos. Hiere. 6. à maiore vsque ad minorem, quo ad laicos, à propheta vsque ad sacerdotem, quò ad clericos, omnes auaritiæ student. Et hunc Chananæum eijcit Christus à nobis suæ paupertatis exemplo: quia, cum diues esset, pauper pro nobis fieri voluit, &c. Secúdò Amorræus significat vitium luxuriæ. Amorræus enim idem est quòd reus amor, & significat vitium luxuriæ, quo diabolus amore reo personas adinuicem ligat, vt eas capiat facilius, quoniam voluptates arma sunt hostis antiqui ad miseras animas capiendas, extra de renun. nisi cum pridem. Et hunc eiecit Christus à nobis, castitatem docens seruare, dicens. Sint lumbi vestri, &c. Tertiò Ethæus significat peccatum acediæ. Ethæos. n. formidans interpretatur. Et quid magis formidare facit hominem, ne ad opera surgat peragenda quàm acedia? Et hunc à nobis Christus eiecit, suo exemplo nos docens, semper patris facere voluntatem, dicens. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Quartò Pherezæus significat peccatum superbiæ. Pherezæus. n. separatio interpretatur, quod maximè conuenit superbiæ, quæ dæmones à Deo separauit, atque homines. Et hunc à nobis Christus eiecit suæ humilitatis exemplo dicens. Discite à me, &c. Quintò Euæus significat peccatum inuidiæ, quia Euæus interpretatur pessimus, & significat peccatú inuidię, quod præ cæteris est peius, eo quòd inuidia in interioribus medullis radicem habet absconditam. Hunc à nobis eiecit suę charitatis exemplo, qua pro nobis seipsum dedit in mortem. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Sextò Hiebusæus significat ignorantiã, interpretatur enim conculcatio. Et quid magis conculcat hominem quàm ignorantia, per quam bestijs similis efficitur? Homo, cùm in honore esset, non intellexit, &c. Istæ sunt ergo

Chanaus. *2. Cor. 8.* *Amorraus.* *Luca 12.* *Ioan. 4.* *Pherezæus.* *Matth. 11.* *Euaus.* *Ioan. 15.* *Hiebusaus.* *Psal. 48.*

gentes, quas manus domini eijcit à nobis, vt nos per amorem plantet in terram promissionis, de quibus nunc ait Ps. *Manus tua, domine*, &c.

Non enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos. 712

CONsequenter hic agit de beneficio incarnationis. Vbi sciendum, quòd à gaudijs paradisi per peccatum expulsi, ad illa reuerti proprijs viribus non poteramus. Et ideo filius Dei carnem suscepit, vt perditum hominem ad regna cœlestia reuocaret. Et ideo circa illud duo facit. Quia primò ostendit, quòd homo non poterat redire per seipsum, secundò quod reductus fuit per Christum incarnatum, ibi. *Sed dextera.* Quantum ad primum hoc ostendit sub exemplo antiquorum patrum: Quia si antiqui patres non potuerunt intrare terram promissionis virtute propria, quãtò minus nos terram cœlestis patriæ viribus nostris intrare poterimus? Et hoc est, quod dicit. *Non enim in gladio suo possederunt terram*, &c. Similiter nec nos gladio nostro terram possidemus. Vbi nota, quòd per gladium in scriptura pœna significatur, qua quis, scilicet, punitur ab alio, vel punit seipsum, propter quod dicit Apostolus. Non sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malè agit. Et sic gladius dicitur alienus, quãdo pro peccatis nostris punimur ab alio. Dicitur autem noster, quando nosipsos propter peccatum punimus, scilicet, per pœnitentiam. Quid est enim dicere. *Non enim in gladio suo possederunt terram*, nisi quòd homo non est per se sufficiens ad puniendum peccatum suũ, vt pro ipso plenè per seipsum satisfaciat? Et sine debita peccati satisfactione, nullus regnum cœleste potest intrare. Et hoc est, quod statim inferius dicit. Gladius meus non saluabit me. *Et brachium eorum non saluauit eos.* Vbi notandum, quòd per brachium virtus corporalis ostenditur, & potestas. Populus autem Iudæorum multos contrarios habuit, antequam terram promissionis posset possidere, qui ipsum totaliter delere cupiebant, à quibus omnibus fuerunt saluati,

Gladius. *Rom. 13.* *Brachium.*

uati,sed non potestate propria,;sed diuina.Et hoc est quod dicit. *Et brachium eorum non saluauit eos*,s. ab inimicis. Consimiliter ergo per brachium intelligitur virtus spiritualis, & bona operatio. Posuit vt arcum æreum brachia mea. Per hoc ergo vult Psal. intelligere, quod homo per se tantam virtutem, & opera bona habere non potest, quod per ipsa saluetur. Et hoc est quod dicit, *Et brachium eorum* s. virtus, vel operatio ipsorum, *non saluauit eos*. Sed quid nos saluat, subdit: quòd Christus incarnatus.

Psal.17.

713 ***Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis.***

Per hoc quantum ad literam intelligit, quod non propria virtute, vel potestate, sed solum potestate diuina fuerunt ab inimicis saluati, & possederunt terram promissionis. Et per hoc vult intelligere, quòd sola virtute Christi incarnati ab inimicis spiritualibus saluamur, & ad possessionem cœlestis patriæ introducimur. Vbi notandum, quòd hic Christum triplici nomine describit, quia ipsum vocat dexteram, brachium, & illuminationem. Primò ergo Christus incarnatus per dexterã significatur, cuius ratio est, quoniam secundum Isidorum, dextera dicitur à dando, quia per ipsam pignus pacis dabatur antiquitus. vnde 1. Mach.6. dicitur. Demus dexteras hominibus istis. Et ratio potest esse, quia pars dextera est principium motus, & membra dextera sunt fortiora sinistris, secundum Philosophum. Et ideo, qui dat alteri dexteram, signum facit, quod sibi adimit potentiam ad nocendum, imò quasi voluntarium sibi præstat impedimẽtum nocendi. Sic & Deus pater in signum hominibus cõcessum filium suum vt dexteram suam nobis dedit in assumptione nostræ humanitatis. Me suscepit dextera tua, idest, filius tuus, in cuius signũ tunc angeli cantauerunt. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, &c. Et ideo datio dexteræ fuit conueniens signum pacis. Quia in dando nobis dexteram, quasi sibi ademit potestatem nocendi, immo quòd plus est mirabile, vt securiores essemus, hanc dexteram permisit fortiter

Dextera. *Isidor.11. Etym.* *Philosophus 1. de animalibus.* *Psal.62.*

E ligari, & clauis affigi cruci, vt quasi impotens ad nos percutiendum redderetur. Et ideo si timemus potentiam Dei patris, summum remedium est fortiter amplecti & stringere dexteram eius, nec ipsam dimittere. Tũc enim si percutiat, percutiet solum sinistra, cuius percussio tolerabilis est. Nam ablatio æternorum pertinet ad dexteram, ablatio vero temporalium ad sinistram. Longitudo dierũ in dextera illius, & in sinistra illius diuitiæ. vnde Psal.20. Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt, pones eos vt clibanum, &c. Ista est ergo illa dextera, F cuius virtute saluamur. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. Secundò Christus vocatur brachiũ. Cuius ratio est. Nam secundum Catholicon, brachium dicitur à bary, quod est forte. Et quis fortior Christo, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra? propter quod ei nullus resistere potest. Propter quod dicitur Sapiẽ.11. Virtuti brachij tui quis resistet? Quoniã tanquã momentum stateræ, sic ante te est omnis orbis terrarum. Momentum enim stateræ quasi nullam habet resistentiam, quia cùm statera in æqua lance manet, nulli G ponderi addito resistere potest quin statim cadat deorsum. Sic & per comparationem omnis creatura respectu brachij potentiæ Christi. Propter quod dicitur. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, idest, diabolum. In brachio virtutis tuæ deposuisti omnes inimicos tuos. Tertiò Christus dicitur illuminatio vultus diuini. Vbi notandum, quòd vultus Dei dicitur gloria æterna, in qua Deus clarè cognoscitur. Vnde Gregor. super illo verbo Ioan.36. Qui tenet vultum solij sui, dicit. In vultu solet cognitio designari Solij ergo sui vultum Deus tenet H a nobis in hac vita, regni eius gloria, nõ quanta intrinsecus habetur cognoscitur, super quo rectè expandi nebula dicitur, quia sicut est illa cœlestis regni gloria, non videtur &c. Sed quis amplius cognitionem istius vultus nobis dedit, quã Christus, qui primus regnum cœlorum prædicauit? Et sic vultum Dei illuminauit, quando æternam gloriam nobis in lucem posuit, propter quod Christus lumen vultus Dei dicitur. Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, idest, in Christo,

Prou.3. *Psal.117.* *Brachium.* *Matth.vlt.* *Psal.88.* *Vultus.* *Gregor.7. mor.c.13.* *Psal.88.*

Christo, scilicet per eius exempla. Quibus omnibus consideratis, bene de Christo, qui nos saluauit, d. *Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui*, scilicet, Christus, illos saluauit. Et vnde hoc facit? certè nō meritis nostris, sed solum gratuita sua bonitate, quod notans dicit. *Quoniam complacuisti in eis*, idest, hoc fecisti ex beneuolentia tua. Et istam complacentiam sancti patres suppliciter postulabant, dicentes. Complaceat tibi, domine, vt eruas me. Sed quia dictum est, quod sine Christo de peccatis nostris non valemus satisfacere, versiculo 713. Ideo quaero virum peccator de peccato commisso Deo possit satisfacere. Aegydius dist. 15.

Psal. 39.

Quaestio.

713 *Tu es ipse rex meus, & Deus meus, qui mandas salutes Iacob.*

HIc consequenter ostendit beneficium nostrae redemptionis. Vbi notandum quantum ad literam, quòd antiqui patres vt Moyses, Iosue, Gedeō, & alij bellatores populi Dei, videntes victorias mirabiles, quas Deus dabat eis contra hostes suos, vt vnus fugaret mille, & duo decem millia, istas victorias nō sibi, sed Deo attribuebant, ex hoc sperā C tes etiam in futurum per Deum de inimicis triumphare. Vnde & Iudas dicebat. Non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de coelo. Sic & antiqui bellatores Deo attribuentes victorias suas dicebant. *Tu es ipse rex meus*, scilicet, qui me regis in bellis contra hostes. Et Deus meus per specialem cultū, quia solum tunc notus erat in Iudaea Deus. *Qui mandas salutes Iacob. Mandas*, idest, facis, *salutes*, idest, victorias, *Iacob*, idest, populi Hebraeorum, qui exiuit de Iacob per duodecim patriarchas filios suos. Ex ista autem litera Psalm. vult intelligere D beneficium nostrae redemptionis. Quia sicut Deus sua virtute contra hostes corporales victoriam dabat illis, eos liberādo, & saluando ab inimicis. Sic & modo Christus, qui est rex, in quantum homo. Ipse est rex regum, & dominus dominātium, qui etiam est Deus ratione suppositi, quia verbum caro factum est, nunc salutem nostram operatur, nos à peccatis redimendo. Et hoc est, quod dicit. *Qui mandas salutes Iacob*. Per Iacob in-

1. Mac. 3.

Salutem Christus operatur.

Apoc. 19.

A telligе omnes fideles, qui supplantant diabolum, carnem, & mundum. Nam Iacob supplantator interpretatur. Et hanc nobis salutem per Christum esse factam ostendit Zacharias, dicens. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suae. Sequitur, Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderūt nos, quod de hostibus spiritualibus intelligitur. Vnde Origenes dicta verba exponens: ait, Non autem putemus nunc de corporalibus inimicis dici, sed de spiritualib. Venit enim dominus Iesus fortis in prae B lio destruere omnes inimicos nostros, vt nos ab eorum insidijs liberaret. Sic ergo meritò Christo dicamus. Salus nostra in manu tua est. Quod nunc attendens Psalm. ait Christo. *Tu es ipse rex meus, &c. qui mandas salutes Iacob.*

Luca 1.

Origenes.

Gene. 4.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. 714

COnsequenter hic agit de beneficio diabolicae superationis, i. qualiter concessum est nobis per Christū, vt diabolum superare possimus. Et quantum ad hoc tria facit. Quia ad hoc ostendit primò, q in Christo nostra debet esse cōfidentia. Secundò quòd de nobis debet esse diffidentia, ibi. *Non enim in arcu.* Tertio quid per Christum habetur, ibi. *Saluasti enim nos.* Quantum ad primum notandum quantum ad literam, quod iste victoriam inimicorum suorum omnem corporalium ipsi Deo iam attribuerat, dicens. *Non enim in gladio suo possederunt terram, &c.* Et ex praeteritis sumebant spem futurae victoriae de hostibus futuris: Et hoc est, quod nunc pro futuris spem in Deo ponens dicit. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu*, idest, per tuam virtutem fugabimus inimicos nostros. *Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis*, idest, eorum insultus non timebimus, confidentes in virtute tui nominis. Quia turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, & saluabitur. Per hoc autem spiritualiter vult intelligere quod inimicos nostros spirituales per Christum superamus. Hoc maximè, quia Christi virtute ipse diabolus

Victoria est Dei.

Prouer. 18.

lus manet ligatus, ne ad libitum nos seducere possit. Dicat ergo Deo. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Vbi notandum, quod per cornu Christi potestas designatur, de quo Lucæ 1. Erexit nobis cornu salutis in domo Dauid pueri sui, vbi Chrysostomus ait. Cornu salutis vocat potentiam Christi, à brutis animalibus illud accipiens, quibus loco fortitudinis Deus cornua dedit. Nec mirum, si Christus per cornu magis significatur quam per alia ossa, quoniam vt ait Beda, Omnia ossa carne sunt inuoluta, cornu excepto, quod carnem excedit. Et ideo Christus cornu vocatur, quia ipso mundus, & gaudia carnis superantur. Vnde de ipso dicitur. Protector meus, & cornu salutis meæ. Item notandum, quòd cornua sunt animalibus data loco armorum, non solum ad defensionem, sed etiã ad inuadendum. Et ideo Christus dicitur cornu, quia per ipsum inuadimus spiritus malignos. Notandum autẽ, quòd (sicut dicit Philosophus) quãdo animal habet vnum solum cornu, illud habet in medio capitis, sicut patet de vnicornio. Sic & Christum, qui est vnicum cornu nostrum, in medio capitis nostri, scilicet nostræ mentis habere debemus semper, vt dicere possimus cum Psal. Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. Qui autẽ istud cornu sic habet in medio mentis, nullum hostem debet timere. Dicit enim Vegetius lib. 1. Necesse est, vt dimicãdi acriorem audaciam sumat, qui, munito capite, vulnus non timet. Qui verò habet Christum in capite, satis est munitus. Sic munitus, & cornutus erat Moyses, de quo dicitur Exod. 34. Cornuta erat facies Moysi ex cõsortio sermonis domini, idest, Christi. Et talis acriorem audaciam impugnandi dæmones habet, vnde dicit. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Sed aduerte, quod aliqua cornua sunt magis impedimẽta salutis, quã iuuamenta. Dicit enim Philosophus, quod aliqua animalia non habent iuuamẽtum magnum à cornibus sicut cerui, quia magnitudo corporis, & multiplicatio ramificationis cornuum est propinquior corũ nocumento, quàm iuuamento. Et Albertus. 12. de animalibus dicit, quòd cornua cerui magis sunt purgamenta naturæ, quàm iuuamentum. Et propter hoc cijcit ceruus cornua sua. Sic & moraliter quidam potentes sæculi cornua habent magna, idest, potestatem in hoc mundo, de quibus Ezech. 34. Cornibus vestris ventilabatis omnia. Sed talia cornua nõ sunt adiuuamentum salutis, sed potius impedimenta, quia multitudo ramificationis eorum est eis nociua, vt facilius capiantur. Et ideo tanquam nociua sunt reijcienda, alioquin à domino sunt confringenda. Psal. 74. Omnia cornua peccatorum confringam. Non ergo sic, sed totam fiduciam nostram in cornu Christi potestatis ponamus, dicentes. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.*

Cornu. Chrysti potestas. — *Psal. 17.* — *Philosophus 13. de animalibus.* — *Psal. 91.* — *Bellare.* — *Bellare. Cornu.* — *Philosophus 13. de animalibus.*

E F

Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. 715

POstquam ostendit, quòd in Christo tota nostra debet esse confidentia, ex hoc sequitur, quòd nullam confidentiam in viribus nostris debemus ponere, quia à nobisipsis non possumus habere salutem propter quod quantum ad literam antiquus dicebat populus. *Nõ enim in arcu meo sperabo*, &c. Per hoc autem spiritualiter Psalmista vult intelligere, quod nullus in seipso quantumcunque sapiẽs, vel potens confidere debet. Et notanter dicit se non speraturum in arcu suo, neque in gladio. Vbi nota, quòd duo maximè sunt, in quibus mundani confidunt, quia aliqui in sapientia, vel astutia sua, aliqui autem in mundi potentia, vel diuitijs. Ille autem dicit in neutro esse cõfidendum. Per arcum enim, qui ferit à longè, intelligit sapientiam mundi, vel astutiam, quæ à longè scit de rebus iudicare. Sed per gladium intelligit potestatem, quæ alios ferit de prope. Multotiẽs enim, & sæpe accidit, quòd arcus, idest, sapientia, vel astutia mundi decipitur, & superatur. 1. Reg. 2. Arcus fortium superatus est. Sic & de mundi potentia, Deposuit potentes de sede, &c.

Arcus significat sapientiã, gladius significat potestatem. *Luca 1.*

G H

Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti. 716

HIc consequenter concludit, quòd per Christum omnis nostra constat victoria. Quantum ad literam clarus est textus, quia omnem victoriam de hostibus habitã attribuit Deo. Quantum

rum verò ad intellectum Psal. hoc idem intelligitur de hostibus spiritualibus. Et secundum glo. hic ly *saluasti & confudisti*, quamuis sint temporis præteriti, tamen accipiuntur pro tempore futuro, vt sit sensus. *Saluasti*, id est, saluabis, *Confudisti*, id est, confundes, quia prophetæ quæ reuelata habent à Deo futura, ita certum habent illa futura, sicut certum est præteritum esse præteritum. Ideo de futuris multoties loquuntur per verba præteriti temporis. Et nota, quòd idem est nos saluare, & hostes nostros confundere, quia eo ipso hostes nostri quo de nobis intentum suum habere non possunt, confunduntur in seipsis. Et nota, quod in hoc Christus dæmones nos odientes confundit, quod nos tripliciter saluat, scilicet primò nos saluat per pœnitentiam de sceleribus, quia virtute passionis Christi nostra pœnitentia ad nos saluandum habet efficaciam. Hiere. 23. In diebus illis saluabitur Iuda. Iudas enim, qui confitens interpretatur, quemlibet pœnitentem significat. Secundò saluat per munditiam in operibus, quia munditia sine eius gratia haberi non potest. Saluabitur innocens munditia manuum suarũ. Tertiò saluabit per patiẽtiam in aduersitatibus. Tu flagellas, & saluas. Sic & quilibet patiens in aduersis Deo dicere põt. *Saluasti nos de affligentibus nos, &c.* *Et odientes nos confudisti*, quia odientes iustos æternaliter cõfunduntur à Deo. Qui oderunt te, induentur confusione, quod intelligitur tã de hominibus, quã de dæmonibus. Et nota, quod hoc nõ solum intelligitur de confusione damnationis æternæ, qua dæmones & mali ab initio damnabuntur, sed magis de confusione cuiusdam indignationis, qua mali confunduntur in seipsis, & indignantur, quando malitiam contra iustos conceptam ad effectum perducere non possunt. Sicut quando amici Iob vidẽtes virtutes eius, & constantiam, à qua ipsum flectere non potuerunt, vt conceperant, confusi fuerunt in seipsis. Vnde Iob de eis dixit. Confusi sunt, quia sperauerunt. venerunt vsque ad me, & pudore cooperti sunt. Quod ad propositum exponens. Greg. ait. Cum bonis mala reprobi ingerunt, si hos à spe intima labefactari conspiciunt, & effectu deceptionis hilarescunt. Lucrum namque maximum erroris sui reputant, quia habere se ad perditionem socios exultant. Cùm verò bonorum spes interius figitur, & nequaquam malis exterioribus ad ima declinatur, prauorum mentem confusio occupat, quia, dum peruenire ad afflictorũ intima nequeũt, incassum se existere crudeles erubescunt. Et talem inimicorum confusionem quærebat alibi Psalm. dicens. Fac mecum signum in bonum, vt videant, qui me oderunt, & confundantur, quoniam tu, domine, adiuuisti, & cõsolatus es me.

Saluare. — Iob 21. — Tobia 13. — Confusio. — Iob 8. — Iob 6. — Gregor. 7. mor. ca. 20. — Psal. 85.

In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæculum. 717

HIc consequenter ex omnibus prædictis Dei beneficijs Psalm. surgit ad gratiarum actionem. Hic. n. quantum ad literam de prædictis Deus laudatur. Quantum verò ad intellectum nos admonet Deo semper gratias reddere. Si autem quæras, quid sit laudari in domino, vide supra versi. 502. Dicat ergo. *In Deo laudabimur tota die*. Dies enim hic significat claritatem lucis æternæ. Et est sensus. *In Deo laudabimur tota die*, id est, in perpetuitate, quæ non est interpolata noctibus. *Et in nomine tuo confitebimur in sæcula*, id est, in confessione laudis. Propter quod alibi dicitur. Beati qui habitant in domo tua, domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Et hoc *in nomine tuo*, quod est Iesus. s. quia nos saluasti.

Dies significat claritatem gloriæ.

Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & non egredieris, Deus, in virtutibus nostris. 718

1. q. 4 homini.

COnsequenter hîc explicatur multiplex miseria præsentis temporis. Et duo facit. Quia primò multas enumerat miserias. Secundò bonorum explicat iustitias, ibi. *Hæc omnia venerunt super nos*. Et diuiditur in partes quinque secundum quod quinque miserias enumerat. Et ponitur primò adiutorij subtractio, secundò inimicorum persecutio, ibi. *Auertisti nos*. tertiò martyrum trucidatio, ibi. *Dedisti nos*. quartò captiuorum venditatio, ibi. *Vendidisti populum tuum*, quintò opprobriorum insultatio, ibi. *Posuisti nos*. Omnes. n. istas miserias literaliter

Antiochus. liter passus est populus Dei tępore Antiochi regis, vt apparet ex libris Machabæorum, quas hic Psal. enumerat, vt facilius Deum flectat ad misericordiā. Prima ergo miseria fuit subtractio diuini adiutorij. Quoniam (vt ex præmissis apparet) Deus solebat pugnare pro ipsis contra hostes. Sicut pugnauit cōtra Pharaonem, ipsum submergendo, contra Seon regem Amorræorū, contra Og regem Basan, contra Amalech, in deserto contra omnes habitatores terrę promissionis. Tempore autem Antiochi ipsos permittebat ab hostibus superari, propter quod videbatur Deus eos a se repulisse, non pugnandu pro ipsis. Et hoc est, quod dicit. *Nunc autem*, s. tempore Antiochi, *repulisti*, quia tūc videbatur gens Iudæorum à Deo repulsa. *Et confudisti nos*, non quidem interius, sed exterius in facie hominum, quia omnibus gentibus erant in confusionem, propter quod dicitur 1. Machab. 1 quòd vniuersa domus Iacob induit confusionem. Et maxime quia Antiochus altare aureū, quod erat in templo, & omnia vasa templi comminuit, & asportauit. Et posuit idolum desolationis in templo. Iudæi autem illi non poterant resistere, quia Deus non pugnabat pro illis. Et hoc, quod subditur. *Et non egredieris, Deus in virtutibus nostris.* Hic enim virtutes accipiūtur pro exercitibus, secundum Hieronymum. Et est sensus. O Deus, non exibis tu amplius nobiscum ad pugnandum cōtra hostes, sicut alias faciebas. Quod ideo dicit quia Iudæi præcepto Antiochi exercitū congregare non poterant. Quantum ad intellectum ista sunt verba iustorum desiderantium dissolui, & esse cum Christo. Vnde dicunt Deo. *Nunc autem repulisti.* Hoc dicunt, quia differtur praemiū, dū hic iusti habentur iniquis opprobrio, omni enim desideranti tempus longum esse videtur. *Et confudisti*, non quidem confunduntur iusti in conscientia, sed in facie hominum. *Et non egredieris in virtutibus nostris.* In continuo enim bello sumus cum diabolo, cui sine Dei adiutorio resistere non valemus. Et ideo adiutorium petit per modum interrogationis dicens. *Et non egredieris*, &c. quasi dicat, immo egredieris.

Repellit Deus nos qualiter.

Exod. 14.

adiutorium Dei.

Hieronym.

E *Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, & qui oderunt nos, diripiebant sibi.* 719

Hic ponitur inimicorum persecutio. Hoc realiter impletum fuit tēpore Antiochi, quoniam Iudæi fugerūt à facie Antiochi persequentis, vnde dicitur 1. Machab. 2. Et fugit Matathias, & filij eius in montes, & reliquerunt omnia, quæ habebant in ciuitate, quæ omnia, scilicet fuerunt ablata ab hostibus. Et hoc insinuās dicit. *Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros*, s. nos insequentes. *Auertisti*, idest, fugere fecisti. F *Et qui oderunt nos, deripiebant sibi*, scilicet inimici nostri deripiebant sibi bona nostra, quæ in ciuitate dimiseramus. Quantum verò ad intellectum, hoc secundum glo. dicit pro illis, qui in aduersitatibus deficiunt a fide, vel in tentationibus victi cadunt in peccatis, quasi dicat. *Auertisti nos*, &c. quia illi victores, & nos victi sumus. Et quia eadens in peccatum perdit omnia merita, quæ prius habebat, ideo dicit. *Et qui oderunt nos*, scilicet, dæmones, *deripiebant sibi*, i. dissipabant omnia merita nostra. Et nota, quòd dicit. *Auertisti nos.* G Deus enim nos auertere dicitur, quādo non præstat adiutorium. Vel auertit nos Deus, quādo multoties peccatis nostris prouocatus suam protectionem subtrahit, auertendo se à nobis, sic enim dicitur. Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Et nota, quòd ista diuina auersio quandoque est temporalis, & quandoq; æterna. Temporalis enim est pœnitentibus, sed obstinatis æterna. Et æternum formidando Dauid dicit. Vsquequo, domine, obliuisceris me in finem? vsquequo auertisti faciem tuam à me? Auertit. n. se H Deus quandoque à nobis, & hoc ad nostram vtilitatem, vt. s. homo seipsum sine Deo nihil posse cognoscat, & sic non superbiat, sed Deo subditus humiliter viuat. Sic. n. accidit ipsi Dauid, qui in principio regni sui videns, q̄ Deus erat secū, & q̄ ipse psperabatur in omnibus quasi in seipso nimis confidens dixit. Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Et hoc quia confidebat in decore, & fortitudine à Deo sibi data, pp quod subdit, Domine, in volūtate pręstitisti

Auersio.

Psal. 88.

Psal. 12.

Psal. 29.

tisti decori meo virtutem. Volens igitur Deus ipsum ad cognitionē suæ propriæ fragilitatis reducere, se ad tempus auertit ab eo, quo facto, statim ipse per adulterium, & homicidium grauiter fuit lapsus. Et ideo subdit. Auertisti faciem tuam à me & factus sum conturbatus, scilicet, in grauia peccata deiectus. Sed ista fuit temporalis auersio Dei. Vnde post orabat, dicens. Auerte faciem tuam à peccatis meis, &cæt. Et ideo etsi Deus quandoque pro nostra vtilitate temporaliter auertatur à nobis, tamen ne æternaliter auertatur, ipsum orare debemus, dicentes illud Psalm. 84. Conuerte nos, Deus, salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis.

720 *Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos.*

Occisi vt oues fuerūt Iudæi. 1. Mac. 2.

HIc ponitur martyrum trucidatio. Oues occidūtur, vt edantur. Sic ad literam tpe Antiochi multi Iudæorum fuerunt occisi, & insepulti dimissi, & per consequens in escam bestijs terræ dati. Nā gentes Antiochi intulerunt Iudæis bellum die sabbathi, & mortui sunt ipsi Iudæi, & vxores eorū, & filij eorū, & pecora eorum, vsq; ad mille animas hominum. Et sic multis alijs vicibus sunt trucidati. Legitur etiam, q̄ duæ mulieres delatæ sunt natos suos circūcidisse, quas infantibus ad vbera suspēsis publicè per ciuitatem cū circūduxissent, per muros præcipitauerūt. Quid de septē fratribus crudelissimè cum matre occisis? ibidem c. 7. & sic de multis alijs. Istas ergo martyrum trucidationes prævidentes filij Chore, in ipsorum martyrū persona dicunt. *Dedisti nos tanquam oues escarum.* Et subdit. *Et in gentibus disperdidisti nos*, quia illo tpe multi ex Iudæis fuerunt in seruitutē aliarum gentiū venūdati, vt patet in lib. Mac. Istam ēt martyrū illo tpe trucidationē finiendam præviderat Psal. cùm dicit. Posuerunt morticinia seruorum tuorum escas volatilibus cœli, &c. Et nota q̄ dicit Deum hoc fecisse, eo q̄ omnia potestate Dei fiunt, vel permittūtur. Hic notat gl. diuersa genera martyrū notari, quia alij fuerunt esca feris, alij gentibus traditi in seruitutē. Quātū autē ad intellectum vult Psal. notare, qđ ad verū martyriū requiritur in nobis mortificatio onis, ideo mártyres comparat ouib. mortificatis, dicens. *Dedisti nos tanquam oues escarum*, quæ sunt oues mortuæ. Vbi notandum, quòd ouium nomine præsens vita designatur, cuius ratio est. Quoniam, vt dicunt naturales, & experientia docet, ouēs in æstate tempore caloris insimul strictæ congregantur. In hyeme aūt, quando frigus est, ab inuicē magis dispergunter quod faciunt propter frigiditatem flatus ipsarum. Sic, & vita præsens tempore æstiuo, & prosperitatis hoīes adinuicem copulat, & vnit. Sed hyemali tempore. s. aduersitatis ipsos separat, & dispergit. Quod accidit propter frigiditatē flatus. i. propter paruitatem caloris charitatis, dicente sapiē te. Est amicus mensæ, & non permanebit in die tribulationis. Sic ergo oues significant uitam præsentem dicente. Psal. Posuit sicut oues familias. Quid ergo sunt oues mortificatæ, nisi mortificatio vitæ præsentis. Ille ergo verè martyr vocatur, qui moritur mundo, posito quòd mundus sibi viuat. Ille autem martyr est solo nomine qui mundo viuit, posito q̄ mortuus sit sibi mundus. Hic sequendo materiam primæ lectionis consequēter quæro, vtrum quis de vno peccato satisfacere possit, non satisfaciendo de alio. Aegidius dist. 15.

Lib. 2. Machab. c. 6.

Psal. 78.

Martyr.

Ouis.

Eccl. 8.

Quæstio.

Vendidisti populum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. 721

Occisio Iudæorum.

HIc ponitur captiuorum venundatio, quæ facta fuit tempore ipsius Antiochi. Tot. n. de Iudæis uendebātur, & dabantur pro modico pretio, quod quasi nihil reputabātur. Ita quod nō solum fuerunt trucidati, sed etiam captiuati, & venundati. De hac trucidatione & venditione dicitur 2. Macha, 5. quòd Antiochus rex armis cepit ciuitatem Hierusalem, & iussit milites omnes interficere, nec parcere occursantibus, & per domos ascendētes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum, & seniorum, mulierum, & natorum exterminia, virginumque, & paruulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta milia interfecti, quadraginta millia vincti, non minus autem uenūdati. Postquam ergo in præ-

præcedenti versiculo egit de ipsorũ interfectione, hic agit de ipsorum venundatione. d. *Vendidisti populum tuum sine pretio.* Erat enim precium modicũ, quia tot Iudæi venditioni erant expositi, q́ respectu multitudinis illorũ pauci erant emptores. Et hoc est quod subditur. *Et non fuit multitudo in commutationibus eorum,* scilicet multitudo ementium. Vel aliter, *non fuit multitudo in commutationibus* &c. Ad hoc enim martyres Deus ordinauit in ecclesia, vt ipsorum exemplo alij ad fidem conuertantur Illo autem tempore multi erant cæsi, & venundati, pauci tamen ex hoc conuertebantur ad Dei cultum. Et hunc intellectum habet Magister in gloss. Martyres dum dantur alienis, venduntur sine precio. Videmus enim quos dedisti, sed nõ quos accepisti, quia quasi nullus acquiritur, vel si quis acquiritur, pauci tamen sunt. Moraliter autem populus Dei sine precio venditur, quando quis opera de se virtuosa pro laude facit humana, vnde Gregor. ait. Quid enim in cunctis operibus suis hypocrita sperat nisi honoris reuerentiam, gloriam laudis, à melioribus metui, sanctus ab omnibus vocari. Et infra. Magna quippe vecordia est, laboriosa agere, & aure laudibus inhiare, forti opere præceptis cœlestibus inseruire, sed terrenæ retributionis præmium quærere. Vt enim ita dixerim, qui pro virtute, quam agit, humanum fauorem desiderat, rem magni meriti vili precio venalem portat. Vnde regnum cœlorum emi potuit: inde nummum transitorij sermonis quærit. Vili ergo precio opus vendit, qui magna impendit, & minima recipit.

Vendere. Gregor. 8. mor. c. 28.

712 *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationem, & derisum ijs, qui in circuitu nostro sunt.*

Hic consequenter ponitur opprobriorum insultatio. Vbi sciendum, quòd opprobrium & vituperium alicui illatum quatuor modis aggrauatur. Et secundum hoc ista pars habet quatuor partes. Nam aggrauatur opprobrium, primò vilipensione in principio: secundò demonstratione: ibi. *Posuisti nos in similitudinem,* tertiò continuatione, ibi. *Tota die:* quartò diffamatione, ibi. *A voce.* Quantum ad primum dicit. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris.* Gentes enim, quæ stabant circa terras Iudæorum, quæ colebant idola: videntes Iudæos vnius veri Dei cultores sic crudeliter persequi, & per consequẽs cultum veri Dei quasi ad nihilum redigi gaudebant, & ipsis Iudæis insultabant dicentes: Vbi est Deus vester, liberet vos, si potest. Quasi ex hoc inferentes, quod Deus, quem colebant Iudæi, verus Deus non esset. Per hoc enim quòd *vicinis nostris, & ijs, qui in circuitu nostro sunt,* aggrauatur opprobrium, quia secundum glo. Grauior est afflictio, quæ à vicinis ingeritur, quàm quæ à remotis; quia non transitoriè dicitur, quod à circunstantibus irrogatur. Hanc autem insultationem vt grauem ostendat: tribus nominibus vocat, scilicet opprobrium, subsannationem, & derisum. Primò dicitur opprobrium. Vbi nota secundum Grammaticos, quod probro. as, idem est, quod vituperare, & iniuriari, à quo deriuatur probrum, idest, vituperium. Et componitur cum ob, & dicitur opprobrium, idest, magna vituperatio, vel iniuriatio. Subsannatio verò dicitur derisio facta despectiuè contracto naso, & rugato. Derisus verò dicitur quædam vox confusa lætitiæ insultatiõnẽ immoderata lætitia denuncians. Per hoc autem moraliter denotatur, q́ sicut Iudæi, qui confitentes interpretantur, à gentibus, & malis deridebantur, sic & hodie per bonam vitam Deũ confitentes à malis hominibus vilipenduntur, quia sicut similitudo est causa dilectionis, ita & dissimilitudo causa est odij. Cum vita bonorum malis sit dissimilis, hinc est quòd mali bonos odiũt, & ipsos vilipendendò derident. Et hoc est quod ait Gregor. Hoc namque proprium vniuscuiusque solet esse, vt qualis ipse fuerit, tales sibi coniungi & alios velit. Mali ergo simplicitatem vitæ refugientes, hoc imitandum alijs imprimunt, quod amant. Vnde & apud malos simplicitas omnis in crimine est. Apertas quippe mentes diiudicant, & puritatem cordis hebetudinem appellant; Omnesque, quos sibi adhærere cupiunt, à simplicitatis itinere diuertunt. Nunc itaque

Quatuor modis aggrauatur vituperium.

Opprobriũ. Derisio.

Philosophus 8. Ethico.

Gregor. 8. mor. c. 39.

itaque simulatores gaudeant, despiciatur A iustorum simplicitas, atque à malis fatuitas vocetur. Sed citius despectus simplicium transit, citius malorum gloria percurrit, quia despectum bonorū Deus glorificando erigit, & malorum gloriam reprobando confringit &c. Ex quibus patet, quòd opprobria à malis iustis illata sunt ad bonorum meritum, & gloriam, sed malis ad supplicium, & pœnam.

Gregor. 10. mor. c. 27. Sed fortè dicis opprobria alicui propter culpam illata, posito quod patienter illa sustineat, nunquid illi sunt meritoria? Ad hoc respondet Greg. dicēs. Sunt nōnulli, quos etiam humanæ derisiones B deprimūt, & tamē diuinis auribus exaudibiles non sunt, quoniam cùm derisio

3. Reg. 18. contra culpam nascitur, profecto nullum virtutis meritum in derisione generatur. Sacerdotes enim Baal clamosis vocibus hunc implorantes derisi ab Helia fuerunt, qui dicebat. Clamate voce maiore, Deus enim vester aut forsitam loquitur, aut in diuersorio est. Sed hæc eius irrisio eis ad virtutis vsum nō fuit, quia per culpæ meritum venit.

723 *Posuisti nos in similitudinē gentibus, commotionem capitis in populis.* C

Hic consequenter ponit derisionem ex demonstratione. Iudæi enim

Similitudo gentibus. in tantum opprobrium deuenerant, quòd digito demōstrabantur à gentibus. Sicut demōstratur quis ex abundanti gloria, vt, cū dicimus, ille est sapientior homo ciuitatis, vel dominus, Sic ex infortunio, vt dicendo, ille est, qui tantum erat superbus, & ecce, quomodo est humiliatus. Sic ergo & Iudæi erant in similitudinem gentibus. Vel aliter. Quādo gentes loquebātur de infortunio aliquorum, ponebant pro exemplo vel si- D militudine infortunium Iudæorum. Vel quando volebant alicui maledicere pro exemplo adducebant maledictionē Iudæorum, vt puta dicendo. Sic accidat tibi, sicut Iudæis accidit. Sicut si quis alteri maledicens diceret, vtinam pereas, sicut periit Laurentius. Vel aliter secundum glo. vt sit sensus. *Posuisti nos gentibus in similitudinem Christi:* quia sicut Christus à gentibus fuit illusus, flagellatus, & mortuus, sic illo tempore accidit Iudæis. Et sic iste propheta hic non solum præuidit futuram persecutionem Iudæorum, sed etiam passionem Christi, cui passionem Iudæorum assimilauit, Et quantum ad hoc subditur. *Commotionem capitis in populis.* Sic enim mouet quis caput contra aliquem quasi ipsum despiciendo, & sibi minando vel ad insultandum. Dicat ergo. *Posuisti nos commotionem capitis in populis,* scilicet ad nobis insultandum sicut & Christo insultauerunt in sua passione mouentes capita sua. Per hoc autem mysticè notatur, quòd gentes idololatræ, quæ ante Christi passionem fidelibus Iudæis, qui verum Deum colebant, erant dissimiles per Christi passionem, similes fidelibus efficerentur, verum Deum colendo. Et hoc notanē dicit: *Posuisti nos in similitudinem gentibus,* vt scilicet ad nostram similitudinem conuertantur, & nobis similes fiant. Et de hac similitudine dicitur. In similitudinem lapidis aquæ indurantur. *Iob 38.* Per lapidem intellige Christum, vel Christi fideles. 1. Corinth. 10. per aquas verò ipsos gentiles, qui per idololatriam, & alia vitia non constantes, sed fluxibiles erant: Aquæ ergo indurantur in similitudinem lapidis, quando gentilis populus ad Christi similitudinem super fundamentum fidei stabilis fuit effectus. Et quid sequitur ex hoc nisi quod sequitur. *Et commotionem capitis in populis?* Quia ex hac conuersione caput amotum fuit à gentibus. s. vitium superbiæ, quod caput est omnium

Caput. Superbia. vitiorum, vnde Abacuc. 3. Percussisti caput de domo impij &c. scilicet superbiā de corde impij, scilicet populi idololatræ. Istud est illud superbiæ caput, quod septem capita portat, quia septem principalia, & capitalia vitia ex hoc capitē oriuntur. Apoc. 13. Vidi bestiam ascendentem de mari habentem capita septē. Hæc bestia dicitur esse superbia, quia hōmines extra cognitionem propriam trahens vertit in bestias. Hæc ascendit de mari, scilicet huius mūdi, quia ex rebus mūdanis, scilicet diuitijs, potentijs, sciētijs & huiusmodi oritur, hæc habet capita septem, quia septem capitalia vitia ex ipsa procedunt, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, ventris ingluuies, auaritia, & luxuria, vt deducit diffuse Greg.

Gregor. Tunc ergo facta fuit *commotio, capitis in populis*, scilicet gentium, quando, deposito capite superbiæ, humiliter se fidei Christi submiserunt Christi capitis, quod præuiderat Psalmista in persona Christi. d. Eripies me de contradictionibus populi, scilicet Iudæorum, cõstitues me in caput gentium. Psal. 17.

724 *Tota die verecundia mea contra me est: & confusio faciei meæ cooperuit me.*

HIc consequenter auget opprobriũ ex continuatione. d. *Tota die*, &c. Ad huius intelligentiam videamus primò, quid est verecundia. Verecundia enim propriè est quidam timor. Sed nota, quod dupliciter quis timere potest scilicet, quia vel timet mala corruptiua, vel mala turpia, & inhonorantia, si primum, vocatur timidus, si secundum, dicitur verecundus. Nihil ergo aliud est verecundia, quam timor inhonorationis, vel inglorificationis. Vnde verecũdia aliquando dicitur erubescentia, quia verecundantes communiter erubescũt, sicut timentes pallescunt. Nam ex eo quod aliquis amittere vitam (quod est bonum substantiale) credit, dicitur timere. Sed ex eo quod timet se amittere gloriam, honorẽ & huiusmodi, quæ sunt bona exteriora, verecundatur. In timendo ergo sanguis venit ad intima, & ad interiora recurrit ad confortandum cor. Et ideo membra exteriora pallescunt, quia timor consurgit ex eo quod quis credit se amittere interiora bona. Sed cum quis verecũdatur, sanguis fugit ad exteriora, & facies apparet rubea. Currit enim tũc sanguis ad exteriora, quia verecundia consurgit ex eo quod quis credit se amittere bona exteriora. Ad propositum ergo Iudæi virtuosi in illa persecutione omnia temporalia, ac etiam vitam corporis inter bona exteriora computabant. Animam autem & virtutes inter bona interiora ponebant. Et sic non timebant amittere nisi bona extrinseca, propter quod talis timor propriè verecundia, vel erubescentia dicebatur. Sed quia pro tunc talis timor continuus erat in eis, ideo dicunt. *Tota die verecundia mea contra me est*, vbi gloss. Verecundia grauis erat cõtra sanctos, vel coram sanctis, id est, ante oculos sanctorum, quando quos impios sciebant, sibi insultare videbant. Vel dicit *contra me*, id est, contra hoc, quòd boni erant, quia ideo persequebãtur, quia fideles. Non enim commiserant, vnde verecundari deberent. Vnde subdit. *Et confusio faciei meæ*, &c. Quodam enim pallio cõfusionis vultum dicit opertum: dum nube sanguinea facies inflammata rutilat. Aliquando tamen aliter accipitur verecundia secundum Philosophum, scilicet prout est quædam erubescentia de turpi actu. Et isto modo verecundia non competit virtuosis, & maximè in senibus est abominabilis. Cum ergo virtuosus nihil agat, ex quo debeat timere turpitudinem à se factibilem, verecundari non potest. Etiam quia senes sic debent esse dispositi, vt nihil agant verecundia dignum: ideo in eis verecundia non cadit, vt dicitur, quarto Ethicorum. Si tamen senex faceret aliquid verecundia dignum, plus vituperabilis esset quàm iuuenis, vt ibidem dicitur. Ex prædictis patere potest, quòd verecundia quandoque consurgit ex facto alieno, & sic in iustis cadere potest, quandoque ex facto proprio, & sic non cadit. Notandum etiam quòd quamuis verecundia non cadat in iustis: timor tamen uerecundiæ cadit, & est utilis, sicut malis non timere uerecundiam, occasionem præstat peccandi. Vnde de hoc Gregorius in Moralib. dicit. Sunt nonnulli quos ad perpetrandam nequitiam oborta subito malitia inuitat, sed tamẽ humana uerecundia hos reuocat. Et plerunque per hoc quòd exterius erubescunt, ad interiora sua redeunt, & contra se internum iudicium sumunt, quia si propter hominẽs mala facere metuunt, quanto magis propter Deum, qui cuncta inspicit, nec appetere mala debuerunt. In quibus fit, vt mala maiora corrigant per bona minora, scilicet per exteriorem uerecũdiam interiorem culpam. Et sunt quidam, qui postquam Deum in mente contempserint, multo magis humana iudicia spernunt, atque omne malum, quòd appetunt, audacter peragere non erubescunt. Quos ad perpetrandum malũ occulta iniquitas inuitat, & nulla aperta uerecundia retardat.

Verecũdia. Timor. Philosoph. 4. Ethicor. Gregor. 4. mor. c. 13.

Sicut

Sicut de quodam iniquo iudice dicitur: quòd Deum non timebat, nec hominē verebatur, &c.

Luc. 18.

725 *A voce exprobantis, & obloquentis, à facie inimici, & persequentis.*

CONsequēter hic aggrauatur opprobrium ex diffamatione. Vbi aduerte, q; exprobare est in facie maledicere, sed obloqui est absenti detrahere quod Iudæis accidit tpe Antiochi. Et qui non solum uerbis, & oblocutionibus, sed magis ipsos gladijs persequebātur, ideo sub dit. *A facie inimici, & persequentis.* Inimici nomine significatur animus malus, sed persecutione malus exterior actus. Notādum quòd exprobratio est multiplex, quoniam quædam pertinet ad contumeliam. ps. Tota die exprobrabāt mihi inimici mei. Quędam ad fallaciā. Secretum extraneo non reueles, ne fortè insultet tibi, cum audierit, & exprobrare nō cesset. Quædam ad blasphemiam. Cui exprobrasti, vel quē blasphemasti? Quædā ad charitatis amicitiā, quo ad exprobrātem. Exprobrauit incredulitatem illorū: quædam ad fœlicitatis gloriam quo ad tolerantem. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. Et Matth. 5. Beati eritis, cum maledixerint, &c. & exprobrauerint, &c. Exprobratio autē, de qua hic loquitur, pertinet ad contumeliam.

exprobrare. *Prou. 25.* *4. Reg. 19.* *Mar. vlt.*

725 *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te, & inique non egimus in testamento tuo.*

HIc consequenter exprimi inter tot aduersa bonorū iustitiā, & constātiā. Et diuiditur i partes duas. Quia ostēdit primò iustorū patientiam. Secundò replicat iustorum miseriā, ibi, *Quoniam humiliasti nos.* Quantum ad primum sciēdū, q; licet multi Iudæorum in persecutione regis Antiochi recesserunt à cultu Dei ad idololatriam, ut persecutiones euaderent, tamen maior pars, uel saltē potior elegit ante mortem corporis sub ire, quàm Dei legem derelinquere. Nā, cum Antiochus misisset eos, qui cogerent Iudeos immolare idolis, & legem Dei derelinquere, multi ex Iudæis consenserūt, sed Matathias, & filij eius cōstāter steterūt. Vnde q; missi fuerāt à rege, A dixerūt Matathiæ. Princeps magnus es & ornatus filijs, & fratribus, ergo accede prior, & fac iussum regis, & eris tu, & filij tui inter amicos regis, &c. Respōdit Matathias magna voce dicens. Etsi oēs gentes regis Antiocho obediant, vt discedat vnusquisque à lege patrum suorum, ego tamen, & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Non enim est nobis vtile relinquere legem Dei, &c. Et multa similia habentur de bonis Iudæis tempore illius persecutionis. Istorum ergo constantiam in lege Dei præuidens ante longè Psalm. in ipsorum persona prædixit, *Hac omnia* scilicet mala prædicta *venerunt super nos.* Et notanter dicit. *Venerunt super nos*, scilicet ab extra, quia illa ab intra non merueramus per culpam. *Nec obliti sumus te*, scilicet cultus tui, quia scimus te gratis esse colendum. *Et inique non egimus in testamento tuo.* Iniquè agit in testamento Dei, qui trāsgreditur eius præcepta. Quantum ad intellectum Psal. Ista sunt verba sanctorum martyrum, qui tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia, & omnes admonet memoriam Dei semper habere. Si enim sancti martyres tam dura tolerādo, Deū non sunt obliti, quanto magis nos alij obliuisci non debemus? propter quòd benè dicitur Eccles. vlt. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Quæ verba pertractans Gualfredus, dicit hoc solum concionator noster intendit, vt quam sit necessaria creatoris memoria insinuet, dum prosequitur quam grauia mala pariat eius obliuio, memento, inquit, creatoris tui, dū ipsum videre adhuc non licet, memoriam eius habere debemus, si eius præsentiam videre concupiscimus. Memento, inquit, creatoris tui nihil melius, illa nēpe memoria tollit excellentiam, & sub eo humiliat, tollit diffidentiam, & aduersus inimicum erigit, & confortat, memento, inquit, creatoris tui, parū est hoc, Ego amplius addo, & quid? memēto redemptoris tui. Nihil enim creari profuit, nisi redimi profuisset. Salomon suæ generationis hominibus, quod erat notum, pro tēpore, loquebatur. Nobis aūt clamat Apost. Empti estis pretio magno, &c. Nō mediocriter periculosa est bñficij huius obliuio.

1. Mach. 2. *Matathias.* *Obliuio.* *Memoria Dei habenda.* *1. Cor. 6.*

Odibilis foret omnibus bonis, si quis homi nũ homini inueniretur ingratus, per cuius operam videretur auditũ recepisse, vel visum, &c. Sed de malis dicitur. Obliti sunt Deum, qui saluauit eos &c. Et contra huiusmodi dicunt. *Hæc omnia venerunt super nos*, &c. Et quod plus est ostendit, ꝙ ista aduersa non solum non nocent inferendo obliuionem Dei, sed etiam proficiunt ad Deum nos diligendo, vnde subdit.

Psal. 150.

726 *Et non recessit retrò cor nostrũ: & declinasti semitas nostras à via tua.*

Quasi dicat, Non nocuerunt nobis aduersa, vt remouerent cor nostrũ à te per apostasiam idololatrando. Retro enim recedere est, non solum bonum inchoatum omittere, sed ad oppositum tendere per actum, vel per motum contrarium. E isto modo loquebatur Christus. d. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Et addit profectum. d. *Et declinasti semitas nostras à via tua.* Vbi notandum, ꝙ via Dei dicitur illa via arcta, quæ ducit ad vitã. s. beatam, quæ stat in obseruatione mandatorum spe regni cœlestis, non temporalium bonorum. Ps. 118. Viam mandatorum, &c. Semita autem nostra dr̃ affectio vel desiderium prosperitatis, & voluptatis mundanę. Et dicitur semita. i. via stricta, quia oĩs prosperitas mundi multum arctat hominẽ diuersis pressuris, & amaritudinibus. Vñ foris apparet via lata, sed in mente est semita stricta, sicut econtra, via Dei foris apparet arcta, sed intus est multum lata, quia per ipsam cor dilatatur. Psal. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum: vnde de istis semitis dr̃. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eius, s. multis amaritudinibus. Notandum ẽt, ꝙ ista præpositio, à, qñq; notat separationem, sicut Matth. 25. Discedite à me maledicti, &c. Quandoque notat causalitatem, sicut Matthæ. 11. Discite à me, quia mitis sum, &c. Sic in proposito cum dicitur à via tua, ly, à, notat causalitatẽ, & est sensus, *à via tua*. i. propter viam tuã. Dicit ergo ꝙ in præfatis aduersitatibus *declinasti semitas nostras à via tua*: idest, tulisti, vel remouisti semitas nostras. i. affectiones, & desideria tempora-

Retrocedere.

Via. Luca 6.

Semita.

Iob 6.

E lium, *à via tua*, i. propter viam tuã imitandum. Et ad istum intellectum exponit Magister in gloss. d. Semitæ enim nostræ erãt in prosperitatibus, & voluptatibus sæculi, sed tulisti eas à via tua, quia ostendisti nobis arctam viam, quæ ducit ad vitam. In isto versiculo spiritualiter ostenditur, ꝙ quamuis aliquando sit licitum cessare a bono opere nunquam tamen licet retroire. i. facere cõtrarium: vnde ait glo. *Non recessit retro cor nostrum*. i. ratio nostra, ita. s. ꝙ retroiret, desperando de bonitate Dei. Etenim si aliquando descendat à contemplatione veritatis, non

F tamen retroit. Et ideo non dixit simpliciter nõ recessit cor nostrum, sed addidit retro. Sequendo materiã satisfactionis, quæro vtrum per opera extra charitatem facta quis possit satisfacere pęnitentiam sibi impositam. Aegyd dist. 15.

Quæstio.

727 *Qm̃ humiliasti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos umbra mortis.*

Hic consequenter ostendit alia via vtilitatem ex aduersis habitam. Et diuiditur in quatuor partes s̃m ꝙ quatuor vtilitates procedunt ex aduersitati bus. Prima est mentis humiliatio. secun-

G da est Dei memoratio, ibi. *Si obliti fuimus:* tertia est peccati detestatio. ibi, *Nonne Deus.* quarta est carnis mortificatio: ibi. *Quoniam propter te mortificamur.* Quantũ ad primum sciendum, ꝙ ipsa aduersa superbiam cordis deponunt, & ad humilitatem inclinant. Sicut per oppositũ prospera mundi mentem per superbiã inflant: Quod satis ostendit Greg. super illo verbo Iob 6. Qui cepit, ipse me contẽrat, d. Sæpe namque fiducia lõgæ prosperitatis inflati in quodam fastu elationis erigimur, eumque nos extolli conditor conspicit, sed amorẽ suum erga nos per

H verbera non exercet, quasi ad ferienda nostra vitia manũ ligatam tenet. An non affectus sui manum ligauerat, cum peccanti populo dicebat. Iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te. Soluat ergo manum dicitur. i. exerceat affectum. Rectè autem subditur. Et succidat me. Cum enim securos nos, ac de virtutum affluentia elatos repentinus vel flagelli dolor, vel infirmitatis tentatio percutit, protinus à status sui vertice mentis nostræ elatio succisa cadit, vt de semetipsa nihil

Aduersitates deponit superbiam spe ra superbiã inducunt.

Gregor. 7. mor. c. 8.

Aduersitas *Humilitas.*

nihil audeat, sed infirmitatis suæ ictu prostrata manum leuantis quætat. Hinc est, quòd sancti viri cum de occulta erga se dispositione suspecti sunt, plus prospera ipsa pertimescunt, tentari appetunt, flagellari concupiscunt, quatenus incautam mentem metus, & dolor erudiat, ne in hac peregrinationis via, hoste ex insidijs erumpente, sua eam deterius securitas sternat. Hinc Psal. ait. Proba me, Domine, & tenta me. Et rursum. Quoniam ego in flagella paratus sum. Quia enim sanctæ mentes corruptionis suæ vulnus sine putredine non esse considerant, libenter se sub manu medici ad B sectiones parant, vt aperto vulnere virus peccati exeat, quod sub sana cute intus occidebat. Ex quibus apparet, quòd prospera mentem eleuant, sed aduersa humiliant, sic quòd maximæ difficultatis est in prosperis humilitatem seruare. Hoc autem hic notans Psal. dicit. *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis*. id est, quia afflixisti nos, humiliati sumus. Tempore enim Antiochi humiliati fuerunt Iudæi ex maxima afflictione, quoniam illo tempore fugerunt Iudæi ad loca deserta, quæ erant afflictiua, ita quòd habebant afflictionem super afflictionē. C Nam vt dicitur. 2. Machabæo. 5. Iudas autem Machabæus secessit in locum desertum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat, & fœni cibo vescentes demorabantur. Quis autem in tali afflictione, vel in loco afflictionis existens superbiret? certè nullus, sed magis humiliaretur. Vel per locum afflictionis accipe præsentem vitam, in qua multis miserijs humiliamur, & deprimimur: sed in futura exaltabimur, vt ait glo. Sequitur. *Et cooperuit nos vmbra mortis*. Vbi notandum, quòd aliud est vera mors, aliud est figuratiua mors, quæ D dicitur vmbra veræ mortis. Quoniam mors vera est illa, qua anima separatur à Deo, vel mors æterna. Vmbra autem mortis dicitur mors corporalis, vnde Gregor. super illo verbo Iob 12. Producit in lucem vmbram mortis, ait. Ista enim mors, in qua caro separatur ab anima, vmbra illius mortis est, in qua anima separatur à Deo. In lucem ergo vmbram mortis Christus producit, cùm, intellecta morte spiritus, mors carnis

Prouer. 12.

Vmbra mortis.

Mors.

Greg. li. 12. mor. c. 12.

A minimè timetur. Volens ergo iste exprimere afflictionem populi Iudaici, dicit in ipsorum persona. *Cooperuit nos vmbra mortis*, continuè eramus sub morte corporis, & in periculo mortis.

Si obliti sumus nomen Dei nostri, &c, si expandimus manus nostras ad Deum alienum.

728 *De pæ. d. 1. medicina.*

HIc ostendit, quòd aduersitas inducit in nobis memoriam Dei. Sicut enim prosperitas claudit mētis oculos, ne Deum consideret, sic econtra aduersitas aperit, vt Deum, & seipsum cognoscat, vnde Gregor. ait. Flagella oculos mentis aperiunt, quos inter viria securitas prosperitatis cæcabat. Torpens quippe animus percussione tangitur, vt excitetur, quatenus, qui statum suæ rectitudinis securus perdidit, afflictus consideret, quo iacet. Hinc itaque ipsa asperitatis correctionis origo fit luminis, &c. Et hoc est, quod hic ait Psalmista, quòd in aduersitatibus *si obliti sumus nomen Dei nostri*, &c. Vbi aduerte, quòd in sacra scriptura ly si, multoties accipitur negatiuè, vt Psal. 94. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt, &c. idest, non introibunt, sic, & hic ly si, stat pro non, & est sensus, *Si obliti*. idest, non sumus obliti nomen Dei nostri, eius recordationē debitis temporibus omittendo. *Si expandimus*. idest, non expandimus manus nostras *ad Deum alienum*. scilicet, idololatriam committendo. Et hic notat glo. d. Ecce iste est intellectus filiorum Chore: de quo agit titulus, qui propter omnia mala non obliuiscuntur dominum. Qui non expandunt manus suas ad Deū alienum, sed solum crucifixū adorant, quia, qui manus extendit, de seipso crucem facit, per hoc significans se crucifixū adorare. Et nota hic, quòd per Deum alienum intelligit idola, qui aliena sunt à realitate bonitatis Dei in vocabulo Dei designare, quia. s. nomen habent Dei, sed realiter carent. Vnde & de idolis dicitur Israel, si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deū alienum, vbi glo. Alienum Deum dicit idolum, quia nomine, nō essentia Deus est, vnde & Exod. 20. Non habebis Deos alienos coram me.

Aduersa aperiunt oculos, prospera claudunt.

Gregor. 6. mor. c. 16.

Alienus.

Psal. 80.

729 *Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis.*

HIc consequenter ostendit, q aduersitas peccati detestationem inducit. Vnde potest formari talis ratio. Quandocunque ad aliquod antecedens necessario sequitur aliquod consequēs, quicunque fugit consequens, fugere debet antecedens, sed ad peccatum necessariò sequitur pœna: igitur, qui timēt pœnam multo fortius peccatum timere debet, & fugere, quod autem peccatum necessario pœna sequatur, ostēdit hic Psalmista.d. *Nonne Deus requiret ista?* q.d. sic requiret ad iudicandum. Vbi notandū quòd cum ly *ista* sit pronomen demonstratiuum solum illa peccata significās, quæ possunt demōstrari. Cum ergo propriè loquendo solum exteriora oculariter possint demonstrari consequens est, quod per ly ista, intelligunter peccata exteriora, quæ Deus iudicando requirit, quod probant, quia etiam peccatā occulta cordis ipse cognoscit, propter quod subdit. *Ipse enim nouit abscondita cordis.* Non est intelligendum, q Deus peccata requirat, scilicet ad cognoscendum, quasi ante non cognouerit illa, sed dicitur illa requirere & cognoscere, quando per aduersa te facit peccata tua requirere, & cognoscere ad illa detestanda. Et hoc est quod hic ait glo. Noscere dicitur Deus, quia te facit noscere, vnde ad Abraham ait. Nunc cognoui quod timeas Deum, idest te & alios cognoscere feci. Nouit ergo Deus eo modo quo requirit, sed non pro se, sed pro te.s. quando aduersa facit, vt tu inuenias te, vt tu peccatum cognoscas & fugias, vt ei gratias agas. Et nota, quod hic peccata dicuntur abscondita cordis, quia mali quantum possunt, nituntur sua peccata abscondere, & occultare. Cuius ratio est, quia quasi naturaliter omnis, qui malè agit, odit lucem. Non aduertentes, quod scribitur Prou. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, &c. Hoc non faciebat Iob, qui dicebat. Si abscondi quasi homo peccatū meum, si, pro non. Quod dicit contra illos qui peccata sua excusando, nituntur abscondere, ac per hoc Deum accusare, & seipsos excusare nituntur more primi

Cognoscere Dei.

Absconditū peccatum.

Ioan. 3.
Iob 3.

E parentis, vt ostendit Greg.d. Hæc namque sunt veræ humilitatis testimonia; iniquitatem suam quemq; cognoscere; & cognitam uoce confessionis aperire. At contra humani generis vitium est, & labendo peccatum cōmittere, & cōmissum negādo abscondere, & conuictū defendendo multiplicare. Ex ipso quippe lapsu primi hominis hæc argumenta nequitiæ ducimus, ex quo ipsam radicem traximus culpæ, &c. vide ibi. Et nota, q specialiter mali quædā abscondunt peccata, scilicet quia abscondunt cupiditatem auaritiæ, voluntatem immunditiæ, F ociositatem pigritiæ, ambitionem superbiæ, detractiones fallaciæ, infidelitatem idololatriæ. Primum patet Math. 25. Abiens fodit in terrā, & abscondit pecuniam domini sui. Nōne pecuniam domini sui.i. Dei abscondit in terrā, qui diuitias absconsas retinet, & pauperib. vt fidelis dispensator non tribuit illas, iuxta domini sui præceptum? Vnde tales maledictionem Dei merentur, & mundi. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Quinimo & mortem temporalē, & æternam merentur. Cuius figuram gessit Achan, de quo Iosue 7. Vidi enim G inter spolia pallium, & ducentos siclos argenti, & regulam auream, & concupiscens abij, & abscondi in terra, &c. Qui propter hoc consequenter fuit lapidatus. Secundum patet in illis immundis senibus qui in Susannam libidine exarserant qui absconditi stabant. De quib. Dan. 13. dicitur. Non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos, contemplantes eam. Et ibidem de Susanna dicitur, quòd nesciebat senes intus esse absconditos. Et tamen istud luxuriæ peccatum difficulter absconditum potest manere, quin statim publicetur per ali- H qua signa. Propter quod ad literam de isto peccato dicitur. Nunquid abscondere potest homo ignem in sinu suo, ut uestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem, &c. Tertium patet, quoniam pigri quasi semper latent absconsi. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicant eam. Manus sub ascella absconsa est virtus operandi ligata. Quartum patet de superbis,

qui

Gregor. 22. mor.c.13.

Absconduntur peccata multa.

Prouer. 11.

Prouer. 9.

Prouer. 17

qui sub humilitatis habitu vel verbis, cor superbum tenent absconsum, non aduertentes quod (vt hic dicitur) Deus nouit abscondita cordis. Et Iob 34. Nō sunt tenebræ, non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui, operantur iniqui tatem. Quod exponens Gregor ait. Lux æterna, quæ Deus est, quanto incommu tabiliter fulget, tanto penetrabiliter vi det. Et neq; occulta nescit, quia cuncta penetrat, neque penetrata obliuiscitur, quia incommutabiliter durat, proinde quotiens indigni, atque superbi aliquid corde concipimus, totiens in lucem pec camus, quia ipsa nobis etiam non sibi præsentibus præsto est, & peruersè gradientes in ipsam impingimus, à qua per meritum longe sumus. Cum verò videri non credimus in sole clausos ocu los tenemus, illum videlicet nobis abscondimus non nos illi. Propter quod Dan. 13. Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, &c. Quintum patet, quia detractores venenū sub specie compassionis vel sub alio abscondunt colore. Prouerb. 10. Abscondunt odium labia mendacia. Sextum patet, quicunque enim plus aliud colit quam Deum, est idololatra. Sed quanti sunt, qui sub specie religionis plus amāt creaturas quàm Deum? Et tales sub specie religionis abscondunt idola, verbis, & operibus mentientes. Quorum figuram gessit Rachael, de qua Genes. 31. Rachel festinans abscondit idola sub stramenta cameli, & sedit desuper. Omnis autem prædicans absconsiones apud Deum esse, benè nouerat Psalm. dicens. *Nonne Deus requiret, &c. ipse enim nouit abscondita cordis.*

Gregor. 25. mor. c. 9.

730 *Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.*

HIc consequenter ostendit, quod aduersitas inducit carnis mortificationem. Quanto enim caro fortior est, tantò amplius contra spiritum reluctatur, quanto autem debilior, spiritui magis subijcitur. Quid autem tantum mortificat carnem, sicut aduersitates tolleratæ patienter? Et hæc est vox sanctorum martyrum, qui non mortificantur, vel patiuntur propter peccata sui, sed fidem Christi confirmandum. Et sonat ista vox, d. Deo. *Quoniam propter te*, idest, non pro criminibus nostris, sed vt fides tua gentibus augeatur. Ad literam enim iusserat Antiochus omnes Iudæos occidi, qui nollent transire ad ritum gentilem. Tamen boni libentius mortem tolerabant, quàm cultum Dei relinquere vellent, vt patet de Eleazaro antiquo, qui ait. Senectute quidem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum fortè relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro sanctissimis legibus honesta morte perfungar, & sic fuit de multis alijs. Et ideo ad denotandum, quod sine reclamatione mortem acceptabant pro lege Dei seruanda, dicit. *Aestimati sumus sicut oues occisionis*, idest secundum gloss. sine aliqua reluctatione occisi. Spiritualiter autem hoc competit omnibus sanctis viris, qui seipsos mortificant super terram, vt Deo viuant. Vnde prædicta verba exponens Richardus ait. *Quoniam propter te mortificamur tota die*, &c. Quare mortuus nō creditur, qui quotidie mortificatur? An fortè quia non dixit morimur, sed mortificamur. Scimus tamen quia in Dei oculis maioris meriti est sæpe mortificari, quam mori. Nonne mors martyrum tantò erat preciosior, quantò mortem præcedens pœna productior erat, quibus volentibus mori, non dabatur occidi. Nonne prædestinatis ad vitam hoc ipsum ad gloriæ cumulū proficit, quod sine graui pugna, sine acerba pœna carnalis in eis vita non sufficit dicit. *Quoniam propter te mortificamur tota die?* Mortificate ergo secundum Apostolum membra vestra: mortificate, inquam, in die tantum, vt omnia in luce discretionis fiant, ne vltra, citrave mensuræ metam operum nostrorum rota discurrat.

1. Mac. 12.

Mach. 6.

Richardus.

Exurge, quare obdormis, domine? exurge, & ne repellas in finem. 731

HIc consequenter pro adiutorio im ploratur Dei misericordia. Vbi notandum, quod Christus omnes suos fideles adiuuat virtute fidei in ipsum habitæ. Fides autem Christi maximè

creauit

creauit in mundo ratione eius resurrectionis, mundo manifestatę, propter quā gentes Christi fidem receperunt. Et ideò iste pro adiuutorio postulat, vt Christus à mortuis resurgat. Et diuiditur ista pars in tres. Quia primò petit Christi resurrectionem. Secundò assignat ad hoc suam rationem, ibi. *Quoniam humiliata*. Tertiò petit humani generis redemptionem: ibi. *Exurge adiuua nos*. Primò ergo petit Christi resurrectioné. Iste enim spiritu eleuatus prophetico præuidit mysterium Christi passionis. Et quod in eius passione multi etiam, qui ante fideles fuerāt, apostatarent à fide, sicut Thomas, cui Christus dixit. Noli esse incredulus, &c. sicut Lucas, & Cleophas, qui iam amissa fide, dixerunt Christo. Nos autem sperabamus, q ipse esset redēpturus Israel, quasi dicat, Amplius non speramus. Præuidit etiā quòd per Christi resurrectionem fides perdita recuperaretur sicut factū fuit in prædictis, ac etiam gentes ad fidem reducerentur. Et ideo pro suo, & aliorum adiutorio Christi resurrectioné postulat contra omnia mala prædicta. d. *Exurge, quare obdormis domine*, scilicet Christe. Videtur enim dormire Deus, quando differtur, quod postulatur. Et dicit. *Quare obdormis*, scilicet causa quare tantum differtur resurrectio tua, tibi cognita est, non nobis. *Et ne repellas in finem*. Repellere videtur Deus, quos in manibus persecutorum reliquit. Dicit ergo, *ne repellas in finem*. q.d. Et si modo nos flagellas, & percutis, non hoc facies, finaliter damnando. Spiritualiter vero hic sancti martyres orant, vt Christus per fidem resurgat in gētibus, quia etsi sciant Christum non dormire, & sibi resurrexisse, precantur tamen ipsum resurgere per fidem, non sibi, sed gentibus, quæ Christum putant esse mortuum. Si enim crederent Christum resurrexisse, credētes in eum non persequerentur. q.d. Tota die mortificamur. Et vt hoc finiatur, precamur exurge per fidem: quia tu, domine, obdormis, non quidem nobis credentibus, sed gentibus, quæ non credunt. *Exurge, & ne repellas in finem*: quia si per fidem resurgis in eorum mentibus, cessabit omnis persecutio. Et idem alijs verbis postulat, dicens.

Passio Christi.

Fideles.

E *Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?* 732

VBi nota, q aliquos respicit Deus, qui etiam Deum respiciunt, sic bonos respicit, quibus dat prospera. Aliquos non respicit, qui etiam nec ipsum respiciunt sicut malos, quibus dat aduersa. Aliquos respicit, qui ipsum non respiciunt, sicut malos, quibus dat prospera. Sed aliquos non respicit, qui tamen ipsum respiciunt, sicut bonos, quibus infert aduersa. Vide vers. 245. Quia F ergo sanctos martyres exponebat persecutionibus, illos dicebatur non respicere, sed ab eis auertere faciem, & eodē modo de ipsis non recordari. Vbi notandum, quòd per faciem Dei, eius misericordia significatur. Deus enim habet faciem & tergum, scilicet misericordiam, & iustitiam; sed misericordia est pars anterior, quia omnia opera incepit à misericordia, quia gratis omnia produxit. Et sic illis ostēdit faciem, quibus misericordiam facit. Ab illis vero auertit faciem, quos flagellis exponit. Clamāt ergo sancti martyres, *quare faciē tuā auertis?* scire cupientes sui certaminis finē. G

Facies & tergū Dei.

Quoniam humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster. 733

HIc suam allegat rationem, q quare ipsum Deus debeat exaudire. Inter omnia enim humilitas orātis orationem facit exaudibilem. Iudith 6. Humilium, & mansuetorum tibi, domine, semper placuit deprecatio. Sed humiliati sumus, quia *humiliata est in puluere anima nostra*, &c. Igitur nos exaudire debes. Ad literam enim Iudæi tempore persecutionis Antiochi humiliabantur in puluere orantes. Quoniam vt habetur 1. Mach. 3. Induerunt se cilicijs, & cinerem imposuerūt super capita sua, &c. Et hoc est, quod hic dicunt. *Quoniam humiliata est in puluere anima nostra*. i. vita nostra: quia in signum humiliationis ponebant cinerem super capita sua, sicut mos erat Iudæorum in afflictione positorum. Tum etiam quia, vt dictum est, habitabant in montibus inter feras, vbi H

Oratio.

Humilitas.

sedisser-

lectis iste ebria non habebant, & sic iacebant in terra. Et ideo subdit: *Conglutinatus est in terra venter noster:* i. corpus nostrum terræ adhæret. Quantum ad intellectum psal. ista est vox martyrum, & pœnitentium, qui animam suam in puluere humiliant, quando considerantes peccata sua, per ipsorum memoriam animam suam cruciant secundum morem pœnitentium.

Cinis. Cinis enim, & cilicium sunt arma pœnitentium. Hinc est quod in capite quadragesimæ, cinis spargitur super caput pœnitentium ob humilitatem, & memoriam suæ fragilis conditionis. Et

Humilitas. hoc est. Non debes obliuisci, *quoniam humiliata est in puluere anima nostra,* i. ad pœnitentiam compuncti sumus. *Et conglutinatus est in terra venter noster,* i. corpus nostrum orando, terræ adhæsit. Hoc autem dicendo summam humilitatem ostendit. Qui enim genua orando flectit in terram habet, quo plus humilietur. Qui vero sic humiliatur, vt venter hæreat terræ, nõ habet vltra, quo humilietur, quia venit ad summum signum humilitatis, quia bassior ex omni parte fieri non potest. Et isto modo orando se Christus humiliauit, qui primò genu flexit, secundò procidit in faciem suam, sed tertiò totum corpus ad terram prostrauit, quando scilicet factus in agonia, prolixius

Luc. 22. (scilicet corpore) orabat.

734 *De consecr. dist. 2. iteratur.*

Exurge, domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.

EXurge, hic petit redemptionem à malis. Hic enim nullũ allegat suũ meritum, sed totũ gratiæ Dei attribuit. d. *propter nomen tuum.* Hic non solum petit bonos liberari, sed etiam malos prædicit puniendos. d. *Exurge,* &c. Vbi nota,

Exurgere Dei. *Iacere.* *Sedere Dei.* quòd quando quis iacet, totus occultatur, quando vero sedet, occultatur secundum partem inferiorem, & videtur secundum superiorem, quando vero stat, videtur secundum oẽm partem. In Deo autẽ sunt quasi duæ partes, misericordia, & iustitia, quarum misericordia est pars superior, psal. Miserationes eius super omnia

Iac. 2. opera eius. In tantum, q̃ à iustitia licet appellare ad misericordiam. Misericordia superexaltat iudicium. Deus autem nunquam legitur iacens, quia nullus est qui non sentiat misericordiam eius, vel

A iustitiam, nec aliquod est tempus, quod non sit misericordiæ, vel iustitiæ. Sed quandoq; Deus ostẽdit hominibus partem superiorem. s. misericordiam, & occultat inferiorem. s. iustitiam, & tunc dicitur sedere. Quando verò ostendit vtrũque dicitur stare. Quando autem dissimulat punire, tunc ostendit misericordiam, & non iustitiam, & ideo dicitur sedere, quod pertinet ad statum præsentem, sed in futuro ostendet suam misericordiam, bonos beatificando, & iustitiã, malos puniendo. Ideo tunc dicitur stare, & exsurgere quando. s. iudicabit. ps.

B Terra tremuit, & quieuit, cum exsurgeret in iudicium Deus. Petens ergo psal. vt Christus exsurgat, quid aliud, nisi vt ad iudiciũ veniat, requirit, vt boni præmientur, & mali puniantur? Quia in præ-

Quæstio. cedenti quæst. dictum est, quòd per opera extra charitatem facta quis potest satisfacere. Ideo nunc quæro, vtrum illa alicuius sint meritoria. Aegidius distinctione 27.

PSAL. XLIV.

735 *De pæ. d. 2. si sermo.*

C *ERuctauit cor meum verbum bonum, dico ergo opera mea regi.*

RIste Psal. talem titulũ habet. *In finem pro ijs qui commutabuntur, filijs Chore ad intellectum pro dilecto.* Pro cuius euidentia sciendum, q̃ totus iste psal. agit de sanctis nuptijs sponsi, & spõsæ. s. Christi & ecclesiæ, saluatoris, & sal-

Epithalamium. uandorum. Vnde iste psal. dicitur epithalamium carmen, idest laus thalami, quia laus sponsi, & sponsæ hic cantatur. Cõ-

D suetudo enim fuit in nuptijs ad honorẽ sponsi, & sponsæ quædam cantari carmina, quæ dicebantur epithalamia. i. laudes thalami. ἐπὶ enim Græcè, idest supra, componitur cum thalamo, & sic dicitur epithalamium, idest cantus super thalamum. Talem cantum primum Salomon adinuenit in laudẽ Christi sponsi, & ecclesiæ suæ sponsæ, vt patet per totum librum, qui dicitur cantica canticorum. Vnde Hiero. in epistola ad Pauli-

Hierony. num dicit. Salomon pacificus, & amabi-

lis

lis domini mores corrigit, naturam docet, ecclesiam, & Christum coniungit, & sanctarum nuptiarũ dulce canit epithalamium. Similiter ergo filij Chore prævidentes has sanctas nuptias Christi, & ecclesiæ futuras, istum Psal. idest, epithalamium in laudem sponsi, & sponsæ fecerunt. Harum nuptiarum copulam in thalamo vteri virginalis fecit Dei gratia, quando verbum caro factum est, & humana natura verbo diuino vnita, & sponso Christo ecclesia sponsa primò charitate, & post immortalitate est coniuncta. Est ergo sensus tituli talis. Iste *Psal. in finem.* idest, Christum nos dirigens, est scriptus *filijs Chore.* idest, filijs Christi, siue crucis. Et hoc *ad intellectũ*, scilicet, tãti mysterij cõiunctionis Christi, & ecclesiæ. Et est iste Psal. *pro ijs, qui commutabuntur.* scilicet, de veteri homine in nouum. Et etiam est *pro dilecto*, idest, pro Christo sponso, qui est à patre dilectus. Hic est filius meus dilectus. Hic enim describitur, per quem commutabuntur & laus sponso, & sponsæ decantatur. Iste ergo Psal. factus fuit à filijs Chore pro nuptijs Christi, & ecclesiæ. Sed de materia Psal. quo ad literam diuersæ fuerunt opiniones. In isto enim Psal. secundum literam exprimitur quædã magna proprietas, & lætitia filiorum Israel quæ fuit præuisa à filijs Chore. Sed quæ fuerit illa prosperitas, & lætitia, variæ sunt opiniones, apud Hebræos. Aliqui dicunt, quòd fuit illa quæ fuit sub rege Assuero ad procurationem reginæ Hester ad statum prosperum Iudæorum, & hostium suorum cõfusionem. Et ad hoc satis littera videtur aptari. Alij dicunt, quòd loquitur de prosperitate, quæ fuit sub Salomone, quæ satis describitur tertio Regum per multa capitula. Et secundum istos, Psal. iste ad literam loquitur de rege Salomone, & filia Pharaonis, quam in vxorem accepit. Alij dicunt, q̃ iste Psal. ad literam loquitur de rege Dauid, & vxore eius Bersabee, ex quibus descenderũt multi reges, & iusti, vt Ezechias, Iosias, & alij plures. Sed nulla istarum opinionum stare potest, quia rex, de quo iste Psal. loquitur, est perpetuus, & est Deus, propter quod dicitur in Ps. isto, *Sedes tua Deus in sæculum sæculi, virga directionis*, &c. Et infra de isto rege, & regina dicitur. Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, &c. subditur, Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus Deus tuus, &c. De Assuero autem, vel de Dauid, vel Salomone, vel alio quolibet rege prædicta verificari non possunt. Propter quod dico, q̃ ad literam iste Psal. loquitur de Christo rege vero Deo, & æterno, & de sponsa eius, scilicet ecclesia. Ad huius probationem Apostolus Paulus adducit literam istius Psal. de Christo dictam ad Heb. 1. dicens de Christo. Ad filium autem, thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Sic ergo iste Psal. literaliter agit de Christo. Et secundum istum intellectum Ps. iste diuiditur in duas partes. Quia primò præmittitur quædam præfatio. Secundò subsequitur narratio, ibi. *Speciosus forma.* Prima in duas, quia primò huius Psal. ostenditur causa materialis, & subiectiua. Secundò causa principalis effectiua, ibi. *Lingua mea.* Quantum ad primum sciendum est, quòd totus iste Psal. est de verbi incarnatione, & coniunctione ecclesiæ cum Christo, quam in spiritu præuidit vnus ex filijs Chore. Et hoc est, quod hic præmittit, quòd in isto Psal. de vero rege, scilicet, Christo intendit loqui, dicens. *Eructauit cor meum verbum bonum.* Eructare enim est ructũ facere, & emittere, quod fit quando sapor recepti cibi reducitur ad rumem, scilicet ad superiorem partem gutturis, tunc enim ructus emittitur. Vnde sicut venter cibo repletus eructat, sic cor istius prophetæ spiritu prophetico repletus hunc sermonem quem intus à spiritusancto didicerat, eructauit exterius, & emisit. Et hoc est. *Eructauit cor meum verbum bonum.* idest, sermonem de Christi incarnatione, & ecclesiæ desponsatione. Hoc mysterium *verbum bonum* dicitur, quia in ipso omnis nostra salus consistit. Vnde *verbum bonum* accipitur pro laude Dei in isto Psal. contenta. Sicut enim qui blasphemat eructat verbum malum, ita qui Deũ laudat eructat verbum bonũ. Et de qua materia sit istud verbum bonum, subdit. *Dico ego opera mea regi.* i. ad laudem regis regum Iesu Christi. Et notat glo. q̃ hic per ly *opera* intelligit istũ Ps. & Dei laudem. Sic ergo per regem intelligit Chri-

Matth. 3.

Eructare.

Rex Christus. *Tyrannis.* *Philosophus 3. Polit.*

Christum,& meritò. Vbi notandum,ꝙ propriè rex noster dicitur Christus. Et hoc propter duo, quæ ad verum regem requiruntur,vt distinguatur a tyranno. Requiritur enim primò ex parte plebis liber cōsensus. Dicit enim philosophus, quòd regnum est principatus voluntarius, si autem per fraudem principatur aliquis,vel per violentiam, iam hic non rex,sed tyrannus dicitur. Est autem differētia inter Christum, & diabolum, quia Christus solum regnat in volentibus & amantibus eius principatum. Vnde de Bernar. li. de diligendo Deum,ait, Iustis non est lex imposita, idest non tanquam inuitis imposita, sed voluntarijs liberaliter data,quo suauiter inspirata. Vnde & pulchre dicit. Tollite iugum meum super vos,ac si diceret. Non impono inuitis, sed vos tollite, si vultis, alioquin non requiem, sed laborem inuenietis. Et Chrysostomus homil 14. super Matt. Vere iustum regnum est,quando & rex vult homines habere sub se, & homines cupiūt esse sub eo. Quando autem rex per violentiam cogit eos subesse,illud,quantum ad veritatem nō est regnum,sed tyrannis. Et ideo Deus quamuis homines habeat in potestate, tamen solum recipit volentes, ne tyrannus videatur,sed rex. Diabolus autem propriè tyrannus dicitur,quia nolentes etiam compellit facere voluntatem suā, hæc Chrysostomus. Ideo de Christo rege dicitur. Dominus regnauit,exultet terra. Secundum est ex parte regis paternus affectus. Dicit enim philosophus,ꝙ pater principatur filijs principatu regali. Et ꝙ rex debet esse quasi pater subditorum. Sicut Homerus vocauit Iouem patrem hominum, volens innuere, ꝙ erat pater hominum & rex. Et Seneca li. 1. de clementia. Hoc quod parenti et principi faciendum est, quem appellamus patrem patriæ. Cætera enim nomina honori data sunt. Sic & Christus ad suos paternum ostendit affectum. d. Pater noster qui es in cœlis,&c. Adueniat regnum tuum. Et sic patet, ꝙ Christus est verus rex, & vt rex à tyranno distinguitur. Et ideo ei debemus timorem & amorem. Dicit enim Ambros. in exameron,ꝙ apes regem suum summa protectione defendunt, pro suo rege perire

Bernardus. *Matth. 11.* *Philoso. 1. Polit.* *Matth. 6.* *Ambrosius*

A pulchrum putāt. Et nos multo magis,& si mori oporteret pro rege nostro illud pulcherrimum reputare debemus. Nam de Christo dicitur. Ipse est Deus viuēs, & rex sempiternus. Et huic regi istum psal iste canit. d. *Dico ego opera mea regi.*

Hier. 10.

Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis.

736 De consecr. dist. 5. de sententen.

Ponitur hic principalis causa effectiua istius psal. quæ. s. fuit spiritussanctus. Vbi notādum,ꝙ sicut calamus scriptoris præcise se habet in scribendo, vt instrumentum scriptoris mot si per ma- B num ipsius scriptoris, sic lingua prophetarum in prophetizando erat præcise instrumentum motum à spiritusancto. Et hoc est quod dicitur. 2. Petri. 1. Nō enim voluntate humana allata est aliquando prophetia,sed spiritusancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Sic ergo spiritussanctus hic dicitur scriba, & lingua prophetæ calamus scribæ. Et hic scriptor velociter scribit, quia spiritussanctus ad scribendum in corde alicuius, idest ad ipsum docendum non requirit temporis processum, sed velociter, & subito mentes, quas tangit, illuminat C vt ostendit Greg. in homil. de pentecost. d. Libet, fratres charissimi, oculos fidei in virtute spiritussancti attollere, & sparsim patres veteris, ac noui testamēti considerare &c. Hic enim doctor nulla addiscentium mora agitur, sed in oē, ꝙ voluerit, subito mentem illuminat. Et ideo dicitur *velociter scribentis.* Vnde Magister in glo. Hoc dicitur, vt notetur virtus prophetiæ, quæ non sub cruciatu humano cogitat, quæ de arcano dictantis alijs diuulgat, sed statim spiritusancto tacta illuminatur. Et ideo dicitur. Qui emittit eloquium suum terræ, ve- D lociter currit sermo eius.

Spiritussanctus dicitur scriba, et lingua prophetarum calamus.

Psal. 158.

Speciosus forma præ filijs hominū, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

737 De consecr. dist. 3. c. vlt.

Hic consequenter ponitur narratio siue psal. executio. Et diuiditur in tres partes. Quia ponitur primò regis Christi sponsi magnificentia. Secundò sponsæ Christi condecentia, ibi. *Astitit regina.* Tertiò genitæ prolis continentia,

tia,ibi. *Adducentur regi*. Prima pars diuiditur in quatuor secundum quòd à quatuor commendat Christum sponsum. s. primò à decoris speciositate. Secundò à vigoris potestate, ibi. *Accingere gladio*. Tertiò à iudicij æquitate, ibi. *Sedes tua*. Quartò ab ornatus varietate, ibi. *Myrrha, gutta*. Primò ergo commendat Christum sponsum à speciositate, & pulchritudine, non tam corporis quàm animæ. Species enim idem est, quòd pulchritudo, vnde speciosus est idem quòd pulcher, & decorus. Volens ergo Psalm. præferre Christum omnibus alijs hominibus, dicit. *Speciosus forma præ filijs hominum*. Hoc ideo, quia immunis à peccato, quod de nullo alio dici pôt, quin peccatum actuale, vel originale contraxerit formaliter, vel causaliter. Et quamquam Christus speciosior sit, non tantù præ omnibus hominibus, sed etiam præ omnibus angelis, vt deducit Apostol. ad Heb. 1. tamen hic solum mentionem facit de hominibus, per hoc volens demôstrare ipsum verum hominem esse, & nô angelum natura, quamuis officio. Vnde de Christo sub nomine arcus cœlestis dicitur. Vide arcum &c. valde speciosus est in decore suo. Sequitur. *Diffusa est gratia in labijs tuis*, idest per, labia tua, quod dicit ad differentiam aliorum sanctorum patrû, qui legem antiquam dederût, quæ lex erat timoris. Sed Christus personaliter aperiens os suum, & labia sua, dedit legem euágelicam quæ est lex gratiæ, vnde Ioan. 1. Lex per Moysem data est, sed veritas, & gratia per Iesum Christû facta est, vel *diffusa est gratia in labijs tuis*, quia omnia verba, quæ de ore eius exibant erant gratiosa. Mirabantur omnes de verbis gratiæ, quæ exibant de ore eius. *Propterea benedixit te Deus in æternum*. Istam benedictionê accepit Christus in resurrectione, & ascensione ad cœlum. s. corpus immortale, & gloriosum, quod in conceptione non acceperat; quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. Qualiter autem Christus præ omnibus alijs sit speciosus, ostêdit Gregor. exponens illud Iob. 28. Non adæquabitur ei topazium de Aethiopia. d. Nullus sanctorû quilibet virtutibus plenus æquari potest ei, de quo dictum est. Quod nascetur ex te sanctû, vocabitur filius Dei. Nos quippe etsi sancti efficimur, non tamen sancti nascimur, quia ipsa naturæ corruptibilis conditione côstringimur, vt cum propheta dicamus. Ecce enim in iniquitatibus côceptus sum &c. Ille aût veraciter sanctus natus est, qui vt ipsam conditionê naturæ corruptibilis vinceret, ex cômixtione carnalis copulæ non est côceptus. Huic sapiêtiæ. s. Christo se æquare voluit quidâ hæresiarcha, qui dixit. Nô inuideo Christo Deo facto, si volo, & ipse possum fieri. Qui Iesum dnm nostrum, non per mysteriû côceptionis, sed per profectum gratiæ Deum putauit, peruersa allegatione astruens eum purum hominem natum, sed vt Deus esset, per meritum profecisse, atque ob hoc existimans se & quoslibet alios ei posse coæquari, qui filij Dei per gratiam fiunt. Non attendens, quod aliud est natos homines gratiâ adoptationis accipere, aliud vnû singulariter per diuinitatis potêtiam Dcû ex ipso conceptu prodijsse. Nec æquari potest gloria vnigeniti per naturam habita, alijs concepta per gratiam. Mediator quippe Dei, & hominû homo Christus Iesus non (sicut iste hæreticus desipit) in humanitate alter, alter in diuinitate est, non prius homo côceptus, atq; editus, post per meritum vt Deum esset accepit, sed nunciante angelo, & adueniente spiritu mox, per verbû in vtero, mox intra vterum verbum caro, & manente incommutabili essentia, quæ ei est cum patre, & cum spiritusancto coæterna, assumpsit intra virginea viscera, vt & impassibilis pati, & immortalis mori, & temporalis æternus ante sæcula posset esse in fine sæculorum, &c. Notandum autem, quod totum textû præcedentem aliter exponunt, omnia verba prædicta non sunt verba Psal. sed verba Dei patris (vt quidam putant) vt dicunt Aug. & Hieron, magis superstitiose quàm vere, arbitrantur autem omnia ex persona patris dicta intelligi sic, commendat enim Deus pater Christû secundum vtrãq; naturam. Et prius secûdum naturam diuinam. *Eructauit cor meum*, quasi non extrinseco coniugio genui, sed de corde, sicut homo generat consilium suum de corde, antêquam sit illud, quod per consilium est facturus. Consilium

Marginalia: *Speciosus et species.* — *Hebr.* 1. — *Eccl.* 43. — *Luca* 4. — *Christus. Speciosus.* — *Gregor.* 18. *mor. c.* 3. — *Psal.* 50. — Letters E, F, G, H in the gutter.

lium vero patris est filius, quem ante omnia creata ex se pater genuit. Et est sensus. *Cor meum eructauit verbum bonū*, idest secreta essentia mea genuit verbū, idest filium, qui dicitur verbū, quia per eum pater est notus; ꝙ verbum bonum dicitur, quia Dei filius in natura sui solus bonus est cum patre, & spiritu sancto. Vnde nemo bonus nisi solus Deus. Est etiam bonum hoc verbum, quia omnia bona per ipsum facta sunt. Sequitur. *Dico ego*.i.verbum profero, idem dicit hic, ꝙ prius dixerat, sed addit *opera mea regi*. Vbi in ipso verbo omnia opera Dei dicit. Vnde alibi. Quod factum est, in ipso vita erat.s. quod factum est in tēpore, vt.s. nihil sit in opere, quod prius non fuerit in consilio. Et est sensus. *Dico ego opera mea regi*.i. verbum æternaliter gigno, cum quo, & in quo omnia dispono antequam sint in opere. Idem verbū et vocat linguam dicens. *Lingua mea calamus scribæ*. Aperta comparatio. Vt enim scriba nihil sine calamo, nec calamus sine scriba operatur, sic cooperatur pater, & filius. Et nota, quòd non sono, qui transit, comparat verbum, sed scripto, quod manet, vt ostēdat filium patri coæternum, Scribæ dico velociter scribentis, quia non vnū post aliud sed omnia simul in vno verbo æterno pater disposuit. *Speciosus forma* &c. Supra pater commendauit filium secundum naturā diuinam, hic commendat secundum humanam.q.d. Genitus est filius, secundū quòd Deus, de mea essentia. Et ipse idē, secūdum quod homo est speciosus forma præ filijs hominum. Hæc omnia ex parte Dei patris sunt dicta. Sed consequenter Psal. in persona propria loquitur, dicens. *Propterea benedixit te Deus in æternum*, idest, propter tuam speciositatem, Christe, dedit tibi regnum, cuius regni non erit finis. Hæc omnia ponit Magister in glo. Sed prima expositio data.s. vt omnia ista verba sint Psal. in persona propria loquentis, proprior est, quāuis ista sit subtilior.

Ioan. 1.

738 *Accingere gladio tuo super femur tuū potentissime*.

HIc cōsequenter cōmendatur Christus à vigoris potestate. Vbi nota, quòd Christus incarnatus suam potestatem maximè mundo ostendit in quatuor, quæ hic ponuntur, scilicet primò coniunctos carne separando. Secundò compunctis corde miserendo, ibi. *Specie tua*. Tertiò opera mira faciendo, ibi. *Propter veritatem*. Quartò inimicos suos cōuertendo, ibi. *Sagitta tua*. Quantum ad primum sciendum, quòd amor patris ad filium, & econtrario, viri ad vxorem, & econtrario nurus ad socrum est naturalis amor, vt patet 8, Ethico. Ideo difficulter pater separatur à filio, vir ab vxore &c. Sed Christus suo verbo prædicationis omnes istos faciliter separauit d. Matt. 10. Nō veni pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filium aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam. Quod fuit factū tempore Christi prædicationis, & apostolorum, quia multi relinquentes patres carnales in infidelitate, conuertebātur ad Christum, & sic separabātur, quia amor spiritualis carnalem superabat. Et hoc prædicens Psal. ait. *Accingere gladio tuo* &c. q.d. Christo. Accingere ad modū pugnaturi gladio tuo. Gladio tuo non quidem materiali gladio, quo Christus non fuit vsus, sed gladio spirituali, qui est verbum Dei, vt dicit Apostolus. *Super femur tuum*, idest, super carnē tuā. Femur enim est huiusmodi propagationis seminarium, per quod congruè caro accipitur. *Potentissime*. Quod ideo dicit, quia gladius sermonis Christi magnam potestatem ostēdit. Vt puta, quod vnus homo Christus ex pauperibus parentibus natus mundo contemptibilis in paruo tempore gladio suæ prædicationis totum mundum diuideret à pristino statu, scilicet vt relictis idolis, verum Deū coleret. Iste est ille gladius Christi, de quo Apostolus ait. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio &c.

Gladius verbi Dei.

Ephe. 6.

Hebr. 4.

Specie tua & pulchritudine tua intende prosperè, procede, & regna. 73

OStendit hic consequenter Christi potestatem in miserendo contritis. Potentia enim Christi magis ostēditur miserendo, quam puniendo, propter quod in oratione dicit ecclesia. Deus, qui omnipotentiam tuam maxime

Misericordia ostēdit Christi potestatem.

me miserendo, & parcendo manifestas, &c. Cuius ratio sumitur à nobis. Nulla enim maior potentia, quam vincere seipsum. Homo autem magis naturaliter inclinatur ad vindictam offensæ quam ad parcendum. Et ideo vincens in hoc naturam suam, vt non vindictam offensæ quærat, sed libentius parcat offendenti, potentior dicitur, quàm si vindictam quæreret. Sic ergo à simili Christi potentia in hoc demonstratur, quod propterè parcit peccanti. Et hoc notans Psalmista d. Specie tua &c. Vbi notand. quod ad remissionem peccati, & ad miserationẽ concurrit diuinitas Christi, quæ culpã delet, concurrit & humanitas, quæ pro culpis nostris satisfacit. Ista duo hic tangit d. *Specie tua & pulchritudine tua*. Nã secundum quod ait gl. Species hic refertur ad humanitatẽ, in qua mũdo apparuit: Pulchritudo autem ad diuinitatem, qua omnia pulchra sunt, & decora. Istis duobus s. humanitate, & diuinitate, Christus culpas relaxando, in fidelibus regnat. Et hoc est, quod dicit. *Specie tua*, idest, humanitate, qua pro peccatis satisfacis. *Et pulchritudine tua*, idest diuinitate, qua s. peccata dimittis. *Intende prosperè:* idest, hominem misericorditer, & prosperè respice. Quod vt facias, *procede*, scilicet de vtero virginali, vt sponsus de thalamo suo. Quo facto, *& regna*, id est, tunc regnabis in hominibus qui tibi per fidem subijcientur, quando processeris de vtero virginis, & intendes prospere in nobis culpas remittendo. Vel aliter, *Specie tua* &c. Vbi sciendum, quòd speciositas personæ propriè consistit in viuacitate coloris, & proportione membrorum, sed pulchritudo vltra ista requirit perfectionẽ debitæ quantitatis. Vnde 4. Ethicorum, dicitur quòd parui homines possunt esse speciosi, & formosi. i. debitè commensurati, & proportionati, sed non possunt esse pulchri, quia carẽt debita quantitate. Christus autem etiam quo ad humanitatem fuit speciosus, & pulcher, quia nihil ei defuit ex ijs, quæ pertinent ad debitam perfectionẽ corporis, quoad viuacitatem coloris, & mẽbrorum proportionem, & ideo speciosus. Nec etiam quoad debitam corporis quantitatem, quia staturæ communis, & ideo fuit pulcher. Ei igitur loquitur Psal. d. *Specie tua, & pulchritudine tua*, idest cum specie, & pulchritudine, *intende prosperè*, idest, respice genus humanum prospere, & non aduersè. *Procede*, scilicet per viam nostræ mortalitatis prosperè procedes, quia sine offensione Dei. Et sic *regna*, idest, per hoc regnabis, quia scilicet finito decursu huius mortalis, obtinebis regnum æternum quantum ad executionem, licet quantum ad iurisdictionem habuit regnum à principio suæ cõceptionis, propter quod post resurrectionem ait. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Quia totus iste psal. agit de unitate sponsi, & sponsæ, scilicet, humanitatis, & uerbi, ideo quæro, utrum per uerbi incarnationem ista propositio sit concedenda, Deus est homo.

Speciositas. Pulchritudo.

Propter ueritatem, & mansuetudinẽ, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

740 *De consecr. dist. 2. ueratur.*

HIc consequenter ostendit Christi sponsi potestatem ex miraculorũ operatione. Ad cuius intelligentiam primò notandum, quid hic per ueritatem, quid per mansuetudinem, quid per iustitiam, & quid per dexteram intelligitur. Quantum ad primum sciendum, quod ueritas, de qua hic loquitur Psal. est ueritas, non quidem uerborum, sed uitæ, de qua dicebat Ezechias. Memento, domine, quomodo ambulauerim coram te in ueritate. Hæc autem ueritas consistit in quadam æquatione hominis interioris ad Deum, & exterioris hominis ad interiorem. Sicut enim ille, qui plus dixit, quàm sit, deuiat à ueritate per superabũdantiam, & ille, qui minus dicit, quam sit, deuiat a ueritate per defectum. Sic & homo interior quando plura appetit, quam Deus uelit ipsum appetere, deuiat a ueritate per superabundantiam, & quando minus, deuiat per defectum. Sic quando tãtum appetit quantum Deus vult nec amplius nec minus, tunc talis æquatio veritas est interioris hominis, & vitæ. Sic & conformiter de homine exteriori respectu interioris, quia quando quis de se verbis, uel factis plura, uel maiora ostendit, quam sint, tunc deuiat a ueritate per superabũdantiam, quando autem

Veritas.

autem de se fingit aliqua vitia, quæ non sunt, vel negat de se quæ sunt, tunc à veritate deficit per defectum. Oportet igitur dare aliquam virtutem mediam, per quam moderantur diminuta, & reprimũtur superflua, & ista virtus vocatur veritas. Hæc autem veritas fuit in Christo sponso, quia eius ratio interior semper conformis fuit voluntati patris, & homo exterior interiori, propter quod de seipso dicit. Ego enim ad hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati, &c. Quantum ad secundum sciendum, quòd mansuetudo est quædam virtus medians inter irã, & inirascibilitatẽ. In vindicando autem exteriora mala ab alijs facta aliqui superabundant, vt iracundi nimis vindicatiui. Quando enim vindicta vehementer, & nimis desideratur, tunc sanguis accenditur circa cor, quo accenso irascitur. Quidam autem per oppositum sunt inirascibiles, omnem iniuriam dissimulantes, & aliorum mala semper impunita relinquentes. Et horum quodlibet est vitiosum. Irasci enim cuilibet, & semper, & de quolibet vindictam exposcere, vt faciunt iracundi, vitiosum est. Rursum nunquam irasci, & in nullo velle aliquem puniri, etiam vitiosum est, quia est agere contra ordinem rationis. Ratio enim dictat punitiones aliquas esse faciendas, & quod est irascendum, cui debet, & quando & quomodo. Irasci enim loco, & tempore est virtus secundum Philosophum. Et ista virtus vocatur mansuetudo, scilicet quando quis alteri non irascitur quando non est irascendum, & irascitur, quando est irascendum. Et quando vindictam non desiderat quando non est vindicandum, & desiderat quando oportet. Hæc autem virtus mãsuetudinis fuit in sponso nostro, quia mala patienter sustinuit, non vindicando, quando non oportuit. Tanquam agnus mansuetus, &cæt. Quando autem oportuit rigidè malos increpabat, vt patet Matth. 23. Quantum ad tertium, sciendum, quòd iustitia est duplex, scilicet legalis, & æqualis. Iustitia legalis est quid generale, & est quodammodo omnis virtus. Nam ex hoc quis habet iustitiam legalem, quia adimplet præcepta legis, sicut dicitur in primo magnorum

4. Ethic. *Ioan.* 18. *Mansuetudo.* *Philosophus 4. Ethicor.* *Hiere.* 11. *Iustitia.* *Philoso.* 5. *Ethicorum.*

A moralium. Lex autem præcepit actus omnium virtutũ, præcipit enim lex operari fortiter, temperatè, & prudenter, & vnicuique debita reddere. Et 5. Ethicor. dicitur, quòd lex præcipit non derelinquere aciem, nec fugere, nec abijcere arma, quod spectat ad fortitudinem, præcipit non mœchari, quod pertinet ad temperantiam, &c. Ex quo patet, qualiter iustitia legalis est omnis virtus. Iustitia autem æqualis vocatur quædam virtus specialis, per quam redditur vnicuique, quod suũ est, vt patet ibidem. Hæc autem virtus fuit in Christo perfectissimè. B De iustitia legali patet, quia ipse totam legem adimpleuit. Non veni legem soluere, sed adimplere. De iustitia autẽ æquali patet, potissimè in hoc, quòd vt Deo redderet honorem debitum per primos parentes ablatum, seipsum ad Dei honorem patri obtulit in cruce. Quod fuit opus summæ iustitiæ, vt meritò ipse Ioãni dixerit. Sic decet nos implere omnem iustitiam. Quantum ad quartum, scilicet quid per dexteram intelligitur. Notãdum, quòd in Christo erat duplex natura, scilicet diuina & humana, quarũ diuina dicitur dextera, quia fortior, sed C humana dicitur sinistra, quia debilior. Vnde quia diuina assumpsit humanam, ideo dicit Psal. Me suscepit dextera tua. Ex prædictis omnibus patet textus, cũ Christo loquitur Psal. d. *Propter veritatem*, scilicet vitæ, quam habuisti, *& mansuetudinem*, quam. s. obseruasti puniẽdo, & parcendo sicut oportet, *& iustitiam quam*, scilicet exercuisti pro nobis Deo satisfaciendo propter omnia ista, *Deducet te mirabiliter dextera tua*. i. diuinitas tua deducet te per mundum mirabilia faciendo. Quod ideo dicit, quia miracula, quæ Christus faciebat, erant virtute D diuinitatis. Vel *deducet te* de populo ad populum de populo Iudæorum ad populum gentilem, vel de mortalitate ad immortalitatem.

Matth. 3. *Dextera.*

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis. 741

Hic consequenter ostenditur Christi potestas ex inimicorum cõuersione. Magna est enim potestas, animum hominis immutare, & ex inimico amicũ facere, quod Christus sua potestate fecit suis

suis verbis,& inspirationibus.Hic primò quantum ad constructionem literæ notandum, quòd,vt dicit Rabbi Salomon, litera istius versus est transportata.Vnde ad habendum planum intellectum eius, sic est situanda. *Sagitta tua acuta cadent in corda inimicorum regis*, & ideo *populi sub te*,scilicet,erunt.Per sagittas enim quę emissæ à longè,& acutæ feriunt,intelliguntur verba Christi, quæ à longe corda hominum penetrant. Vel etiam sagittæ dicuntur ipsi Apostoli, à Christo ad prædicandum missi per mundum. Euntes docete omnes gentes, &c. Istæ autem sagittæ ceciderunt *in corda inimicorum regis*, scilicet, Christi. Ita scilicet penetrantes corda infidelium, & gentilium,qui Christo inimicabätur quòd ipsorum multi conuersi sunt ad Christi fidem, & de inimicis facti amici. Vt qui prius Christum,& eius mēbra persequebantur ad mortem, postmodum istis sagittis vulnerati taliter Christi amici sunt effecti, vt pro eius nomine mortem acceptarent libenter. Vnde hic ait glo.*Sagitta tua acuta*, &c.i.verba tua, Christe, & sacræ scripturæ,quæ corda hominum penetrant,& velociter quo vult spiritus, perueniunt,& longè diriguntur. Et sic incomprehensibilis potentia Christi hic ostenditur. Vnde populi illis sagittis vulnerati sub te cadent,vt scilicet de inimicis fiant amici. Sicut Saulus prius erectus contra Christum cœlitus emissa sagitta percussus est,& cecidit per humilitatem.d.Domine,quid me vis facere?Et sic secundum gl. ly *cadent* refertur ad ly *populi*,non ad ly *sagitta*.Vt sit sensus populi cadent sub te. Et aduerte,quòd non incongruè per sagittas significātur Apostoli.Sagitta enim secundum Raba.dicitur à sagaci iactu quia sagaciter iacitur. Sic & Apostoli sagaciter, & prudenter sunt emissi. Vnde & Apostoli missi interpretātur.Rom.10.Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?Tam sagaciter verò emissi sunt à Christo sagittario inter infinita obstacula,vt quoscunque vellet, vulnerarent in corde. Act.13.Et crediderunt quotquot præordinati erant, &c. Vnde Augu. de ipsis loquens dicit.Inter maledicta & opprobria, inter contumelias,grauissimasq; persecutiones,& crudeles pœnas non sunt deterriti, à prædi-

Sagitta.

Matth.vlt.

Sagitta.

Apostoli.

August. 5. de ciuitate Dei.

E catione salutis humanæ tanto fremitu offensionis humanæ, & debilitatis quodammodo cordibus duris, atque introducta pace iustitiæ ingens in ecclesia Christi gloria consequuta est. Sagitta eius quasi viri fortis non reuertetur vacua. Secundò, Apostoli sagittis comparantur propter compositionem. Sagitta enim componitur ex ligno rectissimo, quod pennis inuolutum aptatur, & ferro armatur. Sic Apostoli erant quasi lignum rectissimum, Prouerb.15.Lingua placabilis lignum vitæ. Aptati erant pennis virtutum.Esa.40. Assument pennas, F vt aquilæ,&c.Erant etiam armati ferro, cuius virtute penetrabant obstantia, & illæsi manebant. Ferrum Christus erat. Daniel.2. Ferrum omnia domat.Et ideo de ipsis nunc benè dicitur. *Sagitta tua acuta*,&cæt.Psalm.119.Sagittæ potentis acutæ,&c.

Hiere. 50.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi,virga directionis virga regni tui. 742.

HIc consequenter Christus sponsus commendatur à iustitia & æquitate.Et diuiditur in duas partes. Quia ponitur primum iustitiæ Christi rectitudo, G & stabilitas. Secundò eiusdem iustitiæ plenitudo, & vtilitas, ibi. *Dilexisti iustitiam*. Quantum ad primum nota, quòd per sedem potestas Christi iudiciaria significatur. Vnde & quando Christus ad iudicium veniet, tunc sedebit super sedē maiestatis suæ, quia scilicet in iustitia,& indicio iudicabit.Vnde secundum grammaticos. Rex habet thronum siue soliū, doctor cathedram, iudex tribunal siue sedem. Sic ergo per sedem hic significatur potestas iudiciaria Christi.Et est ista sedes in sæculum sæculi, quia quicquid iudicat Christus,nunquā mutatur, quia H iustitia eius semper est iusta, & ab ipso appellari non potest.Est ergo sensus.*Sedes tua Deus in sæculum sæculi*,i.iudicium tuum, Christe,inuariabile est,& semper durabit.Vnde quandocunque in scriptura ponitur sæculum sæculi, denotatur illius rei perpetuitas à parte post. Et hoc alijs verbis exprimit, dicens. *Virga directionis virga regni tui*, quia.s.est iudicium tuum sic directum, quod nunquam obliquari potest.Per hoc etiam vult ostendere quod dominiū Christi est dominium regale

Thronus.
Cathedra.
Tribunal.
Matth. 25.

regale, & non tyrannicum quia in hoc secundum Philosophum differt rex à tyranno, quia tyrannus quærit vtilitatem propriam per subiectorum oppressioné, rex autem quærit bonum commune, & subditorum directioné. Et hoc de Christo notat. d. *Virga directionis virga regni tui*, q.d. Regimen tuum est ad dirigédum subditos, non ad opprimendum, vel est virga directionis vnicuique tribuens secundum merita.s.bonis præmia, & tormenta malis. Nam quoad bonos est virga consolationis. Virga, & baculus tuus ipsa me consolata sunt, sed quoad malos est virga punitionis. Reges eos in virga ferrea, &c. Nemo ergo sibi de misericordia Christi multum blandiatur, quia virga directionis est ei, nam sic alios regit, vt alios conterat. Vel per sedem intellige humanitatem Christi, in qua verbum Deus vt in sede quiescit, & habitat, de qua sede dicitur Lucæ 1. Dabit ei dominus sedem Dauid, &c. quia Christi humanitas secundum carnem de semine Dauid processit. Ista sedes est in sæculum sæculi, quia humanitas Christi immortalis est effecta. Istam sedem semper considerare debemus, vt peccata oïa vitemus. Narrat Valerius, quòd Cambyses rex, cuiusdam iudicis cupiditate corrupti pellem detractã sedi iudiciali apponi fecit, & in ipsa sede filium dicti iudicis iudicé factum sedere fecit, vt pellem patris in sede sua continuè videndo, æquum iudicium semper ferret, & timeret iudicium peruertere. Sic moraliter, Adam pater omnium cupiditate scientiæ corruptus, iudicium dedit corruptum, dum magis vxori quàm Deo obediendum decreuit, & se in scientia Deo voluit æquare. Cãbyses autem rex scilicet Deus pater, vt omnibus eius filijs timorem incuteret, quò iustum iudicium darent, pellem ipsius Adæ detraxit, scilicet, ab eius humanitate corpus detraxit humanum, quo anima inuoluitur, per mortem detraxit, & excoriauit, scilicet, quando corpus ab anima separauit. Et ipsam pellem, vel carnem humanam sedi iudiciali affixit, scilicet ipsi verbo, à quo omne iudiciũ emanat. Et tunc filium excoriati iudicis, idest, omnem hominem ex Adam natum in illa sede à seipso iudicandum sedere facit, dum per considerationem tibi proponit pellem Adæ propter iniustum factum iudicium ab ipso separatam & Dei filio vnitam, in qua iudicaturus est iuste, vt ista considerando & iustitiam summi regis timendo, nullum iniquum de te audeas iudicium dare, sed Deo obediendo semper iudices iustè. Et de ista sede Christi humanitatis iam glorificata, dicitur. Sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens, &c.

Psal. 22. *Psal. 2.* *Sedes.* *Luca 1.* *Iudex.* *Iustitia.* *Pellis.* *Valerius li. 6.c.2.* *Apoc. 4.*

743

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Hic ostenditur iustitiæ Christi plenitudo & vtilitas. Iustitiæ.n.sunt duę partes.s.odire malum, & diligere bonum, quę Christus plenè seruauit. Quod hic declarat, dicens Christo. *Dilexisti iustitiam*. Hæc est dilectio boni, *& odisti iniquitatem*, ecce odium mali. Vnde hic ait gl. *Dilexisti iustitiam*, quia non solum Christe, in te iustus es, sed etiam in alios diligis iustitiam. *Et odisti iniquitatem*, nõ homines, sed iniquitatem, aliter nõ perfecte diligitur iustitia, nisi odiatur iniquitas. Si ergo homo iniquitatem in se odit, cum Deo facit. Odit Deus iniquitatem, oderis, & tu, vt vnam rem ambo oderitis. Eris enim Deo amicus, si displiceat in teipso iniquitas tua, & placeat creatura ipsius. Sequitur. *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus*, &c. Hic enim Deus duplicatur, quia licet sit solus vnus Deus essentialiter, est tamen trinus personaliter. Hic ergo bis ponitur Deus. Vbi primò est casus vocatiui, & stat pro filio. Secundò verò est casus nominatiui, & stat pro patre, vt sit sensus. O Christe Deus, Deus pater vnxit te &c. Est etiam notandum, quòd ista Christi vnctio dupliciter intelligitur. Fuit enim primò vnctus vnctione gratiæ, quando scilicet in primo instanti suæ creationis animæ habuit tantam gratiam quantã ei Deus dare potuit, quia Ioan. 3. Non est ei datus spiritus ad mensuram. Et tunc ly *Propterea* notat causam, non quidem qđ quia dilexit iustitiã, &c. ideo fuit vnctus per gratiam, quia non prius dilexit iustitiam, quam habuerit gratiam, sed magis econuerso, vt sit sensus. *Propterea*, scilicet

Vnctio Christi.

Hh 2 vt

vt diligeres iustitiam, & odires iniquitatem, vnxit te Deus, quia scilicet ideo dilexisti iustitiam, & cæt. quia à Deo fuisti vnctus per gratiam. Et sic ly vnctio est causa dilectionis iustitię. Secundò fuit Christus inunctus, quando. s. regni sui possessionem accepit. Reges enim quando possessionem regni accipiebant, vngebantur. Christus autem accepit possessionem regni post resurrectionē suam, quando scilicet dixit. Data est mihi omnis potestas, &c. Et tunc est sensus. Ideo te, Christe, Deus pater vnxit in regem, dando tibi possessionem, quia tu dilexisti iustitiam &c. pro qua seruanda, & iniquitate destruenda, mori voluisti, iuxta verbum Apostoli Phil. 2. Factus est obediens, &c. propter quod Deus exaltauit illum, &c. Et nota, quòd in vtraque vnctione Christus fuit vnctus *præ consortibus suis*, idest, præ omnibus Apostolis, & alijs omnibus sanctis quoad primam vnctionem, quia maiorem gratiam habuit omnibus alijs sanctis, quoad secundam, quia maiorem potestatem, & dignitatē obtinet, quia vt dicitur Daniel. 7. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.

Matth. vlt.

744 *Myrrha, & gutta, & cassia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.*

CONsequenter hic cōmendatur sponsus ab ornatu, quia, scilicet, omnibus virtutibus fuit ornatus. Vbi notandum, ꝙ ista diuersarum specierum genera, scilicet, myrrha, gutta, & cassia diuersarum virtutum genera significant. Myrrha enim quæ est species amara, & vermes mortificans, & carnem à putredine conseruans, significat carnis mortificationem, quæ sensualitati est amara, quæ vermes malorum desideriorum repellit, & præseruat à putredine vitiorum. Vnde Vlricus super illo verbo. Apertis thesauris suis, &c. ait. Myrrha in corde tuo dolor est, myrrha in corpore labor, si tamen iste vel ille pœnitentialis est, myrrha namque amarissimum gustum sui etiam nomine prodit. Effectum autem præter alias sui vtilitates corruptioni

Myrrha.

Matth. 2.

E resistit. Et quid gustu amarius? & quid effectu salubrius quàm dolor, quo peccator ad pœnitētiam contristatur? Quid verò labor corporis, nō tam myrrha est quā fasciculus myrrhæ, &c. Si ergo per myrrham intelligitur carnis mortificatio. Ista autem virtute sponsus Christus fuit ornatus, nonne in ipso fuit myrrha doloris in corde? quando ait. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Nonne myrrha laboris corporalis, scilicet, ieiunando, famescendo, prædicando, clamando, & suum corpus fatigando, quia Iesus fatigatus ex itinere sedebat, &c. Vt meritò de cubili sui corporis nobis dicat. Digiti mei, idest, opera mea pleni sunt myrrha probatissima. Gutta autem est quædam species aromatica, quæ pellit omnes inflaturas, & tumores. Quid ergo significat nisi virtutem humilitatis, quæ omnem tumorem superbiæ sedat, & expellit? Et ista virtute fuit Christus præ omnibus ornatus, qui cùm in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit factus obediens, &c. Et hanc nobis commendat. d. Matth. 11. Discite à me, &c. vbi Cassianus. Humilitas semper est necessaria, quæ superbiæ tollat tumorem, opera autem signorum non semper sunt necessaria, nec omnibus commoda, nec omnibus conceduntur. Humilitas autem est omnium via, omnium virtutum magistra, ipsa cœlestis ædificij est fundamentum firmissimum, ipsa donum proprium, atq; magnificum saluatoris, &c. Cassia autem est species, quæ & fistula dicitur, quæ nascitur in locis inaquosis, & crescit in immensum. Et significat virtutem fidei, quæ per baptismi aquam in immensum crescit. Hac virtute fuit ornatus sponsus ecclesiæ, non quidem in se, quod fidem habuerit, quia semper fuit comprehensor, sed quia fundamentum fidei fuit. De quo dicit Apostolus. Fundamentum aliud nemo ponere potest præter illud, quod positum est Christus, &c. Istæ autem virtutes fluunt à vestimentis sponsi ecclesiæ. Vestis autem Christi dicitur humanitas eius, qua verbum cooperiebatur, vt vestimento. Est ergo sensus istius versiculi. *Myrrha*, scilicet, carnis mortificatio, *gutta*, scilicet, humilitas, *& cassia*, scilicet, fides, *à vestimentis tuis*, i. ab humanitate tua spira-

Matth. 26.

Ioan. 4.

F *Cantic. 5.*

Gutta.

Humilitas.

G

Cassia.

H *1. Cor. 3.*

spirauerunt, quia omnium istarum virtutum nobis dedisti exemplum. Et non solum per teipsum, sed etiam per tuos Apostolos, qui post te etiam istarum virtutum nobis dederunt odoris exemplum. Et hoc est quod subdit, *A domibus eburneis*. Domus eburneas vocat ipsos Apostolos, cęterosque sanctos qui dicitur domus, quia in ipsis per gratiam habitat Christus, dicuntur etiam domus eburneę propter mentis castitatẽ. Ebor enim est frigidę naturę, vt dicit glossa, & ideo in eo figuratur castitas, etiã elephans animal castissimum dicitur. Dicit ergo, quod prędictę virtutes, scilicet, myrrha, gutta, & cassia fluxerunt *à domibus eburneis*, idest, ab Apostolis & cęteris sanctis, in quibus Deus per gratiã habitat vt in domo. Sequitur. *Ex quibus delectauerunt te filię regum*, &cęt. Rex in singulari significat Christum, qui est rex regum. In plurali autem significat reges terrenos. Dicit ergo, *Ex quibus*, scilicet, virtutibus *delectauerunt te*, idest, delectabilem habuerunt, *filię regum*, scilicet, terrenorum. Et hoc *in honore tuo*, scilicet, pręferentes honorem tuum honori regum patrum suorum, vt fuit beata Catherina regis filia, quę honorem Christi prętulit honori paterno. Sic & beata Cecilia, & de multis alijs, quę attractę ex virtutibus Christi pręfatis, Christum honori patrum carnalium prętulerunt. Vel per istas filias regum (vt Nicolaus de Lyra dicit) intelligitur Magdalena cum aliquibus mulieribus, quę cum ea venerunt, vt corpus Christi mortuum vngerent. Vnde sic dicit, *Myrrha, & gutta, & cassia*. Per istas species aromaticas, intellige aromata, quę sanctę mulieres emerunt ad vngendum corpus domini, quia de talibus speciebus erant cõfecta. Et quia corpus dominicum erat quasi vestimentum diuinitatis, vt dicitur Phil. 2. Habitu inuentus vt homo, ideo subditur. *A vestimentis tuis*, quod dicitur in plurali propter diuersas corporis partes. *A domibus eburneis*. Domus eburneę fuerunt pixides factę de ebore, vel de alabastro, quod est simile ebori, in quibus illa aromata erant reposita sicut in domibus suis. *Ex quibus delectauerunt te*, quia deuotio illarum mulierum fuit accepta à Christo, li-

Rex Christus.

A cet non vnxerint eum in sepulchro, iam enim resurrexerat. *Filię regum*. Inter illas enim mulieres fuerunt Maria Iacobi, & Salomę, quę fuerunt sorores virginis Marię ex parte matris, de qua certum est, quod descendit de stirpe Dauid & aliorum regum à Dauid descendentium. Et ideo verisimile est de eius sororibus. Ideo dicitur hic, *Filię regum, in honore tuo*, quia illam vnctionem facere voluerunt ad Christi honorem. Hic sequere quęstionẽ de gratia superius inchoatam. r. 2. q. 109.

B *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate.*

745 32. q. 5. si Paulus.

NArrata superius Christi sponsi magnificentia, hic consequenter inducitur sponsę Christi cõdecentia. Hic enim cõmendatur ecclesia Christi sponsa: non tamen ita excellenter, sicut supra commendatus est sponsus. Commendatur autem à quinque principaliter, scilicet, primò ex multiplici virtutum dignitate. Secundò ex legis euangelicę credulitate, ibi. *Audi filia*. Tertiò ex diuinę voluntatis conformitate, ibi. *Et concupiscet*. Quartò ex genitę C prolis fœcunditate ibi. *Et filię Tyri*. Quintò ex interioris conscientię puritate, ibi. *Omnis gloria*. Quantum ad primum sciendum, quòd per istam reginã sponsam Christi intelligitur sancta mater ecclesia, tam in pręsenti vita militans, quàm in cœlis triumphans, quę assistit in conspectu Dei à latere dextro. Sto enim stas quod idem est quòd erectus manere, componitur cum a. & dicitur asto, astas, quod idem est quòd ante & in conspectu stare. Astat ergo ecclesia triumphans ante Deum, quia omnes sancti sunt in conspectu agni amicti D stolis albis. Et stat à dextris. Pars enim dextera nobilior est quam sinistra, & per consequens significat bona ęterna, & sinistra bona temporalia. Stat ergo à dextris quę manet in bonis ęternis. Ecclesia autem malignantium quę non est regina sed ancilla: stat à sinistris peritura. Ecclesia etiam militans stat à dextris spe erecta, & si non adhuc re. Vel per dexteram accipe bona gratię, quę sunt potiora bona pręsentis vitę. *In vestitu deaurato*. Vbi sciendum

Altare.

Vestis.

dum quòd sicut sancta ecclesia est vestis Christi, & sic vestis ecclesiæ sunt ipsi fideles, vt ait Grego. dicens. Vestis sanctæ ecclesiæ est fidelium vita. Nam sicut tota simul ecclesia vestis Christi est, ita fideles quique eiusdem ecclesiæ vestimentũ reputantur. Si enim sancta ecclesia vestimentum Christi non esset, Paulus profectò non diceret, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam nec rugam, idest, nec per peccatum habentem maculam, neque per duplicitatem rugam, quia & per iustitiam munda est, & per simplicem intentionem tensa. Quæ ergo ablota est ne habeat maculam, tensa est ne habeat rugã, vtiq; Christi vestis. Sicut ergo vestimentum Christi tota generaliter ecclesia dicitur sic vestis ecclesiæ sunt singulorum animæ qui ab errore conuersæ, eandem ecclesiam credendo eique inhærendo circundant. Istud autem ecclesiæ vestimentum, scilicet fideles, est deauratum & nõ de auro. Per aurum enim intelligitur ipsa charitas, quę omnes alias virtutes excellit sicut aurum metalla. Quod enim est aureum, totum est de auro, quod vero est deauratum aurum habet, & tamen aliud est. Deaurati ergo dicuntur fideles quia charitatem habent, sed nõ sunt charitas, sicut albus habet albedinẽ, non tamen est albedo. *Circundata varietate*, scilicet vitæ & meritorum. Quãuis enim vna sit fides ecclesiæ, tamen varij sunt gradus vitæ & meritorum. Nam varietatem facit in ecclesia, status coniugatorũ, status virginum, status continentiũ, status martyrum, status cõfessorum, status actiuorum, status contemplatiuorum, status clericorum, status laicorum, status prælatorum, status subditorum. Qui tamen omnes sic varij gradus sunt vnum vestimentum ecclesiæ, sic diuersis coloribus meritorum variatum. Et in figurã huius varietatis, dixit dominus Moysi. Facies velum pulchra varietate contextum. Aliter autem istum textum exponit Richardus de sancto Victore de sacra scriptura, dicẽs. O suauissima lux purgatæ mentis, sapientia cunctarum ancillantium scientiarum regina, quæ semper astas à dextris Dei in vestitu deaurato, circundata varietate. Et nunc vt preco ante regem, nunc vero vt vox ante verbum, nunc vt iustitia coram Deo, nunc vt lex coram prætore, mira officiorum varietate vestiris. Tu quidem lex immaculata, tu testimonium domini fidele, tu iustitiæ rectæ, tu præceptum lucidum, tu iudicia vera, tu timor domini sanctus, ignitum eloquium tuum, meditatioque suauis, ac totius diuinitatis nuncius diceris, & interpres. Tu ponderas merita, tu promulgas præcepta, tu suades optima, tu præmia polliceris, &c. Sed ista expositio est magis moralis, quàm literalis. Aliter istum textum exponit idem Richardus de virtute Charitatis d. *Astitit regina à dextris tuis*, &c. Merito regina virtutũ charitas esse dicitur, quia virtutis nomẽ amittit, quæ nõ iungitur charitati. A sinistris Dei sunt bona temporalia, à dextris autem bona æterna. A dextris ergo Dei charitas stare dicitur, quia bonis æternis non temporalibus innititur. In solis namque illis charitas regnat, quos amor æternorum inflammat. *In vestitu deaurato*. Manifestum est eam sereni regis oculis velle placere, quæ tam preciosas vestes quærit habere. In vestitu, opera iustitiæ, in auro intellige claritatem sapientiæ. Vestiméta ergo deaurata opera sunt discreta. *Circundata varietate*, decet sanè reginam multiplicem habere vestem ac variam. Qui ergo semper vult esse in contemplatione, vestiri nescit varietate. Quisquis enim vno quolibet quantumlibet pretioso semper delectatur opere charitatis, ornatum non habet circundatum varietate, &cæt. Hæc consimiliter expositio magis est moralis, quam literalis.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populũ tuum & domum patris tui. 746

HIc regina commendatur ex legis euangelicæ credulitate. Vnde hic Psal. alloquitur reginam, scilicet ecclesiã tanquam vnus de patribus, idest de Apostolis. d. O regina filia mea, idest, mea prædicatione genita, *audi, & vide*, idest, audi intus corde, vide foris opere, ipsum scilicet Christum sponsum tuum, quasi dicat. Iudæi enim ipsum audierunt, viderunt, sed occiderunt. Tu autem audi euangelium & credendo videbis Deum hic

Margin notes: Gregor. 20. mor. c. 24. — Ephe. 5. — Aurum. — Scriptura sacra. — Exod. 26. — Richardus. — Nota. — Richardus. — 23. q. 13. Loquitur. Section letters: E, F, G, H.

hic per imaginem, sed in futuro per speciem. Vel audi antiquas prophetias, quæ Christi incarnationem prædixerunt, & vide ipsas esse impletas, quia qui diligenter antiquas prophetias audire voluerit, quæ prædixerunt nō solum verbum incarnandum, sed ex quibus quando & vbi, ocularitet videbit illas omnes impletas esse in Christo. Verum quia multi audiunt scripturas, & ipsas non intelligunt, de suo nimis cōfidentes ingenio, volentes ratione intelligere quod sola fide cognoscitur. Ideo volens prophetias de Christo dictas intelligere, non superbè sapere, sed humiliter cor suum ad illa debet inclinare, quoniam vt ait Gregor. Lumen intelligentiæ humilitas aperit, & superbia abscondit. Et ideo reginam istam vt intelligat quæ de Christo sunt dicta, Psalm. ad humilitatem hortatur di. *Et inclina aurem tuam*, glossa, idest, vt humiliter audias, parū est enim audire, ni si humiliter audieris. Et attende quòd hic alloquitur Psal. ecclesiam quæ nondum erat, sed futuram, idest, ipsam gentilitatem ostendens quid debeat facere, vt à Christo in sponsam, & reginam accipi mereatur. d. *Audi filia, &c. Et obliuiscere populum tuum*. Ecclesia enim pro maiori parte de populo gentili est ad Christum conuersa, nec tamen omnes gentiles, sed pars ipsorum. Et isti parti quæ ventura erat ad fidem loquitur. d. *Obliuiscere populum tuum*, gentilem dimittendo ipsum, & suas ceremonias ac idololatriam. Nullus enim ad fidem Christi venire potest nisi primò idololatriam & ritum gentilium derelinquat. Et hoc idem aliis verbis exprimit. d. *Et domum patris tui*. Multi enim parentes & domos & patriā relinquentes ad Christum sunt conuersi, vt in vitis sanctorum multorum legitur. Vel aliter, *& domum patris tui*. Vbi nota, quòd omnis idololatra filius est diaboli iuxta verbū Christi. d. Vos ex patre diabolo estis, domus autem diaboli est cōscientia mala quam diabolus inhabitat in peccatum. Quid dicitur seu iubetur ergo gentili populo, & idololatræ relinquere domum patris sui, nisi conscientiam suam quæ domus erat diaboli, facere ne sit amplius diaboli domus, sed Dei. Et notādum, quòd hic singulariter actus duorum sensuum præcipit volenti ad fidem venire, scilicet audire, & videre. Secūdum enim Philosophum libro de sensu & sensato, inter omnes sensus corporales auditus, & visus magis sunt necessarij prudentibus, idest, scientiam volentibus addiscere, quia isti duo sensus plures rerum differentias nobis ostendunt quam alij sensus. Et ideo magis valent ad discernendum verum à falso in contemplatione, & bonum à malo in operatione. Veruntamen visus propter suam simplicitatem & subtilitatem certius, & velocius immutatur ab obiecto suo, quā auditus, vt dicit Philosophus, vt patet de vidente, & audiente à remotis hominem cędentem ligna, quia citius videbit actum quam auditus percipiat sonum, & sic sensus auditus est imperfectior visu. Cum ergo nostra cognitio incipiat ab imperfecto tendens ad perfectum, hinc est quòd fidem volens Christi percipere prius se disponere debet humiliter ad audiendum quam ad vidēdum ea quæ sunt fidei. Et hunc ordinem Psalm. dicit. *Audi filia & vide*, idest, prius audi quæ sunt fidei, & postea illa videbis. Et notandum quòd si consideremus quantæ vtilitatis est auditus diuinæ legis, meritò illā debemus audire, scilicet aure cordis. Quoniam auditus verbi diuini debitè circūstantionatus, ipsis audientibus multa bona confert, scilicet primò dat criminis victoriam, quia de infidelitate ad fidem adducit. Multi eorum qui audierunt verbum crediderunt. Ideo dicit Apostolus. Sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationē fidei, vt detur gratia audientibus. Et hoc est quod dicit Apostolus, Quomodo inuocabunt, in quem non crediderūt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? Et concludit infra dicēs. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Secundò dat diuinam iustitiam. Quæ est enim vera iustitia, nisi ex Deo nasci per veram fidem & imitationem? Qui est ex Deo verbum Dei audit. Sed caueamus ne nobis dicatur quod subditur. Propterea uos non auditis, quod ex Deo non estis. Tertiò dat roboris potentiam, quia nos fortes contra diabolum facit, ne confundamur ab eo. Ecclesi. 24. Qui audit me, non confundetur; & qui operantur in me non peccabunt. Vnde

Marginal notes: *Audire scripturam.* — *Gregor. 25. mor. c. 17.* — *Ioan. 8.* — *Auditus. Visus.* — *Philosoph. 3. Metaph.* — *1. Physicorum.* — *Audire verbum Dei.* — *Actuum 4.* — *Ephes. 4.* — *Rom. 10.* — *Ioan. 8.* — *Eccles. 24.* — *Prouer. 1.*

Prouer. 1. Qui audit me absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur ma lorum timore sublato. Quartò dat in opere constantiã, scilicet patientiam in aduersis, & in bonis perseuerantiam, Lucæ 8. Hi sunt qui corde bono & optimo verbum audientes retinent, & fructum afferunt in patientia. Quintò dat lumini scientiam, quia scilicet mentem illuminat veritate. Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultare. Et Prouer. 1. Audiens sapiens sapientior erit. Sextò dat felicitatis gloriam. Ioan. 5. Qui audit verbum meum, &c. habet vitam æternam. Auditus enim verbi diuini, primò peccatorem terret, sed post consolationem ingerit menti. Quod ostendit Gregor. dicẽs. Notandum vero est quòd vox Dei, non in gaudio sed in terrore audiri perhibetur, quia nimirũ peccator quisque dum solum quæ terrena sunt cogitat, dum cor oppressum in infimis cogitationibus gestat, si repentè diuinæ gratiæ inspiratione agitur, ante omnia intelligit quòd cuncta quæ agit, districti iudicis animaduersione puniantur. Auditio igitur vocis Dei primo in terrore fit, vt post in dulcedinem vertatur, quia ante districti iudicij nos timore castigat, vt iam castigatos, supernæ dulcedinis consolatione reficiat. Vnde & dominus ait. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Luca 8.
Iob. 34.
Prouerb. 1.
Ioan. 5.
Gregor. 27. mor. ca. 13.
Luca 11.

747 *Et concupiscet rex decorem tuum, quoniã ipse est dominus Deus tuus, & adorabunt eum.*

HIc commendatur sponsa ex diuinæ voluntatis conformitate. Vbi nota quòd sacrificia quæ fiebãt in lege antiqua pecudum ex se Deo non erant placita ratione operis operati, sed solum ratione operis operentis, vnde illi populo data fuerunt, non tanquam diuinæ voluntati conformia, sed magis vt per illa corporalia sacrificia tenerentur, ne ad idololatriam declinarent. Omnia autem illa antiqua sacrificia sunt terminata per vnum verum sacrificium in ecclesia à Christo institutũ. s. Eucharistiæ, cuius sacrificia omnia illa aliqualiter erãt figuratiua. Istud sacrificium ex seipso conforme & acceptum est diuinæ voluntati, quia ibi realiter continetur Christus Dei filius dilectus à patre. Et istud sacrificium vocatur pulchritudo & decor ecclesiæ. De quo decore dicit Psal. Domine dilexi decorem domus tuæ. De isto ergo sacrificio à Deo sic accepto, dicit. *Et concupiscet rex decorem tuum*, quia rex Christus & ecclesiæ sponsus cum magno desiderio illud sacramentum conficere dicitur. Propter quod dicebat de isto sacramento. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, &c. Vbi per pascha realiter intelligit Eucharistiæ sacramentum. Vnde dicta verba exponens Eusebius ait. Cum dominus nouum pascha celebraret opportunè dixit. Desiderio desideraui hoc pascha. i. nouum mysterium noui testamenti quod tradebat discipulis, quod plures ante eũ prophetæ & iusti concupierant, sed ipse sciens communem salutem hoc tradebat mysterium quod toti mundo competeret. Sic ergo de isto sacramento prædicit Ps. ecclesiæ. *Et concupiscet rex decorem tuum.* Et quod de isto sacramento intelligat, subdit: *Quoniam ipse est dominus Deus tuus.* Quia si quæratur ab eo quis est ille decor? Respondet. *Ipse est dominus Deus tuus.* Quod ideo dicit quia in isto sacramento realiter Deus cõtinetur, quia totus Christus qui est Deus, & est ab omnibus fidelibus adorãdus, propter quod subdit. *Et adorabunt eum*, sicut magi fecerunt. Et procidentes adorauerunt eum. Sed fortè dices. Quomodo Deus aliquid potest concupiscere, cum concupiscentia sit quoddam desiderium, desiderium autem non habiti volitio? vult ergo Deus habere aliquia quæ non habet, si concupiscit. Respondeo primò, quòd hic accipitur concupiscentia non propriè, vt est desiderium respectu non habiti, sed vt est quædam complacentia, & sic est respectu præsentis. Sic enim accipitur Iosue 7. quãdo Achor accepit pallium & virgulam auream, ait. Concupiscens abstuli & abscondi, & tamen de facto illa habebat. Vel dico secundò quòd dicitur Deus concupiscere, & desiderare, quando nos concupiscere facit & desiderare, sicut & cognoscere, quando nos cognoscere facit.

Sacrificia veteris legis.
Psal. 25.
Luca 22.
Eucharistia.
Matth 2.
Concupiscere quomodo potest Deus & desiderare.
Resp.
Iosue 7.

Et

748 *Et filiæ Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.*

Hic cõmendatur sponsa ex genitæ prolis fęcunditate. Ad prædicationem Christi, & Apostolorum filij spirituales nati sunt ecclesię, quia multæ gẽtes conuersæ sunt ad fidem sponsæ offerendo seipsas Deo, ac & temporalia bona. Et hoc significat psal. apertè ponẽdo totum. Tyrus enim ciuitas erat gentiliũ, & sub nomine illius ciuitatis cætera gẽtilium ciuitates comprehendit. d. *Et filia Tyri.* i. filiæ gentilium *in muneribus* venient. s. seipsas Christo offerendo. Et si dicas cum primitiæ gẽtium ad fidẽ Christi venientium fuerint tres magi qui ab oriente nato domino uenerunt Hierusalem ipsum adorare, ut habetur Matth. 2. De quibus dicit Aug. in sermone de Epiphania. Illi magi quid fuerunt, nisi primitiæ gentium, Israelitæ pastores, magi gentiles, illi propè, isti longè. Quare ergo cum isti fuerint filiæ, & non filię, mares, & non fęminæ, dicit. *Et filia*, & non dic. t. *Et filij.* Respondeo, ꝙ in scriptura sacra, vir vel masculus quandoque ponitur non pro sexu sed pro animi virtute. Similiter & fęmina siue mulier ponitur quandoq; non pro sexu, sed pro mentis molitia, ut habetur 32 q. 6. sed illud. Sic dico in proposito de filijs, & filiabus, ꝙ filij accipiuntur pro uirilitate animi, non pro sexu, filiæ autem pro mentis inconstantia siue mollitie. Cum ergo Gẽtiles omnes essent idololatræ, & per cõsequens non uirtuosi, sequitur ꝙ nõ filii sed filiæ magis debuerunt appellari. Et ideo tales ante conuersionem filias, & non filios uocat. d. *Et filia Tyri in muneribus.* Et horum omnium figuram gessit illa mulier Chananęa quę de finibus Tyri & Sidonis egressa venit adorare dominum. Et dicit in plurali *In muneribus*, quia munus est triplex, s. ab obsequio; à manu, & ab ore. Quæ tria munera gentiles conuersi obtulerũt domino. *Vultum tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis.* Per diuites plebis, intellige mundi sapientes, & potentes ex gentibus conuersos, qui honorant Christi sponsam. s. ecclesiam, & in ipsa suas orationes offerunt Deo. Vel aliter eadem sententia introduci potest. Nam Tyrus interpretatur angustia. Quæ ergo sunt *filia Tyri*, nisi animæ gẽtilium quę erant in angustijs peccatorũ, quæ ad fidem conuersæ domino munera offerunt. s. seipsos per pœnitentiam affligendo, bona sua dando, ecclesias cõstruendo, & ecclesiarum ministris prouidendo. *Vultum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis*, quia solum in unitate ecclesiæ orationes factæ valent ad salutem, quia salus extra ecclesiam haberi non potest. 24. q. 1. quia ex sola.

749 *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta uarietatibus.*

Hic commendatur Christi sponsa ex puritate interioris conscientiæ, quod dicit ad differentiam synagogę. Synagoga enim omnem gloriam suam ponebat in rebus exterioribus, puta in templi mirabili structura, in deauratione parietum, in uarijs cęremonijs. Sed nõ sic ecclesia, quę totam suam gloriam ponit intus in bonitate conscientiæ, non in exteriori apparatu, dicente Paulo Apostolo. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Quod notans nunc Psal. dicit. *Omnis gloria eius ab intus*, ad differentiam etiam hypocritarum qui gloriam habent seu quærunt ab extra non ab intus. Et si quæras cuius *eius?* quia dicit omnis gloria eius, statim explicat. d. *Filia Regis.* Ecclesia enim vt in pluribus scripturę locis patet, quãdoque vocatur mater Christi, quia fratres generat Christo. Dixit Christus de ecclesia. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, &c. hic mater est, &c. Quandoque vocatur soror; quia à Deo patre genita, Veni in hortum meum soror mea. Quandoque sponsa. Veni ostendam tibi sponsam nouam agni. Quandoque filia vt hic *Omnis gloria eius ab intus filia regis.* Et attende quòd quamuis omnẽ gloriam principaliter ponat intus in cõscientia, tamen etiam curat exteriora opera munda seruare, vt alijs de se bona præstet exempla, sibi Christo. d. Sic luceat lux vestra, &c. propter quod subdit. *In fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.* Per qđ denotat ꝙ etiã exteriora opera hæc aurea. i. charitate ornata. Vnde

Margin notes: Quæstio. — Matth. 2. — Matth. 15. — Munus. 1. q. 1. sunt nonnulli. — Diuites plebis. — 27. q. 1. nuptiarum. — Gloria hypocritarum — 2. Cor. 1. Gloriatio sanctorum ecclesia. — Matth. 12.

Greg. 19. cap. 10. *Exteriora opera.*

Vnde Greg. exponens ista verba dicit. Quisquis enim exteriora sua benè disponit, sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed intus non habet. Sancti vero omnes, quia & exteriora sua circunspiciunt vt bona de se exempla fratribus præbeant, & interiora sua vigilanter attendunt, quia sese irreprehensibiles æterni iudicis obtutibus parant, in circuitu oculos, & intus habere perhibentur, magisq; se quo Deo placeāt, quā sua externa componūt. Sicut per Psalmistā de sancta ecclesia dicitur. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* Sed quia exteriora sua etiam irreprehensibilia custodit, iure de ea subdidit. *In fimbrijs aureis circumamicta varietatibus*, vt & pulchra intus sibi sit, & aliis foris, & se prouehens per internam gloriam, & alios erudiens per exteriora operum exempla. Vel per fimbrias quæ sunt vltima pars vestis intellige finem vitæ vniuscuiusque: quia quantumcumq; quis sanctitate polleat in vita, solum tamen iudicatur secundū finem uitæ. Et sic est sensus, q ecclesia gloriam intus principaliter retinet in conscientia & consequenter in exterioribus quæ perseuerantiam vsq; ad finem requirunt. Vel per fimbrias vestimenti ecclesiæ. s. electorum, intellige ipsum Deum, ad quem ut ad finem cordialiter tendunt, & dicit in plurali *fimbrias*, propter personarum pluralitatem, quæ non de auratæ sed aureæ sunt, quia sunt ipsa charitas. Et aduerte quòd fimbriæ dicuntur aureæ, sed vestis supra dicitur de aurata, ideo quia charitas in fine erit consummata, & perfecta. *Circumamicta varietatibus*, exponitur ut superius versic. 745. Accipe quæst. de gratia vbi supra.

Fimbria.

750 *Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi.*

CONsequēter hic describitur prolis conuenientia. Et diuiditur in partes duas. Quia primò agitur de generatione filiarum. Secundò de generatione filiorum, ibi. *Pro patribus.* Prima in duas. Quia primò agitur de filiarum propagatione. Secundò de generationis exultatione, ibi. *Afferentur tibi in lætitia.* Quātum ad primum sciendum quòd ista generatio filiorum, & filiarum ecclesiæ, nō est per propagatione carnis vel sanguinis,

Generatio spiritualis.

E sed per regenerationem spiritus per fidem, de qua dicitur Ioan 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. Et non solum mares in fide generantur, vel solum fœminæ, sed etiam, & mares & fæminæ. Verum quia maior apparet dubitatio de fœminis, vtrum per sacramentum baptismi possent regenerari sicut & mares; quia circuncisio antiquæ legis quæ homines ad synagogam ducebat, solum viris & non mulieribus competebat. Ideo ad hoc remouendum, primò agit de generatione fœminarum. d. *Adducentur*, &c. Vbi sciēdum q gloriosa virgo Maria fuit inter F mulieres prima, quæ in ecclesia Christi sponsa uotum virginitatis emisit, & suā virginitatem Deo cōsecrauit. Et sic fuit prima quæ ad sponsum adducta fuit, quā cæteræ virgines sequuntur, quia exemplo eius aliæ multæ mulieres uirginitatem suam Christo sponso dedicauerunt. Et hoc notans hic psal. dicit. *Adducentur regi virgines*, & hoc *post eam*. s. post gloriosam uirginem Mariam, quæ omnium fuit prima, quam cæteræ, ut domicillæ reginam sequuntur. Et statim sermonem suum conuertit ad regem Christum. d. *Proximæ eius afferentur tibi*. Vbi G notandum q triplex gradus est in ecclesia. s. virginum, continentium, & coniugatorum, ut dicit August. super illo verbo Matth. 13. Et attulit fructum aliud centesimum, aliud sexagesimum, & aliud trigesimum. Centesimus fructus virginib. sexagesimus viduis & continentibus, trigesimus autem sancto matrimonio deputatur. Maioris enim meriti est virginitas quam continentia vidualis uel coniugium, ipsa uero continentia vidualis sicut minoris meriti est quam virginitas, sic est maioris quam sit sanctum matrimonium. Ex quibus patet q status conti H nentium approximat virginitati, & status coniugalis continentiæ. Et per consequens omnes, tam continentes quam coniugatę proximæ dicuntur virginitati. Virgo autem Maria omnes istos status in se habuit, quoniam uirginitatem Deo consecrauit, uidua fuit, quia tempore Christi passionis iam mortuus fuerat Ioseph maritus eius, aliter enim ipsam Christus Ioanni non commendasset, fuit etiam coniugata, quia uero matrimonio ipsi Ioseph desponsata. Et ideo eius

Ioan. 3. *Ioan 3.* *Maria.* *Gradus ecclesia triplex. s. virginū, coniugatorum, et viduarum.* *Matth. 13.* *August.*

eius exemplo non solum virgines ipsã sequuntur, sed etiam *proxima eius*. s. tam continentes quam coniugatæ. Et hoc est quod psal. dicit Christo. *Proxima eius afferentur tibi*. s. exemplo eius. Et ista uidetur intentio glossæ. d. *Post eam*. s. reginam. *Adducentur regi virgines*. s. robusti, & fortes. *Proxima eius*. s. viduæ castæ quæ sunt in gradu secundo, & alij infirmi quasi imbecillitate fatigati *afferētur tibi*.

751 *Afferentur in lætitia, & exultatione adducentur in templum regis.*

HIc consequenter agit de generationis exultatione. Vbi sciendum q̃ omnia opera meritoria debent esse voluntaria, quia non placent coacta seruitia. Cum ergo omne uoluntarium inducat lætitiam mentis, sic omne inuoluntarium, & coactum tristitiam, sequitur, q̃ omne opus meritorium cum lætitiã mentis est quamuis non semper cum lætitia carnis. Et hoc notans hic Psal. dicit *Afferentur in lætitia, & exultatione*, quia voluntariè tam virgines quam proximę se Deo afferūt, propter quod dicit Apostolus. Hilaré enim datoré diligit Deus, idest uoluntarium. Vnde ibi magister in gloss. ait. Hilarem enim datorem diligit Deus. i. qui ex uoluntate dat Deus hunc diligit. i. approbat, & remunerat, non tristem & murmurantem. Qui enim dat vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat uiscera indigentis, & rem & meritum perdit. Quicquid ergo boni facis cum hilaritate fac, & bene facis. Si autem cum tristitia facis, hoc fit de te non tu facis. Verum quia non omnes virgines continentes uel coniugatæ sunt intra ecclesiam, quia etiam inter paganos multi seruant virginitatem, multi viuunt continenter, & matrimonio multi utuntur debitè. Quod etiam est de multis qui nomen Christianitatis habent, vt sunt hypocritæ, qui non sunt templum nec habitatio Dei, sed magis diaboli. Ideo tales excludens de illis uirginibus & proximis quæ Christo offeruntur, dicit quòd *adducentur in templum regis*. i. ad hoc adducentur ut fiant templum regis, scilicet *Christi sicut* virgines prudentes adductę uerūt ad Christum, fatuæ autem foras manserunt. Quælibet enim anima quæ est in statu gratiæ, & per consequens membrum ecclesiæ templum Dei dicitur, quia in illa sicut in templo suo habitat Deus. 1. Cor. 6. Templum sanctum Dei est quod estis uos, & spiritus Dei habitat in uobis. *Adducentur ergo in templum regis*. i. ad hoc adducentur fideles ad Christum, ut fiant Dei templum. Ad quod intelligendum est notandum quod merito quælibet iusta anima dicitur Dei templum, cuius ratio est. Quoniam templum dicitur à theos quod est Deus, & platea inde templum quasi platea Dei. Quia igitur anima sancta est platea Dei, eo quòd in illa specialiter habitet Deus, hinc est q̃ talis anima templum regis dicitur. Vnde magister dicit. In sanctis habitat De⁹, in quibus est per gratiam. Non enim vbicunque est Deus ibi habitat, ubicunque verò habitat, ibi est. Sed in solis sanctis habitat qui sunt tempum eius & sedes. Vnde dominus per Esaiam ait. Cœlum mihi sedes est, quia in electis qui sunt cęlum habitat Deus, & regnat qui eius uoluntati deuoti obtemperant. Vnde sapien. 7. Thronus sapientiæ anima iusti, quia in iustis specialius est quàm in aliis rebus. In quibus tamē omnibus totus est. Quemadmodum anima, ut ait August. in epistola ad Hieron. de origine animæ, per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus, nec in maioribus maior est. Sed tamen in aliis intensius, in aliis remissius operatur. Ita Deus cum in omnibus sit essentialiter, ac totus, tamen plenius esse dicitur in illis quos inhabitat. i. in quibus ita est ut faciat eos tēplum suū, &c. hæc magister. Istud est ergo illud templum quòd à rege Christo, qui est fons & origo omnium gratiarum ædificatur de quo Zacha. 6. prædictum est. Ecce uir oriēs nomen eius, & ædificabit templum domino. s. per gratiam habitādo animã. Ad uidendum autem moraliter qualiter istud templum ædificatur, est sciendum, q̃ ad similitudinem templi materialis à Salomone constructi, quælibet anima, quæ Dei templum vult esse, quatuor cōditiones debet habere. Nam in illo materiali templo inter cætera quatuor erāt scilicet Fundationis sollidata permanentia. Habitationis tripartita differentia. Fenestrationis requisita cōgruentia. Decorationis exquisita refulgentia. Primū patet

Marginalia: Matth. 25. — Lætitia. — 2. Cor. 9. — Dare. — Templum. Anima. — Magister. lib. 1. d. 30. — Esa. 66. — August. — Zacha. 6. — Anima quatuor requirit ut sit templum Dei. — Templum spirituale.

patet quia illud templum erat fundatũ de lapidibus magnis & quadratis, qui sunt magnæ firmitatis. Vnde 3. reg. 5. præcepit rex Salomon vt tollerent lapides grandes in fundamentum templi & quadrarent eos. Et in hoc notatur fundamentum templi spiritualis conscientiæ, quod fundamentum est humilitas, quia sicut fundamentum stat in parte inferiori omnem sustinens structuram, sic & humilitas in fundamento templi spiritualis. Vnde Cassiodorus de spiritu superbiæ, ait. Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura consurgere, nisi prius iactata fuerint in corde veræ humilitatis fundamenta quæ perfectè collocata, perfectionis culmen valeant sustinere. Sed nota q in isto fundamento debent poni lapides grandes, & quadrati. Quia humilitas huius templi fundamentum debet esse, Dura ut lapis contra præsumptionem: Magna & grandis erga inferiorem. Quadra, & fortis præter defectionem. Sic ergo humilitas dura vt lapis, &c. Quia sicut lapis sua duritia resistit vento: Sic humilitas vera sua duritia resistere debet vento superbiæ. Et hoc contra humilitatem fictam quæ non resistit superbiæ, sed ipsam includit, de qua Eccles. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Si ergo humilitas sit stabilis, & fortis velut lapis, erit huius templi fundamentum de lapidibus preciosis, ut dicitur 3. Regum 7. Secundò sit humilitas magna & grandis, &c. vt scilicet altiorem gradum humilitatis habeat. Ideo præcepit rex vt in isto fundamento ponerentur lapides grandes. Vbi notandum quod humilitas etiam vera, est triplex, scilicet sufficiens, abundans, & grandis, quæ alio nomine omnis iustitia dicitur. Vnde gl. Matth. 3. ait, quòd perfecta humilitas habet tres gradus. Primus est subdere se maiori, & se non præferre æquali, & hic dicitur sufficiens. Secundus est subiicere se æquali, nec se præferre minori, hic dicitur abundans. Tertius est subdere se minori, in quo omnis habetur iustitia, & hic dicitur humilitas grandis. In hoc igitur quod dicitur quòd præcepit rex ut ponerentur lapides grãdes, notatur quòd qui seipsum regis templum vult facere quòd istum gradum grandis humilitatis debet habere. Et sic iuxta illud quod habetur Hiere. 30. Templum iuxta ordinẽ suum fundabitur. Tertiò hæc humilitas debet esse quadra, quia sicut lapis quadrus magis est stabilis, &c. omni alio lapide, sic ista humilitas debet esse quadra. i. stabilis per perseuerantiam. Sic enim vt habetur Esdræ 5. Præcepit, rex Cyrus vt ponerent in templo fundamenta de lapidibus supportantia altitudinem, & latitudinem. Tunc. n. solum fundamentum altitudinem & latitudinem ædificij dicitur supportare, quando sub ipsis dicitur perseuerare. Et talis debet esse humilitas per perseuerantiam, propter quod ait Bern. super cantica, q spirituale ædificium non potest stare nisi super humilitatis stabile fundamentum. Et in figurã huius dicitur, quòd cum templum ædificaretur, malleus & securis & omne ferramentum non sunt audita in domo domini, quia. s. tanta in tali debet esse humilitas, ut in sua mente nulla murmuratio cadat uel audiatur. Secundò principaliter in templo Salomonis erat habitationis tripartita differentia. Nam vt habetur 3. Reg. 6. In templo erant tres mansiones sic quòd ab inferiori per cochleã ascendebatur in mediam, & à media in superiorem. Et p hoc significatur quòd qui templum Dei se construit in seipso tres mansiones debet habere. s. infimam, mediam, & supremam, vt in tali anima sit pro inferiori mãsione peccati cognitio, pro media peccati contritio, pro suprema peccati remissio. Nec immerito peccati cognitio dicitur mãsio inferior, quia stante generali influentia, à solo homine potest esse, quia non includit gratiam gratum facientem, cum multi peccata sua cognoscant, & nõ relinquãt. Est tamen magna hominis ad bonum prouocatio, quia initium salutis hominis est cognitio peccati. Qui enim peccare se nescit, corrigi non vult. Et ideo animæ peccatrici, ut fiat templum Dei, dicitur. Hier. 3. Leua oculos tuos in directũ, & vide vbi prostrata sis, &c. Et sic talis anima, quæ considerat peccata sua, erit de numero illorum de quibus dicitur 1. Esdr. 5. quòd cœperunt ædificare templum domini. Secunda mansio templi dicitur peccati contritio, quæ bene dici

tur

Marginalia: 3. Reg. 6. — Humilitas. — Eccle. 19. — Matth. 3. — Humilitatis gradus. — E — Hier. 30. — Esdr. 5. — F — Bernard. — 3. reg. 6. — 3. Reg. 6. — G — Penitentia peccati cognitio. Contritio. Remissio. — H — Hier. 3. — 1. Esdr. 5.

tur media, quia sicut medium participat naturam extremorum, scilicet Dei, & hominis, quia non potest esse contritio sine voluntate hominis, nec sine gratia Dei gratum faciente. Et ad istam secundam mansionem ascenditur à prima quia contritio præsupponit confessionē. Tertia habitatio est peccati remissio, quę suprema dicitur, quia à solo Deo fit sine hominis cooperatione, quia solus Deus peccata remittere potest. Et tunc anima talis poterit dicere illud 3. Re. 5. Cogito edificare templum nomini domini Dei mei. Principaliter in materiali templo Salomonis erat fenestratio- B nis, &c. Vnde 3. Reg. 6. dicit̄ q̄ Salomon fecit in templo fenestras obliquas, quæ, scilicet erant exterius strictæ, sed interius latæ. Hæc enim sunt bene dispositæ ad illuminandum interius. Per hoc aūt spiritualiter intellige, quòd anima Dei templum effecta quæ vult speciali gratia per contemplationem cœlestium perlustrari, quod debet habere fenestras, idest, affectiones voluntatis quæ fenestræ dicuntur, quia illis tanquam fenestris illuminatur domus consciētiæ. Et istæ debent esse strictæ exterius. s. respectu temporalium, & latæ interius. s. respectu spiritualium. Et tunc talis anima habebit fenestras per circuitum obliquas. 1. Macha. 4. Accenderunt lucernas & lucebāt in templo. Quartò principaliter in templo erat decorationis, &c. quia. 3. Reg. 6. dicitur quod nihil erat in templo q̄ nō auro tegeretur. Et per hoc significatur, q̄ templum animæ triplici virtute debet ornari per aurum significata. s. castitate, charitate, & patientia. Nam aurum inter cætera metalla habet splendorem charitatis, & sic significat castitatē quæ summè lucet. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Valorem bonitatis, & sic significat charitatē quę summè valet. 1. Cor. 13. per totum & in finē. Maior autem horum charitas. Pondus grauitatis, & sic significat patientiā quæ hominem summè stabilem facit & ponderosum, ut non leuiter per iniuriam moueatur. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Auro igitur totum tēplum tegebatur, quia istis tribus virtutibus omnis actio templi Dei spiritualis debet decorari. Et sic omnis ædificato

Ezech. 2. — *1. Mach. 4.* — *Aurum.* — *Castitas.* — *Charitas.* — *Sap. 4.* — *Patientia.* — *Luc. 21.*

A constructa crescit in templum sanctum in domino. Et sic de talibus nunc dicit psal. quod *adducentur in templum regis.*

Ephes. 2.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij constitues eos principes super omnem terram. 752

VBi sciendum quod Christus & si secundum diuinitatē non patris sed solum unum patrem habet, tū secundū humanitatem plures habuit patres, eo modo quo scriptura oēs illos patres appellat, ex quib. alij mediatè vel immediatè processerunt, sicut. n. Christus Iudæis dicebat. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, &c. Consimili modo Christus plures habuit patres, ex quib. secundum carnem descendit, ut puta Abraam, Isaac, Iacob, Dauid, &c. Patriarchæ, & prophetę. De quib. ps. Christo tegi nunc loquitur, dicens. *Pro patribus tuis* &c. Et sic hic agitur de filiorum generatione. Et diuiditur in partes tres. Quia agitur primo de filiorum generationē, Secūdo de ipsorū prædicatione, ibi. *Memores erunt.* Tertio de gentium conuersione, ibi *Propterea populi.* Quantū ad pri- C mū sciendū q̄ loco patrū Christi patriarcharū, & prophetarū Christo sunt nati spūales filij. s. apostoli & discipuli dñi, q̄ patriarchis & prophetis successerūt, qui fuerunt ecclesiæ principes, & prelati p̄ totū mundū ad prædicandū Christi fidē dispersi, ut ex illis alij spūaliter generarētur, & sic ecclesia Christi vsq; in finē cōtinuaretur. Vel aliter, ut ista verba ps. loquatur, nō Christo sed ecclesiæ. Vñ ista verba Aug. exponit dicens, & habet̄ dist. 68. quorum uices, sic. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.* Nā patres ecclesiæ fuerūt apostoli, pro apostolis *nati sunt filij.* i. epi- D scopi Hodie. n. episcopi qui sunt per totum mundum diffusi unde nati sunt. Ipsa ecclesia patres illos appellat, ipsa illos filios genuit, & ipsa illos cōstituit in sedib. patrū. Quasi Ps. dicat ecclesiæ. Non te putes deserrā, quia non uides Petrū, quia non uides Paulū, quia non uides illos per quos nata es, de prole tua creuit tibi paternitas. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues,* &c. filios genuit ecclesia, & constituit eos pro patribus suis principes super omnē terram. Ad intelligendum

Patres habuit Christus. — *Ioan. 6.* — *Natiuitas.*

ligendum autem hanc natiuitatem spiritualem, quia dicit, *nati sunt tibi filij.* Sciendum quòd ista natiuitas spiritualis licet pluribus modis fiat, unum solum hic tangam. Fit. n. virtute sacramenti baptismi. d. Christo. Oportet vos nasci denuò, quia nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei, nec per cōsequens filius Dei fieri, cui iure hæreditario regnum Dei debeatur. Quod sic patet. Nam per ipsū baptismum anima de non esse spiritualiter venit ad esse spiritualiter, & tota renouatur. Et ideo baptismus habet hominem spiritualiter regenerare & renouare, ad Titum 3. Per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nobis abundè. Quærit Arist. quare aqua pluuialis habet magis virtutem generatiuam eorum quæ nascuntur de terra, & meliores fructus facit, quam aqua putealis. Respondet, q aqua pluuialis est subtilior, & ideo facilius penetrat terram, & poros arborum, & sic citius illas germinare facit. Aqua autem putei grossior est, & ideo tardius generat. Similiter quia aqua pluuialis est magis subtilis, & depurata ab elemēto grosso terræ, ideo fructus dulciores facit, & meliores quam aqua putei. Spiritualiter. Quid est aqua pluuialis de alto descendens nisi ipsa aqua baptismalis ab ipso spiritusancto sanctificata & depurata? Si igitur aqua pluuialis absq; speciali influentia spiritussancti uirtutem multā habet generandi, quid miraris si aqua baptismalis per assistentiam spiritussancti, & benedictionem tota spiritualis effecta habet uirtutem spiritualiter hominem generandi? Ad cuius confirmationem attende q si fœtus cōceptus in corpore matris secundum astrologos nascitur in octauo mense, viuere non potest. Si autem nascitur in septimo uel in nono viuere potest. Cuius causam ipsi assignant dicentes q quilibet planeta per mensem integrum dominatur supra fœtum conceptum, eo ordine quo sunt situati. Sic q in primo mense dominatur Saturnus, in secundo Iupiter, in tertio Mars, in quarto Sol, in quinto Venus, in sexto Mercurius, in septimo Luna. Et sic iterum incipiendo in octauo Saturnus, in nono Iupiter. &c. Dicunt ergo quòd si nascitur in octauo mense non uiuit, quia nascitur sub Saturno, q habet duas qualitates mortificatiuas, scilicet siccitatem & frigiditatem. Si autem nascitur in septimo mense viuit, quia nascitur sub dominio Lunæ quæ habet virtutem generatiuam, quia dominatur aquis. Similiter si nascatur in nono mense viuit, quia nascitur sub dominio Iouis qui est planeta totus dulcis & beniuolus, ppter quòd dicitur Iupiter quasi iuuans pater. Moraliter, Saturnus qui est planeta mortificans propter suam frigiditatē, & siccitatem significat peccatum quod animas mortificat, quod est frigidum carens igne charitatis. Matth. 24. Quoniā abundauit iniquitas multorum, refrigescet charitas. Est etiam siccum, quia caret humiditate aquæ baptismalis. Et sic nascentes sub Saturno sunt existentes in peccato, qui carent charitate, & baptismali gratia. Et ideo uiuere non possunt, ut semen ortum supra petram, quod natum aruit, quia non habebat humorem. Lucæ 8. Quid autem per Lunam, quæ dominatur aquis nisi aqua baptismalis intelligitur. Iupiter autem qui iuuans pater dicitur, est ipse spiritussanctus qui adiuuat infirmitatem nostram. Nascentes ergo sub dominio lunę. i. sacramento aquæ baptismalis regenerati viuunt, ac etiam sub dominio Iouis. i. gratia spiritussancti baptizati, tales viuunt spiritualiter & fructificant multipliciter. Scitote quoniam omnis qui facit iustitiam, natus est ex Deo. Et isto modo nati sunt ecclesiæ filij, scilicet apostoli & eorum successores episcopi, de quibus dicitur. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.*

Memores erunt nominis tui dn̄e, in omni generatione & generationē.

HIc agitur de ipsorum filiorum natorum prędicatione. Quia ipsi apostoli vel episcopi pro eis nati fidē Christi per omnes generationes orbis prædicauerūt. Et sic per omnes generationes memores fuerūt nominis Christi, ipsum exultando & verum saluatorem prædicādo. Vel vt alia litera habet. *Memor ero nominis tui,* & tūc loquitur populus christianus. q. d. Christo. Constitues eos principes super omnem terram. s. ad prædicādum nomen tuum. Ideo per eorum prædicatio-

Marginalia: Ioan. 3. — Tit. 3. — Philos. in li. de problem. aqua pluuialis. — Aqua baptismi. — Nota. — Planeta. Saturnus. Luna. Iupiter. — Peccatum. — Matth. 24. — Luc. 8. — Rom. 8. — 1. Ioan 3. — 753 24. q. 1. quia ex sola.

dicationem *Memor ero nominis tui*. Et nó solum uno tempore vel in una generatione, sed *in omni generatione & generationem*, quia populus christianus p omnes generationes vsq; ad finé sæculi durabit.

754 1.q.1.ex catholica.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi.

HIc consequenter agit de gentium conuersione, quia ad prædicationem apostolorum, & successorum ipsorum populi gentilium conuersi, Christi nomen confitentur, & confitebuntur vsque in sempiternum. Hic accipe quæstionem de gratia, vt suprà.

PSAL. XLV.

755 5.q.5. non omnis.

DEus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

ISTE psalmus talem habet titulum. *In finem filijs Chore pro arcanis psal.* Ad cuius intelligentiam sciendum, quod vt dicit Ra.Sa.alijq; doctores Hebræorum, q filij Chore hunc psalmum fecerunt, quando miraculose fuerũt saluati pereunte Chore patre eorum cum alijs multis, ut habetur Nume. 16. Tunc enim factum est grande miraculum, ut pereunte Chore non perirent eius filij, quod quidem miraculum sic fuit. ut dicit Ra. Sa. & satis verisimiliter. Nam ut habetur Num. 16. Chore Datan & Abiron, qui erant magni principes in populo cupiẽtes dominari insurrexerunt cõtra Moysen nolẽtes ei obedire, quia ipsi summum sacerdotium sibi uendicare volebant quod ipsi Aaron dederat dominus. Tunc & Moysen dixit ad eos. Tu & omnis cõgregatio tua state seorsum coram domino, & Aaron die crastina separatum. Tollite singuli thuribula vestra & incensum offerentes domino ducenta quinquaginta thuribula, quia tot numero illi rebelles Moysi erant. Aaron quoque teneat thuribulum suum. Tunc dixit Dominus ad Moysen. Præcipe omni populo, ut separetur à tabernaculis Chore Dathan, & Abiron. Cumque recessissent filij Chore non recesserunt, sed remanserunt cum patre suo suadentes ei, ut se humiliaret Moysi, & sibi obediret. Et tunc ipso non acquiescente, sed in rebellione perdurante, subitò dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis, & uniuersa substantia eorum, descẽderuntque viui in inferno operti humo. Filij autem eius diuina uirtute protecti remanserũt in aere in medio illius aperturæ, quousque terra sub pedibus eorum fuit reclusa. Et hoc fuit grande miraculum, & arcanum mysterium. Si enim recessissent cum alijs à tabernaculo patris sui ante aperturam terræ, nullum fuisse miraculum de salute ipsorum, sicut nec de salute aliorum. Viso ergo tanto miraculo Dei circa se, conuersi sunt ad dominum toto corde gratias agentes Deo. Et tunc in ipsis requieuit spiritus propheticus. Et pro gratiarum actione fecerunt hunc psalmum. Ex prædictis autem apparet litera tituli qui est. *In finem psal.* idest iste Psalm. dirigens nos in finem, scilicet in Deum, ut puta ad considerandum Dei potentiam. *Filijs Chore*, scilicet attribuitur, quia hunc psalmum ipsi fecerunt. Et hoc *Pro arcanis*, quia, scilicet agit de arcanis Dei, & secretis, quæ in dicto miraculo apparuerunt. Ex quibus etiam patet materia psalmi quo ad literam, & eius effectiua causa. Exponendo ergo istum psalmum, primo declarabo literã, secundò intellectum Psalmistæ. Quantum ad primum iste psalm. diuiditur in duas partes. Quia filij Chore primo de sua liberatione Deo gratias agunt. Secundò aliqua de proximo futura prædicunt, ibi. *Flummis impetus*, &c. Dic ut N. Quantum ad intellectum Psalmistæ, quãd ad declarationem tituli, sciendum est quòd iste psalm. agit de arcanis diuinæ dispositionis, quæ sunt quòd Deus fit homo, & homo Deus, quod salus est promissa utrique populo, quòd Iudæi in aduentu Christi excæcati fuerunt, & gentiles illuminati, quòd apostoli relictis Iudæis transierunt ad gentes, quòd pax summa fuit in mundo tempore Christi natiuitatis, & passionis. Ista ergo sunt arcana de quibus agit iste Psal. Dicit igitur

Num. 16.

Num. 16. Chore filij.

tur titulus. *In finem psalm. filij Chore pro arcanis*. Qui sunt filij Chore, nisi filij crucis, & passionis Christi? quoniã Chore caluaria interpretatur, vt supra dictum est versi. 709. qui de arcanis prædictis hic loquuntur. Intentio autem psal. est nos ad fidẽ mouere & inducere. Iste ergo psal. diuiditur in partes tres. Quia ostendit primò aduentus Christi mysterium. Secundò ecclesiæ in Christo fundato dominium, ibi. *Fluminis impetus*. Tertiò incarnationis Christi multiplex factum miraculum, ibi. *Venite, & vi*. Prima diuiditur in tres, quia ponitur primò circa nos diuina miseratio, secundò diuini uerbi incarnatio, ibi. *Propterea non timebimus*, tertiò apostolorum per orbem prædicatio, ibi. *Sonuerunt*. Quantum ad primum ponitur diuina erga nos protectio per mysterium incarnationis. Vbi notãdum quòd ante Christi incarnationem Deus multum natura distabat à nobis, quia ille creator, nos creatura, ille dominus, nos serui, ille immortalis, nos mortales, ille Deus, nos homines. Et sic nihil commune erat nobis, & Deo. Et si quandoque dicebatur noster, semper tamen per supereminentiam, nunquam tamen per æquiparantiam, ut puta quia dicebatur noster rex, noster Dominus. Sed post verbi incarnationem, dictus est noster per æquiparantiam & æqualitatem, quia communia nobiscum accepit, vt puta carnem, & animam, seruitutẽ, passionem, & mortem. Vnde nobiscum dicebatur homo, passibilis, mortalis, & huiusmodi. Vnde meritò dicere de ipso poteramus illud, Gen. 37. Caro enim & frater noster est. Cum ergo hoc pronomen noster propriè importet quandam communitatẽ, sequitur quòd propriè per incarnationem Deus factus est noster, qui ante nihil commune nobiscum habebat, hanc ergo communitatem præuidens Psalmista dicit. *Deus noster*. glo. i. nobis factus communis carne assumpta est. Et quid ex hoc sequatur adiungit dicens. *Refugium, & virtus*. Vbi nota quòd refugium componitur ex reo & fugio, gis, & dicebatur refugium locus, ad quem rei pro sui saluatione poterant fugere. Nam vt habetur Deut. 19. Præcepit Deus, ut in terra promissionis tres essent ciuitates, ad quas rei fugientes salui essent & secti. Sicut modo ecclesia dicitur refugium, idest fugium siue fuga reorũ. Sic igitur propriè Christus incarnatus nostrum dicitur refugium, quia ad ipsum rei & peccatores confugientes saluantur. Et hoc notans Psalmista dicit. *Deus noster refugium, & virtus*, de hoc vide supra versic. 438. & 439. Sequitur. *Adiutor in tribulationibus*, &c. Vbi nota secundum glos. quòd nullæ tribulationes sunt maiores, quam illæ quæ sunt intra nos. Nulla enim maior tribulatio, quam delictorũ conscientia, & in his tribulationibus peccatorum adiuuat nos Christus incarnatus, quia peccata dimittit. Et aduerte quòd dicit quòd tribulationes *Inuenerunt nos*, & non dicit quòd nos inuenerimus eas. Et ideo notandum quòd pœnitens quandoque inuenit tribulationes peccatorum, quandoque tribulationes inueniunt eum. Quando enim quis sine admonitione alicuius considerat peccata sua, & pœnitet: tunc ipse inuenit tribulationem peccatorum, dicens. Tribulationem & dolorem inueni. Quando autem persuasione alterius pœnitet, & peccata sua per alterum ponuntur ante ipsum, ut ipsa recognoscat, tunc tribulatio inuenit hominem. Quia ergo Christus incarnatus nos pœnitere suadebat, dicit. Pœnitentiam agite, &c. Peccata nostra ante oculos nostros consideranda ponebat. Idcirco tribulanes peccatorum inuenerunt nos, & non econtrario. Vel potest exponi de tribulatione pœnæ, & etiam ex prædictis clarus est sensus, ut sic legatur, *tribulationes*, scilicet pęnæ, & miseriæ mundi, *inuenerunt nos*, scilicet eis per Adam expositos.

Filij Chore. — *Noster dicitur Deus.* — *Gen. 37.* — *Incarnatio Christi.* — *Refugium.* — *Deut. 19.* — *Tribulatio.* — *Psal. 114.* — *Matth. 3.*

756 *Propterea non timebimus, dum turbabitur terra & transferentur montes in cor maris.*

HIc ponitur verbi incarnatio. Vbi sciendum quod tempore Christi natiuitatis caput totius orbis erat Romana ciuitas, in qua tunc multa mirabilia fuerunt ostensa, inter quæ maximũ fuit de subuersione templi pacis, quod in illa mirabiliter erat constructum, quã do totum mundum pacificè Cæsar Augustus

Templi pacis.

gustus possidebat. De quo templo a dijs responsum habuerant q; durare debebat, quousque uirgo pareret infantem. Et quia hoc impossibile crediderunt, ex hoc concluserunt quòd illud templum semper esset duraturum, propter quod ipsum intitulauerunt, Templum pacis æternum. Sed in ipsa hora natiuitatis Christi terra supra quã fundatum erat illud templum, fuit turbata. i. mota, quia ibi terræmotus est factus, & illud templum funditus est euersum. Quod signũ Christi natiuitatis Psalmista præuidens ait. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra*. q. d. Dictum est quod Deus est refugium nostrum & adiutor, propterea non timebimus. Sed quando erit hoc? certè quando turbabitur terra, scilicet, tunc ueniet Christus refugium nostrũ, & uirtus. Consimile alibi dicitur. Terra mota est, etenim cœli distillauerunt. s. verbum incarnatum iuxta illud Esa. 45. Rorate cœli desuper, &c. Completo autem incarnationis Christi mysterio apostoli ad prædicandum per totum mundum missi fuerunt. Et hoc est quod subditur. *Et transferentur montes in cor maris*. Vbi notandum quod per montem in singulari significatur in scriptura Christus incarnatus, sed per montes in plurali significantur prędicatores, & apostoli, ut ostendit Greg. d. Mons quippe in singulari dominum incarnatum significat, sicut scriptum est. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium. Mons quippe in vertice montium est incarnatus Dominus transcendens celsitudinem omnium prophetarum. Per montes autem in plurali apostolorum atq; prophetarum celsitudo demonstretur, sicut scriptum est. Iustitia tua sicut montes Dei. Et Pauli uoce dicitur. Vt uos efficiamur iustitia Dei in ipso. Per mare vero quid nisi incredulitas gentium significatur? ut ostendit Gregor. dicens. Quid autem maris nomine nisi præsens sęculum designatur, in quo corda hominum terrena quætentium diuersis cogitationum fluctibus intumescunt? quia elatione superbiæ incitatis, dum alterna intentione se impetût, quasi aduersantes se vndę collidunt. Sed iam incarnato domino discordantia sæcularium corda concordi-

Natiuitas Christi.

Esa. 45.

Mons Christus Apostolus.

Greg. 33. mor. c. 1.

Psal. 35. 2. Cor. 2.

Greg. li. 17. c. 15. Mare incredulitatis.

A ter credunt. Iam Petrus in mari ambulat, quia nimirum Christi prædicatoribus illa quondam gentilium tumida corda, humili auditu subijciuntur. Quid igitur sunt montes, nisi Apostoli? Quid autem cor maris, nisi corda gentilium? Tunc igitur montes in cor maris sunt translati, quando sancti Apostoli & prędicatores Iudæam relinquentes, ad docenda corda gentilium sunt translati. Propter quod ipsi Apostoli Iudæis dixerunt. Actuum 13. Vobis oportebat loqui primum verbum Dei, sed quoniam illud repulistis, &c. ecce conuertimur ad gentes. Hoc ergo præuidens Psalmista dicit. *Et transferentur montes in cor maris*. Sic enim istum textum exponit Gregor. d In scriptura sacra montium nomine, prędicantium altitudo designatur. De quibus per Psalmistam dicitur. Suscipiant montes pacem populo. Electi quippe prædicatores æternæ patriæ non immeritò montes vocantur, quia per vitæ suæ celsitudinem, ima terrarum deserunt, & cœlo propinqui fiũt. Sed montes Christus transtulit, cum prædicatores sanctos obduratione Iudææ subtraxit, & misit ad gentes. Vnde per Psalmistam dicitur. *Transferentur montes in cor maris*. In corde enim maris montes trãslati sunt, cum sancti Apostoli à Iudææ perfidia repulsi ad intellectum gentium venerunt. Vnde & ipsi quoque in suis Actibus dicunt, Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, &cæt.

Actuum. 13.

Gregor. 9. mor. cap. 2.

Psal. 71.

Psal. 45.

Actuũ 13.

B, C (marginal letters)

Sonuerunt & conturbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius.

7. q. 1. aduersitas.

D HIc ponitur consequenter ipsorum montium, idest, Apostolorum per orbem prædicatio. Vbi notandum, quòd dum Apostoli Christi fidem per mundum prædicabant, quamuis aliqui gaudenter assumerent ipsorum verba, multi tamen turbati sunt, videntes quòd ex hoc cultus Deorum ipsorum dissipabatur. Vnde & ipsos Apostolos vsque ad mortem persequebantur. Est ergo sensus. *Sonuerunt*, scilicet Apostoli prædicando Christi fidem. *Et conturbatæ sunt aquæ eorũ*. In scriptura enim per aquam scien-

Eccle. 15.

Aqua significat scientiam.

scientia significatur, aqua sapientiæ salutaris, &c. Quid est ergo aqua maris, nisi gentium per mare significatarum scientia, qua docebant idola esse colenda? quæ scientiæ fuerunt ad prædicationem Apostolorum conturbatæ, quia cultus idolorum dissipatus, quoniam vt hic dicit gloss. Ad sonum prædicationis apostolorum aquæ maris, scilicet, populi gentium, vel doctrinæ eorum sunt conturbatæ, quia sunt infatuatæ coruscante doctrina saluatoris. Stultam enim fecit Deus sapientiam huius mundi. Vbi scriba, vbi doctus, &c. sicut scriptum est. Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Et quia multi proceres gentilium videbant per prædicationem montium, idest, Apostolorum cultum Deorum suorum euacuari, ideo turbati contra Apostolos per fortitudinem temporalem ipsos montes persequebantur & trucidabant. Et hoc est quod dicit. *Conturbati sunt montes*, idest, Apostoli, *in fortitudine eius*, scilicet asperæ persecutionis. Conturbati sunt Apostoli martyrizati, non mente sed carne, sicut & Christus morte imminente dixit. Tristis est anima mea, &c. Cum enim omnis homo naturaliter fugiat pœnam, quis est qui secundum exteriorem hominem non conturbetur, intentata sibi morte? quinimmò & ipse Christus dicit. Nunc anima mea turbata est. Similiter & Apostoli, de quibus nunc dicit. *Conturbati sunt montes in fortitudine eius.* scilicet, duræ persecutionis mundi. Quia iste Psal. agit de Christi incarnatione, qua verbum caro factum est. Ideo quæro vtrû ista sit vera propositio, Deus factus est homo, &c. in scripto meo.

Ioan. 12.

Ioan. 1.

758 *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculũ suum altissimus.*

OStēdit hic multiplex priuilegium ecclesię suprà Christum fundatæ. Et circa hoc facit quatuor, quia quatuor ostendit de ecclesia per Christi incarnationem facta, scilicet, quòd ecclesia per Christum plenè iucundatur, in principio. Secundò per Christum iustè gubernatur, ibi. *Deus in medio eius.* Tertiò per Christũ mundò dominatur, ibi. *Conturbata sunt.* Quartò per Christum Deo copulatur, ibi. *Dominus virtutum.* Quantum ad primum sciendum q; per flumen rectè sacra scriptura designatur ab antiquis patribus docta, vnde Greg. Quid namque per flumen nisi antiquorum patrum dicta designantur? Quis namq; pensare sufficiet quam vehemēs fluuius dum legem conderet ex pectore Moysis erupit, quam vehemens fluuius ex Dauid corde prorupit, quanta Salomonis ore atque omniũ prophetarum flumina manarũt. Quibus scilicet ecclesia Dei irrigatur, ipsa sacra scriptura dicente. Ego sapientia effudi flumina. Quid est ergo fluminis impetus nisi abundantia intellectus scripturæ sacræ, quam Christus donauit ecclesiæ suæ, dũ legem nouã ore proprio sedens in monte dedit, declarans omnia quæ in lege continebantur. Quid autem per ciuitatem Dei nisi sancta ecclesia accipitur? De qua ad literam dicitur. Vidi ciuitatē sanctam Ierusalem descendentem de cęlo, sicut spōsam ornatã viro suo, Quod ideo dicitur, quia ipsa ecclesia est Christi sponsa, vt supra dictum est Psal. 44. *Fluminis ergo impetus lætificat ciuitatem Dei*, quia lex noua à Christo data, lætificat ecclesiam, dum per legem nouam fœlicitatem æternam sponsæ suæ promittit, dum ipsam in spōsam assumit, dũ ipsam suo sanguine ornat, vt meritò huic ciuitati dicatur. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et aduerte quod sancta tabernaculum non solum ciuitas, sed etiam tabernaculum dicitur. Ciuitas enim dicitur propter vnionem ciuium, quos coniungit charitas, sed tabernaculum, quia in continuo bello manet in præsenti. Tabernaculum dicitur habitatio pugnantium. Vnde de ecclesia subdit. *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* idest, ecclesiam suam quam sanctificauit, dum proprio sanguine lauit à peccatis, & donis spiritussancti ipsam dotauit. Et notandum quod non immeritò ecclesia tabernaculum dicitur. Primò propter nominis expositionem. Dicit Cassiodorus super Psalmum 14. quod antiqui domos pauperum tabernas appellabãt, propter hoc quòd solum de trabibus & non de tegulis tegebantur, quasi trabeas.

Flumē scripturam significat.
Gregor. 18 mor. c. 23.
Eccle. 24.
Ecclesia Dei ciuitas.
Apoc. 21.
Psal. 44.
Psal. 86.
Tabernaculum.
Ecclesia.

beas. Et quia ibi cibum sumebant ex duobus nominibus, scilicet taberna, & cęnaculum vnum traditur esse factū vocabulum, scilicet tabernaculum. Dicitur igitur ecclesia militans tabernaculum, quasi taberna & cęnaculum. Et meritò, quia modo taberna propriè ad potū pertinet, cęnaculum verò ad cibum. In ecclesia verò est vtrunque, quia sicut dicitur. Caro mea verè est cibus &c. & sanguis &c. Ideo de ecclesia dicitur. Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinū & posuit mensam. Ista enim duo semper sunt in ecclesia ad sustentationem fideliū, cuius ratio est, quia sicut in corpore humano calor naturalis agens in humidū radicale consumit ipsum, & ideo nisi fieret restauratio, citò periret corpus, hæc autem restauratio fit per cibum & potum. Sic spiritualiter est de anima. Nam calor fomitis, idest concupiscentiæ inordinatæ continuè agit & inclinat ad consumptionem humoris gratiæ, vt eam auferat, & saltem per dispositionem per peccata venialia virtutem gratiæ debilitet. Et ideo nisi fieret restauratio per cibum & potum spirituale, citò periret, ad Hebr. 9. Tabernaculum factum est primum in quo erat mensa & propositio panum. Secundò ecclesia dicitur tabernaculum, propter rei significatæ conditionem. Tabernaculum enim non est firma domus, nec habet fundamentum, sed huc illucque mutatur, & cum transmigrante migrat. Et secundum Cassiodorum tabernaculum dicimus expeditionales & subitas mansiones. Sic & ecclesia in pręsenti non habet firmitatem, scilicet, i terra vbi collocatur, quia sicut dicit Apostolus. Non habemus hic ciuitatem manentem &c. Vnde & cum fidelibus qui sunt huius tabernaculi habitatores discedentibus à mundo & ipsum etiam discedet. Hic etiam fundamentum non habet, quia in terra non figitur, sed vix terram tangit, quia terrena non amat, nisi quantum ad sustentationem vitæ tēporalis necessarium est, quia Philipp. 3. Nostra conuersatio in cœlis est, & per consequens, qui in terra figuntur, non sunt huius tabernaculi, habitatores, sed ille solū qui potest dicere cum Petro illud, 2. Petri. 1. Certus sum quod velox est depositio tabernaculi mei. Si velox est depositio, ergo non est in terra profunda eius fixio. Vnde solum simplices in hoc ecclesiæ tabernaculo possunt habitare. Iacob vir simplex habitabat in tabernaculis. Et de isto tabernaculo quod est ecclesia, nunc dicitur. *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus*, quod tabernaculum sanctificatur, quando Deus per gratiam secretè manet in ecclesia Iob capit. vigesimonono. Deus erat mecum in tabernaculo meo.

Ioan. 6. | Prouer. 9. | Hebra. 9. | Hebra. 13. | Philip. 3. | 2. Petr. 1. | Gen. 25. | Iob 29.

Deus in medio eius non commouebitur, adiuuauit eam Deus mane diluculo.

759 1.9.5. testes.

HIc ostenditur, quod ecclesia per Christum rectè gubernatur. Ciuitas enim tunc rectè per regem gubernatur, quando non est partialis, nec personarum, acceptor: Si enim plus ad vnum declinaret quam ad alium, iam partialis foret, & non iustè regeret. Deus autem ciuitatem ecclesiæ sine partialitate & acceptione personarum regit, quia stat in medio ecclesiæ, æquè omnibus consulēs æqualiter, personas nō accipiens. Sicut punctus qui stat in medio circuli æqualiter respicit omnem circumferentiam circuli æqualiter distans à qualibet parte, & ęqualiter cuilibet appropinquans. Et in hoc satis figuratur virtus iustitiæ, quæ non attendit ad personas, sed ad merita personarum & demerita, quæ de se ipsa dicit. In vijs iustitiæ ambulo in medio semitarum iudicij. Notandum quod Christus stat in medio ecclesiæ suę multipliciter, scilicet tanquam. Medium placationum diuinæ iracundiæ Medium donationum vitæ nostræ animæ. Medium instructionum nostræ ignorantiæ. Primum patet, quoniam Christus videns nos à Deo diuisos, & per peccatum in odium Dei constitutos se ponens in medio, Deum iratum nobis placauit & nos Dei amicos constituit, propter quod appellatur mediator Dei & hominum, 1. Timoth. 2. Mediator Dei & hominum vnus Christus Iesus. Quæ verba exponens glo. ait. Vnus est mediator Dei & hominum, idest, ad componendum pacem, quia medius arbiter, scilicet Christus Iesus pro hominibus factus homo

Acceptio personarū. | Prouer. 8. | Medium Christus. | 1. Timo. 2.

vt sic esset mediator, nõ enim aliter quã per hominem mediat. Mediator enim inter Deum, & homines oportebat vt aliquid hominibus, simile haberet, & aliquid simile Deo, ne per omnia hominibus similis longè esset à Deo, aut per omnia similis Deo longè esset ab hominibus, atque ita mediator non esset. Verè itaque mediator Christus inter mortales peccatores & immortalem iustum apparuit mortalis cum hominibus, & iustus cũ Deo, ideo dicitur mediator Dei, & hominum, quia inter Deum immortalem & hominem mortalem est Deus homo reconciliaus hominem Deo. Vnde nobis dicere potest. Ego sequester & medius fui inter Deum, & vos, quia scilicet rigorem iustitiæ contra peccatores placauit, & uos per pœnitentiam Deo reconciliauit. Figura huius mediationis habetur Ezechi.9. vbi sententialiter dicit quod Ezechiel vidit sex viros missos ad occidendum populum, & in medio eorum vidit hominem lineis indutum, & atramentarium scriptoris ad renes eius, qui signabat signo thau omnes gementes super peccata facta. Et istis signatis non poterant illi sex viri nocere, cæteros autem omnes occiderunt. Moraliter isti sex viri parati ad occidendum omnes homines peccatores, sunt sex mundi ætates Christum præcedentes, in quibus contra peccatores rigidè procedebatur. Prima fuit ab Adam vsq; ad Noe, vbi rigor iustitiæ apparuit, quia per diluuium omnes homines fuerunt deleti, octo exceptis. Secunda fuit à Noe vsque ad Abraham, vbi apparuit rigor iustitiæ in punitione Sodomorum. Tertia fuit ab Abraham vsque ad Moysem, vbi apparuit rigor iustitiæ in submersione Aegyptiorum. Quarta à Moyse vsque ad Dauid, vbi apparuit rigor iustitiæ in punitione occisionis vxoris Leuitæ, ex quo octuaginta quinque millia sunt occisi. Quinta à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, vbi apparuit rigor iustitiæ in occisione prophetarum Baal per Heliam.3.Reg.19. Sexta à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, in qua apparuit rigor iustitiæ ex multis victorijs Machabæorũ. Isti ergo sunt sex viri parati ad occidendum populum, quia in illis sex Aetatibus iustitiæ rigor ergà peccatores obseruabatur. Sed attende quod in medio istorum erat vir indutus lineis, scilicet, Christus, quia qualibet Aetate illarum fuit Christus figuratus. Fuit autem indutus lineis, quando mundissimam vestem carnis assumpsit de purissimis sanguinibus Virginis gloriosæ. Tunc enim facta sunt vestimẽta eius alba sicut nix. Hic atramẽtarium scriptoris portabat, quia ipse vt mediator tantæ seueritatis legem misericordiæ scripsit temperans iustitiam cum misericordia, dicens. Misericordiam volo, & non sacrificium, quia veni vocare peccatores ad pœnitentiam, quia ipse omnibus pœnitentibus debitè liberè parcit. Vnde omnes gentes pro peccatis signat signo thau, idest, signo crucis, dum tales facit participes suæ passionis. Et ideò quia talibus sic signatis parcit, rigor iustitiæ istis non nocet, cæteros autem occidit dum omnes impœnitentes perpetuò damnat. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et ideo quia sic fuit medium parentium, ideo ipse stãs in medio, pacem cum Deo factam annunciauit, quando, scilicet morte pro nobis tolerata, stetit in medio discipulorum, & ait. Pax vobis. Quod benè nunc cõsiderans Psalmista, ait. *Deus in medio eius.* Secundum patet, scilicet, quod est mediũ vitæ donatiuũ. Dicunt naturales quod cor cuius virtus ad cætera membra effluens eis vitam tribuit, est in medio corporis, & si influxus suæ virtutis impediatur, ne ad aliquod membrum transeat, statim illud membrum arescit & mortificatur. Sic spiritualiter Christus à quo omnis vita gratiæ procedit stat in medio animæ nostræ ipsam viuificans. Et si per aliquod peccatum fluxus suæ gratiæ impediatur statim anima mortificatur. Et ideo multum lætari debet anima quando Christum sic habet in medio sui. Lætare Hierusalem, quia habito in medio tui: ego dominus. Et in hoc figuratur Christus per lignum vitæ, de quo Gene. 2. Produxit Deus lignum vitæ in medio paradisi. Vbi nota quod secundum Damas. lib. 2. Paradisus terrestris est locus purissimus omni terra altior, & luminosus. Et sic significat deuotã conscientiã, quæ est pura per expulsionem vitiorum altior

Marginalia: *Deuter.5.* — *Ezech.9.* — *Aetates mũdi sex.* — *Iudi.20.* — *3.Reg.19.* — *Matth.17.* — *Matth.9.* — *Actuum 3.* — *Ioan.20.* — *Cor.* — *Zacha.2.* — *Gene.2.* — *Damasc. lib.2.* — *Paradisus.*

altior omni terra per dilectionem superuorum, luminosa per contemplationem diuinorum. Vnde de tali anima dicitur, q̃ est sicut paradisus benedictionis. Sed per lignum vitæ cuius esu vita conseruabatur, propriè Christus significatur, cuius manducatio vitam in nobis conseruat. Qui manducat me, ipse viuet propter me. Hoc ergo lignum vitæ plantauit Deus in medio paradisi, quia scilicet in deuota anima Christum qui est vita spiritualis facit habitare in medio eius existens velut cor in medio corporis, omnes eius potentias uiuificet, propter quod cuilibet deuotæ animæ dicitur illud Psal. Magnus in medio tui sanctus Israel. Tertium patet, scilicet quod Christus est medium informatiuum, &c. Sicut enim sol est in medio cœli, vt omnes stellas melius illuminet, sic Christus in medio conscientiæ nostræ, ut ipsam illuminet ad subuertendum uitia. In cuius figura sol stetit in medio cœli, donec populus Dei subuertisset ciuitatem Hay. Iosue. 10. Quia Christus stat in medio conscientiæ nostræ ipsam, scilicet, illuminando, donec subuertat ciuitatem mẽ Hay, scilicet, mundum cum suis concupiscentijs. Nam Hay interpretatur quæstio vitæ, eius peccata significans, vt de Christo dicatur. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Sic ergo stat Christus in medio ecclesiæ, quæ, s. est congregatio fidelium, ipso dicente. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sunt in medio eorum. Quod bene nunc præuidens Psal. de ecclesia dicit. *Deus in medio eius non commouebitur*, idest ipsa ecclesia durabit firmiter, quia Deus est in medio eius, vt dictum est. Sequitur. *Adiuuabit eam Deus mane diluculo.* Vel secundum aliam literam. *Adiuuabit eam Deus vultu suo*. Ad intellectum primæ literæ sciendum, quod per mane quod est principium diei, significatur principium boni operis, sed per diluculum quod est principium luminis, significatur spiritus sancti illuminatio, vel inspiratio. Et sic est sensus literæ. Quia Deus est in medio ecclesiæ, ideo iuuabit eam *mane*. i. in principio boni operis. Et si quæras quo modo, respondet. *Diluculo*. i. per inspirationem spiritus sancti. Quãtum vero ad

Eccl. 40. *Ioan 6.* *Iosue 10.* *Eccl. 50.* *Matth. 18.*

A secundam literam sciendum, quod per vultum per quẽ cognoscitur quis, significatur incarnationis Christi mysteriũ, per quod Deus nobis est manifestatus, de quo dictum est psal. 44. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. s. Christum incarnatum. Et sic est sensus. *Adiuuabit eam de vultu suo*. i. per mysterium suæ incarnationis.

Psal. 44.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam, mota est terra.

760 *11. q. 3. ad mensam.*

B HIc ostendit quomodo ecclesia per Christum mundo dominatur. Ad prædicationem enim Christi & apostolorum suorum gentes mundi in aduersis regnis & partibus relinquentes idola Christi fidem susceperunt, & contritæ de peccatis suis pœnitentiam egerunt, & se iugo Christi humiliter inclinauerunt. Et hoc est quod dicit. *Conturbatæ sunt gentes*, i. de peccatis contritæ pœnitẽtiam agentes. *Et inclinata sunt regna*. s. sub fide Christi humiliata. Et unde talis conturbatio, unde talis inclinatio? certè non, nisi per Christi prædicatio- C nem & apostolorum. Vnde subdit. *Dedit vocem suam*, scilicet, prędicationis. *Et commota est terra*, idest terreni, & peccatores homines commoti, scilicet, sunt ab idololatria ad veram Christi fidem. Attende quod congruè peccatorum cõuersio dicitur esse quædam commotio, quoniam magna est commotio quando peccator per pœnitentiam de vitijs ad virtutem, de odio ad gratiam, de idololatria ad fidem, de filio perditionis, ad filium Dei commutatur. Et de tali commotione dicitur. Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius, D quia commota est, quod de commotione pœnitentiæ intelligitur. Vnde ibidẽ ait gl. *Commouisti terram*, scilicet, ab errore ad pœnitentiam, Et hoc vibrato gladio spiritus, scilicet prædicationis, dum dixisti. Pœnitemini & credite euangelio, appropinquabit enim regnum cœlotũ. Commota est ergo terra ad pœnitentiam conscientia peccatorum accusante &c. Sic & nunc de tali commotione pœnitentiæ loquitur Psalmista dicens. *Dedit vocem suam, & commota est terra*.

Commotio pœnitentia. *Psal. 59.*

761 *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.*

24 q. 1. qua dignior.

OStenditur hic quomodo ecclesia per Christum Deo copulatur. In Christo enim coniuncta est in vna persona natura diuina & humana. Et sic nobiscum est Deus, & nos cum ipso. Quod exprimens ait. *Dominus virtutum nobiscum*, Virtutes enim sunt quidam ordo angelorum, ad quos spectat miracula & mirabilia signa facere. De quibus dicitur. Benedicite domino omnes virtutes eius. Et per istum ordinem angelorum hic omnes alij ordines intelliguntur, cum dicitur. *Dominus virtutum*. idest omnium angelorum *nobiscum*, s. per carnis assumptionem. q. d. Qui olim ad homines mittebat angelos, ipse in propria, scilicet persona venit, & est nobiscũ. Et quod loquatur quod sit nobiscũ per incarnationis mysterium, declarat cũ subdit. *Susceptor noster*. idest, nostræ humanitatis, *Deus Iacob*. scilicet, ille Deus verus, quem adorabat Iacob. Et aduerte quod cum dicit. *Dominus virtutum nobiscum*. innuit propriũ Christi nomen quod est Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Vel moraliter. *Dominus virtutum nobiscum*. scilicet per gratiam, & cũ quibus, scilicet cũ filijs Chore, quibus iste psal. attribuitur. idest, cum filijs crucis, per filios Chore significatis. Et sic *Susceptor noster Deus Iacob*. q. d. Ipse est *Deus Iacob* illorum qui figurãtur per Iacob, qui, scilicet, supplantant vitia mundi carnem & diabolum. Nam Iacob supplantator interpretatur.

Psal. 102.

762 *Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ.*

5. q. 1. si omnino.

COnsequenter hic ostenditur multiplex miraculum in Christi incarnatione factum. Et diuiditur in tres partes, secundum tria maximè miranda facta in Christi incarnatione. Primũ fuit totius orbis pacificatio, in principio. Secundum fuit nostræ mentis expurgatio, ibi. *Arcum conteret*. Tertium fuit populi gentilis subiugatio, ibi. *Vacate*. Quantum ad primum sciendum quod tempore Christi natiuitatis pax generalis fuit per vniuersum orbem, quia totus orbis Cesari Romano erat subditus. Et hoc ad denotandum quod ille nascebatur qui totius orbis verus erat dominus, & peccatores Deo reconciliare veniebat, propter quod & tunc primò per angelos fuit decãtatum Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus. Hoc signum mirandum præuidit Psalmista dicens, *Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram*. Et quæ sint ista opera & prodigia, ostẽdit d. *Auferens bella vsq; ad fines terræ*, quia in tota terra nullum erat bellum, sed pax multa. Et aduerte quod tale opus pacis per orbem factę vocat prodigium. Prodigiũ enim dr̃ procul à digito, s. quando per vnum factum aliud factum procul futurum designatur, quod sic fuit in proposito, quia per pacem illam temporalẽ significatur pax æterna omnibus electis danda per Christum, vel pax futura inter carnem & spiritum post resurrectionem, vt de Christo meritò dicatur. Nulla temporibus eius surrexerunt bella pacem domino largiente.

Natiuitas Christi.

Pax prodigium.

2. Par. 14.

763 *Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.*

HIc ostenditur secundum mirandũ mentis expurgatio. Sicut enim Christus nascendo pacem exteriorẽ per mundum esse, sic in mẽte nostra pacem voluit facere. Et auferendo vitia ab animabus nostris, quibus impugnamur interius, quæ per arcum arma & scuta significantur. Per arcum qui à remotis vulnerat, intellige peccatum luxuriæ, quod longè positos vulnerat, & concupiscentiæ flammã accendit. Psal. 7. Arcum suũ tetendit &c. sagittas suas ardentibus effecit. Per arma accipe peccatum auaritiæ. Arma enim cum sint ferrea sunt dura & frigida, sic & peccatum auaritiæ homines auaros erga suos proximos duros & crudeles facit, & frigidos absq; aliquo igne charitatis. Vnde de quolibet auaro dicitur. Pingui ceruice armatus est. Per scutum vero accipe peccatum obstinationis & superbiæ. Quia sicut scutum iacula emissa repellit ne interiora penetrent, sic & superbia iacula, idest verbis diuinis & inspirationibus resistit ne pertingant

Natiuitas Christi.

Arcus luxuria.

Psal. 7.

Arma auaritia.

Iob 15.

Scutum obstinationis.

tingant ad cor, ne cõuertatur ad Deum. Unde de quolibet superbo dicitur. Corpus eius quasi scuta fusilia, & compactũ squamis sese prementibus, quod de superbis intelligitur, vt ostendit Greg. d. Corpus illius quasi scuta fusilia, quia omnes superbi ne ad se corripientiũ verba perueniant, contra aduersantium iacula seu ea defensionum parant. Sic igitur peccata, luxuriæ, auaritiæ, & superbiæ, per arcum arma figurantur & scuta, quæ Christus veniens igne spiritus sancti consumpsit, vt etiam interius homo pacem haberet. Et hoc Psalmista prauidens de Christo dicit, quod omnia hic *comburet igni*, scilicet spiritus sancti.

Iob 41.

Greger. 33. mor. c. 31.

764 *Vacate & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.*

11. q. 3. ad mensam.

TErtium mirabile fuit gentium subiugatio, quæ per Christi incarnati prædicationem Christo sunt subiugatæ. Vnde hic loquitur Christus dicens. *Vacate & videte*. Loquitur enim omnibus vt considerent mira opera eius ex quibus Christum verum Deum esse cognoscant. Ex hoc enim quod corda gentilium ad se conuertit, verum se Deum probat. Cuius conuersionis in natiuitate sua clarum signum ostendit, quoniam in hora suæ natiuitatis oĩa idola Aegypti corruerunt, ad significandum quod per suam prædicationem & apostolorũ idololatria erat tollenda, & gentes sibi subiugandæ per fidem, propter quod subdit. *Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra*. Vbi secundum glo. Per terram intellige Iudæos, qui principalem terram mundi, scilicet terram promissionis habitabant. Per gentes autẽ populum gentilem idololatrum. Christus autẽ in sua natiuitate fuit exaltatus in gẽtibus quãdo caput orbis, scilicet Octauianus Imperator ad informationem Sybillæ puerum natum adorauit, & thura sibi exhibuit. Quando tres magi gentiles ad terram procidentes Christum natum adorauerunt. Quod prauidens Psalmista in persona Christi dicit. *Exaltabor in gentibus*. Fuit etiam subitò exaltatus in terra, scilicet, in populo Iudæorũ, quando à pastoribus Iudæis fuit spiritualiter adoratus, & ab Anna prophetissa & Simeone Deus prædicatus. Et ideo dicit. *Exaltabor in terra*. propter quod ait Ps. 148. Exaltatum est nomen eius solius.

Natiuitas Christi. Idolum.

Psal. 148.

765 *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.*

OStendit hic Christi incarnationẽ factam &c. Dic vt supra versi. 761. Quia hic dicitur dominus virtutum *nobiscum*, scilicet, per incarnationem, & ostensum est in præcedenti quæstione, quod ista propositio est vera, Deus factus est. Ideo consequẽter quæro vtrum ista sit vera, homo factus est Deus, in scripto meo.

PSAL. XLVI.

766 *OMnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis.*

HIc Psalmus talem habet titulum. *Ad victoriam filijs Chore Psal.* Pro cuius expositione sciendum, quod filij Chore (de quibus dictum est in tit. præcedentis psalmi) spiritu prophetico multa futura præuiderunt, quæ significabant alia futura tempore Christi. Et inter cætera præuiderunt multas victorias futuras populi Dei tempore Iosue. Et de illis victorijs habitis à populo Dei de inhabitantibus terrã promissionis, hic aliquæ narrãtur. Et sic sensus tituli est. Iste Ps. factus est ad ostendendã victoriam, s. multiplicem habitam tẽpore Iosue, attribuitur filijs Chore, quia s. ab eis est factus. Intentio Psal. est mouere nos ad laudem Dei & gratiarum actionem de beneficijs receptis ab ipso. Quantum vero ad intellectum Psalmistæ aliter exponitur. Nam filij Chore significant filios crucis. i. deuotos Christi passionis. Et est sensus, iste Psal. qui est ad victoriã Christi per crucem habitam, attribuitur filijs Chore. i. secte cõpetit filijs crucis. Istum ergo psalmum exponendo primò exponam literam, secundò dicam intellectum Psalmistæ. Quãtum ad primum

iste psal. habet duas partes. Quia primò Dei beneficia narrantur. Secundò omnes ad gratiarum actiones inuitantur, ibi. *Psallite* &c. vt N. Quantum vero ad intellectum Psalmistæ, iste psal. agit de victoria Christi & beneficijs per Christum nobis collatis. Et diuiditur in duas partes. Quia primò narrantur Christi beneficia. Secundò ostenditur debita sibi reuerentia, ibi. *Psallite*. Prima in duas, quia ostenditur primò Christi gloriosa operatio. Secundò eius gloriosa ascēsio, ibi. *Ascendit Deus*. Prima in duas, quia primò populus ad Dei laudem excitatur. Secundò ratio laudis demōstratur, F ibi. *Quoniam dominus excelsus*. Quantū ad primum sciendum quod Psal. gentilē populum, quem in præcedenti psalmo Christo per fidem subiugandum prædixit, in præsenti psal. ipsum iam conuersum ad laudem Dei inuitat dicens. *Omnes gentes* &c. Vbi nota q̄ sm̄ grammaticos plaudo dr̄ idem est quod manus adinuicem ex lætitia repercutere, claudere vel simul iungere, vel manibus sonū ex gaudio facere. Secundum theologos autē per manus quibus operamur, opera nostra significātur, vt ait Greg. Quid est ergo plaudere manibus nisi opera G bona operibus coniungere, & sic hilaritatem mentis & exultationem resonare? Vnde hic ait gloss. *Omnes gentes plaudite manibus*. i. gaudete bonis operibus. Consimiliter dicitur. Flumina plaudent manu simul, vbi ait gl. Sancti pleni spiritusancto exultabūt bonis operibus. Et aduerte quod in isto inuitat gētes ad plaudendum Christo, & non Iudæis, eo quod præuidebat Iudæos non recepturos Christum, secundum illud. Ioan. 1. In propria venit, & sui eum non receperunt, sed gentes eius fidem recepturas. Idcirco ad gentes se conuertens ait. *Omnes gentes plaudite manibus*. q. d. secūdum gloss. Et si Iudæi ipsi nostro Choro, idest caluo Christo insultent deridendo dicētes, calue, calue. Vos tamen omnes gentes ad quas transiuit gratia, *plaudite manibus* Christo, idest bonis operibus gaudete. Et aduerte quod hoc signum vniuersale *omnes*, hic stat pro generibus singulorum, non pro singulis generum. *Iubilate Deo in voce exultationis*. Vbi notandum quod secundum grammaticos iu-

Plaudere. *Magnus significat opera.* *Gregor.* *Psal. 97.* *Ioan. 1.* *Iubilare.*

E bilus est gaudium mentis tantum quod verbis recitari non potest, nec tamen penitus reticeri. Et sic iubilare est quadam voce confusa gaudium mentis ostendere. Et conformiter Greg. d. Iubilum dicimus cum tantam lętitiam corde concipimus, quantam per sermonis efficaciā non explemus. Et tamen mentis exultatio hoc quod sermone non explicat voce sonat. Quid ergo propriè est homini iubilare, nisi purgatis prius uitijs supernæ patriæ præmia considerare, & inde tantam in corde lætitiam concipere, vt ipsam sermone explicare non possit, sed quadam voce confusa ipsam resonare? Quod ostendit Greg. dicens. Deus innotescendo homini, prius ipsum afficit, postmodū exhilarat. Aliter enim quisq; compungitur cum interna intuens malorum suorum pauore terretur. Aliter vero compungitur, cum gaudia superna conspiciens spe quadam in securitate roboratur. Illa compunctio tristes, hæc vero lætas lachrymas mouet. Iubilum namque dicitur, quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abscōdi possit, nec sermonibus aperiri, & tamen quibusdam motibus proditur, quā uis nullis proprietatibus exprimatur. Vnde Dauid propheta intuens electorū animas tantum gaudium mente concipere, quantum sermone non valent aperire. ait. Beatus populus qui scit iubilationem, non ait qui loquitur, sed qui scit. Quia sciri quidem iubilatio intellectu pōt, sed verbis exprimi non potest. Sentitur quippe per illam quod vltra sensum est, & quamuis ad hanc contemplandam sufficiat conscientia scientis, ad hanc tamen dicendam non sufficit lingua dicentis. Et subdit. Sic ergo cordibus nostris, lux se veritatis insinuās iustitiam pretendendo contristat H postmodum æterna gaudia aperiendo lætificat, vt post lachrymas ad iubilum consurgat. Ex quibus apparet quod gentili populo dicere. *Iubilate Deo in voce exultationis*, nihil aliud est dicere quam prius considerando peccata vestra illa per pœnitentiam purgare, & post *iubilate Deo* per internum gaudium de consideratione præmiorum, idest Deum laudate. Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius &c.

Gregor. 8. mor. c. 40. *Gregor. 24. mor. c. 6.* *Psal. 88.* *Psal. 65.*

Quo-

767 *Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram.*

HIc consequenter ostenditur ratio quare sic Deũ laudare debemus. Et diuiditur in partes tres, secundum q̃ hic ostendit quod triplici ratione Deo iubilare debemus, scilicet. Primò ratione diuinæ maiestatis excelsæ. Secundò ratione dignitatis ecclesiæ concessæ, ibi. *Subiecit*. Tertiò ratione hæreditatis nobis promissæ, ibi. *Elegit nobis*. Quantum ad primum sciendum, quod regis nobilitas & excellentia, non parum subiectos lætificat, propter quod dicitur. Beata terra, cuius rex nobilis est. Sed quis nobilior rege & dño nostro Iesu Christo? certè nullus. Et hoc est quod dicit, *Quoniam dominus excelsus & terribilis*. *Excelsus* in potentia, *terribilis* in iustitia. *Excelsus* bonos eleuando, *terribilis* malos iudicando. Quod ideo dicit, vt bonos ad iubilum de tanto domino inducat, & malos terrendo conuertat, vt se dominum habere credant. Narrat P. Alfonsius, quod quidam in tantam dementiam venerat & insaniam quod credebat se non habere caput, nec cor, neque aliqua interiora, nec aliquis ab hac opinione aliquibus persuasionibus poterat ipsum remouere. Quidam vero medicus subtiliter agens circa ipsum, fecit fieri pileum plumbeum multæ grauitatis, & imposuit capiti illius. Et sic ille partim ex onere, quod gerebat in capite, & partim ex repercussione sanguinis, & caloris, qui ex tali pódere ad caput ascendebat, deductus est paulatim ad suam notitiam, vt sentiret se caput habere. Sic moraliter multi sunt, qui non se credunt habere caput, i. dñm supra se, qui eos iudicare, vel punire possit, dicentes illud psalm. 11. Quis noster Deus est? istis ergo Christus sic facit, vt se illorum ostendat dominum: nam quia ex visu hoc percipere nolunt, ex pondere pœnæ hoc experientur eis æternaliter infligendæ, eorum superbiã quæ semper ascendit deprimente. Quæ quidem æterna pęna propter grauitatẽ pondus plumbeum dicitur, quia nulla grauior pœna potest esse, sicut nihil grauius plumbo. Eccl. 22. Super plumbum quid grauabitur? Sic enim ex grauitate pœnę ille superbus Antiochus Deũ esse dominum recognouit, quem ante nolebat recognoscere. De quo dr̃ 2. Mac. 9. Is, qui sibi videbatur fluctibus maris imperare, & montium altitudines in statera appendere, diuina admonitus plaga, ad agnitionem sui cępit venire, ita vt diceret. Iustum est, subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Sic & superbos pęnam comminãdo psalmista terret. d. *Quoniã dominus excelsus, & terribilis*. Sequitur *Rex magnus super omnẽ terram*. q. d. Non solũ Christus in vna parte mundi dominatur, sed super oẽm terram dominium suum extẽdit. Et hoc bene figuratum fuit in titulo crucis eius, in quo rex Christus dicebatur. Qui tñ titulus triplici lingua erat inscriptus, ad quas oẽs alię linguę reducebãtur, s. Gręca, Hebraica, & Latina. Nam Græca toti mundo præerat ratione sciẽtiæ. Hebraica rõne diuini cultus, & reuerentię. Sed Latina ratione dñij, & potentię. Et ideo de Christo dicitur. *Quoniã Deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos.*

Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris.

HIc ostendit Christum esse laudandum ratione dignitatis concessæ sponsæ suæ, i. ecclesiæ, cui orbẽ terrarũ subiecit. Vbi notandum, quòd sicut spõsa nomen dignitatis sponsi cum sponso participat, vt puta sponsa regis dicitur regina, imperatoris dicitur imperatrix, &c. sic & dignitatem, cum sponso participare debet. Christo autem Deus subiecit orbem terrarum. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Sic & per consequens orbem terræ Christus suæ sponsæ subiecit. Et hoc est, quod ecclesia de Christo dicit. *Subiecit populos nobis*. Quid enim per populos nisi Iudæos intelligere debemus, sicut per gentes ipsos gentiles idololatras, vt patet supra versicul. 8. Dicat ergo sancta mater ecclesia, *Subiecit populos nobis*, id est, Iudæos. Qui etsi fide discordant ab ecclesia, nec sperant nobiscum æterna bona percipere, tamen ex omni parte orbis profugi ad solam ecclesiam refugium habent, & eius dominio subijciuntur. Et hoc clarè hic notat gloss. d. Loquitur hic Psalmista in persona totius

Rex Christus. *Eccles. 10.* *Dominus. Caput.* *Exemplũ.* *Psal. 94.* 768 *6. q. 1. si omnia.*

tiue ecclesię.q.d. Ideo plaudite,& iubila te Deo, quia subiecit populos nobis, id est vniuersali ecclesiæ. Hoc enim dicere omnibus fidelibus vniuersaliter conuenit, quia omnes extrinseci, scilicet Iudæi subiecti sunt. Quot enim modo currunt ad ecclesiam, nondum Christiani, rogantes auxilium ecclesiæ, subueniri sibi temporaliter volunt, et si in æternum adhuc regnare nobiscum nolunt. Psal. ergo prævidens populum Iudæorum solum ad ecclesiam habiturum recursum in persona Christianorū dicit. *Subiecit populos nobis*. Sic enim dominus prædixit Iudæis. Si non audieritis me, subijciemini his, qui vos oderunt, scilicet Christianis, qui odio habent infidelitatem vestram. Sequitur. *Et gentes sub pedibus nostris*. Vbi notandum, quòd hic per pedes sancti & apostoli, & prædicatores intelliguntur: quia, sicut pedes corpus portant, ita sancti apostoli, & prædicatores Christum, & Christi fidem portauerunt per orbem. Isti enim pedes à Iudæis repulsi ad gentes se transtulerunt, & ad illas fidem Christi portauerunt, vt ostendit Greg. super illo verbo Iob 28. Quos oblitus est pes egentis hominis, dicens. Quis hoc loco alius accipitur egenus, nisi ille de quo per Paulum dicitur? Qui propter nos egenus factus est, cum esset diues. Cuius egentis hominis pedes sancti prædicatores fuerūt, per quorum profecto præsentiam gentilitatem circumiens mundum, perambulauit vniuersum. Sed Iudæos pes egētis hominis est oblitus, quia in ipso initio nascentis ecclesiæ dum sancti Apostoli Iudæis regnum cælorum prædicare voluissent, vidētes, quòd eis nihil omnino proficerent, ad prædicandum gentibus deflexerūt. De quibus per prophetam dicitur. Transferentur montes in cor maris, quia repulsi à Iudæis apostoli, in hoc gentilitatis sæculo sunt translati, &c. Prævidens ergo psalmista gentes per prædicationem apostolorum ad fidem ecclesiæ subijciendas, in persona ecclesiæ dicit. *Et gentes sub pedibus nostris*, scilicet subiecit. Vel ista possunt esse verba apostolorum. d. *Subiecit gentes*, &c. Vnde ait glo. hic. Apostoli enim passi à suis, scilicet à Iudæis, honorantur à gentibus, vnde & dicunt. *Et gentes*, E scilicet subiecit *sub pedibus nostris*, idest sub prædicatione nostra. Per pedes enim prædicationem, accipe, quibus gētes subiecit.

Leuit, 2.
Pes significat apostolos.
Gregor. 18. mor. c. 19.
2. Cor. 8.
Psal. 45.

Elegit nobis hæreditatem suam speciē Iacob, quem dilexit. 769

De præ. d. 2. scto.

HIc ostendit Christum à nobis laudandum ratione hæreditatis promissæ: ad quam gratis, & non ex meritis nostris nos Deus ab æterno elegit, dicēte apostolo. Deus benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus F in Christo Iesu, sicut nos elegit in ipso ante mundi constitutionem, &c. Et ibi notat Magister in gl. quòd duæ sunt Dei electiones, siue prædestinationes, & duplex earum effectus, quarum altera, est de præsenti ad iustitiam, & altera de futuro ad gloriam. Nec tamen intelliges, quòd sint in se duæ Dei electiones, vel prædestinationes, cum vna tantum sit prædestinatio, quæ est ipse Deus, sed quia de duobus est ipsa Dei electio, vel prædestinatio, scilicet de iustitia in præsenti, & de gloria in futuro. Deus enim ante mundi constitutionem cum nullus G adhuc aliquid meruerat, præordinauit, quòd in tempore gratiæ aliquos à perditis separaret, & iustos, & immaculatos faceret, præordinauit etiam, quòd & illos iustos ad æternam hæreditatem perduceret. Alteram electionē hic implet, quæ iustos facit, alterā in futuro implebit, quæ erit omnium perfectio. Et ab ista vltima apostolus incipit. d. q. Deus benedixit nos in omni benedictione, scilicet in cælestibus, accipiens præteritum pro futuro propter certitudinem rei futuræ. d. Benedixit, idest, benedicet, idest, in futuro exultabit ad gloriam. H Sed de prima electione, quæ est in præsenti ad iustitiam, subdit. Sicut nos elegit in ipso ante mundi constitutionem. q. d. Benedicet nos in futuro, quod & si videtur ex meritis nostris, ita tamē gratis erit, sicut & prima electio. S. ad iustitiā est gratuita, quia merita, quæ præcedunt futuram gloriam ex gratia sunt, & dona Dei sunt. Coronat ergo Deus in nobis dona sua, nō quæ ex nobis sunt merita. Et hoc est, quod ait. Sicut elegit nos ante mundi constitutionem. q. d. Ita gratis

Ephes.
Electio.
Prædestinatio.

gratis nobis dabit gloriam, sicut gratis nos elegit in Christo ante mundi constitutionem, scilicet sine aliquibus nostris meritis. Quomodo autē elegit eos, qui nondum erant nisi prædestinando? Sicut ergo non elegit nos ante mundi cōstitutionem, eo quòd tunc sancti essemus, quia nondum eramus, sed solū gratis elegit nos, vt sancti essemus, ita quòd diuina electio est causa, quare sancti sumus, & non sanctitas nostra est causa, quare nos Deus elegit. Ita omnia intelligens psal. hic ait. *Elegit nos. hæreditatem suam.* s. elegit nos ad iustitiam, vt nobis hæreditatem suam. s. gloriæ daret. Et si quæras, qui sunt illi, quos sic Deus elegit? Respondet. *Speciem Iacob, quam dilexit.* q. d. Illi à Deo sic sunt electi, qui speciem Iacob imitantur, scilicet vitam speciosam Iacob, s. qui terrena dat pro cœlestibus, sicut Iacob dedit edulium lentis pro primogenitis Esau. Et nota, quòd hic textus in multis libris variatur, quia aliqui habent *Speciem Iacob, quem dilexit,* & aliqui *quam.* Et sū vtroq; modo textus est clarus, quia si dicatur *quam,* tunc refertur ad speciem, si aūt dicatur *quem* tunc refertur ad Iacob. Et quia hic innuit ps. q gratis, & sine meritis sumus à Deo electi, & prædestinati, ideo ad hoc declarandum quęro, verū electio, vel prędestinatio in nobis habeat causam meritoriam, &c. Bonau. 1. dist. 41. q. 1.

770 *Ascēdit Deus in iubilo, dominus in uoce tubæ.*

AGitur hic de gloriosa Christi ascensione. Vbi notandum, q sicut propter nos de cœlo descendit ad terras, sic & propter nos de terris ascendit ad cœlos. Vnde de ipso ait apostolus, q autē ascendit quid est, nisi quia descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est, & qui ascēdit super omnes cœlos. Et de ista ascensione nūc ait psal. *Ascendit Deus in iubilo.* Accipit præteritum pro futuro. d. *Ascen. i. ascendet.* Docet. n. experientia, q res naturaliter tm ascendere pōt, quantum descendit, sicut patet in conductis aquæ, per quas aqua quantum prius descendit, tm postea ascendere potest. Christus ergo, cum descenderit de cęlis ad terras, quid mirum, si de terris ad cœlos ascendit? Et circa istam ascensionem notandum, q triplicitet Christus ascendit. s. euidenter, sapienter, & lætanter. Primò ascēdit euidenter, & non in occulto, vt viam nobis ostenderet, vnde scribitur. Videntibus illis, eleuatus est, &c. Sicut. n. palam crucem ascenderat, quæ ascensio fuit meritum suæ glorificationis, quia per ascensum crucis meruit ascendere cœlos. Sic & iustum fuit, vt palam ascenderet & cœlos, propter quod de ascensu crucis dicebat, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Sic ergo palā ascendendo nobis ascendendi uiam demōstrauit. Ascendit iter pandens ante eos. Secundò ascendit sapienter. Sapiens. n. ędificium suum in altum erigere volēs primo fundamentū solidū facit. Sic & Christus, priusquam ascenderet, fundamentum suæ ascensionis collocauit, q fuit, crucis, & passionis ascensus. d. Oportuit Christum pati, & ita intrare gloriā suā. Et sic primò descendit ad pœnam, vt inde ascenderet ad gloriam. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit. Ascendit sapienter. Ciuitatem fortium ascendit sapiens. Tertiò ascendit lætanter. Et hoc est, q nunc ait psal. *Ascendit Deus in iubilo.* Quantum. n. credere debemus fuisse apostolorum lætitiam, qn videntibus illis, assumptus est in cœlum. Vnde hic ait gloss. *Ascendit Deus in iubilo.* s. Christus, quia gaudium admirantium apostolorū non poterat exprimi verbis. Est. n. iubilus ineffabile gaudium, q nec taceri potest, nec exprimi valet. Quod ecclesia repræsentat in præcipuis solemnitatibus circa eandem vocem varias formado melodias, vt in natali domini cantant, tanquam sponsus, quasi nō valens exprimere mentis hilaritatem sentiens de se, sicut Hieremias ait. A. A. A. Dñe Deus, puer sum, nescio loqui. Et Moyses, postquam cœpit loqui cum domino, dicit se factum esse impeditioris, & tardioris linguæ, qui ante omni sapientia Aegyptiorum fuerat eruditus. Nam cum quis accedit ad intelligendum, & loquendum de verbo, quod erat in principio apud Deum, mens deficit, vox silet, &c. Præfatos autem ascēsionis Christi gradus notans Ber. super illo verbo apostoli. Nemo ascendit in cœlū, &c. d. Dominus noster Iesus Christus volens nos docere, quo-

Marginalia: *Ascensio Christi.* — *Ephes. 4.* — *11. q. 2. in quibus.* — *Act. 1.* — *Philip. 2.* — *Cant. 7.* — *Michea 2.* — *Luca 24.* — *Ephes. 4.* — *Prouer. 21.* — *Bernard.* — *Ephes. 4.* — *Descendit Christus.*

quomodo ascẽdere debemus in cœlum, fecit, quod docuit. Ascendit in cœlum. Et quia ascendere non potuit nisi prius descendisset, assumpsit descendendo naturam, in qua ascendere posset. Descendit itaq; quò inferius non decuit, ascendit quò celsius non potuit. Ipsumq; descensum egit fortiter, quia Dei virtus erat, ascensum verò disposuit suauiter quia Dei sapientia erat. Descendit autem, non cecidit, quia qui cadit sine gradibus ruit, qui autem descendit gradatim, pedem ponit: sunt ergo in descendendo, sunt & in ascendendo gradus. In descẽdendo quidem primus gradus est. A summo cœlo vsque ad carnem. Secundus vsque ad crucem. Tertius vsque ad mortem. Ecce quousque descendit. Vidimus descensum, videamus & ascẽsum. Similiter & ascensus tres gradus habet. Primus ascensionis gradus est gloria resurrectionis. Secundus potestas iudiciaria. Tertius ascensus ad dexterã patris. De morte enim meruit resurrectionem. De cruce iudiciariam potestatem, quoniam in illa iniustè iudicatus est, vt de illa iustè obtineret iudicis censuram. Ipsam enim serui formã. in qua passus est, & mortuus resuscitatione euexit super omnes cœlos, & super omnes angelorũ choros, vsque ad dexteram patris. Quid hac dispositione suauius, vbi mors absorbetur in victoriam? vbi ignominia crucis vertitur in gloriam? vbi ipsa carnis humilitas ex hoc mundo ascendit ad patrem? Sic ergo per suæ incarnationis mysterium descendit Christus, & postmodum gloriosus ascendit, relinquens nobis exẽplum, vt sequamur vestigia eius, vt descendamus per viã humilitatis. Ponaturque primus gradus eius nolle dominari. Secundus velle subijci. Tertius in ipsa subiectione quaslibet iniurias, & contumelias illatas, æquanimiter pati. Et tunc Christus nobis dicet. Ascende mecum in torum meam. Sic ergo scendit dominus in iubilo, sequitur. *Et dominus in voce tubæ.* Vbi nota, ꝙ vox angelorum tuba vocatur, cuius ratio est, quia vox tubæ procedit ab homine, alio à se assumpto instrumento, quia tuba nõ per se sonat, sed per hominem, cuius est instrumentum. Similiter & angeli cũ de se corpus nõ habeant, per se vocem formare non possunt, sed assumunt corpora in quibus loquuntur, & ideo eorũ vox dicitur vox tubæ. Ipse dominus in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo. Et certum est, quòd ipse dominus ascendit cum voce angelorum manifestè clamantium. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum, &c.

Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite. 771

HIc ostenditur debita Christo reuerentia. Ista autem reuerẽtia Christo debita penes quatuor potest considerari. s. ista reuerentia, in qua re debet sibi fieri, quomodo, quare, & quis finis. Et secundum ista hic Psal. habet quatuor partes, quia ostenditur istius reuerentiæ Christo debitæ primò causa materialis, & subiectiua. Secundò causa formalis, & discretiua, ibi. *Quoniam rex.* Tertiò causa mouens, & allectiua, ibi. *Regnauit.* Quartò causa finalis, & præmiatiua; ibi. *Principes populorum.* Quantũ ad primum sciendũ, ꝙ reuerentia Christo debita non consistit in verbis, sed magis in operibus, ipso d. Nõ omnis, qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cœlorũ, sed qui facit &c. Hoc notat Ps. d. *Psallite Deo* &c. Vbi nota, ꝙ secundum Grammaticos psallere propriè est gestu corporis exprimere gaudium mentis, & sic psallere non tam stat in voce, quam in opere. Quod verbum à psalterio scriptum est, quia Dauid psalmos decantabat domino, non solum voce humana, sed principalius psalterium decem chordarum manu tangendo. Et sic psallere idem est ꝙ psalterium decẽ chordarum tangendo pulsare. Quid autem per psalterium decem chordarũ intelligitur nisi decalogus decem præceptorũ? Tunc ergo psallimus domino, cùm decem domini præcepta manu tangentes adimplemus opere. Et sic laus Christo debita stat in opere virtuoso, non in voce, vnde hic ait glo. *Psallite Deo nostro.* i. operibus laudate dominum Iesum Christum, quẽ irriserunt Iudæi. Et nota, ꝙ in isto versu quater dicit *Psallite.* Pro cuius euidentia notandum, ꝙ reuerẽtiam Deo quatuor modis exhibemus. s. ipsum humiliter postulando, obsecrando, orando, & gratias agendo. Vt ergo dominũ Iesum Christũ istis

Margin: *Iudi. 1.* — *1. Thes. 4.* — *Matth. 7.* — *Psallere.* — E F G H

istis quatuor modis honoremus, & hic quater dicitur psallite. Vnde Ber. de multis modis orādi dicit in epistola ad Cartus. d. Reuerentiam Christo offerre debemus quadrupliciter, Postulatione, obsecratione, oratione, & gratiarum actione. Postulatio est, quam primam posuimus circa obtinenda temporalia, & necessaria aliqua vitæ huius, in qua Deus postulantis quidem approbans bonam voluntatem, facit tamen quod melius ipse iudicat, & dat libenter sequi benè postulantem. Obsecratio verò in exercitijs spiritualibus est annexa ad Deum instantia, quibus ante gratiam succurrentem qui apponit scientiam, non apponit nisi dolorem. Oratio vero est hominis Deo adhęrentis affectio & familiaris quædam, & pia allocutio. Porrò gratiarum actio est in intellectu, & cognitione gratiæ Dei bonæ voluntatis indeficiens ad Deū & in reflexa intentio, &c. Quia ergo istis quatuor modis Deum laudamus, ideo in isto versiculo quater nobis dicitur *Psallite*, quasi dicat. *Psallite Deo nostro* postulando. *Psallite* obsecrando. *Psallite* orando regi nostro. *Psallite* gratias agendo. Sed forte d. aliquis, quæro vtrum psallere semper sit orare, hoc est vtrum omnis psal. sit oratio. Et hanc quæstionem mouet Hugo de sancto Victore in libro de uirtute orandi. d. Quosdam mouere solet, quòd in orationibus nostris illos etiam nonnūquam psalmos, qui vel petitionis verba non habent, vel qui ad nostram petitionem non pertinent, decantare solemus, cum inquiunt, Deum pro indulgētia peccatorum nostrorum deprecari volumus, quid nobis prodest si psalmos; quare fremuerunt gentes, vel attendite, popule meus, vel alium huiusmodi psal. decantamus? Respōdeo, quod, cum oratio sit ascensus mentis in Deum, omne illud ad orationem pertinet, quod dicendo nostram deuotionem erga Deū auget, & eleuat. Vnde sic respondet idē. d. Dicamus ergo omnes illas scripturas idcirco conuenienter posse inter vota precum nostrarum ab orantibus recitari, quæ in nobis affectionem piæ deuotionis excitant, & cor nostrum vel narrando laudem Dei ad eius amorem prouocant, uel nostram commemorando miseriam ante conspectum eius nos humiliant, vel malitiam aduersatiorum nostrorum exaggerant, & vtilem nobis sollicitudinem, & fiduciam coram ipso ampliorem præstant. Siue ergo laudē Dei in bonitate, & potentia, siue miseriā nostram in infirmitate, & culpa nostra, siue malitiam aduersariorum nostrorum in tyrannidem eorum, & astutiam ad exercitationem mentis, & augmentum bonæ deuotionis orantes commemoramus, nihil ineptum facimus, sed per ipsum affectum, quem ipsa in nobis verba excitant, vbique orantes sumus. Vnusquisque ergo cum in oratione vel psal. vel alias quascunque scripturas decantat, diligenter consideret cui affectui deseruiant, & ad illum affectum toto nisu cor suum excitet, ad quē illud quod loquitur magis pertinere videt. Sicque per intelligentiam uerborum in amorē & deuotiorem affectum ascendet. Nos ergo precibus nostris præueniamus faciem Domini. Et vt mereamur obtinere, quod petimus, non simulatam deuotionem; sed verā charitatem offeramus. Beatificemus amicos domini nostri, indignemur inimicis eius, laudemus in eo potentiam, pietatem, sapientiam, ęquitatem. Item narremus ei miseriam nostram, offeramus ei obedientiam nostram, dicamus, & credamus aliū non esse, per quem possimus eripi, per quem speremus liberari. Item ostendamus ei aduersariorum nostrorum dęmonum, ac peruersorum hominum malitiam, crudelitatem, iniquitatem, tyrannidem, ꝙ ei aduersantur, qui nos persequuntur, ꝙ nos odimus, quod ille odit, quod diligimus, quod diligit, malle nos propter eum omnia odia inimicorum eius perpeti, quam contra eius voluntatem habere pacem eorum, hæc ille.

Bernard. — *Postulatio.* — *Obsecratio.* — *Oratio.* — *Gratiarum actio.* — *Orare.* — *Hugo de S. Victore, nota totum.*

Quoniam rex omnis terræ Deus psallite sapienter. 772

HIc consequenter ostenditur diuinæ laudis ratio formalis, & discretiua, scilicet quòd discretè, & sapienter ipsum venerari debemus propter quod dicit *Psallite sapienter*. Vbi sciendum, ꝙ vt dictum est in præcedenti vers. psallere idem est, quòd operibus laudare, vel orare. Ille autem Deum laudat sapienter,

Cultus Dei, Psallere.

ter, qui discretè, ille autem discretè, qui colit, quod est colendum, & quod non est colendum, non colit. Quod dicit propter gentiles, & idololatras, qui colebant lapides, & ligna, qui facturam suam adorabant, & tales non psallebant sapienter, sed stultè, postquam autē per Christi, & apostolorum prædicationem ad verum Deum sunt conuersi, sapienter psallunt, quia colunt, quod est colendū. Vnde hic dicit gloss. d. *Psallite sapienter*. hic docet, quomodo sit psallendum, scilicet sapienter, olim enim sine sensu psallebant gentes, dum lapides colerent. Nemo enim sapienter facit, quæ non intelligit, vel qui exhibet deuotionem idolo quod non habet intellectum. Vel ille psallit sapienter, qui sapienter orat. Ille autem sapiēter orat, qui Deum quærit orando, non quæ sunt supra terram. Vel ille sapienter psallit, qui Deum, quem verbis colit, corde, & operibus veneratur. Sapientia enim veritatem includit. Ille autem veritate caret, qui vnum verbis loquitur, & oppositū cogitat & operatur. Vel aliter *Psallite sapienter*, idest psallēdo amor vester tendat in Deum, Ipsa enim sapientia per Dei amorē causatur in nobis. Quod declarat Liconiensis in sermone de pastoribus. d. Sicut cera mollis, sigillo applicato, format omnem imitationem formarum, & figurarum sigilli recepti, sic anima per amorem ad Deum applicata similem formam ipsius pulchritudinis recipit. Et cum summa pulchritudine nulla sit superior pulchritudo, nec aliqua sibi desit pulchritudinis conditio, ideo anima per amoris copulam à summa pulchritudine impressa non carebit aliqua pulchritudine quæ est supra illam, & omnis pulchritudo inferior parum refulgebit respectu istius. Amor ergo, qui facit hominem Dei formem, facit cum summæ sapientiæ participatione sapientem, quia ipse amor est ipsius veritatis notitia. Et hinc est quod per sapientiam deuenimus in cognitionem creatoris. Ex quibus patet, quòd sapientia includat amorem Dei, & sic psallere sapienter, est psallendo principaliter Deum amare. Et sic sapienter psallebat apostolus d. Psallam spiritu, psallam & mente. Et huius causam præmittit. d. *Quoniam rex*

Sapientia amor Dei.

1. Cor. 14.

E *omnis terra Deus*, per hoc volens uerum Deum à falsis dijs distinguere. Nullum enim fuit idolum, vel falsus Deus, qui vbique coleretur. Sed vna ciuitas, vel patria vnum idolum colebat, vel Deum falsum, & alij alium, quia illi dij virtutem suam per dæmones illis applicatā, non generaliter in omni terra, sed solum in aliqua terra demonstrabant. Sed Deus noster non sic, sed vbi regnat, omnia regit, & gubernat. Et hoc est quod dicit. *Quoniam rex omnis terræ Deus*. Vnde hic ait glos. *Quoniam rex omnis terræ Deus*, idest in omni terra prædicatus F & cognitus. Non est Deus tantum partis terræ, vt Iupiter Cretæ, Mars Thraciæ &c. Sed Deus noster rex vniuersalis, rex æternus. Deus autem noster rex ante sæcula. Est ergo sensus versiculi, *Psallite Deo sapienter*, scilicet per amorem, ratio, quia *ipse est rex omnis terræ*.

Psal. 73.

Regnabit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. 773

HIc consequenter ponit laudis diuinæ causa mouēs, & allectiua, quia quilibet suum uerum regem, & dominū honorare, & laudare tenetur. Christus G autem est verus omnium rex. Et hoc est, quod ait. *Regnabit Deus* &c. Et, si dicas, quare de futuro loquitur. d. Regnabit & non regnauit? Respondeo quòd secundum philosophum 5. poli. ad hoc, q aliquis verè regnet, & aliquorum rex dicatur, duo concurrunt, scilicet vnum ex parte regentis, scilicet amor subditorum, & reipublicæ, & aliud ex parte subditorum, scilicet amor erga regē, & voluntaria subiectio. Modo quamuis ante Christi prædicationem, & apostolorum ipse Deus esset omnium gentium verus dominus, & rex, quātum ad id, quod spe- H ctat ex parte domini, vel regis, non tamen quātum ad id, quod spectat ad subditos, quia gentes Christi dominium refugiebant, sed per prædicationem dictā, voluntariè se Christi dominio submiserunt, & integraliter factus est rex eorū. Et hoc præuidens psal. de futuro dicit, *Regnabit*, &c. Et si in multis locis psalmorū inuenias de præterito regnauit, hoc est intelligendum, quantum ad id, quod requiratur ex parte regentis, vel q ibi accipitur præteritum pro futuro more

Regnare.

Scriptu-

scripturæ. Dicit ergo regnabit Deus su per gentes.q.d. Qui olim regnauit super unam solam gentem Iudæorum. (quia solum in Iudæa notus erat Deus) regnabit super oēs mundi gentes, quæ voluntariè eius cultum recipient. Oēs gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te &c. Et quia ad regent spectat iudicare subditos, bonos præmiare, & punire malos, ideo subditur. *Deus sedet super sedē sanctam suam* : quia in fine veniet oēs iudicare. Cum venerit filius hominis &c. tunc sedebit super sedem &c. Sed quæ erit illa sedes? Respondet. Origenes ibidem.d. Sedes aūt Christi aut quidam perfectiores sanctorum dicuntur, de quibus scriptū est. Illic sederunt sedes in iudicio, aut quædam virtutes angelicæ, quæ throni dicūtur. Vel per sedem intellige ipsas gētes quæ prius sedes erant dæmoniorum, sed nunc sedes factæ sunt Christi per fidem vt Christus in ipsis habitet. De sede Christi vide supra versic. 742.

Psal. 85. *Matth. 25.* *Origenes.*

774 *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniā dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.*

23.q.5. Regum.

HIc ostendit diuinæ laudis causa finalis, & præmiatiua, quia.s. se venerantes debitè beatificat. Vbi nota, q sicut peccato principis sæpe populus punitur, vt patet. 2. Reg. 22. vbi peccato Dauid numerantis tot millia subditorū perierunt. Sic ēt multotiens in scriptura ēt sub nomine principis subditi includuntur, quia sine subditis non consistit principatus. Sic.n. dicitur Psal. 2. Principes conuenerunt in vnum aduersus &c. quia non solum principes Iudæorum, sed etiam plebeij in vnū contra Christū conuenerunt. Similiter in proposito *principes populorum* &c.i. principes, & dñi gentium cum suis subditis conuenerūt per fidē *cum Deo Abraham*.i. cum Christo, qui specialiter vocatur Deus Abraham, quia sibi primò promissus, q descēderet ex semine suo. Et dicit principes populorum in plurali, quia non solum vna natio, sed de oībus nationibus gentium ad Christum sunt per fidem congregati. Et si quæras causam, quare gentes ad Christum per fidem conuenerūt.

Principes. *Subditus.* *Deus.*

A Respondet. *Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt*. Ipsi.n. Iudæi dij in terra vocabantur, qm vt ait Christus. Illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, sermo Dei maximè Iudæis fuit reuelatus, vt ex scripturis patet, ergo ipsi dij merito erant uocati. Vnde ipsis ad literam dicitur. Ego dixi dij estis &c. Quæ ergo causa conuersionis gentium? hæc est. *Quoniam dij fortes terræ*.i. Iudæi *vehementer eleuati sunt*.i. superbierunt contra Christum, & eius apostolos. Superbia.n. Iudæorum apostolos transmisit ad prędicandam fidem gentibus. Vel ali B ter per Deos fortes accipe apostolos, qui dij dicuntur, quia ad illos specialiter factus est sermo Dei, qui dicuntur fortes, quia neq; mors, neq, vita, uel aliud aliquid potuit eos separare à charitate Christi. *qui vehementer sunt eleuati*.i. doctrina, & miraculis exaltati. Est ergo sensus, q ideo gentes congregatæ sunt per fidem cum Deo, quia ipsi apostoli miraculis, & doctrina mirabiliter claruerunt. Hanc ergo gentium congregationem ad Christum per fidem præuidens psalmista dicit. *Principes populorum congregati sunt* &c. & ponitur præteritū C pro futuro ratione certitudinis prophetiæ. Istam congregationem per suos seruos apostolos fecit Christus, dicens eis. Ite ad exitus viarum, & quoscunque in ueneritis bonos, & malos uocate ad nuptias, egressi autem serui congregauerunt omnes quoscunque inuenerunt bonos, & malos. Quod exponens Origenes dicit. Egressi serui.i. apostoli de Iudæa egressi, & venientes ad vias diuersas gentes morum diuersorum congregauerunt, quoscunq; inuenerunt, & non curauerunt vtrum ante vocationem fuerint boni, vel mali. Bonos autem hic in D telligere conuenit humiliores, & rectiores ex eis, qui veniebant ad cultum Dei. De quibus dicebat apostolus. Gentes quæ legē nō habent, ea, quæ legis sunt, faciunt, sibi ipsi sunt lex. Et ista fuit miraculosa congregatio, vt ostendit Greg. super illo verbo Iob. 39. Nūquid credes ei, q reddat sementē tibi, & aream tuam congreget? d. Quid aliud semen, nisi verbum prædicationis accipit? Sicut dñs, in euangelio dicit. Semen est verbum Dei. Quid aūt area, nisi ecclesia debet intelligi,

Iudæus. *Ioan. 7.* *Psal. 80.* *Matth. 22.* *Origenes.* *Gregor. 21. mor. c. 5.* *Matth. 13.* *Matth. 6.*

telligi, de qua præcursoris voce dicitur. Et permũdabit aream suam. Quis ergo in initio nascentis ecclesiæ crederet dũ contra eam ille indomitus principatus terræ tot minis & terroribus sæuiret? Quis posset tunc infirmorum eredere, q̃ eius aream sic Deus semine prædicationis cõgregaret? Ecce enim modo pro ecclesia principes populorum leges promulgant, qui dudum contra eam per varia tormenta sæuiebant. Ecce qualiter gentes capere potuit, quia eas ad fidei gratiam suadendo perduxit. Cur hoc? Quia videlicet nunc aream congregat, quam aliquando diabolus superbo cornu ventilando dispergebat. Audiant ergo reges, audiant & principes quãta nũc deuotione famulentur ecclesiæ gentes, quæ ipsam alias persequebantur, quia nunc *principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham* per prædicationem Apostolorũ, quare dij terræ, &c. Quæstio nẽ prosequere præcedentis lectionis.

PSAL. XLVII.

775 *De consecr. distin. 2. accesserunt.*

Magnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.

ISTE psalmus talem titulum habet, *Psalmus Cantic. filiorum Chore secunda sabbathi*. Hic ad memoriã oportet reducere q̃ alias fuit dictum. s. q̃ orationes in isto libro Psalmorum contentæ variæ à Prophetis Deo decantabantur, quia aliquando sola voce, & tunc dicebantur Canticum, aliquando solo instrumento musico, & tunc dicebantur Psalmus, aliquando humana voce pariter & instrumento, & tunc varie, quia quando illas incipiebant voce humana, & consequenter instrumento musico, & tunc dicebantur Psal. cantici, quandoq; verò econtrario, & tunc dicebantur cantici Psal. Ex quo apparet quare ista oratio dicitur *Psalm. cantici filiorum Chore*. quia scilicet iste Psal. ab illis fuit factus. Et hoc *secunda sabbati*. Vbi notandum q̃ sabbatum, idem est quod requies. Bis autem maximè requieuisse dicitur populus Dei postquam exiuit terram Aegypti,

Sabbathum

E pti, scilicet, primò tempore Iosue, quãdo Iosue interfectis triginta uno regibus terram promissionis pacifice populo diuisit, vt habetur Iosue 12. & infra. Secundò quieuit tẽpore Salomonis, qñ cessantibus vndiq; bellis, Salomon ædificauit solemniter ciuitatem Hierusalẽ, & mirabile templum extruxit in ipsa, vt habetur. 3. Reg. 6. Et quia de ædificatione ciuitatis & templi, in qua fuit secunda requies agit iste psalm. ideo dicitur. Psal. pro secunda sabbati. Ex quibus apparet sensus literalis tituli. Quantum verò ad intellectum Psalmistæ notandũ F q̃ sabbatum in scriptura, quandoque significat totam septimanã, sicut Luc. 18. vbi Pharisæus ille dicebat, Ieiuno bis in sabbato. Res enim denominatur à suo fine, cum ergo finis septimanæ sit sabbatũ ideo totam septimanam sabbatum dicebant, vnde Theophilus exponens prædicta verba, dicit: Sabbatum dicebant hebdomadam totam ab vltima Die quietis. Ieiunabant enim pharisæi secunda, & quinta feria. Quando verò significat solum vnum Diem septimanæ, & tunc sabbatum aut ponitur absolutè sine articulo, aut cum articulo numerali. Si absoG lutè, significat solum vltimam diem septimanæ ab ipso Saturno sic dicta, vel à requie, quia in illa cessauit Deus ab operibus suis. s. à nouis generibus creaturarum producendis, sic accipitur Ioan. 9. Nõ est hic homo à Deo quia sabbatum non custodit. Quandoque verò accipitur cum articulo numerali, vt cum dicitur prima sabbati, secunda sabbati, &c. Et sic prima sabbati est dies prima septimanæ, scilicet dies dominicus, secunda sabbati, dies, quæ immediatè sequitur primam, & sic &c. Prima ergo sabbati est dies dominicus, quæ deputatur reH surrectioni, quia illa die Christus resurrexit, & sic significat resurrectionẽ. Sed secunda sabbati erit illud, quod immediate sequitur, scilicet Christi resurrectionem. Et hoc fuit ecclesiæ fundatio. Vnde sicut prima die Deus fecit lucem & diuisit lucem à tenebris, sic in dominico die Christum à mortuis suscitauit, & lucem immortalitatis à tenebris mortalitatis discreuit. Secũda aũt sabbati. i. secunda die: Deus fecit firmamentum, sic immediatè post resurrectionẽ suam fundauit

Iosue 13. *3. Reg. 6.* *Luc. 18.* *Theophil.* *Ioan. 9.*

fundauit ecclesiã, quia ecclesia post Christi resurrectionem fundata est suprà firmam petram, à qua dimoueri nõ potest. Et sic secunda sabbati significat ecclesiæ firmamentum. est ergo sensus tituli talis iste psal. *canticu est filiorum chore*: scilicet crucis & Christi passionis. *Secunda sabbati*. s. quia est agens de ecclesia, quæ post Christi resurrectionem est firmata, his visis venio ad psal. Et primò ad expositionem literalem, secundò ad intellectũ ps. Quantum verò ad expositionem literalem, dic, vt. N. Et illam impugna consimiliter. Propter quod ut idem ait, iste psal. ad literam exponendus est de Christo cuius aduentus iam transijt. In cuius aduentu ipse sine comparatione magis glorificauit ciuitatem Hierusalem, & templum, quam alias antè fuerit, ut putà, quia ibi antè offerebantur oues, boues, & animalia bruta, sed ibi est ipse verus Deus homo factus oblatus in templo à beata Virgine, & à Simeone in vlnis receptus. Ibi pluries docuit, ibi apertissima miracula fecit, ibi cum discipulis cœnauit moriturus & sacramentum Eucharistiæ instituit, ac ibi pro nobis seipsum obtulit patri. Ibi primò suam resurrectionem manifestauit, & de mõte Oliueti qui est prope Hierusalem in cœlũ ascendit, & in monte Sion spiritum sanctum discipulis misit. Et propter ista & similia multa Deus homo factus, ciuitatem Hierusalem, & templum multum glorificauit. Vnde de aduentu Christi dicitur, Adhuc modicum, & ego mouebo cœlũ & terram & mare & arida. Et ueniet desideratus cunctis gentibus. Et implebo domum istam gloria, dicit dominus. Et subditur. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ. Et certum est q̃ propheta iste loquebatur de tẽplo reædificato post reditionẽ de captiuitate Babylon. Et istud quasi nullius reputationis fuit, respectu tẽpli prioris per Salomonem constructi, propter quod in nullo potest verbum prophetæ verificari, nisi per hoc quod ipsũ glorificauit præsentia sua modis prædictis. Illud templum reædificatum durauit usque ad destructionem ciuitatis per Titũ & Vespasianum. Intelligitur ergo iste ps. ad literam de Christo. Et secundum hoc ps. iste diuiditur in partes tres,

Aggai. 2.

quia ponitur primò prophetiæ denunciatio, secundò denũciationis impletio, ibi. *Sicut audiuimus*. Tertiò impletionis publicatio, ibi. *Circundate Sion*. Quantũ ad primam partem psal. de ecclesia multa prædicit, & ipsam commendandam ꝓuidit multipliciter. Vnde de ecclesia duo prædicit. s. qualiter ædificatur, secundò qualiter multiplicatur, ibi. *Ipsi uidentes*. Circa ædificationem ecclesiæ tria ostendit. s. primò locum vbi situatur, secundò materiã ex qua ędificatur, ibi. *Fundatur*. tertio lumen quo perlustratur, ibi. *Deus in domibus*. Quantum ad primum sciendũ q̃ in scriptura mons sanctus maximè dominus dicitur Iesus Christus, qui ad modum veri montis fuit altus per verbi diuinitatem, fuit clarus per scientiæ claritatem, fuit firmus per patientiæ stabilitatẽ, fuit fertilis per opertum sanctitatem. Et de illo monte dr̃. Non potest abscondi ciuitas super montem posita, quod exponens Chrysostomus ait. Hæc autem ciuitas ecclesia sancta est, de qua dicitur. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Deiscuius ciues sunt omnes fideles. De quib. apostolus ait. Vos estis ciues sanctorũ. Hæc ergo ciuitas ecclesiæ posita est supra montẽ Christũ de quo Daniel ait. Lapis abscisus est sine manib. & fact⁹ est mõs magnus, quia Christus sine opere carnali cõceptus factus est mons magnus oĩs virtutis & gratiæ. Vnde de isto mõte Christo dr̃. Erit ꝓparatus mons domus dñi in vertice montium, & fluẽt ad eũ oẽs gentes. s. credendo per fidem. Iste autẽ mons Christus dr̃ magnus dominus quia magnus in sanctitate. Magnificus in sanctitate terribilis atque laudabilis, magnus in dignitate, quia filius Dei hic erit magnus & filius altissimi uocabitur magnus, in sapientiæ charitate Deus magnus uincens scientiam nostram, magnus in potestate, quia eius uoluntas est omnipotens. Psal. Magnus dominus & magna virtus eius, magnus laude, quia ad plenum laudari non potest. Benedicentes Deũ exaltate illũ quantũ põtis, maior est. n. omni laude. Et ps. Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. De isto ergo domino. s. Iesu Christo ait Psalmista. *Magnus dominus & laudabilis nimis*, id est excedens nostram facultatem ad ipsum lau-

Mons Christus.

Matth. 5.
Chrysost.

Dan. 2.

Esai. 2.

Magnus.
1. Reg. 2.

Luca 1.
Iob 36.

Eccle. 43.

laudandum. Sed in loco vel à quibus sit laudandus subdit. *In ciuitate Dei nostri*. Per ciuitatem enim Dei, intellige ecclesiam catholicam quę verè ciuitas dicitur quia ad modum ciuitatis unum habet principem, scilicet Christum & per charitatem unitatem suorum ciuium continet, & suos ab hoste maligno defendit, hæc est illa Dei ciuitas, quam ex Iudæis & gentibus ædificandam Hieremias prævidit. Ecce dies ueniunt dicit dominus, & ædificabitur ciuitas domino à turre Ananehel vsq; ad portam anguli, ꝗ de ciuitate ecclesiæ exponit Greg. dicens sic. Ciuitatem namque esse domini sanctam ecclesiam nullus ignorat. Ananehel verò gratia Dei interpretatur: in angulo autem duplex paries iungitur. Ciuitas ergo domini à terra Ananehel vsque ad portam anguli ædificari perhibetur, quia sancta ecclesia à celsitudine supernæ gratiæ inchoans vsque ad ingressum susceptionemque vtriusque populi Iudaici videlicet atque gentilis dilatatur. Ante enim incarnationē Christi hæc ciuitas solum Iudæos cōtinebat, sed per Christum gentibus est aperta. vnde Hierem. 39. dicitur. Aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, qui scilicet Gētiles erāt. Ex quibus omnibus patet pręsens litera, quæ dicit. *Magnus Dominus*, scilicet Iesus Christus, & *laudabilis nimis*, quia eius sanctitas nostram facultatem excedit. *In ciuitate Dei nostri*, scilicet in sancta ecclesia, quæ scilicet ciuitas ecclesiæ fundata est. *In monte sancto eius*, scilicet in ipso domino Iesu Christo. Et hæc expositio est secundum intellectum Psal. Sed quantum ad literā magis sic exponitur. Vt per ciuitatem Dei intelligas ciuitatem Hierusalem quæ diuino cultui erat mancipata, & per montem sanctum ipsum montem Sion, in quo templum domini erat constitutum. Et tunc sic exponitur. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*, scilicet Dominus Iesus Christus erit magnus dominus, &c. ex magnis suis beneficijs. *In ciuitate Dei nostri*, scilicet, Hierusalem quæ fuit ad cultum Dei electa. *In monte sancto eius*. scilicet in monte Sion qui erat in parte ciuitatis, in quo erat templum Deo consecratum. Et ideo dicebatur mons sanctus, quia sanctum in vna significatione idem est quòd diuino cultui deputatum, sicut & vestes sacerdotales dicimus sanctas. In illis enim locis magnus dominus fuit Iesus Christus, & laudabilis precando, sanando, & peccata remittendo, & similia.

Ciuitas. Ecclesia. Hierem. 31 Greg. 25. moral. c. 11 Hier. 39.

E F G H

Fundatur exultatione vniuersæ terræ, mons Sion, latera aquilonis ciuitas regis magni. 776

Hic consequenter ostenditur materia de qua fundatur ecclesia, quia, scilicet de omni natione mundi. Nam totus orbis diuidebatur inter cultores Dei & idolorum, quia omnis natio aut erat ex Iudæis, aut ex gētibus. Et ex omnibus istis fundata est ecclesia. Vnde ait. *Fundatur exultatione vniuersæ terræ*, quia in primitiua ecclesia, qui præordinati erant cum magno gaudio verbum domini audiebant, & sic cum exultatione omnium tam Iudæorum quam Gentilium fundabatur ecclesia. Vnde de Apostolis dicitur. Ibant Apostoli gaudentes, &c. de gētibus autem dicitur. Audientes gentes gauisæ sunt, &c. Et de gaudio, & exultatione quæ fuit in fundatione ecclesiæ factus fuit ps. singularis, scilicet. In conuertēdo dominus, &c. Et consequenter ostēdit partes ex quibus ipsa ecclesia fundatur dicēs. *Mons Sion, latera aquilonis*. Vbi nota ꝙ per montem Sion intelligit populum Iudæorum, sed per latera aquilonis populum gentilem, cuius ratio est. Nam principalior ciuitas populi Iudæorum erat Hierusalem, principalior autem pars ciuitatis erat mons Sion. Et per consequens principalior pars totius terræ Iudæorum erat mons Sion, & sic à Monte Sion, ut à principaliori parte tota terra Iudæorum intelligitur. Per latera autem aquilonis gentes intelligit, cuius ratio est. Quia per aquilonem qui est ventus frigidus & durus, significatur diabolus, qui ait, Ponam sedem meā ab Aquilone, & de quo Hierem. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum, quia à diabolo omne malum processit. Qui sunt ergo latera Aquilonis, nisi qui diabolo hærent? Quicunque enim alteri adhæret, latus eius solet dici. Vnde solemus dicere de aliquo ille est bonus homo, sed habet latera mala, idest mali sūt qui

Act. 5. Act. 13. Hierem. 1.

qui ei coniuncti sunt. Sic, & gentes, quia per idololatriam adhærebant diabolo, ideo dicebantur Aquilonis. i. diaboli latera. Vnde quòd diabolus per Aquilonē designetur, ostendit Greg. dicens. Aquilonis nomine in sacro eloquio appellari diabolus solet, qui ut torporis frigore gentium corda constringeret, dixit. Sedebo in mõte testamēti in lateribus Aquilonis, &c. Ex dictis patet sensus literæ, qui talis est. *Ciuitas regis magni*, scilicet sancta mater ecclesia, *fundatur exultatione vniuersæ terræ*, quia ex omni natione terræ aliqui exultantes Christi fidem receperunt. Et hoc declarat ostendendo ponens duas nationes ex quibus fundatur. Prima est mons Sion, qui populum Iudaicum designat. Alia est altera Aquilonis, quibus gentilis significatur populus. Et istæ duæ nationes statim Christo nato ad ipsum adorandum concurrerūt Iudæi ut puta pastores, gentiles ut puta magi. Quantum ad literam magis notandum quod mons Sion erat in ciuitate Hierusalem in parte Aquilonari, in quo monte erat templum in quo Christus pluries prædicauit. Et in illo mõte post ascensionem suam spiritumsanctum misit apostolis, ex cuius missione totus in orbe terrarum mundus exultat, quo spiritusancto repleti apostoli fidem Christi primò in Iudæa, deinde per mundum dispersi gentibus prædicauerunt. Et sic fides Christi ab illo monte Sion exiuit primitus secundum quod prædixerat Esa. de Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Est ergo sensus literę. *Ciuitas regis magni*, scilicet ecclesia, *fundatur exultatione vniuersæ terræ*, idest ad exultationem vniuersæ terræ, quia fides catholica de Hierusalem ad alias partes orbis per prædicationem apostolorum est deriuata, quod est causa exultationis cunctis fidelibus. Et locus huius fundationis fuit *mons Sion, latera Aquilonis*, scilicet qui est in parte Aquilonari ciuitatis Hierusalem. Quia hic agitur de fundamēto ecclesiæ, cum dicitur quod *fundatur exultatione vniuersæ terræ*. fundamenta autem eius sunt articuli fidei. Ideo circa illa fundamēnta quæro, vtrū articuli fidei in Symbolo conuenienter sint positi Et arguo quod nõ, primò sic. Primus articulus non spectat ad fidem, ergo non est articulus fidei, ergo uariè positus. Probatur antecedens, quia quod ratione naturali potest demonstrari, nõ spectat ad fidem, quæ est de his quæ non videntur. Primus autem articulus, qui est credere Deum esse unum ratione naturali deducitur, sic patet 12. Metaphisicę, & ét multi alij philosophi ad hoc demonstrationes induxerunt, & sic de multis alijs articulis, ut puta ꝙ Christus natus fuerit de virgine, hoc mater per experientiam sciuit, ꝙ fuerit passus, mortuus & sepultus & resurrexerit, oculis corporalibus uiderunt apostoli. cum ergo fides sit de his quę non uidentur, sequitur quod de talibus fides esse non potest, & per consequens neq; de ipsis articulus fidei debet esse. Ad oppositum est sacra auctoritas ecclesię, cui contradicere hæreticum est, quia ista quæstio magnas difficultates includit. Ideo in ipsa tria faciam. Primò articulos fidei enumerabo. Secundò de quolibet specialiter ꝑtractabo. Tertiò ad quæstionem formaliter respondebo. Quantum ad primum sciendum, ꝙ aliquorum fuit opinio, ꝙ articuli fidei plures esse non possunt, sed ꝙ sit tãtum vnus, quia si in fide posset esse multitudo articulorum, aut hoc esset ratione formalis obiecti fidei, aut ratione creditorū. Non ratione formalis obiecti, quia illa est vnica, & inuariabilis, q scilicet est veritas prima, quia fides nostra non assentit alicui uerbo nisi inquãtum formaliter est reuelatum à prima veritate, & ipsi primæ ueritati, tanquam medio infallibili innititur, vnde Diony. de diuinis nominib. dicit, ꝙ fides est circa simplicem & semper existentem ueritatem. nec etiam debet distingui penes creatam materiam, quia tunc non solū essent duodecim articuli, immo essent quasi infiniti, quia æqualiter obligor ad credēdum ꝙ spiritus domini ferebatur super aquas, & ꝙ Deus post peccatū eiecit hominem de paradiso, & ꝙ ipsi Iacob loco Rachelis Lya fuit supposita, &c. oĩa quæ in textu canonis continentur, sicut quòd Christus passus sit sub Pontio Pilato. Si igitur secundum numerum creditorum deberent articuli distingui, & multiplicari, tūc infiniti essent quod est inconueniens. Sed ista opinio est falsa. Prupter quod sciendum, quòd articuli

Marginalia: Greg. 17. mor. c. 11. Aquilo. — Esa. 14. — Esa. 2. — Articuli fidei. — Quæstio. — Philosoph. — Dionys. 7. c. de diu. nominibus.

vel fundamenta fidei debent esse plures & distingui,& hoc penes rationem formalem. Sed hæc est duplex, scilicet ex parte obiecti fidei,& illa est solum vnica vt dicebatur. Alia est ratio formalis ex parte nostra,& hæc est multiplex,secundum quod credita variam & multiplicem difficultatem includunt. Verbi gratia. Licet aliud sit credere Christum passum sub Pilato, & aliud ipsum esse mortuum,& aliud ipsum esse sepultum, tamẽ de istis omnibus vnus solus existit articulus,quia omnia ista unam difficultatem includunt,& omnia vna facilitate creduntur,quia credenti quòd sit passus, nulla difficultas ingeritur quòd etiã sit mortuus & quòd sit sepultus. Sed quia eius resurrectio aliam difficultatem includit, ideo alium etiam facit articulũ, sic de descensu ad inferos, sic de ascensu ad cœlos. Nec valet dicere quòd etiã isto modo quasi infiniti erunt articuli, quia aliam difficultatem includit quòd lex data fuit Moysi. Alia quòd ad tactum corporis Helisæi mortuus resurrexit. Et sic de infinitis in sacra scriptura contentis,quæ tamen omnia credere oportet, & sic infiniti erunt articuli. Respondeo, & dico quòd non, quia talia per se non faciunt articulum. Vbi notandum quòd credibilia sunt duplicia,quædam de quibus est fides secundum se,& quædam de quibus non est fides secundum se, sed tamen in ordine ad alia:sicut in alijs scientijs,quædam proponuntur ut per se intenta,quædam vero ad manifestandum alia. Fides autem nostra est principaliter circa illa quæ videre speramus in patria, secundum illud Apostoli. Fides est rerum sperandarum,&c. Duo autem solũ sunt, quæ in patria principaliter videre speramus quibus beatificamur, scilicet diuinitas,& humanitas Christi, secundũ illud Ioan 17. Hæc est vita æterna, &c. Et ideo quando circa ista duo occurrerit noua difficultas, & ratio noua credẽdi ex parte nostra,tunc distinctus formatur articulus. Alia autem quæ ponuntur in scriptura, ut quòd Deus dedit legem Moysi,ꝙ Abraham fuit pater Isaac, &c. non sunt credita tanquam principaliter intenta, sed tanquam aliorum manifestatiua,& ideo nouũ articulum per se non faciunt. Ex prędictis ergo patet,quòd articulorum distinctio debet sumi penes diuinitatem & Christi humanitatẽ, circa quæ principaliter intentio fidei fundatur. Et quia circa illa sunt duodecim distinctæ difficultates, sicut & duodecim erant Apostoli, ideo fidei nostræ sunt articuli duodecim. Sic quòd quilibet Apostolorum ante quam abinuicem dispersi essent ad prædicandum per mundum composuerunt symbolum fidei, in quo ipsorum quilibet unum posuit articulum, Et primò incepit apostolorum princeps Petrus ponens primum ecclesiæ fundamentum & articulum, dicens, Credo,&c. Prosequar in lectionib. seq.

Exod. 20. *4. Reg. 4.* *Credere.* *Fides.* *Ad Hebr. 11.* *Ioan. 17.*

Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.

777 *De pœ.d.2. dum sanctam.*

Hic consequenter ostenditur lumẽ quo ciuitas ecclesiæ perlustratur. Sicut enim quęlibet ciuitas,& habitatio debito lumine indiget, sic & ciuitas ecclesiæ quæ non perlustratur lumine corporali,sed magis spirituali.s. claritate diuina,per quã Deũ cernit, & omnia credenda,hic per fidem & spem,sed in futuro videbit facie ad faciem,sicut de ciuitate ecclesię ad literam dicitur. Ciuitas illa non eget sole neque luna ut luceant in ea,nam claritas Dei illuminabit illã. Ista claritas Dei,est credendorum reuelatio,& inspiratio in præsenti, sed in futuro erit aperta demonstratio. Et hoc est quod hic dicit psalm. *Deus in domibus eius cognoscetur.* Ecclesia enim plures habet domos licet sit una ecclesia sola, sicut & una ciuitas plures habet domos, & in præsenti, & in futuro, in præsenti plures habet domos secundum distinctionem ordinum uel meritorum. In futuro etiam plures habet domos secundum distinctionẽ præmiorum. Sic enim Christus dicit. In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Legitur ergo ista litera & de præsenti & de futuro. De præsenti sic. *Deus in domibus eius*, scilicet ciuitatis ecclesiæ. *cognoscetur*, s. per fidem. *Cum suscipiet eam*. s. naturam humanam. Et hoc est quod hic dicit glo. *Deus in domibus eius*. s. ciuitatis ecclesię. *In domibus* dicit pluraliter, quia iam plures domus sunt in ciuitate ecclesiæ, multi enim sũt ecclesiarum ordines. *Cognoscetur*, scilicet per fidem, quod totum erit ex gratia suscipientis,

Apoc. 21. *Domus ecclesia.* *Ioan 14.*

scipientis, vnde subdit. *Cum susceperit eã* scilicet naturam humanam curandam. Vel domos huius ciuitatis dicit ecclesias particulares, quia ipsa vniuersalis ecclesia multa habet membra, sicut cum dicitur ecclesia Rauenatis, ecclesia Alexandrina, ecclesia Constantinopolis, quorũ tamen omnium ecclesia Romana caput est, & magistra. Istas tamen domos exponit Greg. de gradibus meritorum, & virtutum, quia in meritis, & virtutibus gradatim, sicut de domo inferiori ad superiorem proficimus. De futuro autem legitur iste textus, quia secundum gradus meritorum erit, & gradus præmiorum: quia qui maiori merito hic fuerint prædotati, maiori præmio erunt eleuati. Et hoc est quod hic dicit glo. *Deus in domibus eius*. i. secundum gradus meritorum singulis dabit cognitionem sui: *cum susciperet eam*. s. ecclesiam in æterna beatitudine, quia licet beati oẽs æqualiter uideãt Deum, tamen clarius vnus uidet alio, secundum maius lumen gratiæ vel minus quod habet, secundum maius uel minus meritum quod hic habuit. Et de ista Dei cognitione dicebat Apost. Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. q. d. secundum proportionẽ qua Deus hic per suam gratiam me cognoscit, sic & in futuro Deum cognoscã. Ex quibus sequitur, quòd cognitio patriæ qua Deum cognoscunt sancti est maior vel minor secundum proportionem, qua in præsenti cognoscimus Deũ per charitatis amorem.

Aliter habetur in originali. Gregorij. Greg. c. 22. mora. c. 20.

1. Cor. 13.

278 *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum.*

2. q. 7. nõ si.

Hic consequenter ostenditur fidei multiplicatio. Ista pars dupliciter exponitur. Vbi sciendum quod ecclesia Christi ex persecutionibus tyrãnorũ, & infidelium creuit, & fuit dilatata. Sicut tempore martyrum, quorũ constantiã, vitæ sanctitatẽ, & miracula multi uidentes conuertebantur ad fidem. Quod prę uidens ps. vt ostendat ecclesiæ multiplicationẽ hic ponit ecclesię persecutionẽ, quæ incæpit statim Christo nato, qui statim ad mortẽ fuit persecutus ab Herode rege, & suis complicibus, fuit persecutus ab Herode filio primi Herodis tpe suæ passionis. Et hoc præuidens Psal. dicit,

Persecutio.

Quoniam ecce reges terra congregati sunt, &c. Simile dixit Dauid, Psal. 2. Astiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, &c. vide ibi. Et tales persecutores videntes mirabilia quæ Christus faciebat admirabantur, & irascebãtur in cordibus suis. Vnde de Herode dr Matth. 2. quòd audiẽs Christum natum turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo, propter quod, & Innocentes occidit. Et hoc est quod subditur. *Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt*, scilicet animo commoti sunt ad persequẽdum. Et quæ fuit causa subdit. *Tremor apprehendit eos*, quia Herodes timuit regnum suum perdere, audiens natum regem Iudæorum. Et magnitudinẽ doloris eius exprimit per quandam similitudinem dicens. Ibi scilicet in Herode, & suis complicibus dolores ut parturientis, quia eruciabatur doloribus, dum parere non potuit iniquitatem quam conceperat. s. occidere Christum. Et ſi quæras quare non potuit cumplere cõtra Christum iniquitatẽ suam. Respondet: quia tu Deus in spũ vehementi conteres naues Tharsis. Per naues Tharsis superbia persecutorum intelligitur. Tharsis namque interpretatur exploratio gaudij. Ad naues autem pertinet, per diuersas mundi partes faciliter discurrere. Quid ergo significat naues Tharsis, nisi persecutores ecclesiæ discurrentes per mundum explorantes vana gaudia mundi, quos Deus spiritu iræ suæ contriuit, dum ipsorum potestatem redegit ad nihilum, ut dicitur Iob. 4. Vidi eos qui operantur iniquitatem spiritu iræ suæ esse consumptos. Aliter autem ista litera legitur de conuersione Gentium ad fidem. Et primo ostẽditur qui fuerint primi ex Gentibus conuersi ad ecclesiam. Isti namque fuerunt tres Magi, siue reges, qui statim nato domino, venerũt Christum, ut verum Deum adorare, qui videntes stellam, quæ Christi natiuitatem ipsis ostendit. *Congregati sunt, & conuenerunt in vnum*, vt insimul venientes Christum adorarent. Quod præuidens Psal. dicit. *Quoniam ecce reges terra congregati sunt*, &c. Et quod isti Magi fuerint primi ex gentibus conuersi, ostendit August. in serm. de Epiphania, dicens. Isti reges, & Magi quid fuerunt nisi primitiæ Gentium, sicut primitiæ Iudæo-

Psal. 2.

Matth. 2.

Iob 4.

Magi.

August.

Iudæorum pastores, magi Gentiles, pastores Israelitæ, illi prope, isti lōge, vtrique tamen ad angularem lapidem conuenerunt. Manifestatus est ergo Iesus nec doctis quia pastoribus, nec iustis quia magis gentilibus, prævalet namque imperitia in rusticitate pastorum, impietas in sacrilegijs magorum, vtrosque sibi ille lapis angularis attribuit, quia ipse est qui venit stulta eligere vt confundat sapientes, & non vocare iustos sed peccatores, ut nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. Isti ergo sunt illi reges qui congregati sunt ad adorandum dominum, de quibus dicitur. Esa. 60. Veniēt ad te curui filij eorum qui humiliantur, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem domini Syon sancti Israel.

Esa. 60.

779 *Ipsi uidentes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.*

Magi.

IPsi enim reges & magi videntes stellā ducentē eos, videntes stellam dispatuisse cum intrassent Hierusalem, vidētes eā iterum eis apparere admirati sunt præ gaudio. Vnde dicitur Matth. 2. Vidētes stellā magi gauisi sunt gaudio magno valde, q. n. admiratio proueniat ex gaudio dicitur Lucæ 24. de apostolis. Illis autem admirantibus præ gaudio, &c. Consimiliter, & isti magi videntes, sic admirati sunt, sed quomodo mirati sunt p gaudio cum statim sequatur. *Admirati sunt, conturbati sunt.* Respondeo quòd magi uidentes puerum cum Maria matre eius, statim spiritu sancto inspirati cognouerunt ipsum esse verum Deū, & fidem eius recipiētes plenam contritionem de cultura idolorum & de alijs suis peccatis habuerunt, hæc autem conturbatio pro peccatis non excludit gaudiū mentis, sed ipsum auget. Quia certū est q quanto quis ampliorem contritionē habet pro peccatis suis, tanto ampliorē habet gratiam, quanto autem quis est in maiori gratia, tanto amplius gaudiū mētis habet. *Conturbati sunt,* ergo pro peccatis, *Commoti sunt.* Aliud est enim moueri, aliud commoueri. Mouetur quis propriè quando secundum partem mutatur, commouetur autem quando totus simul mutatur, Verbi gratia. Quis faciendo reuerentiam alteri, mutatur, quando secundum unam sui partem facit sibi reuerentiam, ut puta quando stā do caput illi inclinat uel manibus plaudit, sed commouetur quando totus se ad eius pedes prosternit, quod magi fecerunt uidentes Christum, quia non solum capite vel manibus uel genib. Christum sunt uenerati, sed toto corpore ante ipsum se prostrauerunt ad terram, propter quod dicitur. Et procidentes adorauerunt eum. Et hoc idem his alijs verbis dicit. *Commoti sunt.* Et causam subdit. d. *Tremor apprehendit eos.* Hic fuit timor filialis reuerentiæ, sine quo nullus iustificari potest. Ad clarius intelligendum, quod de Magis dicit, quòd videntes Christum conturbati sunt, est notandum, quòd conturbatio duo potest notare. s. peccati defectum, vel penitentis affectum. Primo modo conturbatio capitur dupliciter, quia cōturbatio quādoque opponitur puritati, sicut quando dicimus, aquam turbatam, siue turbidā. Et sic ex peccato conturbatur conscientia, dum species rerum, quas illicitè appetit, immiscent se cogitationibus nostris, & implent fontem cōscientiæ aqua turbida. psal. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Tali nempe aqua turbida potatur diabolus. Dicit enim philosophus, quòd equus diligit aquam turbidam, vnde si inueniat eam claram, eam pede conturbat. Sic & diabolus cogitationes nostras, quæ ad modum aquæ sunt continue fluxibiles, si claras, & mūdas inueniat eas ipsas conturbare nititur, quia non diligit aquas claras. Et ideo de illo dicitur. Quid tibi in uia Aegypti, ut bibas aquam turbidam? Alio modo conturbatio opponitur ordini, per quem modum exercitus dicitur conturbatus, quando non tenet ordinem debitum. Et sic peccatum conturbat animā, quia soluit debitum ordinem, dum sensualitatem rationi præponit, immo, & quamlibet animæ partem peruertit, tanquam debito regimine perdito. Vnde August. diffiniens virtutem dicit, quòd virtus est ordo amoris. & per cōsequēs, qui virtutem perdit, hunc ordinem perdit. Et propter hoc anima peccatrix non

Matth. 2. *Luc. 2.* *Moueri, cōmoueri.* *Matth. 2.* *Conturbatio.* *Philosophus 7. de animalibus.* *Hiere. 2.* *Aug. 15. de ciu. Dei cap. 22.*

non est dæmonibus terribilis, ut castro rum acies ordinata, sed potius est sicut castrorum acies dissipata, & ideo dispo sita magis ad fugiendum, quam ad resi stendum, ad succumbendum, quàm ad vincendum. Dicit enim Vegetius lib. 1. Periculum ab hostibus grauissimum semper sustinuit diutius, & inordinatus exercitus. Vnde Iudith 15. Omnia itaq; castra conturbata sunt, & uociferantes fugerunt. Alio modo turbatio dicit pœnitentis affectum. Et sic dicitur anima conturbata, quando est plene de peccatis contrita, & anxia pro peccatis. Dici tur enim anima pœnitens conturbata, quia quamdiu placet homini fœces pec catorum, & homo delectatur in ipsis, tamdiu fœces peccatorum quasi resi dent in profundo conscientiæ quasi im mobiliter. Sed quando incipit cogitare turpitudinem peccatorum, & ipsam re uoluere, tunc quasi de profundo con scientiæ incipiunt fœces moueri, & ideo sic conscientia agitatur, & conturbatur psal. Anxiatus in spe spiritus meus, & in me conturbatum est cor meum. Sic in proposito, isti reges uidentes uerbum incarnatum, inceperunt cogitare, quam malè, & superstitiosè idola coluerant, & pœnitere, & per consequens isto modo conturbari, propter quod dicitur. *Ipsi ui dentes sic admirati sunt, cõturbati sunt &c.* Sic enim cuilibet nostrum istorum exẽplo præcipitur Eze. 12. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede, & aquam tuam cum mœrore bibe.

Vegetius.

780 *Ibi dolores ut parturientis, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.*

23.q.5. non est nostrũ.

ALiqui istum versum referunt ad primam expositionem, scilicet de turbatione Herodis propter Christi natiuitatem, propter quod multa millia Innocentum fecit occidi, sic quod hic agitur de dolore matrum puerorum occisorum propter Christum, cum dicitur. Ibi dolores ut parturientis, quia non minorem dolorem habebant illæ matres uidendo filios suos occidi quam habuerint, ipsos pariẽdo, quia dolorem partus mitigat spes nasciture prolis, quæ in ista occisione locum non habebant. Et ad huius expositionis veritatẽ facit quod subditur. *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis.* In Hebræo autẽ habetur *in spiritu uredinis*, qui dicitur ab vro vris. Herodes enim audiens, quòd magi per aliam uiam redijssent in terrã suam, scilicet per mare in nauibus Tharsis, iratus naues reuersas igni succendit, vt habetur in historia scholastica. Et ibidem dicitur, quòd ista prophetia fuit tũc adimpleta. Hanc expositionem non improbo. Sed sequendo expositionem præmissam in duobus versiculis præcedentibus sciendum, quòd dolor pœnitentiæ assimilatur dolori parturientis, quia sicut ex dolore partus fructus genitæ pro lis procedit, sic ex dolore pœnitentię in nobis nascitur Christus, & spiritus salutis. Vnde Esa. 26. à timore tuo, domine, concepimus, & parturiuimus spiritum salutis. Ex tali enim dolore pœnitentiæ omnis tumor mundanæ superbiæ depri mitur. Et hoc est, quod subditur. *In spiri tu vehementi conteres naues Tharsis.* idest per spiritumsanctum, qui est spiritus vehemens, deponitur omnis superbia gen tium. Probo, nam isti magi erant reges gentilium ante alti, & elati. Et uide ꝙ per dolorem pœnitentiæ spiritusancto in eis, vel Christo nato humilitati omnem superbiam deposuerunt. Vnde procidentes adorauerunt eum. Ad literam enim isti erant reges Tharsis, ut dicitur psal. 71. Reges Tharsis, & insulæ munera. Quid ergo sunt naues, quæ per mare discurrũt, nisi superbia magnorum, quæ per mare huius mundi uaga discurrit, quæ tamen per aduentum Christi fuit contrita.

Dolor pœnitentiæ parturiens.

Act. 1.

781 *Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eũ in æternũ.*

HIc consequenter ponitur prophetiæ adimpletio. Loquitur enim ps. hic in persona regum illorum, qui Christum adorauerunt, quia omnia prædicta de Christi natiuitate prophetizata, vt puta ꝙ matre nasceretur uirgine, ꝙ nasceretur pauper, & in Bethleem, quod audierunt magi in Hierusalem, quãdo Herodes sciscitabatur à scribis, & principibus sacerdotum ubi Christus nasceretur, audierunt, ꝙ in Bethleem, ꝙ à regi bus

Esa. 7.

Matth. 2.

Psal. 71.

bus gentilibus adoraretur. Reges Tharsis, & insulæ, &c. omnia ista proprijs oculis magi viderunt, quæ ante per prophetas audierant. Vel aliter hic loquitur ps. in persona omnium fidelium. Unde glo. hic ait. Decursis omnibus quæ tempore incarnationis & natiuitatis Christi acta sunt concludit q.d. Et quia ita est. Ergo sicut audiuimus in promissionibus propheticis, sicut est illud. Adorabunt eum omnes reges terræ, oés gentes seruient ei, & illud, In semine tuo benedicentur omnes gentes &c. Sicut vidimus in exhibitione, omnes enim reges, & omnes gétes adorabunt eum. Et nota quod quamuis nondum sit totaliter adimpletum. s. quod omnes reges, & gentes Christum adorent, implebitur qñ in iudicio omnes videbunt eum, vel in cœlesti patria. Et ideo id, quod hic dicitur. *Sic vidimus*, de præterito, accipitur præteritũ pro futuro. *vidimus*. i. videbimus. Et hoc *in ciuitate domini virtutum*. i. in ecclesia quæ dr ciuitas dñi virtutum. i. dñi angelorum, quia pp reuerentiam cultus diuini, angeli frequentant ecclesiam. Vel per ciuitatem domini virtutum accipe ciuitaté Hierusalé, in qua præmissa quò ad maioré partem sunt adimpleta. Et hoc idé alijs verbis repetit. d. *In Ciuitate Dei nostri*, s. in ecclesia catholica, quam dicit Dei nostri ad differentiam infidelium, & hæreticorum, qui non sunt de hac ciuitate ecclesiæ. Sequitur de ciuitate ecclesiæ. *Deus fundauit eam in æternum*. idest, Christus qui fundauit ecclesiam in fide quæ stabilis est, quia & si fides transeat, quod tamen fide creditur, æternaliter manet. Et quia de fundamentis huius ciuitatis, q̃ sunt articuli fidei incœpi agere in præcedenti lectione, ideo hic persequor de quolibet in speciali. Primum fundamentum huius ciuitatis posuit Petrus primus apostolorum, dicens, Credo in Deum patrem omnipotenté creatorem cœli. & terræ. Vbi primò sciendum, ꝙ consuetudo erat Iudæorum ad illud, quod loquebantur, adducere parabolas, vel exempla, vt quod dicebatur, ꝑ similitudinem magis commendaretur memoriæ, sic. n. & Christus multoties sua dicta per parabolas, & exempla confirmabat, vel declarabat. Similiter & Ioãnes euangelista ista duodecim fundamé

Primus articulus fidei.

E ta ciuitatis. s. ecclesiæ, quæ sunt duodecim articuli per duodecim lapides preciosos expressit Apoc. 21. vbi ait, Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum iaspis, secundum sapphirus, tertium calcedonius, quartum smaragdus, quintum sardonyx, sextum sardius, septimũ chrysolithus, octauum berillus, nonum topazius, decimum chrysoprasus, vndecimũ hyacinthus, duodecimum amethystus. Primum ergo fundamentum est iaspis, per quem primus articulus intelligitur.

F Quoniam ut dicit Magister de proprietatibus & patet per Albertum lib. 2. de mineralibus Iaspis inter alias conditiones tres habet proprietates, quibus primus declaratur articulus. Quoniam iaspis disgregationis pluralitatem uetat uariam. Generationis fœcunditatem præstat placidam. Operationis potestatem habet maximam. Sic & primus fidei articulus diuinitatis docet unitatem, qua in Deo tollitur diuersitas. Credo in Deum. Fœcunditatis pandit ueritatem, qua in Deo creditur paternitas. Patrem omnipotentem. Fertilitatis tradit potestatem, qua Dei cernitur immensitas.

Iaspis.

G Creatorem cœli, & terræ. primò iaspis uetat diuersitatem & pluralitatem uariam. In tantum enim unitatem diligit, quòd sanguinem ab homine diuidi, & ab ipso separari non permittit, sed in humano corpore unitum facit permanere, vt dicit Magister vbi supra, & Albertus. Ex quo concluditur, ꝙ iaspis naturaliter unitatem diligit, & indicat. Et per hoc declarat diuinitatis unitatem, quæ in prima parte articuli ponitur, cum dicitur. Credo in Deum. Ista pars in symbolo maiori exponitur de unitate diuinitatis. Vbi dicitur istum passum declarando, Credo in unum Deum. Et

H ista pars à duobus nos liberat erroribus scilicet ab errore gentilium, qui non credunt in Deũ, sed in idolum, uel in aliã creaturam, & ab errore Manichæorũ, q dicunt plures Deos esse, vel plura principia. Et istã partẽ articuli accepit Petrus deuter. 6. Dñs Deus tuus vnus est. Tanta enim unitate omnia in diuinis essentialiter sunt unum, quod in hac uita mortali à creatura plenè cognosci non potest. Vnde Dionysius de diuinis nomin. c. 1. Illud,

Dionysius.

Illud, inquit, incognitum vnum superessentiale per se optimum, quod quidem trinam vnitatem dico, nec dicere, nec intelligere possibile est. Hæc autem diuinitatis vnitas declaratur. Primò exemplo naturali, quoniam in anima rationali sunt tres potentiæ quarum vna nõ est, alia, quæ tamen tres sunt vna mens, vna essentia animæ, vt dicit Magister libro 1. dist. 3. Secundò typofiguralí. Genes. 40. vbi pincerna Pharaonis vidit vnius vitis tres esse propagines, ad denotandum, quod in vna diuinitatis essentia est personarũ trinitas. Tertiò verbo prophetali. Eph. 4. Vnde Deus, & pater omnium. Sed hic dubitatur, vtrum existẽs in peccato mortali licitè dicere possit istam partẽ, Credo in Deum. probatur quòd non, quia talis non diligit Deum per charitatem, igitur, &c. consequentia patet per Aug. & allegatur à Magistro. d. Aliud est credere in Deum, aliud Deo, aliud Deum. Credere Deo est credere vera esse, quæ Deus loquitur, quod mali faciũt, & nos credimus homini, sed & non in hominem. Credere Deum, est credere Deum esse, quod & dæmones credunt. Sed credere in Deum, est credẽdo amare, & credendo in eum ire. Ad oppositum quia talis vt puta sacerdos tenetur dicere horas suas, in quibus credo in Deum continetur, ergo, &c. Respondeo quòd talis, vel hoc intendit dicere tanquam persona priuata, & pro ipso solo, & sic sciẽter loquendo peccat, vt probat præfata authoritas. Vel loquitur non in persona sua, sed totius ecclesiæ, & sic nõn peccat, nec dicit falsum. Vbi nota, quòd confessio fidei dicitur in symbolo in persona totius ecclesiæ: fides autem ecclesiæ est fides formata, quæ est ĩ omnibus qui sunt membra ecclesiæ numero, & merito. Et ideo confessio fidei traditur in symbolo, secundum quod competit fidei formatæ. Secũda conditio iaspidis est, quod præstat generationis fœcunditatem. Nam secundum quod dicit Albertus vbi supra. Hic lapis iuuat conceptum, & regit partum. Et ex hoc declarat secũdam partem articuli. s. primæ personę fęcunditatem, cùm dicitur. Patrem omnipotẽtem. Ista pars à duobus erroribus nos liberat. s. ab errore Iudæorum, qui in diuinis negant pluralitatem suppositorũ, & per consequens ibi negant patrẽ, cùm pater sine filio esse non possit, ideo dicit patrem, & ab errore Philosophorũ, qui dicunt ex nihilo nihil posse fieri, contra quod dicit omnipotentem. Cùm. n. quicquid est perfectionis ĩ creatura Deo debeat attribui, & generare sibi simile in quantum huiusmodi in nobis dicat perfectionem, ergo Deo attribui debet, propter quod Deus pater dicit. Nũquid ego qui alios parere facio, ipse nõ pariam, & qui generationem cũctis tribuo, sterilis ero? quasi dicat nõ. Sed hic est dubium, cùm omnipotentia sit tribus personis cõmunis, quare Petrus ipsam appropriat patri d. Patrem omnipotentem? Respondet Magister quòd licet in Deo sit vna potẽtia, vna bonitas, vna sapientia omnibus tribus personis communis, tamen scriptura non sine causa attribuit patri potentiam, ne scilicet ex antiquitate defectus potentiæ in eo esse credatur, filio sapientiam, &c. Tertia conditio iaspidis est, quod operationis potestatem habet multam. Vnde dicit Magister de proprietatibus quòd est lapis maximę efficacię, vnde tot habet virtutes, quot venulas habet. Sic & Deus quot sunt creaturæ, tantam se nobis ostendit habere virtutis potestatem. Et per consequens iste lapis explicat tertiam partem huius articuli d. Creatorem cęli, & terræ. Sed forte statim dices. Quare in symbolo Apostolorum dicit Petrus. Creatorem cęli, & terræ. In symbolo autem maiori dicitur: Factorem cœli, & terræ, visibilium, &c. Respondeo, quòd creare propriè est de nihilo aliquid facere, facere verò est cõmune ad operari aliquid ex nihilo, vel aliquid ex aliquo. Vt ergo ostendatur, quòd Deus facit, & operatur, nõ solum illa, quæ producuntur ex nihilo, vt sunt animæ, & Angeli, sed etiam illa, quæ sũt ex materia præiacente, vt corpora, & arbores ex terra, ideo dictum Petri declaratum fuit in maiori symbolo, cùm dicitur: Factorem cœli, & terræ, &c. Et de hoc vide in postil. Ioannis 18.

Magist. lib. 1. dist. 3. *Quæstio.* *Credere.* *Magist. lib. 3. dist. 23.* *Esa. 66.* *Omnipotentia.* *Magist. lib. 1. dist. 34.*

Suscepimus, Deus, misericordiã tuam, in medio templi tui.

782 *24. q. 1. alienus.*

POst quã Ps egit de ecclesiæ fundatione, hic cõsequenter agit de ecclesiæ decoratione. Maximè autem ecclesia fuit decorata,

decorata, quando Christi præsentia fuit visitata, vt puta quando Christus in ea fuit præsentatus, & à Simeone receptus in vlnis. Et diuiditur ista pars in tres. Quia agit primò de Christi in templo præsentatione. Secūdò de nominis Christi per orbem prædicatione, ibi. *Secundum nomen tuum*. Tertiò de mundi per fidem exultatione, ibi. *Lætetur mons Sion.*

Templum. Quantum ad primum sciendum, quòd ista litera dupliciter exponitur, scilicet de tēplo materiali, in quo Christus personaliter fuit præsentatus, & de templo spirituali. Si de templo materiali exponatur, sciendum quod prophetæ præuiderunt Christum statim post natiuitatē suam templum Iudaicum sua præsentia visitaturum. *Malac. 3.* Sic enim de ipso dicitur. Statim veniet ad templum sanctum suū dominator dominus, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis, qđ ad literam de Christo intelligitur. Hoc per Christum fuit adimpletum, quando (vt habetur Lucæ 2.) completis diebus purgationis Mariæ, Simeon spiritu sancto inspiratus, venit in templum. Christus in templo fuit præsentatus, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, &c. Hoc autem Psal. spiritu prophetico tactus præuidit. d. *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam*, idest, Christū per quem accepimus misericordiam *in medio templi tui*. Et dicit in medio, vt denotet, ꝙ Christus publicè & non in angulo templi fuit præsentatus. Et more prophetico propter certitudinem prophetiæ, pro futuro præteritū ponit. Istā expositionem ponit glo. Magistri. d. Hic agit de actuali susceptione Christi qua susceptus fuit à Simeone & alijs quando in templo est præsentatus. Et est sensus *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam*, i. filium tuū *in medio templi tui*, quod est in Hierusalem. Et per hoc grauius accusantur Iudæi, qui contemnunt eum, qui in medio eorum conspectus est. Et per hoc notatur incarnatio Christi, qui secundū ꝙ homo, in templo est præsentatus. Si autē legatur de templo spirituali, quod est fidelis anima, vt supra patuit. versic. 751. tunc secundum gl. hic agit de susceptione Christi per fidem, qua ab omnibus credentibus suscipitur. Et est sensus. *Misericordia.* *Suscepimus*, s. fide, *Deus, misericordiā tuā* *in medio templi tui*, i. in commune populi tui. Et de ista susceptione in templo spirituali loquitur Ber. ista verba exponēs *Bernard.* ostendendo quantæ nobis fiunt vtilitatis, dicens. *Deus, misericordiam tuam in medio templi tui*. In medio templi nostræ animæ misericordia Dei est non in angulo, aut diuersorio, quia non est apud Deum acceptio personarum. In communi posita est, omnibus offertur, & nemo illius expers est, nisi qui renuit. *Suscepimus, misericordiam tuam*, &cæt. Longè est hæc gratiarum actio à voce illa gemētis. Domine, in cœlo misericordia. Quid enim. Videturne tibi in medio fuisse misericordia, cùm apud solos cęligenas haberetur? Aut vbi Christus minoratus paulominus ab angelis, factusq; est Dei, & hominis medius, ex hoc, *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam*, &cæt. Eramus enim nos natura filij iræ, sed consequuti *Ephe. 2.* sumus misericordiam. Cuius iræ filij, & quam misericordiam consequuti? Nēpe filij ignorantię, impotentiæ, & captiuitatis, sed consequuti sapientiam, virtutem, & redemptionem. Ignorantia mulieris seductæ excæcauerat nos. Mollicies viri abstracti, & allecti à propria cōcupiscentia eneruauerat nos. Malitia diaboli expositos nos iustè à Deo captiuauerat nos. Sic ergo nascimur vniuersi, ignari, desides, & captiui. Nunc ergo, cū iam salui facti sumus ab hac triplici ira per Christū, qui factus est nobis à Deo patre sapientia, sanctificatio, & redemptio, videamus ne denuò contingat in istā incidere, ne fiant nouissima nostra peiora prioribus, quia non iam natura, sed propria voluntate filij sumus iræ, hæc ille. Possumus etiā hic notare qualiter Christum in medio templi animæ nostræ recipimus. *Medius Christus.* Vbi notandum, ꝙ Christum in medio nostri multipliciter suscipimus, scilicet. Per officium intercessionis, Per communitatem conuersationis, Per immensitatem adimpletionis, Per doctrinā inspirationis, Per scripturas antiquæ legis, Per æquitatem operationis. Primò suscipimus Christū in medio nostri per officium interpellationis. Ad hoc. n. venit in carne, vt medius staret inter Deū, & homines pro nobis patrem interpellando. Istum modū ponit Magister lib. 3. d. 19. Christus verè dicitur Dei, & hominum

minum mediator, & non pater nec spiri tus sanctus. Vnde ait Apostolus. Mediator Dei, & hominũ Christus Iesus, quia ipse est in medio, quasi arbiter ad cōponendum pacem. i. ad reconciliandum homines Deo. Christus dicitur mediator, eo ꝙ medius inter Deum, & homines ipsos reconciliat Deo, reconciliat autem dum offendicula hominum tollit ab oculis Dei. i. dũ peccata delet, quibus Deus offendebatur, &c. Isto modo propter simile officium interpellandi Moyses stetit medius inter Deum, & populum, ipso. d. Ego sequester, & medius fui inter Deum, & vos in tempore illo, vt annunciarem vobis verba eius. Secundò fuit medius per communitatem cōuersationis, quia. s. eius cōuersatio omnibus erat communis non solum iustis, sed etiam peccatoribus & publicanis, alijs hominibus similis factus. Vnde super illo verbo. Medius autē vestrum stetit, &c. ait Chrysost. decēs erat Christum populo vt vnũ multorum se vbique humilem esse doceret, propter quod ipse. d. Ego autem in medio vestro sum, sicut qui ministrat. Tertiò fuit medius per suam immensitatē qua omnia replet, & omnia occupat, cũ enim verbum Dei sit infinitũ, immensum, & illimitatũ, oportet ꝙ omnia sua immensitate repleat. Si. n. alicubi esset, & non vbique, iam finitaretur, & esset limitatus. Et ideo ipsum verbum ratione suæ immensitatis dicit. Cœlũ, & terram ego impleo, dicit dominus. Sic ergo dicitur Christus Dei verbum in medio omnium rerũ, quia vniuersam implet creaturam. Quartò fuit medius per doctrinā inspirationis. Vbi notādum, ꝙ quamuis intellectus noster sit immaterialis, & careat organo corporali, & sic sit nobilius quod est in homine, tamen multotiens in scriptura nomine corporalis membri scilicet cordis nuncupatur, eo ꝙ cor sit nobilius membrum, quod sit in homine. Sic. n. accipitur cor pro intellectu Prou. 2. Si intrauerit sapientia cor tuum, &c. Et Salomon inquit. Dabis seruo tuo cor docile. Et Lucæ 2. Maria autem conferebat omnia verba hæc, &c. Sed secundũ naturales cor est in medio corporis constitutum. Vnde & Psal. 21. Cor meũ tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Sic ergo nomine medij intelligitur cor, quod est in medio, & nomine cordis intellectus, & sic de primo ad vltimũ nomine medij intellectus intelligitur. In isto autē medio stat Iesus, quia quicquid sapiētiæ, & lucis est in intellectu nostro, totum prouenit à Christo, secundum illud Ioan. 1. illuminat oēm hominē, &c. Sed quia multi illuminantur a Christo qui tamē ipsum cognoscere nolũt, ideo dicitur. Medius autem vestrũ stetit, quē vos nescitis. Quod exponens Origenes, ait. Quod dicitur medius vestrum stetit, &c. intelligendum est de nobis hominibus: cum enim simus rationales, in medio nostrum existit ex eo, quòd principale membrum, scilicet cor in medio totius corporis institũ est. Qui igitur Christum in medio gerunt, non autē cognoscunt de quo fonte manauit, nec quomodo consistat in eis, hi verbum caro factũ in medio obtinentes ignorant. Quintò fuit medius ꝑ scripturas legis antiquæ. Scribæ enim & Pharisæi scripturas maxime antiqui testamenti meditabantur, in quibus Christus pronunciabatur Act. 3. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, &c. Pharisæis. n. dixit Ioānes. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis, idest, in sacra scriptura, quam semper in medio vestrum habetis. Sed tamen ipsum nesciebant, quia scripturas, quas de ipso legebant non intelligebant. Sextò fuit medius per iustitiā operationis. Nomine enim medij ipsa iustitia meritò intelligitur, quia omnis virtus consistit in medio. Ipsa autem iustitia est omnis virtus 5. Ethi. In medio ergo stat Iesus, quia in omnibus suis operibus seruauit iustitiam, propter quod d. Vbi duo, vel tres sunt cōgregati in nomine meo, ego in medio eorum sum. Vnde Prouerb. 8. In vijs iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij.

[Margin notes: Deut. 5. — Ioan. 1. — Chrysost. — Luca 22. — Hiere. 31. — Philosop. 3. de anima. — Ioan. 1. — Origenes.]

Secundum nomen tuum, Deus, sic & laus tua in fines terræ, & iustitia plena est dextera tua. 783

[Margin note: De pænit. dist. 8. cap.]

HIc consequenter ponitur nominis Christi per mundum prædicatio. Istud nomen Christi, quod per totũ orbem laudatur, est nomen Iesus, de quo dicit Apostolus, Dedit illi Deus nomē, quod est super omne nomen, vt in nomine

[Margin note: Philip. 2.]

mine Iesu,&c. Est ergo sensus. *Secũdum nomen tuum*,&c.i.secundum magnitudinem nominis tui, quæ est infinita, sic & laus tua in fines terræ.i.diffusa est per totum orbem terrarum per Apostolorum prædicationem. Vel secundum gl. sic exponitur. *Secundum nomen tuum Deus*, quod.s.vbique diffusum est, quia nullus est, qui nomini Iesu nõ se subijciat, etsi nesciat cultum. *Secundum ergo nomen tuum*.i.sicut reuerentia tui nominis dilatatur, sic & laus tua, quæ non est nisi in sanctis. Et verè dilatata est, quia *in fines terræ*.i.in ecclesia, quæ in toto orbe terrarũ diffusa est, laus tibi datur. Nõ enim desunt qui te laudent per omnes terras. Cuius rationem reddit, quia *iustitia plena est dextera tua* i. quia dextera.s.virtus tua iustificauit multos, qui te laudant. Quod ideo dicit, quia de omni natione orbis, & de omni parte terræ aliquos eligit, & vocauit ad gratiam. Vel *iustitia plena est dextera tua*,i.dextera tua.s.æterna beatitudo plena est iustitia.i.iustis, quia multi sunt iusti, qui stabunt ad dexterã. De hoc nomine Iesu, & eius laude vide supra vers. 655. Item qualiter nomẽ Christi est admirabile, vide supra vers. 82.

784 *Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua, domine.*

HIc agit de exultatione facta per orbem de fundatione ecclesiæ, quæ exultatio maximè fuit, quando fundamenta ecclesiæ fuerunt confirmata, ne amplius cadere possent.s.in missione spiritus sancti, in qua totus mundus exultauit, quia ibi erant ex omni mundi natione præsentes, vt habetur Act.2.quæ missio spiritus sancti in monte Sion facta fuit. Vnde dicit. *Lætetur mons Sion*,&c. Vbi notandum, ꝙ hic per montem Sion intelligit Iudæos, & per filias Iudæ gentes. Cuius ratio est. Quia mons Sion erat principalior, & nobilior locus totius terræ Iudæorum, & sic per illum tota terra Iudæorum intelligitur. Filiæ autem Iudæ sunt gentes ad fidem conuersæ, sicut nos dicimus, quod regenerans aliquem est pater illius, & regeneratus est filius. Sic & conuertens aliquem ad fidem sua prædicatione, est pater illius, & conuersus est eius filius. Cùm ergo gentiles per prædicationem Apostolorum ad fidem Christi sint conuersi, conueniens est, ꝙ filij dicantur Apostolorum, qui omnes Iudæi fuerunt, propter quod & ipsi Apostoli patres dicuntur fidelium. Psal. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij,&c. Dicit ergo. *Lætetur mons Sion*,s. ipsi Iudæi.s.Apostoli, & alij Iudæorum fideles. *Et exultent filiæ Iudæ*,s.gentiles per prædicationem Iudæorum ad fidẽ conuersi. Et causam subdit.d. *Propter iudicia tua, domine*. De quibus iudicijs dicit Apostolus. O altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei,&c. quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, vt pote quod ab æterno sapientia diuina istum ad fidem elegerit, & illum dimiserit, quod maior pars Iudæorum in aduentu veræ lucis excæcata fuerit, quæ ante erat fidelis, & gentiles, qui ante idololatræ erant, Christi fidem receperint. Ista sunt iudicia Dei nobis occulta, quæ nullus hominum intelligere potest. Et ista est intentio glo.d. *Lætetur mons Sion*.i. Iudæa, quæ primos radios fidei recepit. *Et exultent filiæ Iudæ*.i.confessionis.s. gentes à Iuda.i.ab Apostolis genitæ per confessionem. Et hoc *propter iudicia tua, domine*, quibus cæcitas contingit in Israel, vt plenitudo gẽtium intraret. De istis iudicijs diuinis sic à nobis occultis ait Greg. Iudicia Dei comprehendi a nobis non possunt. Vnde.n.vnum ex multis loquar. Duo ad hãc lucem paruuli veniunt, sed vni datur, vt ad redẽptionem per baptismum redeat, alter autem subtrahatur, ante quàm hunc regenerationis vnda perfundat, & sæpe fidelium filius sine fide rapitur, sæpe infidelium, concesso fidei sacramẽto, renouatur. Sed fortasse aliquis dicet, quia peccare etiã post baptisma hunc Deus nouerat, & idcirco eum ad baptismatis gratiam non perduxit, quod si ita est, peccata quorundam proculdubio, priusquam fiunt perpetrata, puniuntur. Et quis ista rectè sentiẽs dixerit, quod omnipotẽs Deus, qui alios à perpetratis facinoribus liberat, vt hæc etiam in alijs non perpetrata cõdemnet? Occulta itaque sunt Dei iudicia. Et quanta obscuritate à nobis nequeunt conspici, tanta debent humilitate venerari,&c. Ex quibus apparet, quòd quilibet ad fidem à Deo electus sola Dei gratuita bonitate est electus, & sic tam Iudæi quã gentiles à Deo electi, de hoc

Iudicia Dei. *Rom.11.*

Gregor. 27. mor. c.2.

hoc debent lætari, propter quod tam de Iudæis quàm de gentibus consimilis sententia ponitur. Psal. 96. Audiuit, & lætata est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua, domine.

785 *Circundate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius.*

CONsequenter hic ponitur impletæ promissionis publicatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostéditur locus, in quo debet publicari fides. Secundò quid debet prædicari, ibi. *Quoniã hic est Deus*. Prima in duas, quia ostendit quòd primò prædicãda esset Iudæis. Secundò gentibus, ibi. *Ponite corda vestra*. Quantum ad primum sciendum, quod Iudæis, quibus Christus fuerat promissus, & ex quibus fuerat natus, & cũ quibus fuerat conuersatus, tanquàm propinquioribus primum fides erat prædicanda, ne excusationem de ipsorum infidelitate habere possent, propter quod Paulus, & Barnabas dixerunt Iudæis. Vobis oportebat loqui primum verbum Dei, sed quoniam illud repulistis, &c. ecce cõuertimur ad gentes. Et hoc est, quod dicitur Apostolis, & primis fidei prædicatoribus. *Circundate Sion*, quia, scilicet, in monte Sion vbi erat templum, & etiam in alijs locis circa templum ipsi circuibant constanter, Christum prædicando, & miraculis Christi fidem affirmando. In tantum quod in plateis ponebant infirmi, vt, veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quosque, & liberarentur ab infirmitatibus suis, vt habetur Act. 5. Et quod ista fidei prædicatio deberet esse facta non in secreto, sed publicè, & apertè, secundum quod Christus suis præcepit discipulis, dicens. Quod vobis dico in tenebris, dicite in lumine. Et quod in aure auditis, prædicate supra tecta. Et ideo hoc præuidens Psal. dicit. *Narrate in turribus eius*, idest, manifestè, & publicè prædicate, sicut præcones clamantes in turribus audiuntur à tota ciuitate. Et attende, quòd ait prędicatoribus. *Circundate Sion, & complectimini*, quia prædicator prædicare debet subditis non amore temporalis lucri, quia tunc venderet Dei verbum, sed solo amore charitatis totum referendo ad Dei laudem, & vtilitatem subditorum. Et hoc est quod dicit. *Circundate, & complectimini*, idest, brachijs charitatis amplexamini.

Actuum 3.

Matth. 10.

786 *Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.*

De consecr. dist. 1. omnes basilicæ.

HIc consequenter ostenditur, quòd postquam prædicata erat fides Iudæis, quòd prædicanda erat gentibus. Vbi aduertendum, quòd postquam Apostoli expulsi fuerunt de Iudæa diuiserũt se per orbem, & episcopos ordinauit Petrus in diuersis partibus orbis, vt domos idest, ecclesias ordinarent, in quibus diuina celebrare possent, & verbum Dei alienigenis, scilicet alijs à generatione Iudæorum, idest, gẽtibus prædicare. Quod præuidens Psalm. prædicit Apost. *Ponite corda vestra in virtute eius*, idest, in virtute nominis Christi, in cuius, scilicet virtute miracula faciebant, vt diffusè in actibus Apost. habetur. *Et distribuite domos eius*, idest, ecclesias per orbem distribuite, & ordinate. Quamuis enim vna sit ecclesia generalis, multæ tamen sunt particulares, vt putà ecclesia Hierosolymæ distributa fuit Iacobo, Roma Petro, India Bartholomæo, Achaia Andreæ, Græcia Ioanni, & sic de singulis. Et hoc est quod dicit. *Distribuite domos eius*. Et ad quid? certe, *vt enarretis in progenie altera*, s. gentibus, quæ non erant de progenie Iudæorum. Ex istis aũt verbis ostéditur, quod prædicatores non tantum verbis quantum operibus bonis prædicare debent, propter quod ipsis dicit. *Ponite corda vestra*, non tantum ora, vel verba. *In virtute eius*, idest, in charitate, quæ est virtus huius ciuitatis, &c.

787 *Quoniam hic est Deus Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi, ipse reget nos in sæcula.*

HIc consequẽter ostendit, quid debeant prædicare. Tota. n. prædicatio Apostolorum in hoc fundabatur ad ostẽdendũ, quod Christus erat verus Deus, & verus homo, ideo postquam dixit, vt enarretis, &c. ostẽdit quid dicat. *Quoniã hic*. s. Christus *est Deus Deus noster*, s. qui seipsũ dedit nobis, & bis d. *Deus Deus noster*, & hoc

& hoc ad maiorem expressionem, quia hoc est quod principaliter prędicare debebant. Et ad differentiam deorum, siue idolorum, quæ Gentiles Deos appellāt subdit, d. *In æternum & in sæculum sæculi*, q. d. Non est Deus noster ad tempus, vt falsi dij gentium. Quod dicit contra illos qui temporales homines Deos faciebant. Vel q. d. *Hic est Deus Deus noster*, quia seipsum dedit nobis, & non solum in præsenti per gratiam, sed etiam erit noster in æternum, quia seipsum nobis dabit per gloriam. *Ipse reget nos in sæcula*. Christus enim non in præsenti, vt rex suos regit, ne finaliter cadant à gratia, sed in æternum eos reget, ne cadere possint à gloria. In translatione autem Hieronymi habetur. *Ipse reget nos in morte*, & idem valet, quia, qui regitur in morte, ne cadat à gratia postea semper erit in gloria. Sequēdo materiam inceptam de fundamentis ciuitatis ecclesiæ, idest, de articulis fidei, sequitur agere de secundo fundamento. Secundum fundamentum ciuitatis erat sapphirus, cui correspondet secundus articulus fidei, quem posuit secundus Apostolus, scilicet Andreas, dicens. Et in Iesum Christum filium eius vnicum, dominum nostrum. Circa quem duo sunt videnda, scilicet primò, qualiter iste articulus per ecclesiam exponatur, secūdò, qualiter per secundum fundamentum, quod sapphirus est, figuratur. Quantum ad primum notandum, quòd circa istum articulum, qui est de persona filij multi errauerūt, & maximè Arrius, qui secundum dominum Guidonem circa istum articulum errauit in quinque. Dicebat enim: Primò, filium non esse eiusdem substantiæ cum patre. Secundò, filium non esse patri coæternum, sed natum ex tempore. Tertiò, filium non esse æqualem patri, sed minorem patre. Quartò, Christum non esse filium naturalem Dei, sed adoptiuum. Quintò, dicit filium Dei Iesum Christum puram esse creaturam. Cōtra istos quinque errores ecclesia declarans istum articulū in maiori symbolo quinque addit, dicens. Et in vnum dominum Iesūm Christum filium Dei vnigenitū. Per hoc.n. quod dicit filium, ostendit ipsum esse eiusdem substantiæ cum patre. Vnde Aug. in lib. de symbolo dicit. Cùm

Errores Arrij.

E audis filium, agnosce hunc esse Deum. Si.n. verus est filius, est id, quod est pater. Si ergo pater est Deus, & filius est Deus, hanc consubstantialitatem filij ad patrem contra Arrianos concludit Christus. d. Ego, & pater vnum sumus. Vbi Aug. Vtrunque audi, & vnum, & sumus. Quod dicit vnum, liberat te ab Arrio, quod dicit sumus, liberat te à Sabellio. Secundus error Arrij erat, q̄ filius non est patri coæternus. Quod probabat, vt refert Aug. 1. de Trin. d. Omne, quod natum est, principium habet, omne autem quod habet principium, nō semper fuit:

Ioan. 10.

F ergo, si filius natus est, patri non est coæternus. Contra istum errorem ecclesia addit: Et ex patre natum ante omnia sęcula. Quod declarat exemplo familiari. d. Lumē de lumine, quia cum lumē procedat à corpore luminoso, est tamen sibi coæuum. Et ideo ad argumentum Arrij respōdet Aug. vbi supra, dicens, Qui homo dicit, non intelligit natum esse sempiternum Deo, vt sit coæternus patri filius, sicut splendor, qui gignitur ab igne, coæuus est illi, & esset coęternus, si ignis esset æternus. Tertius error Arrij fuit, q̄ filius est minor patre, quod probabat,

G quia omnis mittens alium, maior est illo, quem mittit. Pater autē misit filium, & filius missus est à patre, ad Gal. 4. Misit Deus filium suum, &c. Ergo contra istum errorem addit ecclesia, dicēs, Deū de Deo, lumē de lumine, Deum verum de Deo vero. q. d. Sicut contradictionem implicat, aliquem esse Deo maiorē, cùm Deus sit, quo maius cogitari non potest: sic quòd filio Dei, qui est Deus de Deo natus, patrem esse maiorē, vel illum patre esse minorem implicat contradictionem. Ad argumentum autem Arrij respondet Aug. dicens. Non ideo putandū

H est, filium minorem esse patre, quia missus est à patre, quia propter principij cōmendationem non propter impatitatē, vel inæqualitatem, vel dissimilitudinem substantiæ in scriptura hæc posita intelliguntur, &c. Vnde hanc æqualitatē cum patre se filius habere ostendit, dicens se habere à patre quo nihil maius est. d. Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est. Vbi August. vide quòd non crescēdo, sed nascendo filius æqualis est patri, quia semper natus est de patre filius,

Augu. 4. de Trinit.

Ioan. 10.

de

de Deo verus Deus, hoc est ergo quod dedit mihi pater, quod maius est omnibus, vt sim splendor lucis eius, sibi æqualis. Quartus error Arrij fuit, quòd filius Dei non sit filius naturalis, sed adoptiuus, probat, quia nullus pater sine sui decisione generat filium sibi naturalem, quod de Deo dicere est absurdum, & sic restat, ꝙ Deus pater nunquam habuit filium sibi naturalem. Contra hoc addit ecclesia. d. Filium Dei vnigenitum. q. d. licèt adoptiui filij sint multi, hic aũt quia vnigenitus est naturalis. Et ideo ad argumentum eius respondendo & ponendo differentiam inter filios adoptiuos & filium vnigenitum Hilarius 12. de Trin. dicit: Vero patri solus filius, qui ex eo nascitur, verè filius est. Nos quidẽ filij Dei sumus, sed per facturam, fuimus enim aliquando filij iracundiæ, sed filij Dei per adoptionem facti sumus, &c. Vult dicere ad argumentum, ꝙ habet veritatẽ de generatione, qua filij deducuntur de nõ esse ad esse, quod non habet in proposito locum, vnde Iesus se verum esse Dei filium natura non adoptione ostendit. d. Sic Deus dilexit mundum, vt filiũ suum vnigenitũ daret. Vbi Hilarius. Hic est verus Dei filius naturali veritate non adoptione. Quintus error Arrij fuit, ꝙ filius Dei non erat Deus, sed creatura. Quod concludebat ex prædictis erroribus, ex eo quia alterius substantiæ à patre, quia natus ex tempore, quia minor patre, & adoptiuus filius non natiuitatis proprietate, ex quibus sequitur ꝙ sit pura creatura. Contra hoc addit ecclesia in maiori symbolo. d. Per quẽ omnia facta sunt, quasi sic arguens. Si omnia per filiũ facta sunt, ergo filius non est factus, patet consequentia, quia nulla res seipsam facere potest. Si ergo omnia per filiũ facta sunt ergo ipse non est factus, sed si factus non est, ergo creatura non est, & si creatura non est, ergo creator & Deus est. Et sic ex prædictis apparet, qualiter ecclesia declarat in maiori symbolo secundũ articulum fidei positum in symbolo Apostolorum, vbi solum dicitur. Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Consequenter restat videre, qualiter iste articulus per secundũ fundamentum ciuitatis. s. per sapphirũ declaratur, quod fiet in sequenti lectione.

Ioan. 3.

PSAL. XLVIII.

788

AVDITE *hæc, omnes gentes, auribus percipite, omnes, qui habitatis orbem.*

HIC Psalmus talem habet titulum. *In finem filijs Chore Psal.* Iste Psal. historiæ alicuius fundamentum nõ habet, sed totus est doctrinalis, atq; moralis factus à filijs Chore, de quibus dictum est supra in principio Psal. 45. Hic ostendit mundum cum illis, quæ sunt in mundo, vt diuitias, honores, & gloriam non esse diligendum, ostendens omnes mundi amatores cum sua gloria citò perituros. Et quòd Christus est redemptor non illorum, qui mundum colunt, sed illorum, qui mundum, & ea, quæ in mundo sunt, cõtemnunt. Insuper illos redarguit, qui ideo Deum colunt, vt assequantur prospera mundi, & qui murmurant de prosperitate malorum. Est ergo sensus tituli talis. Iste Psal. à filijs Chore factus, *In finem.* s. in Christum nos dirigit. Vel iste Psal. dirigens nos in finem, competit filijs Chore, i. crucifixi, vt fuit dictum in titulo Psal. 41. Iste ergo Psal. diuiditur in partes quatuor. Quia primò auditores ad intelligentiam dicẽdorum excitat. Secundò, quæ corde intus conceperat extra verbis explicat, ibi. *Cur timebo.* Tertiò, supplicia malorum, & bonorum præmia prædicat, ibi. *Sicut oues.* Quartò, ad mundum non timendum bonos prouocat, ibi. *Ne timueris.* Primò ergo omnes excitans ad attentè percipiendum dicenda, ponit quatuor, quæ auditores attentos debent facere. Quorum primum est dicendorum communis vtilitas. Secundum est audientium status diuersitas, ibi. *Quique terrigenæ.* Tertium est dicendorũ profunditas, ibi. *Os meum.* Quartum est apertæ locutionis facilitas, ibi. *Inclinabo in parabolam.* Quãtum ergo ad primum, quia quod omnes tangit, ab omnibus debet meditari. Et ea doctrina in Ps ipso tradita, omnes tãgit tã bonos quàm malos, tam diuites quàm pauperes, ideo ab omnibus debet audiri, & meditari, ꝓp quod omnes ad audiendũ excitat dicẽs. *Audite hæc omnes gentes.*

Vbi notandum, quòd secundum glo. per gentes, quæ idola colebãt, intelligit peccatores, & iniustos, sed per habitantes orbem, intelligit iustos, qui, scilicet, sunt domini rerum, & orbis, nõ serui eorum. Habitant enim orbem, qui non tenetur ab orbe, nec eius implicantur erroribus. Istos ergo omnes prouocans dicit: *Audite, &c. auribus percipite*, &c. Et attende, quod ait. *Audite, & percipite auribus*, quoniam non sufficit audire verba Dei, nisi adsit & percipere. Nam percipio, percipis, secundum Grammaticos, componitur ex per, & capio pis, & inde percipere, idest, perfectè capere, & intelligere. Ille ergo audit, qui verborum sonum capit, sed ille auribus percipit, qui quod dicitur, perfectè, & attẽto corde intelligit. Et non frustra dicit, *auribus percipite*. Vbi notandum, quòd per aures vult intelligere perfectam cordis intelligentiã. Auribus enim corporalibus natura tria tradidit. Primò ipsas fecit apertas, quod nõ fecit de organo visus, quod clauditur palpebris, & gustus, quod clauditur dentibus, & labijs, ad denotandum, quòd promptiores esse debemus ad audiendũ quàm ad videndum, vel gustandum. Vnde & Seneca ait: Auribus quã lingua frequentius vtere. Sic etiam & Iac. 1. dicitur. Sit autem omnis homo velox ad audiẽdum, tardus autem ad loquendum. Secundò, natura aures fecit paruas: animalia enim bruta secundum sui corporis quãtitatem (vt in pluribus) maiores habent aures, quam homo, vt patet de asino, boue, equo, cane, lepore, & similibus. Ad denotandum, quòd illa, quæ audimus distinctè, atque discretè recipere debemus: vt, scilicet, non omnia audita credamus. Et ad istum sensum dicitur Ecclesi. 28. Sepsi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Vnde & Seneca in Prouerbijs dicit. Difficilem oportet habere aurem ad crimina. Vnde & in canone dicitur: In scriptura, narratur Constantinum Imperatorem dixisse: Verè si oculis proprijs vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachali habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam explicarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. In quo cõmouemini, &c. Sed hæc quidẽ diximus, cautos vos reddere cupientes, vt si de domini sacerdotibus aliquid contigerit vos audire, quod confusionem pijs mentibus ingerat, non infrunitum, sed pudoratos filios Noe imitantes, paternam de reliquo verecundiam contegatis, vt affluenti, quemadmodum illi, benedictione repleri moderante domino mereamini, &c. Et sunt verba Nicolai Papæ Ludouico Imperatori. Tertiò, natura aures fecit homini non cadentes, sicut habent canes, sed stantes. Ad denotandum, quòd verbis terrenis aures inclinare non debemus, sed solum cœlestibus audiendis, & spiritualibus, & ad verba legis diuinæ. Vnde & Nehemiæ 8. dicitur, quòd aures omnis populi erectæ erant ad librum legis. Quibus omnibus consideratis, non est contentus Psalm. hunc Psalm. audiri etiam, nisi addat, *Auribus percipite*:

Seneca in de morib.

Dist. 96. in scripturis.

Quique terrigenæ, & filij hominum, simul in vnum diues, & pauper. 789

HIc tãgitur status auditorum diuersitas. Vbi notandum, quòd quãuis omnes homines creati sint de terra, tñ aliqua corpora terrena gerẽtes animum habent cęlestem, aliqui verò sicut & corpora, ita & animum gestant terrenum, idest, terrenis applicatum. Cùm ergo à nobiliori parte totum debeat denominari, illi homines vocantur cęlestes, qui animum habent cœlestem, & illi *terrigenæ*, idest, terrenæ generationis, qui animum habent terrenum. Sic. n. legimus in toto genere humanæ naturæ duos hoíes principales. s. vnum terrenum, & causam mortis, qua corpora nostra redigũtur in terram. s. Adã, & alium cęlestem, & causam vitæ. s. Christum: Sic & hodie sunt duæ generationes. s. filij Adæ terreni hominis, qui ipsum imitantur, & filij Christi cœlestis, qui ipsum imitantur. Has autẽ duas generationes. s. bonorũ, & malorũ hic excitat. Psal. d. *Quique terrigenæ & filij hominum*. Per terrigenas, intelligit filios Adam peccatores, sed per filios hominũ intelligit iustos Christi imitatores qui in scriptura dr̃ filius hoĩs. Consimilem distinctionem bonorũ, & malorũ, licet sub alijs verbis, faciebat Apostolus. d. Primus homo. s. Adã de terra terrenus, secundus. s. Christus de cęlo cœlestis. Et hic intẽtionẽ habet gl. hic. d. Terrigenæ sunt, qui vitia terrena sequuntur quasi geniti

1. Cor. 15.

geniti à terra, hi sunt in parte Adæ, qui fuit homo, sed non filius hominis. Filij autem hominum sunt iusti, qui sunt in sorte Christi, qui fuit filius hominis, cuius gestant imaginem. Hos ergo omnes tam bonos, quàm malos, excitat Psal. d. *Quiq; terrigina*, &c. Ac si dicat, Nulli sermonem subtraho. Audiat hæres terræ, quia loquar de iudicio vnde iudicetur, vt sic timeat. Audiant filij hominum.i. iusti, quia loquar de regno cælorum: vbi regnent, & sic diligant. Sed statim insurgit dubium, quomodo per filios hominũ intelligit filios Christi & imitatores, cum ipse Christus nõ sit filius hominũ, sed solum hominis? Respondeo, quòd primi à Christo geniti, vt fuerunt apostoli, & illi benè possunt dici filij hominis, quia Christi imitatores immediatè. Sed quia illis filijs primis mediantibus, alios plures genuit fideles, isti ab illis geniti filij hominũ dici possunt. Et quia in præsenti vita simul sunt corpore mixti boni cũ malis, licèt merito distincti, ideo subdit: *Simul in vnum diues, & pauper*. Diues refertur ad terrigenas, pauper autem ad filios hominum. Et est sensus. *Diues*, i. terrigena. *pauper*, idest, filius hominis. Audite, qui estis simul in vnum non separati vsque ad messem, quandoque non simul eritis, quandoq; scilicet separabuntur zizania à tritico, oues ab hœdis. Audiatis ergo omnes, qui nunc estis simul in vnum, antequam veniat, qui segreget oues ab hœdis, & ponat oues ad dexteram, hœdos autem ad sinistrã, tunc enim auditus erit ad iudicandum, non ad corrigendum. Moraliter autem per hoc quòd auditores suos vnitos desiderat. d. *Simul in vnum diues & pauper*. vult ostendere quòd quilibet, qui fructuosè verbum Dei vult audire, vnitatem, & concordiam cũ proximis debet habere: propter quod dicitur: Cõgregatus est omnis populus quasi vir unus ad audiendam legem. Qui enim discordiam cum proximis habet, ipsum Deum non amat. Docet autẽ experientia, quòd graue est omni homini audire uerba illius, quem non amat. Vnde, sicut graue est iustis audire uerba malorum, ita graue est malis audire uerba bonorum, & Dei. Et hæc differentia est inter bonos, & malos, quia boni, qui per amorem vniuntur personę malorũ, sed non vitijs, libenter audiũt malorum bona verba, sed non vitiosa. Mali autem, qui per odium separantur à bonis, nulla bonorum uerba possunt audire libẽter. Quod ostendit Grego. dicens, Peruersæ mentes, si semel ad studium contrarietatis eruperint, siue rectum quid à bonis audiant, aduersis hoc respõsionibus impugnant. Quia cùm persona displicet, nec recta, quę protulerit, placent. At cõtra bonorum corda, quibus in odijs non uenit persona, sed culpa, sic peruersa diiudicant, ut quæ recta dicũtur, assumãt. Sic enim malè prolata respuunt, ut approbent, quæ ex ueritate cognoscũt, &c. Hic ergo Psal. uolens auditores ad audiendum aptos reddere, ipsos admonet in unum, scilicet amore primo conueoire, d. *Simul in vnum diues, & pauper*.

Quæstio. Nehem 8. Greg. lib. 9. mor.

Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. 790

4. q. 1. c. vlt. 1. Cor. 1.

Consequenter hic reddit auditores attentos ex profunditate dicendorum. Proponit enim de duobus se locuturum, scilicet de sapientia, & de prudentia, quæ duo sunt profunditatis maximæ. Quoniam secundum gl. sapientia spectat ad diuina, quæ sunt altissima, & prudentia ad mores instruendos. Et sic per sapientiam intelligit Christum, sed per prudẽtiam uitam moribus honestis regulatam. In his enim duobus omnis sermo diuinus continetur. Est autem aduertendum, quòd duplex est sapientia. s. increata, quę Deus est, & creata, qua homines dicuntur formaliter sapientes. Sapientia autem increata appropriatur filio Dei: vnde dicit Apostolus. Nos prædicamus Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Quod exponens Magister in glo. d. Christus enim sapientia patris est quia ipse est verbũ patris, & manus patris: per quẽ tanquam manu, & verbo pater oĩa fecit. Vnde est illud, Oia in sapiẽtia fecisti, & verbo domini cęli firmati sunt. Quod ergo uerbo facit pater, hoc & manu, & quod manu, hoc & uerbo fecit. Dicit ergo Apostolus, prædicamus Christũ Dei uirtutẽ, & Dei sapientiã. Caue ne intelligas filiũ Dei sapientiam Dei patris, tanquam ipse solus filius sit, intelligens, uel sapiens sibi, & patri, & spiritui sancto. Si enim solus filius intelligitur sapiens sibi

sibi, & patri & spiritui sancto sapiens, recte reditur ad illam absurditatem, vt pater non sit sapiens de seipso, sed de filio. Nec sapientia sapientiam genuerit, sed ea sapientia dicatur pater sapiens esse, quam genuit, vbi enim non est intelligentia, nec sapientia potest esse. Et inde scilicet pater ipse nō intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri, profectò filius patrem sapientem fecit. Et sic idem est Deo esse quòd sapere, & idem sapientia quòd essentia, non filius à patre est, sed à filio potius pater habet essentiam, quod falsissimum est. Est ergo Deus pater sapiens ea, quæ ipsa est sapientia sua. Et filius sapientia patris est sapiens, sapiens de sapientia, quæ pater est, de quo est genitus filius. Sic pater intelligens est ea, quæ ipse est sua intelligentia, filius autem intelligentia patris, est intelligens de intelligentia, quæ est pater. Et sic hæc increata sapientia cum sit idem, quòd diuina essentia, tamen appropriatur ipsi Christo, qui dicitur Dei virtus, & Dei sapientia. Et de ipsa increata sapientia se loquuturum dicit ps. dicēs. *Os meum loquetur sapientiam*, idest, Christum Dei filium. Alia est sapientia creata, qua nos formaliter dicimur sapientes. Et ista est quidam habitus in mente nostra creatus, quo diuina sapidè cognoscuntur, qui habitus differt ab habitu prudentiæ, quia sapientia est diuinarum, & humanarum rerum cognitio. Et sic sapiens diuina, & humana rimatur, sed prudens ea, quæ corporis sensibus experiuntur. Vnde sapiens in diuinis, sed prudens in humanis. Grammatici autem, vt Catholicon inter sapientiam, scientiam, & intelligentiam. d. Sic distingui potest inter sapientiam, scientiam, intelligētiam, & prudentiā. Quia sapientia creator tātum inspicitur, & cū sapida delectatione, Scientia verò ad cognitionem refertur omnium, etiam sine delectatione, & bonis moribus. Intelligentia autem ad creatoris, & creaturarū cognitionem visibilium, & inuisibilium. Prudentia verò ad rerum temporalium administrationem, & inter bonos, & malos debitam conuersationem. Ex quibus patet, ꝙ aliud est sapientē esse, aliud prudentem, & ꝙ aliquis est prudens, qui nō est sapiens, & econtrariò. In hoc ergo, E quod Psal. dicit se loquuturum de sapiētia, quia de diuinis, reddit auditores attentos ex profunditate dicendorum.

Inclinabo in parabolam aurē meam, aperiam in psalterio propositionem meam. 791 3.2.9.4. metrices.

HIc consequenter reddit auditores attentos ex parte facilitatis locutionis. Vbi primò sciendum, quid per parabolam, & psalteriū intelligit. Parabola enim secūdum Grammaticos est rerum genere dissimilium cōparatio, vt illud, F Simile est regnum cœlorum grano sinapis: illud, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis. Et illud, Semen est verbū Dei. Et cōponitur parabola à παρά quod est iuxta, & βολή quod est sentētia. inde parabola, quia iuxta sñiam, non. n. parabola est ipsa sñia, quæ sonat, sed iuxta illā. Sic ergo loquens in parabolis non aperte loquitur, sed similitudinariè, & ænigmaticè, qđ nō omnes capiunt. Et aduerte, ꝙ quamuis parabola nō statim intelligatur, quia nō est aperta locutio, sed similitudinaria: tamen intellecta multum G persuadet, & inducit ad cognitionē veritatis. Et ideo Christus turbis loquebatur in parabolis, vt dicit Chrysostomus, quia loquebatur idiotis indigentibus ab his induci. Dicit ergo Psal. *Inclinabo in parabolam aurem meam*. i. humiliabo me veritati, quæ per parabolas, & ænigmata me docet, quia quasi tota scriptura sacra parabolis est plena. i. figuris, & ænigmatibus, quia cum per vnum factum ēt ostendit aliud ab illo genere distinctum, faciendum est parabola. Sicut ꝙ Moyses aquam de petra eduxit, erat parabola, docens, ꝙ de Christi latere (qui vera pe H tra dicitur:) aqua baptismalis erat exitura, &c. pp quod dicit Apostolus, Omnia in figura contingebant illis. *Inclinabo ergo in parabolā aurem meam*. i. ad sanctam scripturā quæ parabolicè loquit. Sequit. *Aperiam in psalterio propositionē meā*. Vbi notandū, ꝙ aliqua instra pulsantur ore, vt tuba, vel musa, & aliqua manu, sicut organū, & psalteriū. Prima significāt doctrinā prædicationis, quæ promitur ore, sed scda significāt doctrinā operationis, quæ efficitur manibus, sicut qñ aliquis alium 1. Cor. 10.

alium docet, nō modò verbis, sed magis operibus, quæ doctrina est efficacior prima, & hæc maximè in Psalterio decem chordarum denotatur, in quo obseruatio per opera decem mandatorum figuratur. Dicit ergo Psal. *Aperiam in Psalterio propositionem meam*, idest, factis ostēdam propositionē meam.i. factis, & operibus ostendam quæ dico, quia sicut dico æternam beatitudinem cæteris omnibus esse præponendam, ita hoc esse faciendum factis ostendā. Et hoc est, quod d. *Aperiam*.i. declarabo, quod clausum est dissoluā, quia parabolas explicabo, quod ideo dicit, quia multa alibi parabolicè dicta, hic factis aperiuntur. Et cōformiter dicitur Psal. 32. In Psalterio decem chordarum psallite illi. Moraliter autem in Psalterio aperit propositionē suam, qui bonum suæ mentis propositū per facta etiam exteriora manifestat. Quod facere non possunt terrenis dediti, quia psallere Deo dignè nō possunt. Dicit Isidorus 3. Etymolo. agens de prima diuisione musicæ, quòd illa vox cæca dicitur, quæ mox, vt emissa fuerit, conticescit, atque suffocatur, & nequaquam longius producitur: sicut est in vasis fictilibus. Sic moraliter. Quid enim sunt vasa fictilia, idest, de luto facta, nisi corda hominum terrenorum? de quibus Psalm. 2. Tanquam vas figuli confringes eos. Habent enim ista corda lutea, idest igne cupiditatis, & auaritiæ decocta & indurata, vnde vox eorum cæca est, nec apta suaui melodiæ, qualem regem angelorum audire decet, vnde sicut meritò fatuus reputandus esset, qui pulsando vas fictile coram rege terreno, suauem melodiam, & regię celsitudini conuenientem crederet facere, sic aliqui corde fictili, luctuoso, & terrestri Deo psallendo credit sibi placere. Vox enim illa cùm sit cæca, mox emissa conticescit, nec longius producitur, & per consequens cœlum non ascendit, nec ad aures perducitur Dei. Vnde Bern. in meditationibus. Non potest fieri, vt cum Deo loquatur, qui cum toto mundo tacens fabulatur. Continuando materiam articulorum fidei superius inceptam, nunc restat videre qualiter secundus articulus per saphirum, qui erat secundum fundamentum ciuitatis, declaratur. Vbi sciendum, quòd sapphirus lapis quasdam habet proprietates, per quas huius secundi articuli singulas significat partes, ac eiusdem filij Dei (de quo iste est articulus) proprietates. Nā secundū Magistrum de proprietat. Sapphirus habet virtutem distinctorum vnitiuam. Virtutem infirmorum sanatiuā. Virtutem turbatorum solatiuam. Virtutem oculorum seruatiuam. Virtutem gemmarum prelatiuam. Sic & verè filius Dei (vt in verbis istius articuli ostenditur) habet virtutem vnitiuam, quia distinctarum vnitiuus naturarum: Et Sanatiuam, quia perditorum redemptiuus peccatorū, quia Iesum. Solatiuam. quia afflictorum solatiuus miserorum, quia Christum. Seruatiuam oculorum, quia cunctorum cognitiuus occultorū, quia Christum. Prælatiuam, quia dominium tenet cæterorum, quia filium Dei vnicū dominum nostrum. Primò ergo sapphirus habet virtutem vnitiuam. Nam vt ibidem dicit Magister: Sapphirus secundum Dioscor. habet virtutem reconciliatiuam discordātium, multum enim valet ad pacem reformandam. Sic & cōformiter filius Dei humanam naturam per peccatum à Deo diuisam reconciliauit, & vniuit, dum in vna persona naturam diuinam, & humanam coniunxit. Vnde Hieronymus in explicatione fidei catholicæ. Confitemur in Christo vnā esse filij personam, vt dicamus duas integras, & perfectas esse substantias, idest, diuinitatis, & humanitatis, &c. Et hanc filij virtutem vnitiuam notat iste articulus.d. Est enim, &, copulatiua coniunctio, vnde istam vnitatem per ly &, ostendit Paulus. d. Mediator Dei, & hominū Christus Iesus, &c. Secundò, sapphirus habuit virtutem sanatiuam, scilicet multarum infirmitatum. Vnde secundum Magistrum, vbi suprà, valet contra tumorem apostematis, quia apostematum reprimit inflaturam, valet contra antracem, quia habet virtutem malitiæ, & venenositatis atrosis expulsiuam, valet cōtra venenum, cuius experientia est, quia si araneam infra pixidem posueris, & verum sapphirum supra pixidis orificium aliquandiu retinueris, aranea eius virtute victa, quasi subitò morietur. Hanc virtutem singulariter habet Dei filius,

Psal. 32.

1. Timot. 2.

qui humanam naturam peccato morbidam, & infirmam sanauit, ac pro peccatis eius satisfaciendo saluauit. Quam virtutem de ipso notat secundum verbum articuli. d. Et in Iesum. Iesus enim saluator interpretatur. Et ideo de ipso dixit angelus. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ. Et sic quia Iesus in saluatione fundatur, ideo ei dicitur. Fundabo te in sapphiris. Tertiò, sapphirus habet virtutem solatiuam. Nam vt dicit Magister, vbi supra, habet virtutem lætificatiuam cordis, vnde valet contra cardiacum, & quamlibet passionem melancholicam. Sic & Dei filius eius aspectu fideles lætificat, ipso teste. Videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Et hãc virtutem de ipso ponit secundus articulus. d. Christum, qui vnctus interpretatur, quia vnxit nos oleo lætitiæ. Ideo ait angelus: Annũcio vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus est saluator mundi, qui est Christus, &c. Et de hac virtute solatiua sapphiri dicitur. Portæ Hierusalem ex sapphiro, & per vicos eius alleluia cantabitur. Quartò, sapphirus habet virtutem visus saluatiuam. Nam, vt dicit Magister vbi supra, de sapphiro dicit Dioscorides, quòd tollit de oculis sordes, & de fronte dolorẽ. Sic & Dei filius, qui est lux vera, illuminans omnem hominem veniẽtem in hunc mundum, in quẽ per ipsum solum oculis cordis possumus cognoscere patrem. Hanc virtutem de ipso secundus narrat articulus, dicens. Filium, scilicet, cui attribuitur sapientia. Hanc virtutẽ nomine filij demonstrabat Christus dicens, q nemo nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Hæc virtus cognitiua in sapphiro figuratur, quando in rationali Aaron, quod rationem, & intelligentiam significat, poni iubetur. Quintò, habet virtutem prælatiuam, quoniam propter sui excellentiam rex lapidum dicitur. Vnde Magister, ubi suprà, hic lapis est gemma pretiosa, regum digitis præ cæteris apta. Vnde hic lapis lapicidario propter sui excellentiã gemma gemmarum vocatur. Sic uerè Dei filius tantam habet super cæteros excellentiam, quòd eius nomen est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Et hanc uirtutem de ipso demonstrat iste articulus dicens, ipsum unicum dominum nostrũ. Apoc. 19. Ipse est rex regum, & dominus dominantium. Et hæc uirtus prælatiua in sapphiro figuratur. Iob. Preciosissimo sapphiro non adæquabitur.

Luca 1. *Esa. 54.* *Ioan. 16.* *Luc. 2.* *Tob. 13.* *Matth. 11.* *Exod. 28.* *Iob 28.*

Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me.

792 *13. q. 6. schismatici.*

Hic Psal. per modum tractatus incipit uerbis explicare, quç prius corde conceperat. Intentio enim psalmistç est ostendere, quòd mundi prosperitas non est affectanda. Et circa hoc primò proponit quæstionem, & eam soluit. Secundò, solutionis ponit declarationem: ibi. *Qui confidunt.* Quantum ad primum sciendum, quòd ultimum iudicium iustis erit ualde delectabile, sed iniustis ualde formidabile. Quam diuersitatem non faciet diuersitas iudicis, sed diuersitas conscientiarum iusti, & peccatoris. Quod declarat Gregor. dicens. In extremo iudicio Christus in semetipso incommutabilis manens, nulla nicissitudine aut commutabilitate uariatur. Sed tamen electis, ac reprobis nequaquam sub specie eiusdem incommutabilitatis ostenditur, quia & tranquillus iustis, & iratus apparebit iniustis. Testem enim conscientiam intra semetipsos deferũt: vnde & eorum mentes æquè vnum respiciunt, sed non æqualiter modificentur, quia & istis eum benignum ostendit anteacta iustitia, & illis terribilem culpa. Quorum pauorem quis explicet, cùm contigerit miseris, & intra se culpas cernere, & ante se iudicem iustum videre? Hoc nimirum quotidie in vsu vitæ præsentis agitur, vt de qualitate venturi iudicis mortalium corda doceãtur. Nam cum duo ad iudicium pergũt, alius innocentiæ sibi conscius, & alius culpæ, ante prolatam sententiam adhuc tacentem iudicem utrique conspiciunt, & tamen culpç debitor grauem contra se irã hoc ipsum iudicis silentium suspicatur. Quam iram sibi non eenunciat perturbatio iudicis, sed recordatio prauitatis. Quia etsi adhuc foris reum sentẽtia non clamat, intus iam conscientia grauiter accusat. At contra iustitiæ amicus decernentis iudicis vultum cõspicit, sed intus

Grego. 32. mor. c. 6.

de

de testimonio bonæ recordationis hila A rescit. Et quod apud se, quod metuat, nō haber, omne, quod cōtra ipsum est, blandum videt. Ex quibus apparet, quòd dies iudicij malis erit multum formidabilis. Et super hoc Psal. fundat intentionem suam quærens, quare mali timebunt in die iudicij? Et sic format quæstionem suam. d. *Cur timebo in die mala*, idest, in die iudicij quæ dicitur dies, quia erit clara, quia tunc omnia erunt manifesta, & aperta. Et dicitur mala quantum ad iniustos, quia tunc damnationis sententia contra ipsos fulminabitur. Vnde de illa die respectu malorum dicitur: Dies illa B tribulationis, & angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubę, & clangoris. Horum ergo causam quærit. d. *Cur timebo in die mala?* Et statim responder. d. *Iniquitas calcanei mei circundabit me*. hæc enim est causa. Vbi notandum, quòd per calcaneum, qui est extrema pars corporis, & finis, intelligitur finis vitæ præsentis. Et quia Deus omnem hominem iudicat secundum statum finis, quia etsi in vita malus fuerit & bonus in fine, inter bonos iudicabitur, vt patet de latrone, & si bonus in vita, & C malus in fine, inter malos iudicabitur, quia secundum Isidorum, quemlibet iudicat Deus, non de præterita vita, sed de fine vitæ. Ideo Diabolus maximè hunc calcaneum, idest, finem nostrū obseruat. Sic enim dictum fuit serpenti à principio: Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius, idest, fini vitæ. Et dæmonibus dicitur. Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Et sic iniquitas calcanei est peccatum, in quo quis moritur. Et hæc est causa, quare timebit quis in die mala. Et istam intentionem ponit Magister in glo. d. Ecce cur time- D bo, quia *iniquitas calcanei mei circundabit me*, idest, pro iniquitate timebo, quam tamen tunc vitare possum. q. d. Non est, quod timere me oporteat, si volo, cū iniquitatem, quæ est causa timoris, vitare in mea sit potestate, pro qua tamen timebitur in die nouissima quæ erit mala dānatis, non iustis. Ideo ergo tunc timet iniustus, quia *iniquitas calcanei mei circundabit me*. Per calcaneū. n. finis vitæ intelligit, cui maximè diabolus insidiatur.

Prouer. 11. | Luc. 18. | Sopho. 1. | Gen. 3. | Psal. 55.

Circundabitur enim tunc peccator ab iniquitate sua, quia ex omni parte erit manifesta. Sic enim dicitur psal. 17. Circundederunt me dolores mortis, torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Qui confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

793 De pœ. d. 3. quamquā.

HIc explicat solutionem datam superius, ostendens ex quo prouenit iniquitas calcanei, quæ timorem inducit in die iudicij. Et ostendit ꝙ prouenit ex duobus. s. ex nimio appetitu præsentis fœlicitatis. Secundò, ex contemptu futuræ fœlicitatis, ibi. *Non uidebit*. Circa primum duo facit. Quia primò ostendit, in quo consistit fęlicitas vitæ præsentis. Secundò, ostēdit quòd illa in die mala non proficit, ibi. *Frater non redimet*. Quantum ad primum ostendit, ꝙ fęlicitas huius mundi maximè in duobus consistit. s. in potestatis robore, & in diuitiarum multitudine. Et quantum ad hoc dicit. *Qui confidunt in uirtute sua*. q. d. Si quæras, qui sunt illi, quos circundabit iniquitas calcanei, respondet, ꝙ illos circundabit, qui cōfidunt in uirtute sua. Vbi notādum ꝙ bona mundi, in quibus mundani confidunt, sunt duplicia. s. quædam intrinseca, ut scientia, fortitudo, eloquentia, pulchritudo, & huiusmodi. Et hæc omnia nomine uirtutis intelliguntur. Quædam sunt extrinseca, ut diuitiæ, honores, amici, fama, &c. Et hæc omnia nomine diuitiarum significantur. Prima enim sunt quodammodo intrinseca personæ, & ideo noīe virtutis, quę quodammodo intrinseca est homini, denotantur. Alia autem sunt extrinseca, sicut, & diuitiæ. Et in istis summa omnium bonorum temporalium consistit. Quasi d. ps. Timor, est de iniquitate, iniquitas autem ex confidentia terrenorū consistit. Et quia textus iste multum est notabilis, & multos tangit, ideo ipsum magis explicando, est notandum, quòd confidunt aliqui in rebus temporalibus multipliciter malè, quia confidentia mala est multiplex, scilicet confidentia auarorum terrenalis abundantiæ, superborum personalis sanctimoniæ, hypocritarum exterioris vanæ gloriæ, tyrannorū

mundalis eminentiæ, reproborum sęcularis sapientiæ. Primò, est confidentia auarorum. Sunt enim quidam tantùm excæcati, quòd totam suam cōfidentiam in mundi diuitijs ponunt, non considerantes quòd illę tempore necessitatis, id est mortis deserunt hominem. Et de istis dicitur. Vbi sunt principes gentium, qui dominantur bestijs terræ, qui in auibus cœli ludunt, qui argentum thesaurizāt, & aurum in quo confidunt homines, & non est finis possessionis eorum? Et tamen exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Vnde talium confidentia q̃ sit vana ostendit Greg. 22. mor. c. 2. d. De creatore desperasse, est in creaturis spem posuisse. In rebus autem dubijs fixerat confidentiam suam diues ille, qui dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Sed huic superna vox increpat. d. Stulte hac nocte animā tuam tollam à te, quæ autem parasti, cuius erunt? Eadem enim nocte sublatus est, quum in rerum abundantia multa sibi fuerat tempora prestolatus, vt scilicet qui in longum subsidia colligenda prospexerat, sequentem diem vel vnum minimè videret. Quasi enim in aquis defluentibus fundamentum ponere, est in rebus labentibus confidentiam spei velle solidare. Stante. n. in perpetuum Deo, transeunt omnia. Quid ergo nisi à stante fugere, est trāsitorijs rebus inhærere? Quisquis ergo defluere deuitat, superest vt quod defluit, fugiat: ne per hoc, quod amat, in hoc cogatur peruenire, quod vetat. Qui enim rebus labētibus inhæret: illo trahitur, quò tendit, quod tenet. Prius itaq; curandum est, ne quis q̃ temporalia diligat, ac deinde ne in eisdem temporalibus qui nō ad dilectionē sibi, sed ad vsum retineret, confidentiam ponat. Et infrà. Sed sunt pleriq; qui etsi in rebus transitorijs nequaquam fiduciam ponunt, cum tamen sibi ad vsus necessarios abundè adsunt, mente tacita lætantur. Qua in re dubium non est, quia tūc quisque minus dolet, q̄ desint æterna, quanto magis gaudet, q̄ adsunt temporalia. Et qui minus dolet, q̄ desunt temporalia interius, magis expectat, vt adsint æterna. hæc Greg. propter quod dicitur. Qui confidit in diuitijs, corruet.

Baruch 3.

Luca 12.

E Secundò, est confidentia superborum. Quidam enim aliqua sua bona considerantes, & mala, nulla aliorum aūt mala, & nulla bona volentes attendere, in seipsis superbè confidentes, cæteros despiciunt. De quorū numero fuerat ille Pharisæus, de quo dicitur. Pharisæus stans à longè, hæc orabat. d. Gratias ago tibi, domine, quia non sum sicut cæteri hominū, &c. Ille enim in seipso de sua sanctitate confidit, qui bona, quæ facit, non Deo, sed sibi attribuit, quod maximæ superbiæ est indicium. Vnde Theoph. prædicta verba exponens super Lucam. d.

F Quia enim superbia plusquam aliæ passiones vexat hominum mentes, ideò crebrius de hac nos dn̄s monet. Est aūt superbia Dei contemptus, quotiens enim aliquis, non Deo, sed sibi ascribit bona, quæ facit quid est aliud quam Dei negatio? Causa ergo confidentium in seipsis, non autem totum attribuentium Deo, sed ob hoc etiā cæteros contemnentiū, parabolam dn̄s proponit, ostendens q̄ iustitia hominū, quāuis approximet Deo, si tamen assumat superbiam, hominem ad infimum deijcit. Et ideò dicitur. Qui confidit in corde suo, stultus est. Tertiò,

G est confidentia hypocritarū. Multi enim suam confidentiā solum in exteriori apparentia, & gloria ponunt nihil de interiori veritate curantes. Et tales idolum videntur colere. Quoniam idolum exterius prætendit formam rei animatæ, cuius virtute caret interius. Similiter faciunt hypocritæ, de quibus d. Psal. Similes illis fiant. s. idolis, qui faciunt ea, & qui confidunt in eis. Quartò, est confidentia tyrannorum. s. mundialis eminētiæ, sicut illorum, qui confidunt in tēporali potentia, in aliorū amicitia, in robore, vel virtute propria. Et de istis ad literam hic d. Psal. *Qui confidunt in virtute*

H *sua*, &c. Sed quam vana sit talis confidentia, multa naturæ docent exēpla. Nonne multotiens, quod fortius est, à debiliori superatur? Nonne petram durissimam aqua mollis suis paruis guttis excauat? Nonne ferrum sua rubigine cōsumitur? Cetus piscis maximus à crocodilo paruo animali sæpe occiditur? Nonne gigas ille magnus Golias, & fortissimus à puero Dauid fuit occisus, & decapitatus? Nonne Sampson ille fortissimus ab vna

Prouer. 11.

Luca 18.

Prouer. 28.

vili

vili meretricula captus fuit, & ligatus. Ideo dr: Maledictus homo, qui cōfidit in hoīe, & ponit carnē brachiū suum, &c. Consimiliter dicendū de confidentibus in potentia mundi. Cæsar.n. Imperator potentissimus orbis, qui in potentia cōfidebat armorū, cum stilis ferreis à Romanis in Concilio fuit occisus. Ille potentissimus Alexāder, amicorū veneno interijt. Qm̄ ergo vanū est confidere in tēporali potentia, q̄ sibi adhærentes in casu defendere non pōt, ideò d. Ps. Nolite cōfidere in principibus in filijs hominū, in quibus non est salus. *Psal. 5.* Nam sæpe cōtingit, q̄ hodie qui maior est ciuitatis, crastina die expellit, hodie imperat, cras decapitatur, hodie dilectus, cras habitus odio. Quintu, est confidentia reproborum, qui.s. in sæculari sapiētia cōfidunt. *Nota cōtra malos aduocatos.* Quanti.n. sunt hodie, qui in astutia verborū, & in stylo sæcularis sapientiæ cōfidunt cæteros posse suppeditare, & ad libitum ducere mūdū? cum tn̄ tales ignorātes uerā sapientiam sint cęci, & duces cæcorū. Et istis dr: Nolite confidere in verbis mendacij, &c. *Hier. 7.* vnde in sapientia sęculari, vel eloquentia non est confidendum, quia non solū in se confidentibus plerunq; est causa mortis æternæ, sed ēt tēporalis. Quid profuit Catoni sapiētia sua, in qua plurimum confidebat, vt per eam inuidens potestati Cæsaris se occiderit propria manu? Quid Senecæ suā sapiētia, propter quam a Nerone coactus fuit eligere sibi mortem? Quid ipsi Achitofel sua sapientia, quæ tāta erat, vt eius consilium Dei putaretur, qui eam in se semel videns despectam, laqueo suspendit seipsum. Et ideo dicitur. *Prouer. 11.* Qui confidunt in togitationibus suis, impiè agūt. Confidendum non est in prædictis, sed solum in Deo. Psal. 124. Qui confidit in domino, sicut mons Sion, nō commouebitur, &c. Omnes ergo in temporalibus confidentes, reprehendens Psalm. ait. *Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine,* &c.

794 ***Frater nō redimet, redimet homo? & non dabit Deo placationem suam.*** *13. q. 2. in præsenti.*

HIc consequenter ostendit, q̄ talia temporalia in die mala non proficiunt, nec iuuare possunt. Vbi notādum q̄ nomine fratris hic Christus intelligitur, qui nostrū se fratrem appellat. d. Narrabo nomēn tuum fratribus meis. *Psal. 21.* Vnde post resurrectionē dixit Magdalenæ. Vade & dic fratribus meis, ascendo ad patrem meum, &c. *Ioan. 20.* Et de ipso dicit Apostolus. *Rom. 8.* Ipse est primogenitus in multis fratribus. Iste frater, scilicet Christus solus, peccatores redimere potest, quia solum precium sufficiens pro nostris peccatis, Deo soluere potuit. Et quamuis vita illius, quam pro nobis dedit in mortē, fuerit sufficiens precium pro redemptione omnium peccatorum, nō tamen omnes redimet per efficaciam, sed solum illos, qui ad participandum precium suæ passionis debitè se disponunt. Cum ergo in temporalibus confidentes se non debitè disponant, ideo Christi passio eis nō proficit, nec redimit eos. Si autem Christus non redimit tales, & nullus alius eos redimere potest, quia nullus alius homo à Christo debitum precium quo Deus placetur peccatori, & peccator redimatur, exoluere potest. Sequitur quòd tales in diē mala damnabuntur, & temporalia bona, in quibus confidebant, eos iuuare non poterunt. Et hoc est, quod dicit hic de ipsis. *Frater non redimet.* hoc dicit affirmatiuè, idest frater Christus nō redimet tales. Consequenter interrogatiuè dicit. *Redimet homo.* q. d. Non, quia nullus alius homo à Christo potest, quare? quia nullus alius placationē Dei pro peccato, vel precium redemptionis debitum soluere potest. Et ideo subdit. *Non dabit Deo placationem suam*, & precium redemptionis animæ. Si ergo tales in mundo confidentes non redimentur in die iudicij, quid erit de ipsis, nisi quòd damnabuntur æternaliter? Vnde de quolibet tali subdit. Laborabit in æternū. Nonne magnus est labor perpetuum sustinere cruciatum, inuitè pati, mori velle, & non posse mori? *Apoc. 9.* Desiderabunt enim mori, & mors fugiet ab eis. Ideo subdit, & viuet in finem. Quia etsi uita præsens, in qua confidebat, hīc finitur, viuet tamen in finem, idest post finem vitæ viuet secundum animam, quia non moritur anima cum corpore, sed dolori reseruabitur, quousque, reassumpto corpore, vtrumque simul crucietur. Ideo dicit.

795 *Et precium redemptionis animæ suæ, & laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem.*

De pæ d.3. quid ergo.

DE damnatorum doloribus, & uita siue morte loquitur Greg.15.mor. de quolibet damnato dicens. Persoluit enim in tormento, quæ hic illicita serua uit desideria, & flammis vltricibus tradi tus semper moritur, quia semper in mor te seruatur. Non enim in morte consu mitur, quia si con sumeretur vita morię tis, cum vita et pęna finiretur, sed vt si ne fine crucietur, viuere fine fine in pœ na compellitur, vt cuius vita hic mortua fuit in culpa, illic eius mors viuat in pœ na. Cruciabitur enim, & non extinguetur, moritur, & viuit, deficit, & non subsi stit, finitur semper, & sine finem semper erit. Hæc solo auditu ualdè sunt terribi lia, quantò magis passione? hęc Greg. Cõ tinuando materiã articulorum supra inceptam, nunc restat tertium articulum declarare, ex tertio ciuitatis fundamento. Vbi notandum, q tertium articulũ posuit Ioannes euangelista. d de Chri sto. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Qui articulus figuratur per tertium fundamẽtum, qui est Calcedonius. Ad hoc autem intelligendum est notandum, q secundum Ma gistrum, vbi supra, Calcedonius multas habet proprietates, istum articulum declarantes. Habet enim mititatis apparen tiam in colore, charitatis congruentiam in colore, vtilitatis abundantiam in valore, puritatis efficaciam in vigore. Sic & conformiter iste articulus continens ver bi incarnationem, & natiuitatem conti net quatuor dicta. s. verbi mititatem, hu manitatis nostræ fragilitatem assumen do. Qui conceptus est. Spiritus charitatem liberationis nostræ vtilitatem per agendo. De spiritu sancto. Fructus vbertatem humanitatis, verbi natiuitaté demonstrando. Natus. Matris puritatem virginitatis sacræ, syncęritaté conseruan do. Ex Maria Virgine. Prima proprietas Calcedonij est, quòd habet in colore mi titatis apparentiam. Habet enim colorem pallidum, & hebetem, vt dicit Magister, vbi supra. Hic autem color significat humilitatem. In cuius signum regina Hester coram Assuero rege humilis apparens in pallorem colore mutato re clinauit caput. Hanc virtutem continet articulus iste, ostendens verbi humilitatem, &c. d. Qui conceptus est. i. cum car ne simul captus. Quod clarius aperiens maius symbolum ait. Et incarnatus est. Hæc autem fuit verbi humilitas maxima, vt carne mortali sibi unita formam serui acciperet dominus omnium. Philip. 2. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, &c. formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Istã conceptionem prædixit Esa. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel quod est nobiscũ Deus. Est ergo sensus huius partis. Qui conceptus est. i. qui nostræ humanitati unitus est, quia secundum Magistrum. Verbum totum hominem in hac conceptione assumpsit, simulq; sibi uniuit animam, & carnem, nec caro prius concepta, & postmodum assumpta: sed in conceptione assumpta, & in assumptione cõ cepta. Ex ista parte istius articuli excluduntur errores. Primus est Valentinianorum, & Eutychetis, qui dicunt uerbũ corpus cęleste secum attulisse, nihilque de Maria Virgine assumpsisse. Quorum ratio est secundum Magistrum, quia humana caro cum de se sit immunda, verbo diuino sine eius inquinatione non posset uniri. Contra istum errorem dicit Ioannes: Qui conceptus est, quia si uerbum illud tale corpus de cœlo in uir ginis vterum attulisset, iam ibi conceptus nõ fuisset, sed solum receptus. Ideo istum errorem Aug. exterminans in libro de agone Christiano, & recitatur à Magistro, ubi supra, dicit. Non sunt audiendi, qui nec uerum hominem filium Dei suscepisse dicunt, neque natum de fœmina, sed falsam carnem, & imaginẽ corporis simulatam ostẽdisse uidẽtibus. In quem errorem prorepunt, quia timent, quod fieri nõ põt, ne humana car ne ueritas, & substãtia Dei inquinetur. Et tamen prædicant istum uisibilem solem radios suos per omnes fęces sparge re, & eos mundos seruare. Si ergo uisibilia munda à uisibilibus immundis con tingi possunt, & non inquinari, quantò magis incommutabilis, & inuisibilis ueritas totum hominem sine sui contaminatione

Artic. 3.

Hester. 15.

Esa. 7.

Lib. 3. d. 2.

Aug. in lib. de agone Christiano. cap. 18.

natione assumpsit? &c. hunc ergo errorem extirpans ait. Qui cóceptus est. Secundus fuit error Photini, qui dicit, ꝙ iste conceptus in uirginis utero fuit purus homo. Cuius ratio est, Quia, cũ omnis natura composita ex corpore, & anima humana fit homo, & per consequens persona creata, si persona verbi talem personam assumpsisset iam Christus esset duæ personæ. Contra istum errorem dicitur. Qui conceptus est. Nam ly qui, refertur ad personam filij, de qua superius immediatè dictum est. Et in Iesum Christum filium Dei. Ipse ergo filius cóceptus est, i. simul carni vnitus. Contra B istum errorem instat Theoph. in sermone. d. Dicat nunc Photinus, quô humana natura per vuluam uirginalem nata, vuluę virginitatem seruauit incorruptã? Nullius enim hominis mater virgo permãsit. Sed quia natus est de carne Deus verbum custodiuit matris integritatem, seipsum per hoc verbum esse ostendens. Neq; enim nostrum verbum cum concipitur, vel paritur, corrumpit mentem, nec Deus verbum in conceptione, vel partu peremit virginitatem. Ad rationẽ autem ipsorũ patet, ꝙ assumit falsum. s. ꝙ persona verbi personam hominis as- C sumpsit, quod est falsum, vt deducit Magister lib. 3. dist. 5. Nec etiam assumpsit animam prius corpori unitam, vt supponit. Quia illa cóceptione fuerunt assumpta, & in assumptione concepta. Ex prædictis apparet, quòd istum conceptum habemus credere Christum esse verum Deum contra secundum errorem, & verum hominem contra primum, vt sic virgo ipsum concipiens dicat. Concepi hominem per Deum, vbi uide nostram humanitatem, quia concepi hominem, ut uerbi diuinitatem, quia per Deum. Istas duas naturas in isto conceptu esse uni- D tas claré ostendit Angelus Mariæ. d. Ecce concipies, & paries filium, quem demonstrauit esse Deum. d. & filius altissimi uocabitur, & uerum hominẽ ipsum appellans filium Dauid. d. Et dabit illi Deus sedẽ Dauid patris sui. Vbi Beda. Omittat ergo Nestorius dicere Christum hominem tantum à uirgine natũ, & hunc cum uerbo Dei non in unitatę personæ esse receptum. Angelus enim, qui asserit eundem ipsum patrem habere Dauid, quem filium altissimi uocari pronunciat, in duabus naturis unã Christi personam demonstrat. De alijs partibus articuli dicam in sequentibus.

Gen. 4.

Luc. 1.

796 *Non uidebit interitum, cum uiderit sapientes morientes, simul insipiens, & stultus peribunt.*

Consequenter hic ostendit, ꝙ malitia mundanorum prouenit ex contemptu supernæ fœlicitatis, ex eo, scilicet, quia mundani non credunt aliam vitam nisi præsentem, ideo liberius ad peccata currũt. Et diuiditur in duas partes. Quia ponitur primò illorum opinio falsa. Secundò, fidelium opinio vera, ibi. *Homo cum in honore.* Prima pars diuiditur in partes tres. ſm quod tripliciter probant suam falsam opinionem. Primò, ex parte personarum, quæ æqualiter moriuntur. Secundò, ex parte diuitiarum, quæ æqualiter relinquuntur, ibi. *Et relinquent.* Tertiò, ex parte ædificiorum, quæ solemniter fabricantur, ibi. *Tabernacula eorum.* Quantum ad primum sciendum, ꝙ mundanorum falsa opinio est, ꝙ non sit alia vita post istam, & ꝙ sicut moritur corpus, ita moriatur & anima, propter quod dicunt, quòd in præsenti vita homo debet voluptuosè viuere, & frui temporalibus bonis, vnde in persona talium dicitur. Dixerunt impij apud se cogitantes non rectè. Exiguum est, & cum tædio tempus vitæ nostræ, & non erit refrigeriũ in fine hominis, & non est agnitus, qui sit reuersus ab inferis. Et infrà: Venite ergo fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, vino precioso, & vnguentis nos impleamus, non pertrãseat nos flos temporis, coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratum sit, quod nõ pertranseat luxuria nostra, quia post hoc erimus tanquam non fuerimus, &c. Et ista opinio est occasio omnium peccatorum, quia tales ponunt fœlicitatem suam, & finem precisè in vita præsenti. Probant ergo istam opinionem, primò ex hoc, quòd omnes æqualiter moriuntur iusti, & iniusti, & sapientes, & stulti. Et ideo ex æqualitate mortis arguunt, quòd non sit alia uita, in qua iusti præmientur, & mali puniantur. Et sic non intelligunt uerũ interitum,

Sapien. 2.

perditur, sed manet erogatum, diu enim A cum rebus nostris durare nō possumus, quia aut nos illas amittēdo deserimus, aut illæ nos viuentes quasi deserunt pereundo. Agendum ergo nobis est, vt res absolute perituras ipsas erogando, in non pereuntem trāsire faciamus mercedem. Ex quibus apparet, quòd iusti non dimittunt alienis diuitias suas, vt peccatores, sed illas ante se per pauperes transmittunt. Consimili enim modo dicebat beatus Laurentius Decio, Nam & facultates ecclesiæ, quas requiris, in cœlestes thesauros manus pauperum deportauerunt. Ad opinionem B autem illorum sequitur, quòd mortuo homine, moritur anima, & sic de homine mortuo non remanet nisi cadauer, quod in sepulchro ponitur, propter quod sequitur. *Et sepulchra illorum domus illorum in æternum*, idest, in æternum alias domos non habebunt. Quasi dicat: Tam iusti quam iniusti post mortem nihil habent, nisi quod cadauera eorum in sepulturis maneant in æternū, idest, absq; spe resurrectionis futuræ.

798 *Tabernacula eorum in progenie, & progenie, uocauerunt nomina sua* C *in terris suis.*

De pæ. d. 3. quid ergo.

HIc ponitur tertia ratio ex parte ædificiorū quæ stat in hoc. Si alia vita esset post istam, homines non quærerent cum sumptuosis ædificijs memoriam suam perpetuare, cuius oppositum videmus, quia homines faciunt quandoque magna, & fortia ædificia, quæ lōgo tempore possint durare, & in multis generationibus, ad istum finem, ut in illis remaneat ipsorum nomen, & fama, Sicut videntes palatium Iulij Cæsaris, eius famam sibi reducunt in memoriā. D Et sic per talia ædificia vocauerunt. i. in memoriam reduxerūt; *nomina sua in terris suis.* Homo enim tam in vita quàm post mortem magis cupit famam, & suū nomen dilatari in terra sua, quàm in aliena. Simile enim legitur, 2. Reg. 18. de Absalon. vbi dicitur. Porrò Absalon erexerat sibi titulum, cum adhuc viueret. Dixerat enim: Nō habeo filium, in quo scilicet remaneat memoria mea, & hoc erit monimentum nominis mei. Consimile habetur Genes. 11. Dixitque alter ad proximum suum. Venite faciamus ei ciuitatem, & turrem, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen nostrum. Ista autem non facerent homines, si post hāc vitā nō viuerent, quia cū ipsis nomen ipsorum, & fama duraret. Sed hoc argumentum non valet, quia etsi peccatores, qui aliam vitam non sperant, per talia transitoria famam suam perdurare conantur, non tamen iusti, qui solum per uirtutes famam suam apud Deum ponere laborant, vt notat Greg. dicens. Omnes, qui cogitatione terrena huic sæculo conformantur, per omne, quod agunt, huic mundo relinquere sui memoriam conantur. Alij bellorum titulis, alij altis ædificiorum mœnibus, alij disertis doctrinarum sæcularium libris instanter elaborant, sibimet memoriam, & famam ædificant. Sed cū ipsa ad finē celerius vita percurrat, quid in ea fixum stabit, quando & ipsa celeriter mobilis pertransit? Aura etenim cinerem rapit, sicut scriptum est. Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Rectè ergo stultorum memoria cineri cōparatur, quia illic ponitur, vbi ab aura rapiatur. Quantumlibet etenim quisque pro perficienda gloria sui nominis elaboret, memoriam suam quasi cinerē posuit, quia hanc citius ventus mortalitatis rapit. Quocirca de iusto scriptum est. In memoria æterna erit iustus. Eo enim ipso, quo facta sua solius Dei oculis imprimit, nomen suæ memoriæ in æternum figit.

Greg. li. 11. mor. c. 17.

Psal. 1.

Psal. 3.

Homo, cū in honore esset, non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. 799

HIc consequenter ponitur vera fidelium opinio, scilicet, quod homo ad imaginem Dei capax est, & post hanc vitam Deum habere. Et duo facit. Quia primo ostēdit hominē ad imaginem Dei factum. Secundò, vnde sit infidelium scandalum, ibi. *Hac uia.* Quantū ad primum notandum, q magnum honorem Deus dedit homini qā ipsum ad suam imaginem, & similitudinem formauit, quia per rationem capax est Dei, & per

& per amorem ei põtest stabiliter inhærere. Et per hoc homo ordinat ad æternam beatitudinem, hanc autem dignitatem carnalis homo non intelligit. Et hoc est; quod dicit. *Homo cum in honore esset*, i. ad imaginem Dei factus, *non intellexit*, s. suam dignitatem, s. quod per intellectum homo præest iumentis, nõ viribus. Et ideò perdendo rationẽ, i. dum viuit secundum sensualitatẽ; & non s{m} rationem, *comparatus est iumentis, & similis factus est illis*. quia in nullo est homo superior iumẽto nisi per rationem, qua perdita, non est superior iumento. Ideo de peccatore, qui, perdita ratione, bestialiter viuit, dicitur. Vnus est interitus hominis, & iumentorum, & vtrinsq; æqua conditio, & nihil habet homo iumento amplius. Vnde Greg. 24. mor. ad propositum istum textũ Inducit. d. Scriptura sacra aliquando homines dicere solet humana sapientes, sicut ait Apostolus. Cùm enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis? nonne homines estis? Nonnunquam verò homines dicit eos, quos à bestijs ratione distinguit. i. illos, quos non subijci passionum motibus demonstrat. Quibus per prophetã dicitur: Vos autem greges mei homines estis, quia illos nimirum Deus pascit, quos voluptas carnis iumentorũ more non afficit. At contra, ij, qui carnali affectioni succumbunt, non tam homines, sed iumenta nominantur, sicut de quibus in peccato suo morientibus per prophetam dr. Computruerunt iumẽta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo computrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitã finire. Nõ enim esse homines, sed iumentã declarãtur, de quibus per prophetam dr. Carnes asinorum, carnes eorum, & fluxus equorum fluxus eorum. Vnde & per Dauid dicitur. *Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis*. Sic ergo meritò vocantur homines, qui iustitiæ ratione suffulti sunt, sic & irrationabilia animalia vocantur ij, qui carnali delectationi deseruiunt, hæc ille. Istum textum pulchrè sub alijs verbis deducit Bern. d. *Homo, cũ in honore esset, nõ intellexit*, &c. Heu quõ de grege facta est egregia creatura. Puto dicerent iumenta, si possent

Eccle. 3.
Gregor. 24. mor. c. 8.
1. Cor. 3.
Ezech. 34.
Iohel 1.

E loqui. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. *Cum in honore esset*, inquit. In honore? certè quia habitabat in paradiso, in loco voluptatis cõuersatio eius nihil molestiæ, nihil indigentiæ sentiebat, odoriferis stipatus malis, fultus floribus gloria, & honore coronatus, & constitutus super opera manuum plasmatoris: magis aũt ob insigne diuinæ similitudinis, & imaginis præcellebat. Erat illi societas cum angelis, & cum omni militia cœlestis exercitus, sed mutauit istã gloriam ad similitudinem vituli comedẽtis fœnum: Inde est, q panis angelorum F factus est fœnum peccatorum. Ergo cibus hominis mutauit se in cibũ peccatoris, homine mutato in pecus. Heu tristis, & lachrymosa mutatio, vt homo paradisi accola, terræ dñs, cœli ciuis, domesticus dñi sabaoth, spirituũ cęlestium, & cohæres virtutũ, repentina se conuersione inuenerit propter infirmitatẽ iacentẽ in stabulo, propter pecorinã similitudinẽ indigentem fœno, & pp indomitam feritatem alligatum præsepio. Agnosce tñ, ò bos, possessorẽ tuum, & tu asine, præsepe domini tui. Cognosce pecus, quẽ nõ cognouisti homo. Adora in stabulo, quẽ G fugiebas in paradiso. Adora eius præsepium, cuius contempsisti imperium. Sed quæ est causa tantæ deiectionis, hæc est quia *homo cum in honore esset, non intellexit*, &c. hæc Bernard.

Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.

O Stendit hic, vnde tñ peccatorum processerit scandalum. s. ab amore vitæ præsentis. Vnde notãdũ, q præsens vita in rei veritate nihil aliud est, q̃ quædam via, qua cõtinuo pergimus ad mortem, quia continuè iusti pergunt ad pa- H triam, & mali ad gehennam. vnde Greg. d. Viator quippe dr, qui præsentẽ vitam viã sibi esse, & non patriã attendit, qui in dilectione prætereuntis sæculi cor figere despicit, qui non remanere in transeuntibus, sed ad æterna peruenire concupiscit, &c. Dicat ergo Psal. *Hæc via illorum scandalum*. s. hæc præsens vita, quæ realiter est via, est scandalum illorum. s. casus illis, quia amor vitæ præsentis omne scãdalum causat peccatorũ, quia inde procedit omnis dolor, omnis stimulus, securitas

800
6. q. 1. integri.
Gregor. 15. mor. c. 27.

ritas nulla, sed timor omnis. Hic enim amor facit eis scandalum, quia facit eos ruere de peccato in peccatum. Et tamē istis non obstantibus peccatores in præsenti uita fœlicitatem suā ponentes iactant se de tali vita tanquam; assecuti fœlicitatē homini possibilem, Et hoc est quod subditur. *Postea in ore suo complacebunt*.s. habita huius vitæ fœlicitate, ex hoc verbis sibiipsis complacentibus se extollunt. Consequēdo materiam articulorum, restat secunda pars tertij articuli, declarata prima, quæ dicit. Qui cōceptus est. Sequitur: De spiritusancto, quam particulam declarat secundū fundamentum.s. Calcedonius. Nam vt dicebatur, secūda proprietas Calcedonij est, q habet in calore charitatis congruentiam. Conditio.n. charitatis est q homo ipsa calefactus, & inflammatus alios quāuis debiliores, & imperfectiores sibi vnit & ad se attrahit, iuxta illud. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserens. Hanc aūt congruentiam, & similitudinē habet Calcedonius, qui suo calore res etiam viles ad se attrahit & sibi vnit, quia secundum Magistrum, vbi supra, Calcedonius calefactus paleas ad se attrahit. Hanc conditionem continet hęc secunda pars articuli ostendens spiritus charitatem, dicens de spiritu sancto. Vbi notandum, q cum charitas spiritui sancto approprietur, ideo ad ostendendū, q iste cōceptus nullis nostris meritis præcedentibus sed solum charitate, qua nos dilexit Deus, est factus, quo naturam humanam nomine paleæ significatam calore suæ charitatis velut Calcedonius paleas sibi uniuit. Vnde Magister dicit, q cum Christus de spiritusancto cōceptus dicitur, insinuatur nobis Dei gratia, qua homo nullis suis meritis præcedentibus in ipso exordio naturæ suæ, quo esse cœpit, verbo Dei copularetur in tantā personæ unitatem, vt idem esset filius Dei, qui filius hominis, & ecōtrario, quæ gratia per spiritumsanctum est significata, quia ipse proprie sic est Deus, vt sit etiā donum Dei. Per hoc ergo, q de spiritu sancto conceptus esse Christus dicitur, quid aliud quàm ipsa gratia demonstratur, qua homo mirabili, & ineffabili modo verbo Dei est vnitus, &c. Sic ergo Christus tanquam Calcedonius paleas

Hier. 1.

A attrahit, dum feruore suæ charitatis accensus paleas nostræ humanitatis sibi copulauit. Quod confirmat Magister ibidem.d. De spiritu sancto conceptus dicitur Christus, quia spiritussanctus est charitas, & donum patris, & filij, & ineffabili Dei charitate verbum Dei caro factum est, & inæstimabili Dei dono filius Dei sibi uniuit formam serui. Et ideo filius Dei summa charitate hunc conceptum, quo sibi nostram naturam copulauit, esse factum ostendit ante longè, cum de omnibus prædixerat Oseę 11.d. Traham eos in funiculis charitatis. Aduertēdum autem, q ex ista particula de spiritusancto, aliqui sumpserunt occasionē erroris, dicentes, q Christus quaotū ad humanitatem est filius spiritussancti, sicut quātum ad diuinitatem est filius patris. De quibus ait Aug. in Enchiridio. Nunquid ideò dicturi sumus patrē hominis Christi esse spiritū sanctum, vt Deus pater verbū genuerit, & spiritussanctus hominem? Quod aūt tam absurdum est, vt nullæ fidelium aures id velint sustinere. Et consequenter ponit argumentum eorum.d. Qūo ergo eum dicimus de spiritusancto natum, vel conceptum, si nō C eum genuit spiritussanctus? Ad hanc rationem r̄ndet. Hiero. in exposit. fidei catholicæ dicens, Non, sicut quidam sceleratissimè affirmant, spiritum sanctū dicimus fuisse pro semine, sed potētia, ac virtute creatoris dicimus operatū. Et ideo hunc cōceptum effectiuè, naturaliter.n. de spiritusancto fuisse prædixit angelus Mariæ, dicens, Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi, &c. Tertia proprietas Calcedonij est, q in ortu notat t̄pis plenitudinē. Nā ut ait Magister, vbi supra, hic lapis inuenitur ad repercussum plenæ lunæ. Hanc conditionem continet hic articulus, ostendens verbi incarnati natiuitatem in temporis plenitudine factum. d. Natus. Et verè hic natus est, vt Calcedonius in plenilunio. Vbi nota quòd lunæ nomine in scriptura tempus designatur, & hoc propter suam mutabilitatem, quia sicut tempus est res successiua, nunquam in eodem statu permanens, sic & luna. Et ideo Hebræi menses, & tempus secundum lunationes mensurant, secundum August. Et ideo lunam pro

Luc. 1.

Aug. 15. de ciuit. c. 12.

Psal.103. pro tempore accipiens psal.d. Fecit lunam in tempora. Si ergo per lunam tempus significatur, quid significat, nisi temporis plenitudinem? Sed natiuitas Christi fuit in plenitudine temporis, ergo in plenilunio, & per consequens Christus vt Calcedonius apparuit in plena luna, quod autem Christus natus fuerit in plenitudine temporis Apostol.d. At vbi *Galat.4.* venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. In ista parte insurgunt duo dubia. Primum, quare tempus natiuitatis Christi dicitur plenitudo temporis. Ad hoc respondet Magister Io. Bachon.in postilla ad Gal.d. quòd propter F multa. Primò, propter plenitudinem pacis, & bonorum temporalium, iuxta illud Esai. 2. Conflabunt gladios suos in vomeres, &c. psal.71. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Secundo, propter plenitudinem gratiarũ Io. 1. De plenitudine eius omnes accepimus, gratiã pro gratia. Tertiò, propter adimpletionem figurarum, & legalium, Mat. 5. Non veni legem soluere, sed implere. Quartò, propter plenitudinem diuinarum promissionũ. 2. Cor. 1. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est, ideo per ipsum. Quintò, propter impletionem propheticarum visionum. Dan. G 9. Vt impleatur visio & prophetia, &c. Sexto propter impletionem temporis. 1. Cor. 10. Nos sumus, in quos fines sæculorum deuenerunt. Septimò, propter impletionem ruinæ angelorum. ps. 109. Implebit ruinas. Octauo, propter plenitudinem præmiorum: Esa. 58. Implebit splendoribus animam tuam, &c. Nonò propter plenitudinem vniuersorũ. Ephe. 1. Proposuit in ipso in dispensatione plenitudinis ipsius instaurare oĩa, & quæ in cœlis, & quæ in terra. Secũdum dubium est, quo Ioannes hic dicat Christum natum, cum apostolus dicat eum non natum, sed factum. Gal. 4. Misit Deus filiũ suum factum ex muliere, &c. Respõdeo, quamuis Christus verè de Maria Virgine sit natus teste angelo. Lucæ. 2. Annũcio vobis gaudiũ, &c. quia natus est, &c, Apostolus tñ dicit eundem factum, vt ostendat differentiam inter huius natiuitatem, & aliorum, vnde Magister. d. Quæri põt. cur nos saluatorem natum profiteamur, cum Apostolus eum factũ

Christus natiuitate in vtero dicitur factus non natus, sed ex utero dicitur factus.

Lib.4. d.4.

E dicat ex muliere, cum aliud sit fieri, & aliud nasci. Aliquid enim significat homo. Quia enim non humano semine cõ creata est caro domini in vtero virginis & corpus effectũ, sed effectũ, & virtute spiritus sancti, ideo apostolus dicit eum factum, non natum. Aliud est. n. semine admixto, & sanguine coagulato generare. Aliud est non permixtione, sed virtute procreare, possunt. n. homines generare filios, sed non facere. Ecce ergo, quare dicit apostolus Christum factum non natũ, ne. s. eius natiuitas, quæ fuit sine uiri semine, nostræ similis putetur, quæ seminum commixtione conficitur, &c. Et istam natiuitatem Esa. prędixit. d. Puer natus est nobis, &c. & vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis, &c. *Esa. 9.*

Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. 801

Hic consequenter explicat bonorũ præmia, & supplicia malorum. Et diuiditur in tres partes. Quia ponit primò malorum supplicium, Secundò, bonorum dominium, ibi. *Et dominabuntur.* Tertiò, Christi adiutorium, ibi. *Veruntamen.* Quantum ad primum sciendum, quòd prophetæ multotiens de futuris loquũtur per verba de præterito uel de præsenti, eo quòd sicut præterita sunt certa carentia oĩ dubio, sic & prophetis futura reuelata erant certa. De illis ergo, qui in præsenti uita bonis creatis fruũtur. d. *Sicut oues in inferno positi sunt*, idest ponentur post ipsorum mortẽ. Sicut oues. n. quia sicut ouis ignorãter ducitur ad mortẽ, sic isti ignorantes vitam futuram ad infernum ducuntur. Hũc aũt H passum sic exponit Ber. *Sicut oues in inferno positi sunt*, quam bene sicut oues, quia detracto vellere terrenarum diuitiarum dure pressesque detonsi sempiternis nudi damnabuntur incendijs. Sequitur. *Mors depascet eos.* Quod ideo dicit secundũ Ber. quia in inferno semper moriuntur ad vitam, & semper viuunt ad mortem, vnde hic ipsorũ caro vermibus illic anima dæmonibus deputatur, donec rursus infœlici collegio tormentis pęnalibus socientur, qui socij in vitijs fuerunt. Vbi notandum, quòd res multotiens ab effectu accipit nomen, sicut

dicitur

dicitur pictor à pictura, vnde quia Christus est vitæ dator, dicitur uita, sicut dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Sic & quia diabolus fuit prima cã mortis, non immeritò ipse mors appellatur. Sapien. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. vnde ad literam de diabolo dicitur: Et nomen illi mors. Sic ergo *mors depascet eos*.i. diabolus. Vnde gl. *Mors depascet eos*.i. diabolus. hoc.n. dicitur à simili iumentorum, qui non radicitùs corrodẽdo herbas, euellunt, sed summitates capiunt, vnde iterũ herbæ nascũtur ad pastũ. Sic & in inferno mortẽ depasti reuiuiscunt. quia nunquã deficiunt vel *depascet eos*.i. de pascua ad pascuã.i. de pœna ad pœnam deducet. Alia litera vt dicit Magister habet sic, *Mors pastor est eis*, quia sicut Christus suis est vita, ita diabolus est mors malis, qui pastor est illis vt ouibus, quas trahit ad pascua mortis.

Ioan. 14.

802 *Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxiliũ eorum ueterascet in inferno à gloria eorum.*

Hic ponitur bonorum prẽmium ad dominium. Vbi notandum, quòd per matutinum siue per manè intelligitur resurrectio generalis, vbi oĩa omnibus erunt nuda, & aperta. In resurrectione autem iusti præmiabuntur, & honorabuntur, quia cũ Christo iudicabuntur. vnde sicut iudex habet dominium supra reum, ipsum iudicando, sic & in matutino resurrectionis iusti dominabũtur peccatoribus. Hoc dominium beatorum supra dãnatos bene præuiderat Salomon d. Seruus prudens dominabitur filijs stultis. Iusti.n. præsenti uita sunt serui prudentes per humilitatem Christo seruiẽtes, peccatores autẽ, qui florent in mundo, & habent libertatem malitiæ, vt filij diaboli stulti dicũtur, quia usu rationis carent, sibi de auxilio in tempore opportuno prouidere nolentes, propter quòd subditur. *Et auxilium eorum ueterascet in inferno*.i. auxilium, quod hic vincẽtes habebant, vt puta auxilium diuitiarũ potentiam scientiarum, vel amicorum ibi nihil proficiet illis. Et hoc est, quod dicit. *Veterascet in inferno*, i. cessabit, quod enim antiquatur, deficit. Et, si quæras qualiter veterascet, vel deficiet, respondet, *à gloria eorum*, idest, iuxta quãtitatem gloriæ ipsorum, quam in præsenti vita habuerunt. Quia quantò aliquis malus in præsenti uisus est habere gloriam inter homines, tãto in inferno ampliorem corruptionem patietur, iuxta illud quod habetur Apoc. 17. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Alia autẽ litera habet, *A gloria sua expulsi sunt*.

Matth. 25.

Prouer. 1.

Veruntamen Deus redimet aĩam meã de manu inferni, cum acceperit me. 803

Ponit hic Christi adiutorium. Quia quamuis de malis dixit superius, ꝙ frater, idest Christus non redimet.s. malos, boni tamen per ipsum redimentur. Vnde in persona omnium iustorum dicit. *Veruntamen Deus redimet*, &c. Et nota, quod redemptorem nostrum verum fatetur Deum, & hominem, uerum hominem, quia per humanitatem ipsum nostrum fratrem appellat, dicẽs. Frater non redimet: verum Deum. vnde hic.d. *veruntamen Deus redimet*, &c. Et sicut superius terruit malos per desperationem redemptionis.d. Frater non redimet. Ita modo bonos consolatur spe redemptionis.d. *Deus redimet*, &c. Et quia redemptorem nostrum oportebat Deum & hominem esse.s. Deum, qui posset hominem, qui deberet. Ideo hic vtrunque ponit.s. Deum, cum dicit: Deus redimet & hominem cum addit, *cum acceperit me* idest, humanitatem meam in unitatem suæ personæ. Et notandum, ꝙ nomine inferi quandoq; intelligitur ipse diabolus, quandoq; uero pœna infernalis siue locus. Significatur.n. inferni nomine diabolus Iob 26. Nudus est infernus corã eo, quod dicitur de diabolo, quia omnis eius malitia, & cogitatio Deo nuda est, & aperta, ut exponit Greg. 17. mor. c. 11. Et tunc est sensus. *Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi*, idest, de potestate diaboli. Quod facit etiam in præsenti, peccata dimittendo. Significatur etiam inferni nomine locus inferior, ad quem ante Christum omnes quantumcunque iusti descendebãt, licet diuersimode, de quo inferno sanctos patres redemit, cum illos secum extraxit ibidem dimittendo reprobos. Sed quo-

quomodo redimet animā de manu inferni, cum in inferno nulla sit redemptio? Ad hoc respondet Gregor. d. Quia ante aduentum mediatoris Dei, & hominum, omnis homo quamuis mundæ, probatæque fuerit uitæ, ad inferni claustra descendit, dubium non est, quia homo, qui per se cecidit, ad paradisi requiem per se redire non potuit, nisi veniret ille, qui suæ incarnationis mysterio eiusdem nobis paradisi iter aperiret. Nec tamen ita iustorum animas ad infernum dicimus descendisse, vt in locis pœnalibus tenerentur, sed esse alia inferiora inferni loca, alia superiora credenda sunt, vt & in superioribus iusti requiescerēt, & in inferioribus iniusti cruciarentur. Vnde & psal. propter præuenientem se Dei gratiam dicit: Eripuisti animam meam ex inferno inferiori. Ex inferno ergo electos eduxit, & reliquit reprobos. Vnde per Osee prophetam dominus dicit: Ero mors tua ò mors, ero morsus tuus, ò inferne: Quod .n. occidimus, agimus penitus ut non sit, ex eo vero quod mordemus, partē abstrahimus, partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis dominus funditus occidit mortem, mors mortis extitit, quia vero ex inferno partem abstulit, partemque reliquit, nō occidit funditus, sed momordit infernum. Dicit ergo: Ero mors tua, ò mors. i. in electis meis te funditus perimo. Ero morsus tuus, inferne, quia sublatis eis, te ex parte transfigo. Vult ergo Greg. dicere, q in inferno sunt diuersa loca. Aliqua pœnarum, aliqua sine pœnis. In primo nulla est redēptio, sed bene in secundo. Vel sm alios, idem locus erat bonorum, & malorū, sed malis erat locus pœnarum & non bonis. Sicut idē locus carceris, vni pōt esse locus damnationis ad mortem, alteri vero ad requiē.

Greg. 12. mor. c. 7.

Osea 13.

804 *Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.*

12. q. 2. gloria.

HAec est quarta pars principalis, in qua ad mundum non timendū iustos prouocat. Admonet .n. non timere mundi aduersitates, nec affectare mundi gloriā. Et hoc propter tria: Primò, quia prosperitas & gloria mūdi in morte terminatur. Secundò, quia solum verbis cō mendatur, ibi, *Quia anima eius.* Tertiò quia in pœnis terminatur, ibi. *Introibit.* Quantum ad primum sciendum, quod multi videntes malos prosperari in mūdanis, & bonos aduersa multa pati, admirantur quomodo Deus talia permittit. Et ex hoc timent bonos esse, ne aduersa patiantur. Et quemlibet talem admonet psal. d. *Ne timueris.* s. esse bonus. Ex hoc cum videris, quod *diues factus fuerit homo*, & tu pauper, cū etiam videris quòd *multiplicata fuerit gloria domus eius*, & tu sis alijs in opprobrium. *Ne timueris* ista, idest ne mireris ista, quia prosperitas mūdi signū est calamitatis æternæ. Aduersitas autem est signum fœlicitatis futuræ. Secundum enim naturales vnumquodq; denominatur bonum, vel malū à suo fine. Sic quòd illud, cuius finis est bonus, illud quoq; bonum est, & illud, cuius finis est malus, illud quoque malum est. cum ergo finis prosperitatis mūdi sit malus, ipsa erit dicēda mala, & per consequens fugienda, & cum finis aduersitatis sit bonus, ipsa erit bona, & appetenda. Sic .n. dicitur de homine syluestri qui qñcunq; habet pulchrum tempus, ipse tristatur, sciens q post pulchrum tēpus, sequitur pluuia. Consimiliter qñ habet aduersum tempus lætatur, sciens q post tempestatem sequitur tranquillitas. Vnde Greg. 16. moral. d. Quisquis in vita præsenti recta agit, & aduersa sustinet, laborare quidem ex aduersitate cernitur, sed ad benedictionem hæreditatis perpetuæ conseruatur. Quisquis vero peruersa agit, & tamen prospera recipit, seque à malis actibus nec donorū largitate compescit, prosperari quidem cernitur, sed reatu perpetuæ vltionis ligatur. Quod idem Greg. familiari exēplo ostendit, dicens: Proprium infirmantium. i. peccatorum iudicium esse solet, vt tantò quempiam existiment iustum, quantò hunc adipisci conspiciunt omne, quod appetit. Cum tamē nouerimus bona terrena, nonnunquam iustis subtrahi, quæ largo munere tribuuntur iniustis. Quia & desperatis ægris medici, quicquid poscunt, dari pręcipiūt, & eos, quos reduci posse ad salutem præuidēt, quæ appetunt, dari eis contradicunt. Sic ergo nō admirari de temporali prosperitate

Gregor. 16. moral.

Gregor. 16. mor. c. 11.

ritate malorum nos admonet Psal. dicens: *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius*, id est, ne mireris ex hoc, vel turberis. Consimiliter admonebat Mathathias filios suos dicens: A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus, & vermis eius est, hodie extollitur, & non inuenietur: quia, scilicet, omnis talis gloria in morte terminatur. vnde subdit.

805 *Quoniam cùm interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.*

Omnia hic possessa.

ET notanter dicit, descendet, quia talis quilibet in morte ad inferni tormenta cadit, & ab omnibus diuitijs, & amicis derelinquitur. Et ideo ratione suæ breuitatis omnis mundi gloria, vel apparatus despici debet. vnde Gregorius decimoquinto moralium, capitulo primo. Ex præteritis colligitur quàm nulla sunt, quæ videntur aliquid esse, dum sunt. Si enim ab ipso humani generis exordio vsque ad tempus, in quo sumus, mentis oculos ducamus, omne, quod finiri potuit, quàm breue fuerit videmus. Ponamus enim quemlibet hominem à primo die mundi conditum, vsque ad hodiernum diem vitam ducere, hodie tamen eandem vitam quam longam ducere videbatur, finire. Ecce finis adest, præterita iam nulla sunt, quia cuncta transierunt. Futurum in hoc mundo nihil est, quia nullum ad vitam vel breuissimum restat momentum. Vbi est ergo longum tempus, quod inter initium, finemque depressum ita consumitur, ac si nec breue vnquam fuisset? Impij itaque, qui præsentem vitam diligunt, in ea proculdubio elati prosperari appetunt, gloriam quærunt, non esse boni, sed videri appetunt, quã prosperitatem, & gloriam longam esse existimant, dum assequuntur, sed breue intelligunt fuisse, dum amittunt. In fine quippe eis ostenditur, quod nihil fuerit, quod amauerunt. d. Ps. *Quoniam, cùm interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius.*

806 *Quia anima eius in vita ipsius benedicetur, confitebitur tibi, cùm benefeceris ei.*

HIc ostenditur, quòd prosperitas vitæ præsentis solum verbis cõmendatur. Vbi notandum quòd diuitibus & magnis adulantur homines, non pauperibus & patientibus aduersa. Ideo quandiu manet homo ĩ prosperitate vitæ præsentis, *anima eius*, id est, ipse, vel ipsius sensualitas *benedicetur* per adulationẽ, & vanam laudem. *Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei*, quia tales laudant illos, qui ipsos adiuuant ad statum prosperitatis tenendum, vel ampliandum. Et ideo sicut alij ipsis adulantur, ita & alijs ipsi. Sed ista est falsa laudis confessio, quam parit prosperitas, vera autẽ, quæ fit in aduersis. Vnde istum textum exponens Gregor. 8. mor. ait. Per Psal. contra confessionem peccatoris dicitur: *Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei.* Despecta quidem vox confessionis est, quam format iucunditas prosperitatis. Sola autẽ illa confessio habet magnum meritum ponderis, quam à veritate rectitudinis nequaquam separat vis doloris, quã vsq; ad iudicium vocis exacuit aduersitas testis cordis. Quod ideò dicit, quia cõfessio facta in prosperitate adulatio quædam esse videtur, quæ multum nocet ipsi, cui adulatur. Dicit philosophus, ꝙ cùm ventus fuerit meridionalis, illud, ꝙ nascitur de ouibus, erit fœmina. Ventus meridionalis est placidus, quia temperatus, & significat linguam blandã adulatoris, quæ suo flatu, id est, loquela fœtus qui esset futurus masculus. s. opus, ꝙ quis virtuosè ageret, efficitur fœmineũ, id est, debile, vel simpliciter nullius virtutis. Quia opus virtuosum bono fine inchoatum superueniens cõfessionis adulatio, ipsum inani gloria permiscet. Et tunc efficitur partus fœmineus, & nullius meriti, sed monstruosus.

Gregor. 8. mor. c. 25.

Philoso. 18. de animal.

807 *Introibit vsque in progenies patrum suorum, & vsque in æternum non videbit lumen.*

HIc consequenter ostenditur, quòd mundi prosperitas in pœnis terminatur. Sicut enim filius alicuius dicitur ille,

ille, qui eius est imitator, sicut d. Christus. Si filij Abrahæ essis, opera Abrahæ facite, sed vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Sic & conformiter patres malorum vocantur priores iniusti, quorum illi peccata imitantur, vt Cain fuit pater omnium malorum, & etiam diabolus cum omnibus angelis suis apostatis, & ad ipsorum societatem malos ducit prosperitas mũdi. Quod de quolibet notat Psal. *Introibit vsque in progenies patrum suorum*, quia qui patres pessimos imitantur, eorum societate sunt damnati. Et q de dãnatione intelligebat, subdit: *Et vsque in æternum non videbit lumen.* Quia sicut hic in peccatis manentes tenebras interiores patiuntur, sic in inferno positi tenebris exterioribus, & æternis inuoluuntur. Sic ergo vide quam diuersus sit finis prosperitatis mundialis malorum, & finis iustorum. Nam iusti bona sua ante se præmittunt, mali autem illa alienis relinquunt. Iusti redimũtur, malos autem non redimet frater. Iusti in lumine Dei æternum lumen videbunt, mali autem in æternum nõ videbunt lumen. Quod fuit signatum cap. 17. vbi dicitur. Ignis, scilicet infernalis nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

Ioan. 8.

808 *Homo, cùm in honore esset, nõ intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

HIc replicando reddit rationẽ prædictorum malorum, ostendens, q mala voluntas nostra est causa, quia nõ conseruauimus honorem à Deo nobis collatum, expone vt supra vers. 799. Sequendo materiam tertij articuli, restat declarare quartam partem articuli ex quarta proprietate Calcedonij. Nam vt dicebatur, quarta proprietas Calcedonij est, quod habebat in vigore puritatis efficaciam. Hic enim lapis secundum Magistrum, vbi suprà, & Dioscorid. est conseruatiuus castitatis, quia valet contra illusiones. Hanc virtutem nouit quarta pars huius articuli, ostendens matris virginitatem in partu conseruatam, dicens: Ex Maria virgine, Meritò enim

E decuit salua matris virginitate Christũ nasci ex Maria virgine: Vnde Ansel. in de conceptu virginali, inquit. Decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret. Nempe decens erat, vt ea puritate, qua sub Deo maior nequit intelligi, virgo illa niteret, cui Deus pater vnicum filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum tãquam seipsum diligebat, ita dare disposuit, vt naturaliter esset vnus, eiusdemq; communis Dei patris & virginis filius. Et quamuis hoc sit mirabile, quod virgo concepit, & peperit, non tamen impossibile videri debet.

F Cuius possibilitatem ostendit Bacho super Matthæ. multis exemplis virginem de spiritu concipere, & parere posse. Primò, virtute spiritus elementaris. Nam vt dicit Aristo. Fœminæ perdices si fuerint maribus oppositæ, & flauerit ventus concipiunt. Similiter Beda libro primo de imagine mundi, dicit, q in Cappadocia equæ concipiunt de vento. Sic in proposito multò fortius ad inspirationem spiritussancti, qui in euangelio vento comparatur, virgo concipere potuit & parere. Et ista comparatio ponitur Io. 3. vbi dicitur. Spiritus, i. ventus,

G vbi vult, spirat. Et sequitur ibi. Sic est oĩs, qui natus est ex spiritu. Secundò, hoc probatus per spiritum vitalem. Alimentũ enim conuertitur in naturã aliti, & hoc fit per spũm vitalem. Ergo à simili virtute spiritussancti sanguis B. Mariæ conuerti potuit in naturã hominis Iesu Christi. Tertiò, hoc probatur per spiritũ animalem. Apes. n. sine patribus in materno utero crescũt. Et hoc exemplum ponit August. ad ostendendum, q virgo possit parere de spiritu sancto. lib. 3. de mirabiliũ. noui, & veteris testamenti. Et addit ibi, q multæ aues possunt sine ma-

H ribus oua gignere, & hoc fit virtute spiritus animalis. Consimiliter in proposito erit possibile. Quartò, hoc probatur p spũm intellectualẽ. Secũdum. n. philosophos intelligentia mouens cęlũ, causat uermes ex terra, ergo à fortiori intelligentia prima põt ex sanguinib. B. Marię, quæ est materia propria fœtus, causare hominẽ. Et confirmatur, quia sol ex materia Phœnicis redactæ in cineres producit formã nouæ Phœnicis ergo à fortiori, prima intelligentia de sanguinibus

Philosoph. 5. de animalibus.

Aristot. de generat.

Aug. de mirabilib. noui & veteris testamẽti.

fœminæ

fœminæ pôt producere hominē. Probatur consequentia, quia mulieris propinquior materia est ab hoīe, quā cineres ad auē. De incineratione, & generatione phœnicis, habetur lib. 12. de propriet. re sū. c. 15. Ad propositū ergo. Si lapis calcedonius in portante puritatem confer uat, & ista virgo in pariendo fuit purissima, quid expressius per calcedonium, q̄ ipsa virgo pariens designatur? Quia ex Maria Virgine. Ex isto articulo condem natur error Antidiocamaritarum dicētium, q̄ etsi B. Maria, virginitate salua, genuit Christum, post tamē per Ioseph cognita alios habuit filios, quos virgo non concepit. Hic error ponitur. 24. q. 3. quidā hæretici. Quod nituntur probare ex hoc quod dr̄ Matth. 1. q̄ Ioseph non cognoscebat eā, donec peperit filiū suum primogenitū quia arguunt, donec, ergo postea cognouit. Item per hoc q̄ subditur primogenitum, quia primogenitus non dr̄ nisi respectu aliorū genito rū, quia dixit quidā Christo. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quęrētes te. Oppositū aūt tenet fides catholica. 12. q. 2. matrimonium. Ad primum ergo dr̄, q̄ in scriptura ly donec, q̄nq; significat aliquod tēpus determinatum, quo transacto aliquid fiat, sicut dr̄ Iosue 6. Non clamabitis, donec veniat dies, in quo dicā uobis clamare. Q̄nq; uerò significat æternitatem vt psal. Donec ponam inimicos tuos, &c. Et sic accipitur hic. Ad secundum dicitur, quod primogenitus accipitur dupliciter. s. affirmatiuè. i. ante omnes alios, & negatiuè. i. antequā nullus, & sic accipitur hic. Ad tertium dicitur, quòd consuetudo scripturæ est con sanguineos, fratres vocare.

PSAL. XLIX.

Eus deorū dominus locutus est & vocauit terram.

D

Itvlvs huius psalmi est. *Psalmus Asaph.* vt enim habetur. 1. Paral. 15. Asaph cū multis alijs fuit à Dauid positus super cantores, qui laudes domini in tabernaculo habebant cantare. Et hic habuit spiritum propheticum, & multos psalm. fecit, ut apparet inferius. Et hic istum psal. fecit. Et sic dictus psal. Asaph. scilicet ab ipso factus. Etiam alia ratione dicitur psal. Asaph. Quoniam Asaphè Hebraicè, Latinè dicitur congregatio. Grecè vero synagogā. Et sic Asaph idem est, quod synagogę congregatio. Synagoga autem duas partes habuit. Quia aliqui in synagoga fuerunt fideles, & Deo deuoti, ut Dauid, Ezechias, Iosias, & multi alij reges. Aliqui autem infideles, & Deo recalcitrantes, ut fuit Roboan, Achab, & multi alij reges. Iste ergo in hoc psal. loquitur in persona synagogæ quoad partem fidelem, ut per ipsam alios infideles, quasi per testes magis certos, ad fidem reducat. Quantum verò ad materiam, psal. iste de multis agit scilicet de duplici aduentu Christi, per primum alliciens fideles, & per secundum terrēs peccatores. Agit de datione legis euangelicæ. Agit de mutatione sacrificiorū legalium in sacrificium laudis, & eucharistiæ. Per omnia ista monens fideles, ne ad sacrificia legalia iam terminata redeant. Et sic intelligendo ps. Iste ps. diuiditur in partes tres. Quia agit primò de Christi aduentu, & manifestatione. Secundò, de lege euangelica, & sacrificiorum terminatione, ibi. *Audi populus meus.* Tertiò, de pręsumptione peccatorum, & ipsorum increpatione, ibi. *Peccatori autem.* Primā in duas. Quia primò agit de aduentu Christi in mundū. Secundò, de eius aduentu ad iudicium, ibi. *Deus noster manifestè.* Prima in duas. Quia primò ostēdit aduentum Christi in mundum. Secūdò, eius publicationem per mundum, ibi. *A solis ortus.* Quantum ad primū notandum, q̄ primus versus quo ad sn̄iam determinatur ibi inclusiuè. *A solis ortu vsque ad occasum.* Et secundus versus incipit, ibi. *Ex Sion.* Prædicando ergo Christi aduentū in carne d. *Deus deorum dominus,* &c. Vbi notandum, q̄ hoc nomen Deus in scriptura accipitur tripliciter, scilicet naturaliter, & substantiuè. Vt Deus Trinitas pater, & filius, & spiritus sanctus. Deuter. 6. Dn̄s Deus tuus vnus est. Item spiritualiter, & adoptiuè, & sic oīs iustus Deus dr̄, & filius Dei. Ioan. 1. Dedit eis potestatem, filios Dei fieri. Itē vocaliter, & nuncupatiuè, & sic idola, & dæmones dij vocantur. psal. Omnes dij

Roo 6. q. 1. si om nes.

gentium dæmonia. Deus aũt essentialis, & verus dñs est omnium aliorum deorũ, quia generaliter omnes sibi subijciuntur. Tamen specialiter dicitur dñs prophetarum, qui spiritusancto inspirati ipsius diuinitatis magis sunt participes. Et sic per Deos intellige sanctos prophetas, de quibus dicitur. Ego dixi dij estis, & filij excelsi oẽs. Quod exponit Christus de prophetis. Ioan 11.d. Illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est. Sic ergo dicitur. *Deus deorum*, idest prophetarum dominus. *Locutus est*. i. nostram assumpsit humanitatem, in qua ore proprio nobis est locutus, qui nobis p ora prophetarum loqui solebat. Iuxta dictũ apostoli ad Hebræos. 1. Multifariè, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis nouissimè locutus est nobis in filio, &c. glos. Locutus est nobis in filio. i. per filium vnicum incarnatum qui maior est omnib. prophetis, & omnium prophetarum dominus. Quid aũt sit locutus subdit. *Et vocauit terram. A solis ortu vsq; ad occasum.* Vbi aduerte, ꝙ Christus loquẽdo nobis legẽ dedit euãgelicã, quã non vni tm̃ genti dedit, sicut lex Moysi soli populo Iudæorũ fuit data, sed oẽs mundi partes ad ipsam nocauit per seipsum prædicando, & per apostolos, eis. d. Euntes docete omnes gẽtes baptizantes eos, &c. docentes eos seruare omnia, &c. Quod ipsi deuotè impleuerunt, quia ex omni parte mundi gentes ad fidem uocauerunt. vnde psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Et hoc est quod hic dicit. *Vocauit terram à solis ortu usque ad occasum.* s. per apostolos suos. Notandum aũt quod ait. *Et uocauit terram.* Terra enim hic peccatores significat, quos vocare ad fidem, & pœnitentiã Christus venit, ipso. d. Nõ veni vocare iustos. sed peccatores. Significat aũt terra peccatores ꝓpter eius tres cõditiones. Nam terra inter cætera elementa, est in quantitate minima. Est in qualitate frigida. Est capacitate pessima. Primò, terra est in quãtitate minima inter omnia elemẽta, quia terra est inclusa inter omnia elementa. Et ideo sicut circulus inclusus infra circulũ necessariò est minor circulo, infra quem clauditur, sic & terra omnibus alijs elementis. Vnde & secundum Basilium in hexameron,

Psal. 81.

Matth. vlt.

Matth. 9.

E Terra dicta est scabellum Dei, eo ꝙ in corpore mundi minima est species inter elementa. Hoc directè peccatori congruit, quia peccatum nõ solum homines facit paruos: imò ipsos a vero esse elongando annihilat. Quia secundum Aug. super Ioan. Peccatum est nihil, & nihil fiunt homines cùm peccant. Cuius ratio potest esse, quia sicut corpus opacum se elongans à corpore luminoso aliquid perdit de claritate, & quantò magis elõgatur, tantò plus eius claritas perditur. sic cùm verum esse soli Deo conueniat, vt dicit Magister libro 11. distin. 8. hinc

F est, quòd quanto quis magis Deo appropinquat, magis de esse participat. Et quantò plus elongatur à Deo, tantò amplius ab esse recedit, & perdit ipsum esse. Qualiter autem potest homo se elongare à Deo, nisi per peccatum? vt docet Magister lib. 2. dist. 35. d. quòd per peccatum priuatur homo illo bono, cuius participatione cætera sunt bona, tantò magis priuatur, quò magis se ab eo elongat. Ab eo autem se elongat per peccatum, non locorum distantia, quia vbique totus præsens est omnibus, & omnia in ipso sunt, sed quia per peccatum ab eius

G similitudine recedit, & tantò longius, quantò fit dissimilior. Et ideo quia peccatores peccato consumuntur dicitur Thre. 4. quòd consumpti sunt à sterilitate terræ, scilicet à peccato. Secundò, terra est in qualitate frigida: Quia secundum Basiliũ in hexameron, terra est corpus frigidum, & siccum. Et ideo potest esse, quia magis distat ab elemento ignis quolibet alio elemento. Et hoc directè peccato congruit, quod animam priuat igne diuini amoris. Quia vt dicitur Hiere. 6. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam facit malitiam suam.

H Et ideo dicitur, Maledictum, adulteriũ, homicidium, & furtum inundauerunt, & propter hoc lugebit terra. Tertiò, terra est capacitate pessima, quia capit pessimum, scilicet infernum, quia secundum doctores infernus est in centro terræ, distans a superficie terræ per tria millia, & ducenta 45. milliaria cũ dimidio, vt deducit Catholicõ in vocabulo terra. Hoc directè peccatoribus cõgruit, quia infernus est in medio cordis eorũ, dũ per cogitationes suas & opera ad infernũ cõtinuè

Osea 4.

tendunt,

tendunt, vbi virga diuinæ iustitiæ puniātur, propter quod dicitur Esa. 11. quòd Deus percutiet terram virga oris sui. Sic ergo, quia per terram significantur peccatores, ideò tunc Deus deorum dominus vocauit terram, quando venit in hunc mundum vocare peccatores, ipsos iustificando. Roma. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit, quos vocauit, hos & iustificauit.

810 *A solis ortu vsq; ad occasum, ex Sion species decoris eius.*

De consecr. d. 3. c. Vlt.

HIc consequenter ponit aduentus Christi publicationem per mundum. Vbi nota, q species decoris Christi & eius pulchritudo dicitur ipsius humanitas assumpta, quę tota decora fuit: non solum quoad animam quæ nullam peccati habuit maculam, sed etiā quoad corpus, sicut de ipso dicitur Ps. 44. q est speciosus forma præ filijs hominū: Vnde de humanitate Christi, qua velut indumēto tegēbatur diuinitas dr, Dominus regnauit decorem indutus est. Iste autē decor publicatus fuit ex Sion, quia in monte Sion manifestatus, qm̄ in monte Sion erat tēplum, in quo Christus multotiens prædicando seipsum manifestauit mundo. Etiam ex alio, quia in monte Siō Apostolis datus fuit spiritus sanctus, quo accepto, ipsi plenè illuminati se per totum orbem diuiserunt, verbum caro factum prædicando, quia in illo monte receperunt virtutem linguarum omniū, per quam omnibus gentibus Christum prędicare possent. Et hoc est quod dicit: *Ex Sion species decoris eius*, quia prædicatio nominis Christi in illo mōte inchoata ex illo ad alias partes mundi fuit deriuata, sicut prædictum fuerat: Esa. 2. De Sion exibit rex, & verbū domini de Hierusalem. Et, si quæras ad quas partes mūdi ex Sion processit prædicatio speciei, & decoris Christi. Respondet: *A solis ortu vsque ad occasum*, idest, ad oēs mundi partes. Et nota, q ista pdicatio Christi quātò ad remotiores partes orbis processit, plus fideles calefecit, & instruxit. Ideo notanter d. *A solis ortu ad occasum.* quia Iudæa, vnde cæpit origo fidei, frigida in credulitate remansit, sed gentes, quæ ad occasum solis habitabant, conuersæ fuerunt. In occasu enim & in parte occidentali hodie fides remansit, vt in Italia, Francia, Alemania, Anglia, & huiusmodi. Vnde nota, q, vt tradūt astrologi, & experientia docet, Sol quātò magis elongatur à nobis, magis nos calefacit, & illuminat, quando nobis appropinquat, vtputa quando est in summo circuli zodiaci vt in Cancro, vel Leone: quam quādo est in infimo, vt in Pisce vel Aquario. Et ratio, quia in æstate, quādo est in summo, directius ad nos immittit radios suos, quando autē in imo, in basso, tunc magis obliquè nos respicit. Sic accidit de vero sole iustitiæ Christo, q illos qui erant à remotis à loco natiuitatis eius, & conuersationis, directius respiciendo calefecit per suum amorem, & illuminauit per fidem, vt meritò dicatur illud Psal. 112. A solis ortu, scilicet incipiendo, vsque ad occasum illuminando, laudabile nomen domini.

Psal. 92.

Mons Sion.

Deus manifestè veniet, Deus noster & non silebit. 811

HIc consequenter agit de aduentu Christi ad iudicium. Circa autem istum aduentū quatuor ostendit. s. q iste aduentus primò cunctis erit publicus, mundi perlustrando oīa. Secundò, malis erit timidis, signe comburendo sæcula, ibi. *Ignis in conspectu eius.* Tertiò, defunctis erit validus, ipsorum suscitando corpora, ibi. *Aduocauit cælum.* Quartò bonis erit placidus, iustorum præmiando merita, ibi. *Congregate.* Quantum ad primum, q Christus ad iudicium veniens cunctis tam bonis q̄ malis (in forma humana tñ glorificata) apparebit manifestus, vt ostēdit Magister lib. 4. dist. 48. d. Solet quæri, cum in humana forma constet Christum in iudicio appariturū, an in illa forma gloriosa apparebit, sicut verè est, an ī forma infirma, qualis in passione extitit. Quidam putant à malis tālem videri, qualem crucifixerunt. s. infirmum, quia dicit scriptura. Vt uideant, in quem pupugerunt. Sed apertè Aug. dicit formam serui glorificatam à malis, & bonis tunc videri. vnde Aug. super Iohel. Cùm in forma serui glorificata viderint boni, & mali tollēt impius, vt nō videat claritatē Dei, quia Deus est, quē soli mundo corde videbūt. Forma ergo humana in Christo glorificata videbitur à cun-

Veniet Christus manifestè.

à cunctis. Et hoc est, quod hic dicit Psal. *Deus noster manifestè veniet*. Vel & alio modo. *Deus manifestè veniet*, quia manifestum dabit iudicium. Manifestũ enim dicitur iudicium, quando causa iudicij est clara, & manifesta, quod tunc erit, quia sicut merita bonorum pro quibus dabitur sententia, pro illis omnibus erũt manifesta, sic & omnia demerita peccatorum, pro quibus contra illos sententiabitur, omnibus erunt nota. Et ideò dicitur iudicium vltimum dies. Vnde Magister lib. 4. d. 43. dicit: Aduentus domini ad iudicium, dies domini dicitur, nõ pro qualitate temporis, sed rerum, quia tũc cogitationes & consilia singulorum patebunt, vnde in Dan. dicitur. Vetustus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo. Libri sunt conscientiæ singulorum, quæ tunc aperientur alijs, & tunc implebitur, quod scriptum est, Nihil occultũ, quod non reueletur. Adueniente. n. summo iudice, non solùm tenebræ aeris illuminabuntur, sed etiam abscondita cordium manifestabuntur. Virtute. n. diuina fiet, vt vnicuique omnia opera sua bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mẽtis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset hominem conscientia, eaque teste saluetur, vel dãnetur. Sic enim dicit Apostolus: Veniet dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Vbi glo. Abscondita tenebrarum, idest, peccatorum & manifestabit cõsilia cordium, i. bonas cogitationes quia omnia gesta, vel cogitata bona vel mala tũc erunt aperta. Et hoc notans hic Psal. d. *Deus noster manifestè veniet*, s. ad iudicandum illa, quæ erunt manifesta. Et ideo quia omnia iam bona quam mala erunt manifesta, ad ipsum spectabit pro bonis, & contra malos proferre sententiam. Et hoc est, quod subdit. d. *Et non silebit*, quia scilicet dabit sententiam pro bonis dicens. Venite benedicti, &c. & contra malos dicet. Discedite à me, &c. Dicat ergo non silebit. Sed hic dubitatur, vtrum illa sententia dabitur verbis, vel alio modo. Hanc quæstionem Magister mouet, & indiscussam dimittit libro 4. distinct. 47. dicens. Solet quæri, qualiter dabitur iudicij sententia, sed non est perspicuũ illud explicare. Non enim scriptura

Daniel 7.

Matth. 10.

2. Cor. 4.

Matth. 25.

Quæstio.

Sententia iudicij vltimi.

E aperté diffinit, an uoce illa proferantur. Venite benedicti, & ite maledicti, an vir tute iudicis ita fiat, conscientijs singulorum attestantibus, ut modo dr̃ futurũ, vt iudicis potentiæ effectus ipsius dictione significetur. Illa etenim, esuriui, & non dedistis mihi, & huiusmodi, magis cõsciẽtijs exprimenda plurimi putant quã verbis, quia apostolus in momẽto, & in ictu oculi consummandum iudicium tradit. Sed illud ad resurrectionis statum tantũ referunt illi, qui iudicij sententiam, & malorum increpationem, & bonorum præconia verbis exprimenda asserunt.

F Ex litera tamen uidetur, ꝙ sententia dabitur verbis, quia dicit. *Et non silebit.*

Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas ualida. 812

HIc ostenditur, quod illud iudicium malis erit timidum, quia ante iudicium erit ignis conflagrationis, quo corpora malorum, qui viui reperientur, cõsumentur, sed non bonorum. Vnde dicit Magister li. 4. d. 48. Domino. n. veniente ad iudiciũ præcedet ante eum ignis, quo comburetur facies mundi huius, & peribit cœlum, & terra, non quidem secundum substantiam, sed secundum speciẽ, quæ immutabitur, cęlum quidem aereũ non æthereum. Tantum. n. ascẽdet ignis in iudicio quantum ascenderunt aquæ in diluuio. Ille autem ignis malis qui reperti fuerint uiui, erit consumptio, bonis uero non. Vt enim ait Aug. hoc erit incendium mundis sanctis quod fuit caminus ignis tribus pueris. In quibus qđ purgandum fuerit, per illum ignem purgabitur, alijs vero nullã ingeret molestiã. Et hoc est, quod hic dicit psal. *Ignis in conspectu eius exardescet*. Et hic merito malis incutiet timorem, quia ipso com

Ignis præcedet iudiciũ.

G

H burentur. vnde glo. *Ignis ante ipsum exardescet*. Timeat ergo palea se arsurã, quia exardescet, idest, torquebit impios, & hoc in conspectu eius, quia etiam ignis malæ conscientiæ malos comburet, cũ conspicient iudicãtem. Sed de isto igne quærunt doctores, qualis ignis erit, vel de nouo à Deo creatus, uel ignis naturaliter productus. Ad hoc dico, quod sicut prima purgatio mundi in diluuio facta per aquã, non fuit per aquã miraculosè productã, sed per aquã elemẽtarẽ, & na-

& naturalem, sic & secunda purgatio in A iudicio facieda per ignem, fiet per ignẽ naturalem & elementarem. Vt enim dicit August. ille ignis tunc fiet mundanorum ignium conflagratione, ita enim factum est aquarum inundatione diluuium. Et ideo, vt dicit Aegydius lib. 4. distinct. 47. huic auctoritati inhærendo, dico quòd in diluuio nõ sunt nouę aquę creatæ, sed eædem ipsæ multiplicatæ sunt in hoc operatione, & adiutorio superiorum corporum, per quæ facta est eleuatio vaporum. Sic & dico, quod non solum ignis, qui est in sphæra sua, sed etiam omnes ignes, qui in terra, & su- B pra terram, & infra terram sunt, concurrent ad conflagrationem. Et benè credo, quòd virtus superiorum corporum adhuc concurret ad ignis multiplicationem, & actionem. De isto ergo igne, quo purgabuntur omnia elementa, dicit: *Ignis in conspectu eius exardescit.* Sequitur. *Et in circuitu eius tempestas valida.* Hæc tempestas non erit tempestas realis, quæ fit ventis, vel procellis, sed ista tempestas erit iudicio Dei, quo fiet, vt per eius potentiam statim post ignem prædictum area ventiletur, & boni separentur à malis. Quæ iudicatio C dicitur tempestas, quia sicut tempestas subitò veniet. Et sicut tempestas cadens super messem separat à paleis grana, sic illa Dei iudicatio subitò bonos separabit à malis. Hæc autem tempestas erit in circuitu eius, quia primò erunt insimul loco permixti boni, & mali. Christus in medio omnium veniens existentes in suo circuitu diuidet, ponendo hędos à sinistris, oues autem à dextris. De ista enim tempestate dicitur Nau. 1. Dominus in tempestate & turbine veniet. Sequendo materiam fundamentorũ ecclesiæ, & articulorum, nunc restat vide- D re quartum articulum per quartum lapidem figuratum, qui erat smaragdus, quem quartum articulum posuit Iacobus maior. d. Passus sub Pontio Pilatio, crucifixus, mortuus, & sepultus. Et hic duo faciam, quia primò ostẽdam qualiter iste articulus quoad suas partes per smaragdum figuratur. Secundò, qualiter huius articuli, scilicet virtus passionis Christi, & mortis per dictum lapidẽ declaratur. Quantum ad primum sciendum quòd smaragdus habet tres proprietates huius articuli declaratiuas. Nam secundum Magistrum vbi supra. Iste lapis aduersitatis aquilone spirante inquirentibus reuelatur, Viriditatis colore excellentius rutilante coloratur, Immanitatis tremore ab hominibus circundante occultatur. Sic & conformiter Dei filius in isto articulo est Aquilone aduersitatis realiter sub Pilato flagellatus. Passus sub Pontio Pilato. Colore viriditatis amaritet crucis morte vulneratus, crucifixus, mortuus. Tremore immanitatis occultatur in sepulchro tumulatus, & sepultus. Prima ergo conditio smaragdi est, quòd in aquilone aduersitatis, &c. Quoniam hic lapis maximè flante aquilonari vento reperitur, q smaragdi maximè inueniuntur flante aquilone, quia tellure discooperta, intermicant, quia arenæ mouentur maximè his ventis. Quid autem per ventum aquilonarem, nisi passio, aduersitas, intelligitur, & pœna? Quoniã dictus ventus frigidus est & tẽpestuosus. Eccl. 43. sic & flatus aduersitatis. Vnde aduersitatem & pœnam aquilonis nomine vocabat Hieremias. Malum ego adduco ab aquilone, & contritionem magnam. Isto vento aduersitatis, & pœnæ ad modum smaragdi Christus reuelatur, quia ex his, quòd verus sit homo, demonstratur. Quia enim aliqui ipsum negabant verum hominẽ esse, ideo talibus per tales aduersitates se verum hominem manifestat. Quoniam testẽ Magistro lib. 3. dist. 15. Dei filius naturam accepit passibilem, scilicet animam passibilem, & carnem passibilem & mortalẽ, ut enim probaret se verum corpus habere, suscepit pœnas corporis, & vt veram animã probaretur habere, suscepit pœnas, & defectus animæ. Isti autem defectus, & pęnæ maximè in ipso apparuerunt passionis tempore, quando scilicet est passus sub Pontio Pilato, vbi omne pœnę malum in Christi corpore apparuit, vt de tali aquilone passionis Christi dicatur illud Hiere. 1. Ab aquilone pandetur omne malum. Et verè in aquilone Christi passionis omne malum est repertum, quia corpus eius omni genere passionis fuit respersum, quoniam passus fuit omni genere passionis, quo quis homo põt pati.

Hiere. 1.

Articulus fidei.

Passio Christi vniuersalis.

Quòd patet tripliciter. Primò ex parte illorum, à quibus est passus, quoniam passus est à gentilibus,& Iudęis,à mascu lis,& fęminis,vt patet de ancilla accusan te Petrum, Passus est à principibus, & ipsorum ministris,& popularibus secun dum illũ psal.2. Quare fremuerunt gen tes,&c.Passus est à notis,& familiaribus patet de Petro ipsum negante, de Iuda ipsum prodẽte Ex quibus patet, ꝙ ab oĩ hominum genere fuit passus. Secundò, hoc põt patere ex parte rerũ, in quibus aliquis homo potest pati,qm̃ passus fuit in amicis eum deserentibus Matth.26. Tunc oẽs discipuli,eo relicto,fugerunt. Passus fuit in suis parentibus.s. videndo matris angustiam, quã doloris pertran sibat gladius.Lucæ.2. Et tuam ipsius ani mam,&c.Passus fuit in fama per blasphe mias,contra ipsum illatas.Matt.27. Præ tereuntes blasphemabãt eum,&c. Passus fuit in honore,& gloria per cotumelias. Matth.27. Dederunt arundinem in ma nu eius, & genuflexo ante eum illude bant,&c. Passus fuit in rebus, quia suis vestibus spoliatus. Passus in anima per timorem,& tristitiam.Matth 26. Cœpit contristari, & mœstus esse,& ait: Tristis est anima mea,&c. Passus est in corpore per vulnera,& flagella.Ioan.16. Appre hẽdit Pilatus Iesum,& flagellauit eum. Tertiò,hoc potest parere ex parte mem brorum,in quibus fuit passus. Nã passus fuit in capite per spineam coronam: in manibus,& pedibus per clauorum con fixionem,in facie per alapas, & sputa,in collo per colaphos,in lingua per uinum cum felle mixtum.Passus in toto corpo re,dum totũ corpus eius pro nobis pen debat in cruce.Esa.50. Corpus meũ de di percutientibus,& genas meas,&c.Fuit et passus fm oẽm sensum corporeum.s. fm tactum,quia flagellatus, fm visum, quia oculos velatus, fm auditum, quia blasphematus, secũdum odoratum,quia in loco fœtido crucifixus, secundum gu stum, quia aceto, & felle potatus. Sic omni genere passionis fuit passus. Prop ter quod meritò de ipso dicit Iacobus: Passus sub Pontio Pilato, per quæ om nia verus homo fuit demonstratus,vt me rito dicat illud Iob 16. Aperuerunt su per me ora sua, exprobantes percusse runt maxillam meam, saturati sunt op probrijs meis, hæc passus sum absque iniquitate manus meæ,&c.Secunda con ditio smaragdi est, ꝙ viriditatis colore excellentius insignitur.Vnde dicit Magi ster,vbi supra,ꝙ smaragdus gemmarum omnium obtinet principatum.Tanta.n. viriditate fulget, ꝙ nullis gemmis, vel herbis maior iuest viriditas.Nam herbas virentes,& frondes superat,inficiẽs cir ca se uiriditate nimia, nec eius viror in sole aliquo modo obscuratur.Hanc cõ ditionem continet secunda pars huius articuli ostendens.d. Crucifixus,& mor tuus. Vbi notandum,ꝙ per viriditatem smaragdi, amaritudo crucis, & mortis Christi denotatur. Qm̃ fm Isidorũ om ne satis viride amarum dicitur. Si ergo smaragdus habet summam viriditatem, sequitur ꝙ significat summam amaritu dinem, quæ in cruce Christi, & morte fuit. In cuius articulo myrrha, & felle fuit potatus,quæ sunt amarissima. Vnde de ista crucis, & mortis amaritudine, quæ fuit causa nostræ pacis dicat Iesus. Ecce in pace.s.humani generis,amaritu do mea amarissima. Ex ista parte articu li excludit error Basilidianorũ, qui in ter alios errores quarto loco ponuntur, ꝙ Christus non fuit crucifixus nec mor tuus, sed loco eius Simon Cyreneus, ꝙ probant per illud, quod dr Lucæ 23. ꝙ cum ducerent Iesum apprehenderunt Simonem Cyrenensem, & imposuerũt illi portare crucem post Iesum, idest, pę nam crucis.Sicut cum dicitur 1.Petri 2. Peccata nostra pertulit super lignũ cru cis in corpore suo,idest, pęnam peccato rum nostrorum. Hic error hic excludi tur cum dicitur Crucifixus,& mortuus. Vnde de seipso Christus dicit.Filius ho minis tradetur principibus sacerdotum & condemnabunt eum morte, & tradẽt eum gentibus ad illudendum,flagellan dum,& crucifigendum. Et teste Ange lo:Iesum quæritis crucifixum, &c. Ter tia conditio smaragdi est,ꝙ immanitate tremoris circundante, custoditur ab ho minibus.Nam,vt dicit Magister, vbi su pra,& Isidorus libro 16.Hic lapis à gry phis eripitur, & ne possint smaragdi in copia inueniri,gryphorum immanitate uisus hominis impeditur.Sic & Christus occultabat in sepulchro tumulatus quia sepultus, Vbi nota,quòd gryphi habent cor-

Isidorus 16.etym. *Esa.21.* *Matth.26.* *Mar.16.*

corpus leonis, & alas, & plumas aquilæ. Quid autem per leonem, nisi Christũ intelliges, qui est leo de tribu Iuda? Apoc. 5. Quid autem per aquilam quę teste Iob 39. In petris manet, nisi sepulchrum Christi in petra excisum designatur? Sic ergo in grypho corpus leonis sub alis aquilæ absconditur, ad significandum Christi sepulchrum, vbi verus leo Christus sub alis aquilæ, idest, lapidei sepulchri fuit absconsus. Ideo in fine articuli dicitur Sepultus.

813 *Aduocauit cœlum de sursum, & terram discernere populum suum.*

6. q. 1. si omnium.

Hic ostenditur, quòd Christi aduẽtus ad iudicium, defunctis erit validus, ipsorum suscitando corpora. vbi notandum est, quòd, vt dicit Magister. lib. 4. distinct. 47. Purgato in fine mundi mundo per ignem, tunc mittet angelos suos, & archangelus Michael in voce tubæ, scilicet, in voce magna, & sonora clamabit. d. Surgite mortui, venite ad iudicium: Et tũc surgent omnes mortui ministerio angelorum, idest virtute data illi tubæ vel voci angelicæ à Deo. Quo facto, angeli congregabunt omnes bonos, qui rapientur, Christo venienti obuiam in aera, reprobis remanentibus in terra, qui terram dilexerunt. Et hæc est illa collocatio bonorũ à dextris, & malorum à sinistris, quia boni erũt sursum in aera cũ Christo, malis in terra remanentibus. Pars enim sursum per dexteram, quia nobilior, inferior autem per sinistram significatur. Et tunc præconia bonorum s. Esuriui, & dedistis mihi, &c. & increpationes malorum proferẽtur. s. Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. & consequenter vtrorũq; sñia. Venite benedicti, &c. Ex quib. apparet, ꝙ in iudicio Christus primò vocabit angelos, vt sua voce mortui resurgant: secũdò, vocabit terram. s. corpora malorum, & sanctorum in terram reuersa, vt resurgant cũ animabus suis, & veniant ad iudiciũ. Angeli aũt, quia cęlestes, significantur per cęlum. Corpora aũt mortuorũ, per terram. Et hæc oĩa notans Ps. d. *Aduocauit cælũ de sursum.* i. vocabit sanctos angelos quibus dabit officiũ tubæ, ad cuius uocẽ mortui resurgãt. Deinde vocabit terrã. i. corpora defunctorũ, vt. s. virtute dictæ tubæ resurgãt. Et hoc totum erit *discernere populum suum.* i. vt discernat, & separet populum suum. s. bonos à malis, vt. s. bonos beatificet, & dãnet malos. Sed hic insurgit dubium, quia, vt hic dicitur. Christus, *vocabit terram.* s. corpora nostra desuncta ad resurrectionem solum in fine mundi, ideo cum Christi resurrectio sit forma nostræ resurrectionis, quæret aliquis cum Christus surrexit statim tertia die post mortem, quare nostram resurrectionem tardare voluit vsq; in finem? Ad hoc respõdetur, ꝙ ꝑ tria. Primò, propter meritorum multiplicationem. Resurrectio. n. futura, est vnus articulus fidei, quia si euidenter statim quilibet mortuus resurgeret, nõ esset meritũ ipsam credere, quia fides non habet meritũ, cui humana ratio præbet experimentum, vt ait Greg. in homil. Et quia secundum Magist. lib. 3. d. 32. Fides est de ijs, quæ non videntur, vel quæ nõ habẽtur per sensum, & experientiã. Nec valet dicere, ꝙ virgo Maria habuerit certã experientiam, se Christum peperisse, saluo uirginitatis sigillo, huius tamẽ veram fidem habuit, sicut de articulo fidei qui est quòd Christus natus est ex Maria Virgine. Consimiliter Petrus vidit. exprimentaliter Christum pati, & tñ articuli passionis, & mortis habuit fidem. Ad ista duo. Ad primum dico, ꝙ virgo Maria non habuit fidem in hoc, ꝙ sciebat se virginem peperisse, sed in hoc, ꝙ credebat se peperisse Deum, & hominẽ, de hoc autem experientiam nõ habuit, sed fidem. Consimiliter dico, quòd Petrus non habuit fidem, in hoc quòd hominem Christum credebat in cruce pati, quem videbat, sed in hoc quòd illum hominem credidit esse Deũ, quòd non videbat. Secundò nostram distulit resurrectionem, propter suffragiorũ multiplicationem. Si enim mortui statim resurgerent, suffragia pro ipsis opus nõ haberent. Et sic nõ solum defuncti multa adiutoria perderent, sed etiam uiui facientes pro mortuis suffragia multa merita omitterent, quæ non omittunt. Tertio, propter hæreticorum extirpationem. Quoniam si mortui statim resurgerent, non deessent hæretici, qui dicerent resurrectionem esse virtute naturali, sicut est natiuitas.

Et

Et q sicut corpora cœlestia conferunt ad natiuitatem, sic & ad resurrectionē. Et sicut natiuitas nostra non est virtute natiuitatis Christi, sic & resurrectio nostra nō esset virtute resurrectionis Christi, quæ falsa sunt, & hæretica. Omnes ergo tales errores volens Christus extirpare, dignum duxit vsque ad diem vltimum terram nostram per resurrectionem vocare.

814 *Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia.*

HIc consequenter ostēdit, quòd aduentus Christi ad iudicium bonis erit delectabilis & placidus, quia tunc cum Christo in anima, & corpore viuēt simul, vbi notandum est q in antiqua lege plura erant sacrificia, vt puta agnorum, arietum, & vitulorum, ex eo quòd nullum illorum erat perfectum, Si enim vnum esset perfectum, & sufficiens, frustra multiplicarentur. Sicut dicimus, quòd filius in diuinis non potest multiplicari, quamuis tantam virtutem intelligentiæ habeat filius sicut pater quia tātę perfectionis est ipse vnicus Dei filius quòd in se continet perfectionem omnē cuiuslibet possibilis filiationis. In nouo autem testamento vnicum solum est sacrificium. s. Eucharistiæ. Et quia est perfectissimum omnem perfectionem continens, ideo multiplicari non potest. Et vnicum sacrificium fide tenuerunt etiā patres antiqui testamenti, scientes omnia sacrificia antiqua ad istud ordinari tanquam diuersæ figuræ ad vnum figuratum. Hic ergo per testamentum in singulari accipe sacrificium vnicum Eucharistiæ noui testamenti, de quo dixit Christus. Hic est sanguis meus noui testamenti. (*Matth. 26.*) Istud sacrificium ordinauerūt sancti patres tam antiqui, quam noui testamenti, quia ipsum extulerunt super omnia sacrificia. Vel etiā, quia etsi Christus hoc sacrificium ordinauit, quantum ad illud, quod in eo est essentiale, tñ sancti patres ad eius decorem, & solemnitatem multa circa illud fienda ordinauerunt, vt est de ordine missæ, de tonsura, de vestibus sacerdotalibus, de consecratione altaris, & hmōi. Psalmista ergo futura præuidens quasi præsentia, ad angelos loquēs ipsos hortatur, vt oēs sanctos de omnibus mundi locis congregent, & Christo in iudicio adducant, cum ipso in perpetuum regnaturos. Et hoc est, quod angelis loquēs dicit. *Congregate*, i. congregabitis illi. s. Christo *sanctos eius*. Et quos sanctos? Sequitur. *Qui ordinant testamentum eius super sacrificia*, vt dictū est. Vbi sciendum, q congregatio sanctorum in die iudicij fiet per sanctos angelos. i. ipsorum ministerio. Sic. n. de ista congregatione dixit Christus, Videbūt filium hominis venientem in nubibus cœli, scilicet ad iudicium, & mittet angelos suos cum tuba, & voce magna, & cōgregabunt electos eius à quatuor ventis à summis cœlorum vsque ad terminos eorum. (*Matth. 24.*) Ex quibus apparet q, sicut Christi aduentus malis erit timidus, ut dictū est versic. 812. sic per oppositum iustis erit placidus, quia cum Christo congregabuntur, vt cum ipso regnent in perpetuum. Tunc enim non solum gaudebit iustus de Christi consortio, de visione Dei, de securitate fęlicitatis, sed etiam de damnatione malorum quia lætabitur iustus, cum viderit vindictam.

815 *Et annunciabunt cœli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est.* (*6. q. 1. si omnia.*)

OStendit psalmista, quòd antequā prædicta de die iudicij eueniant, oia erunt per apostolos, & sanctos prædicatores mundo annunciata. q. d. Iustitiam Christi, quam in iudicio exercebit bonos præmiando, & damnando malos cœli. i. apostoli, & alij prædicatores mundo annunciabunt, ostendentes q Deus iudex est. Et hoc iam adimpletum videmus, quia cęli annunciauerunt nobis iustitiam Dei. s. q quidam erunt ad dexteram, & quidam ad sinistram, nullum granum tunc erit cum palea, & si nunc maneant permixta. Et sic *annunciabunt, quoniam Deus iudex est*, idest, discernens bonos à malis. Et attende, quòd sanctos apostolos, aliosq; iustos nomine cœlorū designat. d. *Et annunciabunt cœli iustitiam eius*. Nec mirum. Quoniam, sicut cęli cæteris corporibus sunt altiores, sic sancti per donum patientiæ. Puriores, sic sancti per donum innocētiæ. Clariores, sic sancti per donum sapiētiæ. Aptiores, sic sancti

sancti per donum obedientiæ. Primò A enim cœli sunt cæteris corporibus altiores. Quantum enim aliquod corpus naturaliter est nobilius, tantum naturaliter altius situatur. Sicut patet in ordine elementorum, vbi aqua est altior terra, aer altior aqua, ignis altior aere, quia subtilioris, & melioris est naturæ. Ideo dicitur. Cęlū sursum, & terra deorsum. Hęc enim duo extrema maximè nominauit, vt per ista ordinem mediorum intelligas, quod quanto corpus est nobilius, tanto proximius cœlo, & ecōtra. Conformiter sic apostoli, & alij sancti per donum patientiæ cæteris sunt subli B miores, vt nec minis terreantur, nec inclinentur verberibus. Et quod maius est nec blanditijs, vel laudibus dissoluātur. Quantumcunq; enim ista inferiora agitentur, nunquam tamen cęlum à sua pace turbatur. Sic & quamuis quandoque in iustis vires inferiores agitentur, ratio th ipsorum semper in tranquillitate quiescit. Et in figuram huius cœlum, quod positum est in medio aquarum, dicitur firmamentum: Non quia non moueatur quinimò ad ipsius motum stellæ in eo fixæ mouentur, sed quia in suo motu non fatigatur, vel perturbatur. Vnde de quo C libet iusto uirtute patientiæ stabilito dicitur. Gen. 1. Vocauit Deus firmamentū cœlum. Secundò, cœli sunt cæteris corporibus puriores. Lux enim est tātæ puritatis, vt per fœda loca transiens, non maculetur, vt patet de radijs solis. Cum ergo cœli ex luce sint creati, consequens est quod naturaliter sint purissimi. Nec obstat quod dicitur Iob 15. Cœli non sunt mundi in conspectu eius, quia hoc dicitur comparatiuè ad munditiam Dei, respectu cuius puritatis, omnis nostra puritas sordescit. Conformiter Apostoli, & cæteri iusti in se puritatem conseruāt licet enim oēs nascamur filij iræ, tñ per baptismum mundati cœlestes efficimur, quod figuraliter ostendebat Paulus. d. Primus homo de terra terrenus. s. primo natiuitate carnis, sed secundus homo de cœlo cœlestis. s. natiuitate spirituali. Tertiò, cœli sunt alijs corporibus pulchriores. quod patet, si consideres eorum ornatum luminarium stellarum, & planetarum, in quibus pulchritudo cęli consistit. Propter quod dicitur Eccl. 43. Species cęli in visione gloriæ. Sic & sancti apostoli alijq; iusti, & doctores diuersis virtutibus ornati, quasi stellis pulchri redduntur. In illis enim tanquam in cœlo reperies Saturnum pietatis, & clementiæ: Iouem charitatis, & beneuolentiæ: Martem fortitudinis, & constantiæ. Solem claritatis, & sapientiæ, Venerem amoris, & complacentiæ: Mercuriū disertæ eloquentiæ: Lunam castitatis, & continentiæ. Sicut enim Deus cœlum istis stellis ornauit, sic & sanctos præfatos virtutibus illis significatis decorauit. Genes. 1. Fecit Deus duo magna luminaria, & stellas, & posuit eas in firmamento cœli, &c. Quartò, cœli præ alijs corporibus ad motum aptiores. Corpora enim quanto magis sunt sphærica, tanto amplius ad motum sunt apta, vt experientia docet. Cœlum autem est summè sphæricum, cui simile nullius ars producere posset. Et ideo faciliter est mobile, & motoribus obediens. Idcircò admiratiuè de tanto ordine cœlorum, quo suo motori obediunt, dicitur. Nunquid nosti ordinem cœli? &c. Sic conformiter sancti apostoli, & doctores, per uirtutē obedientiæ à primo motore mouentur faciliter, plus Deo obedire curantes q̄ hominibus. d. Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus. Isti sunt cœli intellectuales, qui domini intelligentes voluntatem, eidem in omnibus famulātur, de quibus Psalm. Fecit cœlos in intellectu, quos mirabiliter Deus ornauit. Iob 26. Spiritus eius ornauit cœlos. Isti ergo sunt cœli, qui iustitiam Christi iudicis mundo annunciauerunt, de quibus supra Psal. 21. Annunciabunt cœli iustitiā eius populo, qui nascetur, quem fecit dominus.

Prouer. 25. — *1. Cor. 15.* — *Act. 5.*

D *Audi populus meus, et loquar, Israel, & testificabor tibi, Deus, Deus tuus ego sum.*

816 De consecr. distinc. 3. c. Vlt.

Hic consequenter agit de legis Euāgelicæ datione facta per Christū. Vt autem legem nouam ostendat, duo describit principaliter. s. latoris nouæ legis diuinitatem. Secūdò, sacrificii nouæ legis sublimitatem, ibi. *Nō in sacrificijs.* In istis. n. duobus principaliter consistit lex euāgelica. s. in dignitate legislatoris,

per

per quam probatur omnia esse vera, quę in ipsa continentur, & in sacrificij nobilitate, quia ad ipsum omnia sacrificia antiquæ legis reducuntur. Quantum ergo ad primum sciendum est, ꝙ tanta est dignitas Christi latoris legis, ꝙ non solũ est verus homo, vt fuit Moyses dator legis antiquæ, sed etiã est verus Deus, qui nec falli, nec fallere potest. Et hanc diuinitatem .i. se esse verũ Deũ, ipse probauit verbis, & factis. Verbis .d. Ego, & pater vnum sumus. Factis aũt, quia faciebat miracula imperatiuè propria potestate, quæ nullus alius à Deo facere potest. Si enim alij sancti miracula faciebant, nõ autem virtute propria, sed Dei, vnde, & Deum inuocabant, ut illa facerent. Sic ergo dicebantur alij sancti facere miracula, quia Deus ad ipsorum orationem illa faciebat. Vnde & nunc psal. in persona Christi loquens populo Israelitico dicit. *Audi populus meus, &c. Deus tuus ego sum.* Lex .n. euangelica primò fuit data solum filijs Israel, quibus prædicauit Christus. Vnde dicebat. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Si enim aliquando prædicauit Samaritanis, tamẽ ita rarò, quod quasi pro nihilo reputatur. Et hoc est quod populo suo Iudæorum nunc loquitur .d. *Audi populus meus*, quia, scilicet de te carnem assumpsit. *Et loquar tibi, Israel*, quia ad te principaliter sum missus. Et testificabor tibi per scripturas, & per miracula, quid testificabor? hoc, scilicet *quod Deus tuus ego sum*: Dicat ergo, *audi, populus meus*. Vbi notandum, quod propriè loquẽdo, nomine populi solum boni, & iusti intelliguntur, in tantum, quod mali nunquã populum facere possunt. Nam vt recitat Aug. secundũ sententiam Scipionis, & Ciceronis populus sic diffinitur. Populus est cętus multitudinis, iuris cõsensu, & vtilitatis cõmunione sociatus. Ex quibus sequitur, ꝙ vbi iustitia nõ est, ibi populus esse non põt. Quod sic ibidem deducit Aug. Nã iuris cõsensus sine iustitia geri non potest. Vbi ergo iustitia nõ est, ibi ius esse non põt, quod .n. iure fit, profectò iustè fit, quod aũt fit iniustè, nec iure fieri põt. Non .n. iura dicenda sunt, vel putanda iniqua hominum statuta. Quo circa vbi uera iustitia non est, iuris consensu sociatus cętus hominũ nõ põt esse.

Ioan 10.

Matth. 15.

Aug. 19. de ciuit. c. 21.

E Et ideo nec populus iuxta illam Scipionis, vel Ciceronis diffinitionem. Ex istis sequitur, quòd peccatores, & mali non faciunt populum, quia in malis non est vera iustitia. Quoniam vt dicit can. Iustitia cum scelerato homine consortiũ habere non potest. Quod ibidem declarat August. subdens. Quapropter vbi homo Deo non seruit, quid in eum putandum est esse iustitiæ, quandoquidẽ Deo non seruiẽs, nullo modo potest iustè animus corpori, aut humana ratio vitijs imperare? Et, si in homine tali qui s. Deo non seruit, non est vera iustitia, proculdubio F nec in hominum cętu, qui ex talibus hominibus constat. Non est hic ergo ille iuris consensus, qui hoĩum multitudinem populum facit. Et infra in principio capituli vigesimi quarti concludit August. propositum d. Quapropter vera iustitia est populi, vt secundum suam gratiã ciuitati obediẽti, Deus imperet vnus, & summus. Et per hoc in omnibus hominibus ad eandem ciuitatem pertinentibus atq; obedientibus Deo, animus etiã corpori, atq; ratio vitijs ordine legitimo fideliter imperet: vt, quemadmodum iustus vnus, ita cœtus populusque iustorum G viuatur ex fide, quæ operatur per dilectionem, qua homo diligit Deum, sicut diligendus est Deus, & proximum sicut semetipsum. Vbi ergo non est ista iustitia, profectò non est cœtus hominũ iuris consensu, & vtilitatis communione sociatus, quod si non est, vtique populus non est, si vera est hæc populi diffinitio. Hæc omnia Aug. Ex quibus sequitur, ꝙ propriè loquendo populi nomine solum boni intelliguntur. Et isto modo loquebatur Petrus gentibus ad fidẽ conuersis .d. Vos estis genus electum, &c. qui aliquãdo non populus, nunc autẽ populus. Verum est tamen, ꝙ populus accipitur qñque H magis largè. Et sic populum diffinit Aug. d. quod populus est cœtus multitudinis rationalis rerum, quas diligit, concordi communione sociatus. Et isto modo impropriè mali ẽt populum faciunt, nõ quidem Dei, sed magis diaboli. Vnde de malis dr. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Et Matt. 15. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Sequendo materiã fundationis ecclesiæ, & articulorum,

1. Petri 2.

Augu. 15. de ciuitate Dei. c. 24.

Psalm. 2.

lorum, nunc circa quartum articulũ restat videre, quo huius quarti articuli.s. passionis, & mortis Christi efficacia per quartũ fundamentum.s. smaragdi significatur. Vbi notandum, q hic lapis smaragdus multas habet proprietates, quibus significat multas vtilitates, per Christi passionem nobis collatas. Nam, ut d. Magister vbi suprà: Habet iste lapis ex naturæ beneficio multas virtutes. Est.n. viroris sui multiplicatiuus. Ex se.n. generat radiũ quo virore circũcingit aerẽ circũfusum, habet corpus speculare, ac perspicuum obiectarum figurarum, & imaginum ostensiuus, diuersarum infirmitatũ

B tum est curatiuus, auget opes, in causis dat suasoria verba, visum conseruat, & debilem cõfortat, lasciuos motus compescit, reddit memoriam, valet contra illusiones, & phantasmata dæmonum, & tempestates sedat. Ex quibus verè elicio, q iste lapis decem habet virtutes significãtes decem vtilitates Christi passionis. Nam hic lapis radios multiplicat prælia specificat, languidos sanificat, facundiam clarificat, diuitias amplificat, luxuriam refrigerat, oculos illuminat, memoriã fortificat, phantasmata extermi nat, turbidos lætificat. Sic & passio

C Christi conformiter radios multiplicat, virtutem charitatis diffundendo, prælia specificat, nostrum hostẽ superando, languidos sanificat, nostras culpas remittendo, facũdiam clarificat, grata verba proferẽdo, diuitias amplificat, cęlũ nobis reseruando, lasciuiã refrigerat carnẽ mẽti subiugãdo, oculos illuminat, nobis fidẽ inspirando, memoriam fortificat, morte mortem redimendo, phantasmata extermi nat, tentationes expellẽdo, turbidos lætificat, captiuos redimendo. Prima virtus huius lapidis est, q suos radios multiplicat. Vnde.d. Mag. vbi supra, q hic la

D pis est viroris sui multiplicatiuus. Ex se.n. generat radium, quo cingit aerẽ circumfusum. Istam virtutem in sua passione consimiliter habuit Christus, virtutẽ charitatis diffundẽdo. Tunc.n. ad modũ Smaragdi radios suę charitatis emisit, & multiplicauit, quia ex hoc maximã nobis: charitatem ostendit. Rom. 5. cõmendat Deus charitatem suã in nobis, quia cũ adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et sicut smaragdus de se emittendo radios circunstantem aerem afficit sua viriditate, sic & Christus in passione populum circunstantem, idest, sibi per fidem adhærentem sua viriditate conspersit, dum virtute suæ passionis ipsum virore uirtutum virescere fecit, quia ipsum à peccatis liberauit, & viriditate prædotauit charitatis. Dicente Magistro lib. 3. dist. 19. Per mortem Christi in nobis commendatur eius charitas.i. apparet eximia, & commendabilis Dei charitas erga nos in hoc quod filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tantæ charitatis arrha, & nos mouemur, accendimurq; ad diligendum Deũ, qui tantum fecit pro nobis. Et hanc charitatem nobis insinuat Hiere.d. In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miserans. Secunda conditio huius lapidis est, q imagines, scilicet obiecta repræsentat. Quoniam, vt dicit Magister, habet hic lapis corpus speculare, ac perspicuũ, obiectarum figurarum, & imaginũ ostensiuũ. Et hic lapis licet imagines obiectas repræsentet, specialiter tamen antiqui illo utebantur ad prælia in ipso speculanda. Vnde dicit Isidorus 16. etymo. quòd Nero Cæsar in smaragdo gladiorum pugnas prespiciebat. Hoc passioni Christi cõuenit, quæ prælia specificat, &c. In hoc enim singulariter potes speculari prælium, quod pro humano genere inter Deum uertebatur, & diabolum, quod in Christi cruce fuit terminatum, vbi misericordia, & iustitia simul in unũ conuenerunt, in quo ut tam iustitiæ quàm misericordiæ satis fieret, decreuit Deus, ut filius Dei in cruce mortis pœnam pro omnibus toleraret. Vnde pater filio dixisse vr, illud 3. Reg. 22. Sume arma, s. humanitatis, & ingredere præliũ, quod & fecit pro nobis. Tertia cõditio lapidis huius est, q languores sanat. Vnde Magister, ubi suprà, dicit, q est diuersarũ infirmitatũ curatiuus, & inter alios morbos curat caducũ. Hoc Christi passioni cõuenit, q languidos sanificat, &c. & maximè curat morbum caducum, s. mortale peccatum, quo anima cadit à Dei gratia ad gehenæ tormẽta. Et modũ huius sanationis ostendit Magister.d. Per mortẽ Christi à peccato.i. diabolo, & pœna redẽpti sumus. Quia, ut ait Apostolus, In

Rom. 5.

Hiere. 31.

Mag. lib. 3. dist. 19.

In sanguine ipsius iustificati sumus, i. à peccatis soluti, à diabolo liberati sumus, qui nos vinculis peccatorum tenebat, hoc ideo, quia per fidem mortis huius à peccatis mundamur, vnde Apostolus. Quem posuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, idest, per fidē passionis eius, vt olim aspicientes serpentem æneum, in ligno erectum à morsibus serpentum sanabantur. Si ergo recto fidei intuitu in illum aspicimus, qui pro nobis perpendit in ligno, à uinculis diaboli soluimur, idest, à peccatis, &c. Vnde 1. Petri 3. Christus pro nobis mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu, &c.

Rom. 3.

817 *Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autē tua in conspectu meo sunt semper.*

Hic consequenter describitur sacrificij nouæ legis sublimitatem, & dignitatem, quod est sacrificium Eucharistiæ summe laudandum, ac venerandū. Et diuiditur in duas partes. Quia ponitur primò sacrificiorum antiquę legis terminatio. Secundò sacrificij nouæ legis institutio, ibi. *Immola Deo*. Quantum ad primum sciendum, quòd sacrificia antiquæ legis aliquando fuerunt necessaria, scilicet à tempore, quo fuerunt instituta per Moysen diuino præcepto vsque ad mortem Christi, quando fuit sacrificium Eucharistiæ institutum, per quod omnia illa terminata fuerunt, pro tempore enim illo peccatū fuisset omittere illa. Aliquando vero fuerunt neutralia, scilicet à tempore Christi mortis vsque ad nouæ legis publicationem factam per apostolos. Illo enim medio tempore non erant necessaria, quia iam cessauerant, nec erant mortalia, quia homines illa offerentes, excusabat ignorantia. Aliquando autem fuerunt mortalia, scilicet post nouæ legis publicationem. Et secundum hoc præsens pars diuiditur in duas. Quia primò ponitur tempus, in quo fuerunt neutralia. Secundò, tempus, in quo fuerunt mortalia, ibi. *Non accipiam*. Quantum ergo ad primum sciendum, quòd tempore inter Christi passionem, & legis euangelicæ

E promulgationem, quia antiqua sacrificia erant neutralia qui illis utebantur & illa omittebant, nisi aliquod istorum ex contemptu facerent, non erant culpabiles. Et quantum ad hoc dicit. *Non in sacrificijs tuis arguam te*, scilicet pro tempore illo, nec illa omittendo, nec illa faciendo, quia vbi non est culpa, ibi nō cadit reprehensio. Sed quia illa sacrificia etiam sic neutralia, non semper durare debebant, immo lege Christi publicata, & mortifera. Ideo subdit: *Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper*, id est, non semper. In translatione autem Hieronymi iuxta Hebræam veritatem dicitur, *Holocausta autem tua coram me sunt semper*. Vbi aduertendum, quòd quādo aliqua propositio hypothetica, & copulatiua in principio habet negationē, illa vnica negatio deseruit ambabus partibus propositionis, vt cum dicitur: Non dabit Deo placationem suam, & preciū animæ suæ. Et est sensus. Non dabit Deo placationem suam, & nō dabit preciū, &c. Similiter & in proposito cum dicitur. *Non in sacrificijs tuis arguam te, & holocausta non sunt*, idest, non durabunt *semper in conspectu meo*, quia, scilicet facta publicatione legis euangelicæ,

F

G nullo modo erunt licita, vel dicamus, quod illa secunda pars tenet interrogatiuè, quasi dicat, *Holocausta tua erunt semper in conspectu meo?* supple, non. Vel aliter illa, quæ nullo modo sunt ex nobis, nō possunt esse meritoria, cum omne meritum sit à voluntate, & gratia. Illa ergo sacrificia cum non essent ex nobis de se, & ratione operis operati meritoria non erant, sed solum ratione operis operantis, scilicet deuotionis, & fidelitatis offerentium. Vnde illa sacrificia non dicebantur nostra, sed mentis deuotio, quæ

H à voluntate est, dicitur nostra, & istud est sacrificium Deo placitum, vnde istum textum sic exponit Magister: *Non in sacrificijs tuis arguam te*, idest, non quæro animalia in sacrificium, hęc nolo, sed holocausta tua, quæ, scilicet, sunt tui iuris, semper sunt in conspectu meo, scilicet & non ad tempus, illa mihi placent. Holocausta autem dicit animam totam igne charitatis inflammatam, vnde & alibi. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Ad huius euidentiam est sciendum

dum

dum quòd sacrificium nostrum, quod A Deo placet, est bona operatio, ex amore, & Dei gratia procedēs. Ad hoc enim Dei templum erat institutum, vt in eo offerretur sacrificium. Et secundum apostolum. Nos sumus templum Dei. Ergo in hoc templo, scilicet in nobis ipsis est sacrificium Deo offerendum. Eccle. 35. Salutare sacrificium est attendere mandatis domini, & discedere ab iniquitate. Notandum est ergo, quòd in antiqua lege triplex erat sacrificium, scilicet hostia pacifica, hostia pro peccato, & holocaustum. Primum sacrificium Deo offerunt, & conseruant munus innocentię, qui, scilicet cum Deo semper pacem B seruant, quales sunt, qui pactum cum Deo factum in baptismo semper custodiunt. Et istud dicitur sacrificium iustitiæ conseruatæ. Secundum sacrificium Deo offerūt, qui pro peccatis perpetratis rigore pœnitentiæ se affligunt, quod sacrificium pœnitentiæ magis ad iustitiam pertinet, quam sacrificia legis antiquæ. Quia in antiqua lege in sacrificia pro peccato immolabatur animal, quod nō peccauerat. Ideo minus iustum videbatur, quòd vno peccante, alius occideretur, sed erat signum, quòd peccās C sic occidi merebatur. Sed in sacrificio pęnitentiæ, qui peccat, immolatur, dum, scilicet homo mortificat membra sua per pœnitentiam, quibus fuerat usus ad culpam, & spiritus, qui carni consenserat, affligitur cum carne. Iuxta illud psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et istud dicitur sacrificium iustitiæ, quia peccans non ex arbitrio suo, sed secundum arbitrium sacerdotis sacrificium pœnitentiæ agere debet. In cuius signum in ueteri lege de hostia pro peccato offerens nihil habebat, sed unam partem habebat sacerdos, residuū Deo D offerebatur. Tertium sacrificium Deo offerunt, qui perfectionem legis euangelicæ seruant. Dicit enim holocaustum quasi totū incensum. Et istud erat Deo gratissimum. Vnde in illo sacrificio nihil seruabatur, sed totum Deo offerebatur resolutum per ignem. Sic sacrificant Deo, qui Deo totam uitam suam offerunt, nihil sibi de propria voluntate relinquentes, sicut perfecti religiosi, qui nō solum præcepta, sed & cōsilia Christi obseruare student, ut tota uita ipsorum sit spiritualis, & tota igne charitatis accenditur. Et hoc est sacrificium iustitiæ perfectæ, de quo dicit Gregorius super Ezechielem. Sunt quidam, qui nihil sibimetipsis reseruant, sed sensum, linguam, cunctamq; substantiam, quam perceperant, omnipotenti Deo immolant, &c. Ista sunt ergo sacrificia Deo accepta, in quibus debitè factis nulla reprehensio cadit, vt dominus cuilibet sic sacrificanti dicat. *Non in sacrificijs tuis arguam te. holocausta,* &c.

1. Cor. 6.

Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos.

816
3. q. 7. in grauibus.
Eucharistia sacrificium.

HIc agit de sacrificijs antiquæ legis pro tempore, quo fuerunt mortalia, scilicet, post publicationē legis euangelicæ. Vbi notandum, quòd antiqua sacrificia acceptabat Deus, non ratione animalium, quæ offerebantur, sed solum ratione significationis, quia in illis figurabatur verum sacrificium corporis Christi. Ideò quia in illis sacrificijs offerentes spiritu sancto inspirati uerū Christi sacrificium venerabantur, ideo tali ratione illa Deus acceptabat: quia ergo, sicut adueniente sole, cessat vmbra, adueniente figurato, cessat figura. Sic adueniente vero sacrificio Christi corporis, cessauerunt omnia sacrificia antiqua, & ideò Deo amplius accepta non fuerunt nec ratione significationis ipsorum, nec ratione Dei, quia ipsis indigeret. Et ideò duo facit. Quia primò ostendit, ꝙ Deo nō sunt amplius accepta ratione significationis. Secundò, ꝙ nec ratione indigentiæ Dei, uel necessitatis, ibi. *Si esuriero, non dicam tibi.* Quantum ad primum notādum, quod sacrificia antiqua de diuersis rebus fiebant, quæ omnia cessauerunt. s. de animalibus & de auibus, & fructibus terræ. Et duo facit. Quia primò ostendit sacrificium animalium esse finitum. Secundò, sacrificium, & fructus terræ, & auiū, ibi. *Cognoui.* Prima diuiditur in duas partes. Quia ostēdit primò, ꝙ in illis non habet complacentiam. Secundò, ꝙ in illis non habet indigentiā, ibi. *Quoniam mea sunt.* Quantum ad primum ait. *Non accipiam de domo tua uitulos,* &c. Idest, sacrificium uitulorum, vel hircorum, s. publicata lege euangelica.

Illa

Illa enim duo animalia maximè Christum figurabant. s. vitulus propter habilitatem nutrimenti. Nam, vt dicit Magister de proprietatibus rerum, vitulus inter cætera animalia habet carnes laudabilis nutrimenti, quia est facilis digestionis pp calorem, & humidum dominans in illo. Sic & Christus est nobis cibus perfectissimi nutrimenti, quo ad vitam nutrimur æternam. Ioan. 6. Caro mea vere est cibus. Hircus uero significat Christum ratione suæ potestatis. Nam tantæ potestatis dicitur esse hircus, quod caliditate sui sanguinis frangit adamantem, qui nulla alia re domari potest. Et sic significat Christũ, qui calore sui sanguinis, idest charitate in suo sanguine exhibita superauit diabolum, quem nullus alius superare potuit. Si ergo illa sacrificia facta per uitulum, & hircum figurabant sacrificiũ corporis Christi, ideo meritò per istud sacrificium illa cessare debuerunt. Et hoc est, quod dicit, institutio sacramẽto Eucharistiæ. ***Non accipiam de domo tua uitulos***, &c. Magis moraliter. Per vitulum, & hircum significatur duo peccata, quæ inter cætera regnabant in Iudæorum populo, scilicet per uitulum accipe peccatum auaritię, & per hircum peccatum luxuriæ, quia est animal inter cætera magis luxuriosum. Per vitulum significatur peccatum auaritiæ. Nam ut habetur Exod. 32. Dum Moyses esset cũ Deo in monte ad accipiendũ legẽ, Aarõ remansit inferius cum populo. Populus autem dixit ipsi Aaron. Fac nobis Deos, qui præcedant nos: Moysi enim nescimus quid acciderit. Tunc Aaron postulauit à populo inaures aureas, aurum ipsorum, & argentum, vt ex illis faceret eis Deos, quod cum accepisset, fecit ex eis vitulum cõflatilem, in quo populo fuit occasio idololatriæ, suisq; successoribus exemplum idololatriæ dedit. Vnde Moyses cum descendisset, ex hoc fuit turbatus, quia Aaron dixit. Dederunt mihi aurũ, & proieci illud in ignẽ & egressus est hic uitulus. Vnde prædicta verba ad propositũ exponẽs Gualt. dicit. Aurum dederunt mihi, &c. Mira res, sed tamen vera, quod huius idololatrię sacerdos auctor extiterit. Audi ergo sacerdos. Quare aurum tibi datum est? Non enim ex tuo thesauro habes, patri- E monio, vel labore, sed ex oblatione fidelium. Sed acceptum aurum sacerdos misit in ignem. Et hoc est in auri concupiscentiam per auaritiam hominum corda inflammare. Ignis enim auaritiæ significat ardorem, & in hunc ignem à sacerdotibus mittitur aurum, quorum exẽplis agitur, vt ardenter ametur. Quę est enim subuersio maxima populorũ, nonne auaritia sacerdotum? Vnde studium hoc, & cura vehementius terrena colendi, immoderatius incumbendi huiusmodi lucris agendis, non in solis iam secretis oritur, sed foris etiam manifestæ F operis executione profertur. Et ideo quia in illo vitulo aureo alijs datum est exemplum auaritiæ, Moyses reprehendens Aaron ei dixit. Quid fecit tibi populus iste, ut induceres super eo peccatum? Veruntamen Aaron in fabricatione huius vituli excusatur aliqualiter, quia ipsis petentibus ab eo, vt eis faceret Deos, ipse studiose ab eis inaures aureas postulauit, vt ex difficultate rei postulatæ, ipsos à suo malo proposito reuocaret. Vnde Rabanus super eodem dicit, quod iubet Aaron aurum sibi dari ab auribus vxorum, & filiarum, vt illis faceret G Deos, non absurde intelligitur difficilia voluisse præcipere, ut difficultate præcepti eos ab intentione idololatriæ facilius reuocaret. Et, si dicas, postquam ex hoc non potuit eos reuocare, non tamẽ debuit ex dato auro vitulum pro idololatria eis facere. Ad hoc dicitur, quòd ipse acceptum aurum, nõ proiecit in ignẽ, intentione faciendi vitulum, sed potius, vt turbatus ex petitione ipsorum, iocalia ipsorum destrueret. Sed ex auro illo arte dæmonis vitulus fuit formatus. Vnde Magister in historijs super Exod. dicit. Tradunt quidam Aaron inaures H proiecisse in ignem, sed opere dæmonis conflatum fuisse caput vituli, quod tamen quandoque vitulum, quandoq; caput vituli vocatur. Vnde in excusationẽ sui Aaron dixit Moysi. Proieci illud in ignem, & egressus est vitulus iste. Sic ergo per uitulum, auaritiã, quæ est idolorum seruitus, & per hircum intellige luxuriam, quæ maximè in domo ecclesiæ Deus detestatur, propter quod & nunc dicit: ***Non accipiam de domo tua uitulos, neque de*** &c.

1. Cor. 6.

Quo-

819 *Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in mõtibus, & boues.*

Consequenter hic ostendit, q istorum nõ habet indigentiam.s. vt de manu nostra ista accipiat, quia oĩa sunt sua,& non nostra. q.d. secundũ gl. Quia ista non sunt tua, sed mea, cur ergo quæram à te, quod meum est? Vbi notãdum, q animalium quędam sunt syluestria, quæ non possidentur ab homine, quæ sunt indomita. Et ista notat. d. *Quoniam mea sunt omnes feræ*. Quædam verò sunt domita, quæ ab homine possidentur, & nutriuntur, vt boues, equi, & oues. Et ista notat. d. *Iumenta in montibus, & boues*. Sub istis duobus generibus cætera omnia includens animalia.

820 *Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum est.*

6.q.1.*si omnia*.

Hic consequenter ostendit cessasse sacrificium, quod fiebat antiquitus ex auibus & fructibus terræ. Fiebant enim aliqua sacrificia de auibus, vt de turturibus, & passeribus, & aliqua de fructibus terræ. Et omnia cessauerunt sicut sacrificium animalium, ex eisdẽ rationibus, vt supra. Notat ergo primum, cùm dicit. *Cognoui omnia volatilia cæli*. Ac si dicat: Omnia sunt mea non tua, quæ cognoui ab ęterno, quod nullus hominũ fecit.s. quæ, & quot sunt. Notat secũdum d. *Et pulchritudo agri mecum est*.i. vbertas omnium ex terra nascẽtium *mecum est*, idest mihi seruit. vel *mecum est*, quia ego vbique sum. Vnde propheta. Cœlum, & terram ego impleo. Vel *mecum est*, quia apud me nihil præterijt, nihil futurum est, cum illo sunt omnia. Et hic notandũ, q Dei cognitio accipit dupliciter, quia est quædam Dei cognitio simplicis notitiæ, & sic omnia cognoscit bona, & mala Dan. 13. Deus æterne, qui absconditorũ es cognitor, tu nosti omnia, antequam fiant. Quædam verò dicitur cognitio approbationis, & complacentiæ, & sic solũ bonos, & bona cognoscit, sed nõ malos nec mala, quia nõ approbat illa. Sic.n. populo gentili, quem non approbabat, dicit: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi.i. seruiet. Ad propositum ergo omnia illa sacrificia, quæ fiebãt de animalibus auibus, & fructibus terræ, ante institutionem veri sacramenti, cognoscebat etiam approbatiuè. Instituto autem vero sacrificio, illa non approbat, licèt cognoscat. Et hoc est quod dicit: *Cognoui omnia*, &c.s. approbaui de præterito. nunc autem non approbo. Quæ præteritio se tenet ex parte nostra, non Dei.

Cognitio Dei.

Psal. 17.

Si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. 821

Postquam ostendit, q illa sacrificia amplius Deo non sunt accepta rõne significationis, hic ostendit, q sibi non sunt accepta ratione suæ necessitatis. Vbi notandum, q nullius boni creati Deus habet indigentiam, quia essentia, sua eminenter, & excellentissimè omnia creata, & creanda, ac possibilia, & non creanda continet, propter quod Psal. d. Psal. 15. Bonorum meorum nõ indiges. Et hoc est, quod hic dicit. *Si esuriero, non dicam tibi*. q.d. Si ita esset quod esurirem (quod tamen est impossibile) non oporteret, q aliquid a creatura peterem, cùm omnia potestati meæ sint subdita, *quia meus est orbis terræ, & plenitudo eius*. Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, &c. Sed dices: Nunquid Deus esurijt, & petijt manducare? Esuriui, & dedistis mihi, &c. Nunquid sitiuit & perijt bibere? Dixit Samaritanæ, Da mihi bibere? Respondeo, quod esuriuit Deus, non in se, sed in assumpta humanitate. Vnde quod in se esurire non possit sequitur dicens.

Matth. 25. Ioan. 4.

Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? 822

Quasi dicat, non. Vel magis moraliter. Per taurorum, quod est animal indomitum, intellige superbos. Per hircos autem quod est animal fœtidũ, & luxuriosum, luxuriosos. Istos non comedit Deus, quia tales nõ approbat, nõ sibi incorporat. Nam illud, quod mãducamus, & bibimus, nobis incorporamus. Sic spũaliter illos mãducat Deus & bibit, quos sibi per approbationem, & dilectionẽ incorporat, & facit membra corporis sui, & per oppositum illos non manducat, neq; bibit, quos sibi per dilectionem non incorporat, nec approbat.

Manducare.

823 *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.*

De consecr. dist. 2. nihil.

Reprobatis sacrificijs veteris legis, hic commendatur nouæ legis sacrificium, scilicet Eucharistiæ. Et duo facit. Quia primò nobis imponit eius immolationem. Secundò, ostendit eius vtilitatem, ibi. *Et inuoca me.* Circa primũ sciendum, quòd sacer componitur cum facio, cis. & inde sacrifico, cas. i. sacrum facere. Et inde sacrificium, idest, sacrũ factum. Vocatur ergo meritò Eucharistia sacrificium, quia panis fit verum Christi corpus, quod est sacrum, & vinum fit sanguis Christi. Vocatur etiam sacrificium laudis, quantum est ex parte sua, quia dignum omni laude, imò maius omni laude. Et quãtum est etiam ex parte nostra, quia præ omnibus alijs sacrificijs cum maioribus laudibus offertur. propter qđ dicitur: Nihil in sacrificijs diuinis maius potest esse, quam corpus, & sanguis domini nostri Iesu Christi. Nec vlla oblatio potior est, sed hęc omnes pręcellit. Quæ pura conscientia domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus venerãda, & sicut potior est cæteris, ita cæteris potiùs extolli, & venerari debet. Item notandum, ꝙ hoc sacrificium dupliciter immolatur. s. quando per sacerdotem sacramentum consecratur, & quando iam consecratum sumitur, solis sacerdotibus primum conuenit, secundũ autem & cæteris. Ratione primi vocatur sacrificium, sed ratione secundi dicitur holocaustum, quia per primum fit sacrũ per secundum autem totum cor hominis accenditur, & inflammatur igne diuini amoris. In vitis enim patrum legitur de quodam episcopo sancto, qui dum accederent fideles ad perceptionem huius sacramenti, vidit conscientias accedentium. Vidit ergo bonos quosdam, qui, dum accederent, & corpus Christi reciperent, exurebat eos, & incendebat. Alij autem sicut lumen efficiebantur in se, & corpus Christi per os ingressum totum corpus eius illustrabat. Et ideo de hoc sacrificio dicit Damascenus: Diuinum carbonem sumamus, & participatione diuini ignis deificemur. Vnde Deuteron. 4. dicitur. Deus noster ignis consumens est. Et hæc benè in carbone denotantur.

E Nam carbo dicitur ignis in materia terrestri. Ignis autem Deus est, natura vero humana secundum carnem terra est. Sic ergo Deus in carne est quasi carbo. Qui ergo vult inflammari amore diuino hũc sibi carbonem frequenter applicet. Et hoc est, quod dicit. *Immola Deo sacrificiũ laudis.* Sed attende, quid prius facere debeas. Vnde subdit: *Et redde altissimo vota tua,* scilicet quæ promisisti in baptismo, quasi dicat, siue obseruatione votorum, idest, in baptismo promissorum, hoc sacrificium dignè immolari nõ potest, sed magis ad iudicium sumitur quàm ad vi-F tam. Vnde Ionæ 2. dicitur. Ego in voce laudis immolabo tibi. Et modum subdit, dicens: Quæcunque voui, reddam pro salute mea domino.

Et inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. 824

Hic ponitur vtilitas dignè immolãtis, quia in omni tribulatione adiuuatur à domino. q. d. Si immolaueris sacrificium laudis (& hoc soluendo vota tua dño) tunc securè *inuoca me in die tribulationis,* scilicet aduersitatis, vel tenta-G tionis, *& eruam te,* scilicet à tribulatione, ecce præmium immolationis. *Et sic honorificabis me,* quia dignè sumens Eucharistiam, Deum honorat. Sic enim dicitur infra: Sacrificium laudis honorificabit me. Sed hic est dubium, in qua immolatione magis quis meretur, vel dignè sacrificando, vel dignè manducãdo. Ad hoc dico, ꝙ sacrificando. Sic etiã per oppositum magis quis peccat indignè sacrificando, quam indignè communicando, quod patet ex tribus. Primò, ratione maioris potestatis, qua Christi corpus cõsecratur, sicut enim altior gradus causa est maioris demeriragain, sic & meriti, si-H quis illo dignè vtatur. Nulli autem dubium, quòd maior est potestas in consecratione, quæ solùm competit sacerdotibus, quàm in cõmunicatione, quæ omnibus iam viris, quàm mulieribus cõuenit. Secundò, ratione maioris dignitatis, qua ipse Christus præsentatur, quia sacerdos in consecratione gerit personam Christi, in communicatione autẽ personam hominis. Ideò sicut plus peccat indignè agendo primum actum, quã secundum, consimiliter dignè agendo magis meretur.

Quæstio.

meretur. Tertiò ratione maioris vnitatis, qua Christi sponsæ magis conformatur, quoniam consuetudo est ecclesiæ Christi sponsæ q maiorem Christo exhibet reuerentiam in actu consecrationis, quam communicationis, ergo sicut indignè consecrans sibi magis difformatur, quam indignè communicans, sic per oppositum dignè consecrans sibi magis cōformatur, & per consequens magis meretur. Sequendo materiam fundamentorum ecclesiæ. i. articulorum, nunc videre restat alias vtilitates mortis Christi per quartum lapidem. s. smaragdum figuratas. Quarta enim conditio huius lapidis est, q facundiam clarificat, vnde Magister, vbi suprà, dicit, quòd hic lapis in cansis dat persuasoria verba. Hoc autem excellenter Christi passioni conuenit, quę facundiam clarificat, grata verba proferendo. Arbor enim crucis stola fuit Christi, in qua suam doctrinam ad breuem formam verborum reduxit, in qua nunc vt Deus, nunc vt homo gratè loquebatur. Vnde Bernard. in de verbis Christi in cruce dictis, ait. Itaque ex illa cathedra crucis quoddam Deuteronomium dictatum est, in qua recapitulās breuiter, quæ multa prolixitate dicta fuerant, satagit simul Magister bonus facere, & docere, & exemplo confirmare doctrinam. Ne tam veritatis præceptor esset quam testis, modo vltimo loquitur, qui paulò ante ad Pilati, & Herodis inquisitiones conticuit, curiositatem, & fastum tumentium hominum aspernatus, pauperes spiritu edocet de patibulo. Ibique stylum religionis iterum instruens pauca proponit capitula, in quibus affectum charitatis intimat, & zeli sancti imitationem commendat. Non possunt impedire tormenta doctrinam. Seipsum igitur modò hominem exhibet, modò Deum, modò omnipotentem, modò infirmum, modò supplicat, modò se dicit derelictum, modò latroni promittit Paradisum, hęc Bernard. Hoc autem clariùs patet si consideres facundiam septem verborum, quæ in cruce protulit, quæ nobis victoriam contra septem peccata mortalia pręstāt. Primum fuit charitatis, & concordiæ cōtra inuidiam, dicens: Pater, dimitte illis, &c. Secundum largitatis, & misericordiæ cōtra auaritiam, dicens latroni. Hodie mecum eris in Paradiso. Tertiū puritatis, & munditiæ contra luxuriam, dum matrem virginem virgini commendauit, dicēs. Mulier ecce filius tuus, &c. Quartum humilitatis, & patientiæ contra superbiam, dicens: Heli, heli lamazabathani, &c. Quintum fuit asperitas pœnitentiæ, dicens: Sitio, & cæt. Sextum fuit operositatis, & obedientiæ contra accediam, dicens: Consummatum est. Septimum fuit æquitatis, & iustitiæ contra iracundiam, dicens: Pater, in manus tuas, &c. Et ideo hanc mirabilē loquendi crucis facundiam admirans Apostolus dicit. Accessistis ad Iesum, & sanguinis Christi aspersionem melius loquentem quàm sanguis Abel. videte ne recusetis Deum loquentem. Quinta conditio smaragdi est, quòd diuitias multiplicat. Vnde vbi supra dicit Magister. Hic lapis auget opes. Sic & Christi passio diuitias amplificat, cœlum iustis reserando, quoniam per hanc passionem non solum peccatorum nobis relaxantur merita, sed etiam æternas diuitias cœlum aperiendo, vt ostendit Magister libro 3. dist. 18. dicens. Decreuerat enim Deus propter primum peccatum nullum intromitti hominem ad gloriam, nisi in vno homine tanta existeret humilitas, quæ omnibus suis sufficere posset, sicut in primo homine tanta fuit superbia, q omnibus suis nocuit. Non est autem inuentus inter homines aliquis, quo illud posset impleri, nisi leo de tribu Iuda, &c. Vnde & hanc passionem nobis cōtulisse gloria diuitias prædicat Apostolus. d. Videmus Iesum per passionem mortis gloria, & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Sexta conditio smaragdi est, q luxuriam refrigerat. Vnde Magister, vbi suprà, dicit, q lasciuos motus compescit, vnde hic lapis coitum non valet sustinere. Vnde dicit Albertus lib. 2. de mineralibus. Expertū est temporibus nostris, q hic lapis smaragdus, si verè bonus est, non sustinet coitum. Vnde rex Vngariæ Bella, qui nostris temporibus regnat, in coitu cum vxore sua lapidem hūc in digito habuit, & propter coitum in tres partes fractus est. Et ideo probabile est, quod quidā dicunt, q hic lapis gestantem se ad castitatem inclinat. Hoc passioni Christi congruit

Nota victoriā septem verborum à Christo in cruce prolatorum contra septem peccata mortalia.

Hebr. 12.

Hebr. 2.

gruit qui in sua passione asperitate maxima carnem à carnalibus voluptatibus abdicat, nos exemplo suo admonens omnis luxuriæ fugere voluptatem. Sic.n.vt dicitur 1. Petri 2. Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, quia peccatum non fecit, &c.

815 3.q.7. idem testatur.

Peccatori autem, dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

Hic consequenter agitur de præsumptione peccatorum, & ipsorũ increpatione. Quia statim dictum est, ꝙ Deus quærit sacrificiũ laudis. s. in quo, & per quod Deus laudetur. d. Immola Deo sacrificium laudis. Ideo ne putet peccator hãc sibi imperari, prohibet ne linguam præsumat laudare cui obuiat conscientia, hoc tamen nõ interdicitur iam conuersis ad pęnitentiam, quia iam peccatores non sunt, sed in malo perseuerantibus. Ista ergo pars diuiditur in tres partes. Quia primò ponit peccatorum increpationem. Secundò, peccatorum distinctionem, ibi. *Tu verò odisti.* Tertiò, infert intentam conclusionẽ, ibi. *Intelligite.* Quantum ad primum sciendum, quod verbum Dei cum summa reuerentia est audiendum, vt ostẽdit Aug. & habetur 1. quæst. 1. Interrogo vos, fratres, &c. Cum ergo non sit minoris dignitatis verbum domini alijs prædicare, quàm ipsum ab alio audire, sed maioris. Sequitur, ꝙ ad tantam ipsius reuerentiã obligatur prædicator diuini verbi, quantam auditor, & plus. Et ideo si auditor peccat, negligenter audiens, quantò fortius prædicator immundus? Vnde tales increpat hic, cuilibet talium dicens. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas,* &c. Et attende, ꝙ per iustitias intelligit legem euangelicã, quæ animam iustificat à peccato, sed per testamentum legem antiquam. Præponit autem iustitiam testamento, quia euãgelium dignius est antiqua lege. Sed hic oritur dubium. Vtrum prædicator malę vitæ sit prohibendus à publica prædicatione, & consimiliter à publica lectione verbi Dei in ecclesia. Et videtur qđ non,

Quæstio.

E quia à bono opere nullus est prohibendus, sed prædicare publicè, & legere verbum Dei, sunt bona opera, ergo ab illis nullus debet prohiberi. Ad oppositum videtur præsens noster textus dicens. *Peccatori autem dixit Deus,* &c. Respondeo. Dicunt aliqui, ꝙ opera sunt in triplici differentia: quædam sunt meriti, vt opera misericordiæ, & pœnitentiæ, quædam sunt remedij, vt sumptio Eucharistiæ, quædam sunt dignitatis, vt prædicare, legere, vel regere. A primis nullus debet prohiberi quantumcunque malus, quia etsi in peccato facta non sunt meritoria: F sunt tamen dispositiua ad gratiam. A secundis mali sunt prohibendi, quia talibus non remedium conferent, sed damnationem. A tertijs, si sunt in notorio peccato, sunt arcendi, ne scandalizetur populus, si autem peccatum ipsorum sit occultum, non sunt arcendi propter vilitatem audientium. Quamuis hic vnum sit clarum; scilicet, quòd quilibet irreuerenter tractans verbum Dei, grauiter peccat, tamen dubium est, scilicet quòd esset existenti in peccato, vel malæ vitæ minus malum; vel maius peccatum, an prædicare, vel à prędicatione cessare. Et G ad hoc declarãdum respondet Magister Gerardus tertio quolibeto suo, multiplicem ponens distinctionem. Prima, tali prædicatori aut prædicare ei incumbit ex officio suo, vt puta quia est episcopus, vel curatus, & sic ex officio ei incumbit in ecclesia sua verbum Dei prædicare, alibi autem non, vel hoc sibi competit ex priuilegio, vel commissione illius, cui incumbit ex officio, tunc enim potest, sed non obligatur. Item distinguendum est de peccato eius, aut est populo, cui debet prædicare, publicum, & notorium, aut occultum, & secretum. H Item distinguendum ex parte audientium, quia aut indigent, & sunt dispositi ad audiendum, aut non indigent, vel nõ sunt dispositi ad audiendum. Et secundum ista variæ ponuntur conclusiones. Prima conclusio, quòd si tali malæ vitæ nõ incumbit prædicare ex officio, quòd tunc minus peccatum est illi tacere quã prædicare: probatur quia talis ex præsumptione magis videretur prædicare, quia ad hoc non obligatur, sed potest, & sic, si omittat, non peccat ex hoc.

Opera multiplicis.

Conclusio.

Si vero

Si vero faciat, peccat, quia Dei verbum irreuerenter pertractat. Vnde Gregor. ait. Lex quippe est ipsis prædicatoribus posita, vt viuendo impleant, quod suadere festinant. Nam loquendi auctoritas perditur, quando vox opere non adiuuatur. Hinc etiam per Psal. dicitur *Peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Sermones etenim Dei prædicator post se proijcit, cum hoc, quod dicit, facere contemnit. Quomodo autem dictis eius alter obediet, dum ipse respuit opere, quod prædicat voce, & dissimulat audire, quod narrat? & cæt. Talibus enim ait Apostolus. Qui alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum, ipse furaris? &c. Secunda conclusio est, quòd, si tali prædicare incumbit ex officio, & peccatum eius sit publicũ, quòd grauius peccat prædicando, quàm tacendo. Probatur, quia ex tali actu magis scandalizatur populus, quam informetur. Et talibus dicit Hieronymus in epistola ad Nepotianum. Non confundant opera tua sermonem tuum, ne ibi, cum in ecclesia prędicaueris, tacitus quilibet audiens dicat. Cur ergo, quæ dicis, ipse non facis? Delicatus est Magister, qui pleno ventre de ieiunijs disputat. Nam & latro accusare auaritiam potest. Sacerdotis Christi os cum mente concordet: vt, quod verbis prædicat, ipse prius obseruator existat. Et confirmatur, quia cum plus, & efficacius exempla moueãt, & inducant videntes, quàm verba audiẽtes, talis sua mala vita plus vidẽtes prouocabit ad malum, quàm audientes ad bonum. Et, si dicas talis ex officio prædicare tenetur: ergo si omittat, peccabit, & per te, si prædicet, peccabit, ergo cogitur ad peccatum. Respondeo, quòd non cogitur, sicut verbigratia. Quilibet tenetur communicare semel in anno sub pœna peccati mortalis, quæro ergo de publico vsurario, aut communicabit, & sic peccabit, quia indignè, aut non communicabit, & sic peccabit, quia inobediens ecclesię, ergo ad peccandum cogitur. Certum est, quòd non, quia vsuras potest restituere, & pœnitere. Similiter dico in proposito. Tertia conclusio est, quòd si peccatum talis, qui ex officio ad prædicationem tenetur, sit occultum, tunc minus peccabit prædicando, quàm tacendo, quia ex hoc scandalum nullum sequitur, & officium implet, ad quod tenetur, licet non eodem modo, quo tenetur. Ex prædictis ergo apparet, quòd quilibet alijs prædicans bona, quæ ipse non perficit, peccat, propter quod dicebat Apostolus. Non enim audeo loqui aliquid eorum, quæ per me non effecit Christus.

Gregor. 19. mor. c. 1. | *Psal. 47.* | *Rom. 2.* | *2. Conclusio.* | *Hierony.* | *3. Cõclusio.* | *Rom. 15.*

Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. 826

Consequẽter hic ponit peccatorum distinctionem, quæ maximè officiũ impediunt prædicationis. Et ista sunt quinque, quæ hic ponuntur. Primum præsumptionis, & superbiæ in principio. Secundum elationis & iactantiæ, ibi. *Si videbas furem.* Tertium est detractionis, & malitiæ: ibi. *Os tuum.* Quartum est infectionis, & nequitiæ: ibi. *Sedens.* Quintũ est abnegationis diuinæ iustitiæ, ibi. *Existimasti.* Quantum ad primum sciendũ, quòd magna est præsumptionis superbia, Deo nolle subijci, & Deum spernere, spernit autem Deum, & Deo subijci recusat, omnis, qui mandatis eius cõtradicit. Et hoc peccatum notans dicit. *Tu verò odisti disciplinam.* Vbi notandum, q̃ disciplina multipliciter accipitur. Vide supra versi. 236. Hic autem accipitur pro contritione, vel compunctione. Nam disciplina secundum Catholicon dicitur à displiceo, ces. Contritio autem, & compunctio facit compũcto displicere commissa peccata. Hæc autem disciplina quatuor modis contingit, vt ostendit Grego. super illo verbo Iob. 33. Erudiẽs eos instruit disciplina. Erudiens, inquit, eos instruit disciplina, quia consideranti menti, & se per pœnitentiam laceranti, quasi quædam plagæ sunt percussionis lamenta compunctionis. Vnde compunctionem non incongruè disciplinam vocat. Quatuor quippe sunt qualitates, quibus iusti anima in disciplina, vel compunctione vehemẽter afficitur. Cum aut malorum suorum reminiscitur, considerans vbi fuit. Aut iudiciorum Dei sententiam metuens, & secum quærens cogitat

Disciplina. Contritio. Pœnitentia. | *Gregor. 13. mor. c. 21.*

tat vbi erit. Aut cum mala vitæ præsentis solerter attendens, mœrens considerat, vbi est. Aut, cum bona supernæ patriæ contemplatur; quæ quia necdũ adipiscitur, lugens cõspicit, vbi non est. Malorum suorum Paulus meminerat, & ex eis se in quibus fuerat affligebat, cum diceret. Nõ sum dignus vocari Apostolus, quia persequutus sum ecclesiã Dei. Rursus diuinum iudicium subtiliter pensans, in futuro malè esse metuebat, dicens. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cum alijs prędicauero, &c. Rursus mala præsentis vitæ pensabat, cũ diceret. Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Infœlix homo, quis me liberabit de corpore, &cæt. & rursus bona æternæ patriæ considerabat, dicẽs. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, &cæt. Ex quibus apparet, quòd ille odit disciplinam, qui prædicta quatuor non considerat, vt cõtritionem de suis habeat peccatis, quod maximè in prædicatore est detestandum, qui alios ad contritionem ducere conatur. Et de istis dicitur Hiere. 5. quòd renuerunt accipere disciplinam, non considerantes, quod dicitur Sap. 3. Qui abijcit disciplinam, infœlix est. *Et proiecisti sermones meos retrorsum.* Vbi glo. quasi dicat. Quæ dicis, post te ponis, ne videas, scilicet, ne dicas, te non fecisse. Et sic istud proijcere sermones Dei retrorsum, est quasi quoddam velle ignorare. Greg. autem dicit vt sup. li. 19. mor. c. 6. Sermones enim Dei prædicator post se proijcit, cum hoc, quod dicit, facere contemnit. Quod omnia procedunt ex peccato præsumptionis, & superbiæ.

1. Cor. 9.
2. Cor. 5.
Rom. 7.
1. Cor. 13.
Gregor. lib. 19. mor. c. 6.

827 *Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.*

6. q. 1. ex merito.

Consequenter hic ponitur peccatũ elationis, & iactantiæ. Vbi notãdũ, q̃ ille propriè fur dicitur, qui bona rapit aliena. Et quia hoc à principio diabolus facere studuit, dum Dei gloriam sibi vsurpare voluit, ideo ipse propriè fur nuncupatur, de quo ait Christus Io. 10. Fur nõ venit nisi vt mactet, furetur, & perdat. Cõsimiliter fur vocatur prædicator, qui

Fur.

E de sua prædicatione gloriam sibi, & non Deo quærit. Exemplo diaboli primi furis. Est ergo sensus. *Si videbas furem,* idest, diabolum, qui Dei gloriam vsurpare conatus est, tu cum eo currebas, scilicet consimiliter Dei gloriam tibi quærẽdo. Vnde meritò tales hypocritæ propriã quærentes laudem cum primo fure currere, immo & ipsi fures dicuntur. Præda quippe vel furtum dicitur, cum auferuntur aliena, omnis autẽ, qui ex bono opere laudem sibi quærit, alienum profectò est, quod tollit. Et hoc idem sub alijs verbis exprimit, dicens. *Et cum adulteris portionem tuam ponebas.* F Adulter. n. dicitur omnis ille prædicator, qui ex prædicatione non fructum, sed propriam gloriam quærit. Quod ostendens Greg. 16. mor. cap. 2. ait. Paulus ait. Non sicut plurimi adulterantes verbum Dei. Adulter namque in carnali coitu non prolem, sed voluptatem quærit. Ideo peruersus quisq; prædicator vanæ gloriæ seruiens, rectè adulterare verbum Dei dicitur, quia per sacra eloquia, non Deo filios generare, sed suam scientiam desiderat ostendere, quem enim libido gloriæ ad loquẽdum trahit, voluptati magis quàm generationi operam impendit. G *Cum adulteris ergo prædicator portionem suam ponit,* qui ex prædicatione gloriam Deo debitam, appropriare sibi quærit.

Adulter.
Gregor.

Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. 828

Consequenter hic ponitur peccatũ detractionis. Detractio. n. ex abundanti malitia procedit. Nam detrahere est verbis alterius famam diminuere. Vnde detractio est malitia oris procedẽs à dolositate cordis. Vnde istud peccatũ ponẽs dicit. *Os tuum abundauit malitia, &c.* H Hic enim accipitur os pro corde, ex cuius malitia consequẽter lingua exterior concinnat dolos, & detractiones, vnde Iob. 15. Docuit iniquitas os tuum. Hic notandum, vtrum omnis diminuens famam alterius per malitiam, & dolositatem, ei illam restituere teneatur. Ad hoc respondet Catholicon in termino fama dicens. Secundum Theologos quis potest alterius famam tripliciter auferre, vel diminuere. Vno modo verũ dicẽdo, & iustè, puta cum aliquis crimẽ alterius

Bona quæstio.
Detracti.
Fama.

prodit,

prodit, debito ordine seruato. Vt cum iudex publicat latronem, & ipsum suspendit, & tunc non tenetur ad restitutionē. Alio modo falsum dicendo iniustè, & tunc tenetur restituere, se dicendo falsum dixisse. Tertio modo verum dicendo, licet iniustè, vt puta cum quis prodit crimen alterius contra ordinē debitum, vel intentione mala. Et tunc tenetur ad restitutionem famæ, quantū potest, sine mendacio tñ. Vt puta dicendo, quod dixi de tali, verum dixi, sed ego defeci sic dicendo, quia debitum ordinem nō seruaui. Sed in isto tertio membro non credo esse verum, quia sic dicēdo, nullo modo eidem famam restituit, sed magis dictū suū sine debito ordine prolatum confirmat. Dico ergo, q in tali casu sic diffamāti debito ordine non seruato, sufficit contritio, & confessio sacramentalis.

829 *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, hæc fecisti, & tacui.*

CONsequenter hic ponitur peccatū infectionis, s. malum exemplū alijs ministrando. Vbi primo notandū, q prima pars istius versus spectat ad sententiā versiculi præcedentis, in quo actū est de peccato detractionis, dicēs. *Os tuum abūdauit malitia, & lingua tua*, &c. Vnde hic ponit modum talis detractionis, dicens. *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris*, scilicet verba detractoria. Vbi notandū, q aliqui alijs detrahunt non deliberato animo, sed casu, & isti non sedēt, sed ambulant. Alij autem deliberatè, & isti sedere dicuntur. Vnde aggrauans peccatum deliberatum, dicit. *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris*. Vnde glos. *Sedens*, &cæt. Non enim sedens, casu alteri derogat, sed studio. Qui autem transiens hoc facit, casu, non voluntate facit. Per fratrem autem omnem hominem intellige, quia omnes homines fratres sunt conditione primæ natiuitatis. Consequenter ad propositum accedens dicit, *Et aduersum filium matris tuæ ponebas scandalum*, idest, malum verbum, vel malum exemplum proximo præbebas, quod ei occasio ruinæ fuit. Vbi notandum, quòd scandalum aliud est corporale, aliud spirituale. Scandalum corporale dicitur, vt quando aliquis obex ponitur alicui in via corporali, cui impingens disponitur ad ruinam, & talis obex dicitur scandalū. Similiter in processu viæ spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem per dictum, uel factum alterius, inquantum, scilicet sua locutione, inductione, vel exemplo alterum trahit ad peccandum, & talis locutio, monitio, vel exemplum dicitur scandalum spirituale, unde Hierony. super illo uerbo, Quicunque scandalizauerit unum, &c. dicit. Scandalizat alium, qui alteri dicto, uel exemplo occasionem ruinæ præbet. Et illud peccatum maximè contradicit uitæ prædicatorum, qui sunt ordinati ad leuandum iacentes. vnde dist. 83. Nemo in Ecclesia Dei amplius nocet, &c. Et ideo dicebat ille prædicator Paulus. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. *Hæc fecisti, & tacui*. q. d. Tu prædicta fecisti, *& ego tacui*, i. distuli pœnam, expectando emendam. Et tu expectationem ad impunitatem uertis, quia ex hoc quod punire differo, tu credis me similem tibi, qui peccatum tuum impunitum vis permanere. Vnde sequitur.

Scandalū.

Hierony. Matth. 18.

1. Cor. 8.

830 *Existimasti, inique, quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.*

De pæ. d. 1. medicina.

CONsequēter hic ponit peccatū abnegationis diuinæ iustitiæ, multi enim mundani considerantes, quòd in vita præsenti multoties Deus peccata impunita dimittit, cogitāt peccata Deo placere, quia si Deo displicerent, cum sit omnipotens, illa non permitteret. Sed tales non aduertunt, quòd, si Deus hominem in libero arbitrio non relinqueret, iam homo non haberet, unde à Deo iustè præmiari, uel puniri posset. Permittit ergo Deus peccata, non quia sibi placeant, sed ut ex hoc uel homo cognoscens infirmitatem suam, humilietur, uel ipse puniendo iudex appareat iustus. Etiam alia ratione mala, quæ tamen sibi non placent, fieri permittit, quia ex illis malis bona scit elicere. Vnde ait Magister lib. 1. distinct. 46.

Sedere.

Frater.

Peccatum Malum.

Nam, vt ait August. mala fieri bonum est: nec sinerentur mala ab omnipotente Deo fieri, nisi esset bonum, vt ea fierent: quia ex malis, quæ fiunt, Deus bona elicit. Et infrà patet, quòd ex malis, quæ fiunt, quædam proueniunt bona, cum comparatione malorum bona magis placent, & laudabiliora existunt. Ipsis etiã facientibus, ex malis, quæ faciunt, interdum bona proueniunt: Iis, qui secũdum propositum vocati sunt sancti: talibus enim vsque adeo omnia cooperantur in bonum, vt, si qui eorum deuiant, & exorbitant, hoc eos faciat, proficere in bonũ, quia humiliores redduntur, atque doctiores, vt Petrus. Illa etiam mala, quæ ab iniquis fideles perferunt piè, vtique prosunt illis ad demenda peccata, vel ad exercendam, probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam, &c. Ex quibus apparet, quòd quãuis Deus mala permittat, ipsa tamen non amat, vt mali, qui in hoc Deum sibiipsis similem existimant. Et hoc est, quòd hic peccatori Deus dicit, *Existimasti, inique, quòd erò tui similis*, s. consentiẽdo malis, quia putas, quòd placent mihi mala. Sed ego peccata finaliter impunita non dimittam, quia *arguam te*, scilicet te puniendo. *Et sic statuam contra faciem tuã*, scilicet, peccata tua, scilicet, vt ostendam tibi, quòd displicent mihi, ideo ipsa puniam. Et peccata propria arguent peccatorem, & ostendent ipsi peccatori, quòd Deo non placent. Et hoc est quod dicitur Hierem. 2. Arguet te malitia tua, & conuersio tua increpabit te. Sequitur. Scito quam amarum est, te dereliquisse dominum Deum tuum.

Hier. 2.

831 *Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deũ, nequando rapiat, & non sit, qui eripiat.*

Hic ponitur inuentia conclusio, quæ est, vt per prædicta mali ante mortem corrigantur, & sic per virtutem sacramenti Eucharistiæ (quod viaticum dicitur) deducantur ad pœnitentiam. Et primo ponit peccatorum correctionem. Secũdo ipsorum per Eucharistiam deductionem, ibi. *Sacrificium.* Quantum ad primum dicit, *Intelligite hæc*, scilicet, quæ supra sunt dicta de statu bonorum, & malorum. *Vos, qui obliuiscimini Deum*, idest, qui me Deum esse non creditis. *Nequando rapiat*, scilicet, Deus ad pœnam vos post mortem, *& tunc non sit, qui eripiat*, quia, qui ante mortem non conuertitur ad Deum, post mortem à pœna non liberatur, quia in inferno nulla est redemptio.

Sacrificium laudis honorificabit me.

832 *Eucharistia.*

IDest, sacrificium Eucharistiæ, quod sacrificium laudis dicitur, vt patet versic. 823. *Honorificabit me*, scilicet, debite celebratum, & receptum, quia per illud summas gratias Deo reddimus pro omnibus bonis, quæ nobis contulit. Et hoc sacrificium dicitur via eundi ad Deum, propter quod viaticũ dicitur, vnde subdit. *Et illic iter*, scilicet in sacrificio illo, quia hoc sacrificium est via ad Deum. Hæc est scala Iacob, quia Angeli, idest, fideles ascendunt, & descendunt, ad laudem ascendunt diuinitatis, sed descendunt ad laudẽ humanitatis Christi, quia in isto sacramento est vera diuinitas, & humanitas Christi. Et ideo subdit. *Et illic iter, quo ostendam salutare Dei*. Salutare Dei dicitur Christus, qui est Saluator noster. Lucæ 2. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Hic ergo ostenditur salutare Dei, quia hic Saluator noster realiter continetur, & etiam quia per virtutem, & immolationem huius sacramenti saluamur. Continuando materiam articulorum, nunc restat quintus articulus, quem, scilicet posuit Thomas, dicens. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis, figuratus per quintum fundamentum, qui erat Sardonyx. Hic enim lapis suis conditionibus, & proprietatibus huius articuli singulas significat partes. Vbi notãdum est, quòd iste articulus tres continet partes. s. Captiui visitationem generis, quod inferni cõtinebatur carcere, quia descendit ad inferos. Defuncti resurrectionem corporis, quod sepulchri tegebatur lapide, quia resurrexit à mortuis. Præstiti numerationem temporis, quod a Christi docebatur pectore, quia tertia die. Hæc omnia significat iste lapis Sardonyx. Quoniam hic lapis secundum Magistrũ lib. 17. virtutibus afficitur, quibus visitationis infernalis figuratur vtilitas, quo ad

Salutare Dei.

Articulus quintus.

Sardonix.

ad primum ex partibus componitur, quibus resurrectionis corporalis demõstratur veritas, quoad secundum. Coloribus afficitur, quibus numerationis tridualis denotatur quantitas, quoad tertium. Primo ergo hic articulus continet captiui visitationem generis, dicens. Descendit ad inferos. Christi enim humilitas non fuit contenta pro humano genere carnem assumere, & in crucis patibulo mortem tolerare pro ipso, nisi etiam in mortis triduo corpore remanente in sepulchro, eius anima sanctos patres in infernum uisitaret, ipsosque suo perlustrando lumine liberaret. Vnde Ambrosius in tertio libro de spiritusancto. & allegatur à Magistro libro tertio distinctione Vigesimasecunda. Lumé vitæ fundebat æternæ, radiabat illuc lux vera sapientiæ, illuminabat infernum, sed in inferno non claudebatur. Et infrà. Confitemur enim Christum pependisse in ligno, & iacuisse in sepulchro, sed in carne, & fuisse in inferno, sed in anima sola. Hæc autem tanta, & consummata Christi animæ descensionis ad infernum humilitas, in hoc figuratur lapide. Quoniam secundum Magistrum vbi supra, hic lapis Sardonyx humilem efficit. Et ideo Christus de anima sua, à qua fluit corporis uita, dicit in Psalmo. Vita mea, idest, anima in'erno appropinquauit, æstimatus sum cum descendentibus in lacum, &cet. Sed circa istum articulum occurrunt dubia. Primum, vbi sit locus inferni, ad qué Christus descendit. Ad quod notandum, quòd secundum antiquos doctores infernus est quadruplex, scilicet, damnatorum, vbi est carentia lucis gratiæ, & gloriæ, & pœna sensibilis. Secundus est limbus puerorum, vbi sunt duo prima sine tertio. Tertius est purgatorium, vbi sunt duo vltima sine primo. Quartus est limbus patrum, in quo sine extremis est medium. Et ad istum quartum Christus descendit, & omnes, quos inuenit, liberauit. Tamen quia Gregorius Hom. vigesimasecunda expressè ponit, quòd Christus non omnes de inferno, ad qué descendit extraxit, ideo notãdum, quòd ista inferna possunt considerari aut secundum situm, aut secundum qualitatem. Si secũdum qualitatem, sic nulli est

Descendit ad inferos.

Ambros.

Infernus. Limbus.

Gregor.

A dubiũ, quòd sunt distincta inferna, quia in vno est pœna sensus, in alio non, in vno est gratia, in alio non, in uno est gratia cum pœna sensus, in alio non, & sic de alijs, ut patet ex diuisione dicta. Si autem considerentur quantum ad situm tunc probabile est, quòd omnium istorũ sit unus situs, sic quòd in eodem loco saltem continuo sunt omnia inferna dicta. Hoc autem probo, quia infernus damnatorum, & lymbus patrum sunt in eodem loco, igitur, & omnia alia inferna sunt in eodem loco: patet consequentia, quia limbus patrum minorem conuenientiam habet cum inferno, quam limbus puerorum, uel purgatorium, quia cum ipso solum conuenit, in uno; scilicet in carentia gloriæ. Sed in isto conueniunt cum inferno limbus puerorum, & purgatorium, & in aliquo alio, quod patet de limbo puerorum, quia ibi est carentia gloriæ, & vltra hoc carentia gratiæ. De purgatorio patet, quia ibi est carentia gloriæ, & ultra hoc pœna sensus, ergo. Sed probo antecedens, primo per Gregorium Homilia uigesimasecunda vbi vult expresse, quòd Christus descendendo ad inferos, de inferno damnatorum extraxit sanctos patres, ibidem relinquens damnatos. Vnde sic dicit. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, omnia traxit, qui de electis suis apud inferos nullũ reliquit: Omnia ergo abstulit utique electa, neque enim infideles quosque, & pro suis criminibus æternis supplicijs deditos, Dominus resurgendo ad uitam reparauit, sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide, & actibus recognouit: Vnde rectè per Oseam dicitur. Ero mors tua, ò mors, ero morsus tuus, inferne. Id namque, quod occidimus, agimus, ut penitus non sit. Ex eo autem, quòd mordemus, partem abstrahimus, partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit, quia uero ex inferno partem abstulit, partemque reliquit, non occidit funditus infernum, sed momordit. Ait ergo. Ero mors tua, ò mors, ac si apertè dicat, quia in electis meis te funditus perimo. Ero morsus tuus, inferne, quia sublatis eis, te ex parte transfigo. Et hæc eadem verba ponit idem Greg.

B

C

D

Gregor.

Osee 13.

Greg. libr. 12. moral. capit. 8. Item huic opinioni assenit Sanctus doctor lib. 4. distinct. 45. dicens, quòd potest dici, quòd limbus patrum, & infernus sunt in eodem loco, hoc etiam dicit de limbo puerorum. Item hoc est de mente beati August. d. Non absurde credi videtur, antiquos sanctos, qui uenturi Christi te nuerunt fidem à tormentis quidem impiorum remotissimos, licet apud inferos fuisse, donec eos inde Christi sanguis erueret. Et ista opinio potest declarari ex verbis articuli, dicentis, quòd Christus descendit ad inferos, quia locus, ad quem anima Christi descendit, in plurali dicitur inferna, non propter pluralitatem locorum, sed propter eiusdem loci qualitates diuersas, à quibus diuersimode appellatur, quia aliquando infernus damnatorum, aliquando limbus, &c. Secundum dubium est, vbi existit situaliter iste locus inferni, ad quem Christus descendit. Ad quod dicitur, quòd est in medio terræ, de hoc vide suprà versic. 108. Tertium dubium est, per te sancti patres erant in inferno, nunquid pœnam patiebantur inferni? Ad quod dicendum, quod secundum Gregor. Ignis inferni habet ardorem, quo cruciat, & obscuritatem, qua excæcat, propter primum cruciat animam, propter secundum priuat gloria. Et istæ operationes non sunt necessario annexæ, nec in omnem animam ibidem existentem insimul efficiuntur, sed secundum quòd anima est disposita, ut illis accidentibus sit subdita. Fit autem subdita anima eius ardori, & concremationi per culpam mortalem, vel eius reatum. In animam ergo in inferno existentem, si careat culpa mortali, & eius reatu, ignis ille licèt sua obscuritate possit priuare lumine, non tamen suo ardore potest illã cruciare. Sicut patet de nostro igne, qui suo splendore aliqua potest illuminare, quæ suo ardore non potest cremare, ut patet de Salamandra. Quia igitur sancti patres ante aduentum Christi carebant culpa mortali, eius reatu licet ibi priuati essent lumine gloriæ, non tamen pœnam sensus patiebantur. Et consimiliter dicendum est de paruulis in solo originali descendentibus. Istam autem huius articuli primam partem cõcludit Bar. 4. cap. dicens. Deputatus es cum ijs, qui descendunt in infernum.

Aug. 20. de ciu. Dei capit. 15.

Gregor. 9. moral.

PSAL. L.

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuã. 833

De pœ. d. 3. totam.

PSALMUS iste talem titulũ habet. *Psalmus Dauid, cum uenit ad eum Nathan Propheta, quando, uel quoniam introiuit ad Bersabee.* Ad cuius intellectũ sciendum, quod, ut habetur. 2. Regum 12. Postquam Dauid commisit peccatum adulterij cum Bersabe vxore Vriæ, & ipsa concepisset, uolens occultare peccatum suum, fecit occidi Vriam virum eius, & postmodum illam accepit in vxorem. Quod factum displicens domino, misit ad eum Nathan Prophetam, ut ipsum argueret de commissis peccatis. Qui cum venisset ad Dauid, proposuit ei iudicium quærens. Diues quidam cum haberet centum oues, vicino suo pauperi unam solam, quam habebat ouiculam rapuit, quod cum audisset Dauid, iudicauit hunc reum esse mortis. Et Nathan ipsum ex hoc reprehendit, dicens. Tu es ille, qui hoc fecisti, qui cum multas vxores, & concubinas haberes, unam solam, quam habebat Vrias, rapuisti. Ad cuius vocem territus Dauid, statim rediens ad cor, pœnituit. Et in conspectu omnium confessus est peccatum suum, dicens. Peccaui Domino, & Dei petens misericordiam, fecit istum Psalmum. Ex quibus apparet sensus tituli, & materia psalmi. Est ergo sensus tituli talis. Psalmus Dauid, scilicet agens de humilitate, & pœnitentia, quam habuit Dauid, *quando uenit ad eum Nathan propheta*, scilicet à Deo missus ad ipsum arguendum de peccato, quod fecit, *quando intrauit Bersabee*, vel redarguit eum, quoniam intrauit ad Bersabee. Et notandum, quòd in isto Psalmo Dauid nobis omnibus ponitur in exemplum non cadendi, sed, si quis ceciderit resurgendi. Et ne desperes de alterius immanitate peccati, cum videris Dauid post

reatum

peccatum adulterij, & homicidij per pœnitentiæ humilitatem Deo placuisse, quia ad uocem prophetę ipsum arguentis, non negauit peccatum, non se excusauit, ut homines facere solent, sed peccatum suum publice confitens, ait. Peccaui Domino. Vnde hic spiritualiter nobis humilitatis datur exemplum, quæ summè pęnitentibus valet. Et hinc est, quod præ omnibus alijs Psalmis pœnitentialibus, iste frequentius in ecclesia legitur, quia hic magis quam in alijs humilitatis datur exemplum pœnitentibus, quam omnes habere debent, & possunt quantumcumq; debiles, & infirmi. Quoniam in isto Psalmo nihil difficile dicitur, ut in aliis pœnitentialibus Psalmis, in quibus. Lauabo per singulas noctes lectum meum. Et in alio. Grauata est super me manus tua. Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ. Et in alio. Cinerem tanquam panem manducabam. Et in alio. De profundis clamaui. Et in alio. Persecutus est inimicus animam meam. Sed in isto solum à Deo patre misericordiarum misericordiam implorat humiliter, dicens. *Miserere mei, Deus*. Alibi enim districtiora fortiorib. Hic autem temperata, & leuia infirmis prouidet, per quod omnes docentur agere pęnitentiam, propter quod in isto psalm. dicitur. *Docebo iniquos vias tuas*, &c. Per istum enim modum facili[ter] de peccatis venia impetratur. Et hinc est quod iste psalm. in ordine psalmorum est quinquagesimus, significans annum iubileum, qui erat annus remissionis, in quo omnia debita remittebātur, & possessiones alienatæ restituebantur. Sic conformiter per humilitatem pœnitentiæ, de qua hic agitur, plena præstatur peccatorum remissio, & restituitur gloria alienata per peccatum à nobis. Istis visis, accedo ad psalmi diuisionem, qui diuiditur in partes tres. Quia primo petit culpæ remissionem. Secundo petit gratiæ infusionem ibi. *Asperges me*. Tertiò promittit satisfactionem, ibi. *Docebo iniquos*. Prima in tres, quia primo ponit misericordiæ Dei implorationem. Secundo petit plenam purgationem, ibi. *Amplius laua me*. Tertiò ad hoc inducit multiplicem persuasionē, ibi. *Quoniam iniquitatem*. Prima in duas, quia primò petit gratiam Dei in generali. Secūdò in speciali, ibi. *Et secundum multitudinem*. Quantum ad primum sciendum, quòd propriè misericordia non cadit in Deo, cum misericordia sit quædam compassio alterius miseriæ, de hoc uide supra uersicul. 55. Sed dices, quæ est misericordia Dei, quæ dicitur magna? Audi Bernardum istum passum pertractātem, vbi sic ait. *Miserere mei Deus*, &c. Sicut sunt peccata minima, sunt & magna, sunt & mediocria. Sic & misericordia Dei dicitur quædam parua, quædam mediocris, & quædam magna. Magnus peccator magna opus habet misericordia, vt vbi superabundauit peccatum, superabundet, & gratia. Parua misericordia Dei dicitur expectatio peccatoris, quòd non statim punitur cum peccat, sed ad pœnitentiam expectatur. Parua inquam misericordia, non in se, sed in comparatione cæterarum, alioquio magna nimis valde, misericordia Dei est expectatio peccatoris. Nam peccantem Angelum non expectauit, sed statim præcipitauit è cœlo: primum quoque hominem peccantem statim expulit de paradiso. Et certè si consideremus quam magna, & quam multa quotidie committimus, nonne leuia illa reputabimus, quæ statim damnationis exceperunt sententiam? Sed hæc potestas crucis, & virtus est, quā Christus dicit. Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & uiuat. Hæc vox uidetur Christi: videtur & resurgentis à morte peccatoris. Ac si dicat velit, nolit Iudæus, viuo ego, nolo mortem peccatoris, qui pro peccatoribus mori volui, volo quòd fructuosa sit mora mea, & sit per eam misericordia magna, & copiosa redemptio. Parua inquam hæc misericordia, quia hæc sola non sufficit ad salutem, sed iudicium damnationis accumulat, vt peccator audiat, hæc fecisti, & tacui. Apostolum etiam proinde audiamus terribiliter tonantem. An diuitias bonitatis eius, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quòd benignitas Dei te ad pœnitentiam adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui, thesaurizas tibi thesauros iræ, qui thesauros prærogatæ tibi misericordiæ contempsisti, secundum duritiam tuam

Misericordia Dei.

Rom. 2.

tuam ait, & cor impœnitens. Sed quis scindet duritiam istam? Est itaque prima misericordia patientia Dei. Secunda misericordia omnino maior est prio re, quæ facit, ne prima perniciosa sit, & infructuosa. Et hæc quidem leuibus sufficit in peccatis, quibus scilicet, dum gestamus corpus mortis, non possumus abstinere. At in grauioribus, & quæ ad mortem sunt, non solum pœnitentia opus est, sed etiam continentia. Res planè difficilis, & possibilis soli Deo, susceptum solum peccati iugum à ceruicibus excutere. Et hæc est magna misericordia magnis necessaria peccatoribus, de qua nunc ait Psalmista. *Miserere mei, Deus secundum magnam misericordiam tuam.* Sed statim dices, potest ne misericordia Dei maior esse respectu vnius, quam respectu alterius? quia uocat misericordiam Dei magnam, magnum enim comparatiuè dicitur ad minorem. Et sic hoc est quærere, vtrum Deus misericordius agat cum vno quã cum alio. Et uidetur quòd sic. Quoniam misereri est auferre miseriam, sed Deus magis aufert miseriam unius quam alterius, quia scilicet ab uno aufert totam miseriam, ut puta à beatis, ab alio autem solum aufert partem, puta à damnatis, quia non eos tantum punit, quantum puniri meruerunt, ergo. Ad oppositum arguitur, quia cum misericordia Dei sit idem quod Deus, & Deus non suscipiat magis nec minus, consequens est quod nec misericordia eius maior, nec minor poterit dici, & sic nõ misericordius aget cum uno, quam cum alio. Respondeo, quod Deum magis uel minus misereri tripliciter potest intelligi, scilicet, aut maiori habitu, aut minori actu; aut maiori effectu, primo modo, & secundo est impossibile magis, vel minus in Deo ponere, sed tertio modo, scilicet, quo ad effectum, qui est subleuare à miseria, verum est tam in præsenti quam in futuro, sed aliter nunc, & aliter tunc, quia nunc misericordiæ effectus sunt principaliores, & effectus iustitiæ sunt consequentes. Tunc autem, iustitiæ effectus erunt principaliores, & misericordiæ erunt annexi. Tunc enim reddet Deus secundum opera sua unicuique, nunc autem secundum benignitatem suam. Et

Quæstio.

E ideò simpliciter magis miseretur in præsenti eius, cui magis vult. In futuro vero magis eius, qui magis indiget. Vnde magis misero magis condonabit, secũdum quantitatem absolutam, non secundum quantitatem relatam. Ex istis patet ad argumenta.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

834 De pœ. d. 3. Serpens.

Hic consequenter misericordiã Dei in speciali postulat, ostendendo, F quid petat, scilicet culpæ remissionem. Vbi notandum, quòd Dauid implorando misericordiarum Dei multitudinem, se apertè manifestat peccasse multipliciter. Et ideo attende, quòd ex illo peccato, quod in Bersabee commisit, multiplex peccatum implicatur. Nam ibi primo fuit peccatum luxuriæ, quia adulterium cum aliena vxore commisit. Secundò ibi fuit peccatum deceptionis, & fallaciæ, quia peccatum suum occultare voluit. Et ideo statim, cum sciuit illam esse grauidam, misit pro Vria viro eius, ut illam cognosceret, & sic ei attribueG ret conceptum. Tertiò ibi fuit peccatum auaritiæ, siue rapinæ. Nam ex hoc, quòd uolebat Vriam cognoscere vxorem suam iam grauidam, volebat quòd Vrias conceptum ipsius Dauid crederet esse suum, & per consequens falsum hæredem ipsi Vriæ voluit supponere, quod est alienam hæreditatem velle rapere. Quartò ibi fuit peccatum homicidij, quia non potens Vriam militem fidelissimum inducere ad dormiendum cum vxore sua, ipsum proditoriè etiam fecit occidi. Quintò quia occasione mortis vriæ, plures alij de seruis Dauid H interfecti fuerunt, ut apertè habetur 2. Reg. 11. Tot ergo, & tanta peccata sua Dauid considerans, multitudinem miserico[r]diarum Dei petit, dicens. *Et secundum multitudinem miserationum tuarum*, &c. Et attende, quod in primo versu postulauit *magnam misericordiam.* Hic autem *multitudinem miserationum* per hoc innuens, quòd misericordia differt à miseratione, quia misericordia notat interiorem miserentem habitum, sed miseratio actum notat exteriorem. Vnde

Dauid Peccatum.

Misericordia.

de dicit. *Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam*. Dele inquit, ut nullum remaneat peccati vestigium. In primo ergo versiculo notauit misericordiam Dei secundum quantitatem continuam, dicens. *Magnam*. Hic autem secundum quantitatem discretam, dicit. *Secundum multitudinem*. Et attende quòd misericordia Dei non solum delet peccata ignoranter commissa, sed etiam scienter commissa, quod hic ostendit Augustinus. Istam autem miserationum multitudinem præbet Deus nobis in præsenti. In futuro autem magis iustitiam. B Dicit Magister in libro de natur. rerum, quòd aquilam cornix diu insequitur, sed aquila ex nobilitate animi diu dissimulat, tandem propter importunitatem eius, quia non desistit ab incepto, vnguibus ipsam rapit, & lacerat. Sic moraliter. Nam aquila ab acumine visus dicitur Christus, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo, & in terra, quem mali licet insequantur, ipse tamen generosus dissimulat, & patienter sustinet, & à malo desistere volentibus liberè parcit. Psalmus 102. Quomodo miseretur pater filiorum, C misertus est dominus timentibus se, quoniam, &cet. Tandem verò, non cessantibus peccatoribus, propter ipsorum importunitatem vnguibus suæ iustitiæ, ipsos rapiens lacerat damnat, & punit. Ideò in præsenti hanc postulemus misericordiam, quia post hanc uitam peccatoribus obliuiscetur misereri Deus, & continebit in ira sua misericordias suas, ut dicitur psal. 76. Et notandum, quòd bene Dei misericordia, & Dei miseratio multiplex dicitur, & magna, scilicet intensiuè, extensiuè, & duratiuè. Primò est multa, & fortis, & magna intensiuè, D patet, quia delet peccatum, quod est tantæ malitiæ, ut pro ipso nullus mortalis satisfacere possit, ut ostendit Anselmus primo cur Deus hom. capitulo sexto. Vbi ostendit, quòd oporteret dare hominem pro peccato commisso aliquid maius omni eo, quod non est Deus, ad satisfaciendum pro peccato, quod nullus mortalium facere potest. Et ideo ex misericordia, Deus incarnatus est, ut pro homine satisfaceret Deus factus

Aquila cornix.

Satisfactio.

Anselm.

A homo, quòd autem homo teneretur dare pro peccato aliquid maius omni eo, quod non est Deus, probat ipse Anselmus in capit. 21. d. Quia homo non satisfacit pro peccatis suis, nisi reddat aliquid maius quam sit illud, pro quo peccare non debet, sed pro omni eo, quod non est Deus, non debuit homo peccare, ergo oportet pro peccato reddere aliquid maius omni eo, quod non est Deus. Et istud est vita Christi. Et ideo dicitur ad Titum 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit. Ista ergo misericordia fuit magna, & fortis intensiuè. Dicit enim Arist. quòd fortitudo potentiæ actiuæ terminatur per maximum, in quod potest. Vnde si esset aliqua potentia, quæ posset in duplum, triplum, & sic in infinitũ, illa diceretur infinita intensiuè, sed talis est misericordia Dei, quia non est dare peccatum ita graue, uel magnum, quin misericordia Dei maior sit ad remittendum. Refert Ambrosius de obitu Theodosij, quòd tantæ fuit misericordiæ, quòd nunquã negauit misericordiam petenti, de quo sic scribit. Beneficium putabat se accipere Theodosius, cum rogaretur ignoscere. Et tunc pronior erat ueniæ, quando fuisset maior commotio, optabatur in eo quod ab alijs timebatur ut irasceretur. Habebat reorum remedium, quoniam, & habuit super eos potestatem, quasi parcens postulari malebat, quam contra iudicium punire æquitatis, uides impunè abire, qui nunquam ueniam petenti negauit. Et sic fuit uerè filius illius, qui dicit. Estote misericordes, sicut pater vester misericors est. Lucæ sexto. Ex hoc considerare potes, quantò maior est misericordia Dei. Secundò misericordia Dei est infinita extensiuè. Hoc autem dupliciter potest declarari. Primò ex parte subiecti ipsius, scilicet Christi, sic. Si aliquis omnibus vicinis suis concederet riuulos de fonte, ut sibi facerent aquæductus pro libito, signum esset, quòd fons ille magnæ esset sufficientiæ. Isto modo Deus pater filium suum, qui est fons sapientiæ, verbum Dei in excelsis misit in mundum, & voluit eum scaturire de terra vteri virginalis. Et, ut esset omnibus

Misericordia Dei.

Philos. 1. de cælo.

Ambr. de obit. Theodosij.

omnibus copiosius, permisit cuilibet riuulum sibi facere, quando Iudæorum, & Gentilium uoluntati se dedit, ut ipsum crucifigerent. Ideo benè dicitur in plurali. Hieremiæ quadragesimosecundo. Dabo uobis misericordias. Secundò hoc ex parte hominis patet, cui Deus multipliciter miseretur. Primò præseruando ut caueat, secundò expectando vt redeat, tertiò condonando ut pœniteat. Vnde Augustinus secundo. Confession. Gratiæ, & misericordiæ tuæ deputo, quæcunque mala non feci, quia, te, duce, nō feci. Tertio est infinita duratiuè, quia quantuncunque homo expectet tarde, statim vt vult, pœnitere, ipsum recipit, & indulget. Exemplum de latrone, vnde Bernardus super Cantica. Omninò propter misericordiam tuam post te currimus, ò bone Iesu, videntes, quòd non spernis pauperem, peccatorem non horres, non horruisti latronem confitentem, non lachrymātem meretricem, nō Chananæam deprecantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in teloneo, non supplicantem publicanum, non persecutorem Paulum, non ipsos tuos crucifixores. Ex quibus apparet, quòd non immeritò misericordiam Dei Psalmus dicit magnam in primo versiculo, sed multiplicem in secundo. Per oppositum autem misericordia hominum est debilis, & modica multipliciter. Primo intensiuè, quia vix quis mouetur ad compassionem alterius, iuxta illud secundæ Timoth. 3. Erunt homines seipsos amantes absque misericordia, &c. Secundò extensiuè, quia si fit aliqua compassio hominis ad alium, est forte ad consanguineum, non ad extraneum, ad amicum, vel familiarem, & nō vltra, ideo dicitur. Miseratio hominis circa proximum suum, misericordia autem domini super omnem carnem. Tertiò est breuis duratiuè, quia non durat, nisi quamdiu homo cernitur in oculis. Osee sexto. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Non sic docuit Tobia filium suum sibi dicens. Quantum potueris, esto misericors, ad Colos. 3. Induite uos sicut electi Dei uiscera misericordiæ, non dicit verba, sed viscera, quia multi uerbis compatiuntur, sed operibus pauci. Vnde dicit Petrus Rau. In quodam serm. In resurrectione coram omnibus Angelis in conuentu omnium resurgentium, non dicitur, quòd Abel fuit passus, quòd Noe mundum seruauit, quod Abraham fidelis fuit, quod Moyses legem dedit, quòd Helias in cœlum ascēdit, quòd Petrus resupinus crucem ascēdit, quòd Paulus decapitatus fuit, quòd Laurentius combustus. Omnia enim hæc Christus tacet, & solum de operibus misericordiæ loquitur, dicens, Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. ut ostendat quòd, qui misericors est, & ipse à Deo misericordiam meretur. Distinguens ergo Psalm. misericordiam Dei à nostra ipsam dicit magnam, & multiplicem, dicens, *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum*, &c. Item notandum, quòd Dei misericordia est multiplex, scilicet præueniens, quo ad boni propositi inspirationem. Psalmo Misericordia eius præueniet me. Subsequēs, quoad meritorum cooperationem. Psalmo. Misericordia tua subsequatur me omnibus diebus vitæ meæ. Perficiens, quoad præmij æterni retributionem. Esaiæ quadragesimonono. Non esurient, neque sitient amplius, neque percutiet eos æstus, & sol, quia miserator eorum reget eos. Et ideo istā misericordiam multiplicem Psal. notans dicit. *Et secundum multitudinem miserationum tuarum*, &c. Sequendo materiā articulorum, restat declarare secundam partem quinti articuli, scilicet præsciti determinationem temporis resurrectionis Christi, propter quod dicit articulus, tertia die. Tribus enim diebus Christus secundum corpus mansit in sepulchro, sed, habita mortis uictoria, tertia die resurrexit, quod ipse adhuc uiuens suis prædixit discipulis, dicens. Filius hominis tradetur principibus sacerdotū, & scribis, & condemnabunt eum morte. Sequitur. Et tertia die resurget. Et Mattheo. 12. Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, &c. Hic autem prædictus numerus in Sardonyce figuratur. Quoniam hic lapis tribus coloribus distinguitur, &c. Secundum enim Magistrum vbi supra, hic lapis ex tribus constat coloribus, quia in imo est niger, in medio

Luca 23. *Bernard.* *Misericordia hominū multiplex.* *Eccle. 18.* *Tobia 4.* *Misericordia Dei multiplex.* *Tertia die.* *Matth. 26.* *Sardonix.*

medio candidus, & in summo rubicundus. Istis enim tribus coloribus, rectè tres dies quibus Christus in sepulchro iacuit, figurantur. Primus enim dies fuit dies Veneris, quando scilicet hora iam tarda completorij etiam obscurata die, sepulturæ fuit traditus. Et quia illa die fuit in sepulchro solum hora iam nigra, & obscura, hinc est, quòd illa dies per primum colorem huius lapidis, scilicet nigrum, figuratur, ut de ipsa prima die iam nigra, & obscura dicatur. Dies domini ista tenebræ, non lux. Secundus dies fuit dies sabbati. In qua per totum diem iacuit in sepulchro. Et hæc dies figuratur per secūdum colorem huius lapidis, qui est candidus. Nam, cum per totam hanc diem Christus fuerit in sepulchro, hæc dies debet denominari à principaliori parte sua, quæ est meridies. Tunc enim sol existens in altiori loco, & gradu suo magis splēdet, & feruet, quàm in aliqua alia hora diei. Et sic meritò per colorem candidum, & splendidum illa etiam dies figuratur, ut de hac secunda die dicatur. Sicut lux meridiana clara est. Tertius dies fuit dies dominica, in qua fuit in sepulchro per ipsius scilicet primam partem, quia, scilicet, in aurora resurrexit. Illa autem pars diei quando tempus est clarum est rubicunda. Et ideo merito per tertium colorem huius lapidis rubeum figuratur, ut merito, de hac die, in qua solum in principio diei, & mane mansit in sepulchro, dicatur. Mane dies vnus. Vnum de istis tribus diebus, quibus Christus in sepulchro à nobis mansit absconsus potest dici. Tribus diebus nemo vidit fratrem suum. De quibus expresse ait saluator. Sicut Ionas fuit in vētre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Sed statim occurrit dubium, qualiter, scilicet, Christus fuit in sepulchro tribus diebus, & tribus noctibus. Ad hoc respondet gloss. & est Augustinus dicens. Dicitur tribus diebus more antiquorum, qui diem cum nocte præcedente computabant. Et sic accipit partem diei, qua sepultus est cum nocte præterita prò tota die per synecdochem. Sabbatho verò noctem, & diem integrum accipit, noctem vero dominicam cum eodem die illucescente, partem pro toto. Et sic habes tres dies, & noctes. Tertia vero pars huius articuli continet defuncti resurrectionem corporis, quod sepulchri tegebatur lapide, quia resurrexit à mortuis. Christus enim in principio tertiæ diei resurrexit, & non post tertiam diem, vt Iudæi falsè Pilato allegabant, dicentes. Domine, recordati sumus, quia seductor ille, &c. dixit post tres dies resurgam. Hæc autem Christi resurrectio Sardonyce lapide figuratur, qui ex partibus componitur, quibus Christi resurrectionis demonstratur veritas. Secundum enim Magistrum vbi suprà. Sardonyx est lapis cōpositus ex sardio, & onyce figurans cōpositionem, vel vnionem animæ Christi cum corpore in hac sancta resurrectione. Nm per sardium lapidem, qui coloris est sanguinei, figuratur anima rationalis, cuius sedes est sanguis iuxta illud Leuitic. decimoseptimo anima omnis carnis in sanguine est. Et sic per sardium colorem habens sanguinem, figuratur anima. Per onycem autem lapidem, qui lapis ex sua proprietate multiplicat lites, & commouet animos ad rixas, & lites, humana caro, siue corpus humanum figuratur, quod lites, & bella semper aduersus spiritum excitat, secundum illud Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. Sardonyx ergo compositus ex sardio figurante animam, & ex onyce figurante corpus, expressè Christi resurrectionē significat, in qua Christi corpus, & anima ad inuicem coniuncta fuerunt. Et hoc ponens ista pars articuli quinti dicit. Surrexit à mortuis. Et hanc partem ponit Apostolus. 1. Corin. 15. d. Tradidi verbis in primis, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, & quoniam sepultus est & quia resurrexit tertia die, &c.

Amos 5. — *Esaia 18.* — *Genes. 1.* — *Exod. 10.* — *Matth. 12.* — *August.* — *Resurrectio Christi.* — *Matth. 27.*

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

835 — *De pæn. d. cuiam.*

HIc consequenter petit plenam à peccatis mundationem. Vbi sciendum, quòd peccatum commissum diuturnitate semper augetur, quia impœnitentia de peccato, quandiu durat, & peccatum amplius aggrauatur, quoniā vt

vt habetur extrà de consuetudine, cum tanto. Peccata tanto sunt grauiora, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam. Dauid autē in istis peccatis adulterij, & homicidij, &c. diu permansit, antequam pœniteret, vel confiteretur, scilicet per anoū, vel circa. Quod ex hoc probatur, quia iam natus erat puer, quem per adulterium conceperat Bersabee de ipso Dauid. Vnde quando Nathan reprehendit eum, ei inter alia prædixit, Filius, qui natus est tibi, mortte morietur. Peccata autem, quanto sunt grauiora, & diuturniora, difficilius lauantur, & purgantur. Sicut macula in panno recens faciliter lauatur, sed antiquata difficulter. Et ideo Dauid plenè pœnitens volens ostendere grauitatem peccati sui ex diuturnitate temporis, non solum petit per Dei misericordiam lauari, scilicet, ab actu peccati, sed etiam amplius lauari propter diuturnitatem in peccato habitam. dicit. *Amplius laua me*, &c. Alia etiam ratione hoc idem petit. Nam pœna, consequens est necessarium ad culpam, quia peccatum impunitum esse non potest, sed mitigari potest. Videns autem Dauid, quòd à Deo erat ordinatum, vt peccatum suum grauiter ac multipliciter puniretur, orat, ut non solum à peccato lauetur, sed etiam amplius à pœna multiplici liberetur. Nam pœnæ sibi per Nathan reuelatæ ex parte Dei, 2. Regum decimosecundo. Prima, quòd a filio suo persequeretur, & de regno expelleretur. Vnde ei dixit. Non recedet gladius de domo tua. Secunda, quòd sicut ipse vxorem alterius tulerat, sic & coram eo alius, scilicet, Absalon tolleret vxores ipsius Dauid, & dormiret cum eis publicè, quod & factū fuit. Tertia quòd peccatum suum, quod secretè fecerat, omnibus fieret manifestatum, quòd & factum fuit. Ideo postea Dauid continuè populo fuit exosus, quā diu vixit. Quarta quòd puer ille ex adulterio natus moreretur, quod & factum fuit ibidem. Videns ergo Dauid tot pœnas pro peccato sibi prædictas, Deum orat pro remissione culpæ, & iniquitatis, dicens. *Laua me ab iniquitate mea*. Item pro remissione illarum pœnarum, vel saltem mitigatione. d. *Amplius munda me à peccato meo*, vt sit sensus. *Amplius*, idest, etiam, dicit ergo *laua me ab iniquitate mea*, & vltra hoc peto amplius, scilicet, *à peccato meo munda me*. Et sic hic accipitur peccatum pro pœna, iuxta modum loquendi Petri Apostoli de Christo dicentis. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum crucis, &cet. vbi patet expressè, quod peccata ponit pro pœna peccati. Similiter, & in proposito. Vel ideo amplius lauari petit, eo quod peccatum suum grauabatur ratione dignitatis, & prælationis, quia quantò altior est gradus, tantò grauior est casus. Ideirco ampliori gratia mundationis indigebat, quam si fuisset simplex subditus ipse Dauid, qui erat rex populi Dei.

2.Reg.12.

Peccatum. Pœna.

1.Petr. 2.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. 836

Hic consequenter assignat multiplicem rationem, qua Deus peccatum suum sibi remittere debet. Et diuiditur in tres partes, secundum quòd tres adducit rationes. Prima est ex parte ipsius pœnitentis. Secunda ex parte Dei promittentis, ibi. *Tibi soli peccaui*. Tertia est ex parte humanæ fragilitatis, ibi. *Ecce enim*. Quarta ex parte diuinæ ueritatis, ibi. *Ecce enim veritatem*. Quantum ad primum sciendum, quòd diuina iustitia peccatum impunitum dimittere non potest, quia uel homo illud punit per contritionem, uel Deus illud punit per damnationem. Et cum idem peccatum semel sufficienter, punitum amplius puniri non debeat, hinc est, quòd, quando homo verè pœnitet de peccato commisso, & sic ipsum punit, Deus illud dimittit, & amplius non punit. Et hoc est, quòd dicitur de pœnitentia distinctione prima si peccatum. Impunitum non dimittit Deus peccatum, quia aut homo punit, scilicet, per veram pœnitentiam, aut Deus punit. Ad propositum ergo Dauid ad vocem Nathan Prophetæ statim doluit de peccato commisso, & pœnituit, & sic ueniam meruit. Et hanc rationem hic insinuat Dauid dicens. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco*, quasi dicat. Misereri debes mei, quoniam iniquitatem

Peccatum. Punitio.

Cognitio peccati.

quitatem meam tanquam verus pœnitens recognosco. *Et peccatum meum contra me est semper*, idest, mihi displicet tāquam mihi contrarium, quasi dicat. Sicut suum contrarium quilibet abhorret videre, sic, & ego peccatum meum abhorreo. Vnde secundum glos. Dauid hic respondet cuidam tacitæ quæstioni Posset enim quis ipsi Dauid dicere. Tu petis per misericordiam peccatum tuum deleri. Quid ergo erit? per misericordiam sic peribit iustitia, ut peccatum tuum sit impunitum? Respondet huic quæstioni Dauid dicens, non manebit impunitum, quia ego punio. Et ideo tu ne punias. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper*. Ideo ignosce, quia ego agnosco, non dissimulo, propter quod subdit. *Et peccatum meum contra me est semper*, idest, coram facie mea, sic enim accipitur contra pro coram: Vnde & alia litera habet, *coram*. Contra se ergo habet peccatum, qui eius fœditatem recogitat, post se peccatum habet, qui de illo non pensat. Prius enim Dauid habuit peccatum suum post tergum, quando Nathan proposuit ei parabolam de diuite, qui rapuerat ouē pauperis, & ipse sententiam contra diuitem dedit oblitus, quia ipse erat ille diues, qui morte dignus erat, sed ad verba Nathan statim peccatum coram mente sua statuit, vt verus pœnitens. Et idcirco nunc dicit. *Et peccatum meum contra, vel coram me est semper*. Notandum, quòd initium salutis peccatoris est seipsum, & sua uitia cognoscere, quia illis cognitis, statim remedia quærit. Sicut homo se infirmum non cognoscēs, non quærit remedia, propter quod dicit Seneca epistola sexta, quod signum est meliorati animi, cum vitia sua cognoscit, ostendit per simile. Quibusdam enim ægris congratulamur, cum seipsos ægros esse senserunt. Et ideo homines, qui suos defectus non aduertunt, correctores quærere debent, qui eos doceant, quando peccant. Sic enim in proposito. Dauid peccata sua non aduertebat, sed per Nathan correctus illa cognouit, propter quod dicit. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. & peccatum meum contra me est semper*. Vnde Au

Seneca.

Humilis. Deo placet.

August.

A gustinus ait. O homo, si te videres, tibi displiceres, & mihi placeres, sed quia te non uides, mihi displices, & tibi places. Et ideo opus maximæ charitatis est corripere peccatorem, ut se, & sua peccata cognoscat. Non est enim aliquis tā sapiens, qui omnes suos defectus cognoscat. Vnde legitur in libro de dictis philosophorum, quòd quidam fuerat in seruitio Alexandri diu commoratus, & nūquam de aliquo uitio increpauerat Alexandrum. Cui tandem dixit Alexāder. Non delector in seruitio tuo. Et cum ille peteret causam. Respondit Alexan B der. Quia cum tanto tempore mecum fueris, me nunquam de aliquo uitio increpasti. Aut enim nunquam perpendisti me errare, cum tamen pluries errauerim, & sic ignarus es, aut percepisti, & mihi occultasti, & sic infidelis mihi fuisti. Et propter istam causam dicebat Plato, quòd magis nobis proficiunt inimici, quam amici, quia inimici uitia nostra nobis improperant, & sic nos ad illorum cognitionem ducunt, amici autem illa cooperiunt, & occultant, propter quod melius est à sapiente corripi, quā ab adulatore decipi. Ex quibus omni- C bus patet, quòd peccati sui cognitio facit ipsum detestari, & fugere quia sicut quilibet naturaliter fugit vita priuari, sic & fugere debet peccato maculari: quia peccatum ipsum tollit, & priuat uitam hominis. Quod sic probo, Quia peccator solo corpore uiuit, & non anima: quia uita animæ est ipsa gratia Dei, qua caret peccator, ut dicit Magister libro quarto. Et ideo tales carentes gratia, carent, & vita animæ. Cum ergo denominatio debeat fieri à principaliori parte hominis, cuius est anima, & in ipsis non uiuat anima, sed D sit mortua, sequitur, quòd ipsi merito non uiui, sed mortui dignè sunt dicendi. Iuxta illud Apocalips. tertio. Nomē habes, quòd uiuas, & mortuus es. Et hoc est, quod dicit Seneca epistola septuagesimaoctaua quod non est dicenda uita, quandiu uixeris, sed solum quandiu bene vixeris. Hoc benè considerabat ille, qui postquam in sæculo per multa tempora peccator fuerat, tandem peccata sua cognoscens, & pœnitens religionem ingressus uirtuose vixit. Vn-

Exemplum valde notandum.

Plato.

Vita.

Seneca.

de cum à quodam fuisset interrogatus quantum in hoc mundo vixisset. Respondit dicens. Vixi.) Fuerat enim in religione.(decem & septem annis. Tunc interrogans dixit. Non dubito, quòd vixisti, sed quantum vixisti, interrogo. Respondet ille. Quantum vixi dixi, voluit dicere illo tempore me uixisse non reputo, quo male vixi, sed solum illo, quo bene vixi. Vixi autem benè per tot annos, quod significant literæ numerales illius dictionis vixi, quia significat xvij. quia ibi est. v. significans quinque, & x. significans decem, & duo ij. qui significant duo, quia solo illo tempore vixi, quo peccatum meum cognoui, quia ad peccati cognitionem sequitur peccati pœnitentia. Vnde Leuitico quarto, dicitur. Cum cognouerit homo peccatum suum, offeret capram immaculatam, idest, seipsum ad modum capræ se Deo debet offerre. Capra enim secundum naturales carnes habet siccas, & difficillimæ degestionis, pilos habet asperos, & cibo utitur grossiori, quia, scilicet, virgultis arborum. Sic verè tales peccatum suum cognoscentes, vt Deo satisfaciant carnem siccam habere debent per abstinentiam, & ieiunium, quæ debet esse difficilis digestionis, illud enim, quod digeritur, in alimentum vel substantiam digerentis conuertitur. Talis autem carnem non debet digerere, quia affectiones carnales non debent à nobis sic recipi, ut in nobis per approbationem conuertantur. Pilos etiam asperos debet habere, quia carnem suam non mollibus vestibus, sed magis cilicio operire debet. Cibo grosso debet vti, idest, solido, scilicet, verbo Dei, quod est tantæ soliditatis, quod manet in æternum. Et sicut capra per vias asperas ascendit ad alta, sic & talis per asperam pœnitentiæ viam ad alta, idest, ad cœlestium contemplationem perueniet, quia, scilicet ex hoc cognoscet Deum, quem per peccatum offenderat. Et tunc dicit illud psalmi 118. Cognoui, Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Sic, & Dauid sua errata cognoscens dicit. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.*

Capra. Pœnitens.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris. 837

Hic inducit secundam rationem, quæ sumitur ex parte Dei promittentis. Vbi notandum, quòd antequam Dauid prædicta peccata adulterij, & homicidij committeret, Dominus ei promiserat, quòd firmaret regnum suũ ad filios suos, & posteros, & quod filius eius ædificaret templum domini, ut patet secundo Regum septimo. Item quod ex semine eius Christus nasceretur, vt patet psalmo. 131. Iurauit dominus Dauid, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuã. Statim autem cum peccatũ Dauid fuit publicatum, multi ex populo dicebant prædictis promissionibus se indignum fecisse, & ideo ipsum illis esse frustratum. Et ideo Dauid pro remissione peccati obtinenda, dictam promissionem allegat Deo, dicens. *Tibi soli peccaui.* Et quomodo dixit, *Tibi soli peccaui*? Nonne peccauerat contra proximum, auferendo ei vxorem, & ipsum morti tradendo, cum multis alijs? Respondeo, quòd aliud est, peccare contra aliquem, aliud est, peccare alicui. Peccat contra aliquem, qui illum suo peccato offendit, peccat alicui, qui subijcitur illi, ut scilicet per ipsum puniri eius peccatum debeat. Et peccamus in proximum, illum offendendo, sed peccamus iudici, nos eius punitioni alligando. Quia ergo Dauid ista peccata committẽdo, erat rex, & in terra superiorem iudicem, à quo puniri deberet, non haberet, ideo Deo se peccasse verè confitetur. Et hoc est, quod dicit glossa. *Tibi soli peccaui.* Quod ideo dicit, quia rex est omnibus superior, & ideo solum à Deo, qui est ipso maior, puniendus est. Si quis autem de populo errauerit, & Deo peccat, & regi. Rex verò soli Deo peccat, quia non habet hominem, qui eius facta dijudicet. Sic enim ipsi Nathan, quando eum reprehendebat, ait Dauid. Peccaui domino. Ex hoc autem non negat, quin etiam peccauerit in proximum, & contra proximum, propter quòd de peccato facto in proximũ subdit, *Et malum coram te feci.* Sciebat

837 De pe. d. 1. & Venit.

Peccare.

Peccare cõtra aliquẽ, & peccare alicui.

1. Reg. 12.

bat enim Deum vbique esse præsentem, & omnia videntem, sicut dicit Apostolus. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Vnde modo seipsum arguit coram Deo, coram quo ante peccare, non erubuit, ut ipsum saluatorem inueniat. Et hoc est, quòd dicitur Iob. decimotertio. Vias meas coram illo arguam, & ipse erit saluator meus. Quod exponens Gregorius vndecimo moral. capitulo decimonono dicit. Cum Paulus Apostolus dicat. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Eo tunc dominus saluator inuenitur, quo nunc præ timore Domini coram ipso peccatum nostrum à nobismetipsis redarguitur. Vnde electi quique suis culpis nunquam sciunt parcere, vt possint culparum iudicem placatum inuenire. Et verè postmodum eum saluatorem inuenire credunt, quem modo districtum iudicem metuunt. Nam, qui sibi nunc in culpa parcit, ei postmodum non parcitur in pœna. Sic ergo nunc, & conformiter Psaltes non sibiipsi parcit, sed seipsum arguit coram Deo. *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* Sequitur. *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Vbi sciendum, vt dictum est, quòd multi considerantes peccata Dauid enormia, quæ fecerat, dicebant, quòd Deus ei non compleret promissa, quia indignum se fecerat. Et per consequens dicebant Deum in promissis non esse veracem. Petens ergo iste peccatorum veniam, hanc rationem allegat. s. *Amplius laua me ab iniquitate mea.* Ad hoc scilicet. *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.* idest, vt iustus, & verax ab hominibus iudiceris, vt scilicet, sicut non te iudicant veracem in promissis, quia non credunt te mihi implere promissa, ita si me mundaueris à peccato, & promissa compleueris, te iustificabunt, idest, iustum credent. Et sic ergo. *vt vincas, cum iudicaris*, quasi dicat. Tu iudicaris ab hominibus non verax, ergo imple promissa, ut opinionem hominum vincas, qua te iudicant. Vnde non est sensus, quòd Deus si dimittat peccata, iustificetur, idest, iustus efficiatur, sed quòd iustus apparebit per effectum hominibus, & videbitur.

Hebr. 4. *Iudicare.* *Arguere.*

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Hic inducit tertiam rationem, quæ sumitur ex parte nostræ fragilitatis. Vbi sciendum, quòd natura humana peccato originali sic est vulnerata, vt ad malum inclinetur, & sensualitate trahatur deorsum. Nam ex primo peccato facta est quædam rebellio inter carnem & spiritum, quia sicut spiritus fuit Deo rebellis, Dei non obseruando præcepta, sic iusto Dei iudicio factum est, ut caro, quæ prius spiritui subdebatur, ipsi spiritui rebellando contra ipsum concupiscat. Vt Apostolus in persona omniũ dicat. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato, &c. Quod ideo dicit secundum glossam ibidem. Quia ex primo peccato concupiscentia contra spiritum nata est in carne. Ex qua concupiscentia carnis quicquid peccati est in dictis, in factis, & cogitationibus, totum oritur ex illa concupiscentia, quæ ex primo peccato processit. Et, si consentientem traxerit, atque ille consenserit, tunc concipit, paritque peccatum. Ex quibus apparet, quod homo ad concupiscentiam contra illa, quæ sunt spiritus, per carnem peccato corruptam trahitur. Cui concupiscentiæ difficile est resistere, ut Apostolus ibidem dicat. Non, quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio. Quod ideo dicit, quia ex carne est concupiscentia. Etsi non assensum præbeo, ex ratione tamen adhuc confligo, nondum vici, magnum mihi est certamen, quia etsi concupiscentiæ non consentio, tamẽ adhuc concupisco, & nolo, facio ergo, quod odi, scilicet, concupiscere. Ex quibus apparet, quòd peccatum, quod oritur ex carnis concupiscentia, minus est, & magis venia dignũ, quam fuisset ante primum peccatum, quando concupiscentia non erat in carne, quia quanto peccatum à maiori tentatione, & impulsu progreditur, tanto minus peccanti imputatur, quia minus habet de voluntario. Hanc ergo rationem adducens scilicet, carnis concupiscentiam, quæ continuum bellum contra spiritum facit, dicit. *Ecce enim in iniquitatibus.*

838 *De consec. dist. 3. firmissime.* *Peccatum originale.* *Concupiscẽtia.* *Rom. 7.* *Conceptus.*

quitatibus conceptus sum, scilicet in peccato originali, ex quo caro concupiscit aduersus spiritum. Et per consequens peccatum meum magis est remissibile.

Quaestio. Sed statim insurgit dubium, quomodo Dauid, vel quilibet alius concipitur à matre in peccatis originalibus, quia certum est, quòd tempore, quo mater concipit prolem, ibi nō est in conceptu anima rationalis, quæ non creatur, & corpori infunditur, nisi post corpus conceptum, formatum, & distinctum, corpus autem conceptum non habet debitam formam, nisi post quadraginta dies à conceptione, si est masculus, si autem fœmina, post octuaginta. Cum ergo peccatum non possit esse nisi in anima, & quādo mater concipit fœtum, ibi non est anima, quomodo ergo mater in peccatis concepit fœtum? Ad hoc respondetur dupliciter. Primo quòd illud peccatum, vel illa peccata, in quibus fœtus concipitur, non sunt peccata prolis conceptæ, sed parentū concipientium.

Respon. Licet enim ante primum peccatum hominis carnalis copula posset fieri sine libidinosa cōcupiscentia, tamen post peccatum fieri non potest absque libidinosa concupiscentia, quæ semper est vitium, & peccatum, vt dicit Magister libro secundo distinct. 31. nisi excusetur per bona matrimonij, vt scilicet ad mortale non imputetur. Sic ergo *in peccatis concepit* eum *mater* eius, quia parentes ipsum concipiendo, peccauerunt ex libidinosa concupiscentia, saltem venialiter. Secundo dicitur, quòd in peccatis concepit eum mater eius, quia in conceptione seminis in semine concepto est quædam necessitas ad causandum peccatum originale in anima, quādo fuerit eidem coniūcta. Sic enim aliud dicitur fieri, cum fit illud, ad quod illud necessario dicitur consequi. Verbi gratia. Dixit Deus primis parentibus. In quacunque hora comederitis de ligno scientiæ boni, & mali, moriemini, non quidem quod statim mortui fuerint, quando de ligno comederunt, quinimmo post Adam uixit non gentis, & triginta annis. Sed idcirco dictum est, quacunque hora comederitis moriemini, idest, contrahetis necessitatem moriendi, sic in proposito. Et iō notant doctores, quòd peccatum originale contrahitur dupliciter, scilicet causaliter, & formaliter. Contrahitur causaliter in conceptione seminis, quia tunc contrahitur necessitas ad ipsum contrahendum formaliter, quando anima creata infunditur corpori, nisi interim Deus per suam gratiam purificet, & sanctificet semen conceptum ab illa libidinosa concupiscentia, sicut fuit in conceptione beatæ Mariæ. Contrahitur autem formaliter in conceptione hominis. Et ambæ duæ prædictæ solutiones sunt venerabilis Ansel. in lib. de conceptione beatæ Mariæ. Istam materiam diffusè declaraui in tractatu de conceptione beatæ Mariæ. Vide ibi.

Genes. 1. — *Peccatum originale.* — *Hebr. 4.*

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. 839

HIc adducit quartam rationem, quæ sumitur ex parte diuinæ veritatis, vbi notandum, quòd quia in præcedenti ratione videbatur aliqualiter peccatum suum excusare ex concupiscentia carnis, quæ in conceptione trahitur, ideo vt verus pœnitens vult ostendere, quòd quæ dixit, nō dixit ad excusandum, sed magis ad gratiam impetrandam, propter quod hic consequenter peccatum suum aggrauat. Quanto enim quis maiora recipit à Deo beneficia, tanto amplius peccans est Deo ingratus, & peccatum suum grauius existit. Inter alia autem beneficia Dei magnum beneficium est intellectus illuminatio ad veritatem cognoscendam, & diuinæ voluntatis beneplacitum. Et ideo quanto magis quis à Deo intellectum habet illustratum ad cognitionem supernorum agendorum, & fugibilium, tanto amplius peccat, cæteris paribus. Quod ostendit Gregor. decimo octauo libro moral. capitulo septimo dicēs. Scriptum est, seruus, qui cognouit uoluntatem domini sui, & nō fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis. Qui autem non cognouit, & non fecit digna plagis, vapulabit paucis. Rursumque scriptum est. Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Ad maioris ergo culpæ cumulum hostes suos sancta ecclesia perhibet scire, quod sequi debeant, & sequi

Peccatum. — *Gregor.* — *Iaco. 4.*

sequi nolle, quod sciant, de quibus alias dictum est. Descendant in infernum viuentes. Viui sunt, qui sentiunt, quæ ei ga illos fiunt. Mortui enim omnino nec sciunt, neque sentiunt. Mortui itaque, qui non sentiunt pro nescientibus, viuentes verò, qui sentiunt pro scientibus poni solent. Viuentes ergo in infernum descendere est scienter, sentienterque peccare. Sic ergo magnitudo scientiæ peccantis peccatum eius aggrauat. Sed quis altius illuminatus à Deo fuit ipso Dauid, vt clarius cognosceret secreta Dei mysteria, Dei iudicia, quæ facienda, quæ vitanda ipso Dauid? vnde propheta per excellentiam dicitur. Sicut cum Apostolus dicitur absolutè intelligitur Paulus, sic cū absolutè dicitur Propheta intelligitur Dauid propter altitudinem scientiæ, quā à Deo fuit inspiratus. Vnde alias dicebat Psal. 15. Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum. Ex quibus omnibus sequitur, q; grauissimè peccauit, dum adulterium, homicidiumque commisit. Et ideo, vt facilius mereatur ueniam, se ut verus pœnitens accusar. d. *Ecce enim veritatem dilexisti.* Hic enim ueritas pro iustitia accipitur, ut psal. 84 Misericordia, & ueritas obuiauerunt sibi. *Ecce ergo ueritatem,* idest iustitiam *dilexisti.* Psalm. 10. Iustus Dominus, & iustitias dilexit. Quæ quidem iustitia peccati mei punitionem exigit. Quod quidem peccatum est magnū, quia directè factum per malitiam non per ignorantiam, quia *tu incerta, & occulta sapientia tua manifestasti mihi.* Vbi per occulta, & incerta sibi reuelata intelligit arcana mysteria sacræ scripturæ, quę alijs sunt occulta, & incerta, sed isti manifestata fuerunt, ut est beatorum gloria, damnatorum supplicia, & similia, de quibus multoties agit in psalm. Vnde de ipso singulariter potest dici illud Iob. 28. Profunda fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem. Vel per abscondita, & occulta intelligit mysterium incarnationis Christi, quod etiam ante ascensionem multis beatis Angelis fuit occultum, & incertum. Vnde hic ait gloss. *Incerta, & occulta,* &c. idest, aduentū filij tui, qui alijs incertus est, & alijs occultus. Per hanc enim prophetiam notat, quòd ei reuelatum est, ut sciret, quòd Dei filius de suo semine nasceretur, vnde sibi à peccato magis erat cauendum. Vel per incerta, & occulta intelligit remissionem peccatorum suorum, sibi reuelatam, scilicet per Nathan prophetam, qui ei pœnitenti dixit. Dominus transtulit peccatum tuum. Incerta enim & occulta sunt, quòd peccatorībus ignoscat Deus. Vnde sub hac incertitudine Niniuitæ pœnituerunt dicentes. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus? Sed hoc ipsi Dauid per Nathan prophetam fuit reuelatum, Vnde ipse Dauid Deo dixit. Tu, Domine, reuelasti auriculam serui tui. Nunc ergo, Domine, tu es verus Deus, & uerba tua erunt vera. Sequendo materiam articulorum, restat agere de sexto articulo, & de sexto fundamento ciuitatis Hierusalem, quod erat sardius. Sextum autem articulum posuit Iacob. minor dicens. Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Et hic articulus rectè figuratur per sextum lapidem, qui est sardius. Vbi notandum, quòd iste articulus duas partes continet principaliter, quia ostendit, quòd Christus à terris eleuatur ad cælestia, ut homines cōprehensores efficiat iocundius, quia Ascendit in cœlum. A dextris patris collocatur uerius, ut homines uiatores protegat ab hostibus, quia Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Hæ autem duæ huius articuli partes per sardium lapidem figurantur. Quoniam hic lapis secundum magistrum vbi supra, expellendo tædium, lætificat iocundius, cuius efficacia cęli figuratur gloria, quo ad primum. Roborando animum fortificat solidius, cuius ex potētia patris figuratur dextera quoad secundum. Primò ergo continet dictus articulus, qualiter Christus à terris eleuatur, &c. Postulat enim ordo rationis, vt, sicut Dei verbū se nobis copulando, de cœlo ad terras descenderat, sic ut nos suæ copularet gloriæ, de terris ascenderet ad cœlum. Quantum enim descendit aqua, tantum naturaliter per conductum ascendere potest. Et ideo sicut Christus de cęlo descendit ad terram, sic de terra ad cœlū scādere debuit. Vnde gl. super illud Apocalip. 12. raptus est, &c. dicit. Raptus est, Dei filius, & ascendit ab humilitate ad diuini-

Viuētes descendere in infernum quid.

Reuelatio Dauid.

2. Reg. 12.

2. Reg. 7.

Articulus sextus. Sardius.

Ascensio.

diuinitatem in transfiguratione, à passibilitate ad immortalitatem in resurrectione, à minoritate ad patris æqualitatem in ascensione. Quia quantus fuit descensus de sinu patris ad patibulum crucis, tantus fuit ascensus à patibulo crucis vsque ad dexteram patris. Ad hoc autem ascendit, ut dicebant, ut homines comprehensores efficeret iocundius, quia in hac ascensione ipse ianuam cœli omnibus prædestinatis aperuit. Quia sicut eius resurrectio fuit causa nostræ resurrectionis, sic & eius Ascensio nostræ Ascensionis. Vnde Augustinus in sermone de resurrectione. Quorum sepulchra in passione Domini sunt patefacta, horum corpora, Christo resurgente, sunt resuscitata. Decebat.n. vt ille primum resurgeret, deinde alij, sicut dicit Apostolus. Christus surrexit à mortuis, primitiæ dormientium. Et, sicut ipsi cum domino surrexerunt, sic etiam ipsi cum ipso ascendente ascenderunt. Si ergo ista Christi ascensio est causa nostræ glorificationis, benè sequitur, quòd nobis debet esse causa magnæ lætitiæ, & exultationis. In cuius figuram dicitur. Ascendit Deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. Hæc autem huius articuli pars, scilicet, quòd Christus à terra eleuatur, &c. clare in isto sexto lapide, scilicet sardio figuratur, Quoniam hic lapis expellendo tædium, lætificat, &c. Nam ut dicit Magister lib. 16. Hic lapis excitat gaudium, & excutit timorem, & onycem reprimit ne sua præsentia nocere possit. Quæ omnia planè ad cœli applicari possunt gloriam. Ideo de gloria paradisi, per hunc lapidem significatam, cuilibet beato dicitur. Tu in delitijs paradisi Dei omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, topazius, &c. Et ideo de Christo sic ascendête & nobis fœlicitatis ianuam aperiente dicitur Michee 2. Ascendit, iter pandens ante eos. Et hoc notat prima pars articuli dicens. Et ascendit in cęlum. Sed circa istam partem primo dubitatur. Qualiter fuit possibile Christum in cœlum ascendere, ratio est, quia Christus post resurrectionem nõ potuit moueri, ergo nec ascendere, consequentia nota, quia omnis ascensio motum includit, probatur antecedens, quia omnis motus est actus imperfectus, quia omnis motus fit propter indigentiam termini ad quem, quo caret. Sed corpus Christi post resurrectionem, cum esset glorificatum, nullũ poterat habere actũ imperfectum, nec aliquo carere, ergo nec moueri, nec ascendere. Præterea, si Christus ascendit in cœlum, aut ascendit, secundum quòd homo, aut secundum quòd Deus. Non secundum quòd Deus, quia ascendere, & descendere sũt proprietates circumscripti corporis, cuiusmodi non est Deus. Nec secundum quòd homo, quia non descendit secundum quòd homo, ergo nec ascendit secundum quod homo: antecedens notũ, quia humanitatem suam non attulit de cęlo secundum errorem Eutychetis, & Origenis, sed ipsam de matre virgine assumpsit, & patet consequentia, quia secundum eandem naturam ascendit, secundum quam descendit, secundum illud Ioan 3. Nemo ascendit in cęlum, nisi qui de cęlo descendit. Ad oppositum est articulus. d. Et ascendit in cęlum. Respondeo, vnde pro declaratione primæ difficultatis sciendum, quòd quædam mouentur à principio extrinseco, & talis motus arguit imperfectionem in mobili. Quædam vero à principio intrinseco, ut puta, quia habent motiuum in seipsis, ut animata. Et ista sunt in duplici differentia, quia quædam mouentur propter supplementum indigentiæ, in quibus est motus: & iste arguit imperfectionem. Alius autem est motus ad virtutis declarationem. Primus motus ponit imperfectionem in mobili. Secundus vero perfectionem. Ascensio autem Christi non fuit motus habens principium extra se, nec ad supplementum indigentiæ, sed habuit principium intra se, scilicet, suam beatam animam, & naturam corporis glorificati obedientem animæ, & utrumque obediens diuinitati. Et sic talis motus in ipso arguit perfectionem sine imperfectione. Ad secundum dico, quod ly secundum, aut potest denotare conditionem ascendentis, & sic ascendit secundum quod homo, vel secundum naturam humanam, quæ loco continetur, & motui potest subijci, & non secundum naturam diuinam, aut designat causam

Resurrectio. Augu. 1. Cor. 15. Psal. 46. Ezech. 28. Ascensio. Christi. Quæstio. Resp. Motus.

causam ascensionis, & sic ascendit secundum quòd Deus, non secundum quòd homo, quia ascendit virtute diuinitatis. Vnde Augustinus in sermone de ascensione. De meo est, quòd filius Dei ascendit in cruce, de suo, quòd ascẽdit in cœlum. Et sic patet, qualiter intelligitur illud Ioan 3. Nemo ascendit in cœlum, &c. quia ipse filius hominis vnus, & idem Deus erat, & homo, qui descendit, in quantum Deus, quia semetipsum exinaniuit in incarnatione. Ascẽdit autem, secundum quòd homo. Hanc autem articuli primam partem concludens Apostolus ait. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Si ergo hic lapis sardius excitat lætitiam, & excutit timorem, ut dictum est, meritò significat statum cœlestis gloriæ, ubi nostrum perfectum est gaudium, & nullus reperitur timor.

August.

Ephes. 4.

840 ***Asperges me, domine, hyssopo, & mũdabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.***

HIc consequenter Dauid petit gratiæ infusionem, Multiplicẽ enim à Deo hic postulat gratiam, scilicet, gratiam humiliantem in principio. Secundo gratiam iocundantem, ibi. *Auditui*. Tertio gratiam absoluentem, ibi. *Auerte*. Quarto gratiam iustificantem, ibi. *Cor mundum*. Quinto gratiam confirmantem, ibi. *Ne proijcias*. Sexto gratiam illuminantem, ibi. *Redde mihi*. Distinguitur enim Dei gratia secundum diuersos effectus eiusdem. Primo ergo postulat gratiam humiliantem, vt, sicut peccando se erexerat contra Deũ, eius mandata contemnendo, sic modo per pœnitentiam seipsum humiliet se Deo totaliter subijciendo, vnde dicit. *Asperges me Domine, hyssopo, & mundabor*: &c. Vbi notandum, quòd per hyssopum herbam significatur humilitas. Quoniam secundum quòd dicunt naturales, hyssopus est herba humilis, idest, parua, medicinalis, quia purgat pulmonem, radix eius petræ hæret. Sic verè virtus humilitatis est parua, scilicet in sua reputatione, licet sit magna in conspectu Domini, quia quilibet paruus in

Gratia multiplex.

Hyssopus.

A conspectu suo magnus est in conspectu Domini, & quilibet magnus in conspectu suo, paruus, & abiectus est in conspectu Dei. Sic enim dixit Samuel ad Saul. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput factus es in tribubus Israel? Secundo hyssopus purgat pulmonem, Nam secundum naturales in pulmone manent inflationes, & sic significat inflationem superbiæ, quam purgat humilitas, sic enim virtute humilitatis dixit Dauid. Humiliabo me, & uilior fiam in conspectu Domini. Tertio radix hyssopi petræ hæret, & sic humilitas petræ, B quæ Christus est, 1. Corint. 10. Petra autem erat Christus, nos facit humiles, quia solum humiles Christum imitantur. Discite à me, quia mitis sum, &c. Sic ergo, per hyssopum uirtus humilitatis designatur. Quid est ergo dicere Domino. *Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor*, &c. nisi asperges me virtute humilitatis, & mundabor à superbia. Attendant ergo aqua benedicta aspergentes se, dicendo, *Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor*, &c. vt, quod ore petunt, fortius desiderent mẽte. Et, quia superbia est omnis pecca- C ti initium, sic & humilitas omnis virtutis, & munditiæ est fundamentum. Ideo ad humilitatem sequitur plena purgatio mentis, propter quod subditur. *Lauabis me, & super niuem dealbabor*, idest, habita humilitate, mundus efficiar, & dicit *super niuem*, idest, incomparabiliter albus, & mundus ero, quia albedo spiritualis animæ incomparabiliter melior est albedine niuis corporalis. Quia autem isto versiculo sæpius vtimur, nos aqua benedicta aspergentes. Ideo ad ipsius deuotionem confirmandam est notandum, quòd multiplex D est aspersio, scilicet. Aspersio sanguinis Saluatoris, quo emundantur crimina. Aspersio sanguinis figuralis, quo asperguntur corpora. Aspersio aquæ salutaris, qua expiantur venialia. Primò est aspersio sanguinis Saluatoris, &cet. Sicut enim Pelicanus, ut filios viuificet, ipsos proprio aspergit sanguine, sic Christus ut morte culpæ sublata, uitam nobis daret gratiæ, proprio suo nos aspersit sanguine. Ad Hebreos decimo secundo. Accessistis ad Iesum, & sanguinis asper-

1. Reg. 15.

2. Reg. 6.

Matth. 11.

Aspersio.

Sanguis. Christi.

aspersionem melius loquentem quam sanguis Abel. vbi glos. Aspersio sanguinis Christi melius loquitur quam sanguis Abel: quia iste veniam petit, ille vindictam, iste salutem, ille damnationem clamat. Iste pro persecutoribus implorat indulgentiam, ille vindictam. Qui ergo à peccatis cupit mundari, isto sanguine debet aspergi. Sed quale aspersorium debeat esse figuraliter ostenditur Leu. 14. vbi dicitur, quod cum ligno cedrino, cocco, & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget leprosum septies, & mundabitur. Et sic aspersorium ex tribus debet componi, scilicet ex ligno cedrino, cocco, & hyssopo. Per hæc enim tria tres significantur virtutes, quibus Christi sanguinem super nos debemus aspergere. Per cedrum.n. quæ est arbor fortis, & alta, cuius odor fugat serpentes, spem accipe, quæ est de cœlestibus, & altissimis, quæ fortis est, quia omnem aduersitatem patienter tolerare facit, & suo odore fugat serpentes, scilicet diaboli tentationes. Sed quia spes sine charitate esse non potest, ideo secundum requiritur, scilicet coccus, quod est genus tincturæ rubeæ. Et secundum Magistrum in gloss. ad Hebr. 9. significat charitatem, quæ feruorem spiritussancti igneo colore testatur. Tertio requiritur hyssopus. Et per hoc accipe humilitatem. Nam ut ait glo. Exo. 12. Hyssopus est herba humilis, nascens in petris, purgans pectus, & pulmonem, & significat veram humilitatem, cuius exemplum Christus in seipso præbuit nobis. Sic ergo fasciculum, idest, aspersorium cedri, cocci, & hyssopi sanguine Christi tingimus, & nos illo aspergimus, quādo memores Christi passionis, spem in illum ponimus, ipsum charitate vera diligimus, & eius humilitatem sectamur. Et ideo dicitur Exod. decimosecundo. Fasciculum hyssopi sanguine tingite, & aspergite ex eo, scilicet dicendo, *Asperges me, domine, hyssopo*, &c. Et nota virtutem talis aspersionis, quia per ipsam primo peccata mundantur, quod probat Apostolus ad Hebræos, nono, dicens. Si enim sanguis vitulorum, & hircorum aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem, &cet. quanto magis sanguis Christi, &cet. Secundo discor-

Aspersoriū.

E des pacificantur, prima Petri capitulo primo. In aspersione sanguinis Christi est pax. Tertio porta cœli nobis reseratur. Exodi decimosecundo. Sanguine, qui est in limine, aspergite ex eo superliminare, & utrumq; postem. Quod exponens ibi Gregor. in glo. dicit. Super utrumque postem sanguis aspergitur, quando nō solum ore corporis, sed etiā ore cordis hauritur, & ad imitationem intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sanguinem accipit, ut imitari passionem eius nec dum velit, vnum solum postem Christi sanguine asper-

Gregor.

F git, qui etiam in superliminaribus domorum aspergendus est. Domus enim mentes nostræ sunt, in quibus per cogitationem habitamus. Superliminare vero, quod præeminet actioni, intentio est. Qui ergo intentionem cogitationis ad imitationem Christi passionis dirigit, superliminare domus aspergit sanguine Christi. Vel Domus nostræ sunt corpora nostra, in quibus habitamus dum uiuimus. Superliminare ergo domus Christi sanguine aspergimus, quando crucem passionis Christi in fronte portamus. Et hæc aspersio debet fieri

G septies, idest, contra septem peccata, propter quod Leuitic. quarto, dicitur. Sanguine asperget septies contra velū, idest, contra peccata, quod velum, vel velamen dicitur, quia velat, vel obfuscat intellectum peccatoris. Secundo principaliter est aspersio sanguinis figuralis. Vbi notandum, quòd quadruplici figurali sanguine in antiqua lege fiebat aspersio, scilicet sanguine hædi, vituli, hirci, & vaccæ, & passeris. Ad significandum, quòd sanguine multiplicis peccati à nobis debemus aspergere, & expellere. Primo aspergebatur sanguis hædi.

Leuit. 4. Sanguis.

H Exod. duodecimo. Immolabit hædū, &c. & fasciculum aspergite in sanguine, &c. Quid enim sanguis hædi nisi vitam significat luxuriosam. Quoniam ut ait Hieronymus super Matthæum. Hædus lasciuum animal est, & semper ad coitum feruens. Huius sanguis aspergitur, cum luxuriosa vita virtute continentiæ dissipatur. Sic enim figuraliter sanguine Iezabel aspersus est paries, & equorum vngulæ, &cet. vt dicitur quarto Regum nono. Iezabel enim, quæ fluxus

Hædus. Hieronymus.

fluxus sanguinis interpretatur, significat ipsam luxuriam, quæ in quodam fluxu consistit. Secundo aspergebatur sanguis vituli Leuitici quarto. Tollet de sanguine vituli, & asperget septies digito contra propitiatorium ad orientem. Quid enim vitulus nisi superbos significat, qui vt vituli sunt sine iugo superioris, immo nec Deo subijci volunt, vt dicit Magister in glo. super illo verbo. Circundederunt me vituli multi. Et sic sanguis vituli figuraliter aspergitur, cum superbia spargitur, & deponitur, vnde dicitur Leuitic. 4. Sanguine vituli septies aspergens altare, sanctificet illud ab immunditijs suis. Vbi per altare cor nostrum, in quo sacrificium Deo offerebamus, intellige. Tertio aspergebatur sanguis hircorum, secundo Paralippomenon, cap. vigesimonono. Asperserunt sanguinem hircorum coram altari pro peccato populi. Quid enim sanguis hirci, nisi auaritiam significat? cuius tanta est caliditas, vt adamantem, quem nec ferrum, nec ignis domare potest, solus dissoluat. Quartò aspergebatur sanguis vaccæ. Numeri decimonono. Vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, immolabit, intingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi. Secundum enim quòd ait Magister in glossa ad Hebræos nono. Vacca rufa est caro Christi infirma. Sexus enim fœmineus positus est propter infirmitatem carnalem. Rufa est quia caro Christi in passione sanguine fuit cruentata. Aetatis erat integræ, quia Christus in passione fuit triginta trium annorum. Absque macula fuit, quia in illa nullum fuit peccatum. Huius ergo sanguinẽ figuraliter aspergimus septies, cum per memoriam suæ passionis corda nostra ab omni purgamus peccato, ipsius sanguinem deuotè mediantes, scilicet secundum quòd Apostolus ait. Accedamus verò corde in plenitudine fidei aspersi corda à conscientia mala. Et de isto sanguine dicitur ad Heb. 9. quod Moses aspersit populum. d. Hic est sanguis testamenti, qđ mandauit Deus, &c. Vt ergo prædictis modis aspergi valeamus, dicamus Deo. *Asperges me, domine hyssopo, & mundabor*. Tertia principalis aspersio est aquæ salutaris, &cæt. scilicet

Psal. 21.

Hircus.

Vacca.

Hebr. 10.

Aqua benedicta.

A aquæ benedictæ, figuratæ per aspersionem aquæ expiationis, qua immundi aspergebantur, vt mundarentur. Num. 19. Qui tetigerit cadauer hominis mortui, aspergetur hac aqua die tertio, & septimo, & sic mundabitur. Tangens cadauer hominis mortui, est omnis descẽdens ab Adam seminaliter, cuius semen primo peccato fuit mortificatum. Sed si aspergatur aqua expiationis, scilicet baptismi, mundatur. Si tamen aspergatur die tertio, & septimo. Die, scilicet tertio, idest, in fide sanctæ Trinitatis, & die septimo, qui est dies requietionis, scilicet vt in illa fide requiescat, nec ab illa B discedat. Vnde nota, quòd in aspersione huius aquæ peccatum remittitur. Numer. 8. Aspergatur aqua, & radat omnes pilos suos, scilicet superfluas cogitationes, vt purificetur. Item spiritus sanctus condonatur. 2. Mach. 1. Iussit Neemias sacrificia aspergi aqua, & ligna, & factũ est, vt, cum sol refulsit, accensus est ignis magnus, &cæt. Vel per aquam expiationis accipe aspersionem aquæ benedictæ, per quam fugantur dæmones, peccata delentur venialia, & gratia multiplicatur, vnde Alexander dicit, & habetur in C can de consecrat. dist. 3. aquam sale. Vbi sic dicitur. Aquam sale aspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur, quod omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam, si cinis vituli aspersus, populum sanctificabat, atque mundabat, multò magis aqua benedicta sale aspersa, diuinisque precibus sacrata, sanctificat populum. Et, si sale asperso per Helisæum Prophetam sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, & purD gat, &c. bona multiplicat, & insidias diaboli auertit & à phantasmatibus, & versutijs homines defendit. Sed forte multi mirantur, quomodo per aquam benedictam aspersam peccata saltem venialia remittantur, & expellantur dæmones. Quia cum aqua benedicta sit res materialis, quomodo in animã potest agere, illam purgando, vel dæmones expellere, cum secundum naturales corpus in spiritum agere non possit, quia corpus agit per contactum, spiritus autem tangi non

Aqua benedicta.

Quæstio. Notadubiũ cum sua solutione de virtute aquæ benedictæ.

gi non poteſt. Sed iſta dubitatio aliam mouet, quia eodem modo quæram, ſanguis Christi, cum ſit res materialis, quomodo poteſt animam à peccatis lauare, cum tamen dicatur Apoc. 1. quòd Christus lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, vnde eadē difficultas eſt vtrobique. Reſpondeo ergo, & dico, quòd res materialis vt ſic, in ſpiritum agere non poteſt, ſed rei materiali aliqua virtus ſpiritualis poteſt applicari, virtute cuius in ſpiritum poterit agere. Sic enim ignis infernalis, qui eſt ignis materialis, agit in animam, ipſam cruciando, quia certa virtus ſpiritualis illi igni à Deo eſt communicata. Similiter & ſanguis Christi virtute diuinitatis ſibi coniunctæ. Similiter & aqua benedicta, nō ratione aquæ, ſed ratione benedictionis ſpiritualis in animam agere poteſt, ipſam purificādo. Etiam alio modo, quia conſiderata benedictione ſpirituali aquæ per ipſam aſperſi accendimur ad Dei reuerētiam, & deuotionem, per quam deuotionem, quæ ſpiritualis eſt, delentur venialia, & dæmones fugantur. Conſimilem rationem ponit Magiſter de ſanguine Christi, quomodo purgat peccata lib. 3. d. 19. dicens, quòd per ſanguinem mundamur 1. per charitatem, & deuotionem, quæ per conſiderationem Christi ſanguinis, & paſſionis excitantur in nobis. Sic ergo cum fiducia, & deuotione aqua benedicta aſpergamur. d. *Aſperges me, domine, hyſſopo, &c.*

841 *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiā, & exultabunt oſſa humiliata.*

De conſecr. d. 1. quando autem.

CONſequenter hic Dauid poſtulat gratiam & iocunditatem. Vbi ſciendum, quòd Dauid ſicut de prędicto adulterij peccato fuit reprehenſus per Nathan Prophetam, ſtatim corde pęnituit, & dolorem per contritionem magnum habuit, conſiderans quam grande peccatum fecerat, vnde & dicebat. Iniquitatē meam ego cognoſco, & peccatum contra me eſt ſemper. Per hoc inſinuans, q̄ ſine dolore peccati non datur venia. Quanto autem maior fuerit dolor de peccato, tanto, impetrata venia, maior eſt cōſolatio de remiſſione peccati. Qđ narrabat alibi Pſal. d. Secundum multitudinem dolorū meorum in corde meo, conſiderationes tuæ lætificauerunt animam meam. Quod ad propoſitum exponit Gregor. 35. moral. cap. 8. d. Secundum metam afflictionis diſponitur menſura conſolationis. Vnde aliàs ſcriptum eſt. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo cōſolationes tuę lætificauerunt animā meam. In ea enim menſura conſolatum ſe, in qua afflictus fuerat, indicauit, qui vt lætificetur ſe ſecūdum multitudinē dolorū clamat. Non autē minime lector inſtruitur, ſi ipſum remunerationis ordinem contempletur, quoniam exceſſus, ideſt, peccatum correctio, correctionem pœnitentia, pœnitentiam venia, veniam verò munera, & conſolationes ſequūtur. Et hoc eſt quod hic Dauid ex dolore contritionis conſolari de venia petit. d. *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.* Quod ideo dicit, quia in ſua pęnitentia deſcendit deorſum ad locum ſolitarium, & ſe ipſum humiliando iacebat ſupra terram, vt habetur 2. Reg. 12. Et nota hic tria verba iocunditatis, quæ diſtinctè ponit, ſcilicet gaudium, lætitiam, & exultationem, vt oſtendat quantam conſolationem peccator poſt veniam debet habere, & intus, & extra. Quoniam ſecundum Grammaticos illa tria diſtinguuntur, quoniam gaudium eſt mentis, lætitia vultus, exultatio verò verborum, atque membrorum. Dicit ergo Pſ. *Auditui meo dabis gaudium, &c.* ideſt, poſt cōtritionem peccati facies me intus, & extra tuam percipere conſolationem. Notādum ergo, quòd gaudium, ſiue lætitia, vel exultatio eſt multiplex. Eſt enim gaudium temporale, quod eſt peccatorum, Spirituale, quod eſt deuotorum, Supernale, quod eſt bonorum. Primum eſt gaudium peccatorum, qui lætantur, cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis, non aduertentes, qđ ſcribitur. Qui gaudet iniquitate, deuorabitur, quia tale gaudium ad triſtitiam perducit æternam. Prouerb. 14. Extrema gaudij luctus occupat. Dicunt naturales, & maximè Solinus de mirabilibus mundi lib. 2. quòd vox prima, quā emittit homo ſtatim natus, eſt ploratus, quia ſi eſt maſculus plorando clamat, A. ſi eſt fęmina clamat, E. Vox autem gaudij, vel lætitiæ vſque ad quadrageſimum diem differtur.

Gregor. *Gaudium multiplex.* *Prouerb. 2.* *Eccle. 19.* *Vtr. Omnis maſculus. A naces. E fęmina pro fert.* *Contritio. Conſolatio.*

differtur. Et si contingat in aliquo oppo A situm, malum signum est eius futuræ vitæ. Vnde dicit idem Solinus, Zoroastes in hora suæ natiuitatis risisse legitur, quod in ipso malum fuit signum, quia factus adultus, amplius nunquam risit. Hic ad inuentor magicæ artis fuit, & dæmonibus dedicatus. Sic spiritualiter facit gaudium mundi, quia ad malum finem suos perducit, propter quod quilibet in præsenti vita non gaudere mundialiter debet, sed semper plangere, & in statu pœnitentiæ stare, considerata miseria tam culpæ, quam pœnæ, quam propter posteritatem Adæ, & genus incurrit humanū: B vnde primos parentes, idest, ipsorum peccatum semper in memoria debet habere, & ipsorum casum lachrymabiliter flere. In cuius signum masculus statim natus clamat. A, plorando casum Adæ, & fœmina E, plorando casum Euæ. Si autem statim natus, idest, ad ætatē adultam perductus ridere, & gaudere sule cum mundo, signum est, quòd talis erit dæmonibus dedicandus, & supplicijs deputandus æternis, sicut fuit Zoroastes, *Zoroastes.* quia de talibus dicitur Iob. 21. Tenent tympanum, & citharam, gaudent ad sonum organi, ducunt in bonis dies suos, C & in puncto ad inferos descendunt. Ergo vt gaudeamus æternaliter, differamus signa lætitiæ nostræ vsque ad quadragesimum diem. Quid enim quadragesimus dies nisi dies, quo homo à vinculis carnis absolutus ascendit ad gloriam? In cuius figura Saluator noster resuscitatus, quadragesimo die cœlos ascendit. Quoniam huius mundi gaudium nihil est, & ad pœnam ducit æternam. Iob 20. Gaudium hypocritæ ad instar puncti, idest, in fine perdetur. Secundum est gaudium spirituale, scilicet deuotorum, qui gaudent, cum corpus affligunt per pœ- D nitentiam, per quam liberantur à seruitute peccati. Quid enim est gaudiū, nisi cordis dilatatio? Cor autem dilatatur *Cor.* amaris, sed dulcibus stringitur, & oppi- *Pœnitētia.* latur. Et amara sunt causa lætitiæ cordis, quia purgant, & cor dilatant, sed dulcia mortis. Dicit Auicenna 3. can. quòd *Auicenna.* cor nutritur cum suis viribus naturalibus ex dilatatione sua attrahitur ad ipsum sanguis sicut & aer. Sanguis autem *Sanguis.* est eius nutrimentum. Secundum autem

A ipsum in eodem libro quandoque circa cor multiplicantur humores, quibus cor constringitur, & oppilatur, & sic dilatari non potest, & tunc interficitur. Quando autem illi humores per potiones amaras purgantur, sic respirat. Sic & spiritualiter amaritudine pœnitentiæ purgantur oppilātia cordis nostri, & voluntatis, & sic dilatatur. Quando autem cor dilatatur, nutritur spiritualiter. Nam sanguis Christi pro nobis effusus est spirituale nutrimentum cordis nostri: Leuit. 17. Anima omnis carnis in sanguine est. Isto sanguis ad cor attrahitur per tribulatio- B nem, & amaritudinem pœnitentiæ, quia qui in amaritudine pœnitentiæ gaudēt, ad cor reuocant Christi sanguinem, & mortem. Sed circa multorum corda sic multiplicantur humores, & superfluitates temporalium, quòd de spiritualibus nihil curant, propter quod ipsorum cor illis constructum dilatari non potest, & sic vitam spiritualem perdunt. Vnde de gaudio pœnitentium dicitur Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio, aquas scilicet lachrymarum. Quantum enim gaudium debet habere pœnitens, dum per pœnitentiam se à seruitute peccati videt libe- C ratum? Refert enim Valerius, quòd Philippo rege Macedonum à Romanis superato, cum Romani omnes vrbes Greciæ, quæ sub Philippo erant, libertati donassent, tanta alacritate clamoris gaudio cœlum repleuerunt, quòd certitudinaliter constat, aues, quæ desuper volabant, attonitas, & pauentes cecidisse. Sic multo fortius peccator, qui vilissima diaboli seruitute per peccatum fuit oppressus, quando virtute doloris pœnitētiæ per Christum libertati donatur, maximo gaudio repleri debet, vt dicit illud Psalm. 29. Conuertisti planctum meum D in gaudium mihi. Et istud est gaudium, quod nunc quærit Psal. dicens: *Auditui meo dabis gaudium*, &c. Tertium est gaudium supernale beatorum, quod consistit in faciali Dei visione, de quo Psalmo 20. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Nunc prosequendo materiam articulorum, restat declaranda secunda pars articuli sexti, quæ est. Sedet ad dexterā Dei patris omnipotentis. Ad cuius *Dextera.* euidentiam sciendum, quòd in scriptura sacra nomine dexteræ multa significantur,

tur, scilicet Deitati honor, & reuerentia. Psal. Dextera tua suscepit me. Fœlicitatis valor, & excellentia. Psal. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Auctoritatis potestas iudiciaria. Psal. Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt. Et ideo ad vidēdum qualiter Christus sedet ad dexteram patris, est sciendum, quòd Deus Christus consideratur tripliciter, scilicet, vel secundum quòd Deus, vel secundum quòd homo, vel secundum quòd Deus homo. Si ergo accipiatur dextera primo modo, sic sedet ad dexteram patris tāquam Deus, quia, scilicet, sic est vnius substantiæ, & per cō sequens vnius honoris, & reuerentiæ cū patre. Quod ostēdit Paulus ad Hebr. 1. dicens de Christo, inquantum Deus, scilicet. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorū faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Si autem accipiatur dextera secundo modo, sic Christus sedet ad dexteram patris, inquantum homo, quia inquantum homo potior, & maior beatitudo quam alicui alteri est concessa. Et ideo probans ipsum Apostolus, maiorē habere beatitudinem, quam aliquis Angelorum dicit ad Hebr. 1. Ad quem autē Angelorum, dixit aliquando, sede à dextris meis, &c. supple sicut Christo homini? glossa. Sede à dextris meis, idest, in potioribus bonis meis. Si autem accipiatur dextera tertio modo, sic sedet ad dexteram Dei patris, inquantum Deus homo. Quia homini assumpto iudiciariam potestatem contulit pater iudicandi de quolibet secundum illud Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Et sic de Christo loquitur Apostolus ad Ephesios primo, dicens, Pater constituit eum ad dexteram in cœlestibus super omnem principatum, & potestatem, & omnia subiecit sub pedibus ejus. Hæc autem pars huius articuli, qua Christus ad dexteram patris sedet, figuratur in sardio lapide, qui laborando animam fortificat solidius. Et sic per ipsum, figuratur Dei dextera. Hic enim lapis tripliciter habet virtutem, qui triplicem dexterā Dei prædictam significat. Quoniam vt patet per Magistrum vbi supra, hic lapis resistit maleficijs. Ecce dexteram honoris

Sardius.

E diuinitatis, & reuerentiæ. Acuit mētem. Ecce dexteram valoris fœlicitatis, & excellentiæ. Confert audaciam. Ecce dexteram auctoritatis potestatis iudiciariæ. De qua triplici dextera per sardium figurata dicitur Psal. 117. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem. Ex prædictis ergo patet, quòd hic lapis sardius sua efficacia prouocans lætitiam Christi figurat gloriam. Quia ascendit in cœlum. Conferens potentiam patris figurat dexteram. Quia sedet ad dexteram patris. Et ideo Christus, qui ascen-F dit ad cœli gloriam, & iudicandi habet potentiam. Hinc lapidi sardio similem asserit Ioan. Apoc. 4. de Christo dicens. Sedes posita erat in cęlo, & supra sedem sedens, & qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardij.

Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. 842

De pœ. d. 2. cognouerūt

Auersio.

HIc consequenter Psalm. petit gratiam absoluentem. Vbi notādum, quòd secundum Grammaticos Auerto, tis, duo habet significata. Est enim auer-G tere idem, quòd remouere, vnde Psalm. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Quandoque verò idem est, quòd tergum vertere. Qui autem tergum alicui rei vertit, illam rem non videt, nec aspicit, vnde Psalm. Conuerte nos, Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Ne, scilicet, ira tua nos videat, vt puniat. Petens ergo Psal. à peccatis mundati, petit à Deo, vt ab illis faciem suam auertat, idest, vt illa sic per veniā deleat, vt amplius illa non aspiciat. d. *Auerte faciem tuam à peccatis meis, &c.* Vnde hic notat glo. quòd quando nos faciēm no-H stram vertimus ad peccata nostra, vt ipsa consideremus ad puniendum, tūc Deus illa non respicit, quando autem ab illis faciem nostram auertimus, non considerando illa, nec puniendo, tunc Deus faciem suam ad illa vertit & punit. Vnde sic ait glos. *Auerte faciem tuam à peccatis meis.* Non à me sed à peccatis meis, quia illa ante faciem meam habeo. Si enim homo aduertit peccatum, Deus auertit faciem suam, ne puniat. Aduerte ergo peccatum, vt auertat Deus, ne aduertendo

Psal. 84.

ani-

animaduertat. Quid autem sit Deum A
auertere faciem suam à peccatis nostris,
statim ostendit dicēs. *Et omnes iniquitates
meas dele*, quia tunc auertit faciem, quan
do illa per veniam remittit, & delet. E-
contra autem de illis, qui peccata sua
nolunt considerando punire dicitur Psal.
108. In memoriam redeat iniquitas pa-
trum eius in conspectu domini, & pec-
catum matris eius non deleatur. Et no-
tandum hic, quòd auertit Deus se mul-
tipliciter à nobis. Quoniam Dei auer-
sio quandoque est actus supernalis ira-
cundiæ, quo Dei priuamur adiutorio.
Auersio quandoque est actus pietatis, & B
clementiæ, quo alto protegimur præsi-
dio. Auersio quandoque est actus æqui-
tatis, & iustitiæ, quo mali damnantur in
supplicio. Auersio quandoque est actus
paternalis diligentiæ, quo summo glo-
riamur in palatio. Primo auersio Dei
est quandoque actus supernalis iracun-
diæ. Multotiens enim Deus nostris pro-
uocatus peccatis, suam protectionem
subtrahit, auertendo se à nobis. Sic enim
dicitur Psalm. 88. Auertisti adiutorium
gladij eius, & non es auxiliatus ei in bel-
lo. Quod ideo dicit, quia quando Deus
à Iudæis nō erat auersus, pauci illorum C
multos ex alijs superabant, sed quando
propter ipsorum peccata Deus se auer-
tebat ab illis, ipsorum multi à paucis
aliorum superabantur. Vnde ibidem
dicit glo. Solebant enim pauci illorum
multos vincere, modo a paucis victi sunt
& captiuati, quia dominus ab eis est auer
sus, populus enim armatus sine Deo in-
ermis est. Et aduerte, quod Deus mul-
totiens se auertit à nobis ad nostram vti
litatem, vt, scilicet, homo seipsum sine
Deo nihil posse cognoscat, & sic non su-
perbiat, sed sub Deo humiliter viuat. Sic
enim accidit ipsi David, qui in princi- D
pio regni sui videns se in omnibus pro-
sperari, quasi in seipso confidens, dixit.
Ego autem dixi in abundantia mea, non *Psal. 29.*
mouebor in æternum. Et hoc ideo, quia
confidebat in decore, & fortitudine à
Deo sibi data, propter quod subdit, Do-
mine, in voluntate tua præstitisti decori
meo virtutem. Volens ergo Deus ad
cognitionem propriæ fragilitatis ipsum
reducere, se ad tempus auertit ab eo,
quo facto ipse statim grauiter per adul-

terium, & homicidium fuit lapsus, ideo
subdit. Auertisti faciem tuam à me, &
factus sum conturbatus. Secundò, auer-
sio Dei quandoque est actus pietatis, &
clementiæ, &cæt. Deus enim ad oratio-
nem verè pœnitentis se clementer ab
eius peccatis auertit; illa delendo. In
cuius figuram statim cum Phinees luxu-
riantes percussit, Deus iram suam auer-
tit à populo Num. vigesimoquinto. Vn-
de dixit Deus. Phinees auertit iram
meam à filijs Israel. Quia quotiens con
triti peccata nostra punimus, Deus cle-
menter faciem suam à nostris peccatis
auertit. Vnde de omnibus pœnitenti-
bus dicitur Ose. decimoquarto. Sanabo
contritiones eorum. Diligam eos spon-
tanee, quia auersus est furor meus ab eis.
Et hoc est, quod nunc pœnitens orat, di
cens. *Auerte faciem tuam à peccatis meis*,
&cætera. Tertio, auersio Dei quando-
que est actus æquitatis, &c. Iustitia enim
durante, Deus à damnatis se auertit, eos
æternaliter puniendo, vt nullus ipsum
quibuscunque precibus ab hoc actu iu-
stitiæ ipsum auertere possit: Iob vigesi-
motertio. Ipse solus est, & nullus potest
auertere cogitationem eius. Quod ideo
dicit, quia eius iudicia nullus mutare po
test, &, si quando mutetur sententia, quę
stat in exterioribus signis, vt ibidem de-
ducit Gregor. 16. moral. Vnde de dam- *Gregor. 16. mor. ca. 18.*
natis dicitur. Auertantur retrorsum, &
confundantur, &c. Fiant tanquam pul- *Psal. 34.*
uis ante faciem venti, &c. Quartò, auer-
sio Dei quandoque est actus paternalis
diligentiæ, &c. Si enim pater naturalis
à suis filijs auertit mala quātum potest,
quanto magis Deus pater omnia mala à
suis filijs auertit, scilicet à beatis in pa-
tria, ipsos auertendo ab omnibus pecca-
tis, & ab omni peccatorum sequela, pro-
pter quod dicitur, Aperit aures virorū, *Iob 33.*
& erudiēs eos instruit disciplina, vt auer
tat hominem ab ijs, quæ fecit, scilicet,
peccatis, & liberet eum de superbia, sci-
licet, diaboli, liberās animam eius à cor
ruptione, scilicet, perpetuæ damnatio-
nis. Sic ergo Deus à beatis omne ma-
lum auertit, eis concedens gaudium per-
petuum, & exultationem. Psal. decimo-
tertio. Cum auerterit Dominus capti-
uitatem plebis suæ, exultabit Iacob, &
lætabitur Israel. Quibus omnibus consi-

deratis,

deratis, humiliter Deo dicamus. Conuerte nos, Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Consimiliter & nunc quilibet pœnitens orat, dicens. *Auerte faciem tuam à peccatis meis*, &c.

Psal. 84.

843 *Cor mundum crea in me, Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.*

HIc consequenter postulat gratiam iustificantem. Quamuis enim insimul, & in eodem instanti fiat peccati remissio, & gratiæ iustificãtis infusio, quia gratia simul cum peccato stare non potest, vnde, cum gratia infunditur, remittitur culpa, & cum culpa remittitur, infunditur gratia. Tamen secundum nostrum modum intelligendi ordine naturali, prius intelligimus cor mundum à peccatis quàm Dei gratiam infusam in corde. Et hunc ordinem satis hic notat Psalm. præmittendo munditiam. d. *Cor mundum crea in me, Deus*, & consequenter addendo gratiam dicens. *Et spiritum rectum*, &c. Vbi notandum, quòd cor nostrum de se est immundum, & maculatũ, nisi per diuinam emundetur gratiam. Quoniam ab ipso corde omnia procedunt peccata, Christo dicente. Quæ autem de ore procedunt, de corde exeunt. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, hæc sunt, quæ coinquinãt hominem. Ex quo patet, quòd omnia vitia oriuntur à corde, & non à diabolo, vt quidam arbitrantur. Quoniam diabolus malarum nostrarum cogitationum non est auctor. Sed, cum illas ex actibus exterioribus in corde nostro esse natas prospexerit, tunc illas suis tentationibus fouet, & nutrit. Vnde Hieronymus super Matth. exponens præmissa Christi verba dicit. Arguendi sunt ex hac sententia, qui malas cogitationes à diabolo immitti putant, & non ex corde nasci, & propria voluntate. Diabolus enim adiutor, & incentator malarum cogitationum potest esse, auctor autem esse non potest. Si autem diabolus semper in insidijs positus leuem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammauerit, non debemus opinari cum occulta

Cor.

Matth. 15.

Cogitatio.

E quæque cordis nostri rimari, sed ex corporis habitu, gestisque exterioribus æstimare, quid in nostro corde versetur interius. Verbi gratia, Si pulchram mulierem nos crebrò viderit inspicere, intelligit ab oculis cor vulneratum esse luxuria. Vnde, si quandoque reperiatur in scriptura, quòd diabolus cogitationes malas, & peccata immittit in corde nostro, non est intelligendum, quòd diabolus illas malas cogitationes faciat, sed suis suasionibus ad illas ex corde nostro generandas inducit nos, & prouocat, sicut cum dicitur Ioan. 13. Cum diabolus F misisset in cor Iudæ, vt traderet eum Iudas, &c. Illa enim immissio solum quædam persuasio fuit. Vnde illa verba exponens Augustin. super Ioan. dicit. Missio ista suggestio spiritualis est, & non fit per aurem, sed per cogitationem, diabolicæ enim suggestiones immittuntur humanis cogitationibus. Factum ergo iam fuerat in cor Iudæ, scilicet per diabolicam suggestionem, vt discipulus magistrum traderet. Ex quibus omnibus patet, quòd cor nostrum de se est immũdum, quia ab illo omnia nostra peccata procedunt, propter quod dicitur. Praua G uum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Et hoc est, quòd considerans nunc pœnitens dicit. *Cor mundum crea in me, Deus*, quasi dicat, Munda in me cor meum. Vnde notandum, quòd cor nostrum mũdatur à Deo multipliciter, scilicet, Cor mũdatur per fidem credendorum. Cor mundatur per contritionem peccatorum. Cor mundatur per effusionem vitiorum. Cor mundatur per lauationem lachrymarũ. Cor mundatur per orationem deuotorum. Cor mundatur per conuersionem reproborum. Primo cor mundatur per fidem. H Act. 15. Quis nouit corda? Deus dat spiritum sanctum, fide purificans corda eorum, vnde fides non solum corda purificat, sed etiam ipsa mundata sic sigillando conseruat, vt ipsa amplius per peccatum violare non audeat diabolus, scilicet fide manente. Vnde Gregorius 29. moral. capit. 2. dicit. Qui immortalitate perdita, ad Deum pœnitẽdo reuertitur, per fidei signaculum munitur. Vnde à sponso suo ecclesiæ dicitur. Pone me vt signaculum super cor tuum. Ideo namque

Hier. 17.

Fides.

Cant. 8.

quę signaculum rebus ponitur, ne diripientium prӕsumptione violentur. Sponsus ergo super cor, vt signaculum ponitur, quando fidei mysterium in custodia nostrӕ cogitationis imprimitur, vt ille aduersarius noster diabolus cum signata fide corda considerat, tentando ea diripere non prӕsumat. Ex quibus patet, quod fides corda mundando contra diabolum fortificat, propter quod dicitur. Oculi domini contemplantur vniuersam terram, & prӕbent fortitudinem, qui corde perfecto credunt in eum. Secũdo cor mundatur per contritionem. Statim enim, cùm peccator debitè dolet de peccatis commissis, à Deo veniam recipit: quia Deus cor contritum despicere non potest Psal. 50. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies*, quia sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et aduerte secundum glo. quòd prius dicit. *Cor contritum*, & postea *humiliatum*, quia cor humiliari non potest, nisi primo contritum fuerit. Vnde Esa. 57. dicitur. Dominus in sancto habitat, & cum contrito, & humili spiritu, vt viuificet cor contritorum. Quid enim est cor contritorum viuificare, nisi ipsum à peccatis, quibus spiritualiter moritur emundare? Secundum enim Valerium, tantum honoris confert patriӕ offensӕ malorum punitio, quantum iniuriӕ ipsa mala perpetrata intulerunt. Et sic per punitionem mali reformatur perditus honor. Cùm contritio cordis puniat offensam diuinam, sequitur, quòd honorem ablatum Deo restituit, & per consequens perditam recuperat iustitiӕ munditiam. Tertiò cor emundatur per effusionem vitiorũ, quando, scilicet vitia effunduntur, idest, extra mittuntur, quod fit per confessionem. Vnde cuilibet pœnitenti dicitur. Effunde sicut aquam cor tuum, in conspectu domini. Et benè dicit, Effunde sicut aquam cor tuum, & non sicut vinum, vel oleum, quoniam omnis alius liquor ab aqua effusus saporem suum, & aliquid sui dimittit in vase, non autem aqua, ad denotandum, quòd in confessione nihil peccati in corde debet relinqui, sed totum effundi. Vnde prӕdicta verba exponens Hugo de S. Victore, dicit, Effundere debemus sicut aquam corda nostra pia confessione ante dominum. Vt, quęadmodum cum aqua effunditur, nihil ibi occultum relinquitur, ita in corde nostro nihil relinquamus absconditũ, sed omnia per confessionem Deo reuelemus, vt cor nostrum mundum efficiatur, propter quòd dicitur. Effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in ӕternum. Quarto cor mundatur per lauationem lachrymarum. Sic enim Magdalena cordis maculas lachrymis lauit, sic & Petrus, qui egressus foras fleuit amarè, propter quod dicitur. Laua à malitia cor tuum, Hierusalem. Hierusalem enim interpretatur visio pacis, & significat animam, quӕ ad visionem pacis habendam est creata. Dicat ergo. Laua à malitia, &c. quasi dicat. O tu anima, si visionem pacis cupis habere, primo cor tuum à malitia lachrymis laua. Nec immeritò, quia solum mundi corde Deum videre possunt. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, vt sic meritò pœnitens dicat. Multi gemitus mei, & cor meum mœrens. Quinto cor mundatur per orationem. Si enim quicquid orantes petimus, quia accipiemus, debemus credere, consequens est, vt, qui orando deuote cordis mũditiam petit, ipsam indubitanter recipiat à Deo. Et ideo dicit Apostolus. Accedamus ad eum cum corde vero in plenitudine fidei, asperſi corda à conscientia mala. Et sic nunc deuotè Psal. munditiam cordis petit orando, dicens, *Cor mundum crea in me, Deus*. Sexto cor mundatur per cõuersionem. Cum enim auersus à Deo ad Deum conuertitur, statim à Deo cor efficitur mundum Iohel 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, sequitur. Scindite corda vestra, &c. quia benignus est, & prӕstabilis super malitiam. Vnde sic mũdare corda nostra docet Iacob. 4. Purificate corda vestra, miseri estote, & lugete, risus vester in luctum conuertatur, & gaudium vestrum in mœrorem. Quod si sic fecerimus, tunc dominus nobis dicet illud Ezechiel. 16. Mundabo cor tuum, ait Dominus Deus. Et hoc est, quod nunc orat Psalm. dicens, *Cor mundum crea in me, Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis*. Rectus est enim spiritus, qui rectè tẽdit in Deũ, qui ad terrena non curuatur. Et nota, quòd viscera hic accipit pro viribus interio-

2. Par. 16. Contritio. Confessio. Thren. 2. Psal. 61. Hiere. 4. Thren. 1. Oratio. Hebr. 10. Conuersio. Iaco. 4.

teriotibus, vt est intellectus, voluntas, & memoria.

844 *Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctũ tuum ne auferas à me.*

De pœ.d.2. opponitur.

HIc consequenter petit gratiam confirmantem, vbi notandum, quòd nulla virtus sine perseuerantia ad meritum æternæ vitę proficere potest. Quid enim prodest ad brauium acquirendum velociter currere, si antequam perueniatur ad brauium deficiat cursus? Quod ostēdens Ber. super illo verbo Lucæ 11. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, dicit. Perseuerantia sola meretur viris gloriam, coronam virtutibus: prorsus absque perseuerātia nec qui pugnat victoriam, nec palmam cōsequitur victor. Vigor virium virtutũ consumma tio est. Nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudē fortitudo. Denique non qui incœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Saul cum esset paruulus in oculis suis, super Israel est rex constitutus, non perseuerans in humilitate, & regnum amisit, & vitam. Si cautela Samsonis, si Salomonis deuotio perseuerantiam retinuissent, nec iste sapientia, nec ille viribus priuaretur. Et ideo Dauid considerās se aliàs spiritum sanctum habuisse: tamen ab illo per peccatum adulterij fuisse proiectum, nūc à Deo in gratia perseuerantiam postulat, ne amplius spiritum sanctum perdere possit, dicens. *Ne proijcias me à facie tua*, &c. Proijcere enim nos dicitur Deus, non quia sit causa nostri casus, & proiectionis, sed quia peccantem nō diligit. Spiritum sanctum aufert, quia cum peccato gratia spiritus stare non potest. Dicat ergo, *ne proijcias me à facie tua*, quasi dicat. A peccatis meis auerte faciem tuam, non a me. *Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me*, idest, gratiam spiritus sancti. Ne auferas dicit, quia qui pœnitet, iam habet donum, & gratiam spiritussancti, quia non potest esse vera pœnitentia, & peccati punitio in homine ex seipso, vt dicit glo. Cũ enim quis irascitur sibiipsi, & displicet, sine dono spiritus sancti non est. Dicat ergo. *Ne proijcias me à facie tua.* Per ista enim verba ostendit Psal. quantum desiderium habebat Christum incarnatum videre, qui per faciem in scriptura designatur. Psalm. Ne auertas faciem tuam à puero tuo. Duplici enim ex causa Deus faciem suam conuertit ad nos, scilicet, vt nos videret, & vt videretur à nobis, voluit enim videre nos oculo cōpassionis, vt nostras tolleret infirmitates. Dicit Plinius de Coladion, quæ est auis, quæ si ad infirmum ducatur, & in eum oculos defigat, signum est sanitatis futuræ, si verò oculos auertat ab eo, signũ est mortis. Sic & spiritualiter Deus faciem suā, & oculos quasi à nobis auertit, quandiu incarnationem Christi distulit. Et ideo omnes istam incarnationem præcedentes descenderunt in mortem. Sed in sua incarnatione faciem, & oculos in hominem defixit, quod fuit signum futuræ salutis. Psal. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Secundo ad nos conuertit faciem, vt videretur à nobis, quia nos ipsius videndo faciem beatificamur. Genes. 32. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.

Persœuerantia.

Bernard.

Plinius.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. 845

COnsequenter hic petit gratiam illuminantem. Vbi sciendum, quòd Dauid post peccatum adulterij, & homicidij, statim spiritum Propheticũ perdidit, nec spiritum prophetizandi habuit vsque ad actum pœnitentiæ, & confessionis suorum peccatorum. Ideo ipsum spiritum sibi à Deo restitui nunc postulat, dicēs. *Redde mihi lætitiam*, &c. Quem spiritum vocat lætitiam salutaris Dei, quia per ipsum cognouit Christum esse venturum, qui salutare Dei dicitur. Lucę 2. Viderunt oculi mei salutare tuum. In quem sicut nos lætamur, quia venit, ita antiqui lætabantur in ipsum venturum. Quoniam sicut nos saluamur per fidem Christi incarnati, ita saluabantur antiqui patres per fidem Christi venturi. Dicat ergo, *Spiritu principali cōfirma me*, idest,

Spiritus.

Trinitas. Vnitas.

idest, spiritu prophetico, quem prius habui, cognoscendo Christum venturum, cõfirma me per fidem eius, & sic reddes mihi lætitiam. s. salutaris tui, quã per peccatum amisi. Notandum, q in istis vltimis tribus versiculis, ter spiritũ posuit, diuersimodè articulatum. In primo dixit. *Spiritum rectum innoua in visceribus meis*. In secundo dixit. *Spiritum sanctum tuum ne auferas à me*. In tertio dixit. *Spiritu principali confirma me*. Per hoc denotãs trinitatem personarum in Deo, cum vnitate essentiæ. Spiritus enim Deus est, & non corpus. Ioan. 4. Spiritus Deus est, & in spiritu adorare oportet. In hoc ergo, quod semper hic spiritum ponit in singulari, notat vnitatẽ essentiæ. In hoc autem, q tribus vicibus ponit, notat trinitatem personarum, spiritum rectũ dicit filium, spiritũ sanctum intelligit tertiam personam, sed spiritum principalẽ intelligit patrẽ, qui à nullo est, & à quo sunt alij. Hoc notat Bernard. super isto passu. d. In istis tribus versibus intellige trinitatem. Spiritum sanctum ipsum intellige proprio nomine designatum, pro quo rogat, dicẽs. *Ne proijcias me à facie tua*, tanquam, scilicet, aliquid immundũ, quia spiritus iste odit sordes, nec habitare potest in corpore subdito peccatis. Cui enim proprium est repellere peccatum, ipsi & proprium est odire peccata. Recepto ergo spiritu Sancto per sanctimoniam, quia peruersæ & immundæ cogitationes separent à Deo, orandum est, vt cor mundum creetur in nobis. Quod vtique fiet, si spiritus rectus fuerit in visceribus nostris innouatus. Quod autẽ ait spiritum rectum conuenienter filio conuenit, qui nos veteri homine exuẽs, nouum induit, quo nos renouauit in spiritu mentis nostræ, tanquam in nostris visceribus, vt cogitemus, quæ recta sunt, formam enim rectitudinis attulit de cœlis quam reliquit in terris, immittẽs dulcedinem rectitudinis in omnibus operibus nostris, sicut scriptum est. Dulcis, & rectus dominus. Castigato ergo corpore, per sanctitudinem operum, mundato corde, vel potius innouato per rectitudinem cogitationum, redditur lætitia salutaris. Quid ergo iam restat, nisi vt spiritu principali confirmeris? patrem intellige spiritum principalem, non quia maior, sed quia solus à nullo. In quo autem confirmatio hæc cõsistit, nisi in charitate? Aut quod donum aliud tam dignum potest esse? Quod munus aliud tã paternum? Quid nos separabit à charitate Christi, tribulatio, angustia, &c. certè scias, quia neq; mors, neque uita, neque alia cætera, quæ Apostolus tam multipliciter quàm audacter enumerat, poterunt nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo. Idest, vt scias vas tuũ possidere in sanctificatione, & honore, & non in passione desiderij, spiritum sanctum accepisti, ut quod tibi vis fieri ab omnibus, ut tu facias illis. Et quod tibi non vis fieri alteri non facere, spiritum rectum, ad opus accepisti proximi. Hæc est enim rectitudo quam lex vtraq; commendat innata & illata, iam, si in his perseueras, spiritum principalem, quem solum Deus approbat, recepisti. Itaq;, si desideras, ut in te Deus partem eligat sibi, esto sollicitus, sicut tibi spiritum sanctum, sic proximo spiritum rectum, sic ei tanquam vero principi, & patri spiritũ principalem exhibere. Hæc Bernard. Sequendo fundamentorum Ecclesiæ materiam, restat videre de septimo articulo fidei, quem posuit Philippus. d. Inde ventur⁹ est indicare viuos, & mortuos. Qui apertè declaratur per septimum fundamentum ciuitatis, quod erat Chrysolitus. Qui lapis huius articuli significat singulas partes. Vbi nota quòd iste articulus de Christo uenturo iudice tria manifestat, quæ in quolibet iudice requiruntur. Ostendit enim primo plenam auctoritatis iurisdictionem, quæ à patre Christo traditur. Inde venturus est. Secundò iustum condignitatis retributionem, quæ à Christo cũctis redditur. Iudicare: Tertio multam societatis congregationẽ quæ à patre Christo subditur. Viuos & mortuos. Quæ omnia per istum lapidem Chrysolitum figurantur. Quoniã hic lapis, primo roborat ingenium, iudicis posse Christo significans traditum: Secundo rutilat ut aurum, iudicis Christi iustum significans solium. Tertio terrificat dæmonium, iudici Christo mundum significans subditum. Primo ergo iste articulus continet plenam auctoritatis iurisdictionem, &c. dicens. Inde venturus est. Vbi nota, quòd istud aduerbium,

Psal. 24.

Articulus septimus fidei.

Iudex. Iudici.

Inde,

bium, Inde, semper denotat quendam ordinem sequentium ad præcedentia. Et quantum ad præsens spectat in scriptura triplicem ordinem notat, s. Ordinem locutionis, vt inde videbo. Num. 23. Veni mecum in alterum locum, vt patrem Israel videas inde, &c. Ordinem factionis, vt primo fac hoc, inde illud 1. Cor. 15. Christus visus est Cœphæ, &c. deinde visus est Iacobo, &c. Ordinem participationis, vt sol calet, inde aer. 1. Cor. 15. Primitiæ dormientium Christus, scilicet resurrexit, deinde quę sunt Christi, scilicet, virtute Christi resurrectionis resurgent. Modo ad propositum istis tribus modis hic exponi potest ly, inde. Primo modo potest notare ordinem locutionis, & tunc ly, inde, refertur ad primam partē præcedentis articuli dicētis. Ascendit ad cœlum. Et tunc est sensus. Inde, scilicet de cœlo venturus est, &c. Et hic sensus adiuuatur Act. 1. vbi dicitur. Quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum, sic veniet, idest, quemadmodum vidistis eum de terra in cœlum ascendere, sic in iudicio, inde, scilicet de cœlo descendet ad terram. Secundo hic potest notare ordinem successionis. Et tunc est sensus. Inde, idest, post eius ascensionem venturus est, scilicet in fine mundi, quia eius ascensio, & ad dexteram patris glorificatio merito debuit præcedere vltimum iudicium, vt eius glorificata humanitas nobis spem tribueret glorificationis. Et sic eius glorificationem, & ad dexteram patris sessionem præcedere vltimum iudiciū notabat saluator, dicens, Videbitis filiū hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus, &c. Tertiò potest notare participationem, & causalitatem. Et sic est sensus, quia postquam de Christo dictum est, quòd sedet ad dexteram patris, sequitur, Inde, scilicet, ab eadē patris dextera habet, q̄ sit venturus iudicare, &c. Sic enim loquebatur Christus de patre, Pater potestatem dedit filio iudicium facere, &c. Inde ergo venturus est, idest, ab eadem patris dextera habet filius, vt sit venturus, &c. Ex quibus patet, quòd iste articulus ostendit plenam auctoritatis iurisdictionem, & cætera dicēs, Inde venturus est. Notandum autem, quòd filium habere à patris

Matth. 26. *Ioan. 5.*

E dextera auctoritatem iudicandi potest dupliciter intelligi, scilicet, vel inquantum Deus, vel inquantum homo. Primo inquantum Deus, quia sicut à patris dextera genitiua habet, quòd sic filius, sic etiam quòd sit iudex, quia quicquid habet filius, nascendo accepit. Vnde Chrysostomus super Ioan. dicit, Pater omne iudicium dedit filio, idest, genuit eum omnium iudicem. Secundo inquantum homo, quia forma serui, quæ in iudicio apparebit, ab ipso patre habebit auctoritatem iudicandi. Vnde Ioan. quinto. Pater non iudicat F quenquam, sed omne iudicium dedit filio, &c. Vbi August. Pater omne iudicium dedit filio, quia in iudicio non forma Dei, sed forma filij hominis apparebit. Ac si diceret, Patrem nemo uidebit in iudicio, sed omnes filius hominis, &c. Hæc autem potestas iudiciaria à patre filio tradita in isto lapide Chrysolito figuratur. Hic enim roborat ingenium. Quoniam secundum Magistrum de proprietatibus libro decimosexto. Hic lapis confortat intellectum. Per intellectum enim intelligitur ipse Dei filius, qui est intellectus, & sapientia patris, cui attri- G buitur virtus intellectiua. Et ideo de filio, per quem pater operatur omnia, sub nomine intellectus ait Psal. quod fecit cœlos in intellectu. Hic ergo intellectu, scilicet, Dei filius confortatur cum sibi à patris dextera omnis iudiciaria potestas traditur. Et sic hic lapis confortans intellectum significat iudicis posse Christo traditum. Vnde & Dei filius isto lapide ornatus dicitur. Tu signaculum similitudinis, omnis lapis preciosus operimentum tuum, Sardius, Topazius, Chrysolitus, &c.

Psal. 135. *Ezech. 28.*

Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. H

846 *De pæ. d. si omnium.*

HAec est tertia pars principalis huius psalm. in qua pœnitens Deo promittit satisfactionem. Vbi notandū, quòd satisfactionis tres partes assignantur principales, ad quas reducuntur cæteræ. Prima est eleemosyna, & ad istā reducitur omne opus pietatis impensum proximo, tā spirituale q̄ corporale. Et aliū docere, est actus pietatis, & spūalis eleemosyna. Secūda est oratio, & ad istā reducitur

Satisfactio.

ducitur oĩs supplicatio, & Dei laudatio, A sic & laudare Deũ ad orõnem pertinet. Tertia est ieiunium, & ad istã reducitur omnis afflictio corporalis, vt abstinẽtia, & peregrinatio, disciplina, vestium asperitas, & huiusmodi. Et secundum istas tres partes satisfactionis. Psal. se Deo satisfacturum promittit. Primo per actũ eleemosynæ alios informando in principio. Secundo per actum orationis Deũ laudãdo, ibi. *Libera me*. Tertio per actũ afflictionis corporalis, ibi. *Quoniam si voluisses*. Quantum ad primum sciendũ, quòd, sicut verbis, vel actibus detractorijs famam alterius lacerans iniustè om B nibus modis quibus potest, ipsam ei tenetur restituere, sic conformiter in suo malo exemplo alios in moribus corrumpens, tenetur quantum potest, ipsos bonis exemplis, & verbis ad bonum statum reducere. Cum ergo peccatum principis multos ad peccatum inducat, quia nemo in Ecclesia amplius nocet quàm qui peruersè agens dignitatem, vel nomen sanctitatis habet, vt dicitur dist. 82. nemo. Nulli dubium, quòd peccata Dauid regis publicata multis occasionem peccandi dederunt, propter quod & Dauid obligatur ad eos iuxta posse redu- C cendum. Et hoc est, quòd hic se facturum promittit, dicẽs. *Docebo iniquos vias tuas*, non solum verbis sed fortius exemplo. Vnde hic glo. ait. *Docebo*, exemplo, & verbo: exemplo quidẽ, quia, dum mihi parcitur, alijs spes veniæ datur. Docebo verbo, quia postea magnalia tua prædicabo. Item nota, quòd dicit *docebo iniquos, & impij conuertentur*. Iniquos dicit qui in fide manentes peccant. Impij autem dicuntur, qui sunt sine pietate: pietas autem dicitur cultus Deo debitus, & sic impij dicuntur, qui sine fide peccant, s. infideles. Dicat ergo. *Docebo* D *iniquos vias tuas*, i. misericordiam, & iustitiam, quia vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas. Psal. 24. Sed hic occurrit dubitatio. Quia dictũ est, q̃ qui aliũ verbo, vel exemplo ad peccãdum traxit, tenetur ipsum docere, & ad bonum reducere. Quæro ergo vtrum mulier hoc facere possit, vt quæ alium male loquendo corrupit, ipsum postea teneatur reducere ad bonum docendo. Et uidetur q̃ non, quia mulier alium docere non potest, dicente Apostolo. Mulieri docere non permitto, neq; dominari in virum. Vbi expressè secundum glo. Apostolus docẽdi auctoritatem mulieribus negat. Ad oppositum autem, quia in scriptura reperiuntur multæ mulieres, quæ prophetissæ fuerunt, & docebant populum, vt Anna prophetissa, quæ omnes docebat in templo aduentum Christi, & Sibilla quę docuit Octauianum Christum incarnatum. Item B. Catherina publicè cũ philosophis disputauit de fide, & docuit eos fidem. Sic & S. Iudith docuit sacerdotes, & populum spem in Deum ponere. Iudith 4. &c. Respondeo, vbi sciendum, q̃ docere includit tria necessaria ad hoc quod quis licitè docere possit, s. Sapientiæ claritatem, Iudicij firmitatẽ, Passionis serenitatem. Primũ requiritur vt sciat discernere inter verũ, & falsum. Nemo enim alteri communicare potest quod non habet. Si ergo volens docere alium, non habet sapientiã, docebit non sapientiam, sed stultitiam, etiam si loquatur verba cõposita non erit audiendus, quia ut dicitur Prouerb. 56. In ore stulti non erit docens parabola. Vnde nec sunt audiendi sophistæ, qui scientiã theologicã, & moralem sophismatibus permiscent: tales enim non sunt doctores (sicut dicit Arist.) q̃ repromittunt sophistæ se docere, agit autem nullus secundum politicam scientiam, scilicet ad bene viuendum. Nam vt dicit Seneca in Epistola decimaoctaua. Ex quo tales venerũt, boni esse desierunt, sequitur quia docemur magis disputare quàm viuere. Secundo debet habere iudicij firmitatẽ, vt scilicet sciat discernere inter rectum, & obliquum, iustum, & iniustum, maximè in docendo, quò ad mores, & de ijs, quæ ad fidem pertinent. Et, vt sciat bene iudicare inter opiniones diuersas, aut illas concordare, quia locus ad persuadendum, siue ad docendum sumitur à iudicio, vt dicit Philosophus secundo Rhetoricæ. Tertio debet habere passionis serenitatem. Quia sicut dicitur septimo & decimo Ethicorum, Existens sub passione non bene iudicat, maximè ubi oportet discernere inter agenda, & fugienda, inter bonum, & malum, sicut est in scientijs moralibus. Ad propositum ergo, quia sexus muliebris deficit mul-

Quæstio.

1. Tim. 2.

Luc. 2.

Nota bene qui sunt qui possint docere, & audire debẽt, & percõsequẽt ad oppositũ qui non.

tum in istis tribus. Primò in sapientiæ claritate propter suam instabilitatē in proposito. Sicut dicit Seneca, in libro de remedijs fortuitorum, quòd mulieris animus in lubrico est: nihil enim tam mobile quàm fœminarum voluntas. Et Philosophus primo politicæ dicit, quòd seruus, & fœmina principatum non habent, quia deficiunt mente, idest prudētia. Secundo carent iudicij firmitate ad discernendū, quia (vt dicit Philosophus) seruus non habet consiliatiuum, mulier habet, sed inualidū, puer habet, sed imperfectum. Tertio caret serenitate passionis, quia vt dicitur. 7. Ethic. Masculinum differt à fœminino per vinci, & nō posse cōtendere, i. resistere passionibus, quia. s. mulieres vincuntur à passionibus faciliter, quia non resistunt. Ex quibus omnibus ad quæstionem patet, quod docere non debet mulier maximè de ijs, quæ sunt fidei, vel circa mores propter prædictas rationes. Neq; etiam publicè, & locis solennibus de quacunq; scientia docere debent mulieres, ut dicit Hieronymus super epistolam ad Timot. vt sit translata doctrina à mulieribus in viros, ꝙ esset valde indecens, & periculosum, quia nō debent mulieres principari, aut principes sub mulieribus regi, ut d. Philosophus. 2. Politic. Per hoc tamen non excluditur, quin benè possint docere, & exhortari ad bonum pacificè filios, & filias, amicos, & parentes, imò viros suos retrahere ab excessibus, & malis, quia vt dicitur 1. Cor. 7. Vir infidelis per mulierem fidelem saluabitur. Ad argumētum autem cum dicitur, ꝙ multæ mulieres publicè dicebant de fide, &c. Dicitur ꝙ tales per miraculum, & inspiratione diuina erant doctæ, & paucę fuerunt respectu virorum, & aliarum mulierum, ideo legem non faciunt, quia ut dicitur 4. q. secundæ. Testes, miracula diuina sunt admiranda, non in exemplum trahenda actionis humanæ.

Hieron.

847 ***Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.***

HIc se promittit satisfacturum per actum laudis diuinæ, quæ ad orationem reducitur. Sed fortè dices, cum secundum Grammaticos sanguis careat plurali, quia non dicimus sanguina, nec sanguines, quomodo hic Psalm. dicit: *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis mea:* Respondeo primo, dico quòd translatores volentes ostendere scripturam sacram omnes alias excedere scientias, & nulli subijci, & per consequens, nec regulis grammaticorum subijci, quandoque studiosè in suis translationibus regulas grammaticæ non obseruabant, sicut Ioannis quarto. Et sermonem, quem audistis, non est meus, cum secundum regulam grammaticæ diceretur. Et sermo, quem audistis. Sic & in proposito. Vel vt dicit Catholicon, quamuis sanguis in plurali communiter non reperiatur apud omnes, apud aliquos tamen reperitur. Vnde & euangelista ait. Qui non ex sanguinibus, &c. Item notandum, quòd in scriptura sanguis peccatum significat, quia sicut inter omnes humores sanguis est magis maculatiuus, sic & peccatum animam summè deturbat. Vnde Gregorius decimotertio moralium, capitulo decimo: Per prophetam dicitur. Sanguis sanguinem terigit. Solet enim sanguinis nomine significari peccatum, sanguis ergo sanguinem tangit, cum culpa cumulatur. Vnde Psalm. qui à peccatis per pœnitentiam liberari desiderat clamat dicens. *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis mea*: Ista autem verba dicit Dauid in persona propria, ac etiam in persona cuiuslibet pœnitentis. Si in persona propria sciendum, quòd Dauid multum sanguinem fuderat, quando Vriam in bello fecit occidi, cuius occasione & multi alij occisi fuerunt, propter quod & mortem meruerat. Nunc ergo orans & pœnitens dicit. *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis mea*: idest, à pœna mortis, quam incurri propter effusionem sanguinis Vriæ, & aliorum eius occasione interfectorum. Si verò dicatur in persona cuiuslibet pœnitentis, hic considerat pœnitens, quòd originale peccatū, quod causaliter contrahitur in seminatione sanguinum siue seminum, est causa, & origo omnium peccatorū, & inde de sanguinibus orat liberari, id est, de omnibus peccatis, quæ proueniunt ex originali peccato.

Nota quòd pagina diuina nō vult se subdere legi artis Grammaticæ, quia omnes scientias excedit.

Et

Et hęc est expositio August. dicētis. *Libera me de sanguinibus.* Omnes nos nouimus Latinè non dici sanguines, sed sanguinem. Sed etsi minus Latinè dicatur pluraliter, quàm singulariter, tamen magis propriè pluraliter dixit, innuēs multa peccata trahi ex origine carnis peccati, i. ex carne, per originale peccatū corrupta. Vnde sanguinem pro peccato accipit scriptura. d. Caro, & sanguis regnū Dei non possidebunt, i. peccata, quę de corruptione carnis, & sanguinis veniūt. Et hoc est quod pœnitens dicit. *Libera me de sanguinibus, ò Deus*, idest, de carnalibus peccatis quæ multa sunt, ut definā. Quo facto, *Exultabit lingua mea iustitiā tuam*, idest, cum exultatione lingua mea annunciabit iustitiam tuam. Quod ideo dicit, quia nullus nisi prius mūdatus fuerit à peccato, Dei iustitiam, uel laudem dignè annunciare potest. Sic enim dicitur Ps. 49. Peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, &c. Sed videtur quòd potius debuit dicere misericordiam tuam, quàm iustitiam, quia misericordiæ est, peccata dimittere, sed iustitiæ est, peccatā punire. Ad hoc respondeo, quod in omnibus Dei operibus semper insimul concurrit iustitia, & misericordia. Et ideo cum dicitur hic, *Iustitiam tuam*, subintelligitur misericordia temperata, quæ fuit in proposito. Quia licet Dauid non fuerit tunc pœnam mortis passus, quantum meruerat in propria persona, tamen ipsam passus est in persona filij nati de Bersabee, vt habetur 2. Reg. 12. pro qua multum doluit. Cum hoc etiam propter peccatum illud grauem persecutionem sustinuit à filio suo Absalon contra eum motam in pœnam huius peccati, sicut ibi dixit Nathan. 2. Reg. 12. Suscitabo aduersum te malum de domo. Hanc ergo pœnam, quam pro peccato illo passus diuinæ iustitiæ attribuit, se iustè asserens fuisse punitum. Ideo non murmurans, sed magis iustè punitum recognoscens, dicit. *Et exultabit lingua mea iustitiam tuam*, s. misericordia temperatam. Aliqui codices habent. *Et exaltabit*, & ibi est defectus scriptorum. Verum quia dignè nullus Deum laudare potest, nisi inspiratione diuina tactus, ideo ad hoc faciendum diuinum adiutorium postulat, d.

Iustitia. Misericordia.

Domine labia mea aperies, & os meū annunciabit laudem tuam.

De pæ. d. 2. quærendū.

CVm enim (vt dicitur Eccl. 15.) non sit speciosa laus in ore peccatoris, ideo necesse est, q̄ dignè Deum laudemus, vt per eius gratiam cor nostrum, & cordis labia aperiat: Et notā, quòd multa nos Deo aperire debemus, quæ tamē ipse prius aperit nobis. Debemus enim Deo aperire cor per contritionem peccatorum, Aperire os per confessionem vitiorum, Aperire oculos per discretionem agēdorum, Aperire aures per obseruationem mandatorum, Aperire manus per sustentationem egenorum, Aperire labia per laudationem diuinorum. Primò ergo aperiamus cor, &c. vt. s. consideremus mala, quæ fecimus, & scindamus corda nostra ad illa expellenda. Res enim clausa exire nō potest. Si enim corporalis medicus apostema intus congregatū aperiendo purgat, ne ipsius veneno moriatur corpus, quod tñ non sine magno dolore corpus infirmi sustinet, & facit. Quanto magis ne apostema peccati existēs in mēte animā funditus occidat cor nostrū aperire debemus, & peccati venenū contritionem expellere. Et quia ista cordis apertio principaliter fit à Deo, ideo dr̄ Act. 16. Quędam mulier nomine Lydia purpuraria audiuit, cuius dn̄s aperuit cor, intendere ijs, quæ dicebantur, per istam mulierē intellige animā, quæ se Deo templum cupit ædificare. Vnde & Lydia interpretatur ędificatio eius. Et hæc purpuraria dr̄. Purpura enim tingitur sanguine rubicūdo vermiculi, & sic significat Christi sanguinem, qui se uermem d. Ps. 21. Ego aūt sum vermis, &c. Et sic illa anima purpuraria dicitur, quæ isto sanguine per deuotionē seipsam tingit. Quod ut facit statim cor eius aperit dominus per detestationem peccatorum, & uerbi diuini receptionē. Quid enim est conscientia, quæ peccata intus retinet clausa, nisi tumulus peccatorum, & sepulchrum? Sed ista sepulchra aperuit dominus cum contritionē inspirat in corde. Vnde Ezech. 37. Ecce ego aperiam tumulos uestros, & educam uos de sepulchris vestris. Secundo aperiamus os, &c. Aperit enim os, qui seipsum per confessionem accusat

Vnde cuilibet peccatori dr. Prouer.31. Aperi os tuum, mute, & discerne, quod iustum est, & iudica. Iustum est enim, quod reus seipsum accuset, & seipsum iudicet puniendo peccatum. Ista oris apertio figuratur Iosue 10. vbi dicitur. Aperite os speluncæ, & educite quinq; reges, qui in ea latitant. Per speluncam accipe animã subditam peccatis. In ista quinq; reges clausi manent, s. Rex Hierusalem, Rex Hierimoth, Rex Hebron, Rex Lachis, & Rex Eglon. Per istos quinque reges intellige quinque peccata, quibus præcipuè dæmõ in anima regnat, scilicet, Peccatum superbiæ, quod figuratur per regem Hierusalem, quæ visio pacis interpretatur, quia superbus, vt sibi videtur, omnes alios merito subiugare pacifice debet. Secundum est peccatum gulæ, quod figuratur per regem Hierimoth, qui interpretatur ebrietas. Tertium est peccatum auaritiæ, quod figuratur per regem Lachis, quod interpretatur sibimet vir, quia auarus solum de seipso curat. Quartum est peccatum luxuriæ, quod per regem Ebron figuratur, qui interpretatur coniugium, quia luxuriosus semper ad actum libidinis, quo sexus cõiunguntur, manet intentus. Quintum est peccatum iræ, quod per regem Eglon figuratur, qui interpretatur vitulus mœroris. Iosue ergo, qui saluator interpretatur, idest, Christus, nobis præcipit, dicẽs. Aperite os speluncæ, idest, animæ, quæ dæmoniorum dicitur spelunca, scilicet aperite per confessionẽ. Et educite quinque reges, idest, prædicta quinque peccata. Nos ergo obediẽtes aperiamus os nostrum domino, dicentes. Aperui ad dominum os meum, &c. Tertio aperiamus oculos, &c. Et secundum quod discretio iudicabit, imitetur: Baruc. 3. Aperi oculos tuos, & vide, quia non mortui dabunt honorem domino. Mortui enim per peccatum, honorem Deo non referunt, sed magis, quantum in se est, vituperium. Ideo ne de illorum numero simus, tibi dicitur. Aperi oculos tuos, scilicet per discretionem, & vide. Tamen attende, quòd multi sunt leoni similes, qui (vt dicitur) apertis oculis dormit, quia multi oculos habent apertos, scientes quæ agenda sunt, & quæ vitanda, sed tamen dormiunt, quia secundum iudicium, quod habent, agere nolunt. Ad hoc enim Deus mẽtis oculos nobis per cognitionem aperit, vt à peccatis surgẽtes, ipsum imitemur. Vnde Christo homini dicit pater. Dedi te in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorũ, & educeres de conclusione vinctum, & de domo carceris. Vinctus enim, & in domo carceris dicitur esse, quisque peccatis ligatus. Quarto aperiamus, &c. Quid est enim aures apertas habere, nisi ad obedientiam Dei mandatorum se reddere promptum? Et ideo tunc aures nostras aperit Deus, quando nos erudiens liberat à superbia, & nos obseruationi suorum subijcit mãdatorum: Vnde Iob 33. Aperit aures virorum, erudiens eos, vt auertat hominem ab ijs, quæ fecit, & liberet eum à superbia. Quid est enim aperiendo aures liberare à superbia, nisi mentem per humilitatem mandatis diuinis subijcere? Et hoc est, quod dicitur Esa.60. Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum non abij, &c. Quinto aperiamus manus, &c. Exemplo fortis illius mulieris, de qua Prouerb.31. Manus suas aperuit inopi, & palmas suas, &c. Sic etenim nos sustentando manum suam nobis aperit Deus Psal. 144. Aperis tu manum tuã, & imples omne animal benedictione. Sic & magi, apertis thesauris suis, obtulerunt domino, &c. Sexto aperiamus labia, &c. Et quia ad hoc sufficientes non sumus, labiorum apertionẽ à Deo implorando, dicamus præsentem versiculum. *Domine, labia mea aperies*, &c. Quę verba exponens Gualfredus, dicit. Vtinam, domine, meorum verborum, mearum cogitationum, & affectionum digneris esse materia, vt mẽte te cogitem, corde te diligam, ore te laudem, & glorificem. Vtinam inspirando moueas spiritum meum, ut ex abundantia cordis loquatur os meum. Et ipsa quoque labia mea purgare, & aperire digneris per cooperantem in homine, & præuenientem gratiam tuam, vt labijs apertis os meum annunciet laudem tuam. Vtinam nobis interim & deuotè, tuis annuas vacare laudibus ante mortem, dignius verò, & deuotius quandoque post mortẽ, dignissimè verò, & deuotissimè in perpetuum post resurrectionem: Et ideo quia hoc

Iudic.11. *Esa. 42.* *Matth. 2.* *Labia.*

hoc à nobis agere non possumus in principio vigiliarum nostrarum orátes, istū verficulum Deo dicimus. *Domine, labia mea aperies*, &c. Quasi secundum glo. dicat. *Domine, labia mea aperies*, quæ propter peccatum clausa fuerūt. *Et os meum* tunc *annunciabit laudem tuam*, scilicet, quòd me creasti, quòd me peccantem non dereliquisti, quòd confiteri monuisti, quòd me mundasti, &c.

849 *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.*

De pæ. d. 2. vt cogitauerunt.

HIc consequēter satisfacere se promittit per actum afflictionis corporalis. Et tria facit. Quia primo ostendit, quod sacrificia exteriora de se Deo non sunt placita. Secundo ꝙ sacrificia interiora Deo sunt placita, ibi. *Sacrificium de.* Tertio quòd verum sacrificium solum fit in ecclesia, ibi. *Benignè fac.* Quantum ad primum sciendum, ꝙ sacrificia antiquæ legis de se Deo nō erāt placita, sed solum ex fide, & deuotione offerentiū, quia acceptabat Deus sacrificia propter offerentem, & non offerentem propter sacrificia, propter quod dī Gene. 4. Respexit Deus ad Abel, s. primò, & consequenter ad munera eius. Econtra aūt de sacrificijs nouæ legis vt puta de Eucharistia, quæ à quocunque offeratur, acceptissima est Deo. Illa ergo antiqua sacrificia non valebant, nisi ex deuotione offerentis. Et ideo Dauid ante remissionem peccati sui, non erat in statu offerendi sacrificiū, quod Deo fuisset acceptum. Et hoc est, quod d. *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem*, s. pro peccato meo. Sed quia peccatum adhuc mihi dimissum non erat, ideo tibi sacrificium meum non fuisset acceptū, ideo subdit, *Vtique holocaustis non delectaberis*. De his sacrificijs, & nouis vide superius versic. 817. Et infra.

850 *Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies.*

De pæ. d. 2. in electione.

HIc ostendit, quòd sacrificia interiora Deo sunt accepta, sicut est dolor, & contritio de peccato, per quam

A non solum homo affligitur mente, sed etiam consequenter & corpore. Hoc enim sacrificium cōtritionis tantū Deo est acceptum, quod debitè contrito nūquam peccati denegatur venia. Quoniā (vt dicitur) cum auerterit se impius ab impietate sua, ipse animam suam uiuificabit, &c. Et nota ordinem verborum. *Quia cor contritum, & humiliatum*, &c. Per cor contritum notat interiorem contritionem & peccati displicentiam, sed per cor humiliatum notat confessionem, quæ debet esse humilis, idest, accusans peccatum commissum & non excusans.

Ezech. 8.

Contritio.

B Et sic præmittit contritionem confessioni, quia confessio sine contritione est nulla. Et vere sacrificium Deo acceptum est, *Spiritus contribulatus*, idest, simul de omnibus peccatis tribulatus. Iustitia enim requirit, ut per quæ peccauerit homo, per hæc & satisfaciat modo, scilicet, contrario. Verbi gratia. Vt qui furatur aliena, satisfaciat etiam, propria dando. Sicut, & corporaliter qui peccat, nimis comedendo, postea reducitur ad debitum statum, abstinendo. Sicut spiritualiter vult Dei iustitia, ut qui in peccato vanam delectationem ha-

C buit, satisfaciat dolendo, more Ezechiæ dicentis. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Dicunt enim naturales medici, quòd omnia dulcia sunt oppilatiua, & amara sunt purgatiua. Sic & spiritualiter dulcia, & delectabilia secūdum carnem, oppilant animam interius, & claudunt ne inde à peccato possit purgari, sed amaritudo contritionis habita, ipsam à peccato purificat. Qui enim non dolet de peccatis suis, eo ipso peccat, quia Deum non diligit, cuius offensa ei non displicet. Et hæc talis contritio animam Deo im-

D mediate reconciliat. Vnde Cassiodorus super illud Psal. 6. Laboraui in gemitu meo, dicit. Contritio flentes consolatur, pœnitentes emundat, diabolum fugat: Christo reconciliat, amaritudo dulcis: lachrymæ fœlices, salutaris afflictio in contritione consistit. Ideo dicitur. Humiliemus illi animas nostras in spiritu contrito & humiliato seruientes illi.

Iudic. 8.

851 De pæ.d.1. taciturnitas.

Benignè fac, domine, in bona uoluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem.

OStendit hic, quòd verum sacrificium Deo in Ecclesia sit offerendum. Vbi notandum, quòd Deus Dauid promiserat.2. Regum.7. quòd filius ex eo nasciturus erat, scilicet, Salomō, qui templum Deo ædificaret in Hierusalē in monte Sion. Dauid autem propter sua peccata meruerat mortem. Vnde, si secundum rigorem iustitiæ Deus egisset cum eo, ipse fuisset mortuus, nec Salomon ex eo natus, & sic per filium eius templum non fuisset ædificatum. Hic ergo orat Dauid, vt Deus non agat cum illo secundum rigorem iustitiæ, sed magis secundum benignitatem suæ misericordiæ parcendo sibi, vt promissum possit impleri. Vnde dicit, *Benignè fac in bona uoluntate Sion*, idest, ipsi monti Sion. Et ad quid, subdit. *Vt ædificentur muri Hierusalem*, scilicet muri templi, quod fiendum erat in Hierusalem in parte illa ciuitatis, vbi erat mons Sion. Et in hoc figuraliter petebat aduentū Christi, qui Ecclesiam Catholicam ædificaret, vbi verum sacrificium esset offerendum. Vnde hic ait Magister in gl. Iam sic propheta de ædificatione Ecclesiæ prophetizat in qua est verum iustitiæ sacrificium, vt sit sensus. *Benignè fac Sion*, idest, ipsi Ecclesiæ, quę Sion dicitur, quod hic speculatur, quod sperat, idest, mitte filium tuum, dimitte peccata, nam filij Dei incarnatio benignitas dicitur. Psalmo 84. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra, idest, Virgo Maria dabit fructū suum. Et hoc *fac in bona uoluntate tua*. quia filij tui incarnatio non erit ex meritis nostris, sed ex bona uoluntate tua. *Et tunc ædificabuntur muri Hierusalem*, idest, Ecclesiæ, quæ per Christum & Apostolos fundata, & fabricata fuit. 1. Mach.4. Aedificauerunt montem Sion, & per gyrum eius muros altos. Isti muri sunt articuli fidei, quibus defensatur Ecclesia.

852 24.q.1. odi Iustitia.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ,

SCilicet ædificata Ecclesia. Vbi nota quòd sacrificium iustitiæ vocatur sacrificiū à iusto homine factum, quia iustitia nō nisi in iusto homine potest esse. Vnde totus iste versus consummationem Ecclesiæ respicit, quæ solum completa, & perfecta erit in patria. Quoniā quandiu durat vita præsens, cōtinue noui lapides viui apponuntur Ecclesiæ. Dicat ergo, tunc scilicet, in patria, *Acceptabis sacrificium iustitia, oblationes, & holocausta*, glo. idest, sanctos, qui erunt sacrificium iustitiæ, quia iusti. Erunt etiam oblationes, & holocausta, ita ut diuinus ignis eos totos consumat, idest, feruor charitatis. *Et tunc imponent super altare tuum uitulos*, idest, ipsi angeli messores. Vitulos, idest, nouos, & innocentes populos habentes colla libera à iugo legis carnis, & peccati *super altare tuum*, quod est cœlestis Hierusalem. Sequendo articulum fidei septimum, cuius pars prima fuit pertractata in præcedenti lectione, restat tractare secundam. Namq; iste articulus secundo continebat iustam cō dignitatis retributionē q̃ à Christo cūctis redditur, cum dicitur iudicare. Hic enim actus iudicandi importat iustam retributionem iudicis. Quoniam sicut iustitia dicitur iure status, sic & iudex quasi ius dans vel docens, extra de uerborum signific. foras. Et sic iudicare nihil aliud est, quā ius alteri dare. Et ideo iudex dici non debet, in quo non est iustitia, ibidem. In hoc ergo quòd de Christo dicitur, quòd venturus est iudicare, significatur, quòd ipse est venturus vnicuiq; ius suum dare, & per consequens iustam omnibus retributionem facere, iuxta illud. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in ueritate sua. Vbi gloss. In illo iudicio ueritas, & æquitas erit. Quid enim æquius, & verius, quam electos congregare secum ad iudicandum: & cæteros diuidere, hos ad dexteram, qui fecerunt misericordiam, & illos ad sinistram, qui non fecerunt. Iudicabit ergo in æquitate & ueritate, quia in illa separatione duo populi erūt quibus dabit sententiam ueritatis, vt alij in uitam, alij in pœnas vadant. Vnde ista iustitia, qua Christus uenturus est iudicare, figuratur Apocal.11. Vbi Ioanni datus est calamus mensuræ, dictumque est ei. Surge, metire templum Dei, atrium autem, quod est foris, ne metieris, quoniam datum est gentibus, & cal-

Chrysolitus. Iudicare.

Psal.95.

& calcabunt illud. Ioannes, in quo est gratia, Christum significat, in quo summa gratia fuit, cui datus est calamus mēsuræ ad modum virgæ, idest potestas iudiciaria, per virgam figurata Psalm.44. Virga æquitatis virga regni tui, vt ista mediante, mensuret templum, idest, bonos, qui templum Dei sunt 1. Corint. 3. Templum sanctum Dei est, quod estis vos. Istud templum Christus metietur singulorum merita discernendo, & vnicuique iustè retribuendo iuxta illud Psalmi. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Atrium autem, quod est foris templum, est collegium reproborum quod est foris ecclesiam. Apocal.22. Foris canes, venefici, & impudici, homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat mendacium. Istos dico non metietur, eos scilicet, præmiando, quoniam dati sunt gētibus scilicet, siue lege viuentibus, idest, dæmonibus, & calcabunt eos, scilicet perpetuo cruciando. Et ideo benè dicitur, quòd venturus est iudicare, scilicet vnicuique ius suum reddere. Ezechi.7. Iudicabo te iuxta vias tuas. Ista autem iustitia retributiua in lapide Chrysolito figuratur, qui rutilat vt aurum. Nam secundum Magistrum lib.16. hic lapis de die rutilat vt aurum, de nocte vero, vt ignis. Quid autem per diem in quo lux habetur, nisi iustorum significatur collegium, in quo lux solis iustitiæ, scilicet gratiæ Christi reperitur. Et per oppositum quid per noctem obscuram, nisi status malorum intelligitur, qui lumine gratiæ priuatur? Vnde Apostolus iustos filios diei dicit, malos autē filios noctis. 1. Thessal.5. dicens iustis, Omnes vos filij lucis estis, & diei, non sumus filij noctis, neque tenebrarum. Aurum autem, quod inter cætera metalla est maioris splendoris, ponderis, & valoris, significat uitam æternam, & gloriā, quæ continet magnum splendorem cognitionis, firmum pondus durationis, & summum valorem fruitionis. Et ideo supernam ciuitatem Hierusalem, & gloriam similem esse auro dicit Ioan. Apocal.21. In hoc ergo, quòd iste lapis de die lucet, vt aurum, notatur, quòd Dei iustitia in die, idest, in collegio iustorū apparebit aurum, scilicet gloriæ æternæ eis conferendo præmium. In nocte uero peccatorum, apparebit ignis, scilicet ipsos æternis supplicijs deputando, Matthæ.25. ibunt hi in supplicium, &c. Et ideo Christus sic iudicando iuste in iudicio erit quasi visio lapidis Chrysoliti Ezech.10. Tertio iste articulus continet multam societatis congregationem, &c. scilicet, viuos, & mortuos. Istis enim duobus nominibus, omnis congregatio iudicandorum figuratur, quod dupliciter exponitur, viuos, & mortuos, idest, iustos, & peccatores. quia iusti vitam gratiæ habent, peccatores autem illa priuātur. Vel aliter viuos, & mortuos, idest, illos, qui in aduentu eius viui corpore reperientur, & illos, qui ante mortui erāt. Tunc enim viuentes subitò morientur, & statim resurgent vt ad iudicium cum alijs congregentur. Et hoc est, quod dicit Apostolus. Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos. Ista autem cūctorum congregatio, in lapide Chrysolito figuratur, qui terrificat dæmonium, &c. Hic enim lapis dæmones terret, & fugat, ex quo significatur dæmonum subiectio, & per consequens totius mundi, cum ipse diabolus huius mundi sit princeps, significat ergo totum mūdum esse subiectū. Et cui magis quam Christo, qui dicit, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Et ideo Christi vniuersale dominium, cui viui, & mortui subijciuntur figurabat iste lapis. Vnde Dan.10. vbi de Christo dr, ecce vir vestitus lineis, & corpus eius quasi Chrysolitus. Per istum ergo lapidē Chrysolitum, qui septimum fundamentum ponitur ecclesiæ, rectè significatur septimus fidei articulus, &c.

Chrysolitus — *2. Timot. 4.* — *Matth. vlt.*

PSAL. LI.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

853 *1. q. 3. iniustum.*

HIc Psalmus talem habet titulum. *In finem Psalmus Dauid, cum venisset Doech Idumaeus, & nunciasset Sauli, venit Dauid in domum Abimelech.* Iste titulus manifestat historiā, supra quam littera

littera istius Psalmi fundatur. Quæ historia habetur 1. Reg. 18. quòd, cum Saul manu propria lancea occidere voluisset Dauid, & non potuisset, quia Dauid declinauit à lancea, Dauid cognoscēs Saulis malitiam contra ipsum esse firmatā, fugitiuè recessit de regno ipsius Saulis, & iuit ad regem Geth, in terra Philistinorum. Dum autem iret, transiuit per ciuitatem Nobe, quæ erat ipsius Saulis, in qua manebat Abimelech sacerdos cum filijs, & multis alijs sacerdotibus, ad hūc ergo Abimelech veniens Dauid, finxit se festinanter missum à rege, pro negotijs regis, & quæsiuit ab eo panes, & gladium Goliæ, quem ille habebat, quibus sibi datis: Dauid inde recessit, & iuit ad Achis regem Geth. Dum autem Abimelech daret ipsi Dauid panes, & gladium. Ibi præsens erat quidā amicissimus Saulis, & potentissimus cum rege scilicet, Doech Idumæus. Qui postquam reuersus fuisset ad Saul, & Saul quadam die conquereretur, q nullus sibi nunciaret, vbi esset Dauid, tunc iste Doech dixit regi. Vidi Dauid in Nobe apud Abimelech sacerdotem, qui cōsuluit pro eo dominum, & dedit ei cibaria, & gladiū Goliath. Ex quo apparet, quòd iste detractoriè ista retulit, volens complacere regi, quia falsum, adiunxit, vt detractores facere solent, dicens, quòd Abimelech consuluit pro eo dominum, quod uerū non fuit. Quod audiens Saul, contra Abimelech statim furibundus fuit effectus. Vnde præcepit emissarijs, id est, cursoribus, vt irent in Nobe, & interficerēt Abimelech, & oēs sacerdotes, qui erant in Nobe, & mulieres, & paruulos, ac cæt. animalia omnia. Cum emissarij nollent ponere manum in sacerdotes domini, ait Saul ad Doech. Irrue tu in sacerdotes, & irruit Doech, & trucidauit octoginta sacerdotes, viros quoq; qui erant in Nobe, & mulieres, & paruulos, & animalia occidit. Solus autem Abiathar filius Abimelech euasit, & fugit ad Dauid nuncians ei, quod factū fuerat, & factus est socius peregrinationis eius. Quod audiens Dauid considerata malitia ipsius Doech, contra ipsum fecit istum Psal. Primo ergo dicam sensum literalem. Secundò sensum propheticum. Quantum ad literam Psal. iste duas partes habet. Quia primo, malitia Doech reprehenditur. Secundo innocentia Dauid describitur, ibi. *Ego autem*. Prima pars in tres. Quia Dauid primo arguit Doech malitiam. Secundo ipsius pœnam prædicit futuram, ibi. *Propterea*. Tertio ex hoc ostendit utilitatis consequentiam, ibi. *Videbunt iusti*. Dic vt Nic. de Ly. Quātum autem ad intellectum propheticum intentio Psalm. est discernere bonos à malis in præsenti vita, etsi non loco, tamen merito. Vnde hic agit de conditionibus malorum, & bonorum, vt roboret fideles, & bonos contra malos, & infideles. Et sic Psalm. iste diuiditur in duas partes. Quia agit de statu malorū, & peccatorum. Secundo de statu bonorum, & deuotorum, ibi. *Ego autem*. Prima diuiditur in partes tres. Quia primo ostenditur peccatorum status, & malitia. Secundo ipsorum finis, & miseria, ibi. *Propterea*. Tertio ex hoc iustorum aucta lætitia, ibi. *Videbunt iusti*. Quantum ad primum sciendum, q status malorum variatur secundum diuersos modos peccandi. Peccatur autem quatuor modis, quos hic ponit illos reprehendē do, scilicet peccatur vana delectatione, in principio: Peccatur praua cogitatione, ibi. *Tota die*. Peccatur mala dilectione, ibi. *Dilexisti*. Peccatur iniqua locutione, ibi. *Dilexisti omnia*. Quantum ad primum sciendum quòd sicut summa uirtus, & Deo placens est, post peccatum turbari dolore & contristari de malo, sic summa iniquitas est, post peccatum commissum lætari, & gloriari de peccato commisso, quia, sicut dolor de peccato commisso sic placet, quòd Deo per ipsum peccatum plenè tollitur, sic gloriatio de peccato commisso tantum Deo displicet, quòd per ipsam peccatū commissum multiplicatur. Vnde peccatores tales execrans sapiens, dicebat. Lætantur, cum male fecerint, & exultāt in rebus pessimis. Consimiliter nunc tales primo reprehendēs Psalmista ait, *Quid gloriaris in malitia*, &c. Quod ideo dicit, quia sunt multi, qui non solum delectā tur, & gloriantur peccando, & dum malè faciunt, sed etiam transacto peccato, & ipsius delectatione, recordando de commisso peccato, in tali recordatione delectantur & gloriantur. Tales enim in

Gloriari. Peccare.

Prouer. 2.

in mēte sua fabricant quoddam idolum præteritorum malorum, ad cuius contēplationem lætantes gloriātur, & sic gloriam, quam in Deo deberent habere, in gloriam idoli mutant. De quibus conqueritur dominus. d. Hiere. 2. Populus meus mutauit gloriam suam in idolum. Non aduertentes, quòd talis gloriatio ad ignominiam æternæ damnationis tēdit. Osee 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Sed forte dices. In quo quis grauius peccat, vel in delectatione peccati, dum peccatum committit, vel in delectatione, & gloriatione peccati commissi, dum recordatur de ipso, verbi gratia. Quis delectatur fornicando, transacto actu, cogitando quid fecit, delectatur, in quo grauius peccat? Similiter quis commisit homicidium, & post homicidium delectatur in recordatione ipsius? Respondeo, quòd cæteris paribus, magis peccat in delectatione peccati, & gloriatione post ipsum cōmissum quam in eius commissione. Probo primo quantæ bonitatis est dolor, & cōtritio de peccato commisso, tantæ malitiæ est delectatio, & gloriatio de peccato cōmisso, cæteris paribus. Patet, quia ista duo dolor, & delectatio circa idem peccatum directe contrariantur in bonitate, & malitia. Sed tantæ bonitatis est dolor, & contritio de peccato commisso, quòd eius bonitas superat malitiam peccati commissi, quia ipsam tollit, ergo cōsimiliter lætitia, & gloriatio de commisso peccato erit tantæ malitiæ, quòd peccati commissi malitiam superabit. Propterea, cum peccatum sit solum in uolūtate, quia sola voluntate peccatur, secūdum Magister lib. 2. distin. 15. illud peccatum erit grauius, quo voluntas magis obliquatur, sed magis obliquatur uolūtas in tali delectatione, & gloriatione peccati cōmissi, quam in actu ipsius primi peccati, quod patet, quia omnē obliquitatem in primo peccato habitam (cum illud primum peccatum committeret in gloriatione, & delectatione recordationis illius peccati) habet. Patet, quia nunc illud peccatum vult, & acceptat. Et ultra hoc habet nouam deordinationem actus difformis gloriæ, & exultationis de ipso peccato, ergo nunc magis obliquatur quàm ante. Hunc ergo singulariter reprehēdens Psal. dicit. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Vbi nota, q̃ potestas faciendi malum, non proprie dicitur potestas, quinimo defectio potestatis, probatur, quia, cum Deus sit omnipotens in se, ha bet rationem omnis potestatis, & tamē Deus non potest facere iniquitatem. Ex quo sequitur, quòd posse iniquitatem facere, non est posse, sed magis non posse, vel à posse deficere. Sicut quandoque non posse notat potestatem, vt, si dicam. Iste non potest vinci ab aliquo, & ille potest uinci. Nonne non posse vinci, significat potestatē illius, qui uinci potest? Eodem modo posse mori, non est posse, sed potestatis defectus, sed non posse mori, est potestatis. Consimiliter posse peccare, non est posse, sed à potestate deficere, sed non posse peccare potestatis est. Et hinc est, quòd Deus propter suam omnipotentiam non potest peccare, non potest mentiri, non potest mori, quia illud posse nō est potestatis, sed defectus potentiæ, sed non posse mori, non peccare, non mentiri, potestatis est. Sic in proposito cum dicitur. *Qui potens es in iniquitate.* Per hoc in peccatore nulla designatur potentia, qua possit iniquitatem facere, sed magis impotentia, qua à bono cadere potest. De his vide Magistrum lib. 1. dist. 42.

Quæstio. | Posse. | Potestas.

Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. 854

6. q. 1. *sunt plurimi.*

HIc agit de peccato cogitationis. Vbi sciendum, quòd sola mala uoluntate peccatur, etiam si opus volitum malæ uoluntatis non sequatur. Vnde quando uoluntate malum vt fiat, cogitatur, tunc talis cogitatio ratione volūtatis deliberantis imputatur ad peccatum. Sic enim cogitatione peccauerunt Iudæi, quando cogitauerūt, vt Lazarum resuscitatum interficerent, quia multi propter eum credebant in Iesum, quamuis de facto ipsum non occiderent, vt habetur Ioan. 12. Vnde cogitationes tales malorum vocantur iniustæ, quia cōtra iustitiam tendunt. Psalm. 118. Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis quia iniusta cogitatio eorum. Vnde de talibus

Peccatū cogitationis. | *Cogitatio.*

talibus cogitationibus hic Psalmista malos reprehendit, dicens. *Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua*, idest, iniustitiam, quam cor cogitauit, lingua manifestauit. Quia secundum quòd dicit glo. Talis si non potest malum facere, loquitur malum: &, si hoc nequit, saltem cogitat, vt quando aliquid mali abest à manibus, à cordibus non absit. Istas cogitationes malas à nobis amputare debemus, quia à Deo sunt cognitæ. Si enim homines mundi nostras cogitationes inspicerent, nonne à malis cogitationibus abstineremus? quãto magis quia Deus iudex noster conspicit illas? Vnde Iob cap. 42. Scio quòd nulla te latet cogitatio. Quod exponens Gregor. dicit. Sancti viri tanto subtilius se in cogitatione constringunt, quanto à superno iudice districtius considerati conspiciunt. Et hanc rationem assignabat Psal. dicens. Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Et bene vanæ. Nam vanum dicitur, quod fine caret intento. Mali autem suis cogitationibus intendunt nocere bonis, & tamen eis proficiunt. Et hoc est, quod subditur. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum.* Vbi nota, quòd nouacula dicitur rasorum sic dictum à nouo. as. quia innouat hominem. Sic & malis suis persecutionibus contra iustos sunt, sicut nouacula acuta, quia ad modum nouaculę omnes pilos exteriores radendo auferunt, sed non lædunt hominem, sed magis innouando putificant. Quid enim per pilos nisi exteriora bona intelliguntur, quibus ablatis, per malos iustus turpior nõ redditur, sed pulchrior, & magis acceptus? Dicat ergo malis. *Tota die* &c. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum*. idest, dolum, quem contra bonos cogitasti facere, eis fuit sicut nouacula acuta, quæ superfluos, & inutiles pilos radit. Ita enim mali suis persecutionibus sanctis pilos radunt, idest, inutilia & superflua auferunt, etiam quandoque vitam corporalem, sed quod vtile est eis, scilicet, animam, auferre non possunt, propter quod nobis dicitur. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Vnde de ista nouacula persecutionis dicitur. In die illa radet dominus in nouacula acuta caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam, quod facere dicitur dominus, quia hoc facere malos permittit. Per caput enim, quod est principale in exteriori homine, intelligitur mens, quæ in interiori homine principatur. Per barbam autem, quæ sexum distinguit exterius, accipe extrinsecum hominis corpus. Sed per pilos pedum, intellige infimas temporalium curas. Ista ergo persecutionis nouacula radit caput, dum malas cogitationes a mente resecat. Radit barbam, dum carnales refrenat tentationes. Radit pilos pedum, dum infimas temporalium resecat curas. Quæ omnia iustos innouant, & eis ad vtilitatem proficiunt. Ex quo apparet, quòd cogitationes malorum contra iustos iniustæ & vanæ dicuntur, quia fine carent intento.

Gregor. — *Nouacula persecutio.* — *Pili.* — *Matth. 10.* — *Esa. 7.* — *Caput.*

Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis, quam loqui æquitatem. 855

HIc agit de peccato dilectionis inordinatæ. Quidam enim hic satis dubitant, quomodo quis malitiam possit diligere, quia dilectio est actus voluntatis. Voluntas autem cùm pro obiecto habeat bonum, quia bonũ est, quod omnia appetunt. Cum ergo malitia nullo modo sub obiecto voluntatis contineatur, quomodo à voluntate alicuius potest esse volita? Sciendum ergò, quòd malitia, sed neque malum ab aliquo per se, & sub ratione malitiæ, vel mali non diligitur, sed solum per accidens, scilicet ratione alicuius commodi, quod ex malo quis intẽdit consequi. Et modum declarat Sanctus doctor, dicens: quòd appetitus inclinetur ad malum, hoc cõtingit ex aliqua corruptione, vel inordinatione in aliquo principiorum hominis. Principia autem humanorũ actuum sunt intellectus, & appetitus tam naturalis quàm rationalis, idest, tam voluntas quàm sensus. Ex quibus peccatum contingit in humanis actibus. Et hoc quandoque ex defectu intellectus, puta cum aliquis per ignorantiam peccat, quandoque ex defectu appetitus sensitiui, sicut cùm aliquis ex passione peccat, quandoq; ex defectu voluntatis, qui est inordinatio ipsius. Est autem voluntas inor-

Quæstio. — *Malitia.* — *Malum.* — *Voluntas.* — *1.2.q.78. art.1.*

inordinata, quando minus bonum magis amat quàm maius. Quilibet autem eligit pati detrimentum in bono minus amato, sicut, cû homo vult pati abscissionem membri, etiam scienter, vt conseruet vitam, quam magis amat. Et per hunc modum, quando aliqua inordinata voluntas, aliquod bonum temporale, puta diuitias, vel voluptatem, magis amat quam ordinem legis diuinæ, vel charitatem, vel aliquid huiusmodi. Sequitur quòd tunc velit dispendium pati in aliquo spiritualium bonorum, vt potiatur aliquo temporali bono. Nihil autem aliud est malum, quam priuatio alicuius boni. Et secundum hoc aliquis scienter vult aliquod malum spirituale, quod est malum simpliciter, per quod bonum spirituale priuatur, vt bono temporali potiatur. Et tunc dicitur ex certa malitia, vel ex industria peccare, quasi scienter malum eligens non quidem per se, sed ratione alterius minoris boni, quod appetit. Et hoc est, quod dicit Dam. Nemo respiciens ad malum, operatur, sed omnis peccans, peccat ratione alicuius æstimati boni, quod per peccatum inuëdit consequi, vt quis mentitur, vt per mendacium acquirat alicuius gratiam, vel pecuniam, vel aliquid huiusmodi. Hoc etiam dicit Augustinus, & habetur in cano. 15. q. 1. meritò, dicens. Omnes quippe homines qui scienter faciunt, quod non licet, vellent licere facere, vsque adeo nemo ipsum peccare appetit propter hoc ipsum sed propter illud, quod ex eo consequitur. Ex quibus patet quomodo quis malitiam, vel malum potest diligere, nô quidem per se, sed per accidens. Sic ergo peruerso homini, ait Psalm. *Dilexisti malitiam super benignitatem.* Vbi Augustin. quasi dicat. Vtrunque aute te habes, scilicet, malitiam, & benignitatem, malum, & bonum, sed malitiam eligis peruerse. Et ita facis, quasi leues aquas super oleum, & terras super cœlum. Sed cum his, idest, ad similitudinem horum cadis inferius. Quia sicut ista suo pondere deorsum feruntur, sic tu benignitati præferens malitiam, ruis in profundum, quia talëtum plumbi, super quod sedet iniquitas (vt Zacharias propheta ait) amplexaris. Et quia vnusquisque qualis est, talia loquitur & facit, vt dicitur. 1. Ethic. Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Et ideo tales, sicut mali interius, sic & peruersa loquuntur exterius. Et hoc est, q; subditur. *Dilexisti iniquitatem magis quàm loqui æquitatem.*

Dam. lib. 2. cap. 22.

Aug. in lib. quæstionũ.

Philosophus

Dilexisti omnia uerba præcipitationis, lingua dolosa.

856

Hic consequenter agit de peccato peruersæ locutionis. Vbi nota, quòd secundum Grammaticos, caput componitur cum præ, & dicitur præceps. tis. omnis generis, qui scilicet cadit, vel ruit præcedente capite, & corpore sequente. Et ex hoc ille homo dicitur præceps, qui omnia sua facta agit sine modo, & cum periculo. Et sic verba præcipitationis sunt verba periculosa, quæ alijs sunt causa pcipitij & ruinæ, vt sunt verba detractoria, diffamatoria, q̃ sunt causa diuisionis, & discordiæ. Et de talibus linguosus homo hic reprehëditur, cum dicitur. *Dilexisti omnia uerba præcipitationis, lingua dolosa*, quasi dicat, Tu qui es, lingua dolosa, idest, linguosus, & dolosus. *Dilexisti omnia verba præcipitationis*: dum vnum gestas in corde, & aliud in ore. Talis enim lingua dolosa, quantæ sit præcipitationis, & periculi, ostendit Gregor. dicens. Quibusdam enim ruinæ suæ gradibus desidiosa mens, ad lapsum impellitur. Nam, dum ociosa verba cauere negligimus ad noxia peruenimus, vt prius loqui aliena libeat, & postmodum detractionibus eorum vitam, de quibus loquimur, lingua mordeat. Quandoque autem vsque ad apertas contumelias erumpat. Hinc seminantur stimuli, oriuntur rixæ, accenduntur faces odiorum, pax tota extinguitur cordium. Vnde benè per Salomonem dicitur. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. Aquam quippe dimittere est, linguam in fluxu eloquij relaxare. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorũ, quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. Sequendo materiam articulorum, restat declarare octauum articulum, quem posuit Bartholomæus, dicens. Credo in spiritum sanctum, quod ex octauo fundamento ciuitatis Hierusalem declaratur, qui erat lapis,

Præcipito. Præceps.

Lingua.

Loqui.

Gregor. 5. mor. c. 12.

Prouer. 17.

Spiritussanctus.

Octauus articulus fidei.

qui dicitur beryllus, qui hunc articulũ claré manifestat. Vbi sciendum, quòd ad maiorem huius articuli declarationem, & ad multorum hæreticorum confutationem, huic articulo ecclesia multa addidit in maiori symbolo, dicens. Et in spiritum sanctum, dominum, & viuificantem, qui ex patre, filioq; procedit, qui cum patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per prophetas. In quibus vere confundens hæreticos, ecclesia de spiritusancto nobis ostendit, scilicet, quòd ipse spiritussanctus habet potestatis dominiũ, iure cunctis imperans, quia. Et in spiritumsanctum dominum. Bonitatis officium, vitam iustis condonans: quia, Et viuificantem. Charitatis glutinium, verbũ patri copulans: quia, Ex patre, filioq; procedit. Honestatis consortium, cultum Dei uendicans, quia, cum patre, & filio simul adoratur, conglorificatur. Veritatis eloquium, verbum Dei referans, quia, Locutus est per prophetas. Hæc autem omnia in isto octauo fundamento, scilicet in Beryllo declarantur. Quoniam, vt patet ex dictis Magistri lib. 10. hic lapis aliquas habet proprietates, quæ huius articuli singulas partes significant. Nam hic lapis, vt ibidem dicitur, tanto vigore hostes superat, Dei denotans imperium, quo ad primum, Suo uirore morbos medicat vitæ condonans remedium, quoad secũdum. Grato amore mentes alligat, uerbi indicans connubium, quo ad tertium. Alto honore dignas magnificat, summũ explicans consortium, quoad quartum. Claro splendore mentes illuminat, verum referans eloquium, quo ad quintum. Primum ergo in isto articulo de spiritusancto ostenditur, quod ipse habet potestatis imperium, &c. quia dicit. Et in spiritum sanctum dominum. Vbi primo sciendum, quòd spiritus sanctus dupliciter accipitur secundum Magistr. libro primo, distinctione 26. scilicet, secundum substantiam, & secundum relationem. Nam secundum substantiam est nomen commune omnibus tribus personis diuinis, quoniam Deus spiritus est. Itaque pater, filius, & spiritus sanctus, vnus sunt Deus, & Deus utique sanctus est, & Deus spiritus est, potest appellari tota trinitas unus spiritus sanctus. Si autem accipiatur relatiue, tunc solum dicitur de persona tertia trinitatis. Et sic accipitur hic, cum dicitur. Et in spiritum sanctum dominum. Huic enim tertiæ personæ spiritus sancti propriè competit ius imperij, & dominij. Quod patet ex hoc, quia spirituisancto attribuitur summa libertas, ergo & ius dominij, & imperij, patet consequentia, quia libertas est de ratione intrinseca dominij, & econtrario. Et quantum in aliquo est de ratione libertatis, tantum est in illo de ratione dominij, cum dominium, & seruitus ex opposito distinguantur, quia ille veraciter dominus est cuius libertas nulla potestate premitur. Sed antecedens patet per Apostolum. 2. ad Corinthios 3. vbi libertatem spiritui sancto attribuit, dicens. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Et ideo concludit ibidem spiritum sanctum esse dominum, dicens. Dominus autem spiritus est. Hanc ergo primam spiritus sancti conditioné exprimens symbolum, dicit. Et in spiritum sanctum dominum. Ista conditio per Beryllum exprimitur, qui tanto vigore hostes superat. Nam, vt ibidem dicit Magister, Iste lapis habet uirtutem contra pericula hostium, & contra lites iuinictum reddit hominem. Cum ergo resistere hostibus, & inuictum permanere, dominium importet, sequitur, quòd iste lapis spiritus sancti significat dominium. Hanc autem conditionem dominij de spiritu sancto concludit Apostolus 1. ad Corinthios 12. quia omnia gubernat ad libitum, & distribuit, dicẽs. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem dominus, quia hæc oĩa operatur vnus, atq; idem spiritus, diuidens singulis pro ut vult. Secundo, ut patet ex articulo, spiritussanctus habet bonitatis officium, &c. quia, Et viuificantem. Spiritussanctus enim est ille, qui mortuis peccatoribus vitam spiritualem inspirat, q patet, quia, sicut peccatum est mors spiritualis animæ, sic gratia peccato opposita, est vita animæ spiritualis, quę ipsam viuificat, secundum Magistrum lib. 4. distinct. 17. sed ipsa gratia propriè spiritui sancto appropriatur, qui charitas, & gratia dicitur, secundum Magistrum lib. 1. distinct. 17. Igitur & viuificatio animarum, quæ est effectus formalis gratiæ, ipsi

Beryllus.

Ioan. 4.

Vita.

ipsi spiritui sancto debet appropriari, vt sic spiritus sanctus dicatur viuificans. Quod Christus ostendens, dicit. Caro non prodest quicquam, spiritus autem viuificat. Ideo Ricardus. 6. de Trini. air, quòd sicut spiritus humanus qui procedit de corde uita est corporum, sic spiritussanctus, qui procedit à patre, & filio vita est animarum. Sicut enim habitare animam in corpore probant vitales motus corporis, ita habitare spiritum sanctum in anima, probat vita spiritualis. Vnde Apostolus dicit, quòd Christus viuificabit mortalia corpora nostra per inhabitantem spiritum eius in nobis. Huius autem effectus spiritussancti, qui est viuificare, habetur expressa figura Ezech. 37. vbi Ezech. in spiritu domini fuit ductus in medio campi, qui erat plenus ossibus aridis, & ei dixit dominus. Ecce ego intromittam spiritum meum in ossibus istis, & viuent. Et sequitur. Et ecce commotio, & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam. Et ecce super ea nerui, & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper. Et dixit dominus. A quatuor ventis veni, spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et ingressus est in eos spiritus, & vixerunt, &c. Et hanc de spiritusancto virtutem tangens articulus dicit. Et viuificantem. Roma. 8. Prudentia spiritus, idest, efficacia, vita, & pax. Istud autem spiritussancti pietatis officium in isto lapide Beryllo figuratur, qui suo vi rore morbos medicat, &c. Nam secundum Magistrum, vbi supra, iste lapis valet contra infirmitatem hepatis. Hepar enim, in quo calor naturalis sedem habet, à quo ad cætera membra se diffundit; significat uitam spiritualem, in qua sedet calor, & ignis spiritussancti, ad cætera membra se diffundens. Per charitatem huius autem hepatis, scilicet uitæ spiritualis infirmitates sunt vitia, & peccata, quæ vitam spiritualem interimunt. In hoc ergo quòd Beryllus valet contra infirmitates hepatis, clarè figuratur spiritussancti efficacia, quæ ualet contra uitia, & peccata, uitam spiritualem nutriendo. Nec mirum, quoniam dicitur. In manu eius est anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersæ carnis hominis. De alijs in sequenti lectione.

Ioan. 6. *Richardus.* *Rom. 8.* *Tob. 12.*

Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium. 857

HIc cõsequenter ponitur status malorum, finis & miseria. Et nota hic processum miseriæ malorum. Quoniam praui quamuis in præsenti uita aliqua bona agant, prosperitatibus eleuentur, cum iustis insimul commorentur, tamen finaliter cadunt, & hæc omnia perdunt. Vnde in isto uersiculo notat quatuor, scilicet, quòd iniquus primo à Deo finaliter diuidetur, ibi principio. *Propterea Deus destruet te in finem.* Secundò à mundo tẽporaliter euelletur, ibi. *Et euellet te.* Tertiò à uiris iustis secernetur, ibi. *Et emigrabit te de tabernaculo tuo.* Quartò à beatis æternaliter excludetur, ibi. *Et radicem tuam,* &c. Quantum ad primum nota, quod Dei electio, siue prædestinatio est duplex, scilicet secundum præsentem iustitiam, & secundum æternam Dei præscientiam. Similiter & reprobatio. Vnde multi prædestinati secundum æternam Dei præsciẽtiam, quandoque sunt reprobati secundum præsentem iustitiam, sicut fuit Petrus, quando Christum negauit. Paulus, quando Christum persequebatur. Dauid, quando peccauit. Sic econtrario multi prædestinati secundum præsentem iustitiam, sunt reprobati, secundum æternam Dei præscientiam, sicut Iudas, si quando fuit in statu gratiæ. Et differentia est inter istos, quia si primi quandoque mortaliter peccent, tamen finaliter eos Deus non deserit, quin ad statum ueræ pœnitentiæ resurgant, & in statu gratiæ decedant. Etsi secundi quandoque sint in statu gratiæ, & aliqua opera meritoria faciant, tamen finaliter à Deo deseruntur, & per peccatum cadũt & in illo moriuntur. Quod ostendit Magister libro primo, distinctione. Et hoc notans Psalmista cuilibet prauo secundum æternam Dei præscientiam reprobato, etsi quandoque sit in statu gratiæ, *Propterea* propter peccata tua, *Deus*

Prædestinatio reprobatorum. *Destruere.* *Deserere.*

Deus destruet te in finem. Quid est enim Deum mentem hominis destruere, nisi ipsam deserere? Vnde Gregor. ait. Omnipotens Deus humanum cor destruit, cum relinquit, ædificat, cum gratia replet. Neque enim humanam mentem debellando destruit, sed recedēdo, quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. Et hoc est, quod hic ait. *Propterea Deus destruet te in finem*, idest, finaliter te deseret, vt in gratia vitam non termines, nec à peccatis resurgas. Psal mo vigesimoseptimo. Destrues illos; & non ædificabis eos. Secundo à mundo temporaliter euelletur. Vnde subdit. *Et euellet te.* Euellere idem est, quod eradicare, etiam radices extirpare. Euelluntur ergo peccatores à mundō, quia quandoque etiam temporaliter à mundo deferuntur, & de magnis dignitatibus, & fortunis ad magna infortunia cadunt, & miserias, vt amplius resurgere non possint, sicut arbor radicitus euulsa, amplius non germinat, sic talibus omnis spes prosperitatis euelletur, ut quilibet talium de mundi fortuna dicat illud Iob 19. Tanquam euulsæ arboris abstulit spem meam. Et si quandoque in prosperitatibus mundi vsque ad mortem perdurant, tamen tūc ab illis euelluntur & ad perpetuas miserias deducuntur. Vnde de talibus dicitur. Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi: ignique succensæ comburētur. Et istum intellectum habet gloss. August. dicentis. *Euellet te*, idest, dignitatem tuam auferet à te. Tertiò à iustis secernitur. Vnde subdit. *Et emigrabit te de tabernaculo tuo.* Vbi nota, quòd tabernaculum peccatorum est caro, vel corpus eorum. Vnde Gregor. ait. Iniqui enim tabernaculum caro est, quia ipsam lætus inhabitat, & si sit possibile, optat, vt eum nūquam derelinquat. Iniquus ergo, quia omne gaudium suum in carnali vita posuit, in tabernaculo carnis habitauit. De hoc ergo tabernaculo corporis Deus emigrat iniustū, idest, facit transire, scilicet per mortem. Et tunc secernitur à iustis. Quia quandiu sumus in vita præsenti, insimul manet granum cum paleis, mali cum bonis, sed per mortem emigrantes mali separantur à iustis, quia iusti ad Deū ascēdunt, mali verò descendunt ad infernū. Et hinc vide differentiam inter iustos, & malos, quia mali emigrant de tabernaculo suo in morte, vt dictum est, iusti autem non, sed in tabernaculo suo magis confirmantur. Nam tabernaculum alicuius dicitur illud, in quo habitat. Iusti autem mente hic non habitant in carne, sed in cœlestibus. Ideo cœlestia tabernaculum iustorum dicuntur. Psalm. 41. Transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. Iusti autem per mortem ab isto suo tabernaculo non emigrant, sed magis in ipsum confirmantur. Vnde quilibet iustus dicit Psal. 61. Deus meus Saluator meus, adiutor meus, & non emigrabo. Quarto à beatis æternaliter excluditur, vnde subdit. *Et radicem tuam de terra uiuentium*, scilicet, emigrabit. Vbi nota, quòd alia est radix bonorum, & alia malorum. Nam radix bonorum est charitas, ex qua velut radicem omnia opera bona fructificant. De qua ad Rom. 11. Si radix sancta, & rami sancti. Radix autem malorum, in qua fundantur, est cupiditas in qua fundantur, omnia sibi subiugare uolentes. De qua 1. Timo. 6. Radix omnium malorum cupiditas. Quod non solum intelligitur de cupiditate auaritiæ, sed multo fortius de cupiditate gloriæ, ex qua omnia mala procedunt, scilicet, homicidia, sacrilegia, proditiones, furta, adulationes, &c. Et de homicidio, quod maius malum videtur ratione cupiditatis gloriæ commisso, narrat Valerius, quòd Pausanias gloriæ cupidus, cum Hermoclem percunctatus esset quonam modo subitò clarus posset euadere, atque is respondisset. Si aliquem virum illustrem occidisset, futurum vt eius gloria ad ipsum redundaret, continuò Philippum patrem eius virum illustrem occidit, & quidem quod petierat, assecutus est. Nonne consimili modo cupiditas gloriæ Absalonem ad persequendum patrem excitauit? Et consimiliter multis exemplis reperimus, quòd cupiditas gloriæ omnium malorum est radix. Bene ergo dicit Apostolus de hac, quòd radix omnium malorum cupiditas. Ista ergo radix semper tendit ad alta germinanda. Sed deducetur ad infima inferni, ne scilicet

Marginalia: Gregor. 1. mor. c. 5. — 2. Reg. 23. — Tabernaculū corpus. — Gregor. 14. moral. — Radix cupiditas. — Homicidiū. — Valer. li. 4. cap. 15. Valerius lib. 8. c. 1.

Section letters: E, F, G, H

licet in terra viuentium germinet. Et hoc est, quod hic dicitur. *Et radicem tuam de terra viuentium*, scilicet emigrabit. Radix autem iustorum in terra viuentium germinabit, quia ex radice charitatis, ibi iusti præmiabũtur. Quoniam vt dicitur Sapient. decimoquinto. Radix est immortalitatis.

858 *Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent, ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum.*

Hic ostenditur ex pœnis malorum iustis habita lætitia. Vbi sciendum, quòd iusti in hoc mundo vident, & cognoscunt mala opera prauorum, consimiliter & videbunt in futuro, nec tamen ex hoc compatientur eorum in futuro videntes pœnas eorum, sicut hic eis compatiuntur, videndo ipsorum mala opera. Ex visione ipsorum in præsenti, ad Dei timorem inducuntur, sed ex visione ipsorum in futuro, ad gaudium, & lætitiam ampliorem promouentur. Et hoc est, quod dicit Psalm. in præsenti. *Videbunt iusti, & timebunt.* Quia iusti in præsenti vident peccata malorum, & cognoscunt quid mali euenturum fit eis in fine. Et hoc videntes, timent, ne scilicet ipsi in consimilia mala cadant. Et tali timore magis subduntur Deo, & oritur timor reuerentiæ finalis. In futuro autem videntes finem reproborum, tunc securi super eum ridebunt, & lætabuntur, quia damnatorum pœna visa à beatis, ad augmentum erit gloriæ ipsorum. Vnde Grego. trigesimotertio, mor. ait. Damnatorum cruciatus iusti, scilicet beati videndo non compatiuntur, sed in laudibus Dei crescunt, quia & in se cernunt bonum, quo remunerati sunt, & in illis inspiciunt malum, quod euaserunt, & supplicium. Ita enim tunc pulchra erit vniuersitas, dum & gehenna iustè cruciat impios, & æterna fœlicitas iuste remunerat pios. Sicut enim niger color in pictura sternitur, vt superiectus albus, vel rubeus pulchrior ostendatur. Ita & tunc malos benè ordinans Deus, fœliciora exhibet gaudia beatorum, ostensis ante eorũ oculos supplicijs reproborum. Et quamuis illud ex visione diuina eorum gaudium non sit, quo crescat, magis autem auctori suo se sentiunt esse debitores, quando bonum cernunt, quod iuste remunerati perceperunt, & malum, quod misericorditer adiuti vicerunt. Et eandem sententiam ponit Magister libro 4. distinctione vltima. Sic ergo in futuro, impium damnatum videbunt iusti, & super eum ridebunt, idest, gaudebunt, videndo pœnas illorum, quia Psal. quinquagesimoquinto. Letabitur, cùm viderit vindictam, & cætera. Sicut enim damnati modo videntes beatos, quos in vita ista contempserunt, amplius cruciantur, & dicent. Nos insensati vitam illorum putabamus insaniam, & cætera, & ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & cætera. Sic & sancti videntes supplicia damnatorum, lætabuntur cogitantes vanitatem ipsorum, & dicent. *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorẽ suum*, sed diuitias. Et ideo *prævaluit in vanitate sua*, idest, in hoc, quòd quis nô in Deo sperat, sed in multitudine diuitiarum, summa, & præualens vanitas ostenditur. Vnde glossa. *Et præualuit in vanitate sua.* Quid enim vanius eo, qui putat plus valere nummum quàm Deum? Et consimilem sententiam posuit superius Psalm dicens. Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum. Vide expositionem huius ad propositum superius versiculo 820.

859 *Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.*

Quæ est maior vanitas, quàm in diuitijs sperare, quæ necessitatis tẽpore & miseriæ maximè aduersantur, vel deserunt? Vnde nota, quòd spes in diuitijs poni non debet, quia diuitiæ sperantibus in eis sunt damnosæ, quia impediunt cognitionem. Sunt dolosæ, quia non reseruant promissionem. Sunt spinosæ, quia inducunt damnationem. Primum patet. Tum quia impediunt verbi Dei cognitionem, quia Matthæ. decimotertio. Fallacia diuitiarum suffocat verbum. Tum quia impediunt cognitionem inimicorum, quia pro-

Marginalia: Beatus. Dãnatus. Gregor. 33. mor. c. 19. Sap. 3. Psal. 48. De consec. distinct. 6. Ieiunium.

propter diuitias multi, qui realiter inimici sunt diuitis, se prætendunt amicos. Propter quod Boetius 2. de consolatione, ostendens quòd aduersa plus proficiunt homini quàm prospera, dicit. Hæc scilicet prosperitas semper fidem fœlicitatis promittit, cùm videtur blanda, & mentitur, hæc verò, scilicet aduersitas semper vera est, cùm se miserabilem mutationem demonstrat. Illa fallit, hæc instruit. Illa mendaciter sæpe bonorum mentes fouendo ligat, hæc aggregatione fragilitatis, fœliciter absoluit. Propter quod dicitur. Qui amat diuitias, fructum non capit ex eis. Secundum patet, quia diuitiæ promittunt lætitiam, quam nunquam exhibent veram, quia semper timorem secum portant. Narrat August. quod quidam diues transiēs, pauperem quendam iocantem inuenit, quem diues videns ingemuit, suisque socijs dixit. Ecce omnibus inquit conatibus ad hoc laboramus, vt ad securam lætitiam perueniamus, quò nos iste mendicus præcessit. Ille lætabatur, & ego anxius eram, ille securus, & ego trepidus. Dolositas diuitiarum benè apparuit in illo diuite, qui dicebat: Anima mea habes multa bona recondita in annos plurimos, &c. Propter quod dicitur. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Tertium patet. Lucæ decimosexto. Mortuus est diues, & sepultus in inferno. Propter quod dicitur. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Eccl. 5. *August. 6. confess.* *Luce 12.* *Psal. 36.*

860 *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi.*

Hic consequenter agit de statu bonorum. Vbi nota, quòd vitam iustorum hic Psalmista oliuæ cōparat propter multa. Primo propter vnitatem cōcordiæ, quæ in oliua designatur, quæ in signum pacis, & reconciliationis portatur. In cuius figuram pacificato Deo cum humana natura, post diluuium venit columba ad arcam portans in ore ramum virentis oliuæ. Genes. 8. Secundo firmitatem constantiæ, quæ in oliua figuratur, quoniā æquanimiter virescit tempore æstatis, & hyemis, scilicet prosperitatis, & aduersitatis. Sic & iustus per virtutem constantiæ inter aduersa, & prospera virescit, & floret. Psalm. nonagesimoprimo. Iustus vt palma florebit, &c. Ecclesi. vigesimoquarto. Quasi oliua speciosa in campis. Tertio propter synceritatem conscientiæ. Oliua enim est fomentum luminis, & puritatem conscientiæ significat, & claritatem. Vnde iusto dicitur. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit dominus nomen tuum. Ratione quorum dicit Psalm. in persona iustorum. Ego autem sicut oliua, & cætera. Vel ideo iustos oliuæ comparat propter quatuor virtutes, in quibus iusti confidunt per quatuor colores oliuæ designatas. Nam docet experiētia, quòd oliua in suo fructu successiuè quatuor habet colores. Nam primo est viridis, secundo rubea, tertio liuida, & quarto nigra. Vt sic color viridis significet claritatem diuinæ cognitionis, rubeus charitatem fraternæ dilectionis, liuidus asperitatem pœnitentiæ, & afflictionis, sed niger humilitatem modestæ conuersationis. Primo ergo iustorum spes, & gloria consistit in claritate diuinæ cognitionis, scilicet in hoc quòd verum Deum cognoscit, & colit. Hiere. 9. Hæc dicit dominus. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & nō glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me, &c. Sicut enim summa spes, & expectatio iustorum consistit in faciali Dei visione in æterna fœlicitate, sic conformiter & expectatio iustorum in præsenti vita consistit in visione fidei, & ænigmatica diuinitatis. Propter quod dicebat Apostolus. Qui gloriatur, in domino glorietur. Hoc autem iustorum desiderium, & spes, in primo colore oliuæ designatur, qui est color viridis. Quia sicut inter omnes colores viridis plus confert oculis corporis ad videndum, sic & diuinitatis cognitio oculos mētis magis, ac summè perficit, & illuminat. Propter quod dicitur. Beatus vir qui inuenit sapientiam. Sequitur. Longitudo dierum in dextera illius, & sinistra illius diuitiæ, & gloria. Quid enim per dexteram, nisi vita bea-

Hiere. 11. *1. Cor. 1.* *Prouer. 3.*

ta beatâ, quid per sinistram nisi vita præsens designatur? Ista igitur sapientia diuinæ cognitionis habet in dextera dierum longitudinem, dum beatis sine fine vitam tribuit. Sed in sinistra diuitias habet, & gloriam, dum in præsenti vita iustorum desiderium solum ad Deum dirigit. Sed forte quis dicet. In præsenti vita ponam desiderium meum ad Deum cognoscendum, cùm hic nullatenus ad ipsius cognitionē pertingere valeamus? dicente scriptura. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Respondeo quòd quamuis in vita præsenti cognitio clara haberi non possit, habetur tamen cognitio ipsius ænigmatica primæ Corinth. decimotertio. Videmus nunc per speculum in ænigmate. Dicunt naturales, & docet experientia, quòd quamuis corpus solare clarè nostris oculis videre non possimus in vita præsenti propter excessum luminis ipsius ad sensum visus, tamen si accipiatur speculum clarum, & ponatur in aqua clara lucente sole, tunc videbitur sol triplicatus, scilicet vnus in cœlo, qui est fons luminis, vnus in speculo generatus à primo, & vnus in aqua generatus ab vtroque. Sic spiritualiter debes facere, si Dei cognitionem saltem ænigmaticam vis habere. Quid enim per speculum, nisi rationalis anima intelligitur, in qua velut in speculo Dei gloria manifestatur, cùm sit facta ad ipsius similitudinem? de qua Sap. 7. Est speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Quid autem per aquam nisi spiritus Sancti designatur gratia, Christo d. Qui credit in me, & cætera. Flumina de ventre eius fluent, &c. Hoc autem dicebat de spiritu Sancto. Si igitur hic Deum vis cognoscere, pone speculum in aqua, idest, fac quòd anima tua sit in statu gratiæ, & tunc poteris videre solem triplicatum, idest, Deum in tribus personis suppositum. Tunc enim videbis vnum solem in cœlo, scilicet personam patris. Cùm enim cœlum inter cætera sit maximum opus, quia est circulus maior omnia continens, habet manifestare potentiam sui productoris, quæ patri appropriatur. Videbis alium solem in speculo, scilicet, personam verbi in humanitate assumpta. Cùm enim speculum dicatur rationalis anima (vt dictum est) quæ est pars principalior humanitatis assumptæ meritò per speculum intelligitur ipsa humanitas à verbo assumpta, cùm à principaliori parte totū denominetur. Consequenter videbis alium solem in aqua, idest, personam Spiritus sancti ab vtroque procedentem in aqua suarum gratiarum, quibus anima nostra purgatur, & irrigatur, atque fecundatur. Genes. 1. Spiritus domini ferebatur super aquas. Hæc est ergo prima confidentia iustorum, scilicet in Dei cognitione, per primum colorem oliuæ designata. Et propter hoc iusti oliuæ comparantur. Psal. mo centesimovigesimoseptimo. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Propter quod & nunc Ps. in persona iustorum dicit. Ego autē sicut oliua, &c. Secundo iustorum gloria consistit in charitate actionis meritoriæ, quæ in hoc consistit, vt omnia bona nostra recognoscamus esse à Deo, ei bonorum operum gloriam dantes non nobis primæ Corinthiorum capitulo decimo. Omnia in gloriam Dei facite. Cum enim omnia nostra merita non à nobis sint, sed à Deo, non nobis sed Deo ipsorum gloriam dare debemus. In cuius figuram legitur. 2. Reg. 12. quòd cùm Ioab in virtute exercitus regis Dauid obsideret ciuitatem filiorum Moab, & in breui ipsam esset capturus, videns, quod hoc non faciebat virtute propria, sed exercitus ipsius Dauid, noluit gloriam victoriæ sibi, sed ipsi Dauid attribuere, &c. Sic spiritualiter quilibet iustus considerans quòd omnia bona, quæ facit, facit virtute gratiæ Dei, & non propria, gloriam illorum non sibi, sed Deo debet attribuere, dicente Psalmista. Quoniam gloria virtutis eorum tu es. Et hæc virtus charitatis, in qua sic iusti gloriantur, per secundum colorem oliuæ, qui est rubeus ad modum ignis figuratur: quia, sicut ignis inter omnia elementa est magis actiuus, sic & charitas inter omnes virtutes ad benè agendum nos magis inclinat. Dicunt naturales, quòd quando quis est inflammatus amore alicuius personæ, quæ sit illa ex velocitate pulsus percipi potest. Nam pluribus personis ei nominatis, audito nomine illius ad quam afficitur, cuius præ-

Marginalia: *Quæstio.* *Prou. 25.* *Sol.* *Speculum.* *Videre.* *Ioan. 7.* *Gloria.* *Bonum.* *Charitas.* *Gratia.*

sentia caret, statim pulsus eius fortius agitatur. Et ratio est, quia tunc spiritus descendit ad cor ratione amoris, & sic cor magis inflammatum magis mouet partes exteriores Sic spiritualiter, quando homo est accensus charitate Dei, & gratia, statim audito Christi nomine, ad bene operandum cor eius cætera membra fortius mouet. Et ratione huius secundi coloris oliuæ, iustum oliuæ comparat scriptura d. Erit quasi oliua gloria eius. Quod & nunc confirmans Psal. d. *Ego autem sicut oliua*, & cætera. Tertio iustorum gloria consistit in asperitate pœnitentiæ. Cùm enim gloria iustorum sit sequi dominum. (Ecclesi. vigesimotertio. Gloria magna est sequi dominum.) & Christus Dominus, & pater iustorum asperitatem pœnitentiæ in sua assumpserit carne, consequens est, vt iusti patrem sequentes, in asperitate pœnitentiæ glorientur, more Apostoli qui solum in Christi cruce gloriabatur. d. Mihi autē absit gloriari, & cætera. Quid enim crux, quæ à cruciatu dicitur, nisi pœnitentiæ significat cruciatum? Hæc verò virtus pœnitentiæ iustorum in tertio colore oliuæ figuratur, qui est liuidus, qui ex verberatione in carne facta consurgit, quia pęnitentes non quærunt in mundo florere, sed magis sub liuore pęnitentiæ carnem domare, propter qđ de iusto sub nomine oliuæ dicitur. Lignum oliuæ non floruit. Conformiter nunc in persona iustorum dicit Psalm. *Ego autem sicut oliua*, &c. Quarto gloria iustorum consistit in humilitate internæ conscientię, secundæ, Corint. primo, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Hæc autem virtus humilitatis per quartum colorē figuratur oliuæ, qui est color niger, qui inter colores tenet statum infimum, significans humilitatem, qua quis se infimum cæteris putat. Quæ virtus quanto hominem sibiipsi reddit viliorem, tanto amplius ipsum Deo reddit speciosum. Vnde de iusto humili dicitur, quòd est quasi oliua speciosa in campis. Sic ergo omnibus prædictis consideratis, oliuæ iustos comparat. Psalm. nunc d. *Ego autem sicut oliua*, & cætera. Et ex hoc vult ostendere in quanta reuerentia iusti ab alijs debent haberi, & venerari. Nam vt dicit

Osea 14. *Pœnitentia.* *Galat. 6.* *Agge. 2.* *Humilitas.* *Eccle. 4.*

E Palladius libro primo, Græci iubent oliuam, cùm plātatur, aut colligitur solum à mundis pueris, & virginibus debere pertractari, per hoc significantes, quòd iusti per oliuam significati, multum à cæteris debent honorari.

Palladius. *Oliua.*

Confitebor tibi, quia fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

861

Hic vltimo iustus ex omnibus prædictis consurgit ad gratiarū actionem. d. *Confitebor tibi*, scilicet confessione laudis. Laudabo te, & quare? quia F fecisti me iustum, scilicet quòd sim oliua, vel fecisti omnia bona, quæ in me sunt, vnde confitebor, quòd tu illa fecisti, non ego. *Et expectabo nomen tuum*, scilicet, rem nominis tui, quod est Iesus, quia scilicet tunc per ipsum saluabor. Et quāuis Iesus à malis fuerit vilipensus, tamen à iustis multum fuit honoratus. Propter quod dicit, quòd illud nomen, scilicet Iesus, *bonum est in conspectu sanctorum tuorum*, idest, iustorum. Nunc restat agere de tertia parte articuli octaui, quod est quòd spiritus sanctus à patre, filioque G procedit. Ex qua ostenditur, quòd spiritus Sanctus est charitatis glutinium, patri verbum copulans. Nullum enim maius glutinium potest esse quàm sit amor, qui tantum cum amato ligat amantem, vt vnum transformet in alterum. Vnde Dionysius de diu. nom. cap. quinto. Amorem dicimus mutuam, & coniunctiuam virtutem. Et August. dicit. Quid est amor, nisi vita, duo aliqua copulans, & copulare appetens, amantē, scilicet, & amatum? Istud autem tantum ligamen amoris attribuitur spiritui Sā- H cto, quia ipse secundum Magistrum lib. 1. distinct. 10. est amor, & charitas patris ad filium, & econtrario. Vnde & Hieron. super Psalmum decimūquartū, dicit, spiritus Sanctus nec pater est, nec filius est, sed dilectio, quam habet pater in filium, & filius in patrem Et sic meritò dicitur, quòd spiritus Sanctus est charitatis glutinium, patri verbū copulans. Quod ostendit iste articulus de spiritu sancto. d. Qui ex patre, filioq; procedit. Et ideo istum Spiritum à patre, atq; filio proce-

Spiritus sanctus. *Amor.* *Dionysius.* *August. 8. de Trin.* *Hieron.*

procedere, & sic ambos immensi amoris vinculo copulare, ostendit Christus d. *Ioan. 15.* Mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit. Istud autem amoris vinculum in lapide Beryllo figuratur, *Beryllus.* qui grato amore mentes alligat, &c. Nam vt dicit Magister libro 16. hic lapis amorem diligit coniugalem. Qui, scilicet amor coniugalis, quia ipsos coniuges efficit vnam carnem, figurat increatum spiritus sancti amorem, quo verbū cum patre vnius substantiæ manet. Et ideo de spiritu Sancto sic vniente, & ad modum berylli per amorem ligante dicitur Sollicite seruare vnitatem spiritus *Ephes. 4.* in vinculo pacis. Quarto Spiritus sanctus habet maiestatis consortium. *Spiritus sanctus.* Quia cum patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur. Nec mirum cùm spiritus sanctus sit vnius substantiæ cum patre, & filio, & per consequens in omnibus ipsis æqualis, & ideo rationis postulat ordo, vt ei cum patre, & filio vnus cultus, vnus honor, & vna ascribatur maiestas, & sic cum patre, & filio simul, & æqualiter, adoretur, & glorificetur. Et ex hoc excluditur error Arrij d. Spiritum sanctum puram creaturam esse. Contra quem ait Christus. *Ioan. 4.* Spiritus est Deus, & eos, qui adorant, in spiritu, & veritate adorare oportet. Istud Spiritus sancti cum patre, & filio æquale consortium in lapide Beryllo figuratur, qui alto honore dignos magnificat. Nam, vt dicit Magister vbi supra, hic lapis hominem magnificat, in quo ostendit Spiritus sancti maiestatem, qua æqualiter cum patre, & filio magnificatur. Nec mirum, quia pater, verbum, & Spiritus sanctus, hi tres *1. Ioan. 5.* vnum sunt. Quinto Spiritus sanctus habet veritatis eloquium, &cætera. *Prophetizare.* Quia locutus est per Prophetas. Hic enim *Loqui.* spiritus humanam mentem, quam replet, arcana docet diuinitatis, & sic ad prophetizādum prophetas erexit, 2. Petri 1. *Matth. 10.* Spiritu sancto inspirati locuti sunt *Luca 1.* sancti Dei homines. Quibus Christus dicens. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus sanctus, qui loquitur in vobis. Vnde de Zachar. dicitur, quòd impletus Spiritu sancto, prophetizauit. Istam virtutē loquendi figurat lapis Beryllus, qui claro splendore mentes illuminat. Vnde Magister vbi supra dicit, quod iste lapis facit bonum ingenium, & per consequens hominem aptum ad veritatis eloquium, quod confert Spiritus sanctus, qui loquutus est per Prophetas. Vnde Actuum 2. dicitur, quòd repleti sunt Spiritu sancto, & cœperunt loqui, &c.

PSAL. LII.

Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. 862

Iste Psalmus secundum Magistrum talem habet titulum. *In finem intellectus David pro Amaleth.* Ad cuius euidentiā sciendum, q Psal. iste multum in verbis concordat cum Psal. 13. quasi per omnia verba, tamen differentem sententiam multum habet, & quo ad historiam & quoad intellectum Propheticū. Nam primus, (scilicet psal. 13.) agit de persecutione Babyloniorum, qui Iudæos sunt persecuti, & ciuitatem Hierusalem ceperunt, & ipsam cum templo euerterunt, vt ibidem fuit dictum. Iste autem Psalmus agit de persecutione Græcorū, qua scilicet Antiochus Iudæos est persecutus, vt cultum veri Dei ex toto à Iudæis auferret, qui etiam in magna parte fecit, à quo Iudæi multi fugati fuerunt, multi interfecti, & multi captiuati, vt plenè continetur in libris Machabæorum. Sciendum etiam, quòd ipsi Græci per Amaleth intelliguntur. Nam Amaleth interpretatur gens bruta. Quæ autem gens brutis moribus assimilatur quā Græci? Vnde de Cretensibus quæ vna ex principalioribus partibus Græciæ fuit, dicit Apostolus ad Titum 1. Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Agit ergo littera istius psalmi, de persecutione facta per Græcos, per Amaleth significatos contra Iudæos, quam spiritu prophetico præuidens psalm. ipsam per hunc psalmum prædixit. Est ergo sensus tituli litteralis iste. *Intellectus David quē,* scilicet habuit à spiritu prophetico, in isto psal. contentus est *in finem,* scilicet in Christum nos dirigens,

pro Amaleth, idest, pro Græcis per Amaleth significatis, qui sunt persecuri Iudæos. Ex quibus apparet materia Psal. & titulus. Sed historia, quia prolixa est, & totum librum Machabæorum occupat, in breuibus dici non potest, sed in littera tangam partes historiæ, vt littera requirit. Sic ergo primo dicam sensum literalem, secundò sensum Propheticum. Quātum ergo ad primum, Psalmus iste diuiditur in partes quatuor. Quia primo describitur Regis Antiochi malitia. Secundo ipsius examinatio diuina, ibi. *Dominus de cælo prospexit*. Tertio ipsorū debita pœna, ibi. *Nonne scient*. Quarto populi Iudæorum liberatio ex Dei misericordia, ibi. *Quis dabit ex Sion*. Quantum ergo ad primum præuidens propheta malitiam Antiochi, dicit de ipso. *Dixit insipiens in corde suo*, &c. Hic enim cogitabat tantam esse potentiam suam, vt Deus sibi resistere non posset, & sic negando potentiam Dei (quæ est idē quod Deus) ipsum Deum negabat, propter quod & eius cultum conatus fuit annihilare. Dic vt Nicol. de Ly. *Dixit insipiens*, &c. Quantum ad intellectum propheticum sciendum, quòd Psalm. 13. qui simili modo incipit, & in parte continua tur similiter (vt ibidem fuit dictum) directè agebat contra Iudæos. Hic autem Psalmus quasi idem in litera agit contra Antichristum. Præuidens enim Psal. duram Antichristi persecutionem in fine futuram contra ecclesiam, ipsam per istum Psalmum reddit cautam, confortat, & cōsolatur, vt patet ex fine Psalmi Et hoc satis sonat titulus Psalmi prędictus. d. *In finem intellectus Dauid pro Amaleth*. Amaleth enim, vt prædictum est, interpretatur gens bruta. Gens bruta dicuntur omnes, sine ratione viuētes. Ipse Antichristus cum omnibus suis sequacibus, sine ratione, vel vsu rationis erunt, Deum non colentes. Est sensus tituli talis, *Intellectus Dauid*, idest, factus à Dauid. *in finem*, scilicet nos dirigens, *pro Amaleth*, idest, pro persecutione ipsius Amaleth fienda contra ecclesiam. Et sic intelligendo Psamus iste diuiditur in tres partes. Quia ponitur primo malorum increpatio, in principio. Secundo ponitur malorum comminatio, ibi. *Nonne scient*. Tertio ponitur bono-

E rum consolatio, ibi. *Quis dabit ex Sion*. Quantum ad primum de multis hic Antichristus, & omnes mali increpantur. Primo de ipsorum stultitia. Secundo de ipsorum idololatria, ibi. *Corrupti sunt*. Tertio de ingrata resistentia, ibi, *Dominus de cælo*. Et omnes istos Psal. quatuor versus exponere potes contra Antichristum, & malos vt expositi sunt supra cōtra Iudæos Psal. 13. Et si dicas, quid est negare Deum, vel dicere Deum non esse? Respondet gl. Qui putat Deo placere mala, non putat eum esse Deum, vel qui dicit eum omnibus parcere. Idem

Quæstio. Negare Deum.

F namque est Deo esse Deum, & esse iustum, quia iustitia in Deo, Deus est. Qui ergo negat eum esse iustum, negat eum esse Deum. Eum vero negat esse iustum, qui putat ei mala placere, vel non punire. Item quia *dixit insipiens in corde suo, non est Deus*, est notandum, quòd negāt Deum aliqui multipliciter. Primo quidam solum ore, & non corde, vt illi, qui timore pœnæ negant, quod corde credunt. Et sic negauit Petrus. Secundò quidam negant solo corde, & non ore, sicut hypocritæ, & occulti hæretici, qui in aperto Deum confitentur, sed non corde, de quibus dicitur. Fuerūt & pseu-

Negare Deum multipliciter.

Matth. 26.

G doprophetæ in populo sicut & in nobis erant magistri mendaces, qui introducerent sectas perditionis, & qui cum eis erant, Deum negant. Tertio quidam negant Deum opere solum, sicut illi, qui scienter peccant mortaliter cum remorsu conscientię, quia licet scienter peccēt opere, tamen corde, & ore Deū timent, confitentur, & credunt. Vnde 31. Iob postquam enumerauit multa peccata, de quibus se mundum dicebat, concludit scilicet quòd ea committere erat negatio contra Deum altissimum. Quarto

Petri 2.

H quidam negant Deum ore simul, & corde, sicut publici hęretici, qui cōtra Christi fidem sentiunt, & prædicant. Vnde 1. Ioan. 2. Quis est mendax, nisi qui negat, quòd Christus non est? & iste est Antichristus. Quinto quidam negant Deum corde, ore, & opere simul, vt persecutores ecclesiæ, vt etiam fuerunt Iudæi, qui ore ante faciem Pilati Christum negauerunt, corde testati sunt, opere occiderunt. De quibus Act. 3. Vos autem iustū, & sanctum negastis, & petistis virum homicidam

micidam dari vobis, auctorem verò vitæ interemistis, &c.

863 *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, non est, qui faciat bonum.*

Hic consequenter mali reprehenduntur de ipsorum idololatria. Vbi notandum, quòd sicut corruptio luxuriæ vastat corpora, sic & idololatria corrumpit animas. Vnde & ipsa idololatria quædam fornicatio, vel luxuria spiritualis dicitur. 1. Paralip. 5. Reliquerũt Deum, & fornicati sunt post Deos populorum terræ. Et 28. q. 1. solum dicitur, q fornicatio est duplex, scilicet carnis, & idololatriæ. Pro cuius euidentia sciendum, quòd omne peccatum corruptio est alicuius boni. Vnde dicit Magister lib. 2. distinct. 35. quòd omne peccatum est corruptio boni, vt puta superbia est corruptio humilitatis, luxuria castitatis, &c. Et ideo omnes peccatores generaliter Psal. dicit esse corruptos, hic dicens. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Vbi nota, quòd peccatorum corruptio est multiplex, scilicet, Corruptio infidelitatis idololatriæ. Corruptio ambitionis, & superbiæ. Corruptio cupiditatis auaritiæ. Corruptio conuersationis infectoriæ. Primo est corruptio idololatriæ infidelitatis. Infidelitas enim & idololatria fidem corrumpunt, & de ista corruptione dicit Aposto. Timeo enim, ne, sicut serpens seduxit Euam, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate fidei, quæ est in Christo Iesu. Quod ad propositum exponit ibi gl. d. Timeo, ne corrumpantur sensus vestri à simplicitate, &c. idest, à paradiso simplicis fidei, quæ nihil alienũ recipit. Isti corrupti similes sunt Euæ, pseudoprophetæ similes sunt serpenti, idest, diabolo, qui per eos insidiatur, lux fidei similis est Paradiso, quorum ergo fides corrumpitur, à paradiso eijciũtur, quia præponunt mendacium veritati. Qui ergo mendacium ædificant in hominibus, ab eis pellunt veritatem, & immittunt diabolum, & ita expellũt Christum. Si quid enim dixeris contra fidem, intrat putredo de veneno serpentis, & nascitur vermis mendaciorum, & nihil integrum remanet, sed corrumpitur totum. Et ideo sicut patribus nostris aduersus leonem opus erat patientia, sic & nobis aduersus draconem vigilantia. Tunc enim cogebat, nunc docet, tunc rugiebat violentias, nunc insidias, videbatur tunc fremens, nunc lubricus oberrans facilè videtur. Ideo timet Apostolus, ne, sicut per serpentem seducta est Eua, ita per hæreticos corrumpatur ecclesia virginitate fidei, quam gestat in corde. Modo ergo, anima, virginitatem tuam serua, postea fœcundaberis in amplexu spõsi tui. Sepite ergo aures vestras spinis. Adhuc enim mussitat serpens, & nõ tacet, quod gestum est in illo paradiso, nunc geritur in ecclesia. Nemo vos corrumpat ab isto paradiso ecclesiæ. Sufficiat quòd lapsi sumus illuc, vel experti corrigamur. De istis ergo hæreticis, & corruptoribus fidei dicit Apostolus, Hi resistunt veritati homines corrupti mente, reprobi contra fidem. Consimiliter & idololatræ corruptores sunt fidei, de quibus dicitur Rom. 1. quod mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, volucrum, quadrupedum, & serpentum. Vbi ait gl. mos enim fuit ab antiquis Romanis adorare simulachra hominum, scilicet, Romuli, Iouis, & aliorũ, & maximè ab aduentu Aeneæ in Italiam, volucrum autem, quadrupedum, & serpentum simulachra coluerunt, ex quo Alexandria victa est ab Augusto. Secũdo est corruptio ambitionis, & superbiæ. Superbia enim omnem corrumpit virtutem, & hominẽ supplicijs deputat æternis. Hiere. 51. Ecce ego ad te, mons pestifer, qui corrumpis vniuersam terram, extẽdam manum meam super te, & dabo te in morte combustionis. Per montem pestiferum intellige superbum corde eleuatum. Tertio est corruptio cupiditatis auaritiæ. Quem enim hodie non corrumpit auaritia? non est sacerdos, non iudex, non princeps, qui huius corruptionem euadat. Vnde Sopho. 3. dicitur, Principes in medio eius quasi leones rugientes, iudices eius lupi: Prophetæ eius vesani, viri infideles, sacerdotes eius polluerunt sanctum, & sequitur de omnibus istis. Diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Principes quasi leones,

Marginalia: 1. Para. 5. — 28. q. 1. — Corruptio. — Idololatria. — Infidelitas. — 2. Cor. 11. — Fides. — Hæreticus. — 2. Tim. 3. — Superbia. — Auaritia.

sunt potentes sęculares qui opprimunt. Iudices lupi, sunt iudices, qui saturari non possunt. Prophetæ vesani, sunt doctores, qui non sana, sed placita consilia,& insana tribunnt corrupti pecunia. Sacerdotes polluti, sunt omnes clerici, qui omnia per auaritiam peruertunt, non aduertentes,quod dicitur. Ne accipias personam, vt delinquas, de iudicio iustificare impium, de datione hæreditatis amicorum,de æqualitate staterae,& ponderum, de corruptione emptionis, & negotiatorum. Quarto est corruptio conuersationis infectoriæ. Malorum enim conuersatio atque locutio, multos corrumpit spiritualiter primæ Corinth. decimoquinto. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Vbi glos. Corrumpũt bonos mores, & cęteras virtutes etiam necant, assiduitas enim praui colloquij mentem vitiat, & ideo ab his cauendum est. Et à tali corruptione immunem se dicebat Apostolus. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circunuenimus, quasi dicat, Neminẽ læsimus improperando,vt pseudoprophetæ faciunt,neminem corrupimus à mixtione falsitatis,neminem circunuenimus fraudulenta vestrorum ablatione. Omnibus ergo istis modis corruptionis consideratis de malis,dicit Psalmist. quòd *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonum*, quia etsi quis sit bonus,tamen quia tam pauci sunt respectu malorum, nulli dicuntur,quia quod modicum est,nihil dicitur esse 2. Physicorum. Ex prædictis insurgit vnum dubium, quia dictum est in primo versiculo, quod multipliciter Deus negatur, ideo dubitatur virum negans Deum verbo plus peccet quàm negans Deum facto solum,vel econtrario. Et probatur,quòd plus peccat negãs facto,quia plus consideranda sunt facta, quàm sermones,vt dicit Eustathius primo Ethicorum. Ergo plus peccat malefaciens,quàm dicens. Igitur plus peccat negans Deum facto, quàm verbo. Secundo quia Iudas Christum negauit facto: Petrus autem verbo: nulli autem dubium, quod Iudas plus Petro peccauit. Ad oppositum, quia aliter quilibet in omni peccato mortali plus peccaret, quàm hæreticus, qui negat Deum verbo. In omni autem peccato, mortali facto negatur. Secundo quia negare Deũ verbo, est apostatare à fide, apostasia autem maximum peccatum est, ergo. Respondeo, quod si negare verbo, vel facto accipiatur generaliter sine aliqua restrictione, quod multum est simpliciter grauius altero, quia se habent sicut excedentia, & excessa. Et ad hoc videtur esse beatus August. & habetur sexta, quæstione prima. Vtrum Catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita præter illud, quòd est hæreticus, non habent homines, quòd reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare sententiam. Et ideo dici potest, quòd, si negatur facto, sit grauius, oportet quòd sit processus sic, quòd primo sit consensus, secundo verbum, tertio factum. Et sic secundum ipsum negans facto videtur corde negare. Et sic videtur consentire, quòd Christianus prauis moribus, grauius peccat quã simplex hæreticus. Dici tamen potest, quòd circunstantiæ circa aliquam istarum negationum, faciunt peccatum esse grauius, vel leuius. Et sic rationes vtriusque partis ex diuersitate circunstantiarum possunt solui. Sequendo materiam articulorum restat tractare nonum articulum, quem posuit Matthæus dicens. Sanctam ecclesiam catholicam. Vt sit sensus. Credo in spiritum sanctum facientem ecclesiam esse sanctam, & catholicam: patet quia spiritus Sanctus donum suum, scilicet, Charitatis quo sanctificatur ecclesia, sic confert ecclesiæ catholicæ, vt quasi ecclesiæ dicatur esse proprium donum, vt habetur prima quæstione prima, multo. Et ideo ecclesia propter charitatem sanctitatis, quam à spiritu sancto recipit, Christi sponsa immaculata dicitur, quæ nunquam adulterari potest, vt habetur vigesimoquarto, quæstione prima, loquitur, vbi dicitur, quòd vnam esse ecclesiam in cantico canticorum spiritus Sanctus ex persona Christi designat, dicens. Vna est columba mea, vna est perfecta mea, vna est electa genitricis meæ. Et infra, ecclesia Christi adulterari non potest, sponsa Christi incorrupta est, & pudica, vnam domum nouit, vnius cubilis sanctitatem custodit. Hanc ergo ecclesiæ san-

Eccl. 42. *Locutio mala* *2. Cor. 7.* *Quæstio. Negare. Deum.* *August.* *Hæreticus.* *Articulus nonus. Ecclesia.*

sanctitatem concludit articulus dicens Sanctam ecclesiam catholicam. Et addit catholicam, quod idem est, quòd vniuersalem, ad denotandum, quòd licet ecclesia Christi sit vnica, est tamen vniuersalis, & communis, quia per omnes mundi partes latè, longèque diffusa. Quod multis exemplis probatur vigesimoquarto quæstione prima, loquitur. Primo exemplo luminis, quia sicut vnum lumen diuersos habet radios, sic, & una ecclesia multa membra habet diuersa, ut declarat Apostolus Paulus dicens. Quosdam posuit Deus in ecclesia, primo quidem Apostolos, secundo Prophetas, tertio doctores. Secundo exemplo arboris, quæ ex vna radice multos ramos habet. Tertio exemplo fontis, à quo vno, multi riui deriuantur. Sic est vna ecclesia catholica, idest, vniuersalis, ex qua generantur omnes fideles. Nec mirum, quia Christus caput est omnis Ecclesiæ, Colossensiū primo. Ideo & vos sanctificate ecclesiam Iohel secundo.

24. quæst. 1. *1. Cor. 12.*

Quæstio. Sed hic est vnum dubium, scilicet, utrū debeat dici, In sanctam ecclesiam, vel sine ly in, sic, sanctam ecclesiam. Et sicut dixit Alexander libro tertio quæstione 773. Leo Papa dicit quod non debet dici in sanctam, sed sanctam. Ambrosius autem dicit, quòd debet dici in sanctam. Respondeo, & dico quod licet vtrumque possit dici, communius tamen dicitur sine in. Si enim dicatur sine in, tunc est sensus. Sanctam, &cet. idest, Credo in spiritumsanctum facientem ecclesiam sanctam, &cet. Si autem dicatur cum in, tunc est sensus. Credo in sanctam, &cet. idest, credendo amo ecclesiam, eique ut eius membrum adhæreo, iuxta dictum magistri libro tertio dicēs quòd credere in Deum, est credendo amare, eidemque adhærere. Iste autem nonus articulus in nono fundamento ciuitatis Hierusalem, quod erat topazius, significatur. Quoniam hic lapis lucem solis specularem recipit, conformiter. Nam vt dicit Magister lib. 16. Hic lapis topazius sic lucem solis recipit conformiter, quod tunc magis lucet, quando solis radio tangitur, & omnium aliarum gemmarum superat claritatem. Quid enim solis nomine nisi ipse Deus significatur, qui sol iustitiæ dicitur? Malach. quarto. Cuius, scilicet radio gratiæ ecclesia perlustrata, & sanctificata velut topazius summè refulget, & omnium aliarum gemmarum, idest, legum vel sectarum superat claritatem. Nec mirum, quoniam in dicto sole gratię Deus posuit tabernaculum ecclesiæ, iuxta illud psalm. In sole posuit tabernaculum suum. Ideo de ecclesia potest exponi illud Iob vigesimooctauo. Adæquabitur ei topazius, quia ergo ecclesia velut topazius à sole illustratur scilicet, Deo, & sanctificatur ideo in sanctitate fundata dicitur in psalmo. Fundamenta eius in montibus sanctis.

Leo. *Ambros.* *Topazius.* *Psal. 18.* *Psal. 86.*

Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum. 863

Hic consequenter agitur de malorum ingrata resistentia. Vbi notā, quòd per cœlum intelligitur humana natura à verbo assumpta, per quam oculo suæ misericordiæ respexit super filios hominum, idest, super omnes homines. Quid enim est respicere Dei, nisi misereri, suam misericordiam nobis inspirare, & largiri? De cœlo ergo Deus respexit super filios hominum, quia homo factus, homines ad suam gratiam adduxit, homines dico vel filij hominum, scilicet, secundum rationem vincies. Vnde Gregor. dicit, Per prophetam dicitur. Non repellet dominus plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit. Altitudines quippe montium sunt elationes superborum, quas dominus conspicere dicitur, idest, ab iniquitate sua in meliùs commutare. Conuertit namque eum, quem conspicit Deus. Vnde scriptum est. Respexit dominus Petrum, & recordatus est Petrus, &c. & egressus foras, sleuit amare. Sed attende, quòd Deus aliter respicit bonos, & aliter malos. Vnde Greg. dicit. Duobus enim modis peccator respicitur à domino, aut, cum à peccato conuertitur, aut cum pro peccato punitur. De respectu enim conuersionis, dicitur, quòd respexit dominus Petrum, &c. De respectu autem vltionis dicitur. Vultus autem domini super faciētes mala, &c. Vtroq; autem modo arro

Respicere. *Gregor. 30. moral. c. 34* *Luc. 22.* *Greg. 32. mor. c. 6.*

gans

gans sternitur, cum respicitur à domino, quia aut pœnitendo cognoscit culpam, aut pereundo percipit pœnam. Superbi ergo ex respectu domini confunduntur, aut hic culpam cognoscentes, & damnantes, aut ibi supplicia de culpa sustinentes. Ex quibus apparet quod incarnatus dominus respexit de cælo super filios hominum, scilicet, suam gratiam offerendo, & minando supplicia. Tanta autem est aliquorū ingratitudo, quod nec gratiam oblatam verentur, nec minata supplicia timent. Vnde de tāta ingratitudine reprehendens malos, ait. *De cælo*, &c. *Vt videat si est intelligēs*, &c. Vbi nota, quod tunc Deus videre dicitur, quando nos uidere facit, sic & cognoscere, quando nos cognoscere facit. Item nota quòd ly si aliquando stat affirmatiuè. Lucæ 1. Si in digito Dei eijcio dæmonia, &c. si idest, quia sic est. Aliquādo stat negatiuè, ut in ps. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt, &c. si, idest, nō. Hic autem stat negatiue cum dicitur, *Vt uideat, si est intelligens*, &c. idest, ut nos videre faciat, quia nō est intelligens, scilicet, cognitionem. *Aut requirens Deum*, operatione. Quod ideo sic dicit, quia cognoscentes, & requirentes Deum pauci sunt respectu malorum, ideo quasi nulli esse putantur, quia multi sunt uocati, pauci verò, &c. Et hoc est, quod subdit, istum intellectum declarando, dicens.

Si.

Matth. 20.

864 *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad vnum.*

IDest, omnes peccauerūt. Quod ideo dicit quia ante Christi aduentum, omnes peccato erant obnoxij, ut ostendit Gregor. d. Omnes nos illa unica persuasio culpæ contagio, ab ipsa radice polluerat. Nullusque erat, qui apud Deum pro peccatoribus loquens, à peccato liber appareret, sed ex eadem massa editos, cunctos par reatus inuoluerat. Proinde uenit ad nos unigenitus patris, assumpsit à nobis naturam, non perpetrās culpam, & cet. Et hoc est, quòd tangit Psaltes, dicens. *Omnes declinauerunt*. scilicet, à mandatis Dei, quia non ad Deum, sed ad terrena incuruabantur, unde Psalmo decimonono. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Vnde de ista generali declinatione dicitur. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. *Simul inutiles facti sunt*. Quamuis enim in peccato existens aliqua bona de genere quandoque faciat, tamen quia illa carent forma gratiæ, Deo non placent, & inutilia quo ad præmium à Deo iudicantur. Vnde Gregor. d. Homo peruersus quædam recta agere videtur, sed per ea, quæ iniqua sunt, destruuntur. Et quia multum displicent Deo mala, nec illa placet quæ sunt malorum, qui ergo in malis suis Deo abominabilis est, in bonis inutilis est, quia, dum semper praua opera Deo abominabilē exhibet, nec illud quod rectum in eo uidetur, Deo placet. Ideo dicitur, Opera eorum inutilia, ratio, quia opus iniquitatis in manibus eorum. Sequitur. *Non est usque ad unum*. Per vnum intellige Christum, qui est vnicus patris, quia sine isto, uno scilicet, sine fide Christi, nullum bonum Deo placitū facere potest. Vnde gloss. Psal. 13. *Non est vsque ad unum*, idest, præter vnum, quia nullus facit bonū sine vno, scilicet, sine Christo. Quod ideo dicit, *Vsque ad vnum*, idest, vsque ad Christum, quia ipse solus homo factus boni faciendi efficax nobis dedit exemplum, non tam uerbis quàm factis. Efficacius enim mouent exempla ad bonum faciēdum quàm verba. Dicit Seneca epistola 42. quod longum est iter per præcepta, sed breue, & efficax per exempla. narrat Plotinus, libro quarto de Xenophonte, quòd cum equo insideret, & pedites collem quendam præruptum occupare præcepisset, vnus militum eius murmurando dixit. Facillimum esse sedentem in equo tam laboriosa imperare. Quod audiens Xenophon statim de equo descendit, & illum militem murmurantem equum ascendere fecit, ipso duce ad prædictum collem occupandum cursum properante. Cuius facti ruborem cum dictus miles perpeti nō posset, cæteris commilitonibus ipsum irridentibus, de equo descendit, & cum maxima difficultate obtinuit, ut Xenophon equum iteratò ascendere vellet. Sic spiritualiter multa, quæ Deus præceperat, labo-

Peccator. *Gregor. 24. moral. c. 3.* *Inutilis.* *Gregor. 12. Moral.* *Esa. 59.* *Vnus.* *Facere.* *Exemplum* *Seneca.*

laboriosa uidebantur, ut ergo doceret A hominem factis, & exemplis, quo illa faciliter facere posset, descendit de maiestate sua factus homo; vt suis exemplis omnes ad bonum peragendum incitaret. Et sic vsque ad vnum non erat, qui faceret bonum, idest, vsq; ad Christum.

865 *Nonne scient omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam vt cibum panis.*

Cibus. Dic vt versiculo 163. Et nota, quòd quia dignitas peccantis auget peccatum, sic & maior ei pœna correspondet, ideo istum versum principaliter prælatis applicat Psalm. qui subditos vt cibum deuorant, vt subditi cibus sint prælatorum, scilicet, quandoque per cupiditatem auaritiæ Iob 30. Radix iuniperorum erat cibus eorum. In iunipero .n. quæ ex omni parte habet aculeos, quibus pūgit, notatur auaritia, quæ ex omni parte aculeos habet punctionum, quandoque per detractionem, & inuidiam, quod prohibetur Prouerb. 23. Non comedas cum homine inuido, & ne desideres de cibis eius. Et ibidem, Ne desideres de cibo eius, in quo est panis mendacij: quandoque per elationem, & superbiam, ideo cauete à superbo, quoniam vt dicitur Eccles. 13. Consumet te in cibis suis, donec te exinaniat.

Iob 30.

866 *Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor.*

Hic redditur ratio talis punitionis, dic ut versic. 164. Vel aliter, ista verba dicit Psalm. de malis, quibus spiritus bona inspirat, sed timore temporalium inspirationem omittunt. Sic enim istum passum exponit Gregor. exponēs illud Iob 6. Qui timent pruinam, irruet super eos nix. d. Pruina quippe inferius congelascit, nix autem de superioribus ruit. Et sæpe nonnulli dum temporalia aduersa pertimescunt, districtionē æternæ animaduersionis incurrunt. De quibus bene per Psalmist. dicitur. *Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor.* Iste namque veritatem iam libere defendere appetit. Sed tamen in ipso suo appetitu trepidus, indignationem potestatis humanæ pertimescit. Cumque in terra hominem contra veritatem pauet, eiusdem veritatis iram cœlitus sustinet. Ille peccatorum suorum conscius ea, quæ possidet, indigentibus iam elargiri desiderat, sed tamen ne datis rebus egeat, ipse formidat. Cumque carnis subsidia reseruando trepidus præparat, ab alimētis misericordiæ animam necat. Et cum pati in terra inopiam metuit, æternam sibi abundantiam supernæ refectionis abscindit.

Timor. Gregor. 7. Mor. c. 12.

B 867 *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placēt, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.*

Confirmatur eadem ratio, quia qui hominibus placere cupiunt, Deo displicent. Qui autem displicent Deo, confunduntur finaliter. Et hoc est, quod dicit. *Quoniam Deus dissipauit, &c.* Vbi notandum, quòd per ossa intelliguntur interiores animæ virtutes. Et hoc propter duo. Primo, quia sicut dicit Albertus. Si ossa crescerent semper, animal, cuius sunt, semper cresceret, C quia his crescentibus, crescunt & membra, quæ ossibus sustentantur. Magnitudo enim animalis est maximè ex magnitudine ossium. Sic est de viribus interioribus animæ, ut puta intellectu, voluntate, &c. quia, quandiu vires istæ proficiunt in bono, tamdiu membra extrinseca scilicet, sensus corporei, quorum bonitas ab interioribus dependet, crescunt in bono. Esa. 66. Ossa vestra quasi herba germinabunt. Secundo quia ossa medullis irrigantur, alioquin arescerent. Sic & uires interiores medulla gratiæ debent irrigari. Iob vigesimoptimo. D Medullis ossa illius irrigantur, alioquin desiccantur, & pereunt. Dicit Philosophus, quòd in ossibus porcorum minimum est de medulla. Sic & illi, qui porcis sunt similes, quales sunt illi, qui admodum porcorum terram effodiunt, qui oculos suos statuerunt declinare in terram, modicum habent de medulla prædicta gratiæ, immo nihil. Et tunc necesse est talium ossa dissipari, quia cū non possint esse vacua, si non replentur medulla, replentur vento. Dicit autem

Os ossis. Alber. 16. De animalibus. Philosoph. 4 De animal. 2. Can.

Auicena,

Auicena. Auicena, quod in ossibus quandoque sunt ventositates, quæ erumpendo, frangunt ossa. Sic est de ossibus interioribus malorum, quia non replentur spirituali medulla gratiæ sed replentur vento vanitatis inflatione superbiæ, quæ vires animæ rumpit, & dissipat, quia multis curis distrahit mentem. Esa. 38. Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. Et ps. Dissipata sunt omnia ossa nostra secus infernum. Ad propositum ergo illi, qui curant non Deo placere, sed hominibus, habent vires interiores ventositatibus plenas, & ideo Deus extrahendo ventositatem, dissipat illas. Sicut de antiquis Philosophis, qui habebant intellectum acutum, tamen qui voluerunt magis hominibus quàm Deo placere, Deus dissipauit intellectum eorum, dum tradidit eos in reprobum sensum, ut dicit Apostolus. *Rom. 1.* Et hoc est, quòd hic dicit Psalmus. *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent; confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* Sed hic insurgit *Quæstio. Placere.* dubium scilicet, vtrum licitum sit placere hominibus. Et videtur quòd non ex isto textu. *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* Item Apostolus *Galat. 1.* dicit. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. *1. Cor. 10.* Ad oppositum præcipit Apostolus. Sine offensione estote Iudæis, & gentibus, & ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, nō quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Istam quæstionem cum argumentis facit glos. ad Galat. 1. Et sic respondet. Sunt homines aliqui temerarij iudices susurrones, murmuratores, quęrentes suspicari, quod nō vident; contra tales sufficit testimoniū conscientiæ nostræ. Neque etiam in alijs, quibus placere uolumus gloriam nostram quærimus, vel quærere debemus, sed illorum salutem, ut nos bene ambulantes imitando, non errent, & inde non nos, sed Deum laudent, qui tales nos facit. Non ergo vtilitatem, vel gloriam nostram quærimus, cum placere hominibus volumus; sed gaudemus eis placere, quod bonum est propter ipsorum vtilitatem, non propter nostram dignitatem, Ideoque Apostolus & non se hominibus rectè placere dicebat, quia

E in eo ipso vt Deo placeret intuebatur, & placendum sic esse hominibus rectè præcipiebat, non ut hoc appeteretur tanquam merces rectè factorum, sed quia placere Deo non posset, qui non se his, quos saluos fieri volet, imitandū præberet. Et sicut in Apostolo videbantur, sic in euangelio illa videntur contraria. Dixit enim Christus. *Matth. 5.* Luceat lux vestra coram hominibus. Item, nolite facere iustitiam vestram coram hominibus, vbi illos arguit, qui opera sua ita faciunt, vt finem bonorum operum in laudem hominum ponant, eandemque F quasi pro mercede computant operum suorum, ideo ait. Vt uideamini ab eis, quasi nolite sic facere coram hominibus, quicquid boni facitis, vt videamini ab eis, idest, vt ipse sit finis boni operis vestri uideri ab eis, nolite hic facere finem. Stat ergo solutio in hoc, quod hominibus nō debemus velle placere isto fine, ut ipsorum gratiam, & beneuolentiam acquiramus, sed ut salutem animarum ipsorum procuremus.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suę, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. 868

G HIc ponitur finalis bonorum consolatio. Dic vt versiculo 166. loco Iudæorum ponendo omnes bonos, &c. Restat agere de decimo articulo. Decimus articulus, quem posuit Simon est, *Sanctorum communio. Articulus fidei decimus.* Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Vnde aduerte, quod hoc, quod dicitur, sanctorum communionem, dupliciter exponitur. Primo, credo per fidem sanctæ ecclesiæ pertinere ad sanctorum communionem. Et iste *De summa Trinitate. Communio.* H sensus approbatur, extra de summa Trinitate, capitulo firmiter. Vbi dicitur, quòd vna est vniuersalis fidelium ecclesia, extra quam nemo saluatur. Vel sic, credo, quòd unitas ecclesiæ tanta est, quòd quilibet, qui est membrum ecclesiæ, particeps est omnium, quæ sunt totius corporis. Pro cuius declaratione sciendum, quòd tanta actualis est vnitas fidelium, & ecclesiæ, quòd omnes fideles sua merita, & bona opera sibi inuicem communicant, secundum magis

gis, & minus ut fideles sunt magis, & minus dispositi ad huiusmodi participationem. Disponitur autem quis ad participandum bona, & merita vniuersalis ecclesiæ, per gratiam, quæ omnia facit esse communia, ideoque secundum quod aliquis est in maiori, vel minori gratia, secundum plus, & minus participat ecclesiæ bona, etiam si sibi specialiter non applicentur. Et hoc notabat Psalmista dicens. Particeps ego sum omnium timêtium te. Et hoc est, quod notat articulus dicens Sanctorum communionem. Non solum autem hoc verum de sanctis, quamdiu sunt in uia, sed etiam de animabus in purgatorio existentibus, quia omnium bonorum, quæ hic fiunt habent communionem, scilicet, secundum quòd sunt magis vel minus capaces. Et hoc ex parte operis operati. Ita quod si celebrarem pro Petro existente in gratia, & Martino, si Martinus sit in maiori gratia, magis de ista missa participabit, posito quòd ego missam ad Martinum non applicarem. Ista talis sanctorum communio probatur primo auctoritate Hieron. & habetur de consecr. distinctione quinta non mediocriter. Vbi dicitur quòd cum pro cunctis animabus psalm. vel missa dicitur, nihil minus accipit quisque, quam si pro vnoquoque ipsorum diceretur. Secundo hoc expresse tenet dominus Guido in expositorio, exponens dictum capitulum, non mediocriter. Tertio hæc est opinio Domini Præpositiui, dicêtis, quòd suffragia pro aliquo facta, nô magis prosunt ei, pro quo fiunt, quàm alijs, sed prosunt unicuique secundum quod magis sunt digni. Ratio, quia charitas facit omnia esse communia, diuidens singulis pro vt sunt capaces, ponit exemplum de candela, quæ accenditur pro aliquo diuite, quæ non minus prodest illis, qui cum ipso sunt, quam diuiti, sed forte magis secundum quod oculos habent clariores. Similiter de lectione, quæ non magis proficit ei, pro quo legitur, quàm alijs, &cet. Quarto hæc est opinio domini Hostiens. in summa sua, titulo de pœnitentia, paragrapho, quibus mortuis. Veruntamen ad maiorem declarationem horum, ego uoto quòd opera bona vt orationes, &cet.

Suffragia Hieron. de consec. d. 5.

A possunt considerari dupliciter, uno modo in quantùm meritoria, alio modo inquantum satisfactoria. Primo modo reputo verum quod dictum est. Secundo modo reputo dubium. Et hoc ex opere operato non operantis. Sed hic est vnum dubium. Si tanta est sanctorum communio virtute charitatis, quòd omnes fideles in charitate existentes, sanctorum, & iustorum merita participant, unusquisque secundum suæ charitatis proportionem, nunquid Petrus existens in maiori charitate, quàm Linus, merita Lini, ut puta ieiunium Lini, orationem, vel eleemosynam magis

Opera bona et orationes duplices. Charitas.

B participat ipso Lino. Et videtur quòd sic: quia postquam sanctorum bona ab omnibus participantur secundum virtutem charitatis ipsorum, quæ facit sanctorum communionem, & Petrus est in maiori charitate quàm Linus, sequitur propositum. Respondens dico, quòd, non obstante sanctorum communione, meritum plus proficit merenti quàm alteri: licet in maiori charitate existenti. Et ideo nota, quòd charitas sic applicat merita, & facit sanctorum communionem, sicut, & dilectionem. Di-

C lectionem autem sic facit charitas, vt dicit Magister libro tertio, distinctione vigesimanona, vt prius diligatur Deus, secundo id quod nos sumus, tertio proximus, quarto quod infra nos est, scilicet corpus nostrum. Sic ergo posito, quòd proximus sit in maiori charitate quàm ego, uirtute tamen charitatis teneor me plus diligere quàm ipsum. Cuius ratio est, quia uia charitatis incipit à se, & decurrit in proximum. Sed quia proximos respicit secundum eorum bonitatem, ideo secundum proportionem charitatis, & bonitatis aliorum

D alios facit charitas diligere. Sic dico in proposito, quòd cum ordinata charitas incipiat à seipso, & consequenter tendat in alios, quòd charitas *Lini*, cuius virtute est opus suum meritorium, primo, & principalius illud sibi applicat, ac magis, quia ipse simul cum charitate operatur, consequenter autem illud applicat ad proximos magis, & minus, secundum eorum maiorem, vel minorem bonitatem, vel charitatem. Et sic efficitur, quòd plus

plus habenti, plus datur, & minus habenti, minus. Sic enim est de merito Christi, quod applicatur cæteris secundum eorum charitatis bonitatem. Istam ergo meritorum communionem notans articulus dicit. Sanctorum communionem. Vnde nos vna cum Apostolo dicentes. Simus obsecrantes gratiam, & communicationem ministerij, quod est inter sanctos. Sed quia hæc sanctorum communio, solum virtute charitatis habetur, quæ omnia peccata remittit, ideo remissionem peccatorum, quæ huic communicationi est necessaria, subdit articulus. i. d. Remissionem peccatorum. Et est sensus. Credo quod charitas, & sacramenta, quibus fideles communicant, conferant remissionem peccatorum. Sic enim debemus credere pœnitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes, quod principalius facit charitas. Figura de Magdalena, cui remissa sunt peccata multa. Alia ratio non assignatur, nisi quia dilexit multum. Iste autem articulus quo ad duas partes prædictas significatur in decimo fundamento ciuitatis, quod erat Chrysoprasus, qui lapis actum ignis virtualem exprimit. Nam ut dicit Magister libro decimosexto, hic lapis de nocte est igneus. Ignis autem habet duas virtutes, scilicet multiplicatiuam, quia se communicat sine sui detrimento, & purgatiuam, quia metalla ab omni sorde purificat. Ex prima significat sanctorum communionem, ex secunda remissionem peccatorum. In hoc ergo, quòd iste lapis de nocte est igneus, figuratur quòd in nocte præsentis vitæ ex dicto articulo fidei dictas duas virtutes ignis debemus credere, vnde iste articulus potest dici sermo Dei ignitus prouerb. trigesimo iuxta illud Psalmi. Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Et quia iste articulus tractat sanctorum communionem, & remissionem peccatorum, quæ fiunt per charitatem, & pœnitentiam. Ideo potest dici illud fundamentum, de quo habetur ad Hebræos sexto, quòd est fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, &c.

2. Cor. 8. — Luca. 24. — Luca 7. — Chrysoprasus. — Ignis. — Prou. 30. — Psal. 118.

PSAL. LIII.

D*Eus, in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me.* 869

PSALMVS Iste talem habet titulum. *In finem in carminibus intellectus David, cum venissent Ziphæi ad Saul, & nunciassent Sauli, nonne Dauid absconditus est apud nos?* Pro expositione literali huius tituli, est notandum, quòd (vt habetur historia primo Regum vigesimotertio) cum Saul persequeretur Dauid: Dauid fugit, & abscondit se cum suis in monte Ziph, in quo habitabant Ziphæi, qui erant de tribu Iuda cum ipso Dauid. Quapropter Dauid magis confidens de ipsis, apud eos declinauerat, ut ibi saluari posset, ne Saul ipsum inueniret. Ipsi autem Ziphæi gratiam Saulis acquirere uolentes, proditores fuerunt, & nunciauerunt Sauli dicentes. Ecce Dauid apud nos latitat, descende vt tradamus eum in manus tuas. Descendit ergo Saul. Quod cum nunciatum fuisset ipsi Dauid, statim recessit inde, & fugit ad tutissima loca Engaddi. Erat autem ibi in monte quædam magna spelunca, in qua Dauid cum suis habitabat. Quod ignorans Saul, speluncam illam intrauit, ut uentrem purgaret, & deposuit chlamydem ad partem. Tunc Dauid, qui ibidem latitabat cum suis, videns se habere persecutorem suum in manu sua, noluit tamen manum mittere in ipsum, sed latenter præscidit oram chlamydis Saul, & recessit. Saul autem de hoc non aduertens, purgato ventre, recessit. Tunc Dauid post ipsum exiuit speluncam, & clamauit post Saul, dicens. Domine mi rex, quare audis verba hominum dicentium, Dauid quærit malum aduersum te? Respice, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea. Quoniam cum præciderem oram chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Aduerte ergo, quòd non est malum in manu mea, tu autem insidiaris animæ meæ. Dixitque tunc Saul ad Dauid Fili mi, tu iustior es quàm ego, tu tribuisti mihi bona, & ego reddidi

De conse. d. 4. postquã. — 1. Reg. 23.

reddidi tibi mala &c. Ad propositum ergo, cum Dauid uideret se inimicum suũ habere in manu sua, fecit istum psalm. rogans Deum ut saluaret eum, idest, prę seruaret ab homicidio, ne scilicet interficeret Saulem, sicut suggerebant ei viri sui. Vnde orans dixit. *Deus, in nomine tuo saluum me fac*, &c. ne scilicet incurram homicidium. Ex prædictis apparet expositio literalis tituli, & materia psal. Et ad istum intellectum psalm. iste litteralis habet duas partes, Quia Dauid primo ponit suam deprecationem. Secundo vt facilius exaudiatur, facit Deo uotum, & promissionem, ibi. *Voluntarie*. Quantum ad primum dicit. *Deus, in nomine tuo*, &c. Dic vt Nicolaus de Lyra. Quantum uero ad intellectum propheticum, sciendum quod totus iste psalmus agit de bonis, & sanctis uiris, ostendens qualiter hic in præsenti sunt inter malos. & persequuntur ab eis, monens eos inter malos habere patientiam, & auxilium sperare diuinũ. Et hoc innuit titulus prædictus intellectus spiritualiter. Vbi notandum, quod Ziphæi, inter quos latitabat Dauid, interpretatur florentes. Et significant illos, qui in præsenti florent gloria temporalium rerum, quorum gloria est ut flos fęni, quod hodie floret, & cras inclibanum mittitur. Dauid autem iustus, qui inter istos latitabat, significat uiros sanctos mortuos mundo, quorum vita in præsenti latet, quibus dicebat Apostolus. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, &c. Saul autem, qui interpretatur abutẽs, significat diabolum regem super omnes filios superbiæ, qui creaturis Dei abutitur, dum homines omnes ad malum conatur inducere. Ziphæi ergo tũc nunciant Sauli, quòd Dauid inter illos habitat, ut ipsum tradant in manibus Saul, quando homines mundi, & peccatores bonos persequuntur, ad hoc ut ipsos per peccatum diabolo tradant, quod tamen effectum non habet. Est ergo sensus tituli talis. *Intellectus Dauid in carminibus*, idest, in laudibus: quia per hoc intelligitur etiam, quod in aduersis laudandus sit Deus. *Cum uenissent Ziphæi, & nunciassent*, &c. scilicet quando mali bonos in manibus diaboli tradere uolunt. Et hoc in finem, quia scilicet

Ziphæi.

Colos. 3.

A licet in præsenti non apparet virtus iustorum inter malos, sed apparebit finaliter. Intentio Psalmi est bonos mouere, vt etiam in aduersis laudent Deum. Et secundum hoc Psalmus iste diuiditur in partes tres. Quia Psalmista in persona bonorum omnium loquens, uidens se inter malos positum, & persecutum ab illis, primò diuinam implorat misericordiam. Secundò persecutorum explicat malitiam: ibi. *Quoniam alieni*. Tertio in Deo plenam ponit confidentiam, ibi. *Ecce enim Deus adiuuat me*. Prima diuiditur in partes duas. Quia primo ponit

B suam orationem. Secundò suæ orationis implorat exauditionem, ibi. *Deus exaudi*. Quantum ad primum ait. *Deus, in nomine tuo saluum me fac*. Vbi nota quòd duplex est nomen uerbi incarnati, s. proprium, & appellatiuum, propriũ nomen est Iesus, sed appellatiuum est Christus, quia omnes inuncti reges, & sacerdotes Christi vocabantur, hic autem loquitur de proprio nomine, quod est Iesus. De quo Lucæ 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorum. Vnde qualiter nos saluat, vide superius versiculo 655.

Duplex nomen uerbi incarnati.

C Sic ergo hic dicit. *Deus in nomine tuo*, scilicet quod est Iesus, *saluum me fac*, id est, imple in me rem nominis tui, quæ est saluatio, quia Iesus saluator interpretatur. Ex quo apparet, quòd Dauid sic orando mysterium incarnationis præuidit. Sequitur. *Et in uirtute tua iudica me*. Aliqui textus habent. *Et in uirtute tua libera me*, quia aliqui timentes diuinum iudicium, non audent petere iudicari, sed solum liberari. Et sic textum istum corrumpunt, quia verus textus dicit. *Et in uirtute tua iudica me*. Vbi sciendum, quòd duplex est iudicium, scilicet

Saluare.

Iudicare Dei.

D discussionis, & discretionis, de quo supra vers. 367. Hic autem loquitur de iudicio discretionis. Item notandum, ꝙ virtus Dei dicitur verbum Dei per quod omnia facta sunt. Ad Hebr. 1. Portans omnia verbo uirtutis suæ, quod in humanitate assumpta in finali iudicio diuidet & discernet bonos à malis. Matthæ. 25. Quia statuet quidem oues à dextris, &c. Et sic dicere, *in uirtute tua iudica me*: nihil aliud est, nisi per uerbum tuum incarnatum discerne me à malis,

Hebr. 1.

Matth. 25.

malis & damnandis. Vel per uirtutem Dei intellige misericordiam, quæ maxime omnipotentiam Dei manifestat, sicut cantat ecclesia. Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo, & miserando maxime manifestas. Et tunc petit, ut per misericordiam sibi peccata dimittãtur, vt à malis diuidatur, quasi dicat. Per misericordiam tuam iudica, idest, diuide me à malis.

870 *Deus, exaudi orationem meam, auribus percipes verba oris mei.*

HIc consequenter suæ orationis implorat exauditionem. *Auribus percipe*, &c. Vbi nota quod auris Dei non est corporale instrumẽtum, sed est eius gratia, qua nostris votis annuit. Sic enim auris Dei pro exauditione accipit Salomon. 2. Paralip. 6. dicens Deo. Sint aures tuæ intentæ super orationẽ quæ fit in loco isto, & Psalm. 85. Inclina aurem tuam, & exaudi me. Item nota, quòd capio componitur cum per, & fit percipio, pis, & est idem quod perfectè capere, & intelligere. Quamuis enim Deus omnia perfectè percipiat, & intelligat, tamen propriè illud dicitur perfectè capere, quod approbat, & sic percipere Deum verba nostra est orationem nostram acceptando approbare. Sic enim orabat superius Psalmo quinto, dicens. Verba mea auribus percipe, domine, &c. Et nota hic duplicem modum orandi, scilicet corde, & voce. Quãtum ad primum dicit. *Deus, exaudi orationẽ meam.* Quantum ad secundum dicit. *Auribus percipe verba.* Ad denotandum, quod in oratione cum affectione cordis, etiã verba vocalia concurrere debent. Sed forte dicit. Nunquid sufficit orare corde sine exterioribus verbis. Dic vt supra versic. 39.

Auris percipere.

2. Par. 6.

Duplex orandi modus.

Quæstio.

871 *Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.*

HIc persecutorum explicat malitiã. Quantum ad literam, si Dauid loquitur in persona propria, loquitur de Ziphæis, qui eum prodere uolebant in manibus Saul. d. *Quoniam alieni*, idest, Ziphæi *insurrexerunt aduersum me*, scilicet proditoriè. *Et fortes quæsierunt animam meam*, idest, Saul cum suis complicibus, qui erant fortes temporaliter, *quæsierunt animam meam*, idest, vitam meam sine ratione, ideo *Non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* Sed nõ uidetur, quòd Ziphæi essent alieni à Dauid: quia erant de eadem tribu. Ziph nãque vicus erat pertinens ad tribum Iudæ, de qua tribu erat Dauid. Sed dic, quod alieni erant à Dauid non tribu, vel loco, sed malicia, & uoluntate, quia prodiderunt eum Sauli. Secundum autem sensum propheticũ Dauid loquitur in persona omnium bonorum, contra quos alieni, idest, dæmones insurgunt. Vnde istum textum exponit Gregorius dicẽs. Quis verò alienus nisi apostata angelus vocatur? Vnde per psalm. de cunctis simul spiritibus malignis dicitur. *Quoniã alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam.* Et sic nomine alienorum, accipiuntur dæmones cum omnibus suis membris, idest, iniquis hominibus, qui iustos persequuntur. Vel Dauid ista verba in persona Christi dicit de Iudæis, qui cum carne propinqui essent Christo, tamen uoluntate peruersa increduli facti sunt alieni. De quib. dicitur Iob decimonono. Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserũt à me. Iudæi enim fratres erant Christi carne, noti erant lege, quia per prophetas, & legem ipsum cognouerunt venturum. Sed quando uenit, elongati sunt ab eo cultu, & fide, & sic facti sunt alieni. Vnde prædicta verba exponens Gregor. dicit. Ioannes de Christo dicit. In propria uenit, & sui eum non receperunt. Ab ipso quippe Christo Iudæi fratres secundum carnem longè facti sunt, & noti recesserũt, quia quem per legem, & prophetas nouerant uenturum, uenientem minimè recognoscebant. Iudæi enim propinqui per carnem, noti per legis instructionem, quasi obliti sunt quem prophetauerant, dum eum, & incarnandum verbis legis cauerent, & incarnatum uerbis perfidiæ negarent, &cet. Vnde & de Iudæis conqueritur Christus. d. Filii alieni mentiti sunt mihi, &c. Vide versic. 246. Notandum autem quòd generaliter omnes

Alienus.

Greg. 12. mor. c. 18.

Iob 14.

Greg. 14. mor. c. 21.

Ioan 1.

Psal. 17.

omnes mali dicuntur à Christo alieni: quia etsi per baptismum efficiuntur filij tamen peccando efficiuntur alieni & filij diaboli. Dicitur in libro de naturis rerum, quòd Syris, & Apbris non nocent aspides. Et ideo pueros ex se natos obijciunt aspidibus, ut experiantur, an sint sui filij, vel alieni. Si enim eis nocent aspides, sciunt eos non esse suos, sed adulterinos. Si verò eis non nocent, approbant eos esse suos. Sic & conformiter Christus habet experientiam de regeneratis. Scit enim quòd quandiu sunt filij sui, aspis, idest diabolus eis non potest nocere, nec eos uenenare, quia de filio Dei scribitur. Super aspidē, & basiliscum ambulabis, &cæt. Et ideo si quis à diabolo uenenatur, scit ipsum non esse filium suum, sed alienum: quia vt dicitur 1. Ioan. tertio. Omnis qui natus est ex Deo, non peccat. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli, &c. Vnde de istis filijs sic alienatis dicit. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, &c. Vnde tales multipliciter describuntur. Primo ex nimia falsitate. Et quātum ad hoc dicit Christus. Filij alieni mentiti sunt mihi, quia, scilicet, quæ in baptismo promiserunt, nō obseruant, promiserunt enim renunciare diabolo, & omnibus pompis eius, tāquam ascripti militiæ regis cęlestis. Dicit Vegetius, quòd milites iurant omnia se strenuè facturos, quæ præcepit Imperator, nūquam deserturos militiam, nec mortem recusantes pro republica. Consimilia iurant, qui ad militandum summo imperatori ascribuntur. Ideo falsi Christiani non solum sunt mendaces, sed etiam facti iuramenti sui, seu uoti transgressores. Cum enim ad pugnam uenerint, non confligunt, sed aciem, & militiam deserunt. Et ratio potest haberi ex eo, quod dicit Vegetius. Miles qui scit sumptus suos apud signa positos, de deserendo nihil cogitat, sed magis signa diligit, pro illis in acie fortiter dimicat, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam positam vi det substantiam. Ex quo patet, quòd si sumptus atque substantiam alibi quàm apud signa habeat, retrahit hoc militem à pugnando, & est ei occasio signa deserendi. Propter quod Agesilaus dux Lacedæmoniorum (sicut narrat Sextus Iulius Frontinus lib. primo.) cum comperisset multos suos milites in ciuitate, quæ prope fuerat, omnia sua preciosa deposuisse, præcepit oppidanis, ne quicquam reciperent, quod ad suos milites pertinebat, ut sic ardentius dimicarent milites, qui scirent pro omnibus suis esse bellādum. Sic in acie Christianorum, cum ipse Christus crucifixus sit signum secundum illud Esa. 55. Erit dominus nominatus in signum æternum. Apud istud signum cogitat uerus miles Christi omnem suam substantiam esse repositam. dicens illud psal. Substantia mea apud te est. Et ideo de deserendo signo, talis nunquam cogitat, sed constanter pro ipso dimicat. Secus est de illo, qui totam substantiam suam alibi repositā habet, puta in ciuitate huius mūdi, dicēs illud psal. Substantia mea in inferioribus terræ. Vnde talis nec est fidelis miles, nec verus Christianus. Vnde Aug. de decem cordis. Non enim debent Christianorum mentes de præsenti sęculo co gitare. Qui enim de futuro sæculo non cogitat, nec propterea Christianus est, vt illud quod in fine promittitur accipiat, nec dum Christianus est. Tales ergo infideles milites, & falsi Christiani dicuntur alieni, qui contra ecclesiam insurgunt. De quibus nunc dicitur. *Quoniā alieni insurrexerunt aduersum me*, &cæt. Amos 5. Filios alienos genuerunt.

Assides. *Psal. 90.* *Psal. 17.* *Vegetius, lib. 1.* *Milites.* *Veg. lib. 2.* *Psal. 38.*

Ecce enim Deus adiuuat me, & dominus susceptor est animæ meæ. 872

Ostendit hic Psalmista se in Deo plenam habere confidentiam. Et diuiditur in partes quatuor. Quia primò in Deo suam ponit confidentiam. Secundò ad inimicos verā ostendit amicitiam, ibi. *Auerte mala*. Tertiò debitam Deo exoluit gratiam, ibi. *Voluntaria*. Quartò in Deo perfectam habet lætitiam, ibi. *Quoniam ex omni tribulatione*. Quantum ad primum ostēdens se in Deo habere confidentiam, & non in mū do, dicit. *Ecce enim Deus adiuuat me*, &c. Vbi sciendum, quòd propheta spiritu prophetico eleuatus vidit uerbum pro nostro adiutorio incarnandum, vnde istud adiutorium per incarnationem factum

Adiutor noster Christus.

Psal.37. ctum humiliter postulabat Psal. dicens. Exurge in adiutorium meum, domine Deus salutis meæ. Surrexit enim Deus in adiutorium nostrum, quando Dei verbum caro factum est. Et hunc adiutorem flagitabat Iob 31. dicens. Quis tribuat mihi adiutorem, ut desideriū meū omnipotens audiat? Quod exponens Gregor. 22. mor.c.18. Gregor. dicit. Sciens sanctus Iob, quòd suis meritis redimi non poterat, adiutorem quærit. Et quem nisi vnigenitum filium Dei contemplatur, qui humanā naturam in hac mortalitate laborantē Incarnatio Christi. dum suscepit, adiuuit. Ipse quippe adiutor adiuuit hominem factus homo, vt F quia puro homini uia non patebat redeundi ad Deum, via fieret per Verbum Dei. Longè quippe distabamus à iusto, & immortali, nos mortales, & iniusti. Sed inter immortalem, & iustum & nos mortales, & iniustos apparuit mediator Dei, & hominum mortalis, & iustus, qui & mortem haberet cum hominibus, & cum Deo iustitiam, ut quia per ima nostra longè distabamus à summis, in seipso vno adiutor noster factus iungeret ima cum summis, atque ex eo via redeundi nobis fieret, quo summis suis ima nostra copularet, &cæt. Hunc ergo mo- G dum adiutorij hic Psalmista præuidens in persona omnium bonorum dicit. *Ecce enim Deus adiuuat me*. Et statim modū ostendit, dicens. Et (pro quia) *Deus susceptor est animæ meæ*. Per animam enim, quæ est principalior pars hominis totam naturam humanam intellige. Suscepit ergo Dominus animam nostram, quando Dei fili us, vt nos adiuuaret, factus est homo. Et in isto adiutorio plenè confidit quilibet iustus dicens filio Psal.118. Dei illud psal. 118. Adiutor, & susceptor meus es tu, & in verbum tuum, scilicet incarnatum, super speraui.

873 20.q.3. præsens.

Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.

Consequenter hic ad inimicos se ostendit habere amicitiam, & hoc pro ipsis orando ut conuertantur, dicēs. Auertere. *Auerte mala*, &cæt. Vbi nota, quòd verto vertis, componitur cum a, & fit auerto. tis. & habet duo significata, scilicet Psal.118. remouere. Et sic dicitur psalmo. 118. E Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, aliquando idem est quòd tergum vertere, Psalm.43. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, &c. Hic autem accipitur pro remouere. Orat ergo vt auertantur, idest, remoueantur mala ab inimicis, & non tam pœnæ quā culpæ. *Et in veritate tua disperde illos*, idest, disperde illos à priori intentione, & pone eos *in veritate tua*, idest, fac vt veniant ad veritatem tuam.

874 De consecr. d.5. non me deceret.

Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, domine, quoniam bonum est.

Hic promittit gratiarum actiones. Vbi notandum, quòd sacrificium est triplex, quòd Deo sacrificare debemus, vide supra versi. 817. Item nota, q. voluntariè sacrificare, est gratis, & non propter aliud sacrificare. Ille ergo voluntariè Deo sacrificat, qui propter sacrificium suum nihil aliud à Deo quærit, qui autem propter sacrificium aliud à Deo quærit, si illud haberet, non sacrificaret. Et quia omnia nostra bona opera in laudem Dei debent terminari, ideo subdit. *Et confitebor nomini tuo*, scilicet confessione laudis, quoniam bonum est. Sed quod est illud nomen cui confitendum est? certè nomen Iesus, accipiendo nomen pro significato nominis, de quo Phil.2. dicit Apostolus ad Philip. 2. Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genuflectatur, & omnis lingua confiteatur, &c.

Triplex Deo sacrificiū est offerendum.

875 7.q.1. aduersitas.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

H Hic ostendit, quòd solum in Deo vera habetur lætitia, quia solus Deus ab omni tribulatione nos liberare potest. Non quidem plenè liberat in Tribulatio. præsenti, sed in futuro, ideo hic accipitur præteritum pro futuro ratione certitudinis propheticæ. In præsenti enim vita tribulationes patimur, ut purgati in futuro consolationem Dei inueniamus, propter quod dicitur Iob capitulo Iob. 5. quinto. In sex tribulationibus liberabit Sex. te, & in septima non tanget te malum. Septem.

Quod

Gregor.6. mor.c.17. Quod exponens Grego. ait. Quid enim senario numero, quem septimus sequitur: nisi præsentis vitæ operatio, discursuíq; significatur? Sextò quippe die omnia perficiens, hominem condidit, & septimo die Deus requieuit. Perfectis ergo omnibus requies sequitur, quia post bona vitæ præsentis opera, retributio æternæ quietis inuenitur. In sex itaque tribulationibus dominus nos liberat, ne nos in septima malum tangat, quia per paternæ pietatis eruditionem præsentis vitæ labore nos atterit. Sed in aduentu iudicis à verbere abscondit, vt tanto tunc ad salutem certiores exhibeat: quã to nunc flagella durius secant. *Et super inimicos meos despexit oculus meus.* Quod ideo dixit, quia sancti in patria videbũt damnatos deorsum positos. Nam specio, cis, quod est videre, vel considerare, componitur cũ de, & fit despicio despicis, quod est deorsum aspicere, vel contemnere. *Resurrectio. Articulus vndecimus fidei.* Restat in materia articulorum nunc consequenter agere de vndecimo articulo, quem posuit Iudas, vel Thadæus, dicens. Carnis resurrectionem. Vbi notandum, quòd secundum *Aug.22.de ciuit.c.7.* Augustinum, duplex est resurrectio, scilicet prima, quæ est animarum: & secunda, quæ est corporum. *Apoc. 20.* Prima fit, quando homo vitam gratiæ per peccatum perditam recuperat, de qua dicitur Beatus, qui habet partem in resurrectione prima. In his enim secunda mors non habet potestatem. Secunda est resurrectio corporum, quæ erit in fine generaliter omnium tam bonorum quàm malorum, de qua 1. Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus, &c. Articulus autem præcedens primam resurrectionem posuit, dicens, Remissionem peccatorũ. Hic autem ponit secundam, dicens. Carnis resurrectionem. Hic autem articulus maximè mouere debet homines ad bona opera peragenda. Remota enim spe resurrectionis, remota erit omnis obseruatio pietatis. Et ideo diabolus homines in errorem contra istum articulum nititur inducere, vt ipsos peccatis facilius inficere possit. Vnde Chrysostomus super Matthæũ. Videns diabolus, quòd iustitiam Dei omnino extinguere non potuit, introduxit hæresim Saducæorum, qui dicunt, non esse resurrectionem mortuorum, quæ res omni homini facienda iustitiæ propositũ frangit. Quis enim erit contentus aduersus semetipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem resurrectionis aspiret? Et ideo ad huius articuli declarandam veritatem multiplex est ratio. Prima ex parte diuinæ iustitiæ, quam facit Damascé libro quarto, dicens. *Damasc.* Si resurrectio non est, nec Deus est, neque prouidentia est, tunc casu omnia feruntur, & aguntur, videmus enim plurimos iustos esurientes, & iniuriam ferentes, peccatores autem, & iniustos in diuitijs, & in omnibus voluptatem habentes. Sed quis vnquam hoc iusti iudicij, vel sapientis prouidentiæ opus benè sentiens suspicabitur? Erit ergo resurrectio. Iustus ergo Deus est ijs, qui confidunt in eum, mercedis retributionem in resurrectione seruans: malis autem punitionem. Et hanc rationem tangit Apostolus. 2. ad Corinth. 5. dicens. Oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, quæ gessit, siue bonum, siue malum. Secunda ex parte resurrectionis Christi, sicut arguit Apostolus, dicens. *1.Cor.15.* Christus resurrexit: ergo & nos resurgemus, antecedens patet, quia aliter vana esset fides nostra, & consequentiam probat gloss. quia Christus propter nos totum fecit, & patet ex alio, quia si resurrectio repugnaret humanitati Christi, repugnaret omni homini, quia quantum ad humanitatem Christus est vniuocè homo cũ alijs hominibus. Hanc rationem expressè facit Iob 19. dicens. Scio, quia redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Ipse enim tunc fidem habens de Christo futuro, & futura eius resurrectione, cuius certitudine fidei præteritum pro futuro posuit, dicens: scio, idest, firmiter credo, quòd Redemptor meus Christus pro omnibus moriturus resurget à mortuis, & uiuet in æternum. Et ideo ad Christi resurrectionem, tanquam ad antecedens addit consequens, dicẽs. Et ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, &c. Hanc fidem resurrectionis cõfessa fuit illa discipula Christi Martha, dicens. *Ioan. 5.* Scio quòd resurget in resurrectione in nouissimo

Rr 2 die.

die. Tertia, ex parte satisfactionis. quia iustum est, quòd satisfacto pro peccato, pœna peccati cesset, sed mors, siue priuatio uitæ est pœna peccati Adæ. Rom. 5. Cum ergo Christus plenè satisfecerit pro peccato Adæ, iustè debet cessare mors, & priuatio vitæ. Et hanc rationem facit Apostolus 1. Corinth. 15. dicens. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorũ, sicut ergo in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quarta, ratione appetitus naturalis: quia anima separata appetit vniri corpori, tã quam ad perfectum esse naturæ humanę secundum speciem, unde anima separata manet imperfecta quo ad esse specificum. Decet autem diuinam bonitatem (quæ omnia fecit, ut essent perfecta) quod anima non semper careat esse perfecto secũdum speciem. Et hoc est quod dominus promittit Esaię vigesimosexto dicens. Viuent mortui tui, & interfecti tui resurgent. Sed contra ueritatem huius articuli restat una difficultas, quia multorum mortuorum animæ iam sunt beatæ. Aut igitur uolunt reuniri corpori, aut non. Si uolunt, & defacto non uniuntur, ergo non sunt beatæ, contra positum, patet consequentia, quia beatus est, qui habet quicquid vult. Si autem nolunt, ergo non reunientur, quia cum omne inuoluntarium sit triste. tertio Ethicorum, iam in beatis caderet tristitia, quod est falsum. Respondeo, & dico quod uolunt vniri. Ad argumentum dico, quod beatus habet quicquid vult, sicut vult, & quando vult, anima autem beata vult uniri corpori suo modo, non pro modo, sed pro tempore statuto. Iste articulus figuratur in undecimo fundamento, quod erat hyacinthus, qui lapis vitam membris animalem tribuit stabiliter. Nam vt dicit Magist. libro decimosexto hic lapis vigorem dat membris, & vegetat neruos. Et sic significat vltimam resurrectionem corporum, quæ membris omnium quanquam incineratis, & dissolutis, ac dispersis in unum colliget, & vigorem vitæ ipsius reuniendo animam præstabit, ut amplius mori non possint, vnde resurrectionis immortalitas, etiam in isto lapide figuratur, qui ut dicit Magist. vbi supra, resistit pestilẽtijs, ad denotandum, quòd talis ac tanta erit virtus resurrectionis, ut omni pestilentiæ mortis resistat integraliter. Et ideo de immortalitate resurrectionis per istũ lapidem hyacinthũ figuratę, dicetur humano generi illud Ezec. 27. Hyacinthus operimentum tuum.

1. Cor. 15. — *Esa. 26.* — *Quæstio.* — *Resp.* — *Hyacinthus* — *Ezech. 27.*

PSAL. LIV.

EXAUDI *Deus orationem meam, et ne despexeris deprecationẽ meã: intende mihi & exaudi me.* 876

PSALMUS Hic talem habet titulum. *In finem in carminibus intellectus Dauid.* Pro cuius intellectu notandum, quòd Dauid fecit istũ Psal. quoad litteram, quando ipse fugiens de Ceila, saluatus fugit de manibus Saul, qui volebat eum in Ceila obsidere. Vbi notandum, quòd (vt habetur primo Regũ vigesimotertio) cum Dauid fugiens à facie Saulis, maneret cum suis absconsus in saltu Aret, nunciatum est ei, quòd Philisthæi oppugnarent Ceilam ciuitatem, qui statim assumptis socijs, abijt in Ceilam, & pugnauit aduersus Philisthæos, & percussit eos plaga magna, & sic saluauit habitatores Ceilæ, & cœpit manere in Ceila. Quod cum audisset Saul, cum exercitu suo se præparauit, ut ad ciuitatem Ceilæ veniret, & obsideret eam, quousque traderent uiri Ceilæ Dauid, & viros eius in manibus Saul. Reuelauit autem Deus ipsi Dauid, quòd si maneret ibi, viri Ceilę traderent eum, & suos ipsi Saul, & tunc exiuit ciuitatem cum suis, & uagabantur huc atque illuc incerti. Et uidens Dauid se liberatum de manibus Saulis, fecit istũ Psalmum, etiam rogans Deum, vt in futuro ipsum de manibus Saulis liberaret. Est ergo sensus tituli talis. Iste Psalmus dirigens nos in finem, scilicet, Christum, est *intellectus Dauid in carminibus*, idest, intellectus Dauid in isto Psalmo est *in carminibus*, idest, in laudibus diuinis, quia ipsum liberauit de manibus Saulis. Quia ergo Psalm. iste est historialis. Primo dicam litterã, secundo sensum

1. Reg. 23.

sum propheticum exponam. Quantum ergo ad literam iste Psa. diuiditur in partes tres. Quia primò Dauid suum explicat periculum. Secundò Ceilæ increpat populum, ibi. *Præcipita, domine*. Tertiò diuinum implorat suffragium, ibi. *Ego autem ad dominum clamabo*. Dic vt Nicol. de Ly. Quantum verò ad sensum Propheticum, primò exponendus est titulus, dicens, *In finem in carminibus intellectus Dauid*. Vbi sciendum, quòd secundum Magistrum per Dauid hic intelligitur Christus non secundum caput, sed secundum corpus, idest, ipsa bonorum ecclesia. Cuius eruditio, & intellectus summopere est aduertere locum, in quo modo est, in quo multa aduersa patitur. Et hoc intelligere debet in carminibus, idest in laudibus vt hoc intelligens semper Deum laudet, siue erudiat aduersis, siue lætis consoletur. Quod si faciat tunc dirigetur in finem, scilicet in Christum. Iste ergo psal. est *intellectus*. i. eruditio Dauid, scilicet, ecclesiæ dirigẽs nos in finem, scilicet, Christum. Et hoc *in carminibus*, idest, in laudibus. Intentio Psalmistæ est monere ecclesiam attendere mala, quæ hic patitur, & inter illa plangẽdo laudare Dominum. Et sic iste Psal. diuiditur in partes tres. Quia Psal mista in persona ecclesiæ contra mala præsentis vitæ suam ponit orationem. Secundò diuinam expectat consolationem, ibi. *Expectabam eum*. Tertiò diuinam iustam ponit retributionem, ibi. *Ego autem*. Prima pars diuiditur in partes tres. Quia primò postulat suam orationem Deo fore placitam. Secundò suã multiplicem explicat miseriam, ibi. *Contristatus sum*. Terriò pro remedio diuinam petit gratiam, ibi. *Quis dabit mihi*. Quantum ad primum sciendum quod non omnis oratio quę exauditur à Deo est Deo beneplacita. Quia quandoque multi exaudiuntur ad uotum, etiam ad ipsorum detrimentum, & peccatum, ut si quis à Deo petat in temporalibus prosperari, & amittat æterna, vel vt prosperè committat furtum, vel adulterium, & obtineat, tunc enim Deus iratus tali cõcedit postulata, quę sibi tamẽ non sunt placita, sed sola oratio, quæ fit pro æternis, & celestibus Deo placet. Psalmista ergo non solum à Deo petit exaudiri, sed quod principalius est, ut eius oratio Deo sit placita. Et hoc est, quod dicit quantum ad primum. *Exaudi, Deus, orationem meam*. Quantum verò ad secundum dicit. *Et ne despexeris deprecationem meam*. Illam enim deprecationem Deus despicit, quam non approbat. Et ista duo sub alijs verbis repetit dicens. *Intende mihi*, quo ad secundum, & *exaudi me*, quò ad primum. Vbi aduertendũ, quòd intendo, dis, componitur ex in, & tendo, & sit intendo, & habet duo significata. Quoniam intendere quandoque idem est, quòd augere, vt calor intenditur, quandoque idem est, quòd respicere, considerare, vel dirigere, ut intende quid agas. Et sic Deum intendere nobis, est ipsum nos dirigere, & nostras preces approbare, sicut dicitur Ps. 5. *Intende voci orationis meæ*, &c. Et sic accipitur hic cum dicitur. *Intende mihi, & exaudi me*. Et benè post intendere sequitur exaudire sicut consequens, quia ista consequentia est bona. Deus intendit istam orationem, idest, approbat, ergo ipsam exaudit. Sic enim dicitur Psalm. trigesimonono. Expectans expectaui dominum, & intendit mihi, sequitur, & exaudiuit preces meas. primum ergo, quod orãdo à Deo debemus petere, est, ut nobis intendat.

Margin: Oratio. Exaudire. Intendere. Psal. 5. Psal. 39. Tentatio. Securitas.

Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. 877

Hic consequenter ecclesia suã multiplicem explicat miseriam. Et diuiditur in partes quatuor, secundum quòd iustorum ecclesia hic quatuor mala sustinet. Quia, scilicet primò à dæmonibus aggreditur & exercitatur. Secundò detractionibus impetitur & diffamatur, ibi. *Quoniam declinauerunt*. Tertio timoribus concutitur, & conturbatur, ibi. *Cor meum*. Quantum ad primum sciendum, quod viri sancti multis tentationibus impugnantur à diabolo, quia illos maxime impugnat, quos sibi magis contrarios uidet, illos autem quos possidet, tentare contemnit, quod ideo Deus permittit, ne de suis virtutibus boni glorientur, sed vt per tentationem exercitati seipsos cognoscant, & humi-

humilitatem conferuent. Quod ostēdit Gregorius dicens. Dispensante Deo permittitur, vt conuersus quilibet post conuersionem suam tentationum stimulis fatigetur, ne ipsum securitas sternat. Iam quidem per conuersionem mare rubrum transitum est, sed adhuc in eremo vitæ præsentis ante faciem hostes occurrunt, iam per peccata extinctos Aegyptios post terga relinquimus. Sed adhuc nocentia vitia quasi alij hostes obuiant, vt ad tertam promissionis pergentibus cœptum iter intercludant, iā priores culpæ prostratæ sunt, sed tentationum stimuli quasi hostes alij contra faciem veniunt, qui & cum nostro labore superentur. Hoc ideo: quia conuersio securitatem parit, mater autem negligentiæ solet esse securitas. Ne ergo securitas negligētiam generet, scriptum est. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Non ait ad requiem, sed ad tentationem, quia hostis noster adhuc in hac vita nos positos quantò magis nos sibi rebellare cōspicit, tantò amplius expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit, contra nos verò vehementius incitatur, quo ex corde nostro, quasi ex iure nostro propriæ habitationis expellitur. Hoc enim in semetipso dominus sub quadā figuratione præsignauit, qui diabolum non nisi post baptismum se tentare permisit, vt signum nobis quoddam futuræ conuersationis innueret, quod membra eius postquam ad Deum proficerent, tunc acriores tentationum insidias tolerarent, &c. Ad propositum viri sancti talibus tētationibus exercitantur (quod permittit Deus) ne superbiant. Quæ tamen tentationes magnas molestias, & turbationes inferunt, dum eis bellando resistitur. Quod exprimens Paulus ait. Datus est mihi stimulus carnis, qui colaphizet me, &c. Vnde de istis tentationibus contristatus Psal. in persona omnium bonorum, dicit, *Contristatus sum in exercitatione mea*. Et quia has tentationes aliquando diabolus facit per seipsum, aliquando verò per homines malos, qui verba iniuriosa contra bonos proferunt, ideo de vtroque subdit. *Et conturbatus sum à voce inimici*, quo scilicet ad homines malos voces iniuriosas proferentes. *Et à tribulatione peccatoris*, quò, scilicet ad diabolum dum tentat per seipsum, qui singulariter peccator dicitur. Ps. 108. Constitue super eū peccatorem, & diabolus stet à dextris eius.

Gregor. 24. mor. c. 12.

Eccl. 2.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi.

478 6. q. 1. summa.

Hic ostendit quomodo ecclesia à detractoribus impetitur, & diffamatur. Mali enim sua peccata imponunt bonis ipsos diffamando, & sic dicuntur iniquitates in iustos declinare. Sic enim fecerant Christo. Vnde de ipso dicitur. Quoniam declinauerunt in te mala, vt quando sibi dicebant, Dæmonium habes, & Ioan. 9. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Mali enim homines vt se bonos ostendant, mala sua in bonos declinant, vt ostendit Gregorius, dicens. Esse proprium peruersorum solet, quòd mala sua per cōuitium bonis ingerant, priusquam de eis veraciter accusentur. Et dum metuunt increpari de ijs, quæ faciunt, aduersantibus suis prauitatibus iustos hæc facere testantur. Sancti autem viri patienter audiunt, etiam quæ se nunquam fecisse meminerunt, quamuis ea mala, quæ sibi ingeri conspiciunt, ab ipsis suis criminatoribus nouerint perpetrata, etiam cùm eos prædicando corrigere non possunt, patiendo tolerant, quatenus si fructum conuersionis eorum consequi non valeant, ex ipsis tamen præmium longanimitatis acquirant. Vnde & sancta ecclesia Dauid prophetæ vocibus, dicit. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, quia videlicet, dum reprobos, quos non valet corrigere tolerat, facta peccantium supra dorsum portat, hæc ille. Sic & nunc conformiter dicit, *Quoniam declinauerunt in me iniquitates*. Et huius declinationis causam statim subdit, dicens. *Et in ira molesti erant mihi*. Cùm enim bonus iratus peccatis malorum, ipsos corrigit, tunc propter talem iram, & displicētiam, quam habet iustus de peccatis malorum, ipsi mali contra bonos insurgunt, quia in hoc iustus malis

Psal. 20.
Ioan. 8.
Ioan. 9.
Gregor. 13. mor. c. 1.

lis se contrarium ostendit, vnde mali dicunt. circumueniamus iustum, quoniam contrarius est operibus nostris, & impro perat nobis peccata legis. Et hoc est, quod hic dicit. *Et in ira molesti erant mihi*. Ad videndum autem, quàm graue peccatum sit sua mala in alios declinare, vel alium diffamare iniustè, quærunt doctores, verum inter peccata contra proximum commissa detractio sit maximum. Vide secundam secundæ. quæst. septuagesimatertia, articulo 3. Vltimo circa materiam articulorum inceptam. Duodecimus articulus est, quem posuit Matthias, dicens, Vitam æternam. Vbi nota, quòd vita æterna dupliciter potest accipi, scilicet pro vita, vel pro viuere, quæ non terminatur, sed in æternùm du rat. Et sic omnes animæ tam bonæ quàm malæ viuunt æternaliter. De bonis dicitur. Qui viuit, & credit in me non morietur in æternum. De malis autem dicitur in Psalm. Viuet in æternum, & laborabit adhuc in finem. Vel propriè, & sic accipitur solum pro vita beata. Et sic dicebat Christus ponens differētiam inter bonos, & malos. Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Et sic iste articulus potest dupliciter intelligi, scilicet de prima vita, & tunc est sensus, vitam æternam, idest, generaliter credo, quòd omnes post resurrectionem, tam boni quàm mali viuent sine fine. iuxta dictum Apostoli dicentis de humano genere corruptibili, & mortali. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Vel aliter, & communius exponitur de secunda vita, scilicet beata. Et tunc est sensus. Vitam æternam, idest, credo quòd Deus post resurrectionem æquitate iudicante, dabit vitam æternā, sicut Christus de suis fidelibus dicit. Ego vitam æternam do eis. Et tunc est dubium, quare in hoc articulo nō est facta æqualiter mentio de damnatorum æterna miseria, sicut de beatorum vita æterna. Respondeo, quòd quamuis non explicite, tamen in hoc articulo implicitè intelligitur æterna damnatorum miseria, quia si Deus virtute iustitiæ & misericordiæ præmiat bonos æternaliter, consequēs est vt malos etiam puniat æternaliter,

Sap. 2. *Quæstio.* *Articulus fidei duodecimus.* *Vita æterna.* *Ioan. 11.* *Matth. 25.* *1. Cor. 15.* *Ioan. 10.*

A quia indifferenter ad virtutem iustitiæ spectat vtrunque. Et ideo quòd ad æternam vitam bonorum, sequatur etiam æterna pœna malorum, ostenditur Daniel 12. vbi dicitur. Qui dormiunt in puluere euigilabunt, scilicet per resurrectionem, alij in vitam æternam, alij in opprobrium. Quam consequentiam approbans saluator Ioannis quinto, ait. quòd procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala, in resurrectionem iudicij. Hic articulus per duodecimum fundamentum figuratur qui est lapis amethystus, qui B statum menti salutarem insluit. Nam sicut ait Magister libro decimosexto. Hic lapis facit hominem vigilem, & bonum confert intellectum, Quæ autem melior vigilia vel intellectio, quàm vita beata, quæ in summi boni cognitione, tanquam in actu fundamentali consistit? Ioann. 17. Hæc est vita æterna, &c. Ad quam cognitionē sequitur fruitio, & firma tentio, in quibus completè æter na vita consistit. Quod fuit figuratum per lapidem amethystum. Exod. 28. vbi in tertio ordine copulabantur isti tres lapides adinuicem, scilicet amethystus, C achates, & ligurius. Amethystus qui bonum confert intellectum, figurat clarā Dei visionem. Achates, qui facit hominem dilectum, & gratum, significat plenam charitatis fruitionem. Ligurius autem, qui sanat fluxum, significat omni fluxu defectibilitatis sanato, firmam, & æternam tentionem in quibus integraliter æterna vita consistit. Duodecimus ergo articulus, qui est, vitam æternam, per amethystum significatur, &c.

Amethystus. *Exod. 28.* *Achates.* *Ligurius.*

Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. 879

D HIc ostendit, quòd iustus in præsenti timoribus conturbatur. Vbi notandum quòd iusti in præsenti vita in quocunque statu sint, semper timent, quia, si prospera arrident illis, timent, ne sint præmium bonorum suorum. Si eos aduersa percutiunt, timent, ne sint initium pœnæ futuræ. Vnde Gregor. ait. Iusti semper timent, & magnis se lamentis cruciant, quia deseri formidant, & quamuis in aduersis de correctione sua

Iustus timet. *Gregor. 5. mor. c. 5.*

sua gaudeant, eorum tamen trepidam mentem correptio ipsa perturbat, ne malum, quod tolerant, non pia percussio disciplinæ sit, sed animaduersio iusta vindictæ. Quod bene Psal. considerans ait. Quis nouit potestatem iræ tuæ? Potestas quippe diuinæ iræ nostra non potest mente apprehendi, quia eius dispensatio obscuris super nos dispositionibus sæpe vnde minatur deserere, inde nos recipit, & vnde nos recipere creditur, inde derelinquit, vt plerunque hoc fiat gratia, quod ira creditur, & hoc aliquando ira fit, quod gratia putatur. Nonnullos quippe flagella corrigunt, nonnullos verò ad impatientiam perducūt. Et alios prospera, quia demulcent, ab insania mitigant. Alios quia eleuant, funditus ab omni spe conuersationis eradicant. Cunctos autem vitia ad ima pertrahunt, sed tamen quidam eo ab his facilius redeunt, quòd se in eis corruisse altius erubescunt. Et semper virtutes ad superna subleuant, sed nonnunquam quidam dum tumorem de virtute concipiunt, per ipsum tramitem ascensionis cadunt, quia ergo potestas diuinæ iræ minime cognoscitur, in cunctis necesse est, vt sine intermissione timeatur. Ex quibus apparet, quòd iusti semper timent tam in prosperis quam in aduersis, ne per illa ad mortem æternam tendant. Et hoc est, quod in persona iustorum hic ait Psal. *Cor meum conturbatum est in me*, & quare? *quia formido mortis cecidit super me*, scilicet, mortis æternæ, quia nullus in præsenti vita de suo fine manet securus, vnde subdit.

Psal. 89.

880 *Timor & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenebræ.*

Verè enim quilibet quantumcunq; iustus debet timere, unde causam tanti timoris aperiens Gregor. dicit. Quis cognouit, si ille, qui tunc iniquus cernitur, in iniquitate vitam finit? vel is, qui iustus cernitur, extremitatem vitæ suæ cum iustitiæ perfectione concludat, vel cui bona actio perseuerans, æternā mansionem præstet in regno, vel quem vsque ad terminum suum actio praua cō stingens in æternum damnet supplicijs? Quis hominum ista discussus dicatur? vel quis ista saltem imperterritus audiat? Multos enim uidemus quotidie, qui iustitia resplendent, & tamen ad finem suum nequitiæ obscuritate tenebrantur. Et multos cernimus nequitiæ tenebris obuolutos, & inde iuxta vitæ suæ terminum repente reddi iustitiæ luce liberos. Multos etiam nouimus semel inuentam viam iustitiæ illibatè vsque ad obitum tenuisse. Et plerosque conspeximus vsque ad exitum cœpta semel crimina sine cessatione cumulasse. Quis verò inter ista iudiciorum nubila mentis suæ radiū mittat; vt aliqua consideratione discernat? vel quis perduret in malo, vel quis perseueret in bono, vel quis ab infimis cōuertatur ad summa, vel quis à summis reuertatur ad infima? Latent hic sensus hominum, nec quicquam de cuiuslibet fine cognoscitur, quia diuinorum iudiciorum abyssus humanæ mentis oculo nullatenus penetratur. Scimus, quòd latro de patibulo transiuit ad regnum, Iudas de apostolatus gloria lapsus est in tartarū, quia quandoque, quæ cœperunt, nō timi tantur. Sed quia quidam imitantur quę cœperunt, scimus latronem alium peruenisse ad supplicium, & cæteros apostolos percepisse, quod desiderauerunt, regnum. Video Paulum ex illa persecutionis sæuitia ad gratiam apostolatus vocatum, & tamen sic inter iudicia occulta formidat vt reprobari, etiam postquam vocatus est, timeat. Ait enim: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicans, ipse reprobus efficiar. Iam de illa voce dominica, dictum fuerat. Vas electionis mihi est iste, & tamen adhuc castigans corpus suum, timet ne reprobetur, væ miseris nobis, quia de electione nostra nullam adhuc Dei vocem cognouimus, & iam in ocio quasi securi torpemus. Debet ergo nobis in spe esse non solum securitas, sed etiam timor in conuersatione, vt & in illa certantes foueat, & in ista torpentes pungat. Vnde per prophetam dicitur. Qui timent dominum, sperent in domino, hæc ille. Ex quibus patet, quòd quilibet quantumcunq; iustus in præsenti vita semper debet timere, quòd suum finem ignorat. Et hoc est, quod hic dicit psal. *Timor, & tremor venerunt super me*, & rationem subdit: quia

Timere. *Gregor. 29. mor. c. 9.* *Ignoramus finē nostrū.* *Not. hic altitudinē iudiciorum Dei, propterquod semper debemus timere.* *1. Cor. 9.*

quia circumdederunt, idest, vndique operuerunt me *tenebræ*, scilicet ignorantiæ, contempserunt, idest, contemptibilem fecerunt. Et nota quòd differentia est inter timorem, & tremorem, & timiditatem. Quia tremor est corporis, sed timor, & timiditas mentis. Timor autem est ad tempus, scilicet quando quis ex aliqua causa timet ad tempus, & sic timor est animi vitium ad tempus, sed timiditas est animi uitium sempiternum, quod est etiam si timor non sit. Vnde Homerus ait. In Achile fuit aliquando timor, sed timiditas nunquam.

Homerus.

881 *Et dixi, quis dabit mihi pēnas sicut columbæ, & volabo, & requiescam.*

7.q.1. ad. uersitas.

COnsequenter hic Psal. diuinam petit gratiam. Et duo facit. Quia primò gratiam Dei postulat. Secundò se exauditum manifestat, ibi. *Ecce elongaui.* Quantum ad primum sciendum quòd ut patet ex dictis, iustus timet in prosperis & in aduersis. Duo autem sunt remedia contra illum timorem, quem significant in pennis columbæ. Nam sicut dicunt naturales, Accipitrū sunt duo genera, quidam sunt nobiles, qui aues non caperent nisi in altum uolando essent eleuatæ à terra, & quidam sunt degeneres, qui eas non caperent, nisi in terra. Columba autem istos cognoscens, vt primos uidet, statim descendit ad terram, & quando secundos, statim volat in altum. Sic & moraliter. Accipiter auis rapax est diabolus, qui aliquos rapit in alto, scilicet in statu prosperitatis, & aliquos in basso, scilicet in statu aduersitatis. Columba autem significat iustos, & simplices, qui felle peccati carent. Hæc columba duas alas habet, scilicet humilitatem, & patientiam. Quando ergo iustus videt accipitrem diabolum ipsum volentem rapere sursum in alto prosperitatis, tunc vti debet ala humilitatis, per prospera non se exaltando, sed ex hoc se magis Deo debitorem cognoscendo, quia, cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Quando autem videt diabolum se uolentem rapere in terra, scilicet, in basso aduersitatis, tunc volare debet in altum per alam patientiæ & spei, sperando quòd patientia est via ad cœlum

Accipiter. *Columba.* *Humilitas.* *Patientia.*

A meditans verbum Christi; Lucæ 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Istæ ergo sunt alæ columbæ, quas iustus à Deo sibi dari petere debet scilicet humilitatis in prosperis, & patientiæ in aduersis. d. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?* Talis ergo columba duabus prædictis alis volat mente à prosperitatibus mundi, illis non se exaltando, & ab aduersis illis non se deijciendo, sed in foraminibus plagarum & passionis Christi requiescit, tali Christo dicente Cantic. 2. Veni, columba mea in foraminibus petræ. Vel aliter, per columbam

Columba.

B intellige Apostolos Christi. Quoniam sicut refertur, quædam sunt columbæ quæ nunciorum funguntur officio, litteras dominorum suorum sub alis portantes, & modico tempore multa terrarum spacia transeuntes, quæ maximè sunt necessariæ, quando per terras hostiles alij nuncij transire non audent. Vnde Plinius dicit lib. 10. quòd in obsidione Mutinensi, Decius Brutus epistolas ligatas pedibus columbarum in castra consulum transmisit. Consimile narrat eodem libro de hirundinibus. Et ex hoc apostoli columbis assimilantur, qui verbum Dei per totum orbem in breui tēpore portauerunt, Quod in spiritu admirans Esaias, de Apostolis ait. Qui

Apostolus. *Plinius.*

C sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ, &c. Quæ autem sunt pennæ istarum columbarum, scilicet apostolorum nisi virtutes quibus eleuātur à terra ad cœlestia, quæ sunt quatuor, vt dicit Gregor. super Ezechiel. parte prima homil. quarta super illo verbo Ezeciel. 1. Duæ pennæ iungebantur, & duæ tegebāt eorum corpora. Hæ sunt quatuor uirtutes. Duæ respectu futurorum, scilicet amor, & spes, & respectu præteritorum

Esa.60. *Gregor. in Ezech. 1.* *Alæ pennæ tia.*

D timor, & pœnitentia. Primæ duæ iungūtur, quia profecto electi & amant cœlestia, quæ sperant, & sperant, quæ amant. Duæ aūt aliæ tegunt eorum corpora, quando eorum mala præterita à conspectu iudicis timor & pœnitentia absconduntur. Scriptum quippe est. Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Istas ergo quatuor pēnas à Deo petit iustus, vt à malis sæculi euolando requiescat in Christo. d. psl 4. In pace in idipsum dormiā, & requiescā,

Ecce

882 8.q.1.ol. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.*

Hic se exauditum ostendit. Vbi notandum quod præfatis duabus primis alijs, scilicet spe, & amore homo à tumultu temporalium rerum volat ad solitudinem contemplationis, in qua manens, nec aduersa sentit, quibus turbetur, nec prosperiora, quibus eleuetur inflatus, quia amor æternorum temporalium expellit amorem, & spes cœlestium spem temporalium non patitur secum. Et sic talis elongatur à malis, non corpore, sed mente, non loco, sed merito. Vnde gloss. *Ecce elongaui fugiens*, idest me elongaui à malis, non loco, ne rumpatur charitas bonorum, & ne perdatur malorum exercitium, quos Deus admiscet cum bonis, vt Iudã apostolis. Fugiens se elongat, quia turba terrenorum desideriorum dimissa, in alta se Dei contemplatione subleuat. *Et mansit in solitudine*, scilicet, mentis, vbi nullus cum eo, nisi Deus, vbi quies. Manet enim in solitudine, qui contemplando Deum manet in remota mentis intétione. Tamen notandum quod (vt ait Gregor. lib. 30. c. 23.) duplex est solitudo, scilicet mentis, & corporis. Secunda non valet sine prima, sed prima benè sine secunda. Vnde istum uersum exponens Gregor. dicit. *Ecce elongaui fugiens*, &c. Fugiens se elongat, qui à turba desideriorum temporalium in alta Dei contemplatione se subleuat. Manet verò in solitudine, qui perseuerat in remota mentis contemplatione. Sed statim occurrit dubium, quia iste perfectionem suam ostendit ex uita solitaria, dicens. *Ecce elongaui*, &c. Vtrum vita solitaria sit homini licita. Et videtur quod non, quia est contra naturam hominis, cum homo naturaliter sit animal ciuile & sociale, vt deducit Philos. 1. Poli. dicens, quod eligens uitam solitariã, non est pars ciuitatis, sed est aut bestia, aut Deus. Ad litteram enim eligentes non cõuiuere alijs, aut hoc est quia sunt nimis scelerati, & non possunt societatem aliorum supportare, & tũc sunt quasi bestiæ, vel quia sunt nimis boni & uolunt vacare contemplationis ocio, & tũc sunt quasi diuini, quod autem homo na-

Contemplatio. Greg. lib. 4. mor. c. 35. Quæstio. Vita solitaria. Homo. Ciuilitas. Societas.

E turaliter sit animal ciuile, & sociabile ex hoc maxime deducitur; quia natura cum nihil agat frustra, omni rei dat naturaliter illa, sine quibus res in esse con seruari non potest. Cum ergo viuere sit homini naturale, naturaliter homo habet illa sine quibus in uita conseruari non potest, quorum præcipuum est societas. Quod ex multis patere potest: Prima sumitur ratione cibi quo naturaliter indiget. Natura enim omnibus animalibus sufficiẽter ministrat cibũ, quæ viuunt ex herbis, vel alijs animalibus quæ de terra producuntur. Homo ue-

F ro quia habet inter cætera animalia meliorem tactum, & complexionem magis puram cæteris animalibus, indiget cibo magis diligentèr, & artificialiter præparato, ut puta. Frumentum enim, quod à natura producitur, etsi esset sufficiens cibus alijs animalibus non tamen homini, nisi pararetur, & depuraretur, moleretur, pinseretur, & decoqueretur. Et quia ad hæc omnia una sola persona nõ bene sufficit, ideo homo ratione victus indiget societate, & sic naturaliter est animal ciuile. Secunda sumitur ex parte uestimentorum, quibus tegimur. Na-

G tura enim sufficienter de tegumẽto prouidit omnibus alijs animalibus, quia alijs quibus pro indumento dedit lanam, alijs quibus plumas, homini autem non. Vnde oportet, quòd artificialiter sibi indumenta præparet, quia cum sit subtilioris complexionis alijs animalibus, magis offenderetur à frigiditate, & ab inæqualitate aeris. Sed nullus unus sibi ad hoc sufficit sine societate alterius, ergo homo natura est animal sociale. Tertia sumitur ex remotione prohibentiũ scilicet, ex defensione ab hostibus, & inimicis. Natura enim omnibus animali-

H bus arma defensiua dedit, vt puta aliquibus cornua, aliquibus dentes, aliquibus vngues, aliquibus corporis agilitatem. Sed natura homini nullum illorum pro sui defensione dedit, sed dedit manus, quibus arma defensiua sibi facere possit. Sed ad hæc facienda nullus solus sibi sufficit sine societate, quarè sequitur, quòd naturaliter homo est animal ciuile. Quarta sumitur ex parte loquelæ & disciplinæ. Cætera enim animalia ex instinctu naturæ inclinantur

Cibus. Vestis. Arma. Disciplina.

ad

ad opera sibi debita absque alterius instructione. Vt aranea ad telam faciendam vt sibi capiat cibum. Hirundines ad faciendum nidum. Canes ad pariendum, & ad partum nutriendum, etiam si nunquam alium parere vidissent, homo autem non. Vnde mulier cum parit, nescit qualiter in partu se debet habere nisi ab alijs sit edocta. Quia ergo homo ex instinctu naturæ non sufficienter inclinatur ad opera sibi debita, sed ex disciplina, hinc est, quòd natura homini præ alijs animalibus dedit loquelam, per quam homines ab inuicem instruantur in faciendis, sed instructio mutua hominum fieri non posset, si adinuicem non conuiuerent. Ex quo sequitur, quod naturaliter homo est animal ciuile. Et hac ratione maxime innititur Philosophus primo Politicorum scilicet, quod quia sermo est ad alterum, ut ad socios, ex quo natura dedit homini sermonem, quem non dedit alijs animalibus, sequitur hominem magis naturaliter esse animal ciuile, & sociale, quàm cætera animalia. Ex quibus omnibus sequitur ad propositum, quòd recusantes societatem, non viuunt vt homines, & sic solitudo non uidetur homini licita. Sed nunquid Ioannes Baptista sanctificatus in vtero fugiens societates habitauit in solitudine? Dicendum ergo, quòd vitam solitariam eligentes, non faciunt contra naturam hominis, sed supra naturam. Vel quòd vita solitaria non excludit omnem societatem, sed societatis tumultum. Nonne Ioannes habitauit in solitudine, & tamen ad ipsum confluebat multitudo copiosa Iudæorum? Sic & de Beato Antonio, & alijs anachoretis, qui tamen consocios habebant, & tales non sunt bestiæ, sed meliores homines, quia plus mente tendunt ad illud, quod est supra hominem, scilicet, ad Deum, quam ad ipsum hominem.

Philosophus

883 *Expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.*

HIc Psalmista Dei præstolatur gratiam, scilicet, Christi incarnationem, qua salui facti sumus. Et duo facit. Quia primo prædicit Christi incarnationem. Secundo contra Christum Iudæorum impugnationem: ibi. *Præcipita, domine.* Quantum ad primum, quia solum per Christum saluamur, vnde & Iesus, qui saluator interpretatur, est uocatus. Ideo dicit. *Expectabam eum, qui saluum me fecit*, se Christi incarnationem dicitur præstolare. Qui saluos nos fecit, dum fides eius ardescit in nobis, & dum videmus, quæ pro nobis tulerit, & nos ad portandum omnia aduersa animamur. Vnde ait Apostolus. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus contradictionem, vt non fatigemini, &c. Sed à quibus nos saluat, subdit dicens. *A pusillanimitate spiritus, & tempestate.* Vbi notandum quòd duo maxime nos impugnant, scilicet, prosperitas, & aduersitas, quia prosperitas nos deprimit per impatientiam. Impatientia autem prouenit ex pusillanimitate. Nam pusillanimus componitur ex pusillus, quod est paruus, & animus quasi paruus animus, quia qui impatienter ad uersa tolerat, pusillum animum habet. Saluat ergo nos Christus à pusillanimitate, dum exemplo suo nobis patientiam tribuit in aduersis. Tempestas autem significat superbiam, quæ ex prosperitate procedit. Tempestas enim componitur ex tempore, & peste, & est tempestare idem, quod destruere, dissipare, nocere quod directè conuenit superbiæ. Saluat ergo nos Christus à tempestate scilicet, à superbia quæ procedit ex prosperis, quia suo exemplo nobis humilitatem tribuit in prosperis, quia, ut dicit Apostolus, Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, &cæt. sed semetipsum humiliauit, &cæt. Saluat ergo à *pusillanimitate spiritus*, idest, ab impatientia aduersorum saluat *à tempestate*, scilicet, à superbia prosperorum. Et hoc est quod dicitur. Psalmo trigesimoquinto. Homines, & iumenta saluabis, per homines intellige prosperitatem habêtes, sed per iumenta aduersitate depressos. Quia de solitaria uita actum est, & dictum quòd est licita, ideo posito quòd sint duæ religiones, quarum una vacat uitæ solitariæ, & contemplationi, alia verò societati, & actioni, quæritur, quæ illarum sit

Saluare. *Hebr. 12.* *Philip. 2.* *Psal. 35.*

sit perfectior, & maioris meriti. Vide secundam secundæ quæstione centesimaoctuagesimaoctaua, art. 6.

884 *Præcipita domine, & diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.*

HIc consequenter ponit cōtra Christum Iudæorum iniquitatem. Et duo facit. Quia primo ponit Iudæorum contra Christum malignationem. Secundo ipsorum iustam prædicit punitionem, ibi: *Veniat mors.* Prima pars diuiditur in partes multas: secundum quod multa mala Iudæorum ostendit. Quia ponitur contra Christum primò popularis contradictio. Secundò principum persecutio, ibi. *Die ac nocte.* Tertiò tormentorum aggrauatio, ibi. *Et non defecit.* Quartò Iudæorum falsa simulatio, ibi. *Quoniam si inimicus.* Quintò Iudæ manifesta proditio, ibi. *Et si is: qui oderat.* Quantum ad primum sciendum, quod non solum principes sacerdotum Christo contradicebant, sed etiam ciues populares, & minores. Et hoc multiplici contradictione. Vbi noto quatuor cōtradictiones, quibus Iudæi Christo contradixerunt, scilicet, Contradictio temeritatis, & superbiæ. Contradictio afflictionis, & miseriæ. Contradictio operationis, & fallaciæ. Contradictio infidelitatis, & nequitiæ. Primò est contradictio superbiæ scilicet, & inobedientiæ, vt puta, quando subditi suo domino inobedientes contradicūt, sicut Cain Deo, & Chore Mosi domino suo. Vnde Iudas in epistola sua dicit. Væ illis, qui in via Cain abierunt, & in contradictione Chore perierunt. Isto modo per inobedientiam Iudæorum populus Christo contradixit nolentes Christo obedire Matthæo vigesimo tertio. Quotiens volui congregare filios tuos, & noluisti, &c. Sic & eius Apostolus Actuum decimotertio. Videntes Iudæi gentes, repleti sunt zelo & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Secundò est contradictio afflictionis, qua scilicet alicui contradicitur, non solum verbis, sed etiam flagellis, & verberibus. Quod enim maius signum contradictionis contra aliquem potest esse, quàm ipsum iniustè persequendo ad mortem ducere? Si Iudæi Christo contradixerunt, sicut de ipso prædixerat Simeon Lucæ secundo. Ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signū cui contradicetur. Quod exponens Basilius ait. Signum huius contradictionis fuit ipsa crux dominica. In quo signo Christo posito ab omnibus contradicebatur, dum ab omni genere, & sexu, & gradu patiebatur. Sed ab ista contradictione per resurrectionem fuit liberatus, & caput gentium per fidem effectus, ipso dicente. Eripies me a contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Tertiò est contradictio operationis, & fallaciæ, quando scilicet quis verbis cum alio concordat, sed voluntate, & factis contradicit. Et tales maximè præsides, & rectores debent corrigere, ad Titum primo. Oportet episcopum esse sine crimine, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui cōtradicunt, arguere. Vbi glossa. Contradicunt veritati, male viuentes, & benè loquentes. Non contradicunt multi lingua, sed vita, quos redarguere magnum opus est. Isto modo contradicebant Iudæi Christo, quia ipsum uerbis extollebant: sed corde vilipendebant, vt puta Matthæo vigesimosecundo. Magister, scimus quia uerax es, & cæt. Propter quod eis dixit Christus Hypocritæ, benè prophetauit de vobis Esaias, dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Contra quos dicitur Esaiæ quadragesimoquinto. Væ illis, qui contradicunt factori suo. Quartò est contradictio infidelitatis, qua scilicet fidei contradicunt infideles, fideles tamen suos Deus protegit in tabernaculo ecclesiæ, Psalm. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Sic contradicebant Iudæi Christo, dum ipsum uerum Dei filium negabant, & vsq; hodiè fidei eius contradicunt, & prædicatores fidei spernunt. Iudith 1. Qui omnes vnō animo contradixerunt, & nuncios abiecerunt sine honore. Ad propositum ergo præuidens Psal. tantam contra Christum Iudæo-

Cōtradictio Iudaorum quadruplex.

Matth. 23.

Psal. 17.

Matth. 15.

Iudæorum populárium contradictioné rogat vt dispergantur per mundũ, quatenus dispersi, minus ecclesiæ, & fidei nocere possint, dicens. *Quoniam uidi*, idest, præuidi, *iniquitatem, & contradictionem in ciuitate*, scilicet, in populo ciuitatis Hierusalem contra Christum futuram. Ideo ne inualescant domine, *præcipita, & diuide linguas eorum*. Dicit ergo *præcipita*. Vbi nota, quòd caput componitur cum præ, & fit præceps tis, id est, qui cadit capite inclinato, & corpore sequente. Et sic præcipito. tat, est aliquem præcipitem facere, vel sic deijcere. Sic enim Iudæi fuerunt præcipitati, quia per Titum & Vespasianum primò sacerdotes, qui erant caput eorum, fuerunt capti, & trucidati, & consequenter alius populus. Fuerunt ét diuisi, quia per totum orbem dispersi, & ad diuersas linguas, & nationes missi. Quæ præuidens Psalmista.d. *Præcipita, domine, & diuide linguas eorum*. Causam subdit. *Quoniam uidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate*.i. in ciuibus contra Christũ. Nec mireris, si psalmista precatur, q Iudæorum vnitas diuidatur, quia mali quantò amplius sunt vniti, tantò fortiores sunt in malo, & magis incorrigibiles, sed diuisi melius corrigi possunt. Vnde Greg.d. Qui enim diuisi corrigi poterant, in iniquitatum suarum pertinacia uniti perdurant. Vnde sicut solet esse noxium, si unitas desit bonis, ita perniciosum, si nó desit malis. Peruersos quippe vnitas corroborat, dum concordat, & tantò magis incorrigibiles, quantò vnanimes facit. Vnde etiam & Psal. 17. Iudæorum diuisioné orabat, dicens: Domine, à paucis de terra diuide eos in uita eorum. Sic enim Deus diuisit linguam superborum, qui turrem pertingentem vsque ad cœlum ædificare volebant, ne vniti ipsorum superbam voluntatem perficere possent. Genesis 11.

Præcipitare. *Gregor. 33. mor. c. 33.* *Psal. 16.*

885 **Die, ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia.**

HIc consequenter ostenditur principum contra Christum persecutio. Vbi notandum, quod per muros ciuitatis, quibus ciuitas munitur, & custoditur, significantur principes, sacerdotum, & maiores, quibus ciuitas regebatur, & custodiebatur. Vnde de istis muris, scilicet, principibus, quia salus eorum est salus ciuitatis, & econtrario, dissipatis muris, dissipatur ciuitas, orat Psalmista Psal. 50. dicens. Benigne fac, domine, in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hierusalem. Ibi enim Psalmista petebat Apostolos, & alios principes ecclesiæ ordinari. De istis ergo muris, scilicet, de principibus sacerdotum scribis, & pharisæis, quia continuè medirabantur inique contra Christum, dicit Psalm. *Die, ac nocte circundabit eam*, scilicet, gentem Iudæorum, iniquitas, & dolus, & quare? quia primo super muros eius, idest, principes, est iniquitas, & dolus. Vel sic. *Iniquitas*, scilicet, & dolus existens super muros eius, idest, super principes *Circundabit eam*, scilicet, ciuitatem. Vel aliter, volens ostendere destructionem gentis, & populi Iudæorum, inducit persimilem modum destructionis ciuitatis Hierico, & murorum eius. Nam vt habetur Iosue 6. Volens Iosue capere ciuitatem Hierico, quæ erat muris clausa: circundedit ciuitatem cum arca domini septem diebus. In septimo autem die facta circundatione septima, omnes muri Hierico funditus corruerũt. Quid enim arca domini continens manna, virgam, & tabulas legis, nisi Christum significat, in quo erat manna diuinitatis, virga potestatis, & tabulæ legis, scilicet plenitudo omnis sapientiæ, & veritatis? Ista ergo area scilicet, Christus circundedit ciuitatem, idest, gentem Iudæorum septem diebus, idest, septem uirtutibus, contra septem vitia Iudæorum, per septem verba quæ in cruce dixit figuratis. Quibus peractis muri ciuitatis corruerunt, quia principes Iudæorum per Christi mortem à suo statu corruerunt, quia ex hoc perdiderunt gentem, & locum, idest, dominium gentis & loci. Est ergo sensus: *Iniquitas, & dolus est super muros eius*, idest, super principes, & in medio eius labor, & iniustitia, quia cordialiter laborant, iniustè cogitantes Christum morti tradere. Ideo Christus circundabit eam vt corruat, sicut & muri Hierico corruerũt.

Muros. *Iosue 6.*

Quia

Quia propter iniquitatem factam erga Christum omnes muri eius in manibus inimicorum traditi fuerunt. Thren.2. Tradidit in manus inimici muros eius.

Thren. 2.

886 *Et non defecit de plateis eius usura & dolus.*

HIc consequenter ponitur contra Christum tormentorum aggrauatio. Vbi notandum, quòd aliud est vsura, aliud dolus. Ad videndum autẽ quid sit vsura, sciendum, quod duplex est, quia quædam cõmittitur in recipiendo, quædam in reddendo. Prima est vsura rerũ, & bonorum. Secunda est vsura iniuriarum, & malorum. Ad euidentiam primæ notandum, quod res sunt in duplici differentia, quædam sunt quarum vsus est ipsarum consumptio, vt pecunia, frumentum, vinum, & huiusmodi, aliæ sunt quarum vsus non est ipsarum consumptio, vt equus, domus, possessio, &c. Res verò quarum vsus est earũ consumptio, non habent usum discretum ab ipsis rebus. Vnde in talibus non debet seorsum computari vsus rei à seipsa. Sed cuicunque conceditur vsus rei, conceditur ipsa res. Vnde in talibus per mutuum transfertur dominium rei. Si quis ergo seorsum vellet uendere uinum, & seorsum uellet uendere vsum vini, eandem rem bis uenderet. Vnde manifestè per iniustitiam peccaret. Et tale peccatum vocatur usura, quia uendit usum rei, qui non distinguitur ab ipsa re. Similiter peccat quicunque mutuat triticũ, pecunias, vinum homini petens ex hoc duas recompensationes, vnam quidem restitutionẽ non rei mutuatæ, sed æqualis, aliam uero precium vsus, quod vsura dicitur. Aliæ vero res sunt, quarum vsus non est ipsa rei consumptio, sicut vsus domus est habitatio, non autẽ dissipatio. Et in talibus potest vtrunque seorsum concedi, puta cum aliquis tradit alteri dominium domus, reseruando sibi ad aliquod tempus vsum ipsius. Vel econtratio cũ quis concedit alteri vsum domus, reseruato sibi dominio. Et propter hoc potest homo licitè recipere precium pro vsu domus, & potest petere domum commodatam, sicut patet in conductione, & locatione domus. Ad

Vsura.

E propositum ergo, quia secundum Philosophum, pecunia principaliter est inuenta ad commutationes faciendas, & ita proprius, & principalis vsus ipsius pecuniæ est ipsius consumptio, vel distractio, secundum quod in commutationibus distrahitur, non quidem quod pecunia cõsumatur in se, sed consumitur illi, qui ea vtitur, quia ipsa vtendo, dominium eius transfert in alium. Et ideo pro usu pecuniæ mutuatæ precium petere, est usuram committere, & iniuste alienum auferre, & ideo restitutione indiget. Veruntamen notandum quòd in casu, quo F pecunia mutuaretur, non transferendo dominium pecuniæ mutuatæ, sed solum usum, ut puta si aliquis concederet pecuniam signatam ad ostentationem, uel ad ponendum loco pignoris, tunc talem usum pecuniæ potest quis licite uendere, sicut & usura uasorum argenteorum & huiusmodi, ut expresse ponit sanctus doctor secunda secundæ quæst. 78. art. 1. Vsura autem, quæ est in reddẽdo, est in malis, ut puta cum quis recepit iniuriã ab aliquo, & uindicando maiorem iniuriam reddit quam acceperit. Sic enim accipit usuram Magister hic in gloss. Di- G cens. Vsura est, quando plus exigit iniuria, quam acceperit, non dimittit, ut sibi dimittatur. Et isto modo hic accipitur usura. Vbi notandum, quòd quamuis Christus Iudæis nunquam iniuriam intulerit, ipsi tamen ab ipso se iniuriatos reputabant, ex hoc quòd ipsorum uitia reprehendebat. Mali autem odio habent se corripientes. Quoniam ut dicitur Prouerb. 15. Non amat pestilens eum, qui se corrigit. Et ideo Christum habuerunt odio, & se ab ipso reputabãt offensos in uerbis. Ipsi autem pro tali iniuria ab ipsis reputata, multo plus red H diderunt Christo, quia ex hoc continuè machinati sunt ipsum ad mortem deducere, & non ad quamlibet mortem, sed ad mortẽ magis opprobriosam, magisq; pœnosam. Et ideo quia plus in malis reddebant Christo, quam etiam secundum ipsorum reputationem ab ipso receperant, in hoc usuram cum Christo faciebant. Et hoc est quod ait Psalmista. *Et non defecit de plateis eius*, scilicet, Hierusalem, *vsura*. Et dicit *de plateis*, quia in publico prædictam usuram cũ Christo

Philosoph. 1. Ethic. & 1. Polit.

sto fecerunt,& tamen ipse Christus tam pro illis quam pro alijs seipsum per mortem obtulit patri,si ab iniquitate uoluerint conuerti, & ab istis usuris eos redimeret. Psalm. Ex usuris, & iniquitate redimet animas illorum. Dolus autem aliud est. Nam secundum grammaticos dolus dicitur malitia occulta, blandis sermonibus ornata. Et dicitur dolus à dolore, eo quòd dolorem inferat. Sic Iudæi dolum agebant contra Christum,quia dolose insidiabantur ei,ut ipsum caperent in sermone, sicut quando ipsi dicebant.Matt.22. Magister,scimus quia uerax es, &c. Quia igitur publice usuras,& dolum contra Christum exercebant,ideo dicit de ipsis. *Et non defecit de plateis eius usura,& dolus.*

Psal. 71. Dolus. Matth. 22.

887 *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi,sustinuissem utique.*

11.q.3.Pau per.

HIc consequenter ad declarandum dolum ipsorum,ponitur Iudæorũ falsa simulatio, quia scilicet prætendebant se amicos exterius,& de facto interius erant inimici. Grauior est enim iniuria recepta ab illo, qui reputatur amicus, & grauiorem dolorem ingerit, quam illata ab illo, qui est apertus inimicus,nulla enim peior pestis, quam familiaris inimicus. Dicat ergo de Iudæis Christus.*Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi,sustinuissem utique*,idest,magis de se fuisset supportabile. Et hic per inimicum,scilicet apertum,intelligit gẽtes,quæ aperte inimicabantur Deo,adorantes idola. Quanto enim quis grauius peccat, tantò amplius Christũ offendit. Quanto autem quis magis Christo per fidem copulatur,cæteris paribus grauius peccat. Vnde magis peccabant Iudæi contra Christum insurgentes cæteris paribus quam pagani.Sicut & modo Christiani magis quam Iudæi,uel pagani. Et consequenter hoc idem alijs uerbis declarat,dicens.

Iniuria. Amicus. Inimicus. Peccare.

888 *Et si is,qui oderat me super me magna locutus fuisset.*

QVasi dicat. *Et si is, qui oderat me* scilicet manifestè,*super me magna locutus fuisset*, idest, mihi superbè insultasset, & magnificaret se supra me,& minaretur,quicquid posset, *Abscõdissem me forsitan ab eo*. Hic enim loquitur Christus more humano illorũ, qui ab apertis inimicis se abscondunt, non quidem timore, sed illorum amore, ne scilicet eius præsentia magis incitentur ad malum. Quoniam vt ait Chrysost, super Matthæum. Malus homo non docetur sermonibus, sed magis irritatur. Malum enim hominem melius vincere potes locum dando, quàm respondendo. Nam si contendis irrationabilem ratione placare, & ipsum non placas, & teipsum subijcis, &c. Sic etenim Christus non timore abscondit se, & exiuit templo,quando Iudæi voluerunt ipsum lapidare,vt dicitur Ioan,8.Et conformiter loquitur hic, dicens. *Abscondissem me forsitan ab eo*. Alia litera habet. *Abscondissem me vtique ab eo.*

889 *Tu verò,homo vnanimis, dux meus, & notus meus.*

HIc consequenter explicatur Iudæ manifesta proditio. Et primò ponitur eius proditio. Secundò eius punitio,ibi: *Veniat mors*. Aggrauatur autem peccatum Iudæ super aliorum peccata ex duobus. Primò ratione singularis familiaritatis. Secundò ratione sacramentalis communicationis,ibi. *Qui simul mecum*. Quantum ad primum sciendum, quòd Iudas inter alios Apostolos multum erat Christo familiaris, in cuius signum ipsum præ alijs exaltauerat, faciendo ipsum omnium aliorum ministrum,quia ipse loculos habebat, & cæteris vt dispensator habebat prouidere,ut habetur Ioan.13. quod erat signũ maioritatis, quia ut dixerat Christus, Quicunque uoluerit inter uos maior esse,sit uester minister. Hanc ergo singularem familiaritatem notãs Christus, uertit se singulariter ad Iudã,ei dicens. *Tu verò,homo vnanimis*,scilicet,inter cæteros. Vnus enim componitur cum animus,& fit unanimis,idest, unius animi, & unius uoluntatis. Dicebatur ergo Iudas unanimis Christi, quia Christus ad ipsum singularem familiaritatem uidebatur habere,& sic per signa exteriora uidebantur unius animi,licet intrinsece animus Iudæ discordaret ab animo Christi. *Dux meus*. quia ipse Iudas ratione

Iudas. Matth. 20. Vnanimis.

tione officij sibi dati, quia dispensator, E cæteros regere, & ducere videbatur. *Et notus meus.* Quod ideo dicit, nequis suspicetur Christum ignorasse proditionẽ Iudæ, cui tanta beneficia contulerat. Ideo sibi dicit. *Et notus meus*, quasi dicat. A me tamen eras cognitus, scilicet, quòd à me animo discordabas, propter quod ipse dicebat. Io. 13. Ego scio quos elegerim.

890 *Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cũ consensu.*

Eucharistia. Communicatio Iudæ.

HIc aggrauatur peccatum Iudæ ratione communicationis. Vbi sciendum, quòd Christus sacramentum corporis, & sanguinis sui in cœna Iudæ dedit, sicut & omnibus alijs, non faciens in hoc distinctionem inter Iudam, & alios apostolos. Ex eo, quia peccatum Iudæ alijs apostolis adhuc erat occultum, ne ergo occultum peccatũ proderet Christus, ipsum communicauit cum alijs. Vnde Remigius super Matth. ait. Christus Iudam proditorem communicauit, in quo facto ecclesiæ suæ reliquit exemplum, vt neminem à societate sui nec à G communicatione corporis, & sanguinis domini separet, nisi pro aliquo publico & manifesto crimine. Ex hoc ergo peccatum Iudæ aggrauatur, quia in tanto crimine consistens sacramentum sumpsit indigne. Quia ergo in exteriori apparentia Iudas cũ alijs apparebat vnius voluntatis, licet intus discordaret, ideo notans exteriorem apparentiam Christus dicit. *Qui simul mecum dulces capiebant cibos*, idest, omnes apostoli, qui sacramenta corporis, & sanguinis eum Christo receperunt. *In domo Dei*, idest, in cœnaculo, quod dicitur domus Dei H ratione Christi, & apostolorum, etiam quia in eodem loco spiritussanctus super Apostolos fuit missus. Ambulauimus cum cõsensu, quia scilicet exterius omnes apparebant eiusdem uoluntatis, & consensus. Et si quæras quare sacramentum vocat cibos, & non cibum. Respondeo propter multiplicem uirtutem, qua animam deuotè sumentem reficit.

Remigius.

Quæstio.

891 *Veniat mors super illos, & descendat in infernum uiuentes.*

23. q. 6. §
non licet.

HIc consequenter ponitur eius punitio, scilicet & omnium ei similium. Et primo ponit pœnam. Secundò causam, ibi. *Quoniam nequitiæ.* Quantum ad primum sciendum quòd similia peccata simili pœna puniri merentur. Peccatum autem Iudę fuit simile peccatò Dathan, & Abiron. De quibus habetur Nume. 16. quòd tanquam schismatici diuiserunt se ab alijs, nolẽtes obedire Moysi. Vnde seditionem mouerunt aduersum Moysen, & Aarõ, quos terra vi F uos cum omnibus suis absorbuit, & uiui descenderunt in infernum. Chore quoque & cum eo ducenti, & quinquaginta illorum sequentes malitiam, arripuerũt thuribula, vt adolerent incensum in conspectu domini, quod erat officiũ Aarõ, qui illico diuino igne sunt consumpti, qui etiam vastauit de populo quatuor decim millia, & septingentos. Et sic super illos, qui schisma aduersus dominũ suum fecerunt, venit noua mors. Ad propositum ergo Iudas consimili peccato peccauit, schisma aduersus Christũ faciendo dum se diuisit à cõsortio Apostolorum, & ab obedientia Christi, & alios contra Christum induxit. Ergo consimili pœna meruit puniri. Et hoc est, quod de Iuda, & eius sequacibus dicit Psalm. *Veniat mors, super illos, & descendant in infernum uiuentes.* Hic enim Psalmista prædicit illud, quod Iudas meruit, non quod euenit de facto. Vel secũdum alios hic Psalmista orat pro malis, & schismaticis, vt conuertantur ad Christum. Vbi notandum, quòd inter alia, quæ peccatorem mouent ad conuersionem, est mortis consideratio, & meditatio pœnarum inferni. Vnde ait Hieronymus in prologo Bibliæ. Facile contemnit omnia, qui se cogitat moriturum. Et quantum ad consideratione nem mortis dicit. *Veniat mors super illos.* Mors enim super illum uenit, qui illam iugiter in corde meditatur. Quantum autem ad considerationem pœnarum inferorum dicit. *Et descendant in infernum uiuentes.* Illi in infernum mortui descendunt, qui post mortem damnati in inferno cruciantur. Illi autem

Schisma.

Infernus.

Hierony.

Mors.

vibi descenduntrqui hic viuentes, mentem inclinant ad ipsum meditandum. Ista ergo duo orat iste, ut malis eueniant, & conuertantur.

892 *Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.*

Ostendit hic causam ipsorum punitionis. Vbi notandum, quòd per habitacula intelligit præsentem vitam, in qua vt peregrini habitamus, & transimus. Vnde ait: *Quoniam nequitia*, idest, peccata *in habitaculis eorum*, scilicet in vita præsenti. Et hoc *in medio eorum*, idest, in corde ipsorum, quod est in medio animalis. Quia dictum est, quòd pœna schismaticis debita, est pœna inferni. Ideo ad aliquid de ipsa intelligendum quæro, utrum in inferno sit ignis realis, qui in spiritum separatum agere possit. Vide in scripto meo libro quarto quæstione quadragesimaquarta, articulo secundo.

Quæstio.

893 *Ego autem ad dominum clamaui, & dominus saluauit me.*

Consequenter hic ostendit iustam diuinam retributionem. Hic psalmista mutat stylum loquendi, quia supra loquebatur in persona capitis ecclesiæ, scilicet Christi, hic autem loquitur in persona corporis scilicet ecclesiæ. Et duo facit, quia ostendit primò quid diuina iustitia retribuat bonis. Secundò quid retribuat malis, ibi. *Exaudiet Deus.* Quantum autem ad retributionem bonorum Psalmista ostendit, quòd iustis Deus tria bona retribuit. Quia primò ipsos saluificat, condonando crimina. Secundò ipsos iustificat conferendo petita ibi. *Vespere.* Tertiò ipsos pacificat, largiendo præmia, ibi, *Redimet in pace*. Quantum ad primum notandum, quòd clamare ad Deum, non est nisi mentis desiderio in ipsum tendere orando. Qui aliquid à Deo petit orando, non clamat ad Deum, sed in infimis iacens loquitur lingua corporis, sed corde permanet mutus. Oratio autem deuota quidam clamor cordis est aures pulsans diuinas. Vnde orans Psalmista dicit. Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Vnde Moysi corporis lingua tacenti, sed oranti, dixit dominus. Quid clamas ad me? Videns ergo ecclesia se inter tot malos, & mala positam, pro salute sua orat, dicens. *Ego clamaui ad dominum, & saluauit me.* Vel etiam possunt esse verba Christi pro suo corpore, quod est ecclesia orantis. Sicut quando dixit. Pater, non pro mundo rogo, sed pro ijs, quos dedisti mihi, idest quos meos futuros esse ab æterno prædestinasti. Et ipse exauditus fuit, sicut ait Apostolus. Cū clamore valido, & lachrymis orās, exauditus est, quod nunc ostendit propheta in persona Christi, dicens. *Ego clamaui ad dominum, & saluauit me*, idest, meos. Et hic potes notare, quòd Christus clamauit ad Deum multoties, ac multipliciter. Vide supra versiculo 399. Si autem ista sint verba non Christi, sed ecclesiæ: tunc nota quòd iusti oratio pro multis ad Deum clamare debet, scilicet debet clamare pro sustentatione vitæ corporalis. Clamare pro liberatione pœnæ temporalis. Clamare pro consolatione mentis internalis. Clamare pro euasione pœnæ infernalis. Clamare pro remissione culpæ criminalis. Clamare pro adeptione gloriæ triumphalis. Primò ergo clamet iustus pro sustentatione vitæ tēporalis. Quia sicut licitum est etiam velle naturaliter viuere, quinimò & naturale, sic & alimenta huius uitæ clamando petere. In cuius figuram Gen. 41. Clamauit populus ad Pharaonem, alimenta pētens, scilicet necessitatis non superfluitatis, & sic clamando sperare debemus, quòd illa nobis dominus dabit. Es. 30. ad uocem clamoris tui dabit tibi dominus panem arctum, & aquam breuem. Panē enim arctum, & aquam breuem nobis tribuit dominus quando nobis non superflua tribuit, sed necessaria uitæ. Sic enim necessaria vitæ clamando postulauit Helias. 3. Regum 17. quando clamauit post tergum viduæ dicens. Affer mihi obsecro bucellam panis in manu tua. Secundò clamet pro liberatione pœnæ temporalis. Animalia enim etiam bruta pœnis afflicta clamant, multò fortius, & nos pœnis afflicti pro nostra liberatione ad Deum clamare debemus. Cuius figuram nobis ostendit ille strenuus miles Mardochæus, qui videns mala Iudæis

Exod. 14.

Ioan. 17.

Hebr. 5.

Psal. 101. Oratio.

Iudæis præparatã pro liberatione clamauit ad dominum. Hester. 4. Quæ cum audiisset Mardocheus scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, & uoce magna clamauit, ostendens amaritudinem animi sui. Ex quo apparet, quòd non solum pro præsentibus pœnis, sed etiam pro imminentibus orando clamare debemus. Et sic cum clamor noster non sufficit, ad iustos viros recurrere debemus, vt pro nobis ad dominum clament, more Hebræorum, qui se videntes malis artatos, Samueli dixerunt. Non cesses pro nobis clamare ad dominum Deum nostrum. Tertiò clamet pro consolatione mentis, &c. Naturaliter enim tribulati consolationem quærunt. Psalm. 119. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Sic enim nos consolari se dominus promptum promittit, dicens. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, &c. Quartò clamet pro euasione pęnæ infernalis, quam quilibet iustè fugere velle debet. In cuius figuram Petrus cum in mari mergi cœpisset, clamauit ad dominum, dicens. Domine, saluum me fac. Mare enim ab amaritudine dictum, amaritudinem pœnæ infernalis significat, in quam propter peccata proijciuntur homines cum ipsis peccatis. Mich. septimo. Deponet omnes iniquitates nostras, & proijciet in profundum inferni omnia peccata nostra. Cum ergo quis se videt pondere peccatorum in infernum demergi, clamet cum Petro ad Dominum dicens. Domine, saluum me fac, & liberabitur. Psalm. 33. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Quintò clamet pro remissione culpę criminalis, scilicet confitẽdo peccata. Esa. 38. Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, & meditabor vt columba, sequitur. Recogitabo tibi omnes annos, &c. Vbi apparet, quòd volens ad Deum pro remissione peccatorum clamare, ut hirundo, & ut columba, se debet habere, quia scilicet debet peccata per confessionem extra cor suũ emittere. Et hoc significat hirundo, quę vt dicitur lib. 12. de proprietati. rerum, pullos suos summè instruit, vt eijciant stercora extra nidum. Quid enim stercus, nisi peccatum, quid nidus nisi conscientiam significat? consequenter de commissis debet pœnitentiam agere, quod figurat columba, quæ pro cantu gemitum reddit. Qui ergo sicut hirundo, & sicut columba clamauerit ad Dominum per confessionem, & gemitum, liberabitur à culpa. Sic .n. mulier Chananæa à finibus illis egressa clamabat dicens, Domine, filia mea, &c. & sanitatem impetrauit. Quæ mulier primo peccata reliquit, quia à finibus illis egressa. Secũdò pœnitentiam egit, quia sua peccata confiteri non erubuit dicens. Filia mea, idest, anima mea, &c. Vt nostrum quilibet sic clamando dicat illud Esa. 26. Sicut quæ concepit, cum appropinquat ad partum, dolens clamat, sic facti sumus à facie tua, domine. Sextò clamet pro adeptione gloriæ. Psal. 56. dicens. Clamabo ad Deum altissimum, ad Deum, qui benefecit mihi, quia misit de summo, & liberauit me, &c. Quicunque enim pro prædictis deuotè clamauerit, liberabitur, vt dicere cum Psalmista possit. *Ego autem clamaui ad dominum, & dominus saluauit me.*

1. Reg. 7.

Psal. 90.

Matth. 14.

Hirundo. Nota hic quod peccata per cõfessionem extra emittere debemus, ad exemplũ hirundinis, quæ filios suos instruit summe ut stercora proijciant extra

Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam. 894

HIc consequenter ostendit, quòd Deus suos iustificat, postulata eis concedendo. Vbi notandum quòd illos maximè Deus exaudit, qui fidem docendo alios informant. Sic enim dicit Christus Apostolis. Docete omnes gẽtes &c. Ego autem uobiscum sum, scilicet uobis conferendo petita. Et hoc hic ostendit Psalmista, qui ex prædicatione fidei se exaudiendum, ostendit, dicens. Vespere, &c. & dominus exaudiet uocem meã. Vbi notandum, quid hic uespere, quid mane, quid meridie significatur. Non enim per ista uocabula hic intelligũtur horæ temporales, sed in illis horis celebrata. Vespere enim, idest, declinante die Christus in cruce emisit spiritũ, quia hora nona clamans, emisit spiritum. Et sic per, uespere, intellige Christi passionem. Mane autem surrexit Christus, sic etenim mulieres ualdè manè una sabbatorium uenieunt ad monumentum, &c. quibus ait angelus. Surrexit, &c. Et sic

Matt. vlt.

Vespere passionis. Mane resurrectionis. Meridies ascensionis.

per mane accipe Christi resurrectionem. Meridie autem ascendit in coelum, quia discipulis cum ipso prandentibus. Et sic per meridiem accipe Christi ascensionem. Dicat ergo Psalmista. *Vespere, & mane, & meridie narrabo*, idest narrabo & annunciabo Christi passionem, resurrectionem & ascensionem. Et propter hoc ipse Deus *exaudiet vocem meã*, scilicet postulata concedendo.

895 *Redimet in pace animam meam ab ijs qui appropinquinquant mihi, quoniam inter multos erant mecum.*

Multi vocati. Pauci electi.

HIc ostendit, quòd Christus suos pacificat conferendo pacis præmia. Vbi notandum est, quòd differentia est inter uocatos ad fidem, & electos .i. prædestinatos, quia teste Christo, uocati sũt

Redemptio.

multi, pauci uerò electi. Matth. 20. Et idẽ uocati significantur per multos .s. qui nõ sunt prædestinati, sed prædestinati significantur per paucos. In uita autem præsenti multi isti, & pauci appropinquant, & sunt insimul, loco non merito, corpore non mente, exteriori apparentia, non interiori existentia. Et quamuis passio Christi fuerit sufficiens pro omnibus redimendis, non tamen omnes æqualiter redemit, quia multos redemit solũ quõd ad sufficientiam, non quoad efficaciam, quia quamuis pro omnibus fuerit passus, multi tamen se ab eius passione peccatis fecerunt alienos, & sic non habent finem Christi passi, qui est pax æterna. Pauci autem prædestinati redimuntur aliter, quia non solum quo ad sufficientiam, sed etiam quoad efficaciam, quia finem redemptionis, qui est pax æterna, consequitur, quia se per peccatum finaliter non diuidũt à Christi corpore. Quo viso, patet sententia. Vnde psalmista dicit in persona electorum. *Redimet in pace animam meam*, quia scilicet finem redemptionis, qui est pax æterna, habebo. Et sic ero separatus ab ijs, qui modo *appropinquant mihi*, scilicet à malis, qui hîc mihi corpore, & loco appropinquant, non merito. Et quòd de malis sibi appropinquantibus intelligat, ostendit dicens. *Quoniam inter multos erant mecum*, quasi dicat, loquor de malis, qui sunt mecum inter multos, non inter paucos, quia scilicet sunt de multitudine uocatorum nõ de paucitate electorum, mali enim sunt multi, qui bonis appropinquant sicut palea tritico. Nam paleæ, & triticum uno semine nascuntur, in vno agro radicantur, de vna pluuia nutriuntur, sub eodẽ messore colliguntur, eadem trituratione vtuntur, eandem uentilationem expectant, sed in unum horreum finaliter simul non intrant. Sic & mali appropinquant bonis, & multis sacramentis, non tamen similiter terminantur, quia boni ad pacem ducuntur, ut granum ad horreum, mali autem igni comburendi vt paleæ reseruantur. Vnde merito quilibet electus dicat. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Sed impijs non est pax, dicit dominus. Esa. 48.

Psal. 4.

Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante sæcula.

896 OStẽso quid Deus retribuit bonis, nunc ostẽdit quid retribuit malis. Et diuiditur in partes quatuor, secundũ quòd de malis quatuor ostendit. Quia primo ponit malorum depressionem. Secundò malorum obstinationem, ibi. *Non enim est illis*. Tertiò ipsorum transgressionem, ibi. *Contaminauerunt*. Quartò ipsorum damnationem, ibi. *Tu verò Deus*. Quantum ad primum sciendum, quòd aliud est humilitas, & aliud humiliatio. Quoniam humilitas virtus est, & semper sonat in bonum. Humiliatio autem non semper est virtus, sed depressionem, & pœnam significat, sicut dicitur Lucæ decimooctauo. Omnis qui se exaltat humiliabitur, idest, deprimetur, & punietur. Sic etiam dicitur 1. Reg. septimo, quòd ab Israel humiliati sunt Philistæi, nec apposuerunt vltra vt venirent in terminos Israel. Sic & Esa. 13. Gloriosos terræ humiliabo. Vnde humilitas iustificat, sed humiliatio abijcit, & vilificat. Vnde Hugo super magnificat, dicit. Humilitas est intus in virtute mentis. Humiliatio autem foris in abiectione humanæ opinionis. Sic igitur humiliatio significat depressionem, & abiectionem. Et hanc Deus retribuet malis, quia licet in præsenti videantur alti, & honorabiles, tamen finaliter depressi erunt, & abominabiles. Et hoc

Humilitas. Humiliatio.

est, quod dicit hic Psalmista. *Exaudiet Deus*, scilicet, qui est ante saecula, quia aeternus, exaudiet, scilicet iustos, sed illos humiliabit.

890 *Non enim est illis commutatio, & nō timuerunt Deum, extendit manum suam in tribuendo.*

HIc ostendit malorum obstinationem, qui scilicet à malitia sua nolunt commutari, & ad bonum conuerti. Vbi sciendum, quòd maximum remedium conuersionis malorum est timor Dei: quia ut dicitur. Ecclesiastico primo. Per timorem Dei declinat omnis homo à malo. Qui autem timorem Dei non habet, à malo ad bonum conuerti non potest. Quia qui sine timore est, non poterit iustificari. Et ideo quia mali non timent Deum, ideo non commutantur à malo. Et hoc est, quod hic dicit. *Non enim est illis commutatio*, scilicet, vitae à malo ad bonum. Et causam subdit, dicens. *Et* (pro quia) *non timuerunt Deum*. Hoc enim remedio, scilicet, timore Dei, vt dicit glossa conuertitur homo. Et ideo si non est illis commutatio à malo, dignè puniri merentur à Deo. Vnde de Deo subditur. *Extendit manum suam in tribuendo*, scilicet eis poenam. Loquitur enim à simili hominis ferire volentis, qui manum eleuat, ut grauius feriat.

Timor. Eccles. 1.

898 *Contaminauerunt testamentum eius, & diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquabit cor illius.*

HIc ponit malorum transgressionem. Et tria facit. Quia primò ponit malorum transgressionem. Secundò ipsorum inexcusationem, ibi. *Molliti*. Tertiò iustorum conseruationem, ibi. *Iacta*. Quantum ad primum sciendum quòd testamentum Dei in scriptura significat tria, scilicet, quandoque scripturam sacram. Ecclesiastico. Vigesimoquarto. Haec omnia liber vitae, & testamentum altissimi, & agnitio veritatis. Quandoque Christi passionem, supra versiculo trecētesimoquinquagesimoquarto, & trecentesimoquinquagesimooctauo. Zachar. nono. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, &c. Quandoque verò haereditatem aeternam. Psalm. 88. Disposui testamentum electis meis. Itē notandum, quòd contaminare secundum Grammaticos, idem est quòd polluere, deturpare, vel corrumpere. Testamentum scripturae sacrae contamināt haeretici, scripturam falsè exponendo. Testamentum passionis Christi contaminant luxuriosi, illud quantum in se est polluendo. Testamentum haereditatis aeternae contaminant omnes obstinati, illud pro temporalibus vilipendendo. Prima contaminatio spectat ad peccatum superbiae, Secunda ad peccatum luxuriae. Tertia ad peccatum auaritiae. Et ad ista tria reducuntur omnia alia peccata. Et ideo generaliter de omnib. malis peccatoribus dicit nunc Psalmista. *Contaminauerunt testamentum eius*. Ratio autem quare contaminauerunt testamentum eius est, quia diuisi sunt ab ira vultus eius. Ira enim vultus Dei nihil aliud hic accipitur quàm eius iustitia, qua peccatores punit secundum Gregor. Illi ergo diuisi sunt ab ira vultus Dei, qui ipsum non credunt peccata punire, & per cōsequens ipsum non timēt. Idem ergo est hic dicere, *diuisi sunt ab ira vultus eius*, quod versiculo praecedenti dixit. *Non timuerunt Deum*. Vnde sicut *non est illis commutatio*, quia *non timuerunt Deum* Ita conformiter. *Contaminauerunt testamentum eius*, quia *diuisi sunt ab ira vultus eius*, hoc quia non timuerunt Deum. Et tamen in hoc valdè decipiuntur, quia cor, & voluntas Dei semper parata est ad puniendum peccatores induratos. Et hoc est quod subdit. *Et appropinquabit cor illius*, scilicet ad ipsos puniendum Ezec. 7. Scietis quia ego sum dominus percutiens, & non erit requies in eis. Venit tempus, appropinqua bit dies.

Contaminare.

Greg. li. 11. moral.

899 *Molliti sunt sermones eius super oleū, & ipsi sunt iacula.*

23. q. 3. sex.

POnitur hic talium obstinatorū malorum inexcusatio. Vbi notandum hic, quod sermones eius sunt sermones Dei, scilicet sacrae scripturae, qui dicuntur molliti, quod enim mollitur redditur

Sermo scriptura.

tus subtilius, quod autem subtilius est, magis est penetratiuum. Sermones ergo Dei, vel sacræ scripturæ dicuntur molliti super oleum, quia sunt subtiles, & penetratiui super oleum, idest, magis quã oleum, quod etiam ossa penetrat. Vult ergo ex hoc habere, quòd sermones Dei ita sunt molliti, & penetratiui, quòd etiã cor peccatoris habẽt penetrare, nisi ponat obicem. Si ergo ipsis cor peccatoris non penetratur, culpa est peccatoris Et ideo inexcusabilis redditur. Et ideo subdit. *Et ipsi sunt iacula.* Quia quantum est de se, nisi obex ponatur, parati sunt penetrare cor peccatoris, sicut iacula penetrant corpus. Et hoc est, quod dicebat Apostolus. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus &c. Si ergo cor tuum nõ penetrat, culpa est tua non sermonis, & sic tu es inexcusabilis.

Hebræ. 4.

900 *Iacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & nõ dabit in æternum fluctuationem iusto.*

HIc differenter à malis ponit iustorum conseruationem. Vbi notandum, quòd Deus totum mundum per se ipsum regit, & gubernat, & secundum debitum iustitiæ omnium curam habet tãquam paterfamilias. Vnde sicut peritus medicus nunc amaras potiones infert per aduersitates, nunc dulcibus reficit per prosperitates, propter quod de ipso dicitur. Nec est alius Deus quàm tu, cui cura est de omnibus. Sicut ergo familia domus totam curam iactat super patremfamilias, vt domum disponat ad libitũ, ita & nos totam curam vitæ nostræ super dominum iactare debemus. Non tamen ex hoc sequitur, quòd ociosi manere debeamus. Sed sicut filij familias patri relinquentes curam domus quam ipse per se ordinat & alijs agẽda imperat, parati sunt patri obedire, & in ijs, quæ sibi pro cura domus imposuerit, se exercere. Sic & nos nobis imposita per Deũ pro cura nostra exercere debemus, ut totam curam iactemus super Deum, tanquam super ordinatorem, & præceptorẽ nos autem eidem obedientes illa sollicitemus, quæ nobis imposuerit. Ex quibus omnibus sequitur, quòd etiam de vita nostra sollicitari debemus, sed solũ sub Dei voluntate, sic q; nihil agamus contra eius uoluntatem, sed solum nobis per ipsum imposita. Et hoc est quod dicitur. Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam illi cura est de vobis. Et isto modo intelliguntur verba Christi dicentis. Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, &c. Non enim præcipit, quòd non seminemus, quod non metamus, quod non ponamus granum in horreum, sed solum hoc intendit quod nostra sollicitudo, & cura eius curæ subijciatur, ne pro vita nostra aliquod peccatum incurramus. Hic enim etiam brutis animalibus prouidet dando eis industriam naturalem, vnde viuere possint, quanto magis hominibus? Vnde Sap. 6. Aequaliter est ei cura de omnibus. Istum intellectum habet Ioannes Chrysostomus super Matthæũ dicens. Qui credit se iudicio Dei gubernari, escam suam in manu Dei committat. Cogitet autẽ ipse de bono, & de malo, scilicet in omni sollicitudine, & cura sua, de quo nisi quis sollicitus fuerit, nec malum fugiet, nec bonum apprehendet. Et ideo dixit Christus. Quærite primũ regnum Dei, & iustitiam &c. Regnum Dei est retributio bonorum operum. Iustitia autem eius uia pietatis, per quam itur ad regnum. Si ergo cogitas qualis erit gloria sanctorum, necesse est aut vt propter timorẽ pœnæ recedas à malo, aut propter desiderium gloriæ festines ad bonum. Et, si cogitas quid sit Dei iustitia, quid odit Deus, & quid amat, ipsa iustitia ostendit tibi uias suas, quæ amantes se sequitur. Non enim daturi sumus rationem, si pauperes sumus, vel diuites, sed si bene, vel malè egerimus, quod est in nostro arbitrio. *Et non dabit in æternum fluctuationem iusto.* Fluctuo, fluctuas, idẽ est quòd vacillare vel dubitare. Iustus autem qui sperat in domino, non dubitat se à Deo relinqui, ideo non fluctuat.

Cura. Sollicitudo. — Sap. 12. — 1. Petr. 5. — Matth. 6. — Chrysost.

Tu verò, Deus, deduces eos in puteum interitus. 900

HIc ponitur malorum damnatio. Vbi notandum, quòd secundum Gregor. 14. mor. cap. 5. Interitus dicitur diabo-

Interitus. *Diabolus.* *Puteus.* diabolus, quia quos hic exaltat, postea æternaliter interire facit. Vnde de diabolo, qui malos calcat, dicitur Iob decimooctauo. Calcet super eum quasi rex interitus. Est ergo hic interitus casus gehennæ, & est idem puteus interitus, idest, puteus diaboli. Quid est autem puteus diaboli nisi infernus, de quo Apocalypsis nono. Aperuit puteum abyssi, & ascédit fumus de puteo, & obscuratus est, sol, &c. Sic ergo ponens damnationem iustam malorum, dicit. *Tu verò Deus, deduces eos in puteum interitus*, idest, æternaliter ipsos damnabis.

901 *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos, ego autem sperabo in te, domine.*

ET ne credant mali damnationem suam tardam esse, hoc remouet, dicens, quòd viri mali *non dimidiabunt dies suos*. Quia quamuis cuilibet naturaliter sit determinatum tempus, quantum viuere possit secundum proportionem calidi naturalis ad humidum radicale, tamen terminus ille breuiari potest, quod maxime accidit malis, qui per malam vitam suam dissipant virtutem vitalem, & multotiens morte violenta terminantur, vt ostensum fuit superius uers. 637. Vel aliter ille malus non dimidiat dies suos, qui continue vsq; ad finem perseuerat in malo. Ille verò dimidiat, qui postquã partem dierum in malis consumpsit, aliã partem ad bonum per pœnitentiam cõuertit. *Viri ergo sanguinum non dimidiant dies suos*, quia nunquam ad pœnitentiam reuertuntur. Et isto modo exponit istũ versum Greg. 5. moral. c. 28. d. De reprobis per ps. dicitur. *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos*. Dies quippe dimidiare est tempus vitæ male in voluptatibus ductum ad pœnitentiæ lamenta diuidere, atque hoc ad bonum usum pœnitẽdo reparare. Sed iniqui dies suos nequaquam dimidiant, quia peruersam mentem neque etiam in extremo tempore immutant, &c. Quia de sollicitudine, & cura vitæ præsentis dictum est. Iacta super dominum curam tuam. Ideo quæro, virum sollicitudo rerum temporalium sit licita. Respondeo ut secunda secundæ. quæst. 55. art. 6.

Dimidiare dies. *Gregor. 5. mor. c. 28.* *2. 2. q. 55. art. 6.*

PSAL. LV.

902 *MIserere mei, Deus, quoniam cõculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me.*

PSALMO huic talis præmittitur titulus. *In finem ipsi Dauid, cum tenuerũt eum Allophyli in Geth.* Pro cuius euidentia sciendũ, quòd iste Psalmus, & ps. 33. fuerunt facti pro eadem historia, licet diuersis respectibus. Nam, vt dictum fuit in expositione tituli psalm. 33. cum Dauid fugeret Saul persecutorem suũ, contulit se ad Achis regem Geth, &c. vt ibi. Tunc serui Achis cognoscentes Dauid, suaserunt regi Achis ut teneret Dauid, & occideret eum. Dauid ergo in tali periculo se uidens positum, fecit istum psalmum, Dei postulans adiutorium. Differt autem iste psalmus in materia à 33. quia psal. 33. respicit euasionem Dauid de manibus eorum, quando per regem Geth fuit vt fatuus expulsus. Et ideo illum psal. incepit à gratiarum actione, dicens, Benedicam dominũ, &c. Iste autem psalmus magis respicit tentionem ipsius Dauid, quando fuit ibi in periculo mortis. Et ideo istæ incipit ab imploratione diuinæ misericordiæ. d. *Miserere mei Deus*, &c. Notandum etiam q̃ Allophyli dicũtur ipsi Philistæi, qui erãt in ipsa ciuitate Geth, qui tenuerunt Dauid, quia erant alienigenæ à populo Iudæorum. Nam allon idem dicitur q̃ aliẽnũ, & cõponitur cum phylus, & dicitur allophylus. i. alienigena maxime Philistæus. Ex quib. apparet titulus. s. Iste ps. in finem nos dirigẽs attribuitur ipsi Dauid, quia ipsum fecit *cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.* Et quia iste psalm. est historialis. Primo dicam sensum literalem. Secundo sensum propheticum. Quantum ad sensum literalem iste psal. diuiditur in partes tres, quia primo ponitur Dauid deprecatio. Secundo deprecationis exauditio, ibi. *Sicut sustinuerunt.* Tertio gratiarum actio, ibi. *In Deo laudabo*, &c. vt Nico. de Ly. Quantum verò ad sensum propheticum notandũ, q̃ tota intentio ps. est confirmare ecclesiam, & bonos fideles contra persecutiones, & ad-

& aduersitates. Et secũdum hoc psal. iste diuiditur in partes tres. Quia ecclesia primo suam multiplicem explicat tribulationem. Secundò ad Deum suã erigit intentionem, ibi. *In quacunque die muoc.* Tertiò Deo refert gratiarum actionem. ibi. *In Deo laudabo.* Quantum ad primũ, sciendum quod in presenti tres patimur hostes, à quibus continuè tribulamur. s. diabolum, mundum, & carnem. Et secundũ hoc tria facit, quia ostendit primò tribulationes, quas infert diabolus. Secundò illas, quas infert mundus, ibi. *Ab altitu dine.* Tertiò illas, quas infert caro, ibi. *In Deo laudabo*, Quantum ergo ad primum ostendens qualiter à diabolo conculcamur, & tribulamur dicit. *Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo.* Vbi sciendum, quod diabolus quandoque dicitur homo, quandoque dicitur inimicus hominis. Dicitur enim homo nõ naturaliter, sed astutia. Sicut enim diabolus quandoque se transfigurat in angelum lucis, vt decipiat, cum tamen nõ sit angelus lucis, sic se quandoq; transfigurat in hominem, vt homines decipiat. Nam transfigurat se in angelum lucis: cum ad peccandum inducit, spiritualia bona prætendens. Vt dum volens hominem inducere ad superbiam sibi proponit meritum regiminis aliorum, vt gradu prælationis adepto, facilius per superbiam eleuetur. Transfigurat autem se in hominem, cum ad peccandum inducit bona prætendens humana. Vt cùm amorem filiorum tibi proponit, vt ad illicita lucra inducat. Et ideo saluator diabolum appellat hominem, dicens. Cum autem dormirent homines, illuc venit inimicus, & superseminauit zizania, quod de diabolo ad literam dicit. Vnde statim istum inimicum diabolum hominẽ appellat, dicens. Inimicus homo hoc fecit. Vbi Hieronymus, Diabolus inimicus homo appellatur, quia desæuire nõ desinit. Et de ipso scriptum est in Psal. Exurge, domine, non prævaleat homo. Vel etiam diabolus dicitur inimicus homo, quia sub similitudine rationis humanæ hominem decipit vel ex eo quòd homini à principio inimicatur, vel ab euentu, quia deiecit hominem. De diabolo ergo sub nomine hominis hic ait Psalm. *Miserere mei, Deus*, & causam adiungit.

Diabolus dicitur homo.

Matth. 13.

Hierony.

Quoniam conculcauit me homo. Calco, calcas, componitur cum con, & fit conculco, conculcas, quod idem est quòd alium deprimere simul & superare. Cõculcat ergo diabolus hominem, cum ipsum tentando superat. Sicut econtrario homo diabolum conculcat, cum ei resistendo, ipsum superat. psal. 90. Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Et quia diabolus impugnare non desinit, ideo subdit. *Tota die impugnans tribulauit me. Tota die.* i. in omni parte diei. Dies enim naturalis diuiditur in lucem, & tenebras. Per partem lucis intellige prospera, sed per tenebras aduersa. Tribulat ergo tota die, quia per aduersa, & prospera nos tentando, ad peccatum conatur inducere. Quibus consideratis nostrum quilibet meritò cogitur Deo cum Psalmista dicere. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me. Vnde & hoc alijs verbis insinuat, dicens.

Cõculcare.

Dies.

Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me.

903
3. q. 1. nulli.

INimici nostri dicũtur dæmones, quia continuè nobis aduersantur, vt nos subijciant. 1. Petr. 5. Aduersarius vester diabolus, &c. quia quos suis tentationibus ad peccatum trahunt, hos pedibus suæ tyrannicæ dominationis conculcãt, vt ostendit Grego. lib. 14. mor. c. 8. d. super illo Iob 18. Calcet super eum quasi rex interitus, dicens. Hoc loco interitus nomine ipse inimicus humani generis, qui interitum nobis intulit designatur, de quo ad Ioannem dicitur. Et nomen illi mors. Iste namq; interitus quasi rex super impium calcat, quia quem prius blandis persuasionibus decepit ad interitum, violentis nexibus ad supplicium rapit, tantoq; eum durius premit, quanto in prauis actibus eum vehementius astringit. Qui hic quoq; mentem reprobi dum possidet calcat, quia quotiẽs eam delectationibus premit, quasi totiẽs super eam pedes suæ tyrannicæ dominationis ponit, vt & peccatores dicere cogantur. *Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniã multi bellãtes aduersum me.*

Diabolus dicitur interitus.

Apoc. 6.
e Calcat diabolus.

Bellum diaboli.

Quòd ideo dicit, quia quos diabolus, vno tentante, vincere non potest, dæmonum multitudine vincere conatur. Diabolus enim bellicosus est, & seditiosus. Vnde & ab initio contra sanctos angelos bellauit. Apoc. 12. Factum est prælium magnum in cœlo, dum draco committeret bellum. Michael, & angeli eius præliabantur, &c. Hic etiam contra Christum hic etiam victus, & deiectus postmodum cōtra Christum bellum aliud mouit, quando, scilicet post Christi ieiunium ipsum tentando multipliciter inuasit. Sic & nō quiescendo contra homines continua bella facit per se suosque satellites nos multipliciter impugnando. Et hoc est, quod hic ait ps. *Quoniam multi bellantes aduersum me.* Sed qualiter contra ipsum armari debemus, ostendit Gregor. d. Sācti viri, quia cōtra multiformem aduersarium se pugnare considerant, semetipsos in certamine multipliciter armant. Habent enim contra famem diuini verbi pabulum, contra belli gladium continentiæ scutum, contra flagellum linguæ protectionem patientiæ, contra exterioris calamitatis damnum interni amoris adiutorium, vnde miro modo agitur, ut quò hostis callidus numerosius tentat, eò circumspecti Dei milites virtutibus fiāt ditiores, &c. Er nota, quòd Dei filius videns nos tantis dæmonum bellis oppressos, pro nobis contra diabolum bellum assumpsit, dum assumpto nostræ humanitatis habitu, contra ipsum ad bellū processit. Sic enim scribitur 3. Reg. vlt. Rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. Israel enim, qui videns Deum interpretatur, quem proprius significat, quàm Dei filium, qui omnium beatorum videntium Deū rex gloriæ, & dominus existit, de quo ps. 23. Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Hic habitum suum mutauit, quando nostræ mortalitatis habitum, quem ante non habebat, assumpsit, de quo ad Phil. 2 dicitur, quòd exinaniuit semetipsum, formam serui accipiēs in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Et sic, nostro assumpto habitu, pro nobis contra diabolum ingressus est bellum, quando in assumpta humanitate pro nobis à diabolo bellum tentationis sustinuit, in quo ipsum superando eius vires contra nos diminuit, & nobis potestatem ipsum vincendi concessit. Quæ notans Psal. ista dicit ipsi Christo. Præcinxisti me uirtute ad bellum, & supplātasti insurgentes in me subitus me. Si ergo bello dæmonum impugnaris, inuoca Christum pro adiutorio, dicens. *Miserere mei, Deus, quoniam multi bellantes aduersum me.*

Matth. 4. — *Gregor. 6. mor. c. 19.* — *Christus bellat pro nobis.* — *Psal. 17.*

Ab altitudine diei timebo, ego verò in te sperabo.

904 — *1. 2. q. 1. in prin.*

Hic consequenter ostendit tribulationes, & bella, quæ nobis infert mundus. Vbi nota, quòd secundum glossam altitudo diei dicitur mundus, idest, mundana altitudo, vbi est superbiæ tumor. Et hanc timere non debemus, quia citò terminatur. Vnde sicut altitudo diei nullam stabilitatem habet, sed statim vergit ad occasum, quia cum sol continue moueatur, quando peruenit ad altiorem suum gradum, quod facit in meridie, statim incipit ad occasum declinare. Sic est de potestate mundi, quæ dum ad altum gradum peruenerit, ibi diu durare nōn potest, sicut est de certo puncto in rota, quæ continue voluitur, signato, qui cum in altiori gradu fuerit, inde statim accipit casum. Et hoc considerans hic Psalm. dicit, *Ab altitudine diei timebo,* quod dicit interrogatiuè, quasi dicat, non. Et causam quare timere non debet adiungit, dicens. *Ego uero in te sperabo.* In quo scilicet speranti nulli timendum est Cuius ratio est, quia qui sperat in Deū, in suis tribulationibus Deum secum habet Psal. 90. Quoniam in me sperauit, & ego liberabo eum &c. cum ipso sum in tribulatione. Qui autem Deum secum habet, qui est omnipotens, nullum hostem timere debet. Vnde Chrysostomus super illud Lucæ vndecimo, Erat Iesum eijciens dæmonium, dicit. Neque enim timere debet hostem fortem, qui secum principem habet fortiorem. Narrat Iustinus libro secundo de Alexandro, quod cum nullo hoste nūquam pugnauit, quem non uinceret, nec vrbem obsedit, quam non expugnaret, nec vllā gentem inuasit, quam non obtineret. Et idem eius præsentia tantam fiduciā eius militibus

Altitudo diei dicitur potentia mundi. — *Timor.* — *Chrysost.* — *Iustinus.*

militibus contulerat, vt illo præsente, nullum hostem, nec arma timerent. Multò ergo fortius Christus dominus noster, cuius virtuti, nihil resistere potest, sua præsentia tantam fiduciam tribuit suis, quia in omni aduersitate se præsentem eis exhibet, vt nullum timere debeant. Et hoc bene aduerterat Psal. dicens. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et nunc similiter dicit Psal. *Ab altitudine diei timebo*? quasi dicat nō. Et rationem subdit, dicens. *Ego verò in te sperabo*, & sic te præsentem habebo.

905 *In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui, non timebo, quid faciat mihi caro.*

Consequenter hic ostendit tribulationes, & bella carnis. Et tria facit. Quia primo ponit carnis impugnationem. Secundò contra illam ad Deum erigit suam deuotionem, ibi. *Deus vitam meam.* Tertio ostendit suam à Deo exauditionem ibi. *Sicut & in promissione.* Prima pars diuiditur in duas. Quia primo bellum carnis proponitur. Secundo ipsum prosequitur, ibi. *Tota die.* Quantum ad primum sciendum, quòd bella carnis timere non debet, qui secum Deum habet. Habet autem homo secum Deum, dum per recognitionem beneficiorum ab ipso receptorum sperat ab ipso alia in futurum recipere. Sic ergo hic Psal. primo recolit beneficia à Deo recepta, dicens. *In Deo laudabo sermones meos.* Vbi sciendum, quòd hic per sermones accipiuntur omnia opera bona, & meritoria, quæ rectè sermones dicuntur. Nam secundum Grammaticos sermo dicitur à sero seris, ipsa autē opera nostra sunt semina, quæ seminamus, secundum quæ & metemus bonum, vel malum, dicente Apostolo. 2 Corinth. 9. Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitam æternam. Et semina pro operibus accipit Apostolus, dicens. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Et sic sermones à serendo dicti, significant operationes, de quibus nunc ait Ps. *In Deo laudabo sermones meos*, idest, ei retribuam opera bona, quæ ego facio, quia ipsa ab eo recognoscam, quia sua sunt. Vbi nota, q̄ boni sermones, idest, opera omnia nostra bona dicuntur esse Dei, & nostra, Dei quia per eius gratiam facta, nostra autem quia per liberum arbitriū nostrum tanquam per instrumentum motum à gratia eius facta. Vnde Grego. trigesimotertio, moral. capit. vigesimosexto, dicit. Bonum quippe, quod agimus & Dei est, & nostrum, Dei per præuenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam volūtatem. Si enim Dei nō esset, vnde ei in æternum gratias ageremus? Rursum si nostrum non esset, quomodo ex illo nobis præberi præmia speraremus? Quòd ergo non immeritò gratias agimus, scimus quòd eius munere præuenimur. Et rursum, quia non immeritò retributionem quærimus, scimus quia subsequenti libero arbitrio bona eligimus, quæ ageremus. Et istum intellectum habet Magister in glos. dicens. *In Deo laudabo sermones meos*, ei, scilicet, attribuens quòd benè loquor, vel ago; quia ab eo habeo. Sermones meos dico, idest, opera: quia ab ipso accepi. Vnde & Dei sunt, qui dat, & mea quia accipio. Ex quibus patet, quòd per ista verba. *In Deo laudabo sermones meos*, à Deo recognoscit omnia bona, quæ agit, & loquitur. Et per hoc sperat in futurum alia à Deo sibi danda, vnde subdit, *In Deo speraui.* Et ideo ex hoc fortificatus in mente, dicit. *Non timebo, quid faciat mihi caro.* Carnis enim tentatio, si sibi resistatur, mentem non inquinat, sed purgat. vnde Gregor. ait. Sciendum est, aliud esse, quod animus de tentatione carnis patitur, aliud verò cum per cōsensum delectationibus obligatur. Plerunque enim cogitatione praua pulsatur, sed renititur, plerumque autem cum peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immūda inquinat, cum pulsat, & renititur; sed cum hanc sibi per delectationem subiugat, hinc etenim prædicator egregius dicit. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Humana quippe tentatio est, quia plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes. Quia vt nonnunquam & illicita ad animum veniant, hoc

vtique

Sermo dicitur opus.

Galat. 6.

Bona quæ facimus, Dei sunt, & nostra.

Tētatio carnalis.

Gregor. 21. mor. c. 3.

1. Cor. 15.

vtique in vobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Hæc iam verò dæmoniaca est, & non humana tentatio, cum ad hoc, quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus astringit. Repugnans ergo animus carni dicat: *In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro.* Quia hic ait Psal: *In Deo speraui*, &c. Ideo quæritur, vtrum quis licite in homine possit sperare, secunda secundæ quæstione decimaseptima, articulo 4.

Quæstio.

906 *Tota die verba mea execrabantur, aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.*

Hic consequenter Psal. in persona iustorum ostendit mala, quæ à prædictis inimicis patitur, scilicet à mundo, carne, & diabolo. Et tria facit secundum quòd sunt tria mala. Primum est veritatis impugnatio. Secundum est adulatoria obseruatio, ibi. *Inhabitabunt.* Tertium est simplicitatis persecutio, ibi. *Sicut sustinuerunt.* Quantum ad primum sciendum, quòd mali verba bonorum sustinere non possunt, sed totis viribus illa impugnant, vt ostendit Gregor. 8. mor. c. 24. d. Iniustis semper grauia sunt verba iustorum. Et quæ ad ædificationẽ prolata audiunt, hæc quasi super impositum pondus ferunt, quia cum corrigi iniqui despiciunt, bene prolata criminantur. Hoc enim expressè in domino nostro apparuit, qui cum Iudæos reprehenderet dicens. Omnis, qui facit peccatũ, seruus est peccati, statim verba eius execrantes dixerũt, Dæmonium habes, & ipsum lapidare voluerunt. Hoc ergo etiam de membris Christi hodie faciũt mali. Quod notans hic Psalm. d. *Tota die verba mea execrabantur*, &c. idest, verba mea maledicebant, vel me propter illa. Nam secundum Grammaticos. Execror componitur de ex, & sacro sacras. Et est execrare idem q̃ maledicere, vel extra sacrum ponere. Execrantur ergo mali verba bonorum dicta ad ipsorum correctionem, quia ipsa sufferre non possunt. Et ideo contradicentem ipsa interpretantur in malum. Et hoc est, quod subdit. *Omnes cogitationes eorum in malum.* Quia semper cogitant persequi corripientem. Et hoc est, quod dicitur Prouerb. 9. Qui arguit derisorem, ipse sibi iniuriam facit. Qui arguit impium, generat maculam sibi. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. De talibus autem cogitationibus dicitur. Peruersæ cogitationes separant à Deo.

Bonus. Malus. Bonum.

Ioan. 8.

Sapien. 1.

907 *Inhabitabunt, & abscondent, ipsi calcaneum meum obseruabunt.*

Ostenditur hic adulatoria obseruatio. Vbi aduerte, q aliqui bonos apertè persequuntur, de quibus statim dictum est. Tota die, &c. Aliqui aũt absconsè fingentes se iustorum amicos, & hi peiores sunt, de quibus nunc dicit. *Inhabitabunt.* i. tales simul cum bonis habitant & conuersantur, & cum eis ostendũt se amicitias habere, vt sunt falsi adulatores, qui amicitias simulãt, vt fortius damnent. vnde ait glo. Hic agit de fictis fratribus, qui latenter subintrant vt noceant, q. d. Quidam apertè impugnant, quidam autem latenter, qui dolos abscõdunt, & hi peius nocẽt, quàm aperti mali. Sicut & Iudas, qui cum diabolus esset, tamen vt fictus amicus cum Christo, & Apostolis habitabat. Et de talibus nunc dicit. *Inhabitabunt, & abscondent.* q. d. *Inhabitabunt*, s. cum alijs conuersando, *sed abscondent*, s. in corde dolos, quos cogitant, vt noceant. Et hoc est, quod subdir. *Ipsi calcaneum meum obseruabunt*, i. pedẽ meum obseruabunt ad lapsum, vt calumnientur, quia suis absconditis machinationibus nihil aliud obseruant, nisi vt aliorum vitam calumniari possint. vnde glos. Tales amici ficti calcaneum iustorũ obseruant, iustorum omnia verba vel facta quærentes, vt laqueos, & nodosas calumnias fecere possint. Quibus tamen ipsi prius capiũtur vt pereant, quã alios capiant, vt perdant. Vel per calcaneum, qui est finis corporis intellige finem vitæ. s. mortem, quia mali iustos obseruabãt, vt ipsos ad mortem ducere possint. Sic enim Iudas obseruabat calcaneum Christi, quando quærebat opportunitatem, vt eum traderet ad mortem. Hic autem nota, quòd obseruare accipitur multipliciter, vide supra versiculo 224. & 442.

Amicus fictus.

Calcaneus.

Sicut

908 *Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo, saluos facies illos, in ira populos confringes.*

HIc consequenter ponitur sanctitatis persecutio. Vbi sciẽdum, quòd mali videntes iustorum patientiam, & virtutes, inuident illis, quia Deus protegit eos. Et ideo vt Deus derelinquat eos, conantur ad peccatum illos inducere, vt derelinquantur à Deo. Sic enim & diabolus à principio vidẽdo, quòd verbum Dei hominem debebat assumere, hominem ad peccatum induxit, vt Deus sperneret eum, nec ipsum assumeret. Et hác malorum nequitiam, qua sanctitatem iustorum persequuntur, hic notans Psal. dicit. *Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo.* Sustinere enim idem est, quod expectare. Sic enim discipulis Christus dicebat. Sustinete hic, & vigilate mecũ, idest expectate. Nihil autem significat peccatum, quod nulla res est, sed priuatio boni, quia si peccatum esset aliquid, cum omnia, quæ sunt, per verbum sunt facta, iam peccatum per verbum factum fuisset. Vnde Aug. super Ioannem, Peccatum est nihil, & nihil fiunt homines cũ peccant, &c. Quid est ergo sustinere animam alicuius pro nihilo, nisi ipsam expectare pro peccato, idest, expectare illã & obseruare, vt in peccatum cadat? Omnis autem, qui animam alterius sic sustinet, dignus est pœna æterna. Ex quibus patet sententia versiculi. vt Psalm. Deo dicat de talibus malis, *Saluos facies illos?* interrogatiuè vel ironicè quasi dicat tu Deus non saluos facies illos, immo illos damnabis. Quia sicut sustinuerunt animam pro nihilo, ipsam scilicet impellentes ad peccatum, ita in ira populos, scilicet illos malos confringes, Psal. 2. Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringes. Vt hic ly ita nõn denotet mensuram pœnæ, sed proportionem culpæ. q. d. Sicut enim grauiter peccauerunt, sustinentes animam meam pro nihilo, sic tu grauiter punies eos, quia in ira populos. s. illos confringes. Sed quia dictum est, ꝙ peccatũ est nihil, ideo admirantur multi dicentes: cum Deus damnet homines solum propter peccatum, quod est formaliter nihil, sequitur quòd Deus non propter aliquid, sed solũ propter nihil homines damnat, quod videtur esse summæ crudelitatis. Ad istã imaginationem respondet venerabilis Ansel. d. quod licet Deus puniat hominem pro peccato, quod est nihil, non tamen punit ipsum pro nihilo, sed pro hoc. s. vt regnum suum ordinatum cõseruet, quia puniendo hominem pro peccato debitũ sibi honorem, quem sibi peccator peccãdo abstulerat, quem spontè reddere noluit, ab ipso inuito exigit. Sed fortè, quia prædicta respõsio aliquibus videtur obscura, declarabo qualiter peccatũ nihil esse dicitur. Vbi notandum, quòd nihil accipitur dupliciter. s. negatiuè, & priuatiuè. Nihil negatiuè est simplex negatio entis, vt cum dicitur chimæra est nihil, & sic peccatum non dicitur nihil. Nihil verò priuatiuè est negatio entis non simpliciter, & absolutè à subiecto, de quo dicitur, sed cum debito inessendi, vt cum dicitur cæcitas est nihil, quia licet per hoc denotetur, quòd cæcitas non sit aliqua entitas, tamen per hoc connotatur alicuius rei inesse debitum, quia scilicet cæcitas connotat visionem inesse debitam, quæ tamen non inest. Et hinc est, ꝙ lapis non dicitur cæcus, licet careat visione, quia visio non est lapidi inesse debita. Item notandum, ꝙ nihil priuatiuè accipitur dupliciter, quia aut connotat rem inesse debitam respectu corporis, aut respectu animæ. Si respectu corporis, aut intrinsecè, vt cæcitas, quæ connotat visionem homini inesse debitam intrinsecè: aut extrinsecè, vt irreuerentia, quæ connotat honorem ab extrinseco inesse debitum. Si autem tale nihil priuatiuum connotet rem inesse debitam respectu animæ, tunc hoc potest contingere tripliciter, sicut sunt tres vires animæ, quia aut connotat rem inesse debitam respectu intellectus, vt est ignorãtia eorum quæ quis scire tenetur, aut respectu memoriæ, vt est obliuio, aut respectu voluntatis, vt iniustitia. Ex prædictis pono aliquas propositiones declarantes propositum. Prima, quòd peccatum non est nihil sumptum merè negatiuè, patet, quia aliter cũ quælibet creatura ante sui productionem penitus sit nihil, tunc foret peccatum, quod est falsum. Secunda, quòd peccatum nõ est nihil priuatiuũ, vt cõnotat debitum inesse respectu

Matth. 14.
Nihil dicitur peccatum.
Ansel. libro de concept. virg. ca. 6.
Quæstio.
Nihil dicitur multipliciter.

respectu corporis, patet, quia corporales priuationes sunt in corpore, peccatum autem solum est in anima. Tertia, quòd peccatum non est nihil priuatiuũ respectu intellectus, patet, quia cum tale nihil sit in intellectu, sicut & res debita, quam negat, tunc peccatum foret in intellectu, quod negat Anselmus. Quarta, quòd peccatum non est nihil priuatiuum respectu memoriæ eadem ratione. Quinta, quòd peccatum est nihil priuatiuum, quod connotat rem inesse debitam respectu voluntatis, vt puta voluntas debet habere talem actum, vt puta diligere Deum, & vult habere, vel nõ vult habere, & tale nolle, vel non velle dicitur iniustitia, & peccatum. Vnde posito casu, tu teneris ad officium tuum dicendum, & cùm voluntarie omittis, tunc tu peccas, & debes puniri, non præcisè pro nihilo absolutè, sed pro nihilo, quod tenebaris omittere, & positiuum illius oppositum habere. Ex quibus apparet, qualiter peccatum dicitur esse nihil, & qualiter pro nihilo Deus hominem damnat, & punit. Vel aliter construẽdo ly *pro nihilo*, cum ly *saluos facies*, vt Deo dicat. Nunquid tu, *pro nihilo*, idest, pro peccato *saluos facies illos*, quasi dicat, non: quia non decet hoc iustitiam tuam, vt pro peccato reddat præmia. Sed sicut sustinuerunt animam meã obseruando vt ad peccatum caderet, ita in ira confringes populos.

909 *Deus, vitam meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.*

De pæn. d. 1. facturus (?)

HIc iustus ne cum malis pro nihilo confringatur, à Deo misericordiã Dei impetrare conatur. Vbi notandum secundum glossam, quòd est triplex in nobis vita in præsenti, s. vita naturæ, qua homo naturaliter viuit Gen. 1. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est, &c. Vita gratiæ, qua in Christo viuimus. Ad Gal. 2. Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus. Et est vita culpæ, quæ in vitijs agitur. 1. ad Timot. 5. Vidua, quæ in delitijs viuit, mortua est, & Apoc. 3. Nomen habes, quòd viuas, & mortuus es. Duæ primæ vitæ sunt à Deo, quia bonæ sunt, scilicet vita E naturæ, & gratiæ, sed tertia, scilicet culpæ est à nobis, quia mala est. Et has omnes vitas Deo annunciare debemus. Primo ergo annũciemus vitam peccati, quę semper est mala. Istam Deo annunciat, qui peccata sua confitetur, non Deum docens, sed seipsum damnans, vt sic soluatur. Et de ista dicit Psalm. *Deus vitam meam*, scilicet peccati, quæ mea dicitur, quia à me est, non à te. *Annunciaui tibi*, scilicet confitendo, & pœnitentiam agẽdo per quæ, scilicet indulgentiam peccatorum accepi, vnde subdit. *Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo*, idest, acceptasti lachrymas meas mihi parcendo. F Potest etiam intelligi de vita naturæ, & gratiæ, quæ à Deo annunciatur, dum à Deo haberi recognoscitur, gratiam ei agendo, & ipsam vitam ad eius honorem exponendo, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei, qui pro omnibus mortuus est.

Sicut & in promissione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorsum. 910

OStẽdit hic qualiter per lachrymas inimici nostri superentur. Vbi notandum, quòd Deus hominibus promisit, quòd quacumque hora pro peccatis G gemerent, & plorarent corde, quod illis liberè peccata dimitteret. Ezech. 18. Si egerit impius pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et infra. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & nõ erit vobis in ruinam iniquitas. Hoc ergo præuidens Psal. dicit. *Sicut & in promissione tua.* quasi dicat. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, mihi condonando peccata. *Sicut & in promissione tua* promisisti dimittere, quia à lachrymarum H pœnitentia omnia peccata condonantur. Et hoc est, quod subdit. *Tunc conuertentur inimici mei retrorsum. Inimici*, idest, peccata quæ ad pœnitentiam retrorsum conuertuntur, quia deficiunt, vt amplius nocere nõ possint. Vel etiam per inimicos intellige dæmones, qui nobis aduersantur continuè, qui tamẽ per statum lachrymarum & pœnitentiæ retrorsum conuertuntur à nobis, vt nocere non possint, & infirmantur. Psalm. 9. In conuertendo inimicum meũ retrorsum,

Pænitẽtia.

Psal. 9.

suum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua. Vel per promissionem Dei intellige Christum in lege promissum. Ad Roma. 1. Ante promiserat in scripturis sanctis de filio suo, &c. In ista ergo promissione conuertentur inimici mei retrorsum, quia per Christum dæmones superati fuerũt. Vide supra versi. 93. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd (vt dicit Albumazar) luna dum est in veniendo ab oriente in occidentem, reptilia egrediuntur; & in declinando, recondunt se. Sic in proposito. Nam per reptilia spiritus maligni intelliguntur. Per lunam verò humana natura à verbo assumpta. Hæc autem luna fuit in ascendendo ab oriente vsque ad meridiem, à principio generis humani vsque ad incarnationẽ. Oriebatur enim in primis parentibus, & versus nos appropinquabat transiens per patriarchas, prophetas, & omnes alios patres; ex quibus descendit humanitas illa, quam Christus assumpsit, fuit enim in omnibus illis secundum carnem, licet non secundum rationem seminalẽ. Toto autem tempore reptilia egrediebantur ad intoxicandũ homines Abac. 3. Egredietur diabolus ante pedes eius. Sed tũc attigit meridionalem punctum, quando vterum virginis intrauit. Hæc est enim illa meridies de qua Ecclesia. 1. Girat per meridiem, & vertitur ad aquilonem lustrans vniuersa. Hæc autem luna fuit in declinando, & quasi ad occasum tendendo à principio suæ natiuitatis vsque ad diem suæ mortis. Hac autem luna sic declinante, reptilia ista se absconderunt & ad sua latibula se reduxerunt. Iob 37. Ingredietur bestia latibulum suum, scilicet hora suæ passionis imminente, quam horã huius promissionis præuidens nũc Psalmist. d. *Sicut & in promissione tua tũc conuertentur inimici mei retrorsum.*

Promissio Christus. *Luna. Incarnatio.*

911 *In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui, quoniam Deus meus es.*

Hic consequenter Psalm. ad Deum suam erigit intentionem, exprimens quanta erga peccatores sit gratia Dei, qui omni hora paratus est peccatorem recipere pœnitere volentem, vnde subdit. *In quacunque die inuocauero, &c.* Vbi glossa. In quacunque die, idest, siue in pueritia, siue in media ætate, siue in fine vitæ. *Inuocauero te,* scilicet, & non alium. *Ecce cognoui, quod Deus meus es,* scilicet me exaudiendo, & condonando peccata. In quo mira Dei clementia ostenditur, quæ quodlibet tempus nostræ conuersionis expectat, & quandocunque rogatur, indulget. Sed aduerte, quòd quanto Dei erga nos maior est clementia, tanto amplius peccatur si contemnatur. Teste Gregor. super illo verbo Iob 24. Dedit ei tempus pœnitentiæ, & ipse abusus est eo in superbia. d. Quisquis delinquit, & viuit, idcirco hunc diuina dispensatio in iniquitate tolerat, vt ab iniquitate compescat. Sed qui diutius toleratur, non tamen ab iniquitate compescitur, munus quidem supernæ patientiæ pertulit, sed reatus sui vinculis ex ipso se munere artius constringit. Nam qui accepta pœnitentiæ tempora diuertit ad culpam, districtus in vltimis iudex impensa augmenta misericordiæ conuertit ad pœnam. Hinc namque per Paulum dicitur. An ignoras, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ. Hinc Esaias ait, puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Ac si aperte nos deterreat dicens. Vita quidem pueri in longum trahitur, vt à factis puerilibus corrigatur, sed, si à peccati perpetratione nec temporis longinquitate compescitur, hæc ipsa longinquitas vitæ, quam per misericordiam accepit, ei ad cumulum maledictionis crescit. Vnde necesse est; vt dum nos diutius expectari conspicimus, ipsa prorogatæ pietatis tempora quasi damnationis argumenta timeamus, ne ex clementia iudicis crescat supplicium peccatoris, &c. Hanc ergo clementiam expectationis insinuãs Ps. d. *In quacunque die, inuocauero te, &c.*

Pietas Dei. *Gregor. 17. mor. c. 3.* *Rom. 2.* *Esa. 65.*

912 *In Deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem, in Deo speraui, non timebo, quid faciat mihi homo.*

Hic consurgit ad gratiarum actiones. Et diuiditur in tres partes. Quia primò ponit, cui gratias agit. Scdò de qbus, ibi. *In me sunt, Deus.* Tertiò pro quibus,

Gratiarum actio.

quibus, ibi. *Quoniam eripuisti.* Quantum ad primum notandum, quòd hic ponuntur tria nomina, quibus personarum diuinarum significatur trinitas, quibus gratias iste agit, scilicet Deus, verbum, & dominus. Per Deum intellige patrē, quia pater totius diuinitatis principium est, & origo, quia ab ipso procedit, & filius, & Spiritussanctus, vt ostendit Magister libro primo distinct. 29. Sic enim Deum pro patre accipit Christus. d. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum daret. Per verbum autem intelligitur filius. Iuxta illud Ioan. 1. In Principio erat verbum, &c. Sed per dominum accipitur spiritussanctus, quia ad dominum maximè spectat subditis dona largiri, quod spiritui sancto appropriatur 1. Corinth. 12. diuisionem gratiarum sunt, idem autem spiritus, diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus. Istis ergo tribus Psalm. gratias agit, scilicet, Deo patri verbo filio, & domino spiritui sancto. Quod notans dicit. *In Deo,* scilicet, patre, *laudabo verbum,* idest, filium. *In domino,* idest, in spiritu sancto, *laudabo sermonem,* idest, ipsum filium, quia quicquid gratiæ nobis ab vna persona datur, & ab omnibus alijs datur, cùm opera trinitatis ad extra sint indiuisa. Laudare autem Deum, est ei gratias agere, & ab ipso bona, quæ habemus, recognoscere. Sed, quia sic mente gratias agens Deo de acceptis beneficijs sperare debet ab ipso adiuuari, ideo subdit. *In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.* Et verè sperans Deo hominem timere non debet, quia homo solum exteriora arripere potest, non interiora. Ille autem, qui sperat in domino, in nullo exteriori fiduciam ponit. vide superius versiculo 443.

Ioan. 3.

913 *In me sunt, Deus, vota tua, quæ reddam laudationes tibi.*

17. quæst. 1. Sunt quædam.

HIc ostendit, de quibus rebus gratias Deo vult reddere. Vbi notandum, quòd res exteriores & corporales de se Deo non sunt placitæ, nisi ratione interioris bonæ conscientiæ. Vnde eleemosynas exteriores datas Deus non acceptat, nisi ratione iustitiæ dantis. Sed bona interiora, vt sunt virtutes, & bona

E gratiæ, quæ à voluntate rectâ procedūt, illa Deus acceptat. Et de istis principaliter sibi vult gratias reddi. Quod satis notatur Psalm. 49. vbi Deus dicit. Nunquid manducabo carnes taurorum, &c. Sequitur. Immola Deo sacrificium laudis, &cæt. Et ista interiora sunt illa, quæ pro gratiarum actione Deo offerre debemus. Et hoc est, quod dicit hic Psalm. *In me sunt, Deus, vota tua,* &c. q. d. Quæro quid reddam domino pro gratiarū actione, certè non quæ extra me sunt, sed quę in mēte manēt intus, quia per illa Deus laudatur, & talia quærit à nobis.

F *Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumine viuentium.* 914

OStēdit hic Dei beneficia, pro quibus gratias vult agere Deo. Vbi notandum, quòd tria maxima sunt Dei beneficia, pro quibus Deo gratias agere debemus, scilicet, Primum, quia nos à morte culpæ suscitat. Secundum, quia ab æterna pœna nos liberat. Tertium, quod æterna præmia nobis condonat.

Beneficium triplex.

G Quæ tria, iste hic enumerat dicens. *Reddam tibi vota tua, quæ sunt in me. Quoniam eripuisti animam meam de morte,* scilicet culpæ, peccata cōdonando, de qua morte dicitur. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: *Et pedes meos de lapsu,* scilicet ad æternam miseriam, & infernalem pœnam, ab illa me absoluendo, de quo lapsu æternæ pœnæ siue casu dicitur Hiere. 8. Qui cadit, non resurget. *Vt placeam coram Deo in lumine viuentium.* Hic notat collationem gloriæ, quoniam lumen viuentium dicitur lumen gloriæ, in quo omnes existentes Deo sunt accepti, & ei placent, de quo lumine dicitur Psalm. In lumine tuo videbimus lumen. Quia dictum est super illo verbo. In quacunque die inuocauero te, &c. quod Deus omni tempore pœnitētiam peccatoris acceptat. Ideo quæro vtrum pœnitentia in extremis facta, culpam remittat. Vide in scripto libro quarto. distinct. quæstio. vigesimasecunda, articulo primo.

Ezec. 18.

Psal. 35.

Quæstio.

PSAL. LVI.

915 **M**Iserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.

TItulus huius Psalm. est. *In finem, ne disperdas David in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul in speluncam.* Vbi sciendum, quòd David tribus vicibus fuit vnctus in regem. Et primo in domo patris sui à Samuele, antequam persecutionẽ Saulis pateretur. Secundò in Hebron à viris solum Iuda, Tertio in Hebron fuit inunctus super totum Israel. Et in prima vnctione habuit titulum regis de iure, sed non possessionem. In secunda habuit possessionem partis regni, quia tribus Iudæ. In tertia verò habuit possessionem totius regni. Postquam autem Saul vidit qualiter David prosperè in cunctis agebat, statim dubitauit, ne regnum suum ad ipsum David deueniret. Et ideo motus inuidia ipsum persequebatur. Vnde dixit ipsi David. Scio certissimè, quòd regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel. Ex quibus patet, quod Saul ideo persequebatur David, vt titulum regium, quem ipsi David dederat Deus in prima vnctione, deleret ipsum interficiendo. In isto ergo Psal. orat David, ne disperdatur, idest, interficiatur pro titulo, quem sibi Deus dederat, regali. Item notandum pro secunda parte tituli, quòd David persecutus à Saule, bis legitur fugisse in speluncam. Primo in speluncam Odollam, vbi venerunt ad eum fratres sui, & multi, qui erant in angustia, & oppressi ære alieno, & factus est eorum princeps. Et de ista fuga non habetur in isto Psal. sed in Psal. 141. Secundo quòd Saul persequebatur David super abruptissimas petras, quæ solum ibi ibicibus peruiæ sunt, vt habetur 1. Reg. 24. Et tunc Saul intrauit eandem spelũcam ad purgandum ventrem. David autem, & viri eius fugientes Saul prius intrauerant eandem speluncam latitantes in interiori eius parte, ipso Saule ignorante. Et tunc viri David voluerunt Saulem occidere, sed David illos impediuit. Et silenter præcidit oram chlamydis Saulis, quam deposuerat ibi, vt ventrem purgaret. Et cum exijsset Saul de spelunca, David post eum clamauit, ostendens ei oram chlamydis, quam præciderat, in argumentum quòd potuerat eum occidere, si voluisset. Quòd Saul recognoscens gratias egit ipsi David, & recessit cũ exercitu suo, & cessauit ad tempus persequi ipsum David. Et de fuga David ad hanc speluncam loquitur iste Psal. Erat enim in mortis periculo David, quando ad istam speluncam fugit. Ex prædictis apparet sensus litteralis tituli. Nam David fecit istum Psalmũ, quando intrauit istam speluncam orans Deum ne occideretur à Saule, pro titulo regis, quem iam acceperat à domino. Dicit igitur. *In finem*, scilicet iste Psal. nos dirigens, in finem, idest, in Christum, scilicet, ad cõfidendum in ipso, est factus à David, quia sic Deum orabat, *Cum fugeret à facie Saulis in speluncam d. Ne disperdas David*, idest, ipsum occidi non permittas. *In tituli inscriptione*, idest, pro titulo regni sibi inscripto. Ex prædictis etiam apparet materia historialis Psal. quam primò dicam. Secundò ad intellectum propheticum accedam. Quantum ad primum Psal. iste diuiditur in tres partes. Quia ponitur primò ipsius David anxia deprecatio. Secundò ponitur diuina exauditio, ibi. *Misit de cælo.* Tertiò gratiarum actio, ibi. *Exaltare*, & cæt. Dic vt Nicol. de Ly. Quantum verò ad sensum propheticum, notandum, quòd Psal. iste agit de titulo crucis Christi, de eius passione, sepultura, & resurrectione. Vt enim habetur Ioã. 19. Christo crucifixo, Pilatus scripsit titulum, & posuit super crucem eius. Erat autem scriptura. Iesus Nazarænus rex Iudæorum. Hũc autem titulum voluerunt corrumpere Iudæi, dicentes Pilato. Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Sed quia inspiratione spiritussancti prædictus titulus erat scriptus, idcirco dicit spiritussanctus Pilato. *Ne disperdas David in tituli inscriptione.* Per David intellige Christum ex David natũ. Est ergo sensus, quod propheta David per spiritum sanctum præuidens dictum titulum Christi dici, Psal. iste dirigens nos in finẽ, idest, in Christum hoc orat.

Tu

Tu, Pilate vel quicunque es ad instantiam Iudæorum, ne disperdas, vel corrumpas David, id est, Christum in tituli inscriptione scilicet, negando ipsum Christum verum regem esse, ut titulus inscriptus affirmat. Quem tamen corrumpere voluerunt Iudæi, sed quando ipsum voluerunt corrumpere, subdit, *Cum fugeret à facie Saulis in speluncam.* Ubi per Saul, qui interpretatur abutens, accipe Iudæos, qui abutebantur lege à Deo sibi data. Per speluncam vero accipe Christi sepulchrum, quod ad literam spelunca quædam erat in saxo cauato. Voluerunt ergo Iudæi corrumpere titulum Christi, cum ipse per passionem suam fugeret, id est, se occultaret à facie Saulis, id est, Iudæorum in spelunca sepulchri. Et ideo Pilatus inspiratus à Deo titulum non corrupit, sed cõfirmauit dicens. Quod scripsi scripsi. Totus iste Psal. intentionem cunctorum monet: Ne quis contradicat titulo crucis scilicet, vt quisque corde, & ore confiteatur Christum omnium angelorum, & hominum uerum esse regem. Diuiditur autem Psalmus iste in tres partes, quia Christus in passione existẽs tria facit. Quia primò suæ passionis petit liberationẽ. Secundò defuncti corporis prædicit resurrectionem, ibi: *Misit de cælo.* Tertiò surgit ad gratiarum actionẽ, ibi. *Paratum cor meum.* Prima pars diuiditur in tres, quia Christus in passione positus, primò misericordiam patris postulat. Secundò immunditiam nostram expiat, ibi: *Et in umbra.* Tertiò rationem exauditionis explicat, ibi. *Clamabo.* Quantum ad primum sciendum, quòd Christus vt verus homo mortem timebat secundum voluntatem naturalem, sed secundum voluntatem deliberatam ipsam pro mundi salute auide suscipiebat, vnde & dicebat. Pater, saluifica me ex hac hora, & Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et ideo vt verum hominẽ se ostenderet in passione positus, misericordiam patris postulat dicens. *Miserere mei Deus*, scilicet pater, me ab ista passione liberando, vnde hic ait glo. *Miserere mei, Deus.* Hoc Christus patri dicit ex nostro nos docens orare, qui tamẽ cum patre vt Deus nostri miseretur. Et repetit, *Miserere mei.* Repetitio enim

Passio Christi.

Ioan. 12.

E dolorem magnum passionis ostendit. Et causam quare misericordiam obtinere debeat, adiungit. d. *Quoniam in te confidit anima mea.* Cõfidentia enim in Deo postulata impetrat faciliter, sicut confidentia infirmi habita in medico ad sanitatem multum proficit, propter quod dicitur Deo. Non est confusio confidentibus in te. Et hanc rationem assignat hic Christus dicens: *Miserere mei.* Ratio, *Quoniam in te confidit anima mea.* Quod dicit ad differentiam confidentiæ malorum, qui non in Deo, sed in rebus confidunt transitorijs. Vnde notandũ, quòd

F confidentia est multiplex, scilicet confidentia terrenalis abundantiæ, quæ est auarorum. Personalis sanctimoniæ, quæ est superborum. Temporalis vanæ gloriæ, quæ est hypocritarum. Mundialis eminentiæ, quæ est tyrannorum. Sæcularis sapientiæ, quæ est reproborum. Spiritualis innocentiæ, quæ est deuotorum. Primò est confidentia terrenalis abundantiæ, quæ est auarorum, qui tantum sunt excæcati, quòd totam suam confidentiam in rebus transitorijs, id est, diuitijs ponunt, non considerantes, quòd tempore maioris necessitatis deserunt

G confidentes in ipsis. De quibus dicitur, Argentum, & aurũ thesaurizant, in quo confidunt homines, & non est finis possessionis ipsorum, & tamen exterminati sunt & ad inferos descendunt. Et quàm sit talis confidentia vana ostendit Gregor. d. In rebus dubijs confidentiam suam fixerat ille diues, qui dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe, epulare. Sed hunc superna vox increpat dicens: Stulte, hac nocte animam tuam tollent à te, quæ autem parasti, cuius erunt? Eadem quippe nocte

H sublatus est, qui in rerum abundantia sibi multa tempora fuerat præstolatus, vt scilicet, qui in longum subsidia colligenda prospiceret, sequentem diem vel vnum minimè videret. Quasi enim in aquis defluentibus fundamentum ponere, est in rebus labentibus confidentiam velle solidare. Stante enim in perpetuum Deo, transeunt omnia. Quid ergo nisi à stante fugere est transeuntibus rebus inhærere? Quisquis ergo defluere deuitat, superest, vt quod defluit, fugiat,

Daniel 3.

Confidẽtia multiplex.

Diuitiæ.

Baruc. 3.

Auaritia.

Gregor. 22. mor. c. 2.

Marc. 12.

Luc. 12.

fugiat, ne per hoc, quod amat, in hoc cogatur peruenire, quod vitat &c. Et ideo dicitur. Qui confidit in diuitijs corruet. Talis namque confidentia confidentem à vita excludit æterna, propter quod dicebat saluatör Matth. 10. Filioli, quàm difficile est confidentem in pecunijs in regnum Dei intrare &c. Secundo est cõfidentia personalis sanctimoniæ. Quidam enim aliqua sua bona considerantes, sed nulla mala, aliorum autem mala, & bona nulla volentes attendere, in seipsis superbè confidentes, cæteros despiciunt. De quorum numerò fuerat ille Pharisæus, de quo parabolam posuit Christus dicens ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros duos homines &c. sequitur quòd Pharisæus hæc apud se orabat. Gratias ago tibi, domine, quia non sum sicut cæteri hominum &c. Ille enim in seipso de sua sanctitate confidit, qui bona, quæ agit, non Deo, sed attribuit sibi, quod superbiæ maximum est signum. Vnde Theophy. prædicta exponens verba dicit super Lucam. Quia enim superbia præ cæteris passionibus vexat hominum mentes, ideo crebrius de hac nos admonet dominus. Est autem superbia Dei contemptus. Quotiens enim quis non Deo, sed sibi ascribit bona, quæ facit, quid est aliud, quàm Dei negatio &c. Nullus ergo hominum quantumcunq; iustus de sua iustitia cõfidere debet, sed semper timere debet casum, propter quod dicitur. Qui confidit in corde suo, stultus est. Tertiò est confidentia vanæ gloriæ &c. Multi enim suam confidentiam in solo apparatu exteriori ponût de virtute interiori nihil curantes. Et tales idolum colere videntur. Quoniam idolum exteriorem formã animatæ rei prætendit, cuius veritate caret interius. Sic faciunt omnes hypocritæ, de quibus dicitur in Psal. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Vnde quàm similis sit idolo hypocrita, qui apparentiam exterius habet, cuius veritate caret interius: ostendit Gregorius, dicens. Hypocritarum confidentia aranearum telis similis esse dicitur, quia omne, quod ad obtinendam gloriam impendunt, ventus vitæ mortalis dissipat. Nam quoniam bona æterna non

Prouer. 11.
Luc. 18.
Negare Deum.
Prouer. 28.
Gregor. 8. *mor. c.* 29.

A quærunt, bona temporalia cum tempore perdunt. Considerandumque est, quòd fila araneæ per ordinem ducunt, quia sua hypocritæ, quasi sub discretione opera disponunt &c. Verè enim hypocritarum confidentia similis telæ araneæ dicitur quæ cum magno ordine, & (vt ita dicam) discretione texitur, sed à minimo flatu subito dissipatur. Vnde cuilibet hypocritæ dicitur. Hæc est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia, sequitur. Quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? Quartò est confidentia mundialis eminentiæ &c. B scilicet eorum, qui confidunt in temporali potentia in aliorum amicitia, vel in fortitudine propria, de quibus dicitur. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sed quàm vana sit cõfidentia talis, multa naturæ ostendunt exempla. Nonne multotiens, quod fortius est, à debiliori superatur? Nonne petram fortissimam aqua mollis suis guttis excauat? Nonne ferrum sua rubigine consumitur? Cetus piscis maximus à cocrodilo animali paruo sæpè occiditur? Elephas ab Vnicornio sæpè in ventre per- C foratur. Nonne gigas ille fortissimus Goliath à puero Dauid prostratus fuit, & depredatus? Sampson ille robustissimus ab vna vili meretricula capitur, & ligatur. Ideo dicitur: Hierem. decimoseprimo: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum &c. Consimiliter dico de confidentibus in potentia mundi. Cæsar potentissimus Imperator in armorũ potentia confidebat, qui tamen stylis ferreis à Romanis in consilio congregatis fuit occisus. Similiter Nero ille crudelissimus Cæsar, dum vellent eum Ro- D mani occidere, ipse fustem dentibus pro priis acuit, & se transfodit per ventrem. Ille inuictissimus Alexander amicorum veneno fuit interfectus. Quàm ergo sit vanum confidere in potentia temporali, patet, quæ nec se, nec sibi adhærentes potest in casu adiuuare. Ideo dicitur Psalmo 145. Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus non est salus. Quinto est confidentia sæcularis sapientiæ, &c. Quanti sunt hodie, qui in astutia verborum, & sty-

Sopho. 2.
Psal. 48.
Scientia mundi.

& stylo sapientiæ sæcularis confidunt cæteros posse suppeditare, & ad libitum ducere mundum, cùm tamen in veritate sint intus cæci, & duces cæcorum? Vnde cuilibet talium dicit Apostolus. Instructus per legem confidis teipsum ducem esse cæcorum, & cætera. Qui ergo alium doces, teipsum non doces, & cæt. In ista enim sæculari sapientia non est cōfidendum, quia in se confidentibus, nō solum est causa mortis temporalis, sed etiam æternæ. Quid enim profuit Catoni sapientia sua, in qua plurimum confidebat, vt per eam potestati Cæsaris inuidens se propria occideret manu? Quid Senecæ valuit confidentia scientiæ suæ, propter quam ipsum coegit Nero sibi eligere mortem? Quid Achitopheli valuit sapientia, quæ tanta erat, vt consiliū eius, quasi consilium Dei putaretur, qui ipsam, solum videns despectam seipsum laqueo suspendit? Et ideo dicitur Prouerb. decimosecundo. Qui cōfidit in cogitationibus suis, impiè agit. Sexto est confidentia spiritualis, &c. qua scilicet, boni & deuoti non in suis cōfidunt meritis, sed in sola misericordia Dei. Et hanc confidentiam suo exemplo nos docet Christus habere, dum misericordiæ patri loquens dicit. *Miserere mei, domine, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.* De hac confidentia quantæ sit vtilitatis vide superius versiculo 133. 344. Circa prædicta quibus ostenditur, quòd in solo Deo debet esse confidentia nostra, quæro vtrum spes sit in beatis, secunda secundæ, quæst. 18. articulo secundo.

Rom. 2.

2. Reg. 17.

Quæstio.

915 *Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.*

11. q. 3. Ad mensam.

HIc consequenter ostendit Christus quomodo per suam passionem nostras purgat iniquitates. Vbi primò sciendum, quòd sicut gallina duas alas habet, quibus suos pullos calefacit, protegit, & nutrit, sic mysticè Deus duas alas habet quibus suos fideles calefacit per amorem, protegit à diabolo, & nutrit per fidem. De quibus dicitur. *Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum.* Istæ duæ alæ sunt misericordia, & charitas, per misericordiam à rapacitate diaboli nos protegit, sed per charitatē nos suo nutrit amore. Istæ sunt alæ, de quibus Christus dicebat Iudæis. Hierusalem, Hierusalem, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum galli na congregat pullos sub alis, & noluisti, &c. Est ergo sperare in umbra alarū Dei, sperare protegi à Deo per misericordiam, qua mala terminat, & per Charitatem qua bona concedit. Item notandum, quòd iniquitas quandoque dicitur ipsum peccatum, prout est culpa, quādo que verò dicitur ipsum peccatum, prout est pœna. Iniquitatem pro culpa accipit Psal. dicens. Quoniam iniquitatem meā ego cognosco & cæt. Et isto modo iniquitas in Christo non fuit. Esa. 53. Iniquitatem non fecit, neque dolus fuit in ore eius. Iniquitatem verò pro pœna non culpa. Et isto modo iniquitas magna fuit in Christo tempore passionis, quia pœnam omnium peccatorum portauit in corpore suo super lignum crucis, vt dicitur primæ Petri secundo. Sic enim de Christo dicitur. Omnes nos erravimus, unusquisq; in uiam suam declinauit, & dominus posuit in iniquitates omnium nostrum. Dicat ergo Christus tempore suæ passionis patri positus in passione. *Sperabo in umbra alarum tuarum*, idest, confidam in misericordia, & charitate tua, *Donec transeat à me iniquitas*, idest, donec finiatur passio mea, quæ est pœna satisfaciens pro peccatis omnium electorum, quia per ipsam iniquitas omnium consummabitur. Et si dicas, nonne Christus ut homo sperauit in umbra alarum Dei, solum tempore passionis, quia dicit, sperabo donec transeat à me iniquitas? Donec enim ponit terminum temporis. Sciendum ergo, quòd hæc dictio donec in scriptura tenet dupliciter. Quia quandoque significat aliquod tempus determinatum, quo transacto aliquid fiat. Iosue sexto. Non clamabitis, donec ueniat dies, in qua dicam uobis, clamate. Quandoque vero significat tempus indeterminatum, vel æternum, vt Psalm. centesimonono. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam, & cætera. Nūquid postquam omnes inimici Christi et uni subiecti pedibus Christi, non sedebit Christus ad dexteram patris? Certum

Ala Dei.

Psal. 16.

Matth. 23.

Iniquitas.

Psal. 50.

Donec.

Certum est, quòd sic. Similiter dicitur. Matth. 1. quod Ioseph non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Similiter vulgari sermone dicitur. Non loquar tibi, donec vixero, non tamen sequitur, ergo loquar tibi, postquam non vixero. Si uero hic iniquitas accipiatur pro culpa: tunc Christus loquitur de iniquitate suorum electorum, quæ merito suæ passionis transitura erat, vt sit sensus. *Donec transeat à me iniquitas*, idest à meis.

916 *Clamabo ad Deum altissimum Deum, qui benefecit mihi.*

HIc Christus rationem qua à patre debet exaudiri explicat, vbi notandum, quòd experientia beneficiorum ab aliquo perceptorum fiduciam præstat, alia consequenter recipiendi, vt puta, si Deus gratiose absque omni merito nostro nos in filios adoptauit, ex hoc sperare debemus, quòd orationes intendit exaudire iam factorum filiorũ. Et ideo, vt suis daret fiduciam exauditionis, quã do eos orare docuit, vt beneficio primo gratis recepto prius recordarentur admonuit dicit. Sic orabitis pater noster, &c. Vbi August. lib. 1. de sermone domini in monte dicit. Cum homines dicunt Deo, Pater noster, quædam fiduciæ impetrandi, quæ petituri sumus, generatur in nobis. Cum antequam aliquid peteremus tam magnũ donum accepimus, vt digni simus Deo dicere, Pater noster. Quid enim non dabit iam filijs petentibus, cum hoc ipsum ante dederit vt filij essent? &c. Consimiliter ergo Christus homo ex tanto beneficio à patre recepto, vt mera gratia verbo diuino personaliter uniretur, sic vt verus Dei filius esset, fiduciam plenam recepit, omnem suam orationem exaudiendam à patre. Et hoc hic Christus notans ait. *Clamabo ad Deum altissimum*, scilicet, per orationem. Et causam exauditionis subiungit dicens. *Deum, qui benefecit mihi*, quasi dicat secundum glo. Quia expertus sum, quòd benefecit mihi ante, vt puta, quia me ad unionem hypostaticam assumpsit, per hoc plenè confido, quòd clamantem audiet. Similiter ex beneficijs preteritis nos exaudiẽdos sperare debemus, vnde gloss. Si enim impios quæsiuit, qui eum non quærebant, & pro impijs mori voluit, clamãtes quo modo non exaudit?

Oratio. *Exaudire.* *Matth. 6.* *August.* *Pater noster.*

917 *Misit de cælo, & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me.*

HAec est secunda pars, in qua suam prædicit resurrectionem. Et duo facit, quia prædicit primo suam resurrectionem. Secundò suam ad cœlos ascensionem: ibi. *Exaltare*. Prima in duas, Quia primò prædicit suæ resurrectionis gloriam. Secundò ostendit Iudæorum malitiam, ibi. *Filij hominum*. Prima in duas, quia primò prædicit suæ resurrectionis triumphum. Secundo declarat ipsius resurrectionis modum, ibi. *Misit Deus*. Quantum ad primum sciendum, quòd differentia est inter Christi resurrectionem, & aliorum, quia nullus aliorum propria virtute resurgere potest, sed Christus seipsum suscitauit à mortuis, propter quod ipse filius dicebat. Potestatem habeo ponendi animã meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Cum enim opera trinitatis ad extra sint indiuisa, & pater suscitauerit Christum, consequens est, vt verbum etiam suscitauerit Christum, cum ergo Christus sit verbum, consequens est, vt Christus suscitauerit seipsum. Hanc ergo resurrectionem patri attribuens, pro cuius gloria omnia faciebat: dicit. *Misit de cælo, & liberauit me*. Vt sit sensus. Pater liberauit me, scilicet, à morte resuscitando, quo facto statim *misit de cælo*, scilicet, Angelum, resurrectionem factam prædicantem, & milites custodes sepulchri exterrẽtem, propter quod de angelo misso subdit. *Et dedit*, scilicet ipse angelus *in opprobrium conculcantes me*. Conculcabant enim illi custodes Christum, quia supra Christi sepulchrum iacebant, qui ad uocem angeli in opprobrium dati fuerunt, quia vt dicitur Matth. 28. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Vel hoc accipi potest de Iudæis, qui Christum conculcabant, quando ipsum in cruce pendentem uilipendebant, propter quod dati sunt in opprobrium, quia per totum orbem dispersi.

Differt Christi resurrectio ab aliorum resurrectione. *Ioan. 10.*

918 *Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam, & eripuit animã meam de medio catulorũ leonum, dormiui conturbatus.*

Resurrectio

Hic declarat Christus modum suæ resurrectionis. Hic veritas accipitur pro iustitia. Sciendum est ergo, quòd Christi resurrectio fuit opus iustitiæ, & misericordiæ, fuit opus misericordiæ, quia virtute illius nos surgimus à peccatis, fuit etiam opus iustitiæ, quia virtute illius corporaliter omnes resurgent, differenter tamen secundum differentiam meritorum, alius cum maiori claritate, & gloria, alius cum minori, vt dicit Apostolus primæ Corinthior. decimoquinto, quòd sicut alia est claritas solis, alia lunæ, & alia stellarum, & sicut stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Quod ideo dicit, quia sicut in hominibus sunt diuersitates meritorum, vt puta, quia aliqui habent fructum centesimum, vt virgines, alij sexagesimum, vt continentes: alij trigesimum, vt coniugati, sic erit differens claritas resurrectionis, vt ostendit gloss. prædicta verba Apostoli exponens, dicens. Sicut enim sol, luna, & stellæ, etsi vnius naturæ sint, diuersæ tamen claritatis sunt, sic & homines cùm sint eiusdem generis: dissimilis tamen gloriæ in resurrectione erunt, vt claritatem solis illorũ dignitas exequatur, qui centesimum numerum habent, lunari verò claritati comparetur illorum dignitas, qui sexagesimum numerum habent, stellis verò, qui trigesimum habẽt. Sic ergo ipsa Christi resurrectio est opus misericordiæ, quo ad peccatorum remissionem, sed opus iustitiæ, quo ad præmiorum retributionem. Et hoc est, qđ de sua resurrectione hic dicit Christus. *Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam*, idest, fecit resurrectionem meam, quæ dicitur opus misericordiæ, & iustitiæ. Et quòd loquatur de sua resurrectione, subdit dicens. *Et eripuit animam meã de medio catulorum leonum*, vbi per leones intellige principes sacerdotum, Scribas, & Pharisæos, qui alios habebãt regere, & nutrire, qui leonibus propter ipsorum crudelitatẽ contra Christum comparantur. Per catulos verò leonũ accipe plebeios, ab ipsis principibus seductos. Eripuit ergo Deus animam Christi, idest, vitam de medio illorum, quia per suam resurrectionem factus fuit immortalis, & impassibilis, ne sibi amplius Iudæorum crudelitas posset nocere, quamuis ad modicum ipsum morti tradidissent. Et hoc est, quod subdit. *Et dormiui conturbatus*. Mors enim Christi dormitio dicitur, sicut & aliorũ mors corporalis. Ioannis vndecimo. Lazarus amicus noster dormit, quia Deo facile est, à morte defunctum reuocare ad vitam sicut dormientem excitare. Sic enim dicebat Christus, Psalmo tertio. Ego dormiui, & soporatus sum, & resurrexi. Dormiuit Christus in morte conturbatus, non secundum rationem, sed secundum carnem mortis timore. Vnde ait Matthæus 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem.

919 *Filij hominum dentes eorum arma, & sagitta, & lingua eorum gladius acutus.*

Dentes. Gregor. 11. mor. c. 18. Thren. 3.

Hic ostendit Iudæorum malitiam contra Christum. Vbi notandum, ꝙ per dentes significantur nostri sensus interiores, vt ostendit Gregor. dicens. Per dentes sensus interiores, accipi solent, quod Hieremias propheta attestatur dicens. Fregit ad numerum dentes meos. Per dentes enim cibus frangitur, vt glutiatur. Vnde non immeritò in dentibus internos sensus accipimus qui singula, quæ cogitant quasi mandunt: atq; ad ventrem memoriæ trãsmittunt, quos propheta ad numerum fractos dixit, quia per iustam mensuram vniuscuiusque peccati, intelligentiæ cæcitas generatur in sensibus. Sic ergo per dentes hic accipe cogitationes Iudæorum, & acuta consilia contra Christum. De quibus psalm. 3. Dentibus suis fremet, & tabescet. Et de istis dentibus nunc d. Christus. *Filij hominum*, idest, Iudæi, qui filij hominum erant, scilicet sanctorum patrum quòd secundum rationem viuebant, licet ipsi homines non essent. *Dentes eorum*, i. eorum cogitationes, & consilia: *arma, & sagitta*: quia ipsi suis cogitationibus meditabantur morte Christi se

se defendere, perderent locum, & gentē & quantum ad hoc erant arma. Cogitabant insuper Christum non per se, sed per præsidem morti tradere, & sic se immunes à Christi morte ostendere, & quātum ad hoc dicuntur sagittæ, quia occultè feriunt, & à remotis. Vnde de illo Iudæorum populo loquitur Christus Iob 16.d. Collegit furorem suum in me, & comminans infremuit contra me dentibus suis. Vel per dentes accipe Iudæorū crudelitatem, vt supra vers. 27. Sequitur: *Lingua eorum gladius acutus*. Per linguā enim intellige eorum verba dicta per linguam, sicut per causam quandoque intelligitur effectus, quandoque econtrario. Vere enim eorum verba erat gladius acutus mortem Christi accelerans, vt quando clamantes dicebant. Crucifige eum, crucifige eum, & huiusmodi, quia tales voces, etiam fecerunt Christi mortem, vt facit gladius acutus. Vnde de linguis Iudæorum acutis tempore Christi passionis dicitur psal. 63. Exacuerunt vt gladium linguas suas, &c.

Lingua.

920 *Exaltare super cælos, Deus, & super omnem terram gloria tua.*

HIc ostendit Christus ad cælos suam ascēsionem. Et tria facit. Quia primò Christi ascensionem postulat. Secūdò Iudæorum malitiam explicat, ibi. *Laqueum.* Tertiò ipsorum pœnam explicat, ibi. *Foderunt.* Quantum ad primum sciēdum, quod ista uerba dupliciter exponuntur, quia possunt esse verba Psalmistæ ad Christum, vel Christi ad patrem. Quantum ad primum intellectum psalmi, visis iniurijs Christo illatis, visa per spiritum sanctum Christi resurrectione, desiderans quòd Christus cognoscatur super omnem creaturam gloriosus, ipsius ascensionem prædicendo postulat. d. *Exaltare super cælos, Deus.* Quāuis enim Christus in primo instanti suæ cōceptionis verus esset Deus, & per consequens super omnem creaturam exaltatus, non tamen ante suam resurrectionem & ascēsionem, sed in sua ascēsione vt Deus exaltatus apparuit. In resurrectione enim super omnes homines exaltatus apparuit, quia inter omnes solus factus immortalis, sed in ascensione apparuit exaltatus super omnes angelos. Quia tunc

Ascensio.

Psal. 17.

A ascendit super Cherubin, & volauit super pennas, &c. idest, super omnes angelos ascendit. Vnde hic per cœlos Angelos cœlestes intelligit. Nam sic cœlum pro Angelica natura accipit Christus Matthæ. 6. dicens. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Quod exponens Greg. 27. mor. c. 25. d. Per cœlos enim ij, qui cœlestibus sunt conditi, angelici spiritus designantur. Vnde & orando voce dominica dicere instruimur. Fiat volūtas tua sicut in cœlo, & in terra. Vt nimirum uoluntas Dei sicut à superiore, id est, angelica natura agitur, ita etiam in B omnibus ab humana infirmitate seruetur. Cum ergo Psalmista Christo dicit. *Exaltare super cælos, Deus*, hoc prædicit, quòd Christus in ascensione super omnes angelos exaltaretur, vt sic omnia cognoscantur Christo subdita. Psalmo 8. Omnia subiecisti sub pedibus ejus. Exaltatur autem Deus, non in se, sed in nobis, quādo scilicet nos ipsum exaltatum cognoscimus. Et sic ad exaltationem ascensionis, consequenter Christi gloria per omnem terram fuit dilatata, quādo post Christi ascensionem gloria Christi per Apostolos per omnem terram fuit C prædicata, iuxta illud psalmi decimioctaui. In omnem terram exiuit sonus eorum. Et hoc notans Psalm. dicit. *Et super omnem terram gloria tua*, quasi dicat. Post tuam ascensionem gloria tua super omnem terram erit prædicata. Si autem sint verba Christi ad patrem, tūc est sensus, vt Christus patri dicat. O tu Deus pater, *Exaltare super cælos*, idest, fac in me per quod altus videatis super omnes angelos, scilicet, fac me ascendere. Et tunc gloria tua apparebit hominibus gloriam angelorum excedere, quia tunc Apostoli mei tuam gloriam per totum D mundum prædicabunt. Et sic apparebit *super omnem terram gloria tua.*

Cælū significat Angelos.

Matth. 6.

Gregor. 27. mor. c. 25.

Exaltatio Dei.

Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. 821

OStendit hic Christus Iudæorum nequitiā. Vbi nota, quòd laqueus mysticus dicitur dolosa cogitatio, qua quis conatur alterū decipere, sicut quādo Saul cogitabat per manus Philisthinorum occidere Dauid. Ideo dolosa

Laqueus est dolosa cogitatio.

Tt 3 cogita-

cogitauit dare ei filiam in vxorem, si sibi centum præputia Philistinorum præsentaret, vt habetur 1. Reg. 18. Et tamen ipse deceptus laqueo suo fuit captus: propter quod dicit Dauid. In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Consimiliter Iudæi multos laqueos Christo parauerunt, vt ipsum dolosè morti traderent. Vt puta, quia faciebant occultas suas imaginationes, quibus necessario ipsum in suis responsionibus capere credebant, & ipsum ad morté sub colore iustitiæ deducere, &c. vt suprà versic 440. Et de tali multiplici laqueo hic Christus dicit. *Laqueum parauerunt pedibus meis.* Pedes enim Christi, quibus per mundum ibat, sunt increpationes malorum & promissiones præmiorum, quibus quasi pedibus per mūdum incedebat, cum malos increpabat & bonis præmia promittebat. Istis enim pedibus laqueum parabant Iudæi, vt cum adulteram adduxerūt ante eū, &c. vt versi. 440. Sequitur. *Et incuruauerunt animā meam*, i. per tales laqueos voluerunt incuruare animam meam, s. ipsam per mortem ad infernum deprimere.

Psal. 17.

Pes Christi.

922 *Foderunt ante faciem meam foueam & inciderunt in eam.*

HIc explicat debitam pœnam Iudæorum, per foueam enim mors intelligitur, quia hominem in fossam sepulturæ deducit. Tobiæ 8. Abierunt, vt foderent sepulchrum. Et de Absalon dicitur. Proiecerunt eum, s. mortuum in foueam grandem. Isti ergo parauerunt foueam ante faciem Christi, quando in conspectu eiusdem sententiam mortis dederunt contra ipsum. Quoniam vt habetur Matth. 26. dum princeps sacerdotum Christum examinaret, dixit circunstantibus. Quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? Qui omnes dixerunt. Reus est mortis. Et sic quandocunq; tractabant de morte Christi, fodebant ei foueam. Et quia nihil faciebant, contra Christum, quod Christum lateret: ideo dicit quòd *foderunt foueam ante faciem meam:* quia secundum glo. ipse sciebat totum, quod moliebantur contra ipsum: tamen sic faciendo sibijpsis nocuerunt, propter quod subditur. *Et inciderunt in eam,* quia propter hoc ipsi incidérunt in seuerētiā mortis corporalis (quia in vindictā mortis Christi à Tito, & Vespasiano fuerunt trucidati, captiuati; & per mundum dispersi. Luc. 19.) ac etiam æternæ. Vnde de populo Iudæorum dicitur, *Incidit in foueam, quam fecit.* Hoc enim satis est commune, quòd in illud malum quis incidit, quod dolosè alteri parat. Sic enim Aman suspensus fuit in cruce, quam Mardocheo parauerat. Sic Saul manu Philistinorum fuit interfectus, quod contra Dauid moliтus fuerat. Sic sapientes Babylonis in lacum missi à leonibus deuorati sunt, quod Danieli parauerant. Sic iniqui Sacerdotes mortem, quam parauerant contra Susannam, sunt perpessi. Et hoc est quod dicitur Eccles. 27. Qui fodit foueam, incidit in eam, & qui statuit lapidem proximo, incidet in eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

Fouea.

2. Reg. 18.

Psal. 7.

Hester 7.

Dan. 13.

Eccl. 27.

923 *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, cantabo, & psalmum dicam.*

COnsequenter hic Christus surgit ad gratiarum actionem. Vnde circa gratiarum actionem Christi tria facit. Quia primo ostendit modum. Secūdò effectum, ibi. *Exurge.* Tertiò causam, ibi. *Quoniam magnificata.* Quantum ad primum ostendit modum, quo gratias agit patri dicens. *Paratum,* &c. Gratiæ enim aguntur duobus modis. s. verbis, & operibus: verbis, Deum laudando, operibus, aduersa patienter tolerādo. Quia sicut ille, qui i aduersis murmurat, Deū accusat, vt ostendit Greg. sic & per oppositum patienter tolerās, Deo gratias agit. Quantum ergo ad ista duo dicit Christus. *Paratum cor meum, Deus,* quasi dicat. Et si illi parant mihi mortis foueam: tamen paratum est cor meum ad tolerantiam. Iterum repetit. *Paratum cor meum:* ad te verbis laudandum, vnde sicut hic ait glo. Gratiæ aguntur verbo, & opere. Et ideo bis dicit, *Paratum cor meum:* vt alterum ad opus, alterum ad verbum referatur. Quæ duo alijs verbis distingnit dicens. *Cantabo, & psalmum dicam:* quasi dicat, *Cantabo,* idest, verbis gratias agam: *& psalmum dicam,* idest, operi-

Gratiarum actio.

Patientia.

Gregor. 5. mor. c. 26.

operibus, quæ prædictæ geminationi reddidit, quia ad vtrunque est paratus. Psalmus autem dicitur à psalterio, quia manu pulsatur, & sic significat opus. Cātare aūt fit voce, & sic significat verba.

924 *Exurge, gloria mea, exurge, psalteriū, & cithara: exurgam diluculo.*

Hic consequenter ostendit gratiarum actionis effectum, scilicet, quid inde cōsecutus fuit Christus. Quia enim gratias egit patri, patienter mortem tolerando: ideo gloriā resurrectionis, & exaltationis super omnem creaturam fuit consecutus, vt dicit Apostolus ad Philip. 2. Vnde de resurrectionis gloria nunc dicit Christus. *Exurge, gloria mea.* Vbi notandum, quòd hic per gloriam Christi intelligitur caro Christi, quæ fuit causa gloriæ Christi. Vnde & ipsa Christi caro gloriosa resurrexit. Et de hac gloria sua, idest, carne gloriosa dicebat Christus Luc. 24. Oportuit sic Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, idest, propter passionem in carne mortali habitam. Christus carnem gloriosam resurgendo accepit. De hac ergo carne gloriosa dicit Christus. *Exurge, gloria mea*, idest, exurges, sed quando cōsequenter notat horam resurrectionis dicens. *Exurgam diluculo*, quia Christi resurrectio diluculo celebrata fuit. Et consequenter ad resurrectionem Christi gloriosam secuta fuit gentiū credulitas, quæ crediderunt Christum verum fuisse Deum & verum hominem, quod notatur per psalterium, & citharā. Nam psalteriū, quod sonat à superiori, significat diuinitatem. Cithara vero, quæ sonat ab inferiori, significat humanitatem. Et hoc notans dicit. *Exurge, psalterium, & cithara*, i. per resurrectionem carnis gloriosam exurgam in gentibus *psalterium, & cithara*, quia credent me verum Deum, & hominem. Consimiliter etiam in aliquibus Iudæorum surrexit. Et hoc est, quod subdit.

Resurrectio Christi.

Gloria Christi dicitur caro.

Diluculū.

925 *Confitebor tibi in populis, domine, & psalmum dicam tibi in gentibus.*

25. q. 1. renuertimini.

Per populos accipe Iudæos, scilicet per gentes idololatras, qui ad Christi fidem conuersi, Deo confitebantur. Christus enim se facere dicit, quod sui fideles per suam gratiam faciunt. *Confitebor ergo tibi in populis & in gentibus*, id est, per populos, & gentes laudabo te, & bonis operibus honorabo, quę per psalmū significantur. Consimile dixit ps. 16. Propterea cōfitebor tibi in nationibus, & nomini tuo psalmum dicam. Vide superius versic. 256.

926 *Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.*

Ostendit hic causam tantæ actionis gratiarum. Vbi primo notandum, quòd per misericordiam Dei intelligitur humanitas Christi à verbo assumpta, de qua dicitur psal. 47. Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio tē pli tui. Hæc magnificata fuit vsque ad cœlos, quando in ascensione ascendit super omnes cœlos, per nubes autem intelliguntur Apostoli, & prædicatores, qui impleti veritate alijs compluunt doctrinis, per quos tanquam per nubes dominus coruscat miraculis, pluit doctrinis, & minis tonat. Vnde Gregorius dicit. Nubium nomine quid aliud quam Apostoli, & sancti prædicatores designantur, qui per mundi partes circumquaque missi, & verbis nouerant pluere, & coruscare miraculis? Quos Esaias propheta longè ante intuens dixit. Qui sunt isti, qui vt nubes volant? & alibi. Mandabo nubibus meis, ne pluant super vos imbrem. Est ergo magnificata veritas vsque ad nubes, quando prædicatores spiritu veritatis repleti fuerunt, per quam totum orbem docuerunt. Ista ergo sunt duo motiua actionis gratiarum, scilicet primum, quia humanitas Christi super omnes cœlos, idest angelos est exaltata, quod notans dicit. *Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua.* Secundum quia prædicatores veritate fidei repleti fidem Christi per totum orbē prędicauerunt, quod notans dicit. *Et veritas tua vsque ad nubes.* Consimile dixit psalm. 35. Domine, in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes.

Misericordia dicitur Christus.

Ephes. 4.

Gregor. 17. mor. c. 12.

Prædicator.

Nubes.

927 *Exaltare super omnes cælos, Deus, & super omnem terram gloria tua.*

HIc replicat, quod superius dixerat fidem nostram confirmans. Vide supra versic. 920.

PSAL. LVII.

918 *SI vere utique iustitiam loquimini, recte iudicate, filij hominum.*

2.9.1. nomen.

HIc psalmus talem habet titulum. *In finem ne corrumpas David in tituli inscriptione.* Istius tituli expositio patet ex expositione primæ partis tituli præcedentis immediate. Quantum vero ad psal. dicit Rabbi Salomon quod David fecit hunc ps. quãdo ad denunciationem Ziphæorum, Saul cognouit David esse apud eos, & tunc assumptis tribus millibus uirorum electorum, venit, vt ipsum David caperet. Quæ historia habetur primo Regum vigesimosexto. Nam cum David fugiens Saulem habitaret in deserto Ziph latitans cum suis, Ziphæi proditiorè nunciauerunt Sauli dicentes. Ecce David absconditus est in desertum Ziph. Tunc Saul electis tribus millibus uirorum electorum, descendit in desertum Ziph, vt quæreret, & caperet David. Tunc David cognito per exploratores, quòd Saul venisset ad ipsum quærendum, ac etiam didicisset locũ, in quo dormiebat rex Saul, & Abner princeps militiæ Saulis, & q Saul dormiebat, & Abner cum reliquo exercitu: quia sopor domini irruerat super eos, tunc David assumpto vno ex militibus, scilicet Abisai, venit ad castra Saulis nocte, & secretè. Et inuenerunt Saulem dormientem in tentorio, & hastam fixam ad caput eius in terra, & scyphum aquæ, & Abner cum reliquo populo dormientem in circuitu regis. Tunc Abisai dixit ad David. Conclusit hodie Deus inimicum tuum in manus tuas, & uoluit interficere regem. Quod David mansuetus prohibuit sed ac ceperunt hastam, quæ erat ad caput regis, & scyphum aquæ, & re- E cesserunt, sic quòd nullus de exercitu Saulis aliquid perpendit. Cumque essent tantum elongati, quòd erant in loco tuto, David clamauit fortiter. Euigila, Abner. Abner autem euigilatus respondit. Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem? Et respondit David. Digni estis morte, quoniam malè custodistis dominũ vestrum regem. Ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret regem. Nunc ergo vide, vbi sit hasta regis, & scyphus aquæ, qui erat ad caput regis. Tunc excitatus Saul cognouit vocem David, & dixit. F Num est vox tua hæc, fili mi David? Et ait David, Vox mea est, domine mi rex. Quid enim mali feci? quare me persequeris? Ecce dedit te Deus in manu mea hodie, & nolui extendere manum meam in te, &c. Et ait Saul. Peccaui, nequaquam tibi vltra malè faciam, eo quòd fuerit anima mea preciosa in oculis tuis. Et recessit Saul. Tunc ergo David videns iniquitatem illorum, qui diffamabant eum apud regem, illos increpans fecit istum Psalmum. Per hunc spiritu prophetico prædicans multa alia futura. Sic ergo primo dicam sensum historicum. G Secundò sensum propheticum. Quantum ad primum Psalmus iste diuiditur in duas partes. Quia David primo ostẽdit Saulis, & suorum malitiam. Secundò ostendit pœnam eis debitam, ibi. *Deus conteret*, &c. vt Nicolaus de Lyra. Quantum verò ad sensum propheticum, patet expositio tituli per expositionem tituli immediatè præcedentis. Intentio Psalm. est monere omnes, ne quis Christo contradicat, sed vt vero regi obediat ei. Et secundum hoc Psalm. iste diuiditur in tres partes. Quia primò H Iudæorum exprobratur malitia. Secundò peruersorum demonstratur supplicia, ibi. *Deus conteret*. Tertiò ex hoc deuotorum explicatur lætitia, ibi. *Lætabitur iustus.* Prima pars diuiditur in partes quatuor, quia ponit primo Iudæorum in seipsis demonstrata contradictio. Secundò ipsorum iniquitatis exquisita operatio, ibi. *Etenim in corde.* Tertiò ipsorum à prophetis antiquata diuisio, ibi, *Alienati*. Quartò ipsorum in peccatis indurata obstinatio, ibi. *Furor.*

rit. Quantum ad primum sciendum, quòd Iudæi de Christo in seipsis contradicebant, quia labijs iusta, & vera de Christo prædicabant, contra ipsum corde dolos cogitabant, vt puta, quando ad ipsum adduxerunt mulierem deprehensam in adulterio, quando ad ipsum miserunt discipulos cum Herodianis dicentes. Magister scimus, quia verax es, &c. Ipsi enim vera loquebantur: sed corde ipsum persequebantur. Istos ergo reprehendens dicit. (*Si verè vtique iustitiam loquimini.*) quare non rectè cor de iudicatis? Et vocat istos non homines, sed filios hominum, quia ipsi non viuebant, vt homines secundum dictamen rectæ rationis, quamuis essent filij hominum, idest, sanctorum prophetarum, & patriarcharum. Vnde notandum, quòd aliqui sunt homines, & filij hominum, vt boni nati de bonis: aliqui neque sunt homines, neque filij hominum, vt mali nati de malis. Alij sunt homines, sed non filij hominum, vt boni nati de malis: alij sunt filij hominum, sed non homines, vt mali nati de bonis: de quibus dicitur Psalm. 4. Filij hominum, vsquequo graui corde, &c. Et isto modo hic Iudæos vocat filios hominũ.

Filij hominum qui dicuntur.

Iustitia.

Vel aliter, vbi notandum, quòd vera iustitia non stat in verbis, sed in factis, si idem sit in corde quod in ore, & per facta cognoscantur verba. Quilibet enim in corde suo naturaliter iustitiam habet scriptam. Vt puta, quod tibi vis fieri, alteri facias, & quod tibi non vis fieri, alteri non facias. Hanc etiam iustitiam quilibet loquitur ore, sed factis multi contradicunt. Et tales loquuntur iustitiam, sed non verè, quia aliter agunt, quàm loquuntur. Et ad hoc glossa ponit exemplum dicens. Interrogatus, quod sit melius, an aurum, an fides. Indubiè corde, & ore præponis auro fidem. Sed amicus tuus nullo teste, aurum tibi commendauit, discedit, & mortuus est, filium hæredẽ reliquit, qui ignorat, quid tibi commendauerit pater: & cogita te similiter alteri aurum commendasse, nullo alio sciente, & te filium reliquisse. Quid velles filio tuo, à tuo amico præstari? Responde, quid tibi respondet cogitatio. Et hoc idem tu iudica cum filio amici tui.

Statim enim respondebis, quòd propter aurum fides non est neganda. Sed aliud iudicat auaritia, qua cogitas aurum negare hæredi amici tui. Auare locutus es, & cognouisti meliorem esse fidem. Et modo auaritia corruptus, melius dixisti esse aurum. Non sic iudicasti, vt locutus es, vera locutus es: sed falsa iudicasti. Veritas iubet omnes loqui iustitiam, ne dicantur iniusti. Veritas omnibus clamat: *Si verè vtique iustitiam loquimini*, idest, si non falsè, si non aliud in labijs, & aliud in voluntate. *Rectè iudicate, filij hominum*, idest, auro, & cæteris alijs fidem præponite, & alia huiusmodi, aliter enim hypocritæ estis, quasi Iudæis dicat Christus. Si dicitis mihi. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Et nostis, quòd veraci mors non est intentanda, quare ergo quæritis mortẽ meam? Sed Iudæi sic de Christo iudicauerunt, vt fictè de ipso locuti probentur, verbis suis illaqueantur, & accusantur. Et hanc sententiam punit sapiens Eccles. 31. dicens. Intellige, quæ sunt proximi tui ex te ipso, idest, ita iudica de proximo tuo, sicut de te ipso velles rectè iudicari, vel sicut recta ratio de teipso dictat esse iudicandum.

Eccle. 31.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniustitias manus vestræ concinnant. 929

HIc consequenter ponitur Iudæorum exquisita iniquitas. Vbi notandum, quòd sicut malæ locutiones procedunt ex corde malo, consimiliter & malæ operationes, dicente Christo Matthæi decimoquinto. De corde exeũt cogitationes malæ, furta, homicidia, adulteria. Vnde fundamentum omnis malæ locutionis, & operationis manet in corde, propter quod dicit Philosophus, q vnusquisque talia operatur, & dicit, qualis est. Et ideo causam malignitatis Iudæorum contra Christum ostendens esse malitiam cordis eorum, ait hic. *Etenim in corde iniquitates operamini in terra*, quasi dicat. Ideo opera vestra exteriora sunt mala, quia prius in corde vos iniquitates operamini, quæ postea operibus adimpletis, quia opera vestra praua

Philosoph. 1. Ethic.

næ cogitationi correſpondent, quia manus ſequitur cor. Et ſic peccatum operis peccato cordis adiungitis. Et hoc eſt, quod ſubdit. *Iniuſtitias manus veſtra concinnant*, id eſt, coniungunt. Vnde alia litera habet. *Iniuſtitias manus veſtra connectunt*, quia, ſcilicet peccati peccato adiungunt. Et attende, quòd Chriſtus uolens demonſtrare, quòd omnia iſta agebant contra ipſum, dicit. *Iniquitates operamini in terra*, ſcilicet in me, quem hominem quo ad corpus de terra factum conſpicitis. In terram ergo, ſcilicet, in corpus Chriſti operabatur mala, ſed non in animam. Vnde de terra corporis Chriſti dicitur. Terra data eſt in manus impij. Quod ad propoſitum exponens Greg. 9. mor. cap. 21. ait. Quid enim terræ nomine, niſi caro Chriſti exprimitur? Quis appellatione impij, niſi diabolus deſignatur? Huius impij manus fuerunt ij, qui in redemptoris noſtri morte graſſati ſunt. Terra itaque data eſt in manus impij, quia antiquus hoſtis redemptoris noſtri mẽtem corrumpere per ſe tentando non ualuit, ſed eius carnẽ per ſuos ſatellites ad triduum permiſſus extinxit, & diſpenſatio ni ſupernæ pietatis, neſciens ex ipſa per miſſione ſeruiuit. Tribus enim tentationibus redemptorem noſtrum pulſans, corde tentare non ualuit, ſed tamẽ ſuas manus ad mortem carnis eius excitauit. Cum enim cohortem, atque à pontificibus, & Phariſæis miniſtros tradidit, nimirum iſte impius tunc manus ad terram tetendit. Huius certè manus ſacerdotes, & principes, Pilatus, atque illuſores milites fuerunt, &c. Et hæc omnia notans Chriſtus. d. *Etenim in corde iniquitates operamini in terra*. Sed hic gloſſa quæſtionem mouet dicens. Si iniquitas manus, iniquitati cordi deſit, nunquid ſine culpa erit? Reſpondet quòd non, quia quicquid vis, ſi non potes, factum Deus imputat. Verum quia hic dicitur. *Etenim in corde iniquitates operamini*, forte dices. Nunquid diabolus malas cogitationes, & iniquitates in cordibus noſtris operatur? Et videtur quòd ſic. Nam de Iuda dicitur. Cum diabolus iam miſiſſet in cor Iudæ, ut traderet eum. Ad oppoſitum videtur Chriſtus dicens Matthæi decimoquinto, q.

Terra caro Christi. *Iob 9.* *Greg. 9. moral. c. 21.* *Quæstio.* *Cordis cogitatio.* *Diabolus.* *Ioan. 13.* *Matth. 15.*

B de corde exeunt cogitationes malę, &c. ex quo patet, quòd à corde oriuntur, nõ à Diabolo. Reſpondeo, quòd diabolus malarum cogitationum auctor non eſt, ſed cum illas ex actibus noſtris in corde noſtro eſſe natas perſpexerit, illas ſuis tentationibus fouet & nutrit. Vnde Hieronymus exponens prædicta uerba Chriſti dicit. Arguendi ſunt ex hac ſententia, qui malas cogitationes à diabolo immitti putant, & non ex corde naſci, & propria uoluntate. Diabolus enim adiutor, & incenſor malarum cogitationum poteſt eſſe, auctor autem eſſe nõ poteſt.

F Si autem diabolus ſemper in inſidijs poſitus, leuem cogitationum noſtrarum ſcintillam ſuis fomitibus inflammauerit, non debemus opinari, eum occulta quoque cordis noſtri rimari, ſed ex corporis habitu, & geſtis exterioribus æſtimare, quid in noſtro corde verſetur interius. Verbi gratia. Si pulchram mulierem crebrò nos uiderit inſpicere, intelligit ab oculis, cor maculatum eſſe luxuria. Ad auctoritatem autem in oppoſitum, quia cum miſiſſet diabolus in cor Iudæ, &c. & ad omnes ſimiles dicendum, quòd non debet intelligi, quòd diabolus

G illas malas cogitationes faciat, ſed quòd ſuis ſuaſionibus ad illas ex corde germinandas prouocat. Vnde illa immiſſio quando diabolus immiſit in cor Iudæ, &c. fuit quædam perſuaſio. Vnde Auguſtinus ſuper Ioann. exponens illa verba dicit. Miſſio iſta ſuggeſtio ſpiritualis eſt, & non fit per aurem, ſed per cogitationẽ. Diabolicæ enim ſuggeſtiones mittuntur humanis cogitationibus, factum ergo iam fuerat in corde Iudæ, ſcilicet per diabolicam ſuggeſtionem, ut magiſtrum traderet diſcipulus.

Reſp. *Hierony. Matth. 15.* *Auguſt.*

H *Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa.*

930 *12. q. 1. omnis ætas.*

Hic ponitur Iudæorum à ſuis patribus antiquata diuiſio. Antiqui enim Iudæorum patres, ſicut Abraham Iſaac, & Iacob, toto corde deſiderabant Chriſti aduentum in carnem, qui ſpiritu prophetico venturum ſciebant, Chriſto dicente. Multi reges, & prophetæ uoluerunt videre, quod uos uidetis, &c.

Iſti

Isti autem à fide parentũ alienati Christum uidere nolebant, sed ipsum totis conatibus persequebantur. Quod de ipsis notans psal ait. *Alienati sunt peccatores à vulua.* Quid enim nomine vuluæ, quæ fœtum concipit, & parit, nisi antiqui patres, à quibus Iudæi persecutores Christi, concepti fuerunt, & geniti? *Alienati ergo sunt à vulua*, idest alieni à suis patribus effecti, propter quod de ipsis dicitur psalm. 17. Filij alieni, scilicet effecti à patribus, mẽtiti sunt mihi, &c. versicul. 146. Alienati ergo à patribus mentiti sunt, quia contra dictamen conscientiæ ipsorum Christum persequebantur. Et hoc est, quod subdit. *Errauerunt ab utero*, idest, discordauerunt à mẽte, & conscientia sua. Vbi notandum, quòd uteri nomine mens nostra, siue cõscientia designatur, vt ostendit Gregorius duodecimo, moral. cap. 28. dicens. In sacro eloquio uteri nomine mens nostra soler intelligi. Hoc est enim, quod per Salomonem dicitur. Lucerna domini spiraculum hominis, qui inuestigat omnia secreta ventris. Lux enim gratiæ, quæ desuper venit, spiraculum præstat homini ad uitam, quæ scilicet lux omnia secreta ventris inuestigare dicitur: quia occulta nostræ mentis penetrat, vt ea, quæ de seipsa latebant, anima ante eius flendo oculos reducat. Hinc Hieremias ait. Ventrem meum doleo. Qui vt ostenderet, quid dixisset uentrem suum, adiunxit. Sensus cordis mei turbati sunt. Vteri itaque nomine rectè mens accipitur: quia sicut proles in utero concipitur, sic cogitatio in mente generatur. Et sicut in ventre cibi, ita continentur in corde cogitationes. Et de vtero mentis dicitur Iob 15. Vterus eius præparat dolos. Quid est errare ab vtero, nisi discordare verbis, vel factis à propria conscientia, vel mente? quod Iudæi faciebant erga Christum: quia dictante ipsorum mente, quod ei nihil dignum morte erat aptum, ipsi clamando dixerunt. Reus est mortis. Tolle, tolle crucifige eum. Et sic locuti sunt falsa, quia verbis discordabant à mente. Vnde ipsos à parentibus, alienatos ostendens Christus, dicit. Quæritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit, vos facitis opera patris vestri, scilicet, diaboli, &c.

[Margin: Vulua. — Psal. 17. — Vterus dicitur mens. — Gregor. 12. mor. c. 28. — Hiere. 4. — Errare ab vtero. — Ioan. 8.]

Furor illis secundum similitudinẽ serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.

[Margin: 93 1 11. q. 3. qui cunque.]

Hic consequenter ponitur ipsorũ in peccatis obstinatio. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd, vt dicit Magister de proprietatibus rerum libro vndecimo, quòd aspis serpens quando prævidet incantatorem suis carminibus ipsam euocare de cauerna volentem, & sibi soporem immittere, ut arripiat carbunculum, quem gerit in fronte, ille nolens exire, aurem unam ponit in terram fixam, & alteram cauda obturat, ne uoces magicas audiat incantatoris. Per hanc ergo similitudinem vult psalmista ostendere induratam Iudæorum obstinationem contra Christum, quia ipsi ne audirent verba prædicationis eius, & Apostolorum, ad modum aspidis aures suas obturabant, vnam terra, aliam cauda. Quid enim monit eos contra Christum, nisi terra, idest, terrenorum cupiditas, ne, scilicet perderent dominium, & bona terrena? Vnde & Caiphas consulendo dicebat. Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Aliam uerò aurem clauserunt cauda. Quid enim per caudam, nisi hypocrisis, & falsa simulatio intelligitur? Quia sicut cauda turpitudinem animalis cooperit, & posteriora, sic Iudæi Christi tẽpore hypocritæ falsa simulatione verborum, & signorum exteriorum occultabant malitiam contra Christum conceptam. Veniebant enim ad Christum multotiens in uestimentis ouium, sed intrinsecus erant lupi rapaces. Vnde de tali hypocritarum cauda dicitur. Longæuus, & honorabilis ipse est caput, Propheta docens mẽdacium, ipse est cauda. Ipsi enim erant falsi prophetæ, quia simulabant, quod non erat, & sic toto corpore mentiebantur. Vnde Gualfredus, super illud psalmi. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, ait. Si graue est solo ore mentiri, quantò grauius toto corpore? Toto siquidem corpore mẽtitur hypocrita,

[Margin: Aspis. — Terra. — Ioan. 11. — Cauda. — Esa. 9.]

crita, cauda cooperire suas turpitudines E uolés, quia simulat sanctitaté vitę, cuius veritate caret, de quo dicit dominus. Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Sic ergo Iudæi ad modum aspidis vnam aurem terra, idest, cupiditate terrenorum, aliam cauda, idest, falsa simulatione obturabant, ne Christum prædicantem audirét, sed in sua malitia potius obstinati remanerent. Et hoc est, quod dicit. *Furor illis*. Vocat enim iram obstinatorum furorem, quia irreuocabilis est secundum similitudinem serpentis, sed quia variæ sunt naturæ serpentium declarat de quo serpente intelligat dicens. *Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas*. Sic enim non solum ad uocem Christi obturabant aures suas, ne ipsum audirent, sed etiam ad uocem Apostolorum, & discipulorum. Sic enim ad uocem Stephani (vt dicitur Act. 7.) continuerunt aures suas, & impetum fecerunt, scilicet, ne audirent prædicationé. Et hoc est, quod subditur.

Act. 7.

932 ***Quæ non exaudiet uocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.***

Incãtator. INcantatores propriè sunt vt dicitur vigesimaquarta, quæstione quarta, igitur, qui artem verbi peragunt. Sic ergo Christus, & apostoli erant incantatores, qui arte uerbi scilicet prædicationis, audientes conuertebant ad Deum. Et hoc sonat uocabulum incantator, idest, intus in corde cantator. Et sic quando arte uerborum quis alium conatur ad bonum ducere, dicitur incantator bonus, quando verò ad malum, malus. Sed vt plurimum incantator in malum accipitur, licet hic in bonum accipiatur. *Et uenefici incantantis sapienter.* Vbi aduerte, quòd veneficus dicitur faciens uenenum, uel componens, uenenum autem cum sit res frigidissima, directè opponitur sanguini, & sic dicitur à vena, quia contrarium ueną, quæ sanguinem continet. Quid ergo notat uenenum, nisi frigidam pœnitentiam, & paupertatis uiam, quæ carni, & sanguini contrariatur, & uitam mortificat corporalem? Veneficus erat ergo Christus, uenefici erant apostoli, qui tale uene-

Veneficus.

num prædicando conficiebant, docentes asperitatem pœnitentiæ. Et vt ostendat, quòd loquitur hic de venefico in bonum, dicit. *Et venefici incantantis sapienter*. Vnde gloss. Sicut enim aspis non audit incantantium vocem, ne educatur ad lucem, sic & Iudæi audire noluerűt Christi vocem, & Apostolorum, qui sunt incantatores sapientes, vt ad lucem exirent. Sicut de ipsis dictum est. Aures habent, & non audient. Hic propter hoc, quod dicit, quòd non exaudiet vocem incantantium, cadit quæstio scilicet, vtrum incantationes, vel obseruationes ordinatæ ad immutationem F corporum, puta ad sanitatem, vel aliquid huiusmodi, sint licitæ, vide secundam secundæ quæstione nonagesimasexta, articulo secundo.

Psal. 115.

Quæstio.

933 *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus.*

2.q.7. accusam.

HIc consequenter demóstratur pœna Iudæis debita. Notatur autem hic quadruplex pœna eis debita. Prima quia mendaces ostenduntur. Secunda G per mundũ dispergentur, ibi. *Et in nihilum deuenient*. Tertia lumine priuabuntur, ibi. *Sicut cera, quæ fluit*. Quartò æterno igne cremabuntur, ibi. *Priusquam*. Quantum ad primum sciendum, quòd dupliciter Iudæi Christum persequebantur, scilicet quandoque dolosè, & occultè, sicut quando volentes eum capere in sermone, miserunt discipulos cum Herodianis, dicentes. Magister, &c. Quandoque apertè, sicut quando ante Pilatum clamabant, dicentes. Tolle tolle, crucifige eum. Ioannes decimonono. Et per omnia ista intendebant Christi nomen, & fidem delere, cuius tamen H oppositum euenit. Vnde propter persecutionem dolosam comparantur aspidi, sed propter apertam leoni. Primo ergo propter persecutionem occultam, & dolosam comparantur aspidi. Cuius ratio est. Nam vt dicit Magister de proprietatibus, Aspis non nocet Aphris, quamuis ore venenum immittat. Vnde volentes Aphri pueros de se natos probare, eos objiciunt aspidi, si de ipsorum semine fuerint, aspis nil nocet eis,

Quadruplex Iudæis pœna debita.

Matth. 22.

Ioan. 19.

Aspis.

eis, si adulterinus, mox ipsum interimit. Sic conformiter est de dolosa persecutione, quæ ab adulatione incipit, quæ non nocet Aphris. Apher enim fuit vnus ex posteris Abrahæ, natus de Cetura. Abraham autem, qui interpretatur pater multarum gentium, significat ipsum Deum omnium creatorem, cuius filios probat adulatio, quia si talis sit filius Dei, adulatio ei nō nocet, quia per ipsam non inflatur, si autem ex alieno, scilicet diabolo sit genitus, statim per superbiam erigitur, & interficitur per peccatum. Ideo de iustis, qui aspidem adulationis non timent dicitur psal. 90. Super aspidem, & basiliscum ambulabis. Vnde superius Iudæos adulatores aspidi comparat, dicens. Furor illis &c. sicut aspidis surdæ. Secundò, Propter persecutionem apertam comparātur leoni, qui aperte sævit, vt rapiat & deuoret, propter quod de ipsis dicit. Susceperūt me sicut Leo, paratus ad prædam. Vnde prima pars istius versus referatur ad persecutionem occultam, cum d. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum. Dentes eorum*, scilicet aspidum. Vnde gloss. *Deus conteret dentes*, &c. idest. ipsorum verba dolosa, quibus est furor sicut aspidis. Et hoc *in ore ipsorum*, quia in verbis suis capiet eos, ore enim suo contra se dicunt, dum laudant, quem perdere volunt. Consequenter eos comparat leonibus rationē persecutionis apertæ, dicens. *Et molas leonum confringet dominus*. Vbi gloss. *Molas leonum confringet*, idest, apertas clamationes ipsorum mortis Christi, quas Iudæi fecerunt, ne ad effectum veniant, quibus fidem Christi extinguere conabantur. Nota ergo, quòd aspides erant Iudæi, dum insidiose tentabant, sed leones, dū aperte mortem Christi clamabant. Sed horum dentes & molæ fractæ sunt, quādo Christus surrexit, & omnes illos ostendit fuisse mendaces.

Psal. 90.

Leo.

Psal. 16.

934 *Ad nihilum deuenient, tanquam aqua decurrens, intendit arcum suum, donec infirmetur.*

Aqua. Peccator.

Hic ponitur secunda pœna, scilicet dispersionis per mundum. Vbi aduerte, q̄ sm̄ naturales omnis uirtus vnita fortior est seipsa dispersa, sicut exercitus, qui congregatus in unum fortis est, dispersus nullius est uirtutis. Sic & Iudeorum populus, dum esset unitus cum Deo, fortis erat, sed per peccatum contra Christum commissum à Deo diuisus deuenit ad nihilum, quia propter hoc etiam à Romanis principibus fuerūt de propria terra abiecti, trucidati, & uenundati, sic quòd ipsorum potestas ad modum aquæ decurrentis fuit lapsa. Quod præuidens propheta de Iudæis ait. *Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens*. Primò ergo ad nihilum, vt aqua decurrens deuenerunt Iudæi, & hoc in seipsis per peccatum, quia ad modum aquæ decurrentis instabiles sunt effecti. Peccator enim rectè aquæ comparatur, propter suam instabilitatem. Vnde de ipso dicitur Iob 24. quòd leuis est super faciem aquæ. Quod ad propositum exprimens Gregor. libro decimosexto Moralium capit. 30. dicit. Aquæ enim superficies huc, illucque aura impellitur, & nulla stabilitate solidata, passim mouetur. Peccatoris ergo mens, & iniqui plusquam aquæ superficies leuis est quia quælibet hanc aura tentationis attigerit, sine tarditate aliqua pellit. Si enim cordis fluxum cuiuslibet peccatoris cogitemus, quid aliud quàm in uento positam aquæ superficiem cernimus? Nunc namque illum aura impellit iræ, nunc aura luxuriæ, nunc aura inuidiæ, nunc fallaciæ pertrahit. Super faciem ergo aquæ leuis est peccator, quem quilibet erroris uentus impellit. Vnde bene per Psalmistam dicitur. Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Vt rota quippe ponuntur iniqui, quia in circuitu laboris missi, dum ea, quæ ante sunt negligunt, & ea, quæ deserenda sunt, sequuntur, ex posterioribus eleuantur, & in anterioribus cadunt. Qui rectè quippe stipulæ ante faciem uenti comparantur, quia irruente aura tentationis, dum nulla subnixi sunt grauitatis ratione, eleuantur, vt corruant. Et sæpe eo se alicuius meriti existere existimant, quo eos in alta flatus erroris portat. De quibus nunc ait Psalmista. *Ad nihilum deuenient sicut aqua decurrens*. Secundò hoc exponitur de ipsorum dispersione per

Psal. 82.

per mundum facta per Titum & Vespasianum, quæ vsque hodie durat. Verum, quia aliqui Iudæorum à Deo erant præ destinati, ideo de ipsorum conuersione dominus sollicitus ostenditur. Vnde subditur. *Intendit arcum suum donec infirmentur.* Arcus enim Dei dicitur scriptura sacra & verba ipsius Dei, quæ corda hominum feriunt à remotis, vt superius patet versic. 76. Arcum ergo suum ad cóuersionem electorum dominus intendit, quando per scripturam vel prædicationem suam electos ad fidem conuertit, donec deposita omni superbia humiliter Christo subijciantur, sic enim tetendit arcum suum, dum terrens Saulum persecutorem ipsum ad terrã prostrauit. Et sic statim infirmatus à sua superbia, humilis fuit factus. Vnde gloss. *Intendit Deus arcum suum*, idest, verba scripturæ sacræ, quibus minando peccatoribus ipsos terret. Et hoc *donec infirmentur*, idest, conuertantur. Vt Saulus infirmatus est audiens. Saule, Saule, quid me persequeris? Vnde statim respondit. Domine, quid me vis facere? Qui enim dixit, Saule, Saule, arcum tetendit de cœlo.

Arcus scriptura.

Act. 9.

935 *Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.*

POnitur hic tertia pœna, scilicet, q Iudæi lumine Dei priuabuntur. Ante enim Christi passionẽ, & resurrectionem, solum in Iudæa notus erat Deus, sed per Christi passionem, & resurrectionem cœci fuerunt illuminati, & videntes cœcati, quia gentes fidẽ receperunt, & Iudæi, qui legem habebant excœcati fuerunt, non quidem ab ipso Christo, sed ab ipsorum malitia, quoniam, vt habetur Sapien. 2. Excœcauit illos malitia ipsorum. Et hanc cœcitatem ponens dicit, *Sicut cera, quæ fluit, auferentur.* Hæc pars spectat ad precedẽtem versiculum, declarans quomodo propter peccatum mortis Christi ipsi expellerentur de terra sua, vagabũdi per orbem. Sicut enim cera calida fluens, nullam habet stabilitatem, sed decurrit semper ad loca inferiora, sic Iudæi per peccatum mortis Christi, ad modum ceræ, quæ fluit, instabiles effecti, ad loca inferiorã descenderunt, quia de libertate ad seruitutem, à terra promissionis hereditarie eis data, ad seruitutem Christianorum. Et hoc quantum ad primam partem versiculi præcedentis. Quantum verò ad secundam partẽ, quæ est, *Intẽdit arcum suum, donec infirmentur*, ostendens qualiter infirmabuntur, dicit, *quòd sicut cera, quæ fluit à facie ignis.* Pro cuius declaratione notandum, quòd per ceram significantur operationes trium virtutũ, quæ proprie tribus vitijs principalibus opponuntur. De quibus dicitur. 1. Ioan. 2. Omne, quod est in mundo, &c. Nam in cera significari vide bonitatis mititatẽ, præceptorum legis impletiuam, quoad Deum, contra superbiam. Puritatis castitatem, vitiorum exclusiuam quò ad se, contra luxuriam. Pietatis charitatem proximorum protectiuam, quo ad proximum, contra auaritiam. Primò in cera vide bonitatis humilitatem, &cæt. Vt enim dicit Magister de proprietate rerum, libro decimonono. Inter alias ceræ proprietates vna hæc est, quòd cera calori non resistit, sed liquefit. Et in hoc significat humilitatẽ, quæ calore ignis Spiritussancti non resistit per superbiã, sed statim liquefit, diuinæ voluntati se totaliter subijciens. Cera enim calefacta, ad libitum faciliter ducitur. Et similiter humilis sine resistẽtia præceptis Dei obediens, ducitur faciliter. Propter quod sponsa calefacta igne diuini amoris dicit, Canticorũ quinto. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Quid enim est dilectum nostrum nobis loqui, nisi sponsum Christum nostræ dilectionis terminum, præcepta sua nobis inspirare? Ad cuius vocem anima liquefit, quando sine resistentia omnibus suis præceptis se subijcit, vt meritò tunc dicere possit illud Psalmi vigesimiprimi. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio. Et aduerte quòd non solum uirtus humilitatis in cera significatur, sed etiam præmium ei debitum, quod est exaltatio. Lucæ decimoquarto. Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Nam secundum Magistrum libro 19. Cera inter cætera hoc habet proprium, quòd inter omnes liquores supernatat, & cum calescit, ad fundum non

Cera.

Cera.

Humilitas.

non descendit, sed potius tendit semper sursum, quod faciunt aliquæ partes igneæ, & aereæ, quæ prædominantur in cera. Sic & verè humilis ex igne dilectionis diuinæ, & aere, qui dominatur terræ, scilicet ratione carni dominante, quæ in se humiles includit, semper tēdit ad superiora. Cuius figuram gessit ille primus pater noster Helias, quando in curru igneo per aerem ascendit in cœlum. 4. Reg. 2. Helias enim interpretatur Dei dominatio, & significat humilitatem, quæ Dei dominationi se totaliter subdit. Secundò in cera vide castitatis puritatem. Nam ipsa cera producitur ab apibus, quæ nunquam violant castitatem, sed semper uirginitatem conseruant. Et non solum ex hoc significāt castitatem, sed etiam ex vtilitate consequente. Nam fructus, & utilitas castæ puritatis, est diuina uisio. Matthæi 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū uidebunt. Et quid clarius designat Dei uisionem, ipsa cera? quoniam ex ipsa cerei conficiuntur, & nutritur lumē. Ad denotandum, quòd uirtute puritatis lumen spirituale nutritur, quo Deus à mūdo corde cernitur. Tertiò in cera vide pietatis charitatem, quod patet. Nam tria maxime debet quis ex pietate proximo impendere, quę significantur per ceram, quia quilibet debet proximum ab aduersis defendere, de secretis nō prodere, de agendis instruere. Primum patet, quoniam Ecclesiastes decimoseptimo. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo, scilicet vt proximo suo misereatur. Et hoc significat cera, quoniam ut patet per Magistrum ubi supra, pannus lineus cera infectus, libris, & alijs rebus inuolutus, uirtute ceræ omnia inuoluta custodit ab aqua. Sic & homo cera charitatis infectus proximum infra se recipiens, ipsum ab aduersis custodit. Vnde cuilibet nostrum dicitur Ecclesiastici quarto. Libera eum, qui iniuriam patitur, de manu superbi. Secundum patet Prouerb. 11. Qui fidelis est, celat amici consilium. Et hoc significat cera: quia ipsa litterarum secreta sigillo occultantur. Tertium patet, quia cera tenebris lumen ministrat. Ad propositum ergo de prædestinatis conuertendis, de quibus statim supra dixit. *Intendit arcum suum, donec infirmentur*, nūc ostendens ipsorum conuersionis modum dicit, quod sicut cera, quæ fluit auferentur, scilicet de statu superbiæ per humilitatem, immunditiæ, per castitatem, auaritiæ, per liberalitatem. Sed de malis Iudæis subditur tertia pœna eis debita, dum dicitur. *Supercecidit ignis, & non uiderunt solem.* Nihil enim tantum intellectum spirituali lumine priuat, sicut peccatum. Sopho. 1. Ambulabūt vt cæci, quia domino peccauerunt. Sic & Iudæi peccatis subditi, lumen legis perdiderunt: ut legem, & Prophetias de Christo dictas nō intelligerent, quod notans hic psalm. dicit. *Supercecidit ignis*, scilicet, peccati illis, & ideo non uiderunt solē scilicet, Christum, qui est Sol iustitiæ. Per ignem enim peccatum significatur. Prouerb. 6. Non potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut uestimenta eius non ardeant: sic qui ingreditur ad mulierem proximi.

Castitas. Matth. 5. Eccl. 17. Prouer. 11.

Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut uiuentes sic in ira absorbet eos. 936

Ponitur hic quarta pœna, quia æterno igne cremabuntur. Ad cuius euidentiam sciendum, quod secūdum grammaticos rhamnus est genus spinarum, & (vt dicunt) est spina alba, quæ in herba est mollis, & pulchra, sed postea efficitur spinis plena, & aspera. Per istam ergo herbam intellige peccatum, quod à principio delectat peccatorem, & mulcet, sed postea tristat in spinis, quæ pungunt, quia ad æternum cruciatum peccatorem deducunt. Et de isto rhamno dicit Iudæis. *Priusquam intelligerent spinæ uestræ rhamnum*, idest priusquam intelligeretis, & cognosceretis scilicet, per experientiam, quòd spinæ vestræ, idest, pœna æterna causaretur per rhamnum, scilicet per peccatum, idest, prius quam habeant experientiam de pœna æterna per peccatum causata, *Sicut uiuentes, sic in ira absorbet eos*, idest, dum sunt adhuc in uita ista uiuentes. Et dicit sicut uiuentes, & non dicit simpliciter uiuentes: quia non est vera, sed falsa uita peccatorum, quia uidentur uiuere, cum non

Spina. Rhamnus. Peccatum.

non viuant, quia principalis ipsorũ pars scilicet, anima mortua manet, dũ enim sicut uiuunt, *sic in ira absorbet eos*: quia Deus contra illos iratus, ipsos absorbet tollendo de mundo, ipsos absorbet, eos tradens spinis, scilicet, æternis tormentis. Et notanter de Deo dicit, sic in ira, & non simpliciter in ira, quia Deus tranquillus iudicat, qui tamen damnandis dicitur iratus, quibus ad modum irati se habet, illos puniendo.

937 27.q.1.*Viduas.*

Lætabitur iustus, cum uiderit uindictã manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Beatus. Damnatus.

HAec est tertia pars, in qua deuotorum explicatur lætitia de punitione malorum. Vbi aduertendum, quòd iusti, & beati malos in tormentis videntes ipsis nullatenus compatiuntur, sed magis ex consideratione pœnæ ipsorum lætitia sumunt occasionem, quod ostendit Magister libro quarto, distinct. 50. d. Cum sancti malos in tormentis uideãt, nonne aliqua compassione erga eos mouentur? Nonne eos de tormentis liberare cupiunt? Et respondet. Recole illud Euangelij, quod illi diuiti existenti in tormentis Abraham respondit: Inter nos, & vos chaos magnum firmatum est, vt illi, qui volunt hinc ad vos transire, non possint, nec huc inde transire. Quid est illud chaos inter bonos, & malos, nisi hinc iustitia, inde iniquitas, quæ nullatenus sociari ualent? Adeo enim isti diuinæ iustitiæ addicti sunt, vt nulla compassione ad reprobos transire valeant, nulla pro eis inter sanctos fiat intercessio. Quomodo ergo inde volunt aliqui transire, & non possint? Non quia velint, & non possint, sed quia, etiã si vellent, non possent eos iuuare. Et infra. Apud animum iustorum non obfuscat beatitudinem inspecta pœna reproborum, quia vbi iam compassio miseriæ non erit, diminuere beatorum lætitiam non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiunt, ad maiorem tamen ipsorum gloriam uident pœnas malorum, quas per Dei gratiam euaserunt. Vnde scriptum est. *Lætabitur iustus, cum uiderit uindictam*. Consimiliter istum versum exponit Gregor. super illud Iob 5.

Gregor. 6. mor. c. 20.

E In uastitate, & fame ridebis, dicens. In uastitate, & fame iustus ridebit, quia, cum iniquos omnes extrema vltio percutit, ipse de gloria dignæ retributionis hilarescit. Nec damnatis iam nunc ex humilitate compatitur, quia diuinæ iustitiæ per speciem inhærens, inconcusso discretionis intimæ vigore solidatur. Erectas namque in clatitate supernæ rectitudinis electorum mentes nulla miseria afficit, quia has in miserijs alsteno beatitudinis alienas reddit. Vnde benè per Psalmistam dicitur. Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt

F & dicent. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum. Iniquos enim nunc iusti uident, & metuunt: tunc visuri sunt & ridebunt, quia enim modo labi ad eorum mutatioré possunt, hinc habent formidinem, quia vero damnatis tunc prodesse nequeunt, illis non habent compassionem: Aeterno itaque supplicio deditis, non esse miserendum, in ipsa, qua beati sunt, iustitia iudicantis legunt. Qui quod suspicari fas non est, qualitatem sibi perfectæ fœlicitatis imminuunt, si in regno positi uolunt, quod implere nequaquam possunt. Vnde be-

G ne dicitur, *Lætabitur iustus, cum uiderit uindictam. Manus suas lauabit in sanguine peccatoris*, quod ideo dicit: Nõ quod sanguis manus lauet, sed amplius detur, paret. Sed quia, sicut docet experientia, contraria iuxta se posita magis elucescunt. Idcirco tunc manus, idest, opera beatorum comparata sanguini, idest, peccatis damnatorum pulchriora videbuntur, quia iustus comparatus impio, pulchrior apparet. Vnde istum versum exponens Adam de perseuerantia dicit. *Lætabitur iustus, cum uiderit uindictam*, &c. Lætabitur inquam, sed

H cur *manus suas lauabit in sanguine peccatoris*? Non inquinabit sanguine, sed lauabit, ut vnde ille cruentus magis, inde ipse mundior uideatur: unde ille plus sordet, iste pulchrius elucescat. Sic nimirum sibi inuicem collata contraria, suum quidem utrunque videtur suscepisse augmentum aliquod qualitatis. Vt album nigro si conferas, & illud candidius, & istud tetrius apparebit. Nec tibi durum uideatur, quod ridebis in interitu impiorum. Ridebis certe. Non quod

quod velut quadam immanitate crudelitatis in ipsa tibi vltione complaceat, sed quòd modus ipse pulcherrimus diuinæ ordinationis, vltra quam credi possit, iustitiæ zelatorem, & amatorē æquitatis oblectet.

937 *Et dicet homo, si vtique est fructus iusto, vtique est Deus iudicans eos in terra.*

Hic ex omnibus præmissis concluditur diuina iustitia. Iustus enim iudex non personas hominum, sed merita attendere debet, vt, sicut malis supplicia, sic & bonis præmia largiatur. Sic autem faciet Deus. Et hoc est, quòd dicit. *Et dicet homo*, scilicet, quilibet rationalis Deum esse iustum, quia sicut dabit bonis præmia, sic & malis supplicia. Vnde subdit, quòd dicet, si pro quia, quia sic est, *si vtique est fructus iusto*, scilicet, quia, iustus de sua iustitia habet fructum, & præmium. *Sic vtique est Deus iudicans eos* scilicet, malos *in terra*, scilicet, in inferno, qui terra dicitur, quia in medio terræ situatus. Iob 10. Terra miseriæ, & tenebrarum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Quia hic agitur de damnatorum pœna. Quæro vtrum damnati in pœnis, velint se peccasse. Aegydius distinct. 50.

Iob 10.

Quæstio.

PSAL. LVIII.

938 *Eripe me de inimicis meis, Deus meus, & ab insurgentibus in me, libera me.*

11. quæst. 3. Ad mensam.

Titulus Psalmi huius est: *In finem, ne corrumpas, vel disperdas Dauid in tituli inscriptione quando misit Saul, & custodiuit domum eius, vt interficeret eum.* Expositio istius tituli quo ad primam partē patet per expositionem tituli Psalm. quinquagesimosexto, versiculo 915. quæ dicit. In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione. Pro declaratione vero sequentis partis est notādum, quòd (vt habetur primo Regum decimonono,) semel dum Dauid psalleret coram Saule, Saul voluit eum lancea interficere, sed Dauid declinando ab ictu lanceæ, euasit, & recessit ad domum suam. Tunc Saul misit nocte satellites suos, vt custodirent domum Dauid, sic quod non posset euadere, & ipsum Dauid mane exeuntem de domo sua, interficerent, quòd cùm præsciuisset Michol vxor Dauid, & filia Saulis, notificauit ipsi Dauid, & deposuit eum per fenestrā, & abijt, & sic saluatus fuit. Tunc quando Dauid se vidit in tali periculo mortis, quia satellites Saulis domum eius custodiebant, vt ipsum interficerent, fecit istum Psalmum, Deum rogans, ne sic permitteret eum occidi. Et sic patet tituli sensus litteralis, quem sensum litteralem primo dicam, & consequenter sensum propheticum. Quantum ergo ad seosum litteralem, iste Psalmus diuiditur in tres partes. Quia ponitur primò ipsius Dauid oratio. Secundò Dei exauditio, ibi. *Et tu, Domine.* Tertiò gratiarū actio, ibi. *Ego autem cantabo.* Prima pars diuiditur in tres. Quia Dauid orando primò allegat suam miseriam. Secundò suam innocentiam, ibi. *Neque iniquitas mea.* Tertiò persecutorum malitiam, ibi, *intende ad visitandas*, &c. Dic vt Nico. de Ly. Quantum verò ad sensum propheticum, prima pars tituli apparet ex dictis superius in titulo Psal. quinquagesimosexto, Sed quantum ad secundā partem, quæ dicit, *quando misit Saul, & custodiuit domum eius, vt interficeret eum.* Notandum, quòd hic domus Dauid scilicet, Christi, dicitur Sepulchrum eius, in quo tāquam in domo quo ad corpus in triduo quieuit. De quo Psal. 75. In pace factum est locus eius. Saul autē rex, qui abutens interpretatur, significat principes sacerdotum, qui præ alijs, diuinis beneficijs abutebantur. Qui miserunt satellites, vt custodirent domum Christi, idest, sepulchrum, quando scilicet vt habetur Matth. vigesimoseptimo. Conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicentes. Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, &c. Et ait illis Pilatus. Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepul-

Sepulchrū Christi.

Saul.

ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus. Sed non videtur concordare, quod ſubditur in titulo, ſcilicet, *Vt interficerent eum*, quia Chriſtus mortuus erat quando poſuerunt cuſtodes ad ſepulchrum. Reſpondet glo. quod tunc quærebant eum interficere, non quidem corporaliter, ſed ſpiritualiter, ideſt, nomen eius, & famā ex toto extinguere, ne crederetur in eum. Mortuus enim homo corporaliter, viuit in fama, & nomine ſuo, ſed ſicut nomen Pauli viuit, Alexandri, Ariſt. Sed tamen hoc facere non valuerunt, quia ſurrexit Chriſtus & viuens regnat ſuper Iudæos, & gentes. Hoc ergo in ſpiritu prævidens Propheta, fecit iſtum Pſalm. Eſt ergo tituli ſenſus. Pſalmus iſte in finem, ideſt, tendens in Chriſtum, hoc agit ne tu iudex, vel Pilate, vel alius quiſq; *corrumpas, vel diſperdas Dauid in tituli inſcriptione*, ideſt, ve diſperdas titulum crucis Chriſti, quod conabantur principes ſacerdotum, quando dixerunt Pilato. Noli ſcribere rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, &c. Pilatus autem titulum non corrupit, ſed confirmauit, dicens. Quod ſcripſi, ſcripſi. Et hoc fuit *quando miſit Saul*, ideſt, principes ſacerdotum milites, *vt cuſtodirent domum eius*, ideſt, ſepulchrum, *vt interficerent eum*, ideſt famam, & fidem eius delerent. Sed ipſi ſua intentione fruſtrati ſunt, & Chriſti nomen, atque fides vbique prædicatur. Intentio Pſalmiſtæ eſt monere, ne aliquis Chriſto contradicat. Quantum ergo ad ſenſum iſtum, Pſalmus iſte diuiditur in tres partes. Quia Chriſtus orādo primò adiutorium Dei patris inuocat. Secundò conuerſionem gentium explicat, ibi. *Intende*. Tertiò conuerſionem finalem Iudæorum manifeſtat, ibi. *Et ſcient*. Prima pars diuiditur in tres. Quia Chriſtus primò ſuam neceſſitatem explicat. Secundò ſuam innocentiam allegat, ibi. *Neque iniquitas*. Quantum ad primum notandum, quòd tria ſunt inimicorum genera, quia quidam perſequūtur verbis iniurioſis, quidam operibus pernicioſis, quidam verò his non contenti, ad mortem intendunt. Et ſecundum hoc Chriſtus tria facit. Quia primò orat liberari ab irriſoribus in principio. Secundò à percuſſoribus, ibi. *Eripe me de operantibus*. Tertiò ab

Inimicus.

E occiſoribus, ibi. *Quia ecce*. Quantum ad primum notandum, quòd primum genus inimicorum eſt illorum, qui contra alios verbis inſurgunt, vt blaſphemādo, detrahendo, falſe accuſando. Et omnibus iſtis modis Iudæi Chriſto iniuriabātur. Primò ipſum blaſphemādo, vt quando ipſum dæmoniacū appellabant. Io. 8. Seductorem. Matth. 28. Leccatorem, dicentes. Matt. 11. Hic eſt homo vorax, & potator vini. Etiam falsè ipſum in multis accuſauerunt, vt quando dicſt. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæ-

F ſari. Propter quod dicitur Luc. 22. quòd multa blaſphemantes dicebant in eum. Sic ergo verbis inſurrexerunt contra Chriſtum Pſal. 53. Quoniam alieni inſurrexerunt in me, & Pſal. 26. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Ab his ergo Chriſtus liberari petit à patre, dicens. *Eripe me de inimicis meis Deus meus*. Et prædictum genus inimicorum explicat, dicens. *Et ab inſurgentibus in me*, ſupple verbis. *Libera me*. Vnde ad iſtum intellectum hunc verſum exponit gl. dicens, ait Chriſtus. *Eripe me de inimicis meis, Deus meus*, ſci-

G licet, ab ipſis Iudæis, qui me odio habēt. *Et ab inſurgentibus in me libera me*, qui ſcilicet verbis mihi nocent, & infamāt. Cōſimili modo etiam orat Pſal. 139. dicens. Eripe me, domine ab homine malo, à viro iniquo libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris ſanguinum ſalua me. 939

HIc petit liberari à percuſſoribus. Non ſolum enim Iudæi contra Chriſtum verbis inſurrexerunt, ſed etiā malis operibus, vel gentiles ad ipſorum

H inſtantiam. Vt quādo vnus miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens. Sic reſpondes Pontifici? Quoniam Pilatus apprehēdit Ieſum, & flagellauit eum. Quando milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius. Quando genibus flexis dixerunt. Aue, rex Iudæorum. Et dabant ei alapas. Quando colaphizabant eum, & dabant ei alapas. Quando arundine percutiebant caput eius, & ſimilia. Iſti enim nō ſolum verbis, ſed malis operibus inſurgebant in Chriſtum, à quibus nunc

nunc petit liberari, dicens. *Eripe me de operantibus iniquitatem*. Et sic ipsum flagellando, & spinis coronando, multum eius sanguinem fuderunt. Ideo subdit. *Et de viris sanguinum salua me*. Viri enim sanguinum dicuntur, iniustè sanguinem fundentes humanum. De Iudæis autem fuit prædictum. Captabunt in animam iusti, scilicet, Christi & sanguinem innocentem condemnabunt.

Psal. 93.

940 *Quia ecce ceperunt animam meam; irruerunt in me fortes.*

HIc petit Christus liberari ab occisoribus scilicet, à morte, quam illi sibi intulerunt. Et hoc per resurrectionem, dicens. *Quia ecce ceperunt animam meam*. Vbi nota, quòd anima quādoque accipitur pro parte hominis, scilicet pro forma substantiali. Et sic de anima dicebat Christus. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Primam partem ponit, quo ad formam substantialem. Secundam quo ad corpus. Quādoque verò accipitur anima pro toto homine, & sic Matth. 20. Filius hominis venit dare animam suam in redemptionem pro multis, vbi anima accipitur pro toto composito, similiter in proposito accipitur anima pro toto composito, quia cum dicitur. *Quia ecce ceperunt animam meam*, idest, vitam meam, per mortem scilicet. Vel potest accipi anima pro parte hominis, & tunc est sensus. *Ceperunt animam meam*, idest, per passionem illatam animam separauerunt à corpore, & in idem redit. Et qui fuerunt illi declarat dicens. *Et irruerunt in me fortes*. Per fortes intelligit diuites in temporalibus abundantes, qui non ponunt Deū adiutorem suum, sperantes in multitudine diuitiarum suarum. Vel per fortes intelligit superbos, qui Deum non timent, de seipsis præsumentes, sicut erant principes sacerdotum, & Pharisæi. De quibus dixerat superius Psal. quinquagesimotertio. Quoniam alieni insurrexerunt in me, & fortes quæsierunt animam meam, &c. Sed quia in isto vltimo versiculo videtur quòd Christus fuerit mortuus, quia fortes acceperunt animam eius, scilicet, per tormenta ipsam à corpore diuiserunt, ideo quæro vtrum in Christo fuerit necessitas moriendi, scilicet vtrum fuisset mortuus senio, si passio ei ab extrinseco non fuisset illata. Vide Hugon. libro tertio, distinctione 16. quæstione prima.

Anima. *Psal. 15.* *Fortes.* *Quæstio.*

941 *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, domine, sine iniquitate cucurri, & direxi.*

HIc Christus allegat suam innocentiam. Et duo facit. Quia primò ostendit suam puritatem. Secūdò suam cum patre æqualitatem, ibi. *Exurge*. Quantum ad primum hic notat glo. differentiam inter iniquitatem, & peccatum. Quia iniquitas notat offensam, & iniuriam in proximum, sed peccatum offensam sibiipsi factam. Vnde iniquus dicitur, qui proximum offendit, sed peccator, qui seipsum ex diuina offensione. Accipitur enim iniquitas pro peccato, quod proximo nocet. Sic enim dicitur Ecclesiast. 21. Romphea bis acuta iniquitas. Omne enim peccatum primo offendit peccantem, sed illud propriè iniquitas dicitur, quod non solum peccantem sed etiam proximum lædit, sicut furtū, adulterium, & huiusmodi. Dicitur ergo iniquitas Romphea bis acuta, scilicet, peccatum, quod lędit peccantem, & proximum. Sed id solum peccatum dicitur, quod solum lædit peccantem, vt puta peccatum malæ voluntatis, quod latet in corde. Iob 31. Si abscondi quasi homo peccatum meum. Volens ergo Christus suam exprimere innocentiam, dicit. *Neq; iniquitas mea, neque peccatum meum*, quasi dicat secundum gloss. *Neque iniquitas mea*, quam in eos fecerim, causa fuit, quare irruerunt in me. *Neque peccatum meum*, quod in me fit, aliquo modo causa fuit persecutionis meæ. *Quia sine iniquitate cucurri, & direxi*, q. d. sine iniquitate cucurri viam mandatorū obseruando. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Et non solū in me obseruaui iustitiam, sed etiam alios ad iustitiam induxi. Ideo subdit. *Et direxi*, s. distortos ad iustitiam, quātum in me fuit. Vnde ista duo respondent Psal. duobus. Primò enim dixit. *Neque iniquitas mea*, probat, quia aliis nō nocui, sed alios direxi. Secūdo dixit. *Neq; peccatum meum*, pro-

Iniquitas. Peccatum. *Eccl. 21.* *Passio Christi.*

probat, quia fine iniquitate cucurri. Ex quibus explicat Christus, quòd innocenter sit passus. Vnde meritò dicit illud. Iob 16. Passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces. Quod exponens Gregor. dicit. Absque iniquitate manus suæ passus est Christus, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & tamen dolorem crucis, pro nostra redêptione tolerauit. Qui solus mundas ad Deum preces habuit, quia & in ipso dolore passionis, pro persecutoribus orauit, dicens. Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciût. Quid enim dici, quid cogitari in oratione mundius potest, quàm cùm, & illis misericordia intercessionis tribuitur, à quibus dolor toleratur?

Luca 23.

F

942 *Exurge in occursum meum, & vide, & tu, domine Deus virtutum, Deus Israel.*

Occursus.

HIc Christus suam cum patre ostendit æqualitatem. Quamuis enim Christus per incarnationê acceperit humanitatem nostram, quam sibi prius vnitam non habebat, non tamen dimisit, quod prius erat, & sic semper quo ad suppositum patri remansit æqualis. Et hoc notans Christus, dicit patri. *Exurge in occursum meum, & vide.* Vbi notat Magister in glos. quod occurrere non nisi de æqualibus dicitur. Vnde proprie maior non occurrit minori, nec minor maiori, sed obuiat. Sic ergo dicês Christus patri. *Exurge in occursum meum,* se patri ostendit æqualem. Vnde ait glo. *Exurge in occursum meum, & vide.* i. innotesce, & fac videri, quòd tibi æqualis sum. Ocurrere enim nô nisi de æqualibus dicitur. Christus enim non desijt esse æqualis patri, licet pro nobis factus sit infirmus, qui seipsum exinaniuit formam serui accipiendo. Vnde in euangelio se gallinæ côparat, dicens. Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alis, & noluisti. Nulla enim auis adeo infirmari propter pullos videtur, quemadmodum gallina, cuius vox raucescit, fit hispidum totum corpus, deponuntur alæ, laxantur plumæ. Et hæc est

Occurrere.

Matth. 23.

Nota de infirmitate gallinæ super pullos.

E materna charitas, qua inuenitur infirmitas. Sic & Christus propter nos infirmatus est, vt nostram tolleret infirmitatê. Sed in ea infirmitate occurrit patri æqualis. Ita enim assumpsit, quod nô erat, vt non amitteret, quod erat. Ita ergo se exinaniuit, quia dignitatem, quam habet pater, non demonstrauit. In ipsa ergo infirmitate agnoscendus est patri æqualis, nô visione corporali, sed fide, vt, quod videre non possumus, saltem credamus. Et, dum hoc credimus ipse ad patrem in nobis ascendit. Vnde, Mariæ Magdalenæ, cui primo post resurrectionem apparuit, ait. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Quid est hoc, noli me tangere? Nonne posteà mulieres redeuntes à monumento adorauerunt eum, & tenuerunt pedes eius? Sed hic agit de tactu mentis non corporis. Idest, non illud solum credas, quod vides, ne hæreat nimis meç humanitati aspectus tuus, quasi tactus tuus. Ideo hoc dico, quia nondum ascendi ad patrem meum, vtiq; in corde tuo, quia nondum postquam vidisti me mortuum, credis me patri æqualem. Attende ergo, quibus gradibus ascendit. Cœpit enim ab infirmitate, & paulatim conscêdens ad resurrectionis gloriam, & ad patris æqualitatem peruenit. Hęc omnia glossa. Ex quibus patet, quod occursus Christi ad patrem, est ipsius æqualitas cum patre, quo ad diuinitatem, quia omnem summam, & immensitatem perfectionis, quam habet pater, habet & Christus verbum. Et hæc æqualitas per occursum demonstratur, cùm de Christo dicitur Psalm. 18. A summo cœlo scilicet, à patre egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Hanc ergo æqualitatem volens mundo manifestari, ait patri. *Exurge in occursum meum,* scilicet declarandum. *Et vide,* idest, fac videri, quod exurgis in occursum meum, idest, quod tibi sim æqualis. Et qđ Deo patri loquatur, subdit. *Tu, domine Deus virtutum, Deus Israel.* Per virtutes accipe omnes Angelorum ordines. Per Israel verò, qui interpretatur videns Deum, accipe omnes beatos. Quid est ergo. *Domine Deus virtutum, Deus Israel,* nisi tu Deus omnium Angelorû, & beatorum?

Maria Magdalena.

Ascensio.

Tangere.

G

H

Intende

943 *Intende ad visitandas omnes gentes, non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.*

CONsequenter hic Christus pro conuersione gentium orat. Et diuiditur in tres partes. Quia agit primò de gentium conuersione. Secundò de Iudæorum obduratione, ibi. *Et tu, domine.* Tertiò de Iudæorum dispersione, ibi. *Disperge illos.* Prima pars diuiditur in tres. Quia circa conuersionem gentium. Primò ponit Christi orationem. Secūdò ipsius exauditionem, ibi. *Conuertentur.* Tertiò populorum prædicationem, ibi. *Ecce loquentur.* Quantum ad primū sciendum, quòd Deum visitare homines, nihil aliud est, quam ipsos ab obscuritate culpæ ad lumen gratiæ conuertere. Vnde Gregor. exponens illud Iob 7. Visitas eum diluculo, ait, Quis nostrum nesciat, quia diluculum dicitur, cùm iam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur? Nos itaque noctis tenebris premimur, cùm perpetratione iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucem vertitur, cū errores nostri veritatis cognitione iudicantur. Nox in lucem vertitur, cùm corda nostra iustitiæ fulgor illuminat, quæ cæcitas culpæ deprimebat. Hoc diluculum discipulorum mentibus oriri Paulus aspexerat, cùm dicebat. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Diluculo ergo nos dominus visitat, quando erroris nostri tenebras lucis suæ cognitione illustrat, contemplationis munere subleuat, in arce virtutis exaltat, &cæt. Sic ergo Christus pro conuersione gentium orans dicit patri. *Intende ad visitandas omnes gentes,* idest, intende ad illuminandas gentes per gratiæ lumen, & fidem. Et attende, quòd Deus tripliciter nos visitat, vt ostendit Alredus super Illud Prouerb. trigesimoprimo. Da siceram mœrentibus, dicens. Tripliciter autē suos visitat Deus, quia visitat aliquando ad exercitationem, aliquando ad consolationem, aliquando ad præmiationē. Ad exercitationem visitat dormientes, ad consolationem laborantes, ad præmiationem ad cœlestia suspirantes. Prima visitatio ad sanctitatem prouocat. Secunda sanctitatem conseruat. Tertia sanctitatem remunerat. Prima terret

Visitatio. Dei. Diluculū. Greg. lib. 8. mor. c. 20.

Rom. 13.

Visitat De' tripliciter.

A contemnentem, vel trepidantem. Secunda fouet, & promouet admittentem. Tertia amplectitur venientem. Prima est quasi stimulus, deuium corrigens. Secunda quasi baculus, debilem sustinens. Tertia quasi lectulus ad quietem suscipiens. Quid ergo magis poterit esse diuinæ miserationis indicium, quàm vt illa suauitas, illa iocunditas, illa mira serenitas, in qua nihil inquinatum incurrit animæ inquinatæ Deus sua visitatione impertiatur? Nec solum terrore ad Deū ipsam conuertat, sed omnia mentis claustra seris vitiorum obserata penetrabilitate perscindens, fœdis adhuc labijs, B quoddam suæ dulcedinis imprimat osculum, ac ineffabili suauitate sua blandiatur, & auersæ animæ suam gratiam impartiatur? Et hanc Dei visitationem gentibus Christus imprecabatur patri, dicens. *Intende ad visitandas omnes gentes.* Vt ly *omnes* stet pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Sequitur. *Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem,* quasi dicat. Ita visita gentes, ipsas ad fidem conuertendo, vt tamen ipsarum peccata impunita non dimittas. Hoc est dictu. Visitabis C gentes ipsas conuertendo, non tamen sic misereberis ipsorum, vt eorum peccata impunita relinquas. Nulla enim peccata impunita relinquuntur, quia vel homo pœnitendo illa punit, vel Deus iudicando punit illa. Vel aliter, quia inter gentes aliqui erant à Deo prædestinati, & aliqui reprobati. Pro prædestinatis orat Christus, dicens. *Intende ad visitandas omnes gentes.* Sed de reprobatis subdit. *Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem,* quia illi non conuertentur ad fidem.

D *Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.* 944

HIc ponit exauditio orationis Christi, scilicet quòd gentes conuertentur, sed ad vesperam, ad cuius euidentiam sciendum primo, quòd per vesperam, quæ est finis diei, significatur vltima ætas, in qua mundus finitur. A Doctoribus enim ponuntur septem mundi ætates. Prima ab Adam vsque

Vespera. Aetates mūdi.

ad Noe. Secunda à Noe vſque ad Abraham. Tertia ab Abraham vſque ad Moyſen. Quarta à Moyſe vſque ad Dauid. Quinta à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis. Sexta à tranſmigratione vſque ad Chriſtum. Septima à Chriſto vſque ad finem mundi. Sic ergo vltima ætas mundi incœpit à Chriſto, & quia vltima, ideo veſpera dicitur. Et vſque ad iſtam ætatem gentes in infidelitate, & cultura idolorum pertinaciter permanebant. Adueniente autem Chriſto, & prædicante per ſe, & Apoſtolos ſuos, gentes ad fidem ſunt conuerſę. Qđ præuidens ante longo tempore, Pſalmiſta dicit de gentibus, quòd *conuertentur ad veſperam*, ideſt, in vltima mundi ætate. Iſta eſt illa veſpertina, in qua Chriſtus innocens natus, pacem attulit mundo. Geneſis octauo. Columba venit ad veſperum portans ramum virentis oliuæ, in qua Chriſtus eſt pro nobis immolatus. Exod. duodecimo. Immolabit eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperum. Et Pſalmus vigeſimus nonus. Ad veſperum demorabitur fletus. Et in hac veſpera gentilis populus ad Dei cultum eſt conuerſus, quia eis hoc tempore data eſt lux gratiæ. Zacharias decimo quarto. In tempore veſperi erit lux. In die illa erit dominus vnus, ſcilicet gentium, quæ diuerſos dominos habebant, quia diuerſa colebant idola. Quæ poſtea per prædicationem Chriſti, & Apoſtolorum ſub vno domino, & ſub vna fide conuenerunt. Sequitur, *Et famem patientur vt canes.* Sicut enim homo ex duabus naturis conſtat, ſcilicet corporis, & animæ, ſic eſt duplex fames, ſcilicet, corporis, & animæ. Fames corporis eſt deſiderium naturale cibi corporalis. Et fames animæ eſt deſiderium cibi ſpiritualis, ſcilicet, audiendi verbum Dei. Vnde Amos octauo dicitur. Ecce dies veniūt, dicit dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, ſed audiendi verbum domini. Quia, ſcilicet, gentes ad fidem conuerſæ, cum magno deſiderio, verbum Dei audiunt. *Et circuibunt ciuitatem*, ideſt, munient eccleſiam contra hæreticos, per quos enim munita eſt hodie eccleſia, niſi per gētiles conuerſos, vt ſunt doctores eccleſiæ, qui omnes ex gentibus ſunt conuerſi?

Aetas vltima.

Fames.

Amos 8.

E *Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labijs eorum, quoniam quis audiuit?* 941

Hic ponit modum conuerſionis gentium, quia conuerſæ fuerunt per prædicationem Apoſtolorum. Et hoc ponens dicit. *Ecce loquentur*, ſcilicet, prædicando fidem, & clarè, quia in ore ipſorum. Aliud enim eſt loqui in ore, & aliud in corde, qui enim loquitur in corde non intelligitur. Quid eſt ergo, *Ecce loquentur in ore ſuo*, niſi clarè, & apertè prædicabunt? Quia quæ prophetæ F ænigmaticè de Chriſto prædixerunt, ipſi clarè annunciabant populo. Sicut reſurrectionem Chriſti ænigmaticè per Pſalmiſtam prædictam, Petrus clarè exponendo prædicabat Actuum ſecundo, dicens. Chriſtum Deus ſuſcitauit. Dauid enim dicit in eum. Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, & cæt. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctū tuum videre corruptionem. Iſta verba de Chriſto apertè Petrus declarat, dicens: Viri fratres, liceat audacter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniā defunctus G eſt, & ſepultus eſt, & ſepulchrum eius eſt apud vos. Propheta ergo cum ſciret, quia iureiurando iuraſſet illi Deus, de fructu lumbi eius, ſedere ſuper ſedem eius, prouidens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, cuius omnes nos teſtes ſumus, & cæt. Et conſimiliter dum alias ſcripturas ænigmaticè dictas declarabāt, tunc ipſi in ore ſuo loquebantur. Sic enim quilibet ipſorum dicere poterat illud Pſalmi 144. Laudationem domini loquetur os meum, & cæt. Sed quid prædicabunt, & quid loquentur, ſubdit, *Quia gladius in labijs eorum*. Quid enim gla- H dius in ſcriptura, niſi verbum Dei dicitur? ad Epheſeos ſexto. Aſſumite gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei & c. Vbi gloſſa. Eſt enim verbum Dei gladius bis acutus, docēs de temporalibus, & æternis illorum conſolationem in veteri, iſtorum perfectionem in nouo teſtamento promittens. Quod enim tantum temporaliter nobis promiſſum eſt, ad vnam partem gladij pertinet, quod verò ſempiternum, ad alteram. Nam ideo duo teſtamenta dicuntur, quia vetus terrena,

Loqui.

Pſal. 15.

Gladius. Verbū Dei.

rena, sed nouum æterna promittit. De A hoc gladio dominus ait. Non veni mittere pacem, sed gladium. Iste gladius verè acutus est, quia eum quem ferit, à mundo diuidit. Quid est ergo gladius in labijs eorum, scilicet Apostolorum, nisi verbū Dei, quod sedulè mundo prædicabant? Secundum aliam literam dicitur. *Et mors in labijs eorum*. Et idem est in sententia. Quia Apostoli gladio verbi diuini occidunt malos, vt boni viuant, percutiunt, vt sanent, percutiunt corpus, vt anima viuat. Et ista erant valde aliàs inaudita, quæ Apostoli prædicabant, puta quòd Deus homo factus, passus B fuisset, mortuus, & sepultus, quòd mortuus propria virtute resurgens, patenter ascenderet cœlum. Et hoc est, quod subditur. *Quoniam quis audiuit*, supple talia, qualia ipsi Apostoli prædicabant? certè nullus. Vel aliter per gladium accipe ipsum Christum, quem Apostoli continuè in ore gestabant. Vbi nota, quòd secundum omne genus causæ, Christus gladio comparatur. Primo secundum causam efficientem, quia sicut gladius fit à fabro, sic Christus ab eo fabro est productus illo fabro, scilicet, Deo patre. De quo dicitur Psalmo septuagesimotertio. Tu fabricatus es auroram, & solem. Secundò ratione causæ formalis. In gladio enim sunt duæ partes, quarum vna manu tenetur, altera verò propter suam acutiem teneri nō potest. Sic & in Christo erant duæ naturæ, scilicet humana, quæ in passione in manibus persecutorum tenebatur. Quoniam ad hoc venerat in mundum, vt comprehenderetur, & moreretur, altera, scilicet diuina propter suam subtilitatem, teneri non potuit. Tertiò ratione causæ materialis, quia ferreus est, sic & Christus ferro comparatur. Quoniam ferrum contactu sanguinis humani, citissimè rubiginem trahit, secūdum Isidorum. Sic & Christus veniens sibi humanam naturam ex purissimis sanguinibus virginis gloriosæ, statim rubiginē traxit, etsi non culpæ, tamen pœnæ. Dicit enim Philosophus, quòd aliquando ferrum cadit de nubibus, & illud (sicut dicunt Arabes) est optimum pro gladijs faciendis. Sic & ferrum istud de nubibus venit, quia de patriarchis, & prophetis originem duxit. Ex hoc ferro fabricatus est ille gladius optimus, qui est penetrabilior omni gladio, pertingens vsque ad diuisionem spiritus, & animæ. Quartò ratione causæ finalis, quæ est scindere, & diuidere. Nam secundum Raba. Gladius dicitur quasi gulam diuidens, idest, separans caput à corpore. Sic & Christus venit separare diabolum, qui est caput omnium malorum, cuius omnes mali sunt membra. Ioan. decimosecundo, Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, immo etiam venit separare spiritum à carne, pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus. Iste ergo gladius, scilicet, Christus, *erat in labijs* Apostolorum, quia continuè Christum prædicabant, vt meritò de ipsorum quolibet dicatur, illud Apocal. 1. Ex ore eius exibat gladius ex vtraque parte acutus.

Matth. 12. — *Gladius dicitur Christus.* — *Ferrum.* — *Philosop. 4. Meteor.* — *Hebr. 4.*

Et tu, domine, deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes. 946

HIc consequēter agit de Iudæorum obduratione, quia gētibus ad prędicationem Apostolorum Christi fidem C recipientibus, ipsi credere noluerunt. Et tria facit. Quia ponitur primo Iudæorum pœna debita. Secundò Christi erga Iudæos patientia, ibi. *Fortitudinem meam*. Tertiò Christi erga Iudæos misericordia, ibi. *Deus ostendit mihi*. Quantum ad primū, [illegible] Iudæi Messiam in lege promissum, scilicet, Christum recipere noluerunt, qui ad ipsos saluandos venerat. Et ideo meritò derisione erāt digni, sicut & infirmus medicum abijciens. Notans ergo Christus ipsorum malitiam ponit ipsorum pœnam vt ab effectu cognoscatur causa, & à pœna culpa, dicens. D *Et tu domine deridebis eos*. Vbi nota, quòd derisio est quædam vilipensio, vel despectio derisi facta à deridente. Et sic ille, qui deridetur à Deo, à Deo despicitur. Despici autem à Deo, est summa pœna, quia despectus à Deo manet incorreptus, & obstinatus in malo, propter quod dicitur Eccles. septimo. Considera opera Dei, quia nemo possit corrigere, quem ille despexerit. Et sic in hoc, quòd Deus deridebit Iudæos, eorum obstinatio denotatur, & superbia indurata. Sed gentes ad

Deridere.

tes ad verba prædicationis Apostolorũ se humiliauerunt: Christi fidem recipientes. Et hoc notans subdit. *Ad nihilum deduces omnes gentes*. Qui enim verè est humilis, de se nihil præsumit, immo se nihil reputat esse, sed quia tantam virtutem à seipso nullus potest habere, nisi Deo faciente, ideò tanta humilitas Deo attribuitur cum dicitur. *Et tu, domine, ad nihilum deduces omnes gentes*, idest, de omni genere generationum. Vnde hic ait glossa. *Ad nihilum deduces omnes gentes*, idest, pro nihilo habebis, conuertere omnes gentes, idest, facile conuertes, quia facilè erit tibi facere, vt credant in te omnes gentes. Ac si dicat. Omnes gentes Christianæ futuræ sunt.

Nihil.

947 *Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia eius praeueniet me.*

HIc ponitur Christi erga Iudęos patientia, Christus enim sua potestate omnes Iudæos ipsum persequentes poterat vindicando delere, sed noluit vti sua potestate, sed magis patientia, dimittens omnem vindictam Deo patri. Et hoc est quod dicit. *Fortitudinem meam ad te custodiam*, quasi dicat, illud quod mea fortitudine facere possem, tibi pater, reseruo. Nec immeritò. *Quia Deus susceptor meus es*, qui scilicet, peccatum impunitum non dimittis. Ideo me suscepisti, vt peccatũ generis humani impunitum non maneret, quasi dicat. Meritò me patienter habere debeo in aduersis per Iudæos illatis, quia ad hoc suscepisti me, Deus meus, scilicet, ad vnitatem hypostaticam, vt ista sufferrem. Sed ne quis credat Christum sic à Deo meritis suis præcedentibus fuisse assumptum, ideo subdit. *Deus meus misericordia eius praeueniet me*, idest, præuenit, vbi futurum pro præterito ponit. Per hoc notans, quòd etiam in futurum misericordia Dei præueniet ipsum, & hoc in membris suis. Dicat ergo: *misericordia eius praeueniet me*, quasi dicat. In me nullum præcessit meritum, quo ad vnitatem verbi deberem assumi, sed hoc totum fuit ex misericordia Dei, præueniente me, quia in primo instanti suæ creationis fuit assumptus. Nullus autem meretur prima dona Dei. Vnde dicit Magister, quòd diuinæ misericordiæ nullum est meritum, sed liberè, & gratis datur à Deo. Et hoc est quod notabat Apostolus ad Roma. vndecimo, dicens. Quis prior dedit ei, et retribuetur ei? quasi dicat, nullus, quod probat, quia ex ipso & per ipsum sunt omnia. In omnibus ergo bonis à Deo receptis, vel recipiendis, non merita nostra, sed Dei misericordiam præuenientem considerare debemus, dicentes. *Misericordia eius praeueniet me.*

Gratia Dei & misericordia.

Meritum.

948 *Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei.*

6. q. 1. sunt plurimi.

HIc ostenditur Christi erga Iudæos misericordia. Vbi notandum, quòd anima Christi à principio suę creationis habuit omnis gratiæ, & scientiæ plenitudinem, sic quòd omnia cognouit, quæ Deus cognoscit, quia ei clarè ostendit omnia præterita, præsentia, & futura. Et per consequens ei ostendit, quòd Iudæi eum persequerẽtur, & eius fidem, qui tamen in finem ad ipsum conuerterentur, & eius fidem reciperent. Et hoc est, quod Christus hic dicit, *Deus ostendit mihi super inimicos meos*, idest, secundum glossam. *Deus ostendit mihi super Iudaeos*, quid de ipsis agendum sit. Et, si quæras, quid de ipsis agendum sit, tibi ostendat. Respondet Christus hoc, vt non penitus ex toto occidantur, sed quòd pro eis orarem, & dicerem. *Ne occidas eos*. Et hoc est, quod pater ei ostendit, vt pro Iudæis patrem oret, dicens. *Ne occidas eos*. Precatur enim ne Iudæi funditus pereant, dispersi quidem sunt, vt ad conuersionem prouocentur. Quasi secundum Cassiodorum Christus orans dicat patri. *Non occidas eos*, qui me occidunt, sed maneat gens Iudæorum cum signo circuncisionis, vt Cain signum habuit, vt nemo eum occideret. Ita & gens Iudæorum habens signum suum, non est occisa, quia necessaria est gentibus, quia per illos præcisos cognoscitur quãta misericordia

Iudæi.

cordia gentibus insertis sit facta. Item ideo Iudæi præseruantur, quia sunt nobis testes legis, & prophetarum, qui prædixerunt omnia Christi mysteria. Et etiam quia in fine ad fidem nobiscum conuertentur, per illos enim ad memoriam nobis reducitur prædicta de Christo, & postmodum adimpleta. Etiam ex alio, quia per illos cognoscimus quanta gratia Dei nobis sit collata, quãdo conspicimus populum Iudæorum sibi dilectum, propter ipsorum peccata derelictum, & nos gentes idololatras per eius misericordiam ad eius gratiam, & fidem receptas. Et sic quodammodo sunt causa, quare recordamur magis Dei. Et hoc est quod dicit. *Ne occidas eos*, ne scilicet, populi mei, scilicet fideles *obliuiscantur mei*.

949 ***Disperge illos in uirtute tua, & depone eos, protector meus Domine.***

Agitur hic de Iudæorum dispersione. Et diuiditur in tres partes, quia ostenditur primò, quomodo Iudæi per orbem disperguntur. Secundò quomodo superbi comprehenduntur, ibi. *Delictum oris*. Tertiò quomodo comprehensi humiliantur ibi. *Et de exe cratione*. Quantum ad primum notandum, quòd Iudæi sunt testes fidei nostræ, quia ipsi habent omnes scripturas antiqui testamenti, in quibus totum nouum testamentum prophetice continetur tanquam signatum in signo, & figuratum in figura. Vt ostendit Gregorius super Ezechiel parte prima, homilia sexta super illo verbo. Quasi si sit rota in medio rotæ, dicens, Rota intra rotam est testamentum nouum intra testamentum vetus, quia quod designauit testamentum uetus, hoc testamentum nouum exhibuit. Vt enim pauca de multis loquar. Quid enim est quod Adam dormiente, Eua producitur, nisi quòd moriente Christo, ecclesia formatur? Quid est quòd Isaac ad immolandum ducitur, & ligna portat, aræ superponitur, & uiuit, nisi quòd redemptor noster ad passionem ductus, lignũ sibi crucis ipse portauit. Et sic in sacrificio pro nobis ex humilitate est mortuus, ut tamen immortalis ex diuinitate maneret. Quid est, quòd homicida post mortem summi pontificis absolutus, ad terram propriam redit, nisi quòd humanum genus, quod peccando sibimetipsi mortem intulit, post mortem veri sacerdotis uidelicet redemptoris nostri peccatorum suorum uinculis soluitur, & in paradisi possessione reparatur? Quid est quòd in tabernaculo propiciatorium fieri iubetur, super quod duo Cherubim, vnum à summitate una, & alterum à summitate alia, ex auro purissimo ponuntur, expandentes alas, & operientes oraculum, qui se mutuo respiciunt versis vultibus in propiciatorium, nisi quòd utraque testamenta itasibi in mediatorem Dei, & hominum congruunt, ut quod unum significat, alterum exhibeat? Quid enim per propiciatorium, nisi ipse redemptor humani generis designatur? De quo per Paulum dicitur. Quem posuit Deus propiciationem per fidẽ in sanguine ipsius. Quid verò per duo cherubim, qui plenitudo scientiæ dicuntur, nisi vtraque testamenta figurata sunt? Ex quibus unum à summitate vna propiciatorij, aliud vero à summitate altera stat, quia quod testamentum vetus de incarnatione nostri redemptoris cœpit prophetizando promittere, hoc testamentum nouum perfectè narrat expletum. Duo autem Cherubim ex auro mundissimo facta sunt, quia vtraque testamenta pura, ac simplici veritate describuntur. Expandunt vero alas, & oraculum operiunt, quia nos, qui omnipotentis Dei oraculum sumus, à culpis imminentibus, scripturæ sacræ ædificatione protegimur. Cuius dum sententia sollicitè aspicimus ab errore ignorantiæ eius alis uelamur. Duo verò Cherubim se mutuo respiciunt versis vultibus in propiciatorium, quia utraque testamenta in nullo à se discrepant, & quasi ad semetipsa vicissim facies tenent, quia quod uuum promittit aliud exhibet, dum inter se positum Dei, & hominum mediatorem vident. Facies quippe à semetipsis Cherubim auerterent, si quod unum testamentum promitteret, aliud negaret. Sed dũ concorditer de mediatore Dei, & hominum loquuntur, ut vicissim se respiciant, in propiciatorium intendunt. Rota ergo

Marginalia: *Scriptura Testamentum neuũ & uetus.* *Gregor.* *Genes. 2.* *Genes. 22.* *Exod. 25.* *Rom. 3.*

ta ergo in medio rotæ est, quia in veteri testamento, testamentum nouum inest. Et quod testamentum vetus promisit, hoc nouũ exhibet. Et quod illud occultè annunciat, hoc istud exhibitum aperte clamat, hæc ille. Ex quo apparet, quod Iudæi legem antiquam habentes, & tenentes, testes sunt legis, & fidei nostræ. Et idcirco vt testimonium fidei, & legis Christi vbique portarent, ipsi per orbem fuerunt dispersi. Vnde glo. hic dicit. *Dispergestllos*, scilicet Iudæos per omnes gẽtes, qui portant codices nostros. A principio enim per omnes gentes dispersi fuerunt, vt veritas nostræ fidei omnibus patefieret. Et ipsi in sua obstinatione permanentes, essent omnibus opprobrium. Veruntamen quia in fine conuertentur, ideo subditur. *Et depone eos, protector meus domine.* idest, depones eos in eo quòd sunt mali, ut boni surgant, ut in Paulo actum est, quia non surgeret Paulus, nisi prius caderet Saulus. Deponere enim in scriptura stat pro conuertere aliquem à peccatis Mich. 7. Deponet iniquitates nostras, & proijciet omnia peccata nostra.

950 *Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.*

OStendit hic, quomodo Iudæorum superbia comprehenditur. Iste versus per se nullam habet sententiam, nisi referatur ad superiora. Statim enim dixit. Depone eos protector meus domine. Vnde hic subditur. *Delictum oris eorũ* idest, sic depone eos, ut etiam deponas delictum oris eorum, & sermonem, &c. idest, dimitte delictum oris eorum, &c. Vbi nota, quòd per delictum, & sermonem comprehendit omne genus peccati. Nam peccatum generaliter distinguitur, quia aliud est peccatum commissionis, & aliud peccatum omissionis. Sicut enim duplex est pars iustitiæ, scilicet declinare à malo, & facere bonum, sic duplex est pars iniustitiæ, scilicet declinare à bono, & facere malũ. Prima pars propriè vocatur delictum. Secunda verò vocatur peccatum. Primum stat in omissione. Secũdum in commissione. Vnde August. in quæstionibus leuitici ait. Aliud est declinare à bono, aliud facere malũ. Delictum est declinare à bono, peccatũ autem facere malum. Delictum ergo dicitur derelictio boni, quod ipsum nomẽ ostendit. Quid enim aliud sonat delictũ nisi derelictum? Et quis delinquit, nisi qui derelinquit bonum? Ad propositũ ergo per delictum oris, quo scilicet derelinquebant laudes Deo debitas, intelligit omne peccatum omissionis, per sermonem verò qui stat in loquendo, quo male loquebantur, intelligit omne peccatum commissionis. Sic ergo hic orat psal. quòd omnia peccata Iudæorum deponantur in fine, & conuertãtur. Et hoc est, quod subdit. *Et comprehendantur in superbia sua.* Quid autem sit comprehẽdi in superbia, ostendit Magister in gl. dicens. Comprehenditur enim aliquis in superbia, cum immanitatem peccati sui attendens, videt se superbe egisse, & frustra. Sic autẽ erit de Iudæis in fine, quia cognoscent per superbiam suam nihil contra Christum potuisse. De isto modo comprehẽsionis dicitur vers. 238. Persequar inimicos meos, & comprehendã illos. Vide ibi.

Delictum. Peccatum.

951 *Et de execratione, & mendacio annunciabuntur in consummatione, in ira cõsummationis, & nõ erunt.*

OStendit hic, quomodo Iudæi comprehensi humiliabuntur. Vbi sciẽdum, quòd inter alia peccata Iudæorum quæ ipsi commiserunt contra Christũ, duo fuerunt. Vnum quod commiserunt in ipsum ante mortẽ, scilicet ipsum execrando, blasphemando, & abominando. Nam execratio secundum Grammaticos idem est, quòd maledicere, excommunicare, vel blasphemare. Ipsum enim maledixerunt, dicentes. Dæmonium habes, & huiusmodi. Ipsum excommunicauerunt, quia (vt habetur Ioan. 9.) conspirauerunt Iudæi, ut, si quis eum Christum confiteretur, extra Synagogam fieret. Aliud peccatum commiserunt in ipsum post mortem, & iam resuscitatum, quod fuit mirabile mendacium, scilicet, quando post Christi resurrectionem pecuniam copiosam dederunt militibus, qui ad custodiam sepulchri positi fuerant, ut mendaciter dicerent, quòd, ipsis dormien-

Execratio Iudæorum, & mendacium.

dormientibus, discipuli nocte corpus de sepulchro furati fuissent, ut habetur Matth. vltimo. Et tamen tanta fuit diuina misericordia, quòd Iudæis conuerti volentibus, ista duo peccata fuerunt dimissa, quia vbi superabundauit delictū, superabundauit, & gratia. Et hanc gratiam factam Iudæis, Apostoli gentibus prædicabant per mundum, ut ipsorum exemplo conuerterentur ad dominum. Et hoc præuidens psal. ait, quòd Iudæi *de execratione, & mendacio annunciabuntur in consummatione*, idest, Apostoli, annunciabunt illos de dictis peccatis ad consummationem, idest, ad perfectionem peruenisse, quia illa peccata à Deo eis fuissent dimissa. Et hoc *in ira consummationis*, idest in ira Dei, quæ consummat, & perficit. Est enim ira consummationis quia aliquando punit Deus, ut perficiat, & est ira consumptionis, quæ punit, vt damnet. Istis autē dimissa sunt peccata in ira consummationis, qui uoluerunt conuerti. Sequitur. *Et non erunt*, quia scilicet sic consummati in ira consummationis non erunt amplius in superbia. Isto enim modo non esse accipit scriptura. d. Verte impios, & non erunt.

Prou. 12.

952 *Et scient, quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ.*

NOtatur hic generalis Iudæorum conuersio in fine mundi. Et diuiditur in partes tres, quia de Iudæis tria ostendit in fine mundi futura. Ostendit enim, quòd Iudæi tunc primo crucis Christi verum recognoscens titulum. Secundò quòd ad Christi fidem suum conuertent animum, ibi. *Conuertentur ad uesperam*. Tertiò quod Christum auide alijs prædicabunt dominum, ibi. *Ipsi dispergentur*. Quantum ad primum notādum quod titulus crucis Christi erat. Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc titulum negauerunt Iudæorum principes, dicētes Pilato. Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Quamuis enim Christus ex patre suo verus esset rex Iudæorum, & dominus, non tamen quantum erat ex parte ipsorum. Quoniam, ut dictū fuit superius, verficulo 773. dominium regale vt à dominio tyrannico distinguatur,

Christus, dominus & rex Iudæorum.

duo requirit, secundum Philosophum primo Polit. Primum ex parte regentis, scilicet amor subditorum, & reipublicæ. Secundum est ex parte subditorum, scilicet voluntaria subiectio. Primum habuit Christus erga eos à principio, qui ideo venit, vt saluum faceret populum suum, & seipsum pro ipsis daret in mortem. Sed secundum deficiebat ex parte ipsorum, quia Christo nolebant subijci. Et ideo titulum crucis eius negauerunt, sed in fine mundi ipsi Christi fidem suscipientes uoluntariè subijcient se Christo. Et sic tunc ipsum verū regem, & dominum Iudæorum confitebuntur, ac etiam omnium fidelium. Et hoc est, quod dicit. *Et scient quia Deus dominabitur Iacob*, per Iacob intellige Iudæos, qui ex Iacob descenderunt. Sciēt ergo, & confitebuntur, quod Deus, idest Dominus Iesus Christus dominabitur Iacob, quem tamen ante contempserunt. Confitebuntur etiam, quòd dominabitur finium terræ, idest, gentium. Sic ergo Iudæi quia primò ut superbi gētes contemnebant, tunc se gentibus comparabunt, quia scient se pares esse gentibus, quia cognoscent superbia contra Deum se erexisse, sicut & gentes. Vnde tunc dicent illud psalm. 94. quod Christus est magnus dominus, & rex magnus super omnes deos, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, quoad gentiles, & altitudines montium ipse conspicit, quoad Iudæos altos per superbiā,

Matth. 20

953 *Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.*

HIc ostendit, quomodo ad Christi fidem suum conuertent animum. In scriptura enim sacra per uesperam quandoque finis mūdi intelligitur, quia vespera est ultima pars diei sic ergo, *conuertentur ad uesperam*, idest, in fine mundi. Vel hic per vesperam intellige Antichristum in fine mundi uenturum, cuius tempore multi Iudæorum conuertentur ad ipsum, & multi ipsorum Christi fidem recipient. Ipse enim Antichristus vesperum dicitur, sic & Christus lucifer Vt ostendit Gregor. super illo uerbo Iob. 38. Nunquid producis luciferum in tempo-

Vesperū antichristus.

Lucifer Christus.

Gregor. 29. mor. c. 50.

tempore suo, & vesperum super filios terræ consurgere facis? d. Pater in tempore suo luciferum producit, quia scriptũ est. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, &c. Qui natus ex muliere velut lucifer in tenebras nostræ mortis apparuit quia fugata obscuritate peccati æternũ nobis mane nunciauit. Lucifer verò se innotuit, quia diluculo ex mortuis resurrexit, & fulgore suo mortalitatis nostræ tenebras pepulit, &c. Vesperum verò dominus super filios hominum consurgere facit, quia infidelibus Iudæorum cordibus dominari antichristũ, eorum peccato exigente permittit. Qui idcirco huic à domino vesperi subduntur, quia ipsi sponte sua filij terræ esse voluerunt, &cæt. Per vesperum ergo intellige ipsũ antichristum in fine mundi venturum. In quo mundi fine Iudæi conuertentur ad Christũ, quia qui prædicatores fidei expulerunt ipsos in fine recipiẽt. Vt ostedit Greg. super illo verbo Iob 9. Qui claudit stellas sub signaculo dicens. Pensandum est, quòd idcircò aliquid sub sigillo clauditur, vt cum tempus congruerit, in medium proferatur. Et sacro eloquio attestante didicimus, quod Iudæa, quæ nunc deseritur ad sinum fidei, in fine colligitur. Hinc namque per Paulum dicitur. Donec plenitudo gentium intro ierit, tunc omnis Israel saluus fiet. Quia ergo prædicatores suos nunc Deus Iudæis subtrahit, sed postmodum eis in finem eos mittet quasi sub signaculo stellas claudit. Hinc est, ꝙ duo illi eximij prædicatores, scilicet Enoch, & Elias, dilata morte subtracti sunt, ut ad prædicationis vsum in finem reuocentur, &c. Hanc ergo finalem Iudæorum ad Christum conuersionem præuidens Psalmista, dicit. *Conuertentur ad vesperam*. Pro istorum declaratione est notandum, ꝙ licet Helias translatus sit in cœlum, & Enoch, isti tamen redibunt tempore antichristi ad fidem prædicandam. Vnde Malac. 4. dicitur. Ecce ego mittam vobis Heliam antequam veniat dies domini magnus, & horribilis, ut conuertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. Hęc pertractans August. dicit. Curru igneo raptus est Helias de rebus humanis. Cum venerit ergo legem spiritualiter exponendo, conuertet cor patrum ad filios, ut scilicet filij, idest Iudæi sic intelligant legem, quemadmodum patres eorum, idest, prophetę, vt Moyses, & alij intellexerunt. Hoc est enim corda patrũ ad filios conuerti, cum intelligentia patrum ad filios perducitur. Et conuertet cor filiorum ad patres, dum id, quod sentiunt patres, sentient similiter, & filij. Et hoc est quod Christus dixit, Helias venturus est, & restituet omnia. Quod exponens Chrysostom. ait. Helias in fine mũdi veniens, restituet omnia dum corrigit infidelitatem Iudæorum, qui tunc inuenientur, quod est conuertere corda patrum ad filios, idest, Iudæorum ad Apostolos, & prophetas. Ipsi sic conuersi famem patientur, ut canes. Hoc exponitur sicut supra versic. 944.

Iudæi conuertentur. *Gregor. 9. mor. c. 4.* *Rom. 11.* *4. Reg. 2. Gen. 5.* *Aug. 20. de ciu. Dei. ca. 29.* *Matth. 17.*

Ipsi dispergentur ad manducandum, si verò non fuerint saturati, murmurabunt. 954

Ostenditur hic, quòd Iudæi cõuersi fidem alijs auidè prædicabũt. Vbi nota, quòd sicut manducare corporaliter, est cibum sibi extrinsecum incorporare, & ad suam naturam conuertere, sic & manducare spiritualiter, est proximũ à fide extraneum sibi per amorem incorporare, & ipsum masticando, idest, prædicando, & suadendo, ad veram fidẽ, quam ipse habet, conuertere. Sic & Iudæi conuersi, alios conuertere procurabunt cum magno desiderio. Et hoc est, quod dicit glos. *Ipsi*, scilicet iam digni effecti, *dispergentur vbique ad manducandum*, idest ad alios lucrandum. *Et si non fuerint satiati*, idest omnes illos non conuerterint, quos desiderabunt conuertere, *murmurabunt*, scilicet contra pigros, idest, increpabunt alios nolentes credere.

Murmuratio.

Ego autem cantabo fortitudinem tuã, & exultabo mane misericordiam tuam. 955

Hic ex omnibus præmissis surgit ad gratiarum actionem. Et duo facit. Quia gratias agit primo laudibus, Secundo operibus, ibi. *Adiutor meus.* Quantum ad primum notandum, quòd

sicut

sicut fortitudo corporalis erga corpora A lia demonstratur, sic & fortitudo spiritualis erga spiritualia. Fortis namque vocatur, qui hostes suos corporaliter superare potest, sed multo fortior, qui inimicorum animos ad suum amorem conuertere potest. Fortis apparuit Christus, dum Saulum persequentem sola voce ad terram proiecit, sed multo fortior, dum eius mutauit animum, & de persecutore fecit defensorem. Similiter in proposito. Magna fuit Dei fortitudo, quòd verbis prædicationis gentilium corda, dimissis idolis, conuerteret ad fidem. Fortis apparebit, quando in fine Iudæorum superbiam sub iugo fidei humiliabit. Vnde & B hanc fortitudinem ecclesia considerans, Deo gratias agit dicens. *Ego autem cantabo*, idest laudabo, *fortitudinem tuam*. Vbi glos. Iam tota gaudet ecclesia vtroque pariete coniuncta in angulari lapide, quasi dicat. Longè erat prius vterque paries, sed ego, scilicet tota ecclesia, *cantabo fortitudinem tuam*, quia gentes erigis, & Iudæos humilias. *Et exultabo mane misericordiam tuam*. Vbi nota, quòd

Mane. sicut per noctem significatur vita præsens, in qua aliorum corda uideri non possunt, sic per mane, in quo lumen clarum fulget, significatur uita futura, in C qua omnium corda omnibus erunt manifesta, quæ in vltimo iudicio integraliter inchoabitur. Vnde Gregor. dicit. Mane enim dicitur illa manifestatio mentium, quæ in aduentu iudicis apertis cogitationibus, quasi post noctis tenebras demonstratur. De quo mane per psalm. dicitur. Mane astabo tibi, & uidebo. Illo enim mane, *Exultabo misericordiam tuam*, idest, cum exultatione pronunciabo. Vnde gloss. *Exultabo mane misericordiam tuam*, idest, transactis tentationibus, cum nox sæculi transierit, quan D do iam latronum insidias, scilicet diaboli, & angelorum eius non timebimus, quando ipsum Dei verbum tanquam solem contemplabimur. Hoc itaque mane exultabo, in cuius figuram Christus mane surrexit, vnde ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Apostoli enim vespere fleuerunt mortuum, mane ad resurgentem exultauerunt. Cantabo ergo primo suscipiens misericordiam tuam, sed ipsam exulta-

Gregor. 8. mor. c. 23.

Psal. 5.

bo mane, quæ erit in remuneratione. Vnde & materiam tantæ exultationis subdit, dicens.

956 *Quia factus es susceptor meus, & refugium meũ, in die tribulationis meæ.*

Tota enim causa nostræ lætitiæ, est Christi incarnatio, qua nostram suscepit, in qua patiendo nos redemit, in qua resurgendo, nostram resurrectionẽ effecit, in qua ascendendo ad cœlos, portas cœli nobis aperuit, in qua ad dexteram patris sedendo, nos in tribulationibus adiuuat, & protegit. Vnde si quæratur ab ecclesia, quare, Christe, cantabo tibi, & exultabo, &c. Respondet. *Quia factus es susceptor meus*, idest humanitatis meæ. Et ex hoc quòd Deus suscepit humanitatem nostram, *Factus est refugium meum in die tribulationis mea*. Sic enim de Christo dicitur. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, &c. Vide supra versic. 755.

Psal. 45.

957 *Adiutor meus, tibi psallam, quia, Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia mea.*

Hic consequenter gratias agit operibus. Psallere enim, vt dictum fuit superius versic. 771. idem est quod operibus laudare. Psallit ergo Deo, qui bonis operibus ipsum laudat. Et attende, quòd psallunt boni Deo in præsenti vita & in gloria, quia bona opera habent hic, & ibi sed hic sunt meritoria, nõ ibi, quia hic bona opera mercedem merentur, sed non sunt ipsa merces. Ibi autem opera bona sunt ipsum præmium formale. Dicit ergo. *Adiutor meus, tibi psallam*, quam multipliciter autem adiutor noster sit Deus, uide supra versic. 673. Magis autem dilatando materiam, dicamus, quòd Deus multa genera hominum adiuuat, quia scilicet adiuuat contritos pœnitentes, culpas remittendo, iniustè patientes, pœnas mitigando, cum hoste præliantes, uires confortando, egenos mendicantes, ipsos saturando, in Deo confitentes, tales protegendo, deuotè exorantes, vota adimplendo. Primò Deus adiuuat contritos pœnitentes, &c. Sicut enim Deus culpa offenditur,

Adiutor Deus.

dicitur, & patrocinari nescit peccatis, sic & pœnitentia placatur, & contritis adiutorium præstat. Dum enim quis peccat, & in peccatis perseuerat, mortuus est Deo, diuino spirituali adiutorio carens, in persona talium dicente psal. 87. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut enim homo corporaliter mortuus, propriè non est homo, sed propter effigiem exteriorem dicitur non homo, sed sicut homo. Sic & spiritualiter peccato mortuus, non est homo, sed secundum quandam exteriorem apparentiam dicitur sicut homo inter mortuos deputatus. Et ideo sine adiutorio gratiæ liber existit, non quidem à culpa, sed liber à gratia, iuxta modum loquendi Apostoli dicentis, Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitię Sed dum ad cor rediens peccatum sibi displicet, illum adiuuat Deus, culpam ei remittendo, & liberat à perditione, vnde peccator tunc sic adiutus à Deo & liberatus, Deo dicit. Confitebor tibi, domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum, quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione. Vbi notandum, quòd in isto adiutorio quo Deus pœnitétes adiuuat, tria concurrunt, quia adiuuat, culpam remittendo. Adiuuat, gratiã infundendo. Adiuuat, à gehenna liberãdo. Et secundum ista tria, anima pœnitẽs Deum adiutorem suum nominat. Quoniam uocat ipsum Deum regem, & dominum. Primò ergo in isto pœnitentis adiutorio est culpæ remissio, i qua prius anima iacebat, quam culpam Deus delet, ipsam remittendo. Et quia culpam delere est actus infinitæ potentiæ, cum sit maius peccatorem iustificare, quàm mundum creare, ut ait Aug. super Ioan. Potentia autem maximè in nomine domini intelligitur. Exod. 15. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Ideo quoad istum actum adiutorij ipsum uocat dominum dicens. Confitebor tibi, domine. Secundò in isto adiutorio est gratiæ infusio, qui est actus clementiæ. Et quia clementia maximè spectat ad regem, quia ut ait Seneca lib. 2. de clementia ad Neronem, nullum magis quam regem clementia decet. Ideo quò ad istum actum infusionis gratiæ,

Rom. 6.

Eccles. 51.

August.

Seneca.

E ipsum adiutorem uocat Regem dicens. Confitebor tibi, domine rex. Ecclesiast. quinquagesimoprimo. Misericordia, & veritas custodiũt regem, & clementia roborabitur thronus eius. Tertiò in isto adiutorio est à gehenna liberatio. Et hic est actus iustitiæ. Quid enim iustius quã innocentem à pœna liberare? Peccator autem ante actum pœnitentiæ, æternæ pœnæ erat obligatus, sed quia per actum pœnitentiæ à Deo liberatur à culpa, & innocentiæ redditur, ideo actus iustitiæ est, vt etiam à pœna liberetur vel à debito pœnæ. Sed quia actus iustitiæ specia

F liter spectat ad Deum, qui fons est omnis iustitiæ, iuxta illud psalm. 7. Deus iudex iustus, fortis, & patiens. Ideo quo ad istum actum iustitiæ adiutorem suum uocat Deum dicens. Collaudabo te Deum saluatorem meum, quoniã adiutor, &c. Et istud adiutorium quo Deus iuuat culpas remittendo, psalm. implorabat dicẽs Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, domine, libera nos, & propitius esto peccatis nostris, &cæt. Et aduerte, quòd qui sic adiuuari cupit à Deo, vt sibi peccata remittat, & ipse cõformiter adiuuare proximum de-

G bet, omnem sibi illatam offensam remittendo. Vnde sic adiuto à proximis suis offensa remittitur dicit dominus. Pax adiutoribus tuis. Propter quod dicit. Augustin. in libro de serm. domini in monte. Istum consilium est, vt, qui à potentiori vult adiuuari, & ipse adiuuet infirmiorem, in quo est ipse potentior. Et hoc est contra multos, qui quando aliquẽ in peccato aliquo viderint lapsum, solum lapsum, & casum inquirunt, non autem quomodo ipsi ad resurgendum adiutorium præstent. De quibus ait Augusti. in epistola ad Hieron. Eleganter di-

H ctum est. Cum quis in puteum cecidisset & in puncto suffocationis esset, accessit alius sibi notus, & eo viso, admirans ait. Quomodo huc, amice, cecidisti? Ille aũt obsecro inquit, quomodo me adiuuãdo hinc liberes, non quomodo hic ceciderim qras. Et isto modo Deus cupit nos coadiutores suos esse, vt. s. sicut volumus ab ipso adiuuari per remissionem culpæ ita & nos consimiliter adiuuemus proximos, offensas remittendo, quod si feceri mus, dicere poterimus cũ Apostolo, Dei enim

Eccles. 51.

Psal. 78.

1. Par. 12.
August.

1. Cor. 3.

enim adiutores sumus. Sed heu, quàm plures hodiè ad peccandum reperiuntur adiutores, quàm à peccatis resurgendum, de quibus Zach. 1. dicitur. Ipsi adiuuerunt in malum. Adiuuat enim in malum qui consulendo, fauet, vel aliquo modo alium ad peccandum inducit. Et tales nõ Dei adiutores, sed dæmonis esse dicuntur. Nullum enim Deus sic ad peccandum adiuuat. Iob 10. Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris, & opprimas me, & consilium impiorum adiuues? quasi dicat, non. Vnde prædicta verba exponens Greg. dicit. Quos nanque hoc loco impios, nisi malignos spiritus uocat? qui cũ redire ad vitam ipsi nequeant, crudeliter socios ad mortem impellendo quærunt. Quorum nimirum consilium fuit, vt beatum Iob diuina correptio tangeret, vt qui in tranquillitate iustus extiterat, saltem per flagella peccaret. Sed impiorum consilium dominus non adiuuat, quia eorum tentationibus carnem iusti prodidit, sed animam negauit. Hoc inde sinenter contra bonos maligni spiritus indesinenter ineunt, vt hi quos seruire Deo innocuè in tranquillitate conspiciunt, vexati aduersitatibus ad voraginẽ culpæ rapiantur. Sed eorum consilium Deus non adiuuat, quia pius conditor cum viribus flagella moderatur, ne virtutem pęna transeat, & per astutiam fortium humana infirmitas excidat. Vnde benè per Paulum dicitur. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra illud, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Nisi enim omnipotens nos adiuuando, cum viribus tentamenta moderaret, nullus profectò est, qui malignorum spirituum insidias non corruens portaret. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd Deus malignorum consilium non adiuuat, sicut illi qui alios ad peccandum inducũt. Qui omnes tales mali adiutores, figurãtur in Ioab & Abiathar sacerdote. De quibus dicitur 3. Reg. 1. quòd Adonias eleuabatur dicens. Ego regnabo, scilicet contra voluntatem patris sui Dauid. Sequitur. Et sermo eius cũ Ioab filio Saruiæ, & Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ. Adonias autem, quod interpretatur seruus mœrens, significat ipsum diabolum, qui rectè seruus dicitur ratione peccati, quo peccauit ab initio, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Mœrens autem ideo dicitur, quia semper in pęna infernali cruciatur. Hic eleuatur, & regnare cupit, dum Dei imperium vsurpare cupit. Hic est enim, qui ait. Super astra cœli exaltabo solium meum, & similis ero altissimo. Et certũ est quòd non potest regnare nisi super iniquos, cum ipse sit rex super omnes filios superbiæ. Iob 41. Vt ergo regnum suum possit dilatare, semper quærit ad peccatum homines inducere, quia vt dicitur. 1. Pet. 5. Tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Sed istius Adoniæ, idest, diaboli adiutores sunt Ioab, & Abiathar. Duobus enim modis quis conatur in hac parte diabolum adiuuare, scilicet aut odio, aut amore. Odio scilicet qui contra aliquem procedit vt peccet à proposito, vt malus efficiatur, & corruat. Et hic est Ioab, qui inimicus interpretatur. Amore autem qui alium amore inordinato diligens, ipsum ad peccandum inducit, vel sibi peccare consentit, ne ipsum contristet, sicut fuit de Adam respectu Euæ. Et hic est Abiathar, qui interpretatur pater suscitans peccatum, quia tales ratione amoris, patres vocantur, sed inordinato amore peccatum suscitant. Et contra omnes tales Psal. docet inuocare adiutorium Dei, dicens. Iniqui persequuti sunt me, adiuua me, Deus meus. Qui adiutus à Deo gratias ei agendo dicat. *Adiutor meus, tibi psallam*, &c. Et causam subdit. *Quia Deus susceptor meus*, scilicet meæ humanitatis, per quam nos adiuuas, Et tu idem *Deus meus misericordia mea*. Vocatur enim Deus misericordia, quia totũ gratis donat, & non ex meritis nostris.

Greg. 9. mor. c. 34. Consilium diaboli.

1. Cor, 10.

Ioan. 8.

Esa. 14.

Nota hic quod duob. modis contra hominẽ quis adiuuat diabolũ scilicet amore aut odio.

PSAL. LIX.

Deus, repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es, & misertus es nobis.

958 De pr. d. 1. taciturnitas

Iste Psalmus habet titulum valdè prolixum, qui talis est. *In finem pro his qui commutabũtur in scriptione tituli ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syria, & Syriam Sobal, & conuertit Ioab,*

Ioab, & percussit Edom in Valle salinarũ duodecim millia. Pro cuius intellectu literali sciendum quòd (vt habetur. 2. Regum 10.) cum Naas Rex Amonitarum mortuus esset, & regnaret pro eo filius eius Annon, Dauid misit ad Annon nuncios ad consolandum eum de morte patris, ipsi autem Annó suggesserunt principes sui, dicentes. Putas quòd propter honorem patris tui, Dauid miserit ad te consolatores, & non ideo ut inuestigaret, & exploraret ciuitatem, & euerteret eam misit Dauid seruos suos ad te? Quibus auditis, iratus Annon rex contra nuncios Dauid, fecit radi dimidiam F partem barbæ ipsorum, & præscindi mediar vestes ipsorum vsque ad nates, & sic dimisit eos. Deinde videns Annon, & populus eius, quòd iniuriam fecissent ipsi Dauid, conduxit vndequaque potuit currus, & equites de Mesopotamia, Syria, & alijs locis. Quod cum audisset Dauid, misit Ioab principem militię contra eos ad prælium. Et debellatis illis, rediit Ioab cum exercitu in Hierusalem, & tunc Dauid disposuit se cum toto exercitu suo ut iret ad debellandum Syros, quia uenerant in adiutorium ipsi Annó Regi Amonitarum. Et vt dicit Rabbi Sa- G lomó, Syri hoc audientes, miserunt nuncios ad Dauid, dicentes, quòd non erat ei licitum venire contra ipsos propter fœdus, quod fecerat Iacob cum Labam Syro, ex quo ipsi Syri processerant, sicut Israelitæ ex Iacob, ut habetur Genesis trigesimoprimo. Et tunc Dauid consuluit super hoc sapientes suos. Qui responderunt ei, quòd licitum erat, eo quòd Syri prius fregerunt iuramentum, veniendo ad impugnandum seruos Dauid in auxilium Amonitarum, ut dictũ est. Et quia Chusanrasa Thaim ante pugnauerat contra filios Israel, subijciẽ H do eos seruituti per octo annos, ut habetur Iudicum tertio. Et sic Dauid bellum gessit contra eos, & eos superauit. Legitur etiam secundum Regum decimum, quòd Dauid percussit Adadezer Regẽ Syriæ, & percussit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum. Quod uidentes cæteri reges, fecerunt pacem cum Israel, & seruierunt ei. Omnes istas historias tangit titulus. Item notandum quod antequam regnũ E esset in manu Dauid, fuerat multipliciter afflictum, & vastatum undique, ut patet in libro Iudicum, & in principio regni Saulis, in quo Philistæi tenebant ipsum in tãta seruitute, quòd nullus faber ferrarius erat in tota terra Israel, cauerant enim Philistæi, ne Hebræi facerẽt gladium, aut lanceam, ne possent rebellare, ut habetur. 1. Regum 13. Item mortuo Saule, Philistæi intrauerunt ciuitates regni Israel, vnde fugerat populus, & habitabant ibi, ut habetur 1. Reg. trigesimoprimo. Item post mortem Saulis facta est longa concertatio de regno inter domum Dauid & domum Saulis, ut habetur 2. Regum tertio. Propter quod gẽtiles in circuitu regni Israel existentes, uastabant illud multipliciter, non habẽtes validam resistentiam propter dictam concertationem. Ad propositum ergo Dauid considerans primum statum regni Israel, in quo per gẽtiles vastabatur, & subiugabatur, & statum prosperum quem tempore suo habuit, fecit istum Psalm. narrans primum statum & prædicens secundum. Ex prædictis apparet sensus tituli, qui est talis. *In finem pro ijs, qui commutabuntur in inscriptione tituli ipsi Dauid*, idest, iste psalm. dirigẽs nos in finem, agit de ijs, qui commutabuntur, scilicet de illis gentibus, quæ primo dominabantur, & subiugabant Iudæos, qui *commutabuntur*, scilicet seruient ipsis Iudæis, & hoc *in inscriptione tituli*, idest tituli regalis data ipsi Dauid. Et hoc fuit *quando succendit Mesopotamiam Syria*, &c. vt prædictæ historiæ dicunt, &c. Quibus visis, accedo ad expositionem literalem. Et diuiditur iste psalmus in duas partes. Quia primo Dauid destructionem regni Israel plangit. Secundo eius erectionem, propheticè prædicit ibi, *Vt liberentur*, &cæt. dic vt. Nicolaus de Lyra. Quantum verò ad sensum propheticum, notandum, quod spiritualis intelligentia tituli ex interpretationibus nominum in titulo positorum, est sumenda. Mesopotamia enim interpretatur eleuata uocatio. Syria, sublimis. Sobal, vana uetustas. Ioab, inimicus. Edon, terrenus. Istis omnibus nominibus figurantur elati magnitudine terrenæ vanitatis, quos omnes Christus igne charitatis, quem in terram misit, succendit, idest,

idest, conuertit ad fidem. Et conuertit Ioab, scilicet, diabolum in fugam. Et percussit Edon, idest terrenos, vt viuant cœlestes. Est ergo sensus tituli talis. Iste Psalm. dirigens nos *in finem*, idest, in Christum agit pro ijs, *qui commutabuntur*, scilicet, de veteri vita in nouam. *In inscriptione tituli*, scilicet suscepta per fidem, idest, qui commutabuntur in regnum Christi, & hoc ipsi Dauid, vt scilicet amplius non sibi viuant, sed *ipsi Dauid*, i. Christo. Et hoc in doctrinam eius, scilicet, credendo, oportet enim in doctrinam eius credere, qui vult in regnum eius transire, & hoc fit per ignem charitatis, quo suos electos incendit. Et hoc est quod subditur, *quando succendit Mesopotamiam* quando, scilicet, eleuatos & altos igne charitatis humiliauit, &c. Intentio psalmistæ est ostendere bonum esse contemnere mundum, vt acquirantur æterna. Et diuiditur in partes duas. Quia Psal. primò narrat aduersitates immissas, vt peccata vitentur. Secundò prosperitates promissas, vt superna diligantur, ibi. *Vt liberentur.* Quantum ad primam partem notandum quòd aduersitates ideo Deus immittit, vel nobis immitti permittit, vt nos reuocet à peccatis & à pœnis liberet æternis. Vnde Gregorius libro sexto Moralium capitulo decimosexto, dicit. Vt electus quisque supplicia euadat æterna, vt ad perennem gloriam pauper ascendat, assiduis flagellis hic atteri debet, quatenus in iudicio purgatus, valeat inueniri. Ipso namque infirmitatis nostræ pondere, deorsum quotidie ducimur, nisi mira manu artificis per subleuantia flagella releuemur. Vnde benedicitur. Beatus vir, qui corripitur à domino. Prima autem virtus, vt perpetrata vitari debeant peccata. Secunda autem saltem perpetrata corrigere. Sed plerunque culpas non solum imminentes minimè vitamus, verumetiam nec commissas agnoscimus. Et peccatoris mens tantò altius tenebrescit, quanto nec damnum suæ cœcitatis intelligit. Vnde fit plerumque diuini muneris largitate, vt culpam pœna subsequatur, & flagella oculos delinquentis aperiant, quos inter vitia securitas cœcabat. Torpens quippe animus per-

Aduersitas

A cussione tangitur, ut excitetur, quatenus qui statum suæ rectitudinis securus perdidit, afflictus cōsideret, quo iacet. Hinc itaque asperitas correctionis fit origo luminis, argumentum uero salutis est uis doloris. Hinc est, quod Salomon ait, Curatio cessare faciet peccata maxima. Et iterum dicit. Quē enim diligit Deus, castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit &c. Ex quibus apparet, quòd Deus flagella multa, & aduersa populo suo immisit, vt ipsum corrigeret à peccatis. Quæ narrat psalmista in prima parte huius psalmi, quæ diuiditur in partes quatuor, secūdum quòd quatuor B ponit aduersorum genera. Primò ergo ponit aduersa connaturalia. Secundò, aduersa corporalia, ibi. *Commouisti terram*. Tertio aduersa temporalia, ibi. *Ostendisti populo tuo.* Quarto aduersa internalia, ut est timor, &c. ibi. *Dedisti*. Quantum ergo ad primum sciendum quòd illa aduersa connaturalia dicuntur, quæ cū natura contrahuntur ex peccato primi hominis, vt est quantum ad corpus, moriendi necessitas, & quantum ad animam, originale peccatum, quia sicut Adam peccante, contraximus necesC sitatem moriendi, sic & carentiam originalis iustitiæ, qua natura dicimur filij iræ, per quæ sumus à Deo repulsi ratione culpæ, & destructi ratione mortis necessariæ. Quæ duo notans Psalmista dicit. *Deus repulisti nos*. Et hoc quia per culpam quam in Adam contraximus, à te sumus diuisi quòad animam. *Et destruxisti nos*, quia propter peccatum contra nos mortis sententiam dedisti, qua homo destruitur, quia per mortem homo desinit esse homo, & sic destruitur quoad esse hominis. Et aduerte, q Deus hominem quem misericorditer fecit, crudeliD ter à se non repellit, nisi prius ipse ab homine repellatur. Sicut enim anima corpus à se non repellit, ut diuidatur à corpore, nisi propter corporis defectum, ut propter infirmitatem, vulnerationem, & huiusmodi. Sic multò fortius non repellit nos Deus, nisi à nobis ipse prius fuerit repulsus, vel originali culpa uel actuali. Sequitur. *Iratus es, & misertus es nobis*. Irascitur enim Deus peccatis nostris: quia ad modum irati se habet, dum hominem propter peccatum punit.

Eccle. 10. *Heb. 12.* *Ephes. 2.* *Ira Dei.*

nit. Quia tamen quandiu viuimus locus pœnitentiæ nobis seruatur, quia ex sua misericordia expectat ad pęnitentiā, ideo in ira sua nobis miseretur. Sic.n. dicitur Abacuc.3. Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Quia tam electos quam reprobos peccantes, ad pœnitentiam expectat. Sed quibus post hanc vitam irascitur, illis amplius non miseretur. Vel aliter, Repellit Deus peccatores, & destruit, quando ipsos per aduersa iustificat, quia peccatores facit nō peccatores. Et sic destruit peccatorem, & repellit iniustum, quia peccator pœnitens amplius peccator dici non debet. 36.quæst.2.his auctoritatibus. Vnde hic dicit glo. *Deus repulisti nos*, &c. scilicet, malè ædificatos, ut erigeres in bonum ædificium. *Iratus es*, & sic *Misertus es nobis*. Non enim misereris, nisi irascaris. Ita est vetustatis vi pereat, misericordia autem innouat interiorem hominem, & si exterior corrumpatur. Oportet enim primo repellere & destruere uitia, ante quam uirtus ædificetur. Sic enim dicitur Hiere.1. Dedi verba mea in ore tuo, ut euellas, & destruas, & consequenter ædifices, & plantes.

Repellit Deus.

959 *Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.*

12.q.1. exēplum.

HIc consequenter ostendit aduersa corporalia, ut sunt infirmitates corporis, & dolores. Vbi sciendum quod in statu innocentiæ ante peccatum, natura humana ab omni pœna, & infirmitate erat libera. Quia cum omnis pęna si iusta est, peccati sit pœna, ante peccatum nulla potuit esse pœna. Vnde in statu innocentiæ nec aqua suffocasset hominem, nec ignis cōbussisset, nec febres inuasissent, nec ferrum eius carnem diuisisset. Sed homo, sine morte, sine pœna aliqua in ætate perfecta ad cœli gloriā fuisset translatus. Sed statim vt peccauit, mortalis factus corpore fuit, & cæteris passionibus subditus. Vt ostendit Gregorius quarto mora. Hæc est ergo magna, & mirabilis terræ scilicet, corporis nostri mutatio, ut de impassibilitate ad passibilitatem, de immortalitate ad mortem mutatum fuerit, ut

Commotus est homo.

Gregor.4. moral.

E omnis creatura homini nocere possit post peccatum, cui nihil ante peccatum nocere poterat. Nam modo ab igne comburitur, ab aqua submergitur, à terra suffocatur, à ferro secatur, febribus æstuat, doloribus afficitur. Et istam commotionem propter peccatum factā nunc notans Psalm. ait Deo. *Commouisti terram, & conturbasti eam.* Quid enim nomine terræ, nisi homo de terra creatus intelligitur? Vnde primo homini dixit Deus. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec vertaris in terram, de qua sumptus es, quoniam pul- F uis es, & in puluerem reuerteris. Et quia terra nostri corporis tot aduersis premitur, ideo consequenter implorat Deum vt sanetur, dicens. *Sana contritiones eius, quia commota est*, quod scilicet fiet in resurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatem, & corruptib le hoc induerit incorruptionem, vt ait Apostolus ad Corinth. decimoquinto. Vel aliter. Commouet Deus terram, scilicet hominem peccatorem, & terrenū, quando de peccato ipsum mouet ad statum pęnitentiæ, de iniustitia ad iustitiam, de superbia ad humilitatem, de luxuria ad G castitatem, quod facit gladio spiritus, vt puta quando dixit. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum. Conturbat eam, quando dolet de peccatis commissis, consciētia peccatorum accusante. Et quia tunc meretur veniam, ideo subditur. *Sana contritiones eius, quia commota est*, quasi dicat. Sicut cœpisti, perfice, quia aliter non est dignus sanari per veniam, nisi commotus fueris, & contrita de peccatis. Sed adueniente tali commotione, statim digna est venia, & sanatur à Deo Psalm. 102. qui propitiatur omnibus iniquitatibus H tuis, sanat omnes infirmitates tuas. Et nota, quod contritio peccatoris rectè commotioni terræ, idest, terræmotui comparatur, cum dicit. *Commouisti terram*, & cæt. Et hoc propter tria, quæ sunt in terræmotu. Primò namque, sicut dicit Philosophus tertio meteoror. terræmotus fit quando causa diluuij, vel magnæ inundationis super terram, intra terram coarctantur venti diuersi, sicut meridies, & septentrio, & tunc eleuat vnusquisque aquam prius latentem sub terra.

Genes.3.

Pœnitētia. Contritio.

Matth.3.

Terræmotus.

terrã. Sic moraliter est de corde peccatoris, quando conuerti incipit. Sũt enim quasi duo venti oppositi, scilicet, meridies, idest, spes veniæ, & septentrio, idest, timor gehennæ, qui aquam lachrymarum in tantũ eleuant, vt sint quasi inundantes super terram Psalm. 64. Visitasti, & inebriasti eam &c. Flumen Dei repletum est aquis. Secundo quia sicut dicit Albertus 3. Meteor. Signum concomitans terræmotũ est sonus, qui non quiescit aliquando, donec terra sit rupta, & tunc exit sonus cum vento magno. Sic in proposito. Nam signum conuersionis peccatoris à malis, est sonus ille de quo Psal. 37. Rugiebam à gemitu cordis mei. Vel etiam sonus conuersionis, de quo Psal. 9. Perijt memoria eorum, scilicet, peccatorum cum sonitu qui non cessat, donec terra scindatur. Aperiatur ergo & ventus superbiæ, & inflationis contra Deum expiret. Ecclesiast. 10. Quid superbis terra, & cinis? Tertiò quia sicut dicit ibidem Albertus. In terræmotu quandoque terra sic euertitur, quod illud, quod erat prius inferius, efficitur superius, & econtrario. Sic est in conuersione peccatoris. Nam caro, quæ prius dominabatur spiritui, efficitur inferior tanquam subdita spiritui, & econtrario. Vnde Matthæ. 28. Angelus domini descendit de cœlo, & ecce terræmotus, &cæt.

960 *Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.* — 21. q. 4. quãtus.

HIc consequenter ostendit aduersa temporalia vt sunt bella, persecutiones, pestilentiæ, fames, & huiusmodi, quæ dura dicuntur, quò ad carnem, licet sint causa salutis. Vnde & Iob dicebat. In duricia manus tuæ aduersaris mihi. Vbi ait Gregor. Manus enim domini dura creditur cum voluntati nostræ contrario hoc, quod ei in nobis displicet, feriendo persequitur, & flagella ingeminat, cum dolentis anima clemẽtiam expectat. Sicut medicus dum secat putridum membrum, persequentis manus duritia infirmitati adnectatur, sed concordat saluti. Istum intellectum ponit glo. d *Ostendisti populo tuo dura*, idest, temporales miserias, quæ per infirmitatẽ carnis graues sunt nobis. Sed quis sit effectus istarum miseriarum, ostendit cum subdit. *Potasti nos vino cõpunctionis:* quia scilicet, per miserias huius vitæ homo ad cognitionẽ Dei, & sui ducitur, & de suis peccatis compungitur. Vel vinum compunctionis dicitur tribulatio temporalis, qua purgatur patiens, vt vulnus vino vitis purgatur, quia ex tribulatione nascitur in nobis compunctio de peccatis. Et nota, quòd in scriptura multiplici vino potamur. Est enim potatio quædam criminalis, qua culpa intus gignitur. Quædam spiritualis, qua Christi sanguis sumitur. Quædam salutaris, qua crimen fletu tergitur. Primo est quoddã potare criminalis immunditiæ. Vnde in scriptura potare quandoque idem est, quod peccare. Vnde de peccatore homine dicitur. Abominabilis, & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatẽ. Quod ideo dicitur, quia sicut aqua sine labore, & difficultate potatur, sic & mali sine labore peccare videntur. Vnde prędicta verba exponens. Greg. ait. Hoc namque, quod comeditur, cũ mora glutitur. Hoc autem, quod bibitur tanto ad glutiendum moram non habet, quãtam nullam ad mandendum necessitatem habet. Culpa ergo quia à stulto homine sine nulla retardatione perpetratur quasi aqua iniquitatis bibitur. Qui enim illicita sine timore facit, quasi potum iniustitiæ sine obstaculo bibit. Sic enim diabolus peccatis oẽs potare conatur. Apocalip. 14. Vino fornicationis suæ potauit omnes gentes. Secundò est potare spirituale &c. quo scilicet Christus fideles suo sanguine potat dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus &c. Quod fuit maximæ charitatis signum, vt pro saluanda vita subditorum, proprium sanguinem eis ad potandum traderet. Vnde huius potationis necessitatem ipse ostendens Ioan. 6. d. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed ex istis verbis aliqui occasionem dubitationis sumpserunt, dicentes. Quamuis fide teneamus, quod ĩ hostia cõsecrata sit verus sanguis Christi, & corpus, non tamen bibimus Christi sanguinẽ sumendo consecratam hostiam, sed manducamus Christi corpus.

Marginalia: Iob 30. Gregor. 20. mor. c. 26. — Bibere. Potare. Iob 15. — Gregor. 12. mor. c. 17. — Sanguis. Christi. Matth. 26. — Quæstio. Nota quæstionẽ, siue dubiũ, quare communicantibus non datur calix sanguinis Christi, sicut & hostia.

Sicut sumendo consecratum calicem, bibimus sanguinem, sed non manducamus corpus. Cum ergo soli sacerdotes, vt communiter bibant Christi sanguinem, ac laici de manu Papæ communicantes, quomodo ergo alij vitam spiritualem habent, qui Christi sanguinem non bibunt, cum Christus de vtroque copulatiuè dicat, Nisi manducaueritis, & biberitis &c. Respondeo, quòd duplex est mãducatio corporis, vel potatio sanguinis Christi. Prima sacramẽtalis, quæ stat in sumptione consecratæ hostię, vel potatione consecrati calicis. Secunda est spiritualis, quæ est in Christo manere per fidem. Prima sine secunda non proficit, sed nocet, dicente Apostolo. Qui manducat, & bibit indignè &c. Sed secunda bene valet sine prima. Et de secunda Christus intellexit, dicens. Nisi manducaueritis, & biberitis, &cæt. Et hoc statim Christus declarat postea. d. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Quòd exponens August. in homil. dicit. Hic ostendit Christus, quid sit manducare eius carnem, & sanguinem bibere, dicẽs. Qui manducat &c. In me manet &c. Hoc est ergo illam manducare escam, & illum bibere potũ, in Christo manere per fidem & ipsum in se habere manentem &c. Sic ergo primo probet seipsum homo. Et sic de pane illo edat, & de calice bibat &c. Tertio est potare salutaris pœnitentiæ &c. quam secundum peccati mensuram potare debemus. Vnde Ezech. 4. Aquam in mensura bibes. Quod ideo dicit, quia non oportet plus debito nec minus aquam pœnitentiæ potare, Quod ostendens Gualfredus super illo verbo Genes. 28. Egressus Iacob de Bersabee, pergebat Aram, dicit. Accedendum est nobis ad puteum pœnitentiæ, & ex eo vsque ad facietatem potandum. Intrauerat enim ad istum puteum, & satis potauerat, qui dicebat. Ad meipsum anima mea turbata est. Intrat autem, sed non gustat ille, qui conscientiam propriam discutere incipit, sed resilit continuo, & quasi nec dum potatus egreditur, vt in curis exterioribus occupetur. Bibit sed non satis, qui mediocriter dolet, & deflet quod vberius oportet. Bibit & satis, qui iuxta modum sui reatus modum compunctionis ostendit. Bibit & vltra quam satis, qui desperatus & absynthio inebriatus, pœnitentiæ modum excedit &c. Vnde quod istud bibere debeat esse moderatum dicitur. Aequa vita hominibus, vinum in sobrietate potatum, si bibas il lud moderate, eris sobrius. Et isto vino suos electos dominus potat, dum compunctionem de peccatis per aduersa eis immittit, vt sibi dicant. *Ostendisti populo tuo dura*, scilicet, aduersa immittendo. Et sic per consequens. *Potasti nos vino compunctionis*, idest, contritionis de peccatis commissis.

1. Cor. 11. — Pœnitentia. — 1. Cor. 11. — Eccle. 31.

Dedisti metuẽtibus te significationem: vt fugiant à facie arcus.

961 — 23. q. 4. quadam Pœna.

HIc ostendit aduersa interiora, vt est timor. Vbi notandum, quòd præsentes mundi aduersitates, quibus Deus omnes percutit, scilicet, tam bonos, quam malos, nobis significant pœnam æternam, qua in iudicio malos damnabit, quia si suos electos hic pœnis castigat, vt emendentur, quanta putas puniet pœna reprobos, qui in suo odio vitam terminabunt? Vnde sicut mors corporalis cõmunis bonis, & malis est quædam significatio mortis æternæ damnatorum, sic & præsens aduersitas est significatio aduersitatis æternæ damnatorũ. Quia secundum glossam. Si hic tam aspere nos Deus punit, quid in futuro faciet? Sic enim Iob flagellatus sine peccato, significabat qualiter flagellandi essent in peccato morientes. Quod ipse dicebat. Confregit me, posuit me sibi quasi in signum. Et hoc hic notans Psal. ait. *Dedisti metuentibus significationem*, idest, immisisti pœnas metuentibus te. Et ad quid valet talis significatio, scilicet, *vt fugiant à facie arcus*, idest, vt fugiant à pœna æterna in futuro iudicio, contra malos iaculanda. Vbi notãdum, quòd futurum iudicium non incongrue per arcum figuratur. Vt ostendit Gregor. istum passum exponens, vbi dicit. Per arcum dies iudicij figuratur. Vnde per psalmistam dicitur. *Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis, Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus*, in arcu enim quanto longè

Arcus. Iudiciũ vltimum. — Gregor. 19. mor. c. 28. — Psal. 59.

to longè trahitur corda, tanto de eo districtior exit sagitta. Sic nimirum extremi iudicij dies, quanto longè differtur vt veniat, tanto cum venerit, districtio de illo sententia procedit. Ideirco autem nunc diuersis cladibus percutimur, vt his correcti, parationes tunc inueniri valeamus. Vnde illic præmissum est *Ostendisti populo tuo dura flagella* videlicet sæculi, quæ secutu non grauius iudicij diem præcurrunt, *Potasti nos vino compunctionis*, vt terrena gaudia in lachrymis verterentur. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus*. Ac si apertè diceret. Hoc tempus misericordiæ est, illud tẽpus iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella significas, quomodo tunc percussurus es, quando non parcens iudicas, qui sic districtè modo percutis, quãdo parcis, hæc Gregor. Vel aliter secundum gl. Significatio accipitur vexillum crucis, quod pro signo nobis datur vt sequamur Christi passiones, per quod euademus faciem arcus, quia si socij passionum sumus, simul & resurrectionis erimus. Et est sensus. *Dedisti metuentibus te significationem* idest, vexillum crucis ad imitandum, vt per hoc *fugiant à facie arcus*, idest, euadant æternum iudicium.

962 *Vt liberentur dilecti tui, saluum me fac dextera tua, & exaudi me.*

POstquam psalmista narrauit aduersitates immissas, hic cõsequenter narrat prosperitates promissas. Et diuiditur in tres partes. Quia ponitur primo electorum consolatio. Secundo diuinæ uirtutis recognitio, ibi. *Quis deducet*. Tertio reproborum finalis damnatio: ibi. *In Deo faciemus*. Prima pars diuiditur in quinque. Quia ponitur primo Ecclesiæ generalis deprecatio. Secundò gentium ad fidem conuersio: ibi. *Deus locutus*. Tertio gentium conuersarum applicatio: ibi. *Meus est*. Quarto tribulationum consolatio, ibi. *Iuda rex meus*. Quinto Euangelij Christi per orbem prædicatio, ibi. *In Idumaeam*. Quantum ad primum sciendũ quod aduersa à Deo nobis immissa, non oẽs corrigunt, immo aliquos magis indurant, vnde aliquibus fiunt ad correctionem, aliquibus autem ad damnationis initium. Vnde Gregor. dicit. Solus quippe præsens aduersitas à supplicio liberat, quos immutat. Nam quos præsentia mala non corrigũt, ad sequentia supplicia perducunt. Si autem nequaquam præsens pœna quosdam ab æterno supplicio defenderet, Paulus non dixisset, Cum iudicamur, à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Sæpe ergo mens iusti vt magis secura sit, altius trepidat, & cum flagellis cingitur, superni iudicij incertitudine turbatur. Pauet ne initium sequentis damnationis sit omne, quod patitur, &c. Ad propositum ergo Psalmista in persona Ecclesiæ, vel cuiuslibet iusti, hic Deo supplicat, vt flagella, quæ hic patimur, ad salutem nobis proueniant, non ad damnationem, dicens. *Vt liberentur dilecti tui*. Quasi dicat. Vt per flagella, & aduersitates uitæ præsentis, dilecti tui liberentur ab æternis. Rogo vt sim de illorum numero. Ideo subdit. *Saluum me fac dextera tua*, idest, filio tuo, qui patris dextera nuncupatur. *Et exaudi me*, idest exaudies me. Quia secundum quod dicit glossa. Iustus salutem petens æternam, semper exauditur à Deo: de terrenis autem non semper exauditur ad uotum, sed ad utilitatem. Quod autem Christus per dexteram significetur, vide supra uersiculo septingentesimodecimo tertio. Et sic Psalmista dicendo, *Saluum me fac dextera tua*. Christi incarnationem pro salute electorum petebat.

Greg. 9. moral. c. 33.

1. Cor. 11.

963 *Deus locutus est in sancto suo, lętabor, & partibor Sychimam, & conuallem tabernaculorum metibor.*

24. q. 4. dixit dominus.

OStenditur hic per Christum, gentium cõuersio. Vbi nota, q. per ly sanctũ, absolute intelligitur Christus per eminentiam, qui omnes alios sanctificat. Sic enim Mariæ dixit angelus, Quod enim nascetur ex te sanctum uocabitur filius Dei. Et Leuitico vigesimo primo. Ego sanctus sum, qui sanctifico uos. In isto ergo sancto locutus est Deus quia in ipso & per ipsum nobis salutem dare promisit, propter quod Angelus ait. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum, &c.

Luc. 1.

Luc. 1.

Aduersitas.

Et quia quod Deus promittit, & loquitur certum est esse futurum, idcirco de tali promissione certificatus psalmista dicit. *Lætabor*, idest faciam, quod mihi ad lætitiam cedat. Et sunt verba Ecclesiæ dicentis. *Lætabor*. Et, si quæras, quid ages, & in quo lætaberis? Respondet, quòd in conversione gentium ad fidem, quam prædicando virtute Christi perficiam. Et hoc est, quod subdit. *Et partibor Sychimam, & convallem tabernaculorum metabor*. Vbi notandum, quòd hic per Sychimam intelligitur populus gentilis, & idololatra. Ratio est, quia secundum historiam Sychima est locus, F in quo Iacob rediens à Laban, fecit tabernacula propter oues, & arméta, quæ secum habebat. Vbi etiam Rachel abscódit idola, quæ habebat de Syria. Et erat locus ille in partibus Syriæ, vbi gentiles habitabant, vt habetur Genes. trigesimo primo. Et ideo quia locus ille erat gentilium, & quia idola ibi absconsa fuerāt, per Sychimam intelligit gentes idololatras. d. *Et partibor Sychimam*, idest gentilem populum dividam, quia non omnes conversi sunt ad fidem, sed aliqui sic, & quidam non, & sic fuerunt divisi. Ista est illa divisio, quam Christus venit facere. d. Matth. decimo. Non enim veni pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filium aduersus matrem &cæt. Vel aliter Sychima interpretatur humerus, quo scilicet portantur onera. Ecclesia autem onera partitur, & dividit, quia aliquos peccata grauant, alij autem per Ecclesiam conversi bene Christi iugum ferunt. Et secundū hoc per Sychimam accipiuntur generaliter onera bona, & mala, idest, Christi, & diaboli. Vel aliter vt per Sychimam intelligantur solum boni humeri, idest, H onus Christi, quod pro viribus Ecclesia distribuit singulis, secundum quod diversos gradus ipsa Ecclesia continet. Vnde aliud est onus prædicātium, aliud actiuorum, aliud contemplatiuorum, aliud virginum, aliud continentium, aliud coniugatorum, &cæt. quia licet divisiones gratiarum sint, idem autem est Dominus. Sequitur. *Et convallem tabernaculorum metibor*. Vbi nota, quòd Iacob in eodem loco scilicet in Sychi-

Matth. 10.

1. Cor. 12.

E ma fecit tabernacula, in quib. suas oues collocauit & armenta. Qui autem dicuntur oues Iacob, nisi Iudæi ab ipso Iacob geniti? Et ideo per convallem tabernaculorum intelligit Iudæos, quos etiam divisit, quia aliquos ad fidem convertit, & aliquos in infidelitate reliquit. Est ergo sensus. *Et convallem tabernaculorum metibor*, idest, de Iudæis non paucos habebo.

Meus est Galaad: & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei, 964

Hic ponitur conversorum applicatio. Vbi notādum, quòd Deus suos fideles ad fidem cōuersos, ad diversa applicat officia. Quoniam ex illis aliquos suæ fidei efficit testes, aliquos confessores, quosdam verò prædicatores. Quæ omnia in isto versiculo notantur. Primò ergo aliquos efficit fidei testes, & isti sunt martyres, qui sanguine proprio veritatem fidei attestantur, de quibus dicit Apostolus. Sancti ludibria, & verbera experti sunt, &c. Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt. Et G hi omnes testimonio fidei probati inuēti sunt. Et istos significat, dicens. *Meus est Galaad*. Nam vt habetur Genes. 31. Galaad est mons, vbi Laban cōprehendit Iacob fugientem. Vbi post rixas, & iurgia pacificati fuerunt, & fœdus amicitiæ insimul inierunt. Collectisque lapidibus, fecerunt cumulum, & comederunt super illum, quem vocauit Laban cumulus testis. Et Iacob aceruus testimonij. Dixitque Laban. Cumulus iste testis erit inter me, & te, &cæt. Et sic Galaad idem est, quod aceruus testimonij. Et sic per Galaad intelliguntur martyres, in quibus est aceruus testimonij, dum inter omnia opprobria Christiani nominis Christum constanter confitentur. Est ergo sensus. *Meus est Galaad*, idest, meus est aceruus testimonij, idest mei sunt martyres veri, quia illos conuersos fidei efficio testes. Secundò ex conuersis aliquos efficit confessores, qui scilicet, obliti idolorum cultum, Christum verum Deum confitentur. Et hos notat. d. *Meus est Manasses*. Manasses enim fuit primogenitus Ioseph,

Galaad.
Martyres.
Hebr. 11.
Manasses.
Cōfessores.

Ioseph, qui hoc nomine ipsum vocauit, dicens. Obliuisci me fecit Deus laborum meorum, & domus patris mei. Ideo Manasses interpretatur oblitus, per quem conformes significantur, qui prioris confusionis, idest, cultus idolorum obliti Christi fidem honorificè cõfitentur, & sine confusione dicẽtes cum Apostolo. Non enim erubesco Euangelium. Tertiò ex conuersis, aliquos efficit prædicatores, & doctores, qui lumen fidei spargentes per orbem de fide, & credendis cæteros illuminant, & sic per illos fideles multiplicantur & crescunt, quibus dicebat Christus. Vos estis lux mundi. Et istos per Ephraim notat. d. *Meus est Ephraim fortitudo capitis mei.* Nam Ephraim fuit alter filius Ioseph quem sic vocauit, dicens. Crescere me fecit Deus. Vnde Ephraim interpretatur crescens, siue augmentum. Et sic significat prædicatores, per quos augmentantur, & crescunt fideles, qui quanto amplius multiplicantur, & crescunt, tanto Christi fides amplius fortificat. Ideo ipsi prædicatores dicuntur fortitudo capitis ecclesiæ, idest, Christi, & fidei ipsius. Sic enim in persona cuiuslibet prædicatoris dicitur. Repletus sum fortitudine spiritus domini.

Rom. 1. *Ephraim.* *Prædicatores.* *Matth. 5.* *Michea 3.*

965 *Iuda rex meus, Moab olla spei meæ.*

13. q. non frustra.

HIc ponitur tribulationum consolatio. Vbi notandum, quòd iusti in præsenti vita plus aduersis consolantur, quam prosperis. Et plus timent prospera quam aduersa. Vt ostendit Gregorius dicens. Quia inter diuina iudicia grauj incertitudinis suæ caligine humana mens premitur, ideo viri sancti cum sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt, pauida suspitione turbantur. Timent enim, ne hic fructus laborum suorum percipiant, timent, ne quod diuina iustitia, latens in eis vulnus aspiciat, & exterioribus eos muneribus cumulans, ab intimis repellat. Cum verò taciti cogitant, quod nec bona agant nisi vt soli Deo placeant, nec in ipsa affluentia se prosperitatis exaltant, minus quidem de prosperis occulta contra se iudicia metuunt. Sed tamen eadem prospera, A quia se ab intima intentione præpediũt, ægre ferunt, & præsentis vitæ blandimenta molestè tolerant, quia per hæc se vtcunq; tardari in interno desiderio non ignorant. Plus enim in hoc mundo honor, quam despectio occupat, & magis prosperitas sublimitatis, quam necessitas aduersitatis grauat. Per hanc namq; nonnunquam cum homo externis premitur, ad concupiscenda, quæ interius sunt liberior relaxatur. Per illam verò animus, dum multis parere cogitur, à desiderij sui cursu retinetur, vnde fit, vt sancti viri magis in hoc mun- B do prospera quam aduersa formident. Sciunt namque quia mens, quæ de blanda occupatione premitur, aliquando libens ad exteriora deriuatur. Sciũt quia sæpe sic hanc clandestina cogitatio decipit, vt quomodo permutetur ignoret. Pensant autem, quæ sint æterna bona, quæ cupiunt, & cognoscunt quam nihil sit omne, quod blande temporaliter arridet. Cunctaque huius mundi prospera, mens eorum eo ægrè tolerat, quo supernæ fœlicitatis est amore sauciata, tantoque magis in præsentis dulcedinis aspernatione erigitur, quanto C hanc conspicit, quia furtiuè sibi internæ gloriæ despectu blanditur, hæc ille. Ex quibus apparet, quòd iusti magis aduersitatibus consolantur, quam prosperis. Et hoc est, quod hic notat Psal. dicens. *Iuda rex meus* &c. Vbi notandum quòd hic per Iudam Christus intelligitur, qui de Iuda originem duxit vt patet Matth, primo. Moab verò quidam populus est, qui descendit à Moab, quem genuit maior filia Loth, abutens patre ebrio, per quem intelligitur omnis abutens lege. Sicut enim filia male abutens patre genuit Moabitas, sic qui male vtitur lege, D generat opera mala, sicut qui bene, bona. A male autem vtentibus lege Dei, scilicet, à malis hominibus oritur olla, idest, tribulatio ecclesiæ, quæ per ollam significatur. Hęc est olla feruens ab aquilone, idest, à diabolo, de qua Hierem. 1. Ollã succensam ego video, & facies eius à facie aquilonis. Vnde ab aquilone pandetur omne malum, idest, à diabolo. Ab illo ergo aquilone olla tribulationum ebullit in Ecclesia. Sed Christo rege duce, hæc olla tribulationum ardens, sit iu-

Prospera. *Aduersa.* *Gregor. 5. mor. c. 1.* *Nota bene totum.*

Olla significat tribulationem.

ftis fpes gloriæ futuræ, quia tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio autem fpem. Rom. quinto. Quia per fpem charitas diffunditur in cordibus, quæ ardorem tribulationis fuperat. Eft ergo fenfus verficuli ifte. *Iuda rex meus*, id eft, Chriftus, quo me tegente olla Moab, id eft, tribulatio à malis bonis illata eft fpei malæ, id eft, tribulatio me plenius fperare facit bona æterna, & non deficere. Et per hoc vult oftendere, quòd aduerfitas, & tribulatio iuftis eft caufa confolationis. fecundæ Corinthiorum primo. Benedictus Deus, qui confolatur nos in omni tribulatione noftra.

965 *In Idumaeam extendam calciamentum meum, mihi alienigenæ fubditi funt.*

HIc oftenditur euãgelij Chrifti per orbem prædicatio. Vbi notandum, quòd per calciamentum in fcriptura, multa intelliguntur. Primo per calciamentum fignificatur Chrifti incarnatio. Sic enim dicebat Ioannes Baptifta, de Chrifto. Poft me venit, qui ante me factus eft, cuius nõ fum dignus corrigiam calciamenti foluere. Vbi aduertendum, quòd per calciamentum, quod fit de pellibus mortuorum animalium, figuratur noftra natura mortalis, quam Chriftus affumpfit, cuius calciamenti corrigia fuit ipfa inexplicabilis vnio naturæ humanæ ad verbum, diffoluere vero corrigiam eft ipfam vnionem clarè manifeftare. Sed quia hæc vnio talis eft, ac tãta, quòd nullus mortalium eam plenè explicare poteft: ideo hoc Ioannes de fe fatetur, dicens, cuius non fum dignus &c. Id eft, non fufficio explicare vnionem naturæ humanæ ad verbum, per quam Deus factus eft homo, & homo Deus. Et illum intellectum habet Gregor. in homil. dicens. Quis enim nefciat, quia calciamenta de mortuis animalibus fiunt? Incarnatus ergo dominus quafi calciatus apparuit, qui in diuinitate fua morticina noftræ corruptionis affumpfit. Corrigia ergo calciamenti eft ligatura myfterij. Ioannes ergo foluere corrigiam calciamenti eius non valet, quia incarnationis myfterium, nec ipfe inueftigere fufficit. Ac fi patenter dicat. Quid mirum, fi ille mihi prælatus eft, quem poft me natum quidem confidero, fed natiuitatis eius myfterium non comprehendo? Secundo per calciamentum intelligitur defponfatio ecclefiæ facta per Chriftum. Vbi aduertendum, quòd in lege erat præceptum, quòd quando aliquis moriebatur fine liberis, frater defuncti vxorem relictam debebat ducere, vt ex ea fufcitaret femen fratri fuo. Si autem nollet eam in vxorẽ ducere: tunc alius propinquior defuncti eam ducere volens debebat illum primum difcalciare publicè in porta ciuitatis, in fignum illius conceffionis, & in opprobrium difcalciati, qui nolebat eam ducere, & poftea domus eius vocabatur domus difcalciati. Et fic ille, qui non erat dignus alium difcalciare, eo ipfo non erat dignus vxorem fibi debitam, in vxorem fumere. Ad propofitum vxor Chrifto debita erat fancta mater ecclefia, quam in fide fuæ paffionis fibi defponfaturus erat. Ofeæ fecundo. Defponfabo te mihi in fide. Mortuo ergo Moyfe fponfo fynagogæ, ipfa debebatur Chrifto, vt ex ea filios fpirituales generaret. Cùm ergo nullus mortalium effet dignus Chriftum difcalciare, fequitur, quòd nullus alius à Chrifto dignus erat ecclefiam in fponfam ducere. Et iftam expofitionem ponit etiam Gregorius homil. prædicta verba Ioannis exponens, dicit. Mos apud veteres fuit, vt, fi quis eam, quæ fibi competeret, vxorem accipere nollet, illi ei calciamenta folueret, qui ad hanc fponfus iure propinquitatis veniret. Rectè ergo Ioannes fe indignum ad foluendum corrigiam calciamenti eius iudicat. Ac fi apertè dicat, Ego redemptoris veftigia denudare non valeo, & ideo fponfi nomen immeritus mihi non vfurpo. Vel per calciamenta, quæ de pellibus mortuorum animalium fiunt, poteft intelligi mors, & paffio Chrifti. De iftis ergo calciamentis, fcilicet de myfterio incarnationis defpõfationis ecclefiæ, & Chrifti paffionis hic loquitur Pfal. d. *In Idumaam extendam calciamentum meum*, i. prædicabo incarnationem Chrifti, ecclefiæ defponfationem, & Chrifti paffionem, fcilicet, in omni terra, quod figni-

Calciamentum. Incarnatio. Ioan. 1. Gregor. Defponfatio ecclefiæ. Deut. 25.

significat Idumæa. Nam Idumæa interpretatur terrena. Et sic est sensus. *In Idumaam extendam* &c. i. vsq; ad terminos terræ, quod fuit adimpletum tempore Apostolorum. De quibus dicitur. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Quis autem fuerit fructus huius extensionis, siue prædicationis, ostendit subdens. *Mihi alienigenæ subditi sunt*, quia scilicet gentes, quæ alienæ erant à Deo per idololatriam, per talem prædicationem Christi fidem receperunt, & iugo fidei se submiserunt. Et hoc est quod dicitur Oseæ 1. Vocabo non plebē meam, plebem meam. Vnde & gētibus dicitur. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nūc autem misericordiam consecuti.

Psal. 18.

1. Petri 2.

967 **Quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet me vsque in Idumæam?**

HIc ponitur diuinæ virtutis recognitio. Vbi notandum, quod ecclesia militans integraliter ad cœlestē transire non potest, donec numerus electorum fuerit completus, quo completo, statim terminabitur mundus. Qui electorum numerus est iuxta numerū angelorum, non quidem qui ceciderunt, sed illorum, qui permanserunt, ut scilicet tot sint beati homines, quot angeli, & ecōtrario. Vnde ait Mag. lib. 2. dist. 9. Non enim iuxta numerum eorum angelorum, qui ceciderunt, sed qui permanserunt homines ad beatitudinem admittuntur. Vnde Greg. ait. Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat, ad quam credimus tot homines ascendere, quot illic contigit angelos remansisse. Sicut scriptum est. Statuit terminos populorū iuxta numerum angelorū Dei. Ad propositum ergo Psal. hoc præuidēs quærit, quis ecclesiam debet deducere & dilatare per orbem, vt compleatur electorū numerus, & per consequens quis ipsam deducet ad ciuitatem cœlestem. Nam per ciuitatem munitam, intelligit cœlestem Hierusalem, quæ omni bono fulcitur: sed per Idumæam terrenos, & gentiles conuertendos ad fidem Primo ergo de hoc format quæstionem. Secundo ponit solutionem, ibi. *Nonne*. Quærit ergo primo, *Quis deducet me in ciuitatem*, i. in cœlestem Hierusalem? Et quia oportet ꝙ primo de gentibus numerus compleatur, subdit. *Quis deducet me vsque in Idumæam*, idest, vsq; ad gentes terrenas, vel ad terminos terræ in quibus Christi fides suscipiatur? Et consequenter respondet, dicens.

Angelus homo beatus.
Numerus.
Gregor.
Deut. 32.

Nonne tu, Deus, qui repulisti nos, & non egredieris, Deus, in virtutibus nostris? 968

QVia enim duæ negationes faciunt vnam affirmationem, quia negatio præcedens negat quidquid sequitur. Ideo nonne est affirmatio, ut sit sensus. Quis deducet me &c. certe tu, Deus, qui repulisti nos, & tribulari finis, nos deduces ad prædicta. Sed qualiter deduces nos, subdit. *Et non egredieris in virtutibus nostris.* Vbi notandum, ꝙ aliter Deus deducit ecclesiam suam, & aliter deduxit synagogā. Quia synagogam contra hostes deduxit, aperte pugnando contra hostes, sicut apertè pugnauit contra Pharaonem, ipsum cū exercitu suo submergendo, contra Hierico muros ad vocem Iudæorum dissipādo, contra ciuitatē Hai, solem immobiliter per vnam diem stare faciendo. Et hæc Dei pugna erat exterior, & cunctis apparēs. Non sic autem deducit ecclesiam exterius visibiliter pugnando, sed intus mentes martyrum, & fidelium contra dæmones fortificando. Et ideo non egreditur extra in virtutibus nostris, vel exercitibus visibiliter pugnando, sed intus manet in corde. Et hoc est, quod dicit: Tu, Deus, deduces nos: sic tamen quod non egredieris in virtutibus nostris. Et hæc est intentio glossæ dicentis. *Et non egredieris in virtutibus nostris*, idest, non contra hostes apparebis, vt olim fecisti patribus, quia non ostendes potentiam tuam qualem fecisti in Moysen, in Iesu Naue, in Dauid, quibus gentes violenter cesserunt, & magna strage facta, terram promissam obtinuerunt, sed pro nobis intus operaberis, vt gētes non coactè, sed spontè cedant idolis, fide suscepta. Et sic melius deduces ecclesiam, quam feceris synagogam.

Egreditur Deus cōtra hostes.

Da-

969 *Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.*

Hic ut sic fiat orat psalm. scilicet vt ex tribulatione præsenti ecclesia fortificetur, vt prędictum est versi.865. quasi dicat. Non est curandum, si tu, Deus, non egrediaris in uirtutibus nostris, scilicet exterius saluando corpus, dummodo interius iuues, quia per tribulationes nobis subuenis, vnde putaris deserere, quasi dicat. Nõ curo de salute exterioris hominis, quia illa est uana, sed de salute interiori, quia illa est solida. Et hoc est, quod.d. *Quia uana salus hominis, scilicet exterioris*.

E

11.q.1. ad mensam.

In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Nihil dicitur peccatum.

Ponitur hic reproborum finalis dãnatio. Vbi notandum, quod in scriptura sacra per nihil intelligitur peccatum, quod nulla est entitas, quia omnis entitas per verbum est facta, peccatum autem non est factum per uerbum, & sic nihil pro peccato accipitur. Ioan.1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod exponens August. super Ioan. dicit. Sine ipso factum est nihil, idest, peccatum, quod non per uerbum factum est. peccatum enim nihil est & nihil fiunt homines cum peccant, quia peccatum à vero esse separat homines & ad malum trahit, & sic ad non esse deducit. Qui enim à summi boni participatione recedunt quod solum verè ac propriè est, meritò non esse dicũtur, Si ergo propter peccatum quis nihil dicitur esse, quia non habet uerum esse; Sequitur, quòd quantò quis pluribus & grauioribus peccatis constringitur, tantò proprius dicitur esse nihil, cuiusmodi est diabolus. Vnde diabolum post hanc uitam sub nihilo reperiunt auari. Iob 27. Diues, cum dormierit, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Et ad istũ nihilum tribulantes ecclesiam Deus deducet, ipsos cum diabolo damnãdo ęternaliter. Est ergo sensus, vt iusti à malis afflicti.d. *In Deo*, scilicet sperantes, *faciemus uirtutem*, idest opera virtuosa, & ipse ad nihilum, idest, ad diabolum *deducet tribulantes nos*, quia cum diabolo illos damnabit æternaliter.

August.

Nihil dicitur diabolus.

F G H

PSAL. LX.

Exaudi, Deus, deprecationẽ meam, intende orationi meæ. 971

Hymnus. Psalm. 40.

Hvivs titulus psalmi est. *In finem hymnus psal. Dauid.* Vbi notandum, ꝙ iste psal. habet eandem historiam pro fundamento, quam habet & psalm. quartus. Vnde patet iste titulus ex expositione tituli psalm. quarti, nisi quòd ibi ponitur canticum, & non hymnus. Hic autem ponitur hymnus, & non canticum. Secundum ergo, quòd secundum grammaticos, hymnus hymni masculini generis, est laus Dei cum cantu, vel cantus cõtinens laudes Dei. Si ergo fit laus, & non fit laus Dei, vel si fit laus Dei, & non cantetur, proprie non dicitur hymnus. Si autem fit laus Dei, & cantetur, propriè dicitur hymnus. Laus vero lamenti vel funeris cantata, non dicitur hymnus, sed canticum terrenum, vel carmen lamenti. Hodie tamen magis strictè capitur hymnus, scilicet pro laude Dei metricè scripta, cantata, vel dicta. Et sic in horis canonicis dicimus hymnos. Et horum hymnorum, qui in horis dicũtur quatuor fuerunt principales autores.s. Gregorius, Prudentius, Ambrosius, & Sedulius. Sed postea quidã nomine Hylarius videns istos multos composuisse hymnos, illos omnes in vnum collegit libellum, & per horas certas dicendos ordinauit. Vnde & multotiens ab illo Hylario etiam hymni facti dicuntur, quia ab ipso collecti fuerũt. Ex præmissis vero apparet tituli sensus, qui est iste. Psalmus iste dirigens nos in finem.i. in Christum, est hymnus, i. laus Dei cum cantu exhibita, Dauid, idest, ipsi Christo. De materia vero istius Psal. notandum, ꝙ Dauid fecit istum Psal. postquã euasit manus Saulis, ipsum in modũ coronę cingẽtis, vt habetur 1. Reg. 23. Propter quod Dauid inde ascendens, habitauit in locis tutissimis Engaddi, qui erant in confinibus regni Saulis. Vt habetur 1. Reg. 24. Vt si Saul ipsum persequeretur, cito posset exire de regno & potestate eius, propter quod & finaliter se transtulit ad terram Philistinorũ. Vt habetur

betur. 1. Reg 27. Et pro hac etiam liberatione fecit psalmum quartum. Sed sciendum, quòd licet psal. 4. & iste sint facti de eadem materia, tamen sic differunt, quia ille psal. 4. proprie fuit factus pro gratiarum actione liberationis de manu Saulis, ipsum in modum coronæ cingentis. Immediate enim post recessum Saulis fecit illum psal. 4. Istum uero psalm. 60. fecit Dauid postea quando iam elongatus erat in finibus regni Saulis. Quibus uisis, accedo ad expositionē literalem psal. Diuiditur ergo psal. iste in tres partes. Quia Dauid primo beneficia sibi exhibita recolit. Secundò alia sibi præstanda prophetice prædicit. ibi. *Inhabitabo*. Tertiò pro utrisque gratias agit, ibi. *Sic psalmum dicam*. Dic vt Nic. de Ly. Quantum verò ad sensum propheticum, sciendum, quòd iste psal. est vox ecclesiæ laborantis in hoc sæculo, quæ à finibus terræ clamat ad Deū. Quæ etsi laborat inter impedimenta sæculi Deum tamen laudare non desinit. Vnde totus iste psalm. intentionem mouet ad laudem Dei. Quantum ergo ad istum intellectum psal. Iste diuiditur in tres partes. Quia ponitur primò ecclesiæ afflictæ deprecatio. Secundò deprecationis exauditio, ibi. *Quoniā tu Deus*. Tertiò exauditionis gratiarū actio ibi. *Sic psalmum dicam*. Prima pars diuiditur in tres. Quia ponitur primo ecclesiæ deprecantis humilitas. Secundò illatæ anxietatis vtilitas, ibi. *A finibus terra*. Tertiò supernæ defensionis securitas, ibi. *Deduxisti me*. Quantum ergo ad primum ecclesia fidelium videns se ubique in pressuris multis positam, humiliter Deū exorando inuocat. d. *Exaudi, Deus, deprecationem meam*. Vbi notandum, quòd, vt dictum fuit superius uersicu. 62. Deprecatio differt ab oratione, quia deprecatio est assidua precatio, quæ non solum Deo sed etiam hominibus exhiberi potest, sicut & homines precari possumus, sed oratio est postulatio cum spe, & ideo sicut solum in Deum sperare possumus, sic solum Deum debemus orare. Et sic deprecatio fit tam Deo quam hominibus: oratio uero soli Deo debetur. Vel aliter ut ait glo. psalm. 6. Deprecatio est pro malis, tam temporalibus quam spiritualibus remouēdis, sed oratio pro bonis conferendis. Et sic quando petimus peccata nobis dimitti deprecamur, quādo uero postulamus gratiam, vel auxiliū nobis conferri, Deum oramus. Ad propositum ergo uidens ecclesia q̧ multa hic patitur mala, quia undiq; impugnatur à Diabolo, quæ sine Dei gratia supe rare non potest, duo petit à Deo scilicet amotionem malorum, & collationem adiutricis gratiæ. Et quantum ad primum deprecatur. d. *Exaudi, Deus, deprecationem meam*. Quantum vero ad secundum Deum orat. d. *Intende orationi meæ*. Notandum, quòd intendere habet duo significata. Et sic intendit Deus orationem nostram dupliciter. Vide supra versic. 876.

Psalm. 4.

Oratio. Deprecatio.

A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me. 972

Ostenditur hic illatæ anxietatis utilitas. Vbi notandum, quòd permittit Deus suos electos tentationibus diaboli & mundi aduersitatibus affligi, non ad ipsorum consumptionem, sed magis ad ipsorum utilitatem. Vt puta, quia nemo potest coronari, nisi uicerit, nemo potest uincere nisi certauerit, nemo autem certare potest, nisi inimicum habuerit, ergo de primo ad ultimum, ne mo coronari potest, nisi tentatus, & anxiatus fuerit. Et sic quanto plura aduersa patitur ecclesia, illa superando maiora præmia meretur. Vnde Gregorius ait. Peccatoris lumen in die, est obscuritas in uespere, quia in præsenti vita fœlicitate attollitur sed aduersitatis tenebris in fine deuoratur. Iusto autem meridianus fulgor ad vesperum surgit, quia quanta sibi claritas maneat, cum iam occumbere cœperit, agnoscit. Hic namq; scriptum est. Timenti Deum benè erit in extremis. Hinc per psalm. dicitur. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini, quia in huius quoq; vitæ certamine positus, cum consumptū se putauerit, ut Lucifer orietur, quia foris cadens intus innouatur. Et quo magis exterius aduersa tolerat, eo uerius virtutum lumine interius coruscat. Paulo attestante, qui ait. Sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen

Aduersitas. Iustus. Peccator.

Gregor. 10. mor. c. 21.

Psal. 126.

2. Cor. 4.

meu is, qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim, quod in præsenti est leue, & momentaneum tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pōdus operatur in nobis &c. Ex quib. patet quare Deus electos suos siue ecclesiam suam affligit, & tētari permittit. Et hæc à finibus terræ, Ecclesia namque incœpit in Hierusalem, ubi Christus prædicauit, sacramenta instituit, passus fuit, ascendit, & spiritum sanctum uisibiliter misit. *A finibus ergo terra*, idest, circunquaque per orbem terrarum passa est ecclesia, & continue in suis patitur membris. Vnde anima ad dominum clamans, orat, dicens. *A finibus terra ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum*. Et quòd non frustra clamauerit: ostendit subdens: *In petra exaltasti me*. Quid enim nomine petræ nisi Christus intelligit? quide se ipso ait. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et Apostolus. Petra autem erat Christus. Est ergo sensus. *In petra exaltasti me*, id est, in Christo, & per Christum omnium aduersitatum, & tentationum victoriā mihi dedisti, quia ad vtilitatē mihi cesserunt, non ad nocumētum, quia etsi cor meum in illis anxiatur, non tamen uincitur. Et nota, quòd Christus dicitur petra, in qua exaltantur iusti, quia in Christo fundatur ecclesia. Super hāc petram ædificabo ecclesiam meam. Per Christum nobis fluit salutis gratia: Numeri. 20. Loquimini ad petram, & ipsa vobis dabit aquas. In ipso conseruatur fidelis conscientia, Prouer. 30. Collocat in petra cubile suum. Cantic. 2. Veni, columba mea, in foraminibus petræ. Per ipsum corrigitur sensualis concupiscentia. psalm. 136. Beatus, qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. glo. idest paruas concupiscentias carnales, antequam robur accipiant, ad Christum petram allidendo occidit.

Petra Christus.
Matt. 16.
1. Cor. 10.
Matt. 16.

973 *Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.*

2. q. 7. testes.
Spes nostra Christus.

Hic ponitur supernæ protectionis securitas, vbi notandum, q. Christus dicitur spes nostra factus, non quidem essentialiter, cum spes sit quædam animæ uirtus, sed causatiuè, quia ab ipso spes nobis datur, sic etiam dicitur patientia nostra, perseuerātia nostra, quia scilicet ab illo habemus istarum uirtutū exempla, vel dicitur spes nostra, quia est obiectum spei nostræ, vt sit sensus, vt ecclesia Christo dicat, *Deduxisti me*, per te viam ad te ueritatem, & uitam. Et hoc, *quia factus es spes mea*, qui scilicet sperantes exaltas, Aliter enim non esses nobis dux, nisi spes esses nobis factus. Sed in hoc factus es spes nobis, quia speramus, quòd non perdet pater, propter quos filium tradidit. Et aduerte, quod secundum grammaticos differentia est inter abducere, & producere, & deducere. Quoniam abducitur in honestum, producitur ad studium, deducitur ad honorem. Et sic illos Deus deducit, quos uirtutum exemplis ad honorem trahit regni cœlestis. Et sic nota, q. Deus ecclesiā suā deduxit, deducit, & deducet. Deduxit in præteritum exemplis antiquorum patrum, velut stellis fulgentibus, noctem præsentis vitæ perlustrando. Vt ostendit Greg. 1. mor. cap. 10. d. Deduxit nos Deus per noctem uitæ præsentis, dū nostræ noctis tenebras sanctorum exēplis quasi stellarum radijs perlustrauit, vnde ad ostendendam innocentiam, venit Abel ad docendam actionis munditiam, venit Enoch ad insinuandam longanimitatem operis, & spei, venit Noe: ad manifestandam obedientiam, venit Abraham: ad demonstrandam coniugalis uitæ castimoniam, uenit Isaac: ad insinuandam laboris tolerantiam, uenit Iacob: ad rependendam pro malo bonæ retributionis, gratiā, venit Ioseph: ad ostendendam mansuetudinem, venit Moyses, ad informandam contra aduersa fiduciā venit Iosue, ad ostendendam inter flagella patientiam, venit Iob. Ecce quam fulgentes stellas in cęlo cernimus, vt inoffenso pede operis deducti, iter nostræ noctis ambulemus. Et ideo dicitur Deduxisti sicut oues populum tuum. Secundo nos deducit in præsenti, nos sua gratia ab insidijs diaboli protegendo. Et hoc est quod subdit. *Deduxisti me, quia factus es spes mea*. Sequitur. *Turris fortitudinis à facie inimici*. Est enim nobis Deus turris fortitudinis à facie diaboli, dum Christus suos defendit contra omnia scandala inimici rugientis, quia etsi te tentat, cogita quoniam & Christus

Deducere exēpla virtutum.
Psal. 76.

stus prius est tentatus, si te aduersis percutit, & Christus prius percussus fuit, si te infamat, & Christus prius fuit infamatus: si bona tua rapit, & Christus suis vestibus fuit spoliatus, et si usq; ad mortē persequeris, & Christus fuit crucifixus, & similia, quæ quis mente cogitando velut in quadam fortissima turre positus, inimici insidias liber euadit, quia suis exemplis tunc te Christus regit. Psalmo septuagesimonono. Qui regis Israel intēde, qui deducis uelut ouem Ioseph. Tertiò nos deducet in futurum, dum ad gloriam suos electos assumet. Psalmo 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et sic Christus est illa fortissima turris nostræ defensionis, de qua Prouerb. 18. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, & saluabitur.

974 *Quoniam tu, Deus, exaudisti orationē meam, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.*

Hic ponitur orationis exauditio. Et aduertendum quòd hic dicit orationem esse exauditam, & non dicit deprecationem, cum tamen in principio psalm. orauerit & etiam fuerit deprecatus. Quod ideo dicit, quia eum deprecatio sit pro malis amouendis: Deus autem à suis electis non omnia mala remouet uitæ præsentis, quinimo illa multotiens infert ad uirtutum custodiam, vel augmentum meritorum. Hinc est, quòd iustorum deprecatio, non semper exauditur ad uotum, licet ad utilitatem. Oratio autem pro bonis cōferendis semper exauditur, quia omnia, quæ Deus suis electis infert, vel permittit inferri, ad hoc tendunt, vt illis æternam conferat vitam. Et ideo dicit orationem suam exauditam, sed non deprecationē. Diuiditur autem ista pars in tres, quia ostendit primo, q iustis datur patris hæreditas. Secundò ostenditur hæreditatis dignitas: ibi. *Deus super*. Tertiò hæreditatis ostenditur æternitas, ibi. *Permanet in æternum.* Quantum ad primum sciendum, quòd hæreditas est multiplex scilicet hæreditas abominabilis & perniciosa, hæreditas mutabilis, & fluctuosa, hæreditas utilis, & gratiosa, hæreditas

Hæreditas.

desiderabilis, & gloriosa. Primò est hæreditas abominabilis &c. scilicet hæreditas malorum, qui supplicium hæreditabunt æternum. Vnde de impio dicitur. Deuorabit eum ignis, qui non succenditur, & affligetur. Sequitur. Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas à domino uerborum eius. Quæ exponens Gregorius, ait. Iniquus si in hac vita positus benè agere uoluisset, apud Deum hæreditatem regni cœlestis haberet. Sed quia prauis subdi desiderijs elegit, hæreditatem suam à Domino in tormentis inuenit, quia eiusdē domini participare gratiam non quæsiuit. Bene autem dicitur, hæreditas verborum eius à domino. Qui enim pro magnis malis in supplicium mergitur, fortasse credebatur quòd pro illis, quę male dixerat, minime iudicaretur, sed cum districta omnipotentis Dei iustitia suppliciū à reprobis pro peruersis actibus exigit, eis etiam mala usque ad uerborum retributionem reddit, vt qui de magnis mali debitores sunt, supplicijs traditi, etiā nouissimum quadrantem soluant. Nam quos magna premunt, etiam mala minima pariter in gehenna affligunt, &c. Hæc autem malorum hæreditas est detestabilis, quia contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator est horribilis. Ecclesiastico decimo. Cum morietur homo, scilicet peccator, hæreditabit bestias, serpentes & uermes. Et est odibilis: quia Iob capitulo uigesimo dicitur. Deuorabit eum ignis, & hæc est hæreditas impij a domino. Secundò est hæreditas mutabilis, scilicet, temporalium rerum, & hæc datur bonis & malis. Et ideo satis est paruipendenda. Et hęc hæreditas sępe obtinetur per violentiam, quia vt plurimum quidam aliorum temporalia rapiunt uiolenter. Iob 27. Hæc est hæreditas violentorum: quā ab omnipotente possidebunt. Sæpe obtinetur per malitiam. Prouerb. 20. hæreditas, ad quam festinatur in principio, in nouissimis benedictione carebit. Qd ideo dicitur, quia de male acquisitis nō gaudebit tertius hæres. Et hæc hæreditas quanto maior est, tanto sibi maiores acquirit inimicos, patet, quia quanto quis plura bona suo reliquit hæredi, tanto hæres magis optat illius mortem.

Iob 20.

Gregor. 15. mor. c. 16.

Eccl. 6.

Vnde

Seneca in epist. ad Lucillum 6. Vnde Seneca dicit. Quanta dementia est hæredis sui res procurare, vt hæredẽ ex amico faciat inimicum hæreditas magna? Hinc est, quòd plus tristantur de morte domini serui quàm filij hæredes vt idem dicit in libro declamationum, declamatione tertia. Vnde & idem Seneca in libro de Prouerb. dicit, quòd male agit secum, qui medicum facit hæredem quia scilicet ipsum de amico facit inimicum. Et ideo de ista hæreditate dicitur. *Hiere. 12.* Hæreditas mea facta est mihi quasi leo in silua. Tertiò est hæreditas utilis & gratiosa, scilicet scientiæ & uirtutis. *Virtus.* De qua Eccles. 37. Sapiens in populo hęreditabit honorem. Et benè dicit, hæreditabit, quia nihil in præsenti uita securius possideri potest, quam ipsæ virtutes quæ per uiolentiam auferri nõ possunt. *Boetius lib. 2. de consolatione.* Vnde Boetius. Quid ô mortales extra petitis? intra uos positam fœlicitatem habetis. Ostendã tibi cardinem fœlicitatis. Estne aliquid tibi teipso preciosius? nihil inquies. Ergo si tui compos fueris, teipsum possidebis, quem nunquam amittere velis, nec fortuna possit auferre. Modo homo est sui compos per virtutes. Quapropter vt narrat Seneca de tranquillitate animi ante finem, naufragio, inquit Zeno, cum audiret omnia sua submersa, dixit. Hoc iubet me philosophari. Et Polycrates dicit, illum respondisse petẽti, cum omnia perdidisset ex uastatione inimicorum, & totum incendio fuisset consumptum, sic, Nihil perdidi, omnia mea mecum sunt. Ex quibus planę patet, quòd uirtutes, quæ in nobis sunt, violenter auferri nõ possunt, & ideo ipsorum hæreditas est utilis & gratiosa. Esaiæ 54. Hæc est hæreditas seruorum Dei, iustitia eorum. Quartò est hęreditas desiderabilis, & gloriosa. scilicet, hæreditas gloriæ quæ verè delectabilis est, quia possidetur cum fiducia, ad Hebr. 9. Repromissionem accipiant, qui uocati sunt æternæ hæreditatis, ꝙ autem est æternum, cum fiducia possidetur, possidetur cum bonorum abundantia, Leuitico vigesimo. Possidete terram, quam dabo uobis in hæreditatem, manantem lacte, & melle. Possidetur cum lætitia. ad Ephe. 1. Sciatis, quæ sunt diuitię hæreditatis eius in sanctis. Et hæc est illa hæreditas gloriæ, quam Deus suis conferet electis post hanc vitam, psal. 126. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini &c. & de ista nunc loquitur Psalmista dicẽs. *Quoniam tu, Deus meus, exaudisti orationem meam, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.* Et aduerte, quòd dicit *dedisti*, in præteritum, ponens præteritum pro futuro pro nimia certitudine. Et est sensus. *Dedisti*, ne dicã dabis adeò enim certus sum, quasi esset iam. Vel dedisti in spe. Ex eo enim quod dedit nobis potestatem filios Dei fieri, dedit nobis potestatem hæreditatis suæ. Et hoc est quod dicit Apostolus. Rom. 8. Sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ Christi. Sed ibi quæstionem mouet gloss. dicens, quòd cum hæres quis solum dicatur, cum iam hæreditas morte decessoris teneatur, nec alio modo possit intelligi hæreditas firma, secundum leges humanas, quomodo ergo nos hæredes Dei possumus dici, cum ipse Deus non moriatur? *Quæstio.* Respondet, nos hæredes Dei dicimur, etsi non Deus decedat, quia hæreditatem æternam nos filij speramus, quam in futuro possidebimus: non per patris mortem, qui mori non potest, quia ipse est hæreditas nostra, Vel potest dici, quod decedet secundum modum cognitionis, quo cognoscitur à nobis. Nunc enim ex parte cognoscimus, & per speculum videmus, decedet ergo, vt tunc non uideatur per speculum in ænigmate sicut nunc, sed facie ad faciẽ. Potest etiam dici, quòd Christus, qui est Deus, mortuus est. in cuius morte testamentum hæreditatis nostræ fuit confirmatum. Et hoc est quod de Christo dicitur, ꝙ noui testamenti mediator est, vt, morte intercedente, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. *Hebr. 9.*

Dies super dies Regis adijcies, annos eius vsque in diem generationis, & generationis. 975

Ostenditur hic eiusdem hæreditatis dignitas, quia scilicet filij eandem hæreditatem habebunt cum patre, & milites cum Rege, ac serui cum domino, quia scilicet erimus hæredes quidem

dem Dei:cohæredes autem Christi, Dũ itaque dicit, quæ sit hæreditas regis,scilicet Christi, significat etiam quæ sit militis,quasi dicat. *Dedisti nobis hæreditatem*,sed quam?quam scilicet habet Christus rex. Et ipse quam hæreditatem habet? habet scilicet æternam, quia scilicet tu adijcies dies Regis super dies, id est,dies æternos super temporales. Per hoc enim significat æternitatem Christi,qui est Rex noster,Christo itaque Regi, dedit pater dies sine fine, super istos dies quibus in præsenti regnat ecclesia, vt nõ solum in istis diebus regnet Christus in ecclesia, sed etiam cum illo sancti regnent in æternum. Et hoc alijs verbis exprimit,dicens *Annos eius usque in diem generationis, & generationis*. quasi dicat. Hi dies, & hi anni usque in diem generationis huius præsentis, & generationis futuræ,scilicet sunt vnus dies,qui vnus dies continet,& transcendit sæcula præsentis & futuræ generationis. Et hic dies est æternitas. De quo die dicitur. Melior est dies una in atrijs tuis super millia.

Hæreditas Dei.

Dies æternus.

Psal.83.

976 *Permanet in æternũ in conspectu Dei, misericordiam, & ueritatem eius quis requiret?*

HIc declaratur huius hœreditatis ęternitas,dicens, quòd illa hęreditas. *Permanet in æternum*. Vbi notandũ,quòd de essentia formalis beatitudinis sunt tria,scilicet clara visio,vera fruitio,& firma siue ęterna tentio, vt notaui supra uersiculo 491.Quomodo enim esset quis uerè beatus, si de ęternitate suę beatitudinis certus non esset? semper enim timet cadere,& cum timor talis sit pœna, beatus in pœna semper staret,quod implicat contradictionem. Et de ista ęternitate certificantur,uidendo diuinam essentiam in qua relucet. Et hoc est, quod subdit. *In conspectu Dei*. quasi dicat. Illa hęreditas permanet in ęternum,& de hoc sunt certi, quia sunt in conspectu Dei. Et quia illa hęreditas omnibus abundat,ideo subdit. *Misericordiam & ueritatem eius quis requiret*? quasi dicat:Nullus. In ęterna enim hęreditate nulla potest esse miseria, ergo ibi non est opus misericordię, quia ibi nullus erit miser. Ibi omnes clare uidebunt Deum,qui est ipsa veritas per essentiam,ergo ibi nullus potest errare. Veritas autem cum requiratur, vbi non cognoscitur, & ibi omnes cognoscent claré ueritatem, sequitur quòd ibi nullus veritatem requirit,quia nemo requirit,quod habet,& scit se illud habere. Exponitur ergo ista pars negatiue, scilicet in patria misericordiam, & ueritatem eius quis requiret? q.d. nullus, quia ibi nulla miseria,ibi omnis veritas.

Misericordia.

Veritas.

Sic Psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, vt reddam uota mea de die in diem. 977

12.q.1. finnus.

HIc est vltima pars, vbi ponitur gratiarum actio. Vbi notandum, quòd beati continue cum spiritibus angelicis in diuinis laudibus immorantur, in Deũ referentes omnia sua bona opera,& ex hoc ipsum laudantes. Vnde de ciuitate superna dicitur Esai.51. Gaudium,& lętitia inuenietur in ea, gratiarum actio,& uox laudis. Et hoc est,quod hic dicit psalmista in persona cuiuslibet beati. *Sic*, Scilicet in hæreditate æterna positus, *Psalmum dicam nomini tuo*. Psalmus enim vt frequenter dictum est, significat bonam operationem. Et sic psalmum dicere domino, est omnẽ bonam operationem Deo attribuere & non sibi. Sic psalmum Deo dicebat Iacobus Apostolus. Oẽ datũ optimum, & omne donum perfectum de sursum est, &cæt. *In sæculum sæculi*, idest, in perpetuum. Vide supra versiculo nonagesimoquinto. Sequitur. *Vt reddam vota mea de die in diem*. Vbi notandum est, quòd voluntas nostra quandiu carni manet in præsenti alligata totaliter in Deũ ferri non potest, quia pondere carnis grauatur. Vnde præceptum dilectionis Dei, quo est diligendus toto corde &c.in præsenti ad plenum perfici non potest, perficietur autem in futuro,vbi anima à pondere carnis libera erit. vt dicit beatus August.in libro de perfectione iustitiæ. Et sic in pręsenti vota nostra,idest, actus voluntatis nostræ plenè Deo reddere non valeamus, sed in patria ipsos actus plenè in Deum referemus, ipsum amando toto corde,&c. Et hoc est, quod ait. Vt

Iacob.1.

Vt reddam uota mea, idest, actus uoluntatis meæ totaliter tibi. Et hoc *de die in diem*, idest, absolutus a die uitæ præsentis, ac deductus in diem fœlicitatis æternæ. De quo psalmo octuagesimotertio. Melior est dies una in atrijs tuis super millia. Et hic notat gloss. quòd in figuram huius laudis diuinæ, quæ erit post hanc vitam post omnia in ecclesiasticis officijs dicitur, Benedicamus domino: quia de omnibus bonis, quæ in præsenti facimus, Deum perenniter in futuro laudabimus. A pueris autem dicitur: quia tunc angelicæ puritatis consortes erimus. Nullus enim in regnum cœlorum intrabit, nisi paruulus.

PSAL. LXI.

978 13.9.8.vltimo.

N*Onne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.*

HVIVS titulus psalmi est. *In finem pro Idithum Psalmus Dauid*. Vbi pro literali intelligentia notandum, quòd Dauid constituit multos cantores ad canendum Deo laudes in tabernaculo ante arcam fœderis. Quibus tres præpositos instituit, qui oĩbus alijs cantoribus præessent, sic quòd quilibet illorum trium certam partem cantorum sub se habebant. Et laudes domini per uices decantabant, sicut modo hebdomadarij per vices suas officium faciunt in choro. Et isti tres præpositi fuerunt, Aspha, Heman, & Idithum. Vide supra versiculo trecentesimo trigesimoseptimo. Et sic Idithum est nomen proprium. Et sic sensus literalis tituli est, quòd iste psalmus dirigens nos in finem, fuit factus à Dauid decantandus à Leuitis, qui erant sub Idithum. De materia autem psalm. quòd Dauid fecit istum psalmum, quando persecutus à Saul fugerat in terram Moab, sed admonitus à Gad propheta, fuit reuersus in terram Iuda. vt habetur primo Regum vigesimosecundo. De quo etiam tedium fecit psalmum decimum, sed illum fecit redeundo de terra Moab ad terram Iuda. Istum autem fecit postquam per aliquod tempus in terra Iuda remanserat. Et quia in Iudæa sub diuina cõfidentia manebat, ideo istum psalmum à diuina confidentia, in qua subiectus manebat, incœpit dicens. *Nonne Deo subiecta erit anima mea*. &c. Sic ergo literaliter psalmus iste diuiditur in duas partes. Quia primo ponitur ipsius Dauid in Deo confidentia. Secundò aduersariorum eius exprimitur malitia, ibi. *Quousque irruitis*, &c. Dic vt Nicolaus de Lyra. Quantum ad sensum propheticum notandum, quòd ex titulo declaratur materia psalm. cum dicitur. *In finem Psalmi Dauid pro Idithum.* Idithum enim nomen proprium fuit cuiusdam cantoris. Et secundum Catholicon Idithum interpretatur transiliens eos, vel saliens, quia quosdam humo inhærentes, & ea, q̃ sunt in humo cogitantes, & in rebus transitorijs spem ponentes, transiliuit iste Idithum, qui vocatur transiliens & acuitur in fine. De tali ergo transiliente agit Psalm. iste qui à terrenis ad cœlestia mente transire docet. Mouens pigros illuc sequi, & laudans locum quo transiliendo peruenit. Ostendit enim, quòd transiliens ista terrena, Deo subditus esse debet. Est ergo sensus tituli iste: psalm. iste factus à Dauid, est pro Idithum, idest, agit de transiliente de mundo in finem, idest in Christũ. Vnde tota intentio psalmistæ est, vt spretis terrenis, amemus æterna. Quantum ergo ad istum intellectum psalmus iste diuiditur in tres partes. Quia transiliens talis quilibet tria debet facere, scilicet primo pro fundamento habere humilitatem. Secundò, Dei debet cognoscere pietatem, ibi. *Quia ipse Deus meus*. Tertiò spernere debet mundi uanitatẽ, ibi. *Verumtamen uani*. Prima in duas, quia primo ponit suam humilitatem. Secundò Iudæorum iniquitatem, ibi. *Quousque*. Prima in duas, quia primo ponit suam humilitatem. Secundo humilitatis causam & rationem, ibi. *Nam & ipse*. Quantum ad primum sciendum, quòd in isto psalmo loquitur ecclesia in persona cuiuslibet iusti, uel suorum mẽbrorum. Et quia fundamentum cuiuslibet uirtutis, & iustitiæ est humilitas, ideo ab humilitate incipit, dicens. *Nonne Deo subiecta erit anima mea?* Nam ut dicit

Idithum. Subijci Deo.

Greg.li.23. mor.c.13. dicit Gregorius. Humilitas est omnium virtutum mater, & magistra. Deo autem quilibet homo rectè subijci debet, & hoc multiplici ratione. Quoniã ad hoc nos inducit. Primò dispositio generalis circa vniuersum, in quo videmus inferiora subijci superioribus, quia quanto aliqua sunt puriora, & digniora, tanto in mundo sunt superiora, ut patet de igne, qui est supra aerem, aer supra aquam, aqua supra terram. Et ideo quia terra indignior est omnibus elementis, cæteris omnibus subijcitur. Cum Deus dignior sit omnibus, omnia Deo subijci debēt. Et hanc rationem notabat apostolus dicens. *Rom.13.* Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Quid autem hic dicitur anima, nisi ipse homo, quem vocat animam, vt ostendat, quòd non solum corpore Deo quis debet subijci, sed principalius anima, & uoluntate. Secundò ad hoc nos inducit obligatio naturalis hominis ad Deum. Naturaliter enim, qui sibi inferioribus vult præesse, & dominari, & ipse suis superioribus subijci, & obedire debet. Qua enim fronte quis superior ab inferioribus obedientiam exiget, si ipse suo superiori subesse contemnit? Cum ergo homo suis inferioribus velit præesse, ut puta iumentis, auibus, & cunctis animantibus terræ, dignum est vt se subijciat suo superiori. Vnde homini dicitur. *Psal.38.* Subditus esto domino, & ora eum, quasi dicat. Si Deo non te per humilitatem subijcis, nec alia tibi erunt subiecta. In cuius signum ante peccatum, animalia venenosa homini nocere non potuissent, neque aliqua alia creatura, sed omnia inferiora ditioni hominis subiecta fuissent, similiter & caro non repugnasset animæ, sed statim ut homo per superbiam diuinis mandatis subijci noluit, omnia homini repugnare cœperunt, & caro spiritui. Idcirco nobis consulitur Eccles.51. Collum vestrum subijcite iugo eius. Tertio retributio salutaris, quia subiectos exaltat in cęlestibus, Vnde & ille Antiochus recognoscens flagellatus à Deo, *2.Matth.9.* Deus subiectos exaltat, & flagellat rebelles, ait. Iustum est hominem subditum esse Deo, &c. Quæ omnia considerans psalmista dicit. Nonne, idest, immo subiecta erit Deo anima mea. Et sub

dit motiuum. *Ab ipso enim salutare meũ,* scilicet ab ipso Deo patre procedit filius, qui est auctor salutis meæ. Et per hoc vult ostendere quòd quicunque voluntarie subijciatur Deo, ab hostibus manet securus. Propter quòd hic ait Augustin. Nonne Deo subiecta erit anima mea: quasi quilibet transiliens iustus hoc dicat hostibus suis spiritualibus vel corporalibus, &c.

Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius. 979

Hic suæ humilitatis ostendit causam. Vbi sciendum, quòd ista pronomina, meus, tuus, & similia, notant quandam relationem habentis ad habitum, vel habiti ad habentem. *Meus. Relatio.* Vnde quandoque notant maioritatem, & excellentiam subiecti supra prædicatum vt, cum dicitur, Dominus meus, quandoque econtrario, ut cum dicitur, seruus meus. Et hæc differentia denotatur in subiecto importante excellentiam, & perfectionem, vt Dominus meus, pater meus, magister meus, vel in subiecto importante aliqualiter minoritatem & defectum, vt seruus meus, filius meus. Vnde talis relatio dicitur indifferens, videlicet ratione subiecti importantis maioritatem aliquam, vel minoritatem secundum nostrum modum intelligendi, vt puta dicendo alicui. Ego sum vester, uel uos estis meus, talis relatio est indifferens, quia potest esse sensus. Ego sum vester, scilicet Dominus, vel seruus, vel vos estis meus, scilicet Dominus, vel seruus. Sed quando ponitur subiectum importans excellentiam facit relationem excellentiæ, vt Dominus meus, vel Deus meus, econtrario relatione importante subiectionem. *Deus.* Cum ergo hoc nomen Deus sit nomen summæ excellentiæ, quandocũq; sibi additur meus, vel tuus, denotat relationem superioris ad inferiorem, uel genitoris ad genitum, & huiusmodi. Deus enim nomen est summæ excellentiæ. Quoniam secundum grammaticos, Deus dicitur à Deos, quia in Græco significat metũ, eo quod Deus sit timor omnibus colentibus

 eum.

eſt. Vel dicitur Deus, à do, das, quia omnia ab ipſo dãtur bona. Vel dicitur Deus à diligo, gis, quia omnia, quæ ſunt, diligit, & nihil odit eorum, quæ fecit. Et cũ omnes iſtæ deriuationes ſint excellentiæ, ſequitur, cum dicitur, *Deus meus*, ꝙ ibi notatur excellentiora & dominium Dei, ſupra rem, cuius eſt Deus. Ad propoſitum ergo pſalmiſta volens oſtendere ſe Deo ſubiectũ, & cauſam ſubiectionis, dicit. *Nam & ipſe Deus meus*, ſcilicet cui merito ſubijci debet anima mea, quamuis enim Deus ſit omnium Deus & dominus, quantum eſt ex parte ſui, nõ tamen quantum eſt ex parte ſubditorũ: F quia non omnes voluntariè ei ſubijci volunt, nec eum ſuum Deum recognoſcere. Sed fidelis quiſquis propriè dicere poteſt Deus meus, qui ipſum pro Deo recognoſcit, & domino. Et nota, quòd hic Deus accipi poteſt eſſentialiter, & perſonaliter. Si accipiatur perſonaliter, tunc refertur ad id, quod ſtatim dictum eſt, in primo verſiculo. *Ab ipſo enim ſalutare meum*, ſcilicet filius, qui eſt auctor ſalutis meæ, quod ſcilicet ſalutare eſt Deus meus. Per hoc oſtendens, quòd filius nõ ſit minor patre, quia Deus vnus eſt cum patre. Et ipſe filius *eſt ſalutaris meus*, i. re- G demptor meus per incarnationem. Vnde qualiter ſit ſalutaris meus oſtendit, dicens, quia ſuſceptor meus, quia ſcilicet me, id eſt humanitatem meam ſuſcepit ad unionem hypoſtaticam. Et quia illa ſuſceptio hominis eſt inſeparabilis, quia quod ſemel filius aſſumpſit, nũquã dimiſit, ideo ſubdit. *Et non mouebor amplius*, ſcilicet homo aſſumptus ſemel, amplius à verbo non ſeparabitur. Si autem accipiatur hic Deus eſſentialiter, tunc eſt ſenſus. *Nam, & ipſe Deus meus*, quia licet ſit omnium Deus per potentiam, meus autem eſt per gratiam. *Et ſalutaris meus*, ſ. in quo eſt finis meus, & ſaluatio mea, quia beatitudo noſtra erit in viſione & fruitione diuinæ eſſentiæ & nõ alicuius perſonæ præcisè. *Et ſuſceptor meus.* H quia ſcilicet Deus vel diuina eſſentia mea ſuſcipiet ad gloriam in qua beatificabor. Quod cum factus fuerit. *Non mouebor amplius*, quia ſcilicet ad beatitudinem aſſumptus à Deo, amplius cadere non potero, quia. ſ. quilibet beatus eſt certus de æternitate ſuæ beatitudinis.

Saluatare.

E *Quouſque irruitis in hominem, interficitis uniuerſi vos tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ?* 981

Homo. *Perſecutio.*

Hic conſequenter oſtendit Iudæorum, & aliorum reproborum iniquitatem. Vbi notandum, quòd uniuerſalis eccleſia aſſimilatur vni homini qui habet unum caput & membra diſtincta. Caput autem eccleſiæ eſt Chriſtus, quia ipſe eſt caput ſuper omnem eccleſiam. Ephe. 1. Cæteri autem fideles ſunt huius hominis membra, vt puta, a ctiui dicuntur manus, prædicatores pedes, & huiuſmodi. Hũc autem hominem ſemper mali ſunt perſecuti, quia reprobi ſemper perſecuti ſunt bonos volentes eccleſiã bonorum diſſipare. Sed hoc fruſtra fecerunt, quia licet quandoque poteſtatem habuerunt ſupra hominem exteriorem, nunquam tamen hominem interiorem diſſipare potuerunt, immo quanto maior erat perſecutio exterioris hominis, tanto amplius roborabatur interior homo. Vnde iſtos reprobos reprehendens pſalmiſta dicit. *quouſque irruitis in hominem*. Per hoc enim, quod dicit *quouſque*, notat cõtinuationẽ perſecutionis, quia à ſanguine Abel iuſti inceperunt irruere in hunc hominem. Et non ſolum in membra, ſicut in perſecutione propheta rum, & ſanctorum patrum, ſed etiam in ipſum caput, quod eſt Chriſtus. Irruerũt enim in Chriſtum volẽtes per eius mortem eius nomen, & fidem perdere, putabant enim ipſum Chriſtum à Deo dere ctum, & Dei auxilio deſtitutũ. Vnde de ipſo dicunt. Si filius Dei eſt, liberet eum nunc, ſi vult. Et hoc eſt, quod dicit *Irruitis in hominem*. ſcilicet eccleſiã, vel Chriſtum. *Tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ*. q. d. Putatis ꝙ ſine defenſore ſit, & facile ruat vt inclinatus paries, qui etiam non impulſus caderet. Et quaſi maceria, quæ eſt conſtructio ſaxorum ſine ligamine cementi, ut ſit circa hortos, & vineas, quæ faciliter diſſoluitur. Sed quid mali ex hac perſecutione Chriſti, & eccleſiæ conſequuntur? Certè nihil proficiunt, quia ex hoc eccleſia roboratur, & ipſi ſeipſos occidunt æternaliter Vnde de illis dicit. *Interficitis vniuerſi vos*, ſcilicet, metipſos interficitis, non Eccleſiam neq; caput Eccleſiæ Chriſtũ,

Matth. 27.

quia

quia vt scribitur Sapientiæ decimopri- A mo. Homo per malitiam occidit animam suam.

981 *Nulli. q. 1.*

Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti, ore suo benedicebant, & corde suo male dicebant.

Pretium Christus.

OStenditur hic malorum iniquitas & malitia. quia tota persecutio cõtra Christum & Ecclesiam ad hoc intendebat, vt Christi fides & nomen tolleretur, ne ipsum tollerent homines. Et hoc notans dicit. *Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere.* Hic enim loquitur B Ecclesia. Quod est enim pretium Ecclesiæ, nisi Christus, quo Ecclesia de captiuitate diaboli redempta fuit? 1. Corint. 6. Empti enim estis pretio magno, glorificate, &c. glo. Pretio magno, idest, sanguine Iesu Christi. Hoc ergo pretium ne redimeretur Ecclesia, cogitauerunt mali repellere, idest, perdere, & dissipare eius fidem, & nomen per mortem, sed eius morte pretium nostrum non fuit perditum, sed pro nostra redemptione erogatum. Tamen non obstante Iudæorum cogitatione peruersa, Christus cha C ritatem ad eos habens, ipsorum salutem desiderabat. Quod notans subdit. *Cucurri in siti.* Quid enim sitis significat, nisi desiderium? Vide versiculum 689. Vnde & Christus pendens in cruce desiderio humanæ salutis ait, Sitio. Et sic conformiter sitim pro bono desiderio accipit

Ioan. 19.

psa. dicens. Sitiuit anima mea ad Deum. Sic & nunc desiderium salutis Iudæorũ innuens Christus ait. *Cucurri in siti*, scilicet salutis eorum. Sed illi tanquam ingrati, & infideles, *ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.* Vbi notandum, quod

Laudare. Adulatio.

mos est peruersorum, primo laudare il- D los, quos perdere volunt. Vt ostendit

Gregor. 5. mor. c. 13.

Greg. dicens. Iniqui enim ne praui videantur, loquuntur aliquando bona de iustis, quæ esse iam cognita & alijs nouerunt, sed hæc ipsa protinus ad cumulũ reatus protrahunt. Et credendum sibi in contrarijs, ex eo quòd prospera loquuntur ostendunt. Tantoque mala quasi veriùs infamant, quanto bona quasi deuote laudant. Ad vsum ergo intorquẽt criminis voces fauoris, dum iustorum vitã inde post grauius vulnerant. Vnde hanc ante specietenus laudabant. Consimiliter & Iudæi, vt facilius Christum perdere possent, ipsum quandoque verbis laudabant, ut quando dixerunt. Magister, scimus, quia verax es, &c. Et hoc tangẽs psalmista in persona Christi, de ipsis dicit, quod *ore suo benedicebant, et corde male dicebant.* Sic enim conformiter de ipsis Christus dixit. Populus hic, labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et ex omnibus prædictis concludendo repetit primum versum suæ humilitatis ostensiuum, dicens.

Matth. 22.

Matth. 15.

Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patiẽtia mea.

982 *7. q. 1. sciendum.*

HAec enim repetitio menti nostræ robur infigit, quasi dicat, Quicquid illi faciant, Deo subiecta esto anima mea, quia scilicet, patientiam in aduersis seruabo, quam non sibi, sed Deo attribuit, d. *Ab ipso enim patientia mea.*

Quia ipse Deus meus, & saluator meus, adiutor meus, non emigrabo.

983

COnsequenter hic ostenditur, quòd quilibet transiliens mundum, & sine iustus, debet cognoscere Dei bonitatem. Bonitas autem Dei maxime in tribus apparet, secundum quòd pars ista diuiditur. Nam Deus suos in se sperantes fortificat, ne cadant à virtutibus. Secundò glorificat, ut scandant in cœlestibus, ibi. *In Deo salutare.* Tertiò iustificat, ne viuãt in criminibus, ibi. *Sperate in eo.* Quantum ad primum, sciendum, quod quandiu sumus in præsenti uita, impugnamur undique ut à virtutibus cadamus in peccatum, sed Deus suos adiuuat, ne cadant, pro nobis pugnando contra hostes. Si enim gallina pullos suos contra miluum protegit, & defendit, quomodo credendũ est quòd ipse Deus filios suos sine adiutorio relinquat pugnantes contra diabolum? certe minime. In cuius figuram legimus 2. Paralip. 26. quòd Ozias pugnabat contra Philistijm, & adiuuit eum Deus contra Philistijm, & contra Arabes, & contra Amonitas. Vbi notandum, quod contra tres hostes spiritualiter gerimus bellũ, quos sine Dei adiutorio superare non possumus, figuratos per Philistæos, Arabes, & Amoni-

Adiutor Deus. Præliantes contra diabolum.

Hostis triplex, diabolus, caro, & mundus.

Amonitas, scilicet diabolum, carnem, & mundum. Philistæi enim, qui interpretãtur cadentes, vel ruina populi, significãt dæmones, qui de cœlo ceciderunt. Es. 14 Quomodo cecidisti, &c. Arabes vero, qui interpretantur campestres, vel deserta, significant mundum, qui ad modũ deserti se habet de iute, quia ab omnibus est deserendus. Vnde de qualibet anima iusta dicitur. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, &c. Sed Amonitę, qui interpretantur comprimentes, significãt carnem, quæ nos vndique comprimit: qa caro semper concupiscit aduersus spiritum. Ozias autem, qui interpretatur videns Deum, significat quamlibet deuotam animam. quæ in triplici pugna prædicta oculos mentis ad Deum habet erectos. Dominus ergo Oziam, idest, quãlibet deuotam personam adiuuat contra Philistæum, dum aduersarium nostrum diabolum nobis subijcit. psalmus. Deus adiutor nostrum in æternum. Contra Arabes, dum suo adiutorio nos mundũ spernere facit, & mundi derisiones vel opprobria non timere. Psalm. 70. tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor & fortis. Contra Amonitas, dum suo adiutorio nos carnem facit superare, & nos in carne existentes, ad instar Angelorum præter carnem facit viuere, ne per carnem cadamus. Et istud adiutorium per Angelos nobis administrat, ut quilibet sic adiutus, dicat illud Dan. decimo. Ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutoriũ meũ, & nemo est adiutor meus in omnibus his nisi Michael. Quis enim tales, tantosque hostes sine Dei adiutorio vincere posset? certè nullus. Vnde tales considerans hostes, Deo dicebat ille miles probus Iudas Machabæus. Quomodo poterimus resistere ante faciem illorũ, nisi tu adiuues nos? Et nota, quòd quandoque ad tempus electos suos Deus sine adiutorio prædicto deserit, sed ad ipsorum humilitatem, ut inde in humilitate magis fundentur, sed eos finaliter adiuuat, ne scilicet finaliter à virtutibus cadant. Quod bene considerans psalmista, dicit. Psalmo centesimodecimooctauo. Non me derelinquas vsquequaque. Quod exponens Vlricus, dicit. Ac si diceret. Scio quòd derelinquere so-

Cant. 3.

Galat. 5.

B les vtiliter sanctos tuos, ab eis quandoque tuum subtrahendo adiutorium, vt eos probes, aliter enim ab aduersario tẽtari non possent. Et ideo non rogo, ne vnquam me derelinquas, quia non expedit mihi, velut meam infirmitatem sentiens dicam, bonum mihi, quòd humilia sti me, vel ut exercitium habeam præliã di. Sed magis peto, ne me vsquequaque deseras, idest, vsque ad nimietatem. Nulla enim virtus humana, si diutius tuo deseratur adiutorio, in tentatione sua constantia poterit perdurare. Vnde oportet ut tu, qui humanarum virium es conscius, sis & luctaminum moderator. Et

F hoc est, quod alibi psalmista petit, dicẽs. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neq; despicias me, Deus salutaris meus. Ex quibus omnibus patet, quod Deus suo adiutorio animam fortificat ne per peccata cadat à virtutibus. Et hoc est quod recognoscens hic psalmista, dicit. *Quia ipse Deus meus est saluator meus, & non emigrabo*, scilicet à virtutibus nouca dam, finaliter. Nam migrare, idem est, quod transire, & componitur cum e, & fit emigro, gras, idest, valde transire, & fit, quando homo de statu gratiæ transit

G ad statum culpæ.

Psal. 26.

In Deo salutare meum, & gloria mea, Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. 984

OStendit hic, quòd bonitas diuina suos glorificat. Vbi sciendum, quod præsens vita est via, non terminus. Ideo hic non debet poni gloria nostra, sed solum in uita futura, vbi iustis erit requies sine labore, vita sine morte, gaudium sine mœrore. Ad quam quisq; fęlicior perueniet, quanto hic grauiora

H fuerit passus pro deo. Vnde Gregor. ait. Tanto namque spes in Deum solidior surgit, quanto pro illo quisque grauiora pertulerit, quia nequaquam retributionis gaudium de æternitate colligitur, quod non hic prius pia tribulatione seminatur. Hinc enim per psalmistam dicitur. Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Hinc Paulus ait. Si commorimur, & conuiuemus, si sustinemus, & conregnabimus.

Gloria aduersis acquiritur.

Gregor. 10. mor. c. 22.

Psal. 125.

2. Tim. 2.

Actuũ 14. bimus. Hinc discipulos admonet, dicens. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Hinc sanctorũ gloriam Ioanni indicans angelus ait. Hi *Apoc. 7.* sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Quia ergo nunc per tribulationem seritur, vt post gloriæ fructus metatur, tanto maior fiducia mentem roborat quanto fortior hanc pro veritate afflictio calcat. Ex quibus patet, quod in Deo, non in mundo, in futuro, non in præsenti gloriam sperare debemus. Et hoc est, quod hic ait psalmista. *In Deo salutare meum, & gloria mea*, quasi dicat. Non in mundo non in præsenti, sed in futuro, quia tunc saluus, & gloriosus ero in Deo. Sed hoc non meritis meis, sed Dei adiutorio. Vnde subdit. *Deus auxilij mei*, scilicet in præsenti certamine. Quod ideo dicit, Ne quid boni sibi reputet homo, sed totum diuinæ gratiæ attribuat. *Et spes mea in Deo est*, scilicet donec perueniam ad perfectum, scilicet, ad illam gloriam, vbi iusti fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum.

958 *Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: quia Deus adiutor noster in æternum.*

Effunditur cor. Ostendit hic, quod diuina bonitas suos iustificat. Vbi notãdum, quod sine spe veniæ nullus iustificari potest. Vnde talis spes contritioni, & confessioni præponitur. Vnde & hic psalmista spem præponit pœnitentiæ, dicens. *Sperate in eo omnis congregatio populi.* Et statim pœnitentiam subdens dicit. *Effundite coram illo corda vestra.* ubi gloss. *Effundite coram illo corda uestra*, scilicet prauas cogitationes cordis vestri emittite, sperando veniam, confitendo peccata, plorando ruinam. Per lachrymas enim cor effunditur. *Effundite ergo.* Nolite intus retinere virus peccati. Hæc effusio significatur in tunsione pectoris. Dum enim pœnitens extrinsecus pectus tundit, quantum peccati conscientia animũ mundat, intimatur, unde Ecclesi. vigesimosecundo. Pungens oculum deducit lachrymas, & qui pungit cor, profert sensum. In hac vero tunsione pectoris sonus est, quo figuratur sonus, & clamor confessionis peccatorum &c. Et notandum, quòd merito spes veniæ primitus *Spes veniæ.* est habenda iustificari volenti, quia cum debite, peccati venia speratur à Deo, peccatum remittitur, & sub protectione Dei ponit peccator. Vnde ait dominus. Quoniam in me sperauit, & ego liberabo eum, protegam eum, &c. Non enim *Psal. 90.* est aliquid faciens peccatum irremissibile, nisi desperatio veniæ. Vnde Iudam *Aug. in lib. de utilitate Pœnitentiæ* proditorem non tam scelus, quod commisit, damnauit, quantum veniæ desperatio. Quoniam ut ait Augusti. De venia nemo desperet, quoniam Iudam proditorem, non tam scelus, quod commisit, quam desperatio veniæ interire fecit. Ab hac enim spe nihil mentem nostram auellere debet. Non quidem magnitudo criminum. Vnde Ambrosius. Nemo diffidat, nemo peccatorum veterum conscientia ductus, præmia superna desperet nouit dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Non diuturnitas culpæ. Vnde Isidorus libro 2. de summo bono. Nullus debet de spectare veniam, etiamsi in fine vitæ suæ conuertatur, unumquemque enim Deus de suo fine, non de uita sua iudicat præterita. Sed aduerte, quòd hæc spes veniæ *Iustitia timor.* temperata debet esse cum timore diuinæ iustitiæ, ne sub spe veniæ aliquis peccatum aliquod committat, quia ipse Deus non solum misericors est, sed etiam iustus. Et hoc est, quod docet Greg. dicens. *Gregor. 33. mor. c. 15.* Nemo sit, qui dicat, quia pius est Deus, ideo venialiter pecco. Et nemo sit, qui, cũ peccauerit, dicat, q a iustus est Deus, ideo de peccati uenia despero. Relaxat enim Deus facinus, quod defletur. Sed perpetrare quisque timeat, quod an digne deflere possit, ignorat. Ante culpam ergo iustitiam metuat, post culpam de pietate Dei præsumat. Neq; ita iustitiã timeat, vt nulla spei consolatione conualescat. Neq; ita confidat de misericordia, vt adhibere vulnerib. suis digna pœnitẽtiæ negligat medicamina. Sed quem præsumit sibi pie parcere semper cogitet, & districte iudicare. Sub pietate q ppe eius spes peccatoris gaudeat, sed sub districtione illius pœnitentis correctio contremiscat. Et subdit ad propositum. Spes ergo

ergo præsumptionis nostræ habeat mor sum.timoris, vt ad corrigenda peccata & iustitia iudicantis terreat, quem ad spem veniæ, gratia parcentis inuitat. Hinc enim per quendam sapientem dicitur. Miserationes domini multæ, peccatorum meorum non memorabitur. Vnde protinus subdit, dicens. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant. Ad hoc quippe in scriptura sacra virorum talium, scilicet Dauid, & Petri peccata recitantur, ut cautela minorum sit ruina maiorum. Ad hoc vero & vtrorumque illic pœnitentia insinuatur, vt spes pereuntium sit reparatio perditorum. De suo ergo statu Dauid cadente, nemo superbiat. De lapsu suo Dauid resurgente, nemo desperet. Ecce quam mirabiliter scriptura sacra eodem verbo superbos premit, quo humiles leuat. Vnam namque rem gestam retulit, & diuerso modo superbos quidem ad humilitatis formidinem, humiles vero ad spei fiduciam reuocauit. O ineffabile noui generis medicamentum, quod vno eodemque ordine positum premendo tumentia exiccat, & subleuando arentia infundit. De magnorum nos lapsu terruit, sed de temperaméto roborauit. Sic quippe semper nos diuinæ dispensationis misericordia & superbientes reprimit, & ne ad desperationem corruamus, spe fulcit. Hæc Gregor. Sic ergo hanc spem veniæ semper cum timore iustitiæ nos docet habere psal. dicens. *Sperate in eo*, &c. Sequitur. *Effundite coram illo corda uestra*: scilicet per pœnitentiam timendo iustitiam.

Eccles. 5.

986 *Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant, ipsi de vanitate in idipsũ.*

12.7 1. omnis ætas.

Est hæc tertia pars in qua ostendit, quòd debemus spernere mundi vanitatem. Circa quod tria facit. Quia primo mundanorum describit vanitatem, Secundo electorum informat bonitatem, ibi. *Nolite*. Tertiò circa omnes diuinam concludit æquitatem, ibi. *Semel*. Quantum ad primum sciendum, quòd cum homo dicatur proprie solum ille, qui uiuit secundum rationem, ut patet supra versiculo 589. quod aliqui dicuntur filij hominum, sed non homines, illi

Vanitas.

E scilicet, qui de bonis parentibus sunt geniti. sed ipsi non ut homines sed ut bestiæ sine ratione viuunt, ut patet versicu lo 31. Et de talibus hic loquitur, dicens. *Veruntamen vani filij hominum*. Sed quãuis omnis homo sit vanitas, aliter tamẽ vani sunt mali, aliter boni. Mali enim sunt vani, quia mundanis, quæ omnia sunt vana, sunt dediti, sed boni dicuntur vani, quia desiderant esse cum Christo, & sic eis vana uidentur, & per consequẽs vita præsens est ipsis vana. Et quantum ad hoc nota quod triplex est vanitas. Vide supra versiculo 639. Quæ considerãs

F psalmista, ait. *Veruntamen uani filij hominum*. Et quod de vanitate peccatorum sit quod per filios hominum intelligat malos, & peccatores, subdit. *Filij hominum mendaces in stateris*. Et nota quod statera est triplex, in qua filij hominum sunt mendaces, scilicet statera nostræ redemptionis, statera mercatorum & vẽditionis, & statera loquelæ vel exterioris ostensionis. Prima statera dicitur Christus, eo quod ipse ponderat omnia nostra merita, & demerita, merita cum prœmijs, demerita cum pœnis, & supplicijs. Et istam stateram Iob desiderabat,

G dicens. Iob sexto. Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, in statera. Quod exponens Greg. dicit. Quis alius nomine stateræ, nisi Dei, & hominum mediator intelligitur? Qui ad ponderandum uitæ nostræ meritum venit ac secum misericordiam, & iustitiam simul detulit. Sed misericordiæ lance præponderans, culpas nostras pendendo leuigauit. In manu enim patris quasi statera miri libraminis factus, hinc in se calamitatem nostram, & illic peccata suspendit. Sed grauis ponderis calamitatem moriendo innotuit, & apud

H misericordiam leue esse peccatum relaxando monstrauit &c. De hoc etiam uide Greg. In hac autẽ statera sumus mendaces, quando spe vana credimus ipsum per misericordiam non punire peccata, & sic peccata vltra debitum leuia facimus, & eius misericordiam grauem, vel quando credimus ipsum per iustitiam peccata non dimittere, & sic peccata per desperationem ultra debitum grauamus, & misericordiam facimus leuem, more Cain dicentis. Maior est iniqui-

Greg. lib. 7. moral. c. 1.

Greg. li. 21. mor. c. 6.

Gen. 4.

tas

tas mea,&c. Non considerāt tales mendaces, quod in sola potestate stateræ diuinæ iustitiæ est peccata remittere, uel damnare, iuxta illud Sapien. 11. Quasi momētum stateræ, sic ante te est omnis orbis terrarum. Secundò est statera mercatorum, per quā intelligitur æqualitas mercationis, scilicet emptionis & uenditionis. Et de hac dicitur Leuit. 19. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, & mēsura, statera iusta, & æqua sint pondera. Et hoc dicitur contra omnes mercatorum falsitates, quia stateram iustam nō facit, qui malum uendit pro bono, paruum pro magno, qui unū pondus tenet pro emēdo, aliud pro uendendo, similiter de mēsuris. Contra quos dicitur. Statera dolosa abominatio est apud dominum, & pōdus æquum uoluntas eius. Sic ergo illi mercatores mendaces dicuntur in stateris, qui mendacia, uel falsitates in suis mercationibus exercent, & tales Deo sunt abominabiles, de quibus dicitur. Abominatio est apud dominum pondus & pondus, statera dolosa non est bona. Tertiò est statera loquelæ, uel exterioris apparentiæ. Ad hoc enim inuenta fuit statera, ne deceptio fieret in emptionibus, & uenditionibus. Et sic stateram iustam habet, qui nullum verbis vel signis decipit. Et de hac statera uerborū & operum dicitur. Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos. In ista statera sunt mendaces adulatores, qui vnū corde dicunt & aliud ore, quia non est æqua lanx inter cor, & os. Consimiliter hypocritæ, qui vnum exterius ostendunt, & aliud sunt interius. Vnde .g. hic sit. Hic de hypocritis agit, qui aliud sunt, aliud uideri uolunt. d. Filij hominū sunt mendaces, quia falso examine fallunt intuentes, quia iusti videri uolunt, cum sint fallaces. Et hoc est quod subditur. *Mendaces* dico *In stateris*, idest, in libra iustitiæ, per quod facilius decipiāt. Et hoc est q subditur. *Vt decipiant ipsi de Vanitate in idipsum*, i. per hoc ipsum q boni esse creduntur, cum tñ nō sint boni. Vnde tales dicit. Supponamus stateras dolosas, vt possideamus in argento egenos, & pauperes. Quod ideo dicit. Quia quicquid faciunt hypocritæ, ad hunc finē dirigunt, vt aliorum bona possideāt.

Prouer.11. *Prouer.20.* *Statera malorum.* *Eccle.28.* *Amos 8.*

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ, si affluant, nolite cor apponere.

Consequenter hic informat electorum bonitatem. Vbi notandum, quod hic psalmista vult abducere electos ab amore temporalium rerum, quę maximè consistunt in tribus, scilicet in astutijs, & malicijs. Et contra hoc dicit. *Nolite sperare in iniquitate*. In potentia, & rapinis, & contra hos, dicit. *Rapinas nolite concupiscere*. In temporalibus diuitijs & contra hoc dicit. *Diuitia si affluant*, &c. Primò namque aliqui confidunt in suis malicijs & astutijs. Sic confidebant illi malitiosi antiqui iudices, qui sua astutia crediderunt seipsos iustificare, & Susannam ad mortem ducere, ipsi tamen in sua astutia fuerunt deprehensi, & Susanna liberata. Daniel decimotertio. In tali enim astutia non est confidendum, quia illam Deus faciliter comprehēdit, & confundit confidentes in ipsa, propter quod dicitus Iob 5. quod comprehendit sapientes in astutia eorum, & cōsilia prauorum dissipat. Quod multis exemplis declarans Greg. dicit. Sæpe enim nonnulli humana sapientia inflati, &c. Vide versiculum 940. Et adde ad illud quod ibidem ponit alia exempla scilicet de Saule, & de Iona, quæ ibi consequēter ponit Gregor. dicens. Sic Saul dum Dauid subiectum quotidiano uirtutum successu crescere concupisceret, suam ei in coniugio filiam spopondit, atque in eius dotem centum dari ab eo Philistinorum præputia petit, ut eum prouocatus miles, &c. uide ibi. Aliud exemplum ponit ibidem cap. decimotertio. de astutia Iudæorum contra Christum, quæ ipsis nihil profuit, sed in ipsa comprehensi fuerunt, dicens. Cum ad redemptoris miracula credentium turba conflueres, cum sacerdotes inuidiæ facibus accensi mundum post eum ire proclamarent, dicentes. Videtis, quia nihil proficimus. Ecce mundus totus post eum abijt, ut ab illo uim tantæ occursionis abscinderent, fidire eius potentiam per mortem opinati sunt, dicētes. Expedit ut unus homo moriatur, & non tota gens pereat. Sed comprehensi fuerunt in astutia sua, quia totum oppositum euenit illius, quod intē-

Astutia. *Sapientia mundi.* *Gregor.6. mor.c.11.* *Iudaus.* *Christus.* *Ioan. 12.* *Ioan. 11.*

debant. Vnde subdit, persecutores ergo peregerunt hoc, quod perniciose moliti sunt. Intulerunt mortem, ut ab eo abscinderent fidelium deuotionem, sed in de fides creuit, unde hanc se extinguere infidelium crudelitas credidit, &c. Ex quibus apparet, quod non est sperãdum in iniquitate, quia ut dicitur Prouerbio. quinto. Iniquitates suæ capiunt impiũ, &cæt. Secundò aliqui confidunt in potentijs mundi, & rapinis. Et contra hos dicit. *Rapinas nolite concupiscere*, idest alie na uiolenter vel astute rapere. Sic enim præcipitur Exo. 20. Non concupisces do mum proximi tui, non bouem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt. Cuius ratio potest esse, quia talis concupiscentia quanto maior est, tanto pauperiorẽ facit hominem, quia quanto plura concupiscit, tanto sibi deficiunt plura, & quã to plura sibi deficiũt, tãto pauperior est, Qui autem nihil concupiscit, ei nihil deficit, & per consequens ditior est. Vnde & Valerius Maximus libro 4. cap. 4. ait. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiscit. Eo quidem certius quo cũcta possidet, quia dominium rerum collabi solet, bonæ mentis vsurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum. Ita quod sum attinet, aut diuitias in persona fœlicitatis parte aut paupertatem in ultimo miseriarum statu ponere, cum & illorũ frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta, & huius horridior aspectus, solidius, & certis bonis abũdet? Istã autem concupiscentiam auaritiæ benè nouit Paulus abijcere, vt virtutibus ditaretur dicens. Argentum, & aurum aut nullius vestem concupiui, ipsi scitis: quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & ijs, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Consimiliter ergo ne aliena concupiscamus, dicit psalmista. *Rapinas nolite concupiscere*. Tertiò aliqui confidunt in diuitijs iam habitis. Et hos corrigit, dicens. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* vbi gloss. Hoc diuitibus dicitur. Ille ergo, qui non habet, nõ ambiat, ille qui habet, non superbiat. Et notandum, quia non dicit Nolite habere, sed *nolite cor apponere.* Non enim damnat diuitias vnde mercamur cœlũ sed cor appositũ, quod scilicet non expendit, sed recondit, more diuitis illius, dicentis. Anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, &c. Quibus consideratis, ait Apostolus. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in in certo diuitiarum, &c.

Concupiscẽtia diuitiarum. *Paupertas.* *Valerius.* *Actuũ 20.* *Diuitiæ.* *Lucæ 12.* *1. Tim. 6.*

988

Semel locutus est Deus, duo hæc audiui: quia potestas Dei est, & tibi, domine, misericordia, quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.

De pr. d. 2. omnes qui non dilig.

HIc ostendit circa omnes diuinam æquitatem. Vbi notandum, quòd diuina locutio aliquando dicitur ad intra, & sic solũ semel loquitur Deus, quia suum loqui siue dicere, est verbum æternum generare. Vnde ps. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu &c. Aliquãdo autem dicitur ad extra, & sic multoties, multipliciterque loquitur Deus, ad Hebr. 1. Multifarie, multisque modis olim Deus loquẽs patribus, &c. Hic ergo agit de locutione ad intra, dicens. *Semel locutus est Deus.* vnde glos. semel locutus est Deus, quia unum uerbum genuit, per quod omnia facta sunt & in quo omnia simul disposita sunt. Et de isto loqui dicitur Iob 33. Semel loquitur Deus, & id ipsum sermo non repetit. Quod exponẽs Greg. d. Semel loquitur Deus, quia pater unigenitum consubstantialem sibi filium genuit. Loqui. n. Dei, est filium genuisse. Semel autem loqui est verbum aliud præter unigenitum nõ habere &c. Hinc aũt verbo Dei duo maxime appropriantur sicut vero iudici, s. iustitia, qua peccata impunita non relinquit, & misericordia, qua præmia iustis largitur, pp quod de ipso verbo Dei filio dicit Apostolus. Factus est nobis iustitia, & sanctificatio. Ista. n. sunt illa duo principalia, quæ ad verum iudicem spectant. Vnde gl. ait. Apud se semel loquit Deus, quia vnum verbum genuit, per quod omnia facta sunt & in quo omnia simul disposita sunt. Inter quæ omnia hæc duo, quæ hic opus est, dici audiuit, cũ multa alia audiuit, quæ hic memorari nõ est opus. Illa duo sunt potestas. idest, iustitia, & misericordia, de quibus omnes scripturæ sunt, propter quæ duo lex, & prophetæ sunt, propter quæ duo ipse Christus missus est, & Apostoli. Potestas ergo timeatur, mia ametur, nec pro misericordia

Loqui Dei. *Iob 33.* *Greg. 23. mor. c. 19.* *Misericordia.* *Iustitia.* *1. Cor. 1.*

dia potestas contemnatur, nec pro iustitia, vel potestate de misericordia desperetur. Dicit ergo Psalmista de verbo incarnato. *Duo hæc audiui*, scilicet, de verbo incarnato, quod potestas Dei est, scilicet, quod ipsum verbū est potestas Dei scilicet iustitia Dei, iuxta illud Psal. 71. Deus, iudicium tuum regi da, & iustitiā tuam filio regis. Et consequenter se vertit ad ipsum verbum, dicens. *Et tibi, domine, misericordia*, scilicet est appropriata, qua iustos habes præmiare, & pœnitentibus peccata dimittere. Vnde ipse ad literam de se dicebat. Euntes discite, quid est misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Sic ergo per iustitiam, & misericordiam verbum Dei malos punit, & præmiat bonos. Et hoc est, quod subditur. *Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua*. Et hoc est, quod de ipso dicitur. Qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua. Vel aliter, iste textus intelligi potest, vt per Dei locutionem intelligamus sacram scripturam. Quæ dicta duo, scilicet iustitiam, & misericordiam Dei nobis præ cæteris omnibus manifestat, per quam etiam ad omnes quæstiones generaliter respondet, licet non per se singulatim cuilibet. Quod ostendit Grego. super illo verbo Iob 33. Nō ad omnia verba respōdet tibi. Semel loquitur Deus, & id ipsum secundo non repetit dicens. Ac si diceret. Deus singulorum cordibus priuatis vocibus non respondet, sed tale eloquium construxit, per quod cunctorum quæstionibus satisfacit. In scripturę. n. sacræ eloquio causas nostras singuli si requirimus, non inuenimus. Nec opus est, vt in eo quod specialiter quisque tolerat, responderi sibi diuina voce quærat. Ibi enim nobis omnibus in eo quod specialiter patimur, vniuersaliter respondetur. Ibi enim vita præcedētium sit forma sequentium. Vt enim vnum ex pluribus proferamus, ecce dum passione aliqua, vel molestia carnis afficimur, scire fortasse occultas causas passionis eiusdem vel molestiæ optamus, quatenus in eo quod patimur, ex ipsa rerum scientia consolemur. Sed quia de specialibus tentationibus nostris nequaquā nobis singulis specialiter respondetur, ad scripturam sacram recurrimus: Ibi scilicet inuenimus, quod Paulus carnis infirmitate tentatus audiuit. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quod idcirco illi in infirmitate propria dictum est, ne sigillatim nobis omnibus diceretur. In scriptura enim sacra voce Dei afflicto Paulo audiuimus, ne cum fortasse affligimur, singuli audire illa priuata consolatione quæremus. Non ergo dominus ad omnia verba nobis respondet, quia semel loquitur Deus, & id ipsum secundo non repetit, idest, in iis, quæ per scripturam sacram ad patres nostros protulit, nos erudire curauit, &c. Et quia sacra scriptura maximè uersatur circa iustitiam, & misericordiam Dei, iccirco subdit, *Duo hæc audiui*, &c. ut expositum est supra.

Matth. 9.

Prou. 24.

Scriptura sacra.

Gregor. 23. mor. c. 18.

Iob 33.

1. Cor. 12.

PSAL. LXII.

DEus, Deus meus, ad te de luce vigilo.

989

ISTIVS Psalmi titulus est. *Psalmus Dauid, cum esset in deserto Idumææ*. Ad cuius notitiam sciendum, quòd istum Psalmum fecit Dauid quādo fugiens à persecutione Saulis abscondit se in deserto Idumææ. Vt enim habetur primo Regum uigesimosecundo. Dauid fugiens persecutionem Saulis, uenit ad regem Moab, qui erat gentilis. Et ne haberet occasionem idololatrandi, uenit ad eum Gad propheta missus à domino, dicens. Noli manere in præsidio, sed uade in terram Iuda. Et tunc uenit Dauid in saltum, siue desertum Aret. Non enim audebat manere in ciuitatibus propter persecutionem Saulis. Vnde tunc maximè indigebat diuinis cōsolationibus. Tum quia erat infra regnum Saulis sui persecutoris, Tum quia erat in locis steril bus omnibus bonis, & desertis. Et quia ad mandatum Dei reuersus fuerat intra regnū Saulis persecutoris, decens erat, ut ipsum Deus consolaretur. Vnde tunc pro consolatione diuina habenda fecit istum Psalm.

Ex

Ex quibus apparet sensus tituli,& materia Psal. Sed hic vnum cadit dubium de eo quod dicit titulus,cum esset in deserto Idumææ,quia in tota illa persecutione non legitur, quòd Dauid aliquandò fuerit in Idumæa, nec quod fuerit extra regnum, nisi quando fugit in principio ad regem Moab, & vltimo in terram Philistinorum.Ideo in translatione Hieron.habetur in titulo,*cum esset in deserto Iudææ.* Et sic etiam habetur in libris Hebraicis.Vnde dicitur,quòd Idumæa in titulo non accipitur propriè, sed secundũ interpretationem. Quoniam Idumæa interpretatur rubra. Et illud desertum Iudeæ ad quod tunc fugit Dauid,terram rubram habebat. Vt sit sensus. *Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumææ*, scilicet terræ rubræ.Iste ergo Psalm.quo ad sensum litteralem diuiditur in tres partes,quia Dauid in tali anxietate positus primò suum Deo explicat desiderium. Secundò persecutorum prophetizat interitum, ibi. *Ipsi Vero.* Tertiò gratiarum Deo reddit debitum,ibi.*Rex vero*,&c.vt Nicol.de Ly. Quantum vero ad sensum propheticum,quo ad titulum notãdum, quod in isto titulo Dauid significat ipsum Christum, quo ad corpus, scilicet, Ecclesiam fidelium,sed per desertũ Idumææ significatur præsens mundus, vel prauorum congregatio. Idumæa nãque terrena interpretatur,& sic significat homines prauos, qui totam mentem habẽt in terrenis deserti huius mundi,propter quod & ipsi terreni appellantur,cum denominatio à principaliori parte rei sit facienda.Et sic est sensus tituli talis.*Psalmus Dauid*, idest, iste Psalm. attribuitur Dauid,idest, Ecclesiæ sanctæ,vel congregationi bonorum, quæ hic loquitur. Et est iste Psalm. de iis, quæ Ecclesia sustinet,vel sustinuit, *dum est vel esset in deserto Idumææ*, idest, in deserto huius sæculi,vel inter malos posita. Intentio autem Psal.est nos monere,vt boni in medio malorum positi suam bonitatem conseruent, quia eis malorum societas non est ad consumptionem, sed ad probationem, & ad meritorum augmẽtum. Magis enim est meritorium inter malos virtutẽ seruare,quàm inter bonos, quia magis laboriosum,cæteris paribus. Iste ergo Psal.diuiditur in tres partes. Quia ostendit primò quod bonorum vota in Deum diriguntur. Secundo quod malorum vitia à Deo puniuntur, ibi. *Ipsi vero.* Tertio quod bonorum opera à Deo præmiantur, ibi. *Rex vero*. Prima pars diuiditur in tres,quia ostendit primò, quòd iustorum diligentia in cœlis conuersatur. Secundo quod iustorum desideria ad Deum erigantur,ibi.*Sitiuit.* Tertio quod iustorum patientia in aduersis roboratur, ibi. *In terra deserta.* Quantum ad primum sciendum, quod homo ex duabus naturis contrarijs componitur,scilicet,ex corpore,& anima. Vnde fit, quòd quando anima dormit, corpus vigilat, & econtrariò, quando anima vigilat, dormit corpus,vt ait Gregorius.Vnde anima vigilat ad Deum, quando verè est memor Dei, tũc autem dormit ad Deum, quando obliuiscitur Dei.Similiter anima tũc dormit ad mũdum, quando mundi obliuiscitur, tunc vigilat ad mundum, quando ipsum mundum diligit. Et notandum,quòd tempus vigiliæ est tempus laboris, sed dormitionis est tempus quietis.Cùm ergo ad dormitionem sequatur vigilia, & ad vigiliã dormitio, consequens est,vt qui hic benè vigilauerit, quòd in futuro dormiendo quiescet, & qui dormierit, in futuro laborabit in pœnis. Ergo hic mente est vigilãdum,vt in futuro quiescamus. Notandum ergo,quòd ad vigilandum mente ad Deum, multa nos inducere debẽt, scilicet Hostilitas crudelis inuasionis, Vtilitas fidelis administrationis, Debilitas terrestris habitationis. Primum patet. Existentes enim in bello mortali dormitioni vacare non possunt, nos autem bello mortali,& continuo cum hoste crudeli pugnamus, de quo prima Petr. 5. Sobrij estote & vigilate in orationibus,quia aduersarius vester,&c. Dicunt naturales,quòd grues inter se vigilias diuidunt & illa, quæ vigilare debet, in pedibus lapidem tenet, vt si illa dormiret, lapis cadens se & alias excitaret. Si ergo auis insensata sibi prouidet contra noctis pericula,multo fortiùs nos rationales cautelam contra somnum quęrere debemus, Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Et prima Petri, c. 5. Sobrij estote & vigilate in orationibus, quia aduersarius vester diabolus, &c.

Vigilare. Dormire. Gregor. 18. mor. c. 10. Aliter habetur in originali Gregorij. Grues. Matth. 26

Et

Et benè præmittit sobrietatem ad vigiliam. Nam ebrietatem necessariò sequitur somnus. Est enim de aduersario nostro, sicut de quodam duce Carthaginési refert Tullius libro sexto, capitulo quinto, quòd dux Romanus habuit bellũ contra Aphricanos, quia Carthaginenses rebellauerant. Fuerunt autem illi de Aphrica auidi ad bibendum vinũ, quod audiens dux, contra illos talem accepit cautelam. Accepit.n. multa dolia vini, & cum vino miscuit vinum mandragoræ, quæ mirabiliter prouocat somnum, vt docet Aristoteles 1. de somno & vigil. Facit enim dormire homines ita profundè, quòd fiunt quasi insensibiles. Et ideo solet dari hominibus, qui propter aliquã infirmitatem sunt secandi, vt possint secari sine dolore. Dolia ergo vini sic infecti dimisit in tentorijs suis, & fugit, ad cautelam relinquens tentoria. Aphricani ergo gaudentes, tentoria inuadunt, & inuenientes victualia comederunt, & biberunt de vino infecto, & statim opilati sunt summo, ita vt se nullatenus iuuare possent. Quod dux explorans de nocte, super eos irruit, & sicut voluit omnes trucidauit. Moraliter consimili cautela vtitur diabolus contra homines. Vinũ, quod lætificat, significat lasciuiã, quam diabolus sic immiscet succo mandragoræ, idest, delectationi luxuriæ, quòd omnes ex ea bibentes sunt quasi insensibiles. Mandragora enim est herba habens masculum, & fœminam, & omnia lineamenta humani corporis impressa, ad generationem confert, & libidinem. Vnde Genesis trigesimo dixit Rachel Liæ de Iacob viro suo. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Et ideo meritò voluptatem significat carnis. Quia ergo vita humana his duobus delectatur tentata per diabolum, ideo multi sic dormiunt in peccatis, quòd ad correctionem prædicatoris quasi insensibiles existunt. Vt de quolibet eorum dicat illud Prouerbiorum 23. Vulnerauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & non sensi, quando vigilabo, & rursus vina reperiam. Nos ergo nõ sic, fratres, sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in vigilijs multis, in castitate, &c. Secundum patet. Debemus enim esse sicut serui de nocte vigilantes, expectantes aduentum domini sui de nuptijs redeuntis. Nuptiæ sunt in cœlo ineffabilis gaudij de visione naturæ diuinæ, & humanæ. De istis nuptiis venturus est Christus finaliter omnes iudicare. Propter quod dicitur. Vigilate, quia nescitis quando dominus venturus sit. Et Lucæ duodecimo. Sint lumbi vestri præcincti, &c. Et vos similes hominibus, &c. & sequitur: Beati sunt serui illi, quos dominus inuenerit vigilantes. In cuius signũ dominus inueniens Apostolos dormientes, increpauit Petrum dicens. Simon, non potuisti vna hora vigilare mecum? Tertium patet. Qui enim iaceret in domo ruinosa, ex omni parte debili, & cùm hoc sciret, quòd aliquis inimicus ejus foderet muros ad opprimendũ eũ, & non daret se somno, si prudens esset, sed sollicitus vigilaret. Domus animæ est corpus luteum. Iob 4. Habitant domos luteas terrenum habentes fundamentũ. Fossor autem est mors, quæ nititur fodere domum nostram, idest, corpus, vt furetur animam, & ducat ad pœnã. Ideo dicitur. Si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique. Sed timendum est, ne fit de nobis sicut de pueris nouiter natis. Dicit Aristoteles primo de somno, & vigil. quòd pueri quando nati sunt nouiter, semper tenent oculos clausos, & dormiũt propter consuetudinem dormiendi in matrice. Sic multi peccato diu oppressi negligentes, diu vigilare non possunt. Et illi debent cauere de tribus malis passionibus, quæ cõmuniter in somno accidunt, scilicet, epilepsia, ephialtes, & lethargia. Epilepsia est quædam passio cerebri faciens hominem cadere ex inopinato. Ephialtes est passio in somno faciens homini apparere, q aliquis eũ suffocet, vel opprimat. Lethargia est infirmitas hominem compellens dormire, & dormiẽdo mori. Moraliter istæ tres passiones tria generalia mala significant, quibus totus inuoluitur mundus, scilicet superbi, & ambitiosi, qui ad altum gradũ ascendere volũt. Vbi epilepsiæ casus abundat. Vnde Claudianus, Iniqui tolluntur in altum, vt casu grauiore ruant. Luxuriosi patiuntur ephialtem, quibus concupiscentia carnis dominatur, & opprimit eos, ne surgere possint. Auari sunt quasi lethargiti,

Marginalia: *Ebrietas.* — *Philosoph.* — *2. Cor. 6.* — *Matth. 24.* — *Matth. 26.* — *Matth. 24.* — *Pater.* — *Philosophus* — *Puer.* — *Epilepsia.* — *Ephialtes.* — *Lethargia.*

gicij, idest, obliuiosi, qui quanto plura à Deo recipiunt, tanto magis obliuiscuntur tam sui, quàm Dei. Vnde in isto versiculo dicit glossa. Ad Deum verè vigilat, qui Dei memor est, ad Deum autem dormit, qui Deum obliuiscitur. Ad propositum ergo sancta ecclesia ac etiam quilibet bonus istis rationibus attentis ad Deum vigilare cordialiter studet, dicens, *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.* Vbi per lucem accipe gratiam, qua cor ad Deum dirigitur. Si autem quæras, quid hic spiritualiter est vigilare: Audi Gregor. homil. d Ille verè vigilat, qui ad aspectum veri luminis oculos cordis tenet apertos. Ille vigilat, qui seruat operando quod credit. Ille vigilat, qui à se torporis, & negligentiæ tenebras expellit.

Vigilare.

Gregorius.

990 *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea?*

23. q. 4. qui peccat.

HIc ostendit quomodo iustorum desideria diriguntur ad Deū. Vbi notandum, quòd per sitim significatur desiderium tam bonum, quàm malum: vt dictum est supra versic. 680. Hic autem solum significat bonum desideriū, vt sit sensus. *Anima mea sitit*, idest, desiderat te, Deus. Hoc etiam facit caro, immo pluribus ex causis, quia hic plures defectus patitur caro, quam anima iusti. Propter quod dicit, *Quàm multipliciter tibi caro mea.* Caro enim hic aduersis quatitur, & non anima. Caro resurrectionem expectat, & non anima, quoniam vis enim anima cum carne hic sit coniuncta, caro est moritura, non anima, quia caro mortalis, sed anima est immortalis. Et nota, quòd est quoddam desiderium rationale, & hoc est animæ. Et quoddam naturale, & hoc est carnis. Sed hic cadit dubium. Cum anima multo nobilior sit carne, quia illa immortalis, & ista mortalis. Quare Deus tam nobilem creaturam, vt est anima, voluit vnire cū carne tam ignobili, & mortali? Ad hoc dico, quòd triplici ratione, scilicet, Primò, vt promissa doceret præmia. Secundò, vt commissa puniret vitia. Tertiò, vt perfecta augeret merita. Primum patet, quia hæc vnio carnis ad animam, mētem eleuat ad cognoscendum, & sperandum

Desideriū sitis.

Caro.
Anima.
Quæstio.

E qualiter anima nostra sic Deo beatificè vniri poterit, vt ab ipso nullo modo possit velle separari. Quia si anima tam infimæ rei. s. carni, sic vnitur, vt ipsam sibi vnitam nullo modo possit odire, nec ab ipsa velle possit separari, quanto magis per amorem ipsi Deo vniri poterit beatificè, vt ipsum toto corde diligat, nec ab ipso aliquo modo patiatur separari? Et hanc rationem tangit Apostolus ad Ephes. 5. dicens. Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Et subdit ad propositum. Sacramentum hoc magnum est. Et

F istam rationem in forma ponit Magister lib. 2. d. 1 dicens. Ideo carni voluit Deus vnire animam, vt in hac humana conditione ostenderet nouum exemplum beatæ vnionis, quæ est inter Deum, & spiritum creatum. Putaret enim creatura se non posse vniri creatori suo tanta propinquitate, vt eum tota mēte diligeret, & cognosceret, nisi videret animam, quæ est creaturarum excellentissima, tam infimæ creaturæ (vt est caro, quæ de terra est) tanta dilectione vniri, vt non valeat artari ad hoc, vt velit eam relinquere; pro exemplo ergo futuræ societatis inter Deum, & spiritū creatum perficien-

G dæ in glorificatione Deus animam carni & terrenis mãsionibus copulauit. Secundum patet, quoniam anima multas tribulationes & pœnas patitur in carne, ex quibus quãdoque pœna soluitur peccato debita, quas pœnas sine carne pati non posset, sicut est pœna famis, sitis, caloris, frigoris, & huiusmodi. Vt ostendit Magister lib. 3. distin. 15. Certum est autem, quòd per tales pœnas Deo satisfacit, quia, dum caro mortificatur, spiritus viuificatur. Sic enim Christus nos obtulit mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Tertium patet, quia

H talia opera carnis afflictiua quæ anima sine carne facere nō posset, deuotè facta sunt meritoria. Propter qd dicit Apostolus. Viuere in carne, mihi est fructus.

Petri 3.

Philip. 1.

991 *In terra deserta, inuia, & inaquosa sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.*

HIc ostendit quomodo iustorum patientia in aduersis roboratur. Et duo facit. Quia ostēdit primò iustorum

ex ad-

ex aduersis professionem. Secundò, ponit inter bonos,& malos distinctionem, ibi: *Si memor fui tui*. Prima in quatuor. Quia ostēdit quòd iusti ex aduersis quatuor perfectiones acquirunt, quia ex aduersis primò intellectus noster illuminatur. Secundò, homo interior gratificatur, ibi *Quoniam melior est*. Tertiò, mens ad Deum eleuatur, ibi. *Sic benedicam*. Quartò, anima vetius fortificatur ibi. *Sicut adipe*. Quantum ergo ad primum ostendit primò conditiones huius sæculi, siue congregationis malorum, dicens, quòd est terra deserta, inuia & inaquosa. Præsens enim mundus dicitur terra B deserta, quia in ipso nullus sanctorum habitat, & si corpore non tamen mente, dicente Apostolo. Nostra conuersatio in cœlis est. Dicitur etiam inuia, quia præsens mundus ipsum diligentes, vel eius sequentes vestigia ad terminum fęlicitatis intentum non ducit, sed magis ad oppositum damnationis. Dicitur enim inaquosa, quia caret aqua gratiæ, & ipsum sequentes nullatenus satiat. Est ergo præsens sæculū terra deserta, a qua veniens, ventus scilicet tentationis, concutit quatuor angulos domus, scilicet nostræ mentis, qui sunt quatuor virtutes C cardinales, & ipsam dissipat. Iob 1. In ista ergo terra deserta habitant iusti, etsi corpore, non mente. Et quamuis ista terra de se sit deserta, tamen in ipsa habitationem habent, quia Deus habitat in ipsis, quamuis sit inuia, ibi tamen viam inueniunt, scilicet Christum, qui est via, veritas, & vita, quamuis sit inaquosa, ibi tamen inueniunt fontem aquæ viuæ salientis in uitam æternam. Et ideo per sanctū desiderium coram Deo mente persistūt. Et hoc est, quod quilibet iustus dicit. *In terra deserta, inuia, & inaquosa sic in sancto desiderio apparui tibi*. Et ad quid in san D cto desiderio apparet hic iustus coram Deo? non quidē, vt videatur à Deo, quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, sed magis, vt ipse videat Deum. Et hoc est quod dicit. *Vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam*. Per virtutem, & gloriā Dei intellige Christum. Et vide contextū verborū. *Apparui tibi vt viderem*, &c. Quid est enim apparere alicui nisi videri ab illo? Est ergo sensus. *Apparui tibi vt viderem*, &c. idest vidisti me, vt viderē te.

Philip. 3.

Videre Dei.

A Nemo enim videt Deum, nisi prius appareat Deo, idest videatur à Deo. Sicut enim sol sua luce nos respiciens nos illuminat, vt videamus, ita & Deus, dum nos respicit, facit nos suam gloriam, & virtutem videre. Ergo vt hic ait glo. Nos in sancto desiderio appareamus Deo, idest, nos videat Deus, vt ipse appareat nobis, idest videatur à nobis. Et hic notandum, quòd modum, quo Deo apparere debemus, nobis ostenditur Exod. 34. vbi dicitur. Tribus vicibus anni apparebit omnis masculus in conspectu omnipotentis Dei. Vbi notandum, quòd quamuis, secundum Philosophum quarto physicorum, non habeamus de tempore nisi nunc, tamen secundum Grammaticos tres sunt temporis partes, scilicet præteritum, pręsens, & futurum. Et sic per tria tempora anni in conspectu domini in terra deserta huius mundi apparere debemus. Primò, per tempus præteritum, scilicet recogitando omnes annos nostros in amaritudine animæ nostræ ipsi Deo. Et hoc de ipsis agendo pęnitētiam. Secundò, per præsens, dum tempus habemus, operemur bonum, ad omnes iuxta dictum Apostoli de ipso præsenti tēpore dicens. Ecce, nunc tempus acceptabile. In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, &c. Tertiò, per tempus futurum, & hoc per firmum propositum perseuerandi in bono dicentes illud Iob 27. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea, iustificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram. In istis ergo tribus temporibus anni omne masculum coram Deo apparere debet, idest, omnis homo perfectus, quod si fecerit, & Deus, ei apparebit, vt sicut ipse videtur à Deo, ita ipse videat Deum. Et tunc Deo dicere poterit: *In sancto*: idest, desiderio *apparui tibi*, scilicet *vt viderem virtutem tuam*, &c.

Philosoph.

2. Cor. 6.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabūt te. 992

Consequenter hic ostendit, quòd per aduersa homo Deo gratificatur. Vbi notandum, quòd sicut prospera hominē per superbiam eleuant, sic & aduersa mentes humiliant. & ex consequenti gratas faciunt Deo. Vnde Greg. dixit. Duobus

De pæ. d. 1. quia diuinus.

Aduersitas

Gregor. 6. mor. c. 18.

Duobus modis omnipotens Deus vulnerat, quos reducere ad salutem curat. Aliquando enim carnem percutit, & métis duritiam suo pauore tabefacit. Vulnerando ergo ad salutem reuocat, cum electos affligit exterius, vt interius viuāt. Vnde per Moysem loquitur, dicens, Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiā, & ego sanabo. Occidit enim vt viuificet, percutit, vt sanet. Aliquando autem & si flagella exterius cessare videantur, intus vulnera infligit, quia mentis nostræ duritiam suo desiderio percutit, sed percutiédo sanat, quia terroris sui iaculo trāsfixos, ad sensum nos rectitudinis reuocat, &c. Ex quo apparet, quòd magnam misericordiam Deus nobis exhibet, cùm nos, vt, sanet percutit per aduersa. Talis autem misericordia nobis melior est quā vita corporalis, quia per illam, vitam spiritualem habemus, qua Deo gratificamur, quæ melior est omni vita corporali. Et hoc est quod hic ait Psal. *Quoniam melior est misericordia tua super vitas.* Vnde hic ait glos. *Melior est misericordia tua*, scilicet, qua per flagella me corripiens das vitam gratiæ. *Super vitas*, scilicet humanas, quæ & si longæ, & prosperæ sint, non tamen peruenire possunt ad longitudinem, & prosperitatem vitæ spiritualis. Et nota, quòd dicit vitas in plurali, quia vitæ temporalis multiplex est differentia, quia scilicet est vita militis, vita artificis, vita agricolæ, &c. quasi dicat. Melior est vita gratiæ, quam per aduersa das correctis, quàm qualibet mundalis vita, quam eligunt peruersi. Sed quia magnum beneficium requirit gratiarum actionem, ideo per aduersa accepta vita gratiæ, ad gratiarum actionem surgens dicit: *Labia mea laudabunt te*, scilicet gratias agendo.

Vulneratio.

Occidere.

993 *Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo lauabo manus meas.*

HIc ostendit quomodo per aduersa mens ad Deum eleuatur. Vbi notādum, quòd in scriptura per manus significatur operatio, quia illis operamur vnde Iob 13. Animam meam porto in manibus meis. Quod ideo dicit, quod secūdum opera anima iudicatur. Et ideo quando opera sunt bona, & tendunt ad Deum, tunc manus eleuantur, quādo au-

Opus.

E tem sunt mala & à iustitia declināt, tunc deprimuntur. Cum ergo bonitas operū, vel malitia ab interiori anima procedat: sequitur, quòd per bona opera anima eleuatur in Deum, sicut per mala anima ad infernum declinat. Et hoc est, quod hic ait Psal. *Sic benedicam te in vita mea.* Vnde quid sit Deum benedicere subdit. *In nomine tuo leuabo manus meas.* q.d. Tunc te benedicam, quando leuabo ad Deum manus. i. quando bona operabor, quoniā melius Deus benedicetur operibus bonis quam verbis. Vnde hic ait Magist. in glo. *Sic benedicam te in vita mea*, &c. idest

Leuare manus.

F misericordiæ tuæ attribuam vitā meam, in qua te laudo bona faciendo. Vnde subdit, *Et in nomine tuo leuabo manus meas* i. ad honorem tuum, non pro laude hominum opera bona perficiā. Vt Christus leuauit manus suas in cruce pro nobis, vt manus nostræ tam corporis quam bonæ operationis extendantur ad Deū. In nomine Dei nempe manus leuat, qui bonis operibus insistendo tēsis manibus in figura crucis Deum orat. Vnde Apostolus ait. Leuantes manus puras in oratione sine ira, & disceptatione. In cuius rei figura præcessit, quod Moyses in Exo

1. Thim. 2.

Exod. 17.

G do fecisse legitur. Qui, dum in oratione manus ad Deum leuabat, populus Dei vincebat Amalech, dum verò manus deponebat, superabatur Israel. Quia, dum aliquis bona operatur pro cœlestibus, vincit Amalech, idest dæmonum turbā sanguinem nostræ perditionis lingētem. Dum autem deponit manus. i. dum pro terrenis operatur, vincitur ab Amalech. Moraliter autem notandum, quòd multa multipliciter leuare debemus. s. oculos, animam, vocem, & manus. Oculos autem leuare debemus ad tria, scilicet ad illud, quod intra nos, ad id, quod est

Leuare oculos.

H extra nos, & ad illud, quod est supra nos. Primò ergo oculos leuemus ad illud, quod est intra nos. s. ad; peccati deformitatem purgandam, vt velociter surgamus, sicut qui cecidit in luto, videns vbi sit, uelociter surgit. Hiere. 3. Leua in directum oculos tuos, & uide, ubi nunc prostrata sis. Secundò, ad illud quod est extra nos. s. ad temporis breuitatem, ut bonum instaurer faciamus, sicut operarius leuat oculos suos ad solé, ut uideat si tēpus sufficiat ad opus suū perficiendū

Ioan. 4.

Ioan. 4. Leuate oculos vestros, & videte regiones, quoniã iam albæ sunt ad messem, & qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam. Tertiò, ad illud quod est supra nos. s. ad Dei, & sanctorum societatem, vt eos humiliter exoremus, sicut pauper leuat oculos ad diuitẽ, vt ei diues subueniat, Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi. Sed proh dolendum, quòd de multis hodie dicitur illud Psal. 16. Statuerunt declinare oculos suos in terram. Secundò, debemus animam leuare ad Deũ. Et hoc propter triplex bonum quod inde prouenit. Primò, propter notitiam veritatis, quam præstat. Sicut viator leuat oculos suos ad indigenam, vt eum dirigat, sic debet homo animam suam leuare ad Deum, vt eum dirigat ad viam æternam. Psal. 142. Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. Secundò, propter lætitiam deuotionis, quam condonat, Psalm. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te, domine, animam meam leuaui. Tertiò, propter fugã confusionis, quam declinat. Sicut auis leuat se à terra, ne capiatur, sic homo animam leuare debet ad Deũ de terra, ne à peccato capiatur, Psal. 24. Ad te, domine, leuaui animam meam, Deus meus, in te confido, &cæt. De ista autem leuatione animæ ad Deum, ait Gregor. Ad Deum faciem vel animã leuare, est cor ad sublimia inuestiganda attollere. Nam sicut per corporis faciem homini, ita per interiorem imaginem Deo noti iam, atque conspicabiles sumus. Cùm verò reatu culpæ deprimimur, ad Deum leuare cordis nostri faciem veremur. Dum verò nulla bonorum operum confidentia fulcitur, intueri summa mẽs trepidat, quia ipsa se conscientia accusat. Cum verò iam pœnitentiæ lamentis culpa diluitur: & sic perpetrata planguntur, vt plangenda minimè perpetrentur, magna menti fiducia nascetur, & ad inspiciẽda supernæ retributionis gaudia cordis nostri facies leuatur, &cæt. Tertiò, principaliter debemus leuare vocem, & hoc ad tria. Primò, ad confitendum peccatum, sicut homo leuat vestem, vt ostendat vulnus medico. In cuius figura legitur de Agar, quòd recedens, Agar iuit in desertũ vbi

Leuare animam.

Gregor. 16. mor. c. 10.

Leuare vocem.

A non erat aqua, & sitiuit puer eius, Genes. vigesimoprimo. Leuauit vocẽ suam, & fleuit, & exaudiuit dominus vocem eius, &c. Secundò, ad quærendum remedium, sicut pauper leuat vocem ad quærendum panem, sic debet homo pro remedio peccatorum. Exemplum habetur de decem Leprosis. Luc. 17. Leuauerunt vocem, dicentes: Iesus præceptor, miserere nostri: sequitur, Ite, ostendite vos sacerdotibus, & dum irent mũdati sunt. Tertiò, ad laudandum Deum. Esaia. 52. Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem, simul laudabunt Psal. 92. Eleuauerunt flumina, domine, eleuauerũt vocem, &cæt. Quartò, principaliter debemus leuare manus, & hoc ad tria. Primò, ad impugnandum malum, sicut pugnator leuat manum cum gladio ad impugnandum aduersarium. Et hoc fit per opera misericordiæ. Psal. *In nomine tuo leuabo manus meas.* Huius figura habetur Iosue. 8. Leua clypeum, qui in manu tua est, contra vrbem Hai, quoniam tibi tradidi eam. Et de hoc potest exponi illud Exod. 17. Cumque leuaret manus Moyses, vincebat Israel, si autem paululum remisisset, vincebat Amalech. Secundò, ad operandum bonum, sicut operator leuat manus ad laborandum. Et hoc fit per opera obedientiæ, Psalm. 118. Leuaui manus meas ad mandata tua, &cæt. Tertiò ad orandum Deum, sicut pauper in pressura leuat manus ad diuitem, vt aliquid recipiat. Et hoc fit per cordis deuotionem. Thren. 3. Eleuemus corda nostra cum manibus ad Deum in cœlo. Ps. 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium, &c. Vnde & Apostolus ait. Volo viros orare in omni loco, leuantes manus puras coram Deo. Prædictis ergo modis Psalm. hic nos docet manus leuare dicens. *Et in nomine tuo leuabo manus meas.*

Leuare manus.

1. Tim. 1.

B

C

D

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. 994

HIc ostendit quomodo mẽs per aduersa fortificatur. Aduersitates enim iustorum in eis perpetuam securitatem concedunt, vt deducit Gregor. lib.

lib. 10. moral. capit. 16. Et hoc hic notat Psal. dicens. *Sicut adipe, & pinguedine*, &c. Vbi notandum, quod adeps est in intestinis, pinguedo verò in carne. Et sic per adipem intellige sapientiam, quæ stat in abscondito, scilicet in anima, quia hæc est pinguedo animæ, sine qua anima marescit, & ita ex illis est, vt in bonis operibus cito deficiat. Per pinguedinem verò intelligitur fortitudo spiritus. Et sic secundum glo. est sensus. *Anima, repleatur adipe, & pinguedine*, idest, scientia & fortitudine spiritus. Quo facto, *Laudabit te os meum labijs exultationis*, idest, ex pura conscientia, cuius comes exultatio. Vel aliter. Vbi notandum, quòd triplex est adeps, vel pinguedo moraliter quo debet repleri qui dignè Deum laudare cupit. Adeps enim in scriptura significat tria, scilicet, Aeternorum desiderium, sanctitatis, & munditiæ. Altaris sacrificium vnitatis, & concordiæ. Deuotorum adiutorium charitatis, & amicitiæ. Primum patet. Sicut enim naturaliter adeps, vel pinguedo semper quærit supremam partem rei & superficiē, quia supernatat alijs liquoribus, sic & desiderium cœlestium superna petit, ima deserens, quia solum in cœlestibus conuersatur, & domino consecratur. Vnde de tali adipe dicitur. Omnis adeps domini erit iure perpetuo, quia scilicet omne desiderium in ipsum debet terminari. Vnde de isto adipe loquitur Gregor. super illo Iob. Cutis mea aruit. d. In sanctæ ecclesiæ corpore ij, qui exterioribus curis inseruiunt, cōgruè cutis vocantur. Quæ nimirum cutis arescendo contrahitur, quia mentes carnalium dum præsentia diligunt, & quasi iuxta posita concupiscunt, ad futura extendi per longanimitatem noluit. Qui dum internæ spei pinguedinem negligunt, attrahuntur, & arescunt. Hanc autem aresactionem Psalm. formidauerat, cùm sanctitatem mentis intuens dicebat. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*. Adeps quippe pinguedinis animam replet, cùm hanc contra præsentium desideriorum escam supernæ spei infusio refouet. Cutis ergo arescens contrahitur, cùm cor rebus exterioribus deditum in auctoris sui amorem non tenditur, sed in semetipso (vt ita dixerim) rugosa cogitatione plicatur.

Adeps. *Adeps.* *Leuit. 3.* *Gregor. 8. mor. ca. 11.* *Iob 7.*

E Hic ergo est adeps illorum, qui non quæ sunt super terram, sapiunt, sed quæ sursum sunt, quærunt, de quo Leuitic. 3. offerent domino adipem, qui operit vitalia. Hic enim adeps operit vitalia, quia vitam spiritualem conseruat. Et nota quod secundum Aristot. Animalia, quæ abundant in pinguedine, parum habent de sanguine, & econtrario. Item ibidem dicit, quòd adeps magis crescit in hyeme quam in æstate. Sic moraliter est de adipe cœlestis desiderij. Quid enim per sanguinem in scriptura, nisi peccatū intelligitur? iuxta illud Psalm. Libera me F de sanguinibus, &c. Sic ergo sit mysticè, quòd quanto quis abundat adipe, minùs habet de sanguine, quia quanto quis superius per desiderium est intentus, tanto minus peccatis implicatur, & econtrario. Similiter sicut adeps magis crescit in hyeme quàm in æstate, sic & adeps spiritualis desiderij. Quid enim per æstatem nisi prosperitas? quid per hyemem frigidum nisi aduersitas designatur? quia tempore aduersitatis mens nostra magis eleuatur ad Deum quàm tempore prosperitatis, dicente Psalm. Cùm occideret eos, quærebant eum. Et Oseæ 6. G In tribulatione sua mane consurgent ad me. Sed quia multi quandoque cœlestia desiderant, sed statim habita opportunitate, reuertuntur ad mundum. Ideò contra tales dicitur, Offerent domino adipem, & caudam totam. Per caudam enim, quæ est finis animalis, accipe virtutem perseuerantiæ vsque in finem. Secundum patet. Quoniam in hoc sacramento totalis gratiæ pinguedo continetur, qua plenè nos reficit Deus. Psal. 80. Cibauit eos ex adipe frumenti, &c. Quid enim frumenti nomine nisi Christi corpus intelligitur? Vnde de seipso H ait: Nisi granum frumenti cadens in terra, &cæt. si autem mortuum fuerit multum afferet fructum, scilicet, fructum nostræ redemptionis. Istud frumentum habet corticem, & adipem, vt cortex sit ipsa humanitas, adeps verò sit intus latens diuinitas, quia in hoc sacramento satiamur, quia in ipso nostra finalis beatitudo consistit. Vnde prædicta verba Psalm. exponens glo. dicit. Cibauit eos ex adipe frumenti, idest, sacramento corporis Christi. Vnde & Psalm. 147. Qui posuit

Philos. 4. de animalib. *Psal. 50.* *Psalm. 7.* *Leuit. 3.* *Euchari- stia.* *Psal. 80.* *Ioan. 12.*

posuit fines tuos pacem, ex adipe frumenti satiat te. Quod ideò dicit, quia sicut adeps frumenti est vnitiuus, quia ex multis granis vnus panis conficitur, sic istud sacramétum est vnitiuum, quia omnes dignè sumentes vnit & pacificat, dum eos vnum corpus facit in Christo. Vnde de adipe sacramentali corporis & sanguinis Christi ipse suis pollicetur electis dicens. Comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem de victima, quam ego immolo vobis. Quid enim est victima à Christo nobis immolata, nisi corpus suum & sanguis, quæ in cruce pro nobis obtulit patri? Ex qua comedimus adipem in saturitate, dum corpus Christi dignè sumendo eius gratijs replemur. Et sanguinem in ebrietate bibimus: dum per Christi sanguinem sumptũ eius replemur amore. Vnde Magister in gloss psal. 14 Ex adipe frumenti satiat te, idest, pane, qui de cœlo descendit, qui adeps frumenti dicitur, quia carne clausus in mundo sola fide cognitus est interius. Tertium, patet: Adeps enim realiter defendit vitalia interiora, & ipsa operit: sic & virtus charitatis, & amicitiæ proximum operiendo custodit. Vnde Leuit. 3. dicitur. Offerent domino adipem, qui intrinsecus operit vitalia, & quicquid pinguedinis est intrinsecus. Vitalia en m interiores virtutes dicuntur, quas operit charitas, & custodit, quam Deo debemus offerre, quia omnis actus veræ charitatis terminatur ad Deum. Adeps ergo charitatis operit vitalia, quando quis vitam proximi charitate defendit, nutrit, & protegit. Dicit Magister de proprietatibus rerum lib. 7. quòd si adeps vel pinguedo in corpore hominis dissoluatur: statim deficit calor naturalis, & mors subitanea sequitur. Quid enim est calor naturalis, nisi ipsa vita gratiæ, in qua cõsistit nostrũ viuere spirituale, sicut & vita corporalis in naturali calore? Si ergo adeps interius coagulatus dissoluatur, i. vnio charitatis ad proximũ disrumpatur statim cessat calor spiritualis, in quo vita gratiæ consistit, & sic subitò sequitur mors animæ. Istum ergo adipem charitatis cõseruare debemus, s. corde, & opere. In cuius figuram dicitur Leuit. 7. Tenebit in manibus adipẽ hostiæ & pectusculum. Per manus opera intellige: sed per pectusculum, in quo latet cor, ipsam intentionem. Debemus ergo adipẽ charitatis tenere in manibus, i. charitatem per opera proximis ostẽdere, debemus et pectusculum tenere in manibus, vt. s. operibus exterioribus copuletur charitas interior: vt. s. solum propter Deum exteriora opera fiant, & nõ propter aliquod temporale, vel carnis delectationem, vt. s. adeps charitatis separatus sit à carne, idest, ab omni carnis voluptate vel affectione, sicut de Nathan propheta dicitur. Surrexit Nathan propheta quasi adeps separatus à carne. Qui ergo prædictum triplicem adipem habuerit, dignè Deum poterit laudare. Et hoc innuens psal. dicit. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*, & tunc, scilicet, *labijs exultationis laudabit os meum*.

Ezech. 39. — *Eccle. 47.*

Si memor fui tui super stratum meũ, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

995 7. q. 1. denique.

HIc ostendit differentiam inter bonos, & malos, quia boni laudant Deum, & ipsius sunt memores in prosperitate, & aduersitate: mali autẽ non, quia ipsi prosperis eleuantur, sed franguntur aduersis. Primò ergo ostendit cõditionem bonorum in prosperitate. Secundò, in aduersitate, ibi. *Et in velamento.* Quantum ad primũ sciendum, quòd per stratum, siue lectum, qui est locus quietis, significatur status prosperitatis, in quo sine turbatione homo quiescit. Et sic ille memor est Dei super stratũ suũ, qui in statu prosperitatis positus virtutẽ seruat humilitatis, & bona opera sibi sternit, in quibus requiescere possit. Vnde Gregorius ait: Per stratum repausatio in bonis operibus designatur. Vnde in Apostolorum actibus Petrus Apostolus dicit, Aenea, sanet te dominus Iesus Christus, surge & sterne tibi. Quid est dicere surge: nisi mala quæ fecisti, derelinque? Et quid est dictum, sterne tibi, nisi talia bona, in quibus quiescere possis, operare? vt & deserat surgendo, quæ fecit, & inueniat sternendo, quod non fecit. Quod utrunque propheta breuiter comprehendit, dicens. Declina à malo, & fac bonum. Declinare a malo quippe

Stratũ. — *Gregor. 23. mor. c. 23.* — *Act. 9.* — *Psal. 36.*

pe est ab eo, in quo iacuit surgere, bonū verò facere, & mercedis opera in quib. requiescere debeat operari. Qui enim declinat à malo, sed adhuc bona non facit, surrexit quidē ab eo, quo iacuit, sed vbi requiescere debeat, nōdū strauit, &c. Sic autem memor Dei continuè meditatur quomodo ipsi Deo seruire possit. Et hoc est, quod subdit. *In matutinis meditabor in te*, i. continuè die, ac nocte, nam matutinum est finis noctis, & principium diei, & sic vtrumque comprehendit. Et ne opera bona, & talis meditatio videat̄ sibi attribuere, sed totū ipsi Deo, Ideo subdit. *Quia fuisti adiutor meus.*

996 11.q.3. ad mensam.

Et in velamento alarum tuarum exalbo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.

Hic ostendit statum bonorum in aduersitate, quia scilicet, tunc maximè Deo adhærent per patientiam. Vbi notandū, quod Alæ Dei, quibus nos protegit, & velat, sunt duæ, scilicet misericordia, & charitas. Vnde dicit gl. psa. 16. Istis enim velatus, aduersis frangi non potest. Nam per alam misericordiæ facit cum tentatione prouentum, quia nō patitur nos tentari supra id, quod possumus, sed per alam charitatis aduersa immittendo, nos magis ad suum amorem trahit. Quod norans subdit. *Adhæsit anima mea post te*, scilicet charitate. Vbi notandum, quod illi rei cor nostrum adhæret, quam diligit, cum ergo Deum toto corde debeamus diligere, sequitur quod toto corde ei debeamus adhærere. Adhæremus autem Deo charitate, eius præcepta obseruando. Propter quod dicitur. Diligatis dominum Deum vestrum, vt ambuletis in omnib. vijs eius, & obseruetis omnia mandata eius, adhæreatisq̄ue illi in omni corde vestro. Et attēde, quòd ista adhæsio est tantæ vtilitatis, quòd sic adhærentes vnit Deo, quòd illos deificat, dicente apostolo. 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cū eo. Quod tamē dictum sanè oportet intelligi, ut ibidem ostendit Magister in glos. dicens. Qui adhæret Deo, scilicet eius voluntatem semper faciens, nō vna caro est cum Deo, sed vnus spiritus cum spiritu Dei: Cum ergo unus est spiritus non substantiæ identitate, sed participatione diuinæ beatitudinis. Diuersæ enim sunt substantiæ spiritus hominis, & spiritus Dei. Sed quia noster spiritus adhærendo Deo, accedit ad participationem veritatis diuinæ, & beatitudinis illius. Vnus est ergo spiritus hominis, qui adhæret Deo cū spiritu Dei, cùm ei sic adhæret, vt particeps eius beatitudinis plenè fit, cùm. s. satiabitur eius desideriū in ipsa trinitate adhærens Deo, cuius est imago. Non ergo spiritus hominis adhærens Deo est, ita vnum, vel vnus cum spiritu Dei, sicut filius cum patre est vnū, vel vnus Deus. Sic. n. dicimus de patre & filio, q vnum sunt, quia vnius substantiæ duo sunt, Diligenter ergo aduerte, quòd quando de rebus duabus, vel pluribus vnum est, vel vna est, & additur quid vnū vel quid vna de ijs, quæ diuersæ sunt, & de ijs, quæ sunt eiusdem substantiæ, dici potest. Diuersæ enim sunt substantiæ spiritus hominis, & spiritus Dei, & tamen dicitur, qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Vbi autem dicitur de duobus, vel pluribus vnū, nec additur quid vnum, talia diuersa non intelligūtur, sed vnius substantiæ, sicut dictum est: Qui plantat, & qui rigat, vnum sunt, & item. Ego, & pater vnum sumus. Si ergo de ijs, quæ diuersæ sunt substantiæ, q sint vnus spiritus, rectè dicitur, quantò magis, quæ vnius sunt substantiæ, rectè dicūtur vnus Deus esse. Hæc Magister. Ex prædictis ergo patet, q aduersitas facit adhærere Deo. Item q adhæsio Dei facit nos assumi ad vnitatem Dei modo prædicto. Et ideo cōcludit Psal. d. *Adhæsit anima mea post te.* & quid ad hoc sequitur. *Me suscepit dextera tua.* s. ad talem vnitatem.

997

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Haec est secunda pars principalis, in qua ostenditur, quòd malorum vitia à Deo puniuntur. Vbi notandum, quòd mali nocere cupientes bonis, ipsis non nocent, sed sibiipsis, peccantes enim contra bonos bonis proficiunt, sed sibiipsis damnationem acquirunt. Decius enim persequendo Laurentium, sibi-

Margin: Alæ. — Adhærere. — Iosue 22. — Vnum cum Deo. — 1. Cor. 3. — Ioan. 10. — Nocere malis bonis non possunt.

sibiipsi nocuit, sed Laurentio non modicum profuit, & sic alij tyranni, quærentes sanctos funditus perimere, non sanctis, sed sibiipsis nocuerunt, & sic eorum persecutio erat vana, quantum ad persequentes, quia finem intentū habere non poterant. Vnde Greg. 20. mora. c. 22. dicit, Omnipotens Deus electorum suorum aduersarios temporaliter permittit excrescere, vt per malorū sæuitiam purgetur vita bonorum. Nunquā enim dominus aduersus bonos eos sęuire permitteret, nisi etiam quantū prodessent, videret. Nam dum iniusti sæuiunt, iusti purgantur, & vtilitati innocentium militat vita prauorum, dum hanc & premendo humiliat, & humiliando semper ad melius format. Vnde rectè per Salomonem dicitur: Qui stultus est, seruiet sapienti. Et tamen sæpè conspicimus sapientes subesse, stultos verò arcem dominij tenere. Sapientes seruiliter obsequi, stultos tyrannidis elatione dominari. Quomodo ergo diffinitione diuinæ sapientiæ, stultus sapienti seruit, dum plerumque hunc iure temporalis dominij comprimit? Sed sciendum est, quòd dum contra sapientis vitā, stultus præeminens terrorem potestatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, cōtumelis lacerat, profectò hunc ab omni vitiorū rubigine vrendo purgat. Stultus ergo sapienti etiam dominando seruit, quem ad meliorem statum premendo prouehit, &c. Quia ergo mali persequendo bonos, intentum contra bonos non acquirunt, ideò in vanom animam bonorum quærunt. Vnde hic dicit Psalm. de malis. *Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam*. quasi dicat: In carnem potestatem habent, non in animam. Sed qualis eos pœna sequatur, subdit dicēs, *Introibunt in inferiora terræ*. Vbi tres prauorum numerat pœnas. Prima est, quia in infernum demergentur, quam notat dicens: *Introibunt in inferiora terræ*, idest, in infernum, qui est in inferioribus terræ situatus, vt dictum fuit suprà in versiculo 108. ibi. Conuertantur in infernum, &c. Secunda est, quia à Christo iustè iudicabuntur, *quia tradentur in manus gladij*. Quid autem hic est gladius, nisi iusta Christi sententia, quæ in iudicio malos occidet, & quo ad corpus & quo ad animam? De quo gladio dicitur Apoc. 1. ꝙ ex ore eius exibat gladius ex vtraque parte acutus. Tertia est, quia à dæmonibus cruciabuntur, quia *partes vulpium erunt*. Quid enim per vulpes fraudulentas intelligitur, nisi ipsi dæmones deceptores, & fraudulenti? De quibus ait Christus illi auaro. Vulpes foueas habēt, & volucres cœli nidos, idest, secundum glossam, vulpes, idest dęmones dolosi, volucres cœli, idest, dæmones superbi in eorde tuo habent habitaculum, sed non filius hominis. Vnde nō solum dæmones ratione dolositatis vulpes dicuntur, sed etiam homines dolosi, Vnde & Christus Herodem appellauit vulpem. Dicite illi vulpi, &c. Vbi gloss. Vulpis enim est animal plenum fraudibus, in fouea propter insidias latēs, odore fœtens, nūquam rectis itineribus incedens. Quæ omnia dæmonibus competunt, & hominibus prauis. Est ergo sensus. *Partes vulpium erunt*. in partes hæreditatis dæmonum erūt, sicut Deus est pars hæreditatis iustorum, Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ, &c.

Prouer. 11. | Pœna malorum. | Vulpis. | Matth. 8.

A B C D

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur oēs, qui iurāt in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua. 998

Hic consequenter ostenditur quomodo bonorum opera à Deo præmiantur. Vbi nota ꝙ quilibet iustus regis nomine intelligitur: Cum enim rex dicatur à rego, regis, sicut scriptor à scribo, & doctor à doceo. Ideo sicut scriptor dicitur qui bene scribit, & doctor qui bene docet, sic & rex dicitur quilibet, qui seipsum bene regit. Cum ergo solùm iusti seipsos bene regant, carnem subdētes spiritui, & spiritum Deo, sequitur, ꝙ ipsi dignè reges vocantur. Et econtrà, illi, qui se nō bene regunt, vt sunt praui, iniustè reges nuncupātur, quacunq; temporali fulgeant dignitate. Vnde Isidor. lib. 3. de summo bono, d. Reges à rectè agendo dicti sunt. Ideoq; rectè faciendo nomen regis retinent, peccando autem perdūt. Vnde Prouer. 20. Rex qui sedet in solio suo, s. mentis, dissipat omne malum. Certum est autem, ꝙ iusti totam suam gloriam in Deo ponunt, & lætitiā non in rebus creatis, psal. 31. Lætamini

Rex quilibet iustus.

in domino,& exultate,iusti. Et hoc est, quod hic de iustis sub regis nomine d. Ps. *Rex verò lætabitur in Deo.* Vnde & Ps. 20.ait Dñe,in virtute tua lætabitur rex. De lætitia aūt iustorum vide supra versic.479. Subditur. *Laudabūtur omnes qui iurant in eo.* Vbi s̄m gl. Ille iurat in Deo, qui obsequium, & vota Deo promittit, & obseruat: Et tales laudabuntur, s. ab ipso Deo in iudicio quādo eis dicet: Venite benedicti patris mei, &c. Mali autē tunc à nullo laudabuntur. Non quidem à Deo, nec à iustis: quia mala laudare non norunt, neq; à malis,& adulatoribus, vt in vita præsenti. Quia in iudicio *obstructum est*, i. obstruetur *os loquentium iniqua.* Iniqua enim loquitur omnis, qui alterius mala cōmendat. Secundū enim Grāmaticos obstruo cōponitur ex ob, & struo, struis, & est obstruere idem ꝙ claudere, oppilare, vel vndiq; obturare. Obstructum ergo tunc ostendit os malorum, quia ibi non erit tēpus excusandi mala, vel laudandi, quia omnibus erūt manifesta. Et hoc est, quod de malis dr, impij in tenebris conticescent. Quod exponens Greg. ait. Nūc enim malus bonis derogat, & recta, quę agere negligit, hæc in alijs obtrectando laccrare non cessat: Sed tunc iniquitas os suum contrahit, cùm iustis quanta suppetat gloria retributionis, agnoscit. Tunc enim ei loqui contra bonos non vacat, quia malorum suorum digna retributione linguam tormenta ligant. Vnde benè, Anna prophetizante, dicitur. Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris cōticescent. Quod nunc confirmās Psal. ait. *Obstructum est os loquentium iniqua,* præsens ponens pro futuro.

Os peccatorum.

Obstruo.

1. Reg. 2.

Gregor. 16. mor. c. 16.

PSAL. LXIII.

999 **E**Xaudi, Deus, orationem meam cùm deprecor, à timore inimici eripe animam meam.

PSALMVS iste hunc habet titulū. *In finem psalmus Dauid.* Patet ex prædictis multotiens expositio. De materia vero Ps. quo ad literā dicunt doctores Hebræorum, maxime Ra. Sal. quod Dauid hunc psalmum facit de ipso Daniele propheta, qui de semine Dauid descendit. Vnde Ezechiæ regi dixit Esai. 4. Reg. 20. De filijs tuis, qui egrediē tur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et hoc impletum fuit in Daniele, & socijs eius, vt habetur Dan. 1. Dauid ergo spiritu prophetico præuidens, quod Daniel de suo semine nasciturus, p inuidiam malignantium fuerat in lacum leonum proijciendus, & inde miraculosè liberādus, hunc psalmum in persona Danielis composuit. Et secundum istum sensum literalem psalm. iste diuiditur in tres partes. Quia primò diuinum beneficium recolitur. Secundò, malignantium iniquitas describitur, ibi *Quia exacuerunt.* Tertiò, vtilitas considerantium concluditur, ibi. *Conturbati sunt*, &c. vt Nicolaus de Lyra. Quantum verò ad sensum propheticum, notandum, quod iste psalmus agit de Christi passione, & resurrectione. Vnde in isto psalmo Christus loquitur, sed quandoque vt caput, quandoque vt corpus, quod est ecclesia. Sicut enim Christus caput ecclesiæ in sua passione orauit, sic & ecclesia in suis passionibus Deum debet orare. Est ergo sensus tituli. *In finem psalmus Dauid*, idest, iste psalmus dirigens nos in finem, idest, in Christū, qui est omnium fidelium finis, attribuitur ipsi Dauid, id est, Christo, quia in isto psal. Christus loquitur, vt dictum est. Intētio psalmistæ est, fideles mouere, ne in passionibus turbentur, sed tunc maximè in Deum sperent, & per orationem ad ipsum deuotè recurrant. Sub isto ergo intellectu tractando psalmum, psalmus iste diuiditur in tres partes. Quia ponitur primò passionis Christi acerbitas. Secundò, Christi in passione stabilitas, ibi. *Accedet homo.* Tertiò, passionis Christi vtilitas, ibi. *Cōturbati sunt omnes.* Prima in tres, quia ponitur tempore Christi passionis primò Christi deprecatio. Secundò, deprecationis exauditio, ibi. *Protexisti.* Tertiò, Iudæorū malignatio, ibi. *Quia exacuerunt.* Quantum ad primum notandum, ꝙ quamuis timoris multæ sint species, vt dictum fuit versi. 261. Quantum tamen ad præsens restat sciendum, ꝙ timor est duplex, s. corporalis, & spiritualis.

Timor corporalis. Nota totum ad non timendum subire mortem corporalem pro domino cum se casus obtulerit.

tualis. Corporalis, quo pœna timetur corporis, vt timere infirmitates, verbera, vel mortem. Spiritualis autem, quo spiritualis inimicus timetur, ne suis tentationibus vel pœnis immissis ad casum trahat. Et quamuis primus timor sit quasi naturalis, nunquam tamen tantus esse debet, vt superet rationem, vt scilicet pro aliqua pœna uitanda aliquod fiat inhonestum, quinimmo ante omnis pœna corporalis eligi debet, vt deducit Chrysostomus super illo verbo Matthæi decimo. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. dicens, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, quoniam corpus, etsi ab impijs occisum non fuerit propter dominum, à seipso post modicum morietur propter naturam. Ergo occisi secundum corpus ab impijs, nihil perditis, nisi mortis dilationem, vt corpus quod post modicum fuerat moriturum, ante modicum moriatur. Magis autem nec ipsam mortis dilationem. Si enim verũ est, quod nec folium quidem cadet de arbore sine Dei precepto, quia numerati sunt dies qui ad vitã nobis sunt dati; credere debemus; quòd nec morimur ante diem nec transire possumus diem. Nunc autẽ ponamus, quod ante diem morimur propter Deum. Si ergo & gratis post modicum morituri sumus, nulla Dei causa proposita, quare non ante modicum in causa Dei cũ gloria morimur, vt fiat voluntarium, quod futurum est necessariũ vt offeramus pro munere, quod redditur pro debito. Ideo nolite timere eos, qui occidunt corpus, substantia enim hominis nõ est corpus, sed anima. Hanc enim solam ad imaginem suam Deus fecit & hanc diligit, propter hanc fecit & mundum, & hanc zelat, & persequitur inimicus, & propter hãc ipse Dei filius uenit in mundum. Corpus autem uestimentũ est animæ. Sicut ergo vestimentum super homines positum, si quis furibũdus scindat, dolorem quidem iniuriæ sentit homo, damnum autem non patitur in natura. Sic corpus super animam positum si occidatur ab impijs, anima quidẽ occisionis illius sentit dolorem, damnũ aũt suæ naturæ non patitur. Aut quod sentio uerius, non solum ad uestimentum animæ caro creata est, sed magis ad tentationem eius, quasi domestica, & naturalis inimica copulata, vt, dum expugnatur à carne, nec uincitur, coronetur à Deo. Si ergo caro animæ inimica tentatio est, quis sapiens non intelligit, quia occisio corporis optãda est magis quam timenda. Ideo .n. tibi corruptibilis natura creata est, ideo deponendi corpus tempus est numeratum, vt, dum homo moritur, quotidie corpori illi non parcas, sed conuenientiæ periturę compares tibi vitam mansuram. Ecce si mutuo acceperimus, vt puta equum, aut bouem, nonne assidue opus tuum operaris in eum? Dicis enim apud te, hodie, aut cras tollendus est a me, quia nõ est meus. Et in corpore corruptibili natus quare ad utilitatem animæ tuæ non uteris temporali corpore tuo? sciens, quod post modicum tollendum est à te, quia nõ est tuum. Quæ est ista insipientia nostra, odire, quod nostrum est, & amare, quod nostrum non est? studere, quod saluare non possumus, & negligere, quod in æternum habituri sumus, hæc ille. Ex quibus patet, quod mortẽ corporis nullus timere debet, vt pro ipsa uitanda aliquid agat inhonestum. Sic ergo Christus hic orans *A timore inimici eripe animam meam*. non petit ne moriatur, sed vt eos non timeat qui tantum corpus occidere possunt, sed magis illũ timeat, qui corpus & animam perdere potest. Et hoc modo a timore inimici eripitur, etiam dum occiditur; quia homines non timet, sed nec morti cedit, vt hic dicit glo. Et attende quod non tam pro se hic orat Christus, quam etiam pro suis, scilicet ne martyres illos timeant, qui solum corpus occidere possunt, vnde hic ait August. *Exaudi, Deus, &c. à timore, &c. eripe animam meam*. Sæuierunt inimici in martyres. Quid ergo orabat ista vox corporis Christi? Hoc orabat, vt eruerentur ab inimicis, & vt non eos occidere possent inimici. Ergo exauditi nõ sunt, quia occisi sunt. Nunquid deseruit Deus contritos corde seruos suos, & sperantes in se despexit? Absit. Quis enim inuocauit Dominum, & derelictus est? Quis sperauit in eum, & ab eo desertus est? Exaudiebantur ergo, & occidebantur, & tamen ab inimicis eruebantur. Alij enim timentes consentiebant & uiuebant, & tamen ab inimicis absorbebantur. Occisi itaque eruebantur, uincentes

tes autem mori timentes absorbebātur. Vnde est illa vox gratulationis, forsitan viuos absorbuissent nos. Multi absorpti sunt viui, absorpti sunt multi mortui. Qui enim putauerūt inanem esse fidem Christianam, mortui absorpti sunt. Qui autem scientes, veritatem esse prædicationem euangelij, Christum esse filium Dei dicentes, & hoc credentes, & hoc intus tenentes, victi tamen doloribus cesserunt, & idolis sacrificauerunt. Illi viui absorpti sunt. Illi absorpti, quia mortui. Illi autem, quia absorpti mortui. Quid ergo orabat hæc vox martyrum dicentis. *A timore inimici eripe animam meam.* Non vt me non occidant inimici, sed ne anima mea consentiat inimicis. Hoc ergo orat Christus in suis impleri quod iubet in euangelio dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed eum timete, qui animam, & corpus potest perdere in gehennam. Oretur ergo, vt præstet quod iubet. *A timore inimici erue me, Deus,* & sub de timori tuo, idest, non timeam eum, qui corpus occidit, timeam autem te, qui habes potestatem & corpus, & animam occidere in gehennam ignis. Non enim à timore tuo volo esse alienus, sed à timore inimici liber, sub timore verò seruus domini.

Matth. 10.

1000 *Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem.*

HIc ponitur deprecationis exauditio. Vbi notandum, quòd tego, tegis, habet duo significata, secūdum quæ & humanitas Christi protegebat diuinitatem, & diuinitas humanitatem, vide supra versic. 438. Protexit ergo diuinitas humanitatem Christi, quia ipsam defendit, ne malignantes Iudæi ipsam, ut conabantur, superare possent, quia etsi corpus in manibus ipsorum est traditum, animam autem in aliquo lædere non potuerunt, sicut diabolo de Iob dominus dixit. Ecce caro eius in manu tua est, ueruntamen animam eius serua. Et de hoc uide supra uersiculo 396. Orat etiam hic Christus pro corpore suo, & sanctis martyribus. Vnde virtute eius orationis sancti martyres sic à Deo fuerunt protecti, vt fortiores essent patiendo quàm inimici sæuiendo. Vnde hic ait glos. hoc quod hic dicitur, *Protexisti*, in capite factum cernimus. Quod & membra experiuntur. Hoc.n. exemplo reliqui firmantur. Vnde Aug. in sermone. *Protexisti me à conuentu malignantium*, &c. Iam ipsum Christū protectum intueamur, multi enim martyres talia passi sunt, sed nihil sic relucet, sicut in Christo, qui est martyrum caput. Versus iste sic est intelligendus, vt, dum Propheta agnoscit se hactenus à Deo protectum esse taciè intelligatur precari, ut in posterum ab eodem protegatur. Insuper collige ex hoc versiculo, quòd solum in Deo vera lætitia habetur: quia solus Deus nos ab omni tribulatione liberare potest. Non quidem plenè liberat in præsenti, sed in futuro. Ideo accipitur hic præteritum pro futuro, ratione certitudinis propheticæ. In præsenti enim vita tribulationes patimur, vt purgati in futuro consolationem Dei inueniamus. Propter quod dicitur Iob quinto. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Quod exponens Gregorius ait. Quid enim senario numero, quem septimus sequitur, nisi præsentis vitæ operatio, discursusque significatur? Sexto quippe die omnia perficiens hominem condidit, & septimo die Deus requieuit. Perfectis ergo omnibus requies sequitur. Quia post bona vitæ præsentis opera, retributio æternæ quietis inuenitur. In sex itaque tribulationibus Dominus nos liberat, ne in septima nos malum tangat, quia per paternæ pietatis eruditionem, præsentis vitæ labore nos atterit. Sed in aduentu judicis à verbere abscondit, vt tantò tunc ad salutem certiores exhibeat, quantò nunc flagella durius secant.

Iob 1.

Martyr.

1001 *Quia exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.*

6. q. 1. ex merito.

HIc ponitur Iudæorum cōtra Christum iniquitas, & malignatio. Et diuiditur in quatuor partes. Quia ponitur primò Iudæorū venenata locutio. Secundò,

Lingua Iudæorum.

Secundò, ipsorum ostinata præsumptio, ibi. *Subitò sagittabunt*. Tertiò, ipsorum meditata deceptio, ibi: *Narrauerunt*. Quartò, ipsorum frustrata intentio, ibi. *Scrutati sunt*. Quantum ad primum notandum, q multotiens nomine causę significatur effectus, sic nomine voluntatis significatur actus, voluntate elicitus. Sic & in proposito nomine linguæ significātur verba per linguam formata. Dicat ergo de Iudæis Christus, *Quia exacuerunt vt gladium linguas suas*, idest, verba, scilicet, apertè clamando mortem Christi, dicentes. Tolle, tolle, crucifige eum. Et potes notare quod Iudæi acue B runt linguas suas contra Christum multipliciter, scilicet, ante passionem. Primò, ipsum blasphemando. Io.8. Dæmonium habes. Secundò, ipsum increpando. Matth. 11. Ecce vorator, & potator vini, & publicanorum amicus. Tertiò, ipsum tentando. Matth. 22. Si licet censum dare Cæsari. Quartò, adulando. Matthæ. 22. Magister, scimus quia verax es, &c. In passione etiam multipliciter acuerunt linguas suas, scilicet ipsum accusando. Luc. 23. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Ipsum con C demnādo. Matth. 26. Qui omnes clamauerunt. Reus est mortis. Ipsum crucifixerunt deridendo. Matth. 27. Vah, qui destruis templum Dei, &c. Vnde hic ait August. *Exacuerunt vt gladium linguas suas*. In alio psal. dicit. Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittæ, & linguæ eorū gladius acutus. Ita & hic qui exacuerunt, &c. Non dicant ergo Iudæi, nō occidimus Christum, quia propterea eū dederunt Pilato iudici, vt quasi à morte eius viderentur immunes. Nam cùm dixisset eis Pilatus. Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eū. Responderunt. Nobis non licet inter- D ficere quemquam. Iniquitatem facinoris sui in iudicem refundere volentes. Sed nunquid Deum iudicem fallebāt? Pilatus autem in eo quod fecit, aliquantulum particeps fuit, sed in comparatione illorum multò ipse innocentior. Institit enim quantūm potuit, vt ipsum ex ipsorum manibus liberaret. Nam propterea flagellatum ipsum perduxit ad eos. Non persequendo dn̄m flagellauit, sed ipsorū furori satisfacere volēs, vt vel sic iam mitescerent & desinerent velle eum occidere, quem flagellatum viderent. At vbi perseuerauerunt eūm ipse Pilatus lauisset manus, fecit tamen, quod voluerunt, vel inuitus. Nunquid ergo innocētes fuerunt, qui ipsum coegerunt, vt faceret? Nullo modo. Ille dixit in eum sententiam, & iussit eū crucifigi, & ideo ipse quasi eum occidit. Sed vos eum corde, & voce occidistis, ò Iudæi. Acuistis enim linguas vestras, & eū percussistis, quādo clamastis. Crucifige, crucifige. Crucifixit ergo Christum Pilatus: crucifixerunt & Iudæi. Ex quo vnum soluitur dubium. Nam Mar. 15. dicitur, q hora tertia crucifixerūt eum. Ioannes autē dicit, quod erat hora quasi sexta. Vnde ista concordans Augu. in sermone dicit. Ait enim vnus euangelista dominum crucifixum esse hora sexta, alius autem hora tertia. Iam quidem incipiente sexta hora Pilatus sedit pro tribunali. Et re vera quando dominus leuatus est in lignum, hora erat sexta. Sed alius euangelista Iudæorum intuēs animum, qui volebant immunes à morte domini videri clamantes crucifige, ostēdit eos esse reos, dicens dominum hora tertia fuisse crucifixum. Ergo verius illi tunc occiderunt, quādo sic impiè clamauerunt. Apparitores autem potestatis hora sexta crucifixerunt. Iudæi hora tertia clamauerunt, quod illi manibus hora sexta, hoc isti lingua hora tertia fecerunt, quando, scilicet, *Exacuerunt vt glaudium linguas suas*. Sic ergo magis rei isti fuerunt, qui clamando sæuiebant, quàm illi, qui obtemperādo administrabāt. Sequitur, *Intenderunt arcum, rem amaram*, &c. Arcus enim occultè ferit, sed gladius apertè. Lingua vt gladio feriebant, cū apertè clamabant. Crucifige. Sed arcu q̄si dolosè eius mortem tractabant, q̄n insidias parauerunt, vtpote, quod per discipulum traderetur, quod est res amara, vt conuiua fit proditor, vt. s. ipsi omnia facientes nihil fecisse viderentur. Vnde Augu. hic, *Intenderunt arcum, rem amaram*. Arcū dicit insidias, qui enim sagittam mittit fallit vt feriat, prius autē sagitta percutit, quàm ad illum venire præuideatur, quem latet insidiæ cordis humani. Sed nunquid dominum nostrum Iesum Christum late-

August.
Psal. 50.
Crucifige.
Mar. 15.
Ioan. 19.
Arcus Iudaeorum.

bant, qui opus nō habebat vt quisquam ei testimonium perhiberet de homine? Qui dixit. *Intenderunt arcum*, hoc est, in absconditis quasi fallentes insidijs. Nostis enim quibus dolis egerunt, quemadmodum Iudam pecunia corruperunt, vt Iesum traderet illis? Quomodo falsos testes procurauerunt, quibus insidijs, & dolis egerūt, vt sagittent in occultis immaculatum. O cor durum volens occidere hominem qui mortuos suscitabat.

1002 *Subito sagittabunt eum: & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam.*

HIc ostenditur Iudæorum obstinata præsumptio. Vbi sciendum, quod signum obstinatæ præsumptionis maximum, est potentiorem non timere, contra stimulū velle calcitrare, mortuos suscitantē velle interficere, in deliberatione mala scienter velle perdurare. Sic & Iudæi faciebant contra Christum, quia sermonem, idest, deliberationem, quam de eius morte fecerūt, nullis Christi miraculis visis deposuerūt, sed in ipsa permanserunt obstinati, & non timuerunt contra Deum extēdere manum. Et hoc est, quod de Iudæis psalm. hic prædicit, *Subito sagittabunt eum*, scilicet Christū, *Subito*, ait glo. idest, insidiosè, quasi non præuisi, & non præmeditati, quasi nescientem, vnde August. hic. *Firmauerunt sibi sermonem nequam*, idest, obstinati obfirmauerunt sermonem de Christi morte, quem conceperant, quia post tanta Christi facta miracula non sunt moti, sed persistierunt in cōsilio maligno. Traditus est ille iudici, trepidat iudex, & nō trepidant, qui tradiderunt iudici, contremiscit potestas, & non contremiscit immanitas, idest, immunita humilitas, vult ille lauare manus, & illi linguas suas inquinant. Sed quare? quia *Firmauerunt sibi sermonem malignum*: Multa autem egit Pilatus vt refrænarentur; sed *Firmauerunt sibi sermonem nequam*, dicentes. Crucifige, crucifige. Repetitio affirmatio est maligni sermonis. Vide quomodo acrius firmauerūt sibi sermonem malignum. Pilatus dixit. Regem vestrum crucifigam? Illi autem dixerunt: Non habemus regem nisi Cæsarem. Offerebat illis regem filium Dei, Illi ad hominem recurrebant, quasi digni qui illum haberent, & istum non haberent. Adhuc audi quomodo firmauerunt sibi sermonem malignum. Non inuenio aliquid in homine isto (ait iudex) quo dignus sit morte. Et illi qui firmauerunt sibi sermonem malignū, respondent. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Firmauerunt ergo sibi sermonem malignum, non domino, quoniam dicunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Quod ergo firmauerunt sibi ipsis firmauerunt non domino, sicut alibi scriptum est. Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam, Deum mors non occidit, sed ipse mortem. Illos autem iniquitas occidit, quia noluerunt occidere iniquitatem. Prorsus, fratres, nobis certamen incumbit, aut occidere iniquitatem, aut occidi ab iniquitate. Noli autem quærere occidere iniquitatem, tanquam aliquid extra te, sed ad teipsum respice, & vide quod tecum pugnet in te, caue quoque, ne expugnet te. Iniquitas enim, tua nisi interfecta fuerit à te, quia est ex te, aduersus te rebellat. Ex quadam quidem parte tu hæres Deo, & ex quadam delectaris in sæculo. Illud, quo delectaris in sæculo pugnat aduersus mentē tuam, quæ hæret Deo. Ergo hæreat mēs tua Deo, vt cohæreat, non deficiat, dum contra se dimicat, quia magnum adiutorium habet. Subijciet quod in se sibi rebellat, si in pugnando perseueret. Est peccatum in corpore tuo, sed nō regnet. Non ergo (inquit Paulus Apostolus) regnet peccatum in corpore nostro mortali, ad obediendum desiderijs eius. Si nō obedieris, & si est quod suadet, quod delectat ad malum, si non obtemperabis factis, nō regnabit, & ita fiet postea, vt non sit, quod erat. Sed quando? Certe cum absorpta fuerit mors in victoriam, cùm corruptibile induerit incorruptionem, vbi nō erit quod tibi repugnet nisi Deus. Vide ergo Iudæorum obstinationem contra Christum, Inuidebant domino, quia delectabat eos principatus mundi. Viderant enim ab eo sibi auferri principatum, & ex delectatione sua, rebellauerunt contra dominum, quia si sibiipsis rebellassent, idest, aduersus delecta-

Obstinatio Iudæorum contra Christum.

Luc. 23.

Rom. 6.

lectationem suam malam, inuidentiam suam vincerent, nec vincerentur ab ea, vt esset illis dominus saluator, qui venerat vt saluaret. Nunc autem fauerunt febri, & repugnauerunt medico. Et quicquid suggerebat febris, faciebant, quicquid vero ecõtrà iubebat medicus, negligebãt. Ergo illi magis occisi sunt, nõ dominus. Nam in domino mors occisa est. In illis iniquitas vixit. Et viuente in se iniquitate, illi occisi sunt.

1003 *Narrauerũt, vt absconderẽt laqueos: dixerunt quis videbit eos?*

PОnitur hic Iudæorum præmeditata, & consulta deceptio. Iudei enim pluries fuerunt congregati, consulendo quomodo Iesum dolo tenerent, & occiderent. Et hoc est, quod præuidens ps. dicit, *Narrauerunt vt absconderent laqueos*, scilicet, ipsi Christo, idest, consilium fecerunt prius apud se quomodo ipsum occiderent. Ioa. 11. Collegerunt pontifices, & pharisæi consilium, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, &c. & ibi deliberatũ fuit, vt occideretur. Postea vt ipsi à morte eius immunes viderẽtur, absconderunt ei laqueos mortis, scilicet, tractantes cum discipulo, vt ipse traderet eum, iudexque ipsum interficeret. Et sic absconderunt laqueos ei mortis, quasi dicat. Si discipulus tradit, & Romani crucifigunt, quid ad nos? quasi dicat. Parabimus Christo laqueos mortis. *Et quis videbit eos?* quia ipse non perpendet, nec aliquis nobis eius mortem imputabit. Vnde Augustinus in sermone. *Narrauerunt vt absconderent muscipulas, & dixerunt quis videbit eas?* Latere putabant eum, quem occidebãt hominem, latere Deum ecce putat homo. Nunquid erat Christus sicut cæteri homines, nesciens quid de illo cogitaretur? Nũquid Deus nescit? O cor humanum, quare dixisti tibi, quis videt me, cũm ille videat, qui fecit te? Dixerunt, quis videbit nos, videbat Deus, videbat & Christus, quia Christus est Deus. Et nota quòd multos laqueos parauerunt Iudæi Christo, vt ipsum morti traderent. De quibus vide supra versic. quadringentesimoquadragesimo, & versic. quingentesimouigesimonono. De laqueis ergo paratis dixerunt: *Quis videbit eos*, idest, quis poterit ab illis cauere?

Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. 1004

HIc ostẽditur ipsorum frustrata intentio: frustrà enim illud dicitur fieri, quod caret fine intento. Finis autem persecutionis Iudæorum, erat Christi nomen, & fidem per mortem ipsius extinguere, sic tamẽ quod ab ipsius morte reputarentur immunes. Sed certè totum oppositum euenit, quia & propter Christi nomen eius fides est per totum orbem diffusa, & eius nomen sublimatum, vt docet Apostolus ad Philip. 2. Sic igitur cõsilia ipsorum, & dolositates defecerunt, Et hoc est, quod hic dicit. *Scrutati sunt*, &c. *defecerunt scrutantes*, &c. Vnde glo. *Scrutati sunt iniquitates*, scilicet, quomodo iustũ per falsos testes accusarent, quomodo eum perderent, ne mundus abiret post eum, & super hoc acerba, & occulta consilia. Dicebant enim, per discipulum tradatur, à iudice occidatur, & ita nihil ad nos. Sed defecerunt in scrutinio suo, scilicet in prauo consilio, quia quantò occultiùs cogitabant, tantò plus defecerunt à veritate & æquitate, & in tenebras mergũtur, quia enim illi Deum non videbant, ideò putabant se non videri à Deo. Vnde & August. *Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutationes*, idest, acerba, & acuta consilia, scilicet, non tradatur per discipulum, non occidatur à nobis, sed à iudice. Totum nos faciamus, & nihil facere videamur. Sed vbi est clamor linguæ? Crucifige, crucifige. Si cæci estis, ut surdi scitis. Simulata innocentia non est innocentia, Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia iniquitas est simulatio. Ibi ergo illi defecerunt scrutantes scrutationes. Quantò enim acutiùs sibi excogitare videbantur, tantò magis deficiebant, quia à lumine veritatis, & æquitatis in profunda malignorum consiliorũ demergebantur. Habet enim iustitia quandam lucem suam, qua perfundit, & illustrat animam inhærentem sibi. Anima autem auertens se à luce iustitiæ, quãtò magis quærit quid inueniat cõtra iustitiam, tantò plus à luce repellitur. Meritò

1.q.4.Nullus.

Consilia Iudæorum defecerunt cõtra Christũ.

Luc. 23.

Meritò ergo & ipsi perscrutantes quid contra iustitiam molirentur, à iustitia recedentes, tantò plus deficiebant perscrutantes perscrutationes. O quam magnum est consilium innocentiæ. Nã Pilatus lauat manus, dicens. Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Nos quidem digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit. Miles crucifixo clamat, dicens. Verè hic homo iustus erat, Iudas proditor pœnitet, dicens. Peccaui tradens sanguinem iustum. Quibus consideratis de ipsis Iudæis dicitur. Subitò defecerunt, & perierũt propter iniquitatem suam.

Matth. 27. *Luc. 23.* *Luc. 23.* *Matth. 27.* *Psal. 72.*

1005 ***Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.***

HIc ponitur Christi stabilitas. Et duo facit, quia primò ponitur Christi in passione fortitudo. Secundo eius in resurrectione altitudo, ibi. *Sagitta paruulorum.* Quantum ad primum sciendum, quòd sicut cor paruum dicitur habere, qui omnia pericula timet, propter quod omittit illa, quę facere debet, sic per oppositum cor altum, & magnum habere dicitur, qui pro iustitia saluanda mortem corporis constanter aggreditur. Quod & Christus in sua passione fecit, qui patri obediẽs factus, mortem crucis intrepidus est pro nobis aggressus. Altum ergo cor habuit, dum ad omnia mala, quæ de ipso cogitabant, patienda constanter se obtulit. Et hoc est quod de Christo homine hic dicit. *Accedet ad cor altum*: per quod nobis exemplum patiendi reliquit. Vnde Augustin. in sermone. *Accedet homo ad cor altum,* homo, idest, Christus, quia homo erat propter homines factus, & in homine latens Deus, vt nescientibus exemplum fortitudinis daret, ipse sciens omnia sustinebat. *Accedet ergo homo ad cor & exaltabitur Deus.* Illi dixerunt. Quis nos videbit? & defecerunt scrutantes consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia, idest, ad tolerandam mortem, quam confulerant. Passus est Deus homo teneri. Non enim teneretur, crucifigeretur, aut moreretur, nisi esset homo. Accessit ergo homo ad omnes illas passiones, quæ in illo nihil ualerent, nisi esset homo.

Cor altum. *Homo Christus passus.*

E Si uero ille homo non esset, non liberaretur homo, accessit ergo homo Christus ad cor altum, obijciens se aspectibus humanis hominem, seruans intus Deum, idest, accessit in forma serui, qua minor est patre. Accessit ergo, & occiditur homo, & exaltatur Deus, quod enim occisus est, ex infirmitate humana fuit, quod vero resurrexit, & ascendit, ex potestate diuina. Vel aliter. Quilibet homo cor suum in altum uolens eleuare ad considerandum alta, scilicet sacramentum redemptionis nostræ factæ per Christi mortem, statim eleuatur ad F Dei amorem, & sic Deus exaltatur in corde ipsius, & magnificatur. Et ista uidetur intentio magistri in gloss. dicentis: *Accedet homo ad cor altum*, idest, ad altum cordis intellectum, vt qui res diuinas considerat. *Accedet ergo ad cor altum,* qui charitatem Dei erga nos considerat qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et tunc exaltabitur Deus scilicet in corde ipsius. Deus enim non in se, sed in corde hominis grandescit. Qualiter autem Deus exaltari uel magnificari potest: Vide supra uer. 69. & uer. 503. Magnificate G dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.

Psal. 33.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt cõtra eos linguæ eorum. 1006

POnitur Christi in resurrectione sublimatio, quia, tunc per suos prædicatores, primo per totam Iudæam, dein de per totum orbem fuit exaltatus. Vbi sciendum, quòd sagittarum nomine prædicatorum uerba signantur, quæ à paruulis, idest, humilibus emissa audientium H corda transfigunt. Vnde istum textum ad propositum exponit Gregor. dicens. Quid enim per sagittas, nisi uerba prædicationum accipimus? quæ si ex uoce bene uiuentium diffunduntur, audientium corda transfigunt. His sagittis ecclesia percussa fuerat, quæ dicebat, charitate vulnerata ego sum. De his sagittis psal. voce dicitur. *Sagitta paruulorum facta sunt plaga eorum:* quia scilicet, uerba humilium apostolorum penetrauerunt animos superborum. De his sagittis uenienti

Sagitta Prędicatio. *Gregor. 34. mor. c. 5.* *Cantic. 1.* *Psal. 63.*

pro-

propugnatori dr. Sagittæ tuæ potentis acutæ, populi sub te cadentẽ in corda, inimicorũ regis. Vir itaq; sagittarius est, qui per sanctæ intentionis arcũ audientium cordibus uerba rectæ exhortationis infigit. Ad propositum ergo. *Sagitta paruulorum*, idest verba, & prædicationis apostolorum *facta sunt plaga eorum*, scilicet Iudæorum. His etenim sagittis aliqui Iudæorum vulnerabãtur ad mortem, aliqui ad vitam. Ad vitam vulnerati fuerunt, quando prædicante Petro baptizati sunt circa tria millia. Actuum 2. Vulnerati fuerunt ad mortem principes sacerdotum, & magistratus, dolẽtes quòd apostoli annũciarent in Iesum resurrectionem ex mortuis, & iniecerunt in eos manus, &c. Quæ omnia præuidens psal. de apostolis ait. *Sagitta paruulorum facta sunt plagæ eorum*. Et consequenter conuertens sermonem ad principes sacerdotum, & magistratus dicit. *Et infirmata sunt contra eos lingua eorum*, quia scilicet, principes sacerdotum magistratus, qui in Christi passione linguas magniloquas contra Christum habebãt constanter accusantes eum, voce alta clamantes. Tolle, tolle, crucifige eum. Audita, & diuulgata Christi resurrectione amplius non audebant loqui. Et si loquebantur, in mendacijs statim deprehendebantur, & ad eorum uerecundiam reuertebantur. Vnde hic ait gl. *Infirmata sunt contra eos lingua eorum*, vt puta quibus dixerunt custodibus sepulchri. Dicite, quia uobis dormientibus, venerunt discipuli eius, & furati sunt eum. *Infirmata sunt contra eos lingua eorum*, ad ipsorum, scilicet uerecundiam. Si enim dormiebant, quomodo uidere potuerũt? Si uerò nihil uiderunt, quomodo testes fuerunt? Contra se ergò mentiendo loquuti fuerunt. Sic enim de ipsis prædixerat psal. 11. Disperdet dominus labia dolosa, & linguam magniloquam.

Psal. 44.

Act. 4.

Luc. 23.

1007 *Conturbati sunt omnes, qui uidebãt eos, & timuit omnis homo.*

POnitur hic passionis Christi vtilitas, quæ est. s. peccatorũ conuersio, Apostolorum prædicatio, ibi. *Et annunciauerunt*. Deuotorum exultatio, ibi. *Lætabitur*. Quantum ad primum notandum, quod per conturbationem in scriptura significatur pœnitentia, eo quod quilibet pœnitens conturbatur, & dolet interius de commissis peccatis. Vnde hanc conturbationem pœnitentiæ imprecatur peccatoribus psal. 82. d. Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, confundãtur, & pereant. Vt sit sensus secundum glo. Peccatores erubescant, & conturbẽtur, scilicet, de peccatis in præsenti per pœnitentiam, confundantur & pereant, scilicet in quantum mali sunt, vt boni fiant. Vnde & cuilibet pœnitenti dicitur. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede, & aquam tuam cum mœrore bibe. De ista ergo conturbatione pœnitentiæ. d. *Conturbati sunt omnes, qui uidebant eos*, scilicet paruulos apostolos prædicantes, quia displicuit illis, quæ in Christum fecerunt, omnes dico conturbati sunt, idest, pœnituerunt qui, scilicet salutis suæ quærebant consilium. Et hoc est, quod dicitur Actuum, 12. quòd prædicante Petro Christi resurrectionẽ Iudæi his auditis, compuncti sunt corde, & dixerũt ad apostolos, Quid faciemus, viri fratres? Petrus verò ait ad illos. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque in nomine Iesu Christi, &c. *Conturbati ergo sunt omnes qui uidebant eos*, scilicet apostolos prædicantes, quia sagittis suis corda aliorum penetrabant. Sic enim prædictum fuerat psal. 143. Emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Et quia ad ueram pœnitentiam sequitur timor Dei, ideò subditur. *Et timuit omnis homo*, scilicet Deum. Et dicit omnis homo, id est, omnis utens ratione, qui ergo non timuit, non fuit homo.

Cõturbatio pœnitentia.

Eze. 12.

Et annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. 1008

POnitur hic apostolorum prædicatio. Quãuis enim ante Christi mortem apostoli tantum timerent mundũ, vt Christi nomen prædicare non auderent, sicut patuit de Petro, qui ad vocem ancillæ Christũ negauit, tamen ipsi post Christi resurrectionem, accepto Spiritu sancto, omni hominum timore postposito, constanter nomen Christi prædicauerunt. Vnde quando principes sacerdotum præceperunt apostolis, ne amplius loquerentur, neque docerent in nomine Iesu, vt habetur Act. 4. Petrus cõstanter

Petrus prius timidus fortis fuit effectus.

ter respondit. Si iustum est in conspectu Dei, uos potius audire quàm Deum, vos ipsi iudicate. Non enim non possumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui. & sic à timore, quo prius terrebantur, eruti, iam liberè annunciauerunt opera Dei. Quod ostendit Gregor. dicens: Scimus enim, quòd apostolorũ primus, scilicet Petrus, ante acceptam spiritussancti gratiam, quoties dum mori timuit, vitam negauit. Qui non pœnis, non afflictionibus, non terribili potestate cuiusquam, sed unius mancipij sola interrogatione fuit prostratus. Et quidem uile mancipium, quia ancilla inquirente est prostratus. Ecce quàm vilis persona ad tentandum est requisita, vt apertè monstraretur quanta eum timoris infirmitas possideret, qui non ante vocem ostiariæ ancillæ subsisteret, sed iam hic paulò antè timidus, qualis post aduentum Spiritussancti extiterit, uideamus. Certè Luca attestãte, didicimus contra sacerdotes, ac principes quanta dominũ auctoritate prædicauit. Nam cum facto miraculo, quæstio fuisset exorta, & sacerdotum principes seniores ac scribæ in apostolorum persecutionem concurrerent, eos in medio statuentes, in qua virtute fecerit miraculum percunctari curauerunt. Quibus Petrus Spiritu sancto repletus, dixit. Principes populi. & seniores, si nos hodie iudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste sal uus factus est. Notum sit vobis omnibus, quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Cumque erga hæc per sequentium furor excresceret, eosque sacerdotes, ac principes Christum prædicare prohiberent, contra iram principũ quanta auctoritate Petrus extiterit indicatur, cum illic protinus subditur: Petrus, & apostoli dixerunt, Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Sed cũ auctoritate prædicantium resistentium præcepta non premerent, ad flagella peruenitur. Nam subditur: Principes sacerdotũ apostolis cæsis denunciauerunt, ne loquerentur in nomine Iesu, & dimi serunt eos. Sed quia virtutem apostolorum premere nec flagella potuerunt, patenter ostenditur, cum subditur: Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati. Mox & post flagellorum gaudia, quid agerent indicatur. Omni autem die in templo, & circa domos non cessabant docentes, & euangelizantes dominum Iesum Christum. Ecce illi, qui paulo ante timidi iam linguis loquuntur, coruscant miraculis, infidelitatem sacerdotum, ac principum libera uoce increpant, ad prædicandum Iesum, exemplum auctoritatis cæteris præstãt, quia libera uoce *Annunciauerunt*, idest, prædicauerunt opera Dei, idest incarnationem, passionem, resurrectionem, & ascensionem. Sed quid ex eorum prædicatione secutum sit subditur. *Et facta eius intellexerunt*, scilicet auditores, idest, cõuersi prædicationem apostolorum intellexerunt esse opera diuina non humana, scilicet, Cur Christus fuerit passus, cur non descendit de cruce, quia scilicet pro nostra redẽptione oportebat ipsum pati, & tertia die resurgere, quę ante non intelligebant.

Gregor. 17. moral. c. 16.

Act. 4.

Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. 1009

HIc ostenditur ex Christi passione deuotorum exultatio. Vbi notã quòd per Christi passionem liberati sumus à seruitute diaboli, ab infectione peccati, & à pœnis inferni, ut ostendit Magister libro tertio, distinctione decimanona. Quæ quidem passio quantum ad sufficientiam, se extendit ad omnes immo ad infinitos mundos, si essent ratione suppositi, quod erat Deus. Sed quoad efficaciam, solum ad iustos. Et sic passio Christi, sicut iustis est causa salutis, & per consequens lætitiæ, sic iniustis est occasio maioris damnationis, & miseriæ, quia tanti beneficij sunt ingrati. Ideo non de peccatoribus, sed de iustis hic dicit psalm. *Lætabitur iustus in domino*. Scilicet redemptus per Christi passionem. *Et sperabit in eo*, scilicet per ipsum præmium æternum habere. *Et sic laudabuntur omnes recti corde*, scilicet in iudicio, quando demerita malorum prænunciabuntur, & bonorum præconia. Vel ista iustorum lætitia procedit non à Christi

Christi passione, sed à Christi resurrectione. Contrarij enim effectus à contrarijs causis procedunt. Cum ergo mors Christi, & resurrectio opposito modo se habuerint, quia mors Christi ipsum uita corporali priuauit, resurrectio autem illam sibi restituit, sequitur, quòd sicut mors iustis induxit tristitiam, sic & resurrectio lætitiam. Propter quod dicitur psal. 31. Lætamini in domino, & exultate iusti & gloriamini omnes recti corde. Qualiter autem iusti lætentur in domino, vide supra uers. 479.

PSAL. LXIV.

1010 *De confessi. 2. Hidiuo.*

TE decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur uotum in Hierusalem.

HIc psalmus hunc habet titulum. *In finem Psalmus Dauid canticum Hieremiæ, Aggæi, & Ezechieli de uerbo peregrinationis vel de populo transmigrationis cũ inciperent proficisci.* Ad huius euidentiam sciendum quod iste psalmus ad literam agit de captiuitate populi Israel qui per septuaginta annos in Babylonia fuerunt captiui sub Nabuchodonosor rege, & de reditu ab ipsa captiuitate in Hierusalem. Et quia illam captiuitatem maximè prophetizauerunt Hieremias, Aggæus, & Ezechiel, & eius reditum, ideo uocatur canticum illorũ prophetarum. Nam ut legitur. 4. Reg. 24. Nabuchodonosor rex Babyloniæ filios Israel captiuauit, eosque euersa Hierusalem, in Babyloniam transtulit. In qua captiuitate septuaginta annis sunt detenti. Cuius captiuitatis causa ad literam fuit uerbum quod factum fuit in aula regis Nabuchodonosor. Vbi cum diceretur omnes gentes debere ei subijci, dictum est quòd Iudæi essent rebelles & ideo eos captiuauit. Hanc autem captiuitatem Hieremias futuram prædixit, præsentem vidit, & præteritam in Threnis deplorauit, & prophetizauit etiam Hieremias post septuaginta annos rediturum populum in Hierusalẽ, Inter captiuos autem erant aliqui pro-

A pheiæ, scilicet, Aggæus, & Ezechiel, qui etiam prædixerunt, & intellexerunt liberationem à dicta captiuitate, completis septuaginta annis sub Cyro rege Persarum. Ex quibus patet tituli sensus literalis, quia, scilicet quando populus incœpit proficisci de prædicta captiuitate, ex magna lætitia, canticum istud factum à Dauid, decantabant Deo dicentes. *Te decet*, &c. Quibus visis uenio ad diuisionem psalm. literalem, qui diuiditur in duas partes. Quia agitur primo de reditu dictæ captiuitatis, Secundo de prosperitate habita post reditum, ibi. *Visitasti terram*, &c. Dic vt Nicolaus de Lyra. Quantum verò ad sensum propheticum sciendum quòd tota intentio Psalmistę in isto psalmo est consolari nos in hoc exilio, ne quis desperet, quia nos certificat de liberatione exilij & peruentione ad patriam cœlestem, & de prosperitate habenda post exilium. Quantum ergo ad istum sensum iste sensus diuiditur in tres partes. Quia primo affirmat exilij terminationem. Secundò post exilium ostendit futuram consolationem, ibi. *Beatus quem elegisti*. Tertiò surgit ad gratiarum actionem, ibi. C *Exaudi nos Deus*. Prima pars diuiditur in tres, quia primò prædicit præsentis exilij liberationem. Secundò pro hac deuotam facit orationem, ibi. *Exaudi*. Tertiò huius exilij causam dicit priorum parentum præuaricationem, ibi, *Verba iniquorum*. Quantum ad primum sciendum quòd quandiu sumus in præsenti sæculo, sumus in quodam exilio, & peregrinamur à Domino, dicente Apostolo, quandiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. Quod ideo dicit, quia quamuis Deus sit vbique, & in eo sint omnia, dicimur tamen peregrinari ab eo, quia & si vbiq; Deus est, non D ramen à nobis hic videtur sicut in cœlis videbitur, peregrinamur ergo non fide sed spe, vnde ibidem subdit Apostolus. Per fidem enim ambulamus, idest, ad Deum tendimus, non per speciem, id est, non per præsentiam. Qui enim peregrinatur & per fidem ambulat, nondum est in patria sua, sed iam est in uia. Qui autem non credit, nec est in patria neq; in uia. Ista autem peregrinatio terminabatur, quãdo deposito mortali corpo-

Peregrinatio 2. Cor. 5.

corpore, in patria clarè videbimus Deū, & laudabimus ipsum perfectè. Quia uidemus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem &c. Hanc ergo exilij liberationem & ad patriam peruētionem, firma spe nobis ostendit Psal mista dicens. *Te decet hymnus Deus in Sion*. Vbi nota quòd hymnus dicitur laus Dei cum exultatione de æternis habita. Et quia sic sancti in patria Deum laudant, ideo tunc Deo perfectè hymnum decantabant, scilicet quādo ipsum Deum facialiter speculabuntur. Et ideo determinans locum in quo hymnus iste à beatis cantabitur dicit. *In Sion*: quod speculū interpretatur. *Et tibi reddetur uotum in Hierusalem*. Primum enim votum quod Deo facimus in baptismo est renunciare diabolo & peccatis, & Deo adhærere & eius mandatis, quandiu autem sumus in præsenti vita, hoc votum plenè obseruare non possumus, carne trahēte deorsum: sed in patria plenè soluemus. Et hoc est quod dicit. *Tibi reddetur uotum in Hierusalem*, scilicet in cœlesti patria, quia Hierusalem visio pacis interpretatur. Sed hic occurrit dubium scilicet, vtrum sit magis meritorium illa uota in baptismo facere & obseruare, quam illa obseruare sine uoto, vt puta quis recipit baptismum, & nullum uotū Deo facit, alius recipit & vouet &c. & vterque ille æqualiter uiuit, & vnus omnia facit & obseruat, quæ alius. Quæritur modo, quis istorum magis meretur. Et sic quæri potest generaliter de omni bono, vtrum sit magis meritorium illud cum voto facere, an sine uoto, Et videtur quòd magis sit meritorium facere sine voto, quia actus liberè elicitus est magis meritorius, quam ex necessitate, sed actus factus ex voto fit ex necessitate, quia votum necessitatem imponit: actus autem sine voto fit ex libertate: ergo. Et istam rationem uidebatur Apostolus dicere. Faciat vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Ad hoc etiam videtur Prosper in secundo de vita contemplatiua dicens. Sic abstinere vel ieiunare debemus vt non nos necessitati ieiunandi subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. Modo ille qui vouet aliquid se facturum, subdit se necessitati illud faciendi: ergo. Ad oppositum videtur, quia scriptura consulit vota facere, consilium autem semper est de meliori. vnde psalmus. Vouete & reddite &c. vbi gloss. vouere uoluntati consulit. Et confirmatur, quia qui facit aliquid sine uoto, vnū tantum consilium implet, scilicet, de faciendo. Qui autem facit cum uoto, implet duo consilia, scilicet de faciendo bono, & de uoto adimplendo. Respondeo quòd maioris meriti est aliquid facere ex uoto, quam sine voto, cæteris paribus. Hoc autem sanctus doctor probat triplici ratione secunda secundæ. q.88. Primò sic, actus uirtutis quanto à nobiliori uirtute est imperatus tanto est magis meritorius, sed actus uirtutis factus ex uoto est hujusmodi: ergo: maior patet, quia actus nobilioris uirtutis est melior eo, quia imperatur à superiori uirtute, ut puta actus fidei, & spei, imperatus à charitate melior est, quam non imperatus, similiter de actu ieiunij uel castitatis, quia ultra actum uirtuosum, ibi est obedientia superiori uirtuti. Sed patet minor, quoniam uouere est actus latriæ quæ est nobilior uirtus inter omnes uirtutes morales, quia est cultus Deo debitus. Et ideo actus aliarum uirtutum moralium, puta ieiunare, qui est actus abstinentiæ, cōtinere, qui est actus castitatis, sunt meliores, & magis meritorij si fiant ex uoto, quia sic iam pertinent ad diuinum cultum, quasi quædam Dei sacrificia. Vnde August. dicit in lib. de uirginitate. Quia neque ipsa uirginitas est, sed quia Deo dedicata est honoratur, quam uouet, & seruat continētiam pietatis. Secūdò sic: ille, qui uouet, & facit, plus se Deo subijcit, quam ille, qui facit sine uoto, patet, quia Deo se subijcit, non solum quantum ad actū, sed etiam quantum ad potestatem, quia de cætero oppositum facere non potest. Sicut Anselmus ponit exemplum in libro de similibus, quòd plus donaret alicui qui donaret arborem cum fructibus, quam qui donaret solum fructus, proprietate arboris sibi retenta. Tertiò, quia per uotum uoluntas immobiliter firmatur in bonum Facere autem aliquid ex uoluntate firmata in bono, pertinet

Marginalia: *1.Cor.13.* — *Hymnus.* — *Quæstio.* — *Votum.* — *2.Cor.9.* — *Prosper.* — *Psal.75.* — *22.q.88.* — *August.* — *Anselmus.* — *Philosophus*

tinet ad perfectionẽ uirtutis, vt vult philosophus secundo Ethicorum, & sic est maioris meriti. Sicut patet per oppositum facere aliquod malum ex voluntate obstinata in malo, est maioris demeriti. Ad argumentum ad oppositum dicẽdum ꝙ necessitas est duplex, scilicet, immutabilitatis, & coactionis. Secunda benè tollit meritum, & de illa argumentum procedit, sed necessitas immutabilitatis quæ stat cum liberate complacentiæ meritum non tollit, sed auget, & talis est in uoto. Verbi gratia. Christus necessitate immutabilitatis agebat actus meritorios, & uirtuosos, quia oppositos B facere non poterat, quia nec peccare. Nunquid ergo actus eius non erant virtuosi, & meritorij? Similiter de Apostolis, qui fuerunt in gratia confirmati in aduentu spiritussanctis tamen meritoriè operabantur magis quam ante confirmationem. Similiter loquendo etiam moraliter actus bonus quanto ex maiori habitu uirtutis procedit, fit magis immobiliter, & tamen moraliter est maioris bonitatis, vt deducit philosophus secundo Ethicorum. *Philosophus*

1011 *Exaudi orationem meam, ad te omnis* C *caro ueniet.*

HIc pro exilij terminatione suam ponit orationem. Hic enim orat vt omnis homo de exilio præsentis vitæ ducatur ad patriam, quod nomine carnis totus homo intelligitur, vt aperte totum intelligatur, scilicet corpus simul, & anima. Nec incongrue. Quoniam secundum grammaticos (vt alias dixi,) caro in singulari numero proprie stat pro carne humana. In plurali autem numero stat pro carnibus aliorum animalium. Vnde versificator ait. Carnes D carnifices &c. Non autẽ dicitur propriè caro nisi dum uiuit. Caro autem humana non uiuit, nec dicitur caro humana, nisi à forma humana, sicut nihil dicitur album, nisi per formam albedinis. Cum ergo sola anima rationalis sit forma substantialis hominis secundum philosophos & theologos, sequitur quòd proprie non dicitur caro, nisi informata sit anima rationali, & sic significat totum hominem. Cum ergo orat hic Psalm. *Caro significat totum hominem.*

A quòd omnis caro ad Deum perueniat, quid aliud petit nisi quòd omnis homo de hoc exilio perueniat ad patriam? Item notandum quòd hic hoc signum vniuersale *omnis* stat pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Vnde hic ait gloss. *Omnis caro ad te ueniet*, idest, omnis homo, idest ex omni genere hominis, scilicet pauperes & diuites, viri & mulieres, docti & indocti, pueri & senes. Sic enim accipitur omnis caro pro omni genere hominum. Genes. 6. Omnis caro corruperat uiam suam super terram, & statim subditur post. Finis uniuersæ carnis uenit coram me. Certum enim est, quòd ibi caro accipitur pro toto homine, & signum uniuersale pro generibus singulorum non pro singulis generum: quia Noe non corruperat uiam suam super terram, nec filij sui, nec finis illorum uenerat coram domino, cum saluati fuerint à diluuio. *Omnis.*

Verba iniquorum præualuerunt super nos, & impietatibus nostris tu propiciaberis. 1012

OStendit præsentis exilij causam fuisse primorum parentum præuaricationem. Vbi aduertendum, quòd omnium iniquorum caput est diabolus & omnes peccatores, & iniqui membra sunt diaboli. Iniquus ergo à principio fuit diabolus, fuerunt & primi parentes. Quorum uerba præualuerũt super nos, quia ipsorum occasione totum genus humanum in huius exilij peregrinatione est missum, Quorum verborum principium fuit diabolus dicens, Quare præcepit uobis Deus? &c. Nequaquam moriemini. Verba primorum parentum, quia dum requisiti de peccato peccatũ suum confiteri deberent, ipsum excusando in Deum retorserunt Adam dicente, Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, & comedi. Verba mulieris dicentis, Serpens decepit me, &c. Propter istorum iniquorum uerba in exiliũ huius mundi missum est genus humanum, vnde ait. *Verba iniquorum præualuerunt super nos*, gloss. i. verba diaboli, & primitiuorum parẽtum, *præualuerunt super nos*, idest, proiecerunt nos in hoc exilium: quia, scilicet fuerunt occasio exilij *Verba iniquorum. Gen. 3. Peccatum.*

Mors. Gloria. Gregor. 4. mor. c. 30.

exilij nostri, quia nisi verba, & peccata iniquorum fuissent, homo sine huius uitæ exilio ad requiem transisset. Vt ostendit Gregor. d. Ad hoc in paradiso homo positus fuerat, vt, si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad cœlestem angelorum patriam quandoque sine morte carnis transiret. Sic namque immortalis est conditus, ut tamen, si peccaret, etiam mori posset. Et sic mortalis est conditus, vt si non peccaret etiam non mori posset, atq; ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua uel peccare, vel mori non posset &c. Sic igitur *verba iniquorum*, scilicet dæmonis tentãtis, mulieri suadentis, & viri consentientis *praualuerunt super nos*. Sic enim quilibet illorum (vt dicitur Psalm. 15.) præualuit in uanitate sua. Sed ab isto exilio per uerbum incarnatum liberamur, & ducimur ad patriam, & hoc est quòd subditur. *Et impietatibus nostris tu propitiaberis*. Vbi nota quòd secundum Grammaticos propitius dicitur à prope, quòd benignus, misericors, mitis, placatus. Et hinc dicitur propitior propitiaris idem quòd fieri vel esse propitiũ & placatum, quia cum peccatis nostris Deus longè fiat à nobis non loco, sed similitudine, cum peccata nobis placatus dimittit, tunc nobis propitiatur, id est, prope nos efficitur, & nos prope eum similitudine, quia ei magis similes efficimur. Propitiatur ergo Deus impietatibus nostris, quando ignoscit & dat veniam, quod maximè fecit Christus quando pro peccatis nostris se hostiam obtulit patri in ara crucis. Propter quod dicitur. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Propitiator.

1. Ioan. 2.

Beatus quem elegisti & assumpsisti habitabit in atrijs tuis.

1013 11. q. 3. ad mensam.

Hic ostenditur quanta post exilium hoc erit consolatio. Et duo facit. Quia ostendit quòd in patria erit beatorum stabilis permanentia. Secundò q̃ ibi erit omnium bonorum uniuersalis abundantia, ibi. *Replebimur*. Quantum ad primum notandum quòd Deus multipliciter nos elegit, scilicet, æternaliter prædestinando, temporaliter uocando, æternaliter glorificando. Primò elegit æternaliter prædestinando. Ad Ephes. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Vbi nota quòd differentia est inter effectum prædestinationis vel electionis æternæ, & prædestinationis, nam effectus prędestinationis est ipsa gloria, & hunc præcedunt merita. Sed ipsa prædestinatio est ipsa æterna electio quam nulla merita nostra præcedunt. Vnde ad gloss. Eph. 1. Ne quis putet animas cũ Deo fuisse æternas, & tunc aliquid meruisse iuxta errorem illorum qui dicunt ante hæc visibilia fuisse animas sanctas, & ideo tunc fuisse electas. Ideo Apostolus apertè ostendit hoc esse falsum dicens. Elegit nos ante mundi constitutionem. Quomodo autem eligeret eos qui nondum erant, nisi prædestinando? Elegit ergo prædestinans nos. Et sicut non elegit nos eo quòd tunc sancti essemus, ita nec ideo tunc elegit, quia sancti futuri eramus, sed potius elegit nos ad hoc, vt essemus sancti & immaculati. Sic ergo electis eius est causa sanctitatis futuræ, & non sanctitas futura est causa electionis æternæ. Secundò elegit nos temporaliter uocando. Et sic quandoque elegit & uocat præscitos. Sic enim elegit Iudam, quando ipsum ad Apostolatum vocauit. Ioan. 6. Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex uobis diabolus est? Et si dicas. Quomodo elegit Iudam, quem præsciebat damnandum? Respondet Aug. sup. Ioan. Electus est iste Iudas, de quo uolente & uesciente magnum aliquod bonum fieret, Sicut enim iniqui malè vtitur bonis operibus Dei, sic ecõtra Deus benè utitur malis operibus hominum. Quid Iuda peius? sed malo eius benè vsus est dominus, quia ab ipso se tradi pertulit, vt nos redimeret. Tertiò nos elegit æternaliter glorificando, & ad gloriam assumendo. Sic enim dicitur Matth. 13. Simile est regnum cœlorum sagenæ, &c. sequitur. Elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Vbi Gregor. in Homil. Nunc enim ecclesia bonos malosque communiter continet, sed in fine boni pisces in vasis eliguntur, mali autem foras proijciuntur: quia electus quisque in tabernacula

Elegit nos Deus multipliciter. Prędestinatio.

Ephes. 1.

August.

Gregor.

nacula æterna recipitur, & ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Vnde de quolibet tali nunc dicitur. *Beatus quem elegisti, & assumpsisti.* glos. Beatus quem elegisti per gratiam à massa perditorum, & assumpsisti tecum ad gloriam Angelorum. Et nota, quòd antequam Deus sic eligat hominem, & assumat ad beatorum gloriam, multipliciter ipsum probat. Quia probat ipsum sicut clericum ante promotionem, sicut nouitiũ ante professionem, sicut baccalariũ ante inceptionem, sicut denarium ante oblationem. Primò eligendus ad vitam, probatur sicut clericus, & cætera. Clericus enim antequam ordinetur, probatur & examinatur. Et quanto ad altiorem gradum est recipiendus, tanto est strictius examinandus. Illi autem quos Deus eligit, promouendi sunt ad ordines Angelorum, quia erunt beati in cœlo sicut Angeli Dei. Magnus autem fauor fieret clerico, si præmoneretur de qua materia deberet examinari. Iste autem fauor nobis fit, quoniam nobis prædicitur de quibus debemus examinari pro ordinibus in generali iudicio fiendis, quando iuxta opera nostra ad ordines Angelorũ promouebimur, quia, scilicet examinabitur de communibus, non de difficilibus, quia, scilicet, de operibus pietatis, vt patet Matth. quinto. Et qui in his sufficientes reperti fuerint, cum Angelis erunt ordinati, qui autem insufficientes, repudiati, quia ibunt in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Et isto modo, quia Dauid in operibus misericordię fuit repertus sufficiẽs, ideo à Deo fuit electus Psalmo septuagesimoseptimo. Elegit Dauid seruum suum. Secundum patet. Examinatur enim nouitius ante professionem. Vnde secundum iura, tempus nouitiatus dicitur tempus probationis. In quo tempore licet gerat habitum professorum, tamen ipsum libere dimittere potest ante professionem. Moraliter habitus, & ornatus animæ est gratia, vita præsens est tẽpus nouitiatus, & probationis. Licet igitur habeamus habitum professorum, id est, beatorum, qui est gratia consummata, non tamen sumus professi, sed habitum gratiæ prohibere possumus ad libitum, quem si proijciamus, non professa-

Probat De⁹ suos.

Marc. 12.

A mur cum beatis, si autem perseueranter per totum tempus probationis, scilicet, vitæ præsentis tenemus nos eligit Deus ad professionem beatorum. Sic enim dicitur Numeri decimosexto. Sanctos applicabit sibi, & quos elegerit appropinquabunt ei. Et nota quòd nouitij antequam ad professionem eligantur, communiter de quinque interrogantur, quæ Christus in suis nouitijs requirit vt profiteantur. Primò requiritur an sint seruilis conditionis. Illud requirit Christus, scilicet an homo sit mundanis seruitijs dedicatus, vel pro delicijs, vel diui-
B tijs, vel honoribus mundo implicatis. Quod si sit, non admittitur, quia, nemo potest duobus dominis seruire. Narratur de quodam Philosopho, qui alijs coram principe assurgentibus, & ipsum honorantibus, ipse principi assurgere noluit. Et dum causa quæreretur, ipse respondit. Quia ipse est seruus serui mei: quare ergo ei assurgerem? Et causam assignat dicens, quia mundus mihi seruit, & ipse seruit mundo. Iste non fuit seruilis conditionis, sed valdè nobilis. Secundò quæritur à nouitio, an sit alterius professionis. Sic moraliter ille qui est radi-
C catus in aliqua mala consuetudine, viuens in peccatis, est: quasi alterius professionis, & talis sibi caueа, quia licet à Christo possit ad professionem eligi tamen cum magna difficultate ex parte ipsius. Tertiò requiritur an sit coniugatus, id est, an sit carnis operibus dedicatus, quia si sit cum perfecta voluntate ad professionem non potest venire, Lucæ decimoquarto. Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Quartò quęritur, an sit debitis obligatus. Homo enim obligatur ad computum, & ad restitutionem, si fuerit vsurarius, & sic ditatus.
D Sic est qui per falsum testimonium pauperem, vel alium spoliauit, qui per falsas apparentias, vel hypocrisim aliorum bona acquirunt, & tales à Christo non admittuntur, Psalmo centesimo vigesimo quarto. Declinantes autem in obligationem adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Quintò requiritur an habeat occultam infirmitatem: hoc est, si habeat peccatum occultum de quo non sit confessus, quod infirmitas occulta dicitur. Et tales ad professionem Christus

Seruire.

Matth. 6.

Nota de quodã Philosopho.

Christus non admittit. Sic ergo ad omnia prædicta benè respondere potest, à Deo eligitur ad professionem, sin autē repudiatur, Eccles. 45. Elegit eum ex omni carne. Tertium principale patet. Quilibet enim electus à Deo, sicut baccalarius ante inceptionem, tribus modis examinatur, scilicet, legendo, respondendo, & opponendo. Ita nos debemus legere volumen conscientiæ nostræ. Stolidus enim clericus reputatur, qui nescit legere scripturam suam, vel opus suum cognoscere. Ita qui nescit confiteri, vel in propria conscientia legere. Gal. 6. Opus autem suum vnusquisque probet, & sic in semetipso. Secundò habemus opponere, & hoc per iustam correctionem proximorum. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe, &c. Et Sapient. 1. Probata autem virtus corripit insipientes. Tertiò debemus respondere per gratiarum actionem. In omnibus gratias agite. Et qui ista bene perfecerit, dignus erit gradu magistrali. Exemplo Tobiæ, qui hæc omnia in se compleuit integraliter, peccata cōfitendo, vxorem corripiendo, Deo pro flagello gratias agendo. Vnde & dictum fuit, quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Vt cuilibet tali dicat dominus. Elegi te in camino paupertatis. Quartò principaliter eligendus à domino examinatur, sicut denarius ante oblationem. Qui enim mutuauit alteri denarium, in solutione considerat quantitatem, pondus, & imaginem, quia si in aliquo istorum deficiat, non est legalis moneta, nec recipienda. Moraliter quantitas est æquitas, pondus est charitas, imago est veritas. Aequitas, ad proximum, charitas ad Deum, veritas ad seipsum. Vnusquisque autem accepit à Deo denarium mutuò, idest, animam rationalem habentem imaginem regis. Et in die mortis est tempus solutionis, quia tunc oportet imaginem reddere, & Deo offerre. Matth. vigesimosecundo. Ostendite mihi numisma census huius denarij, idest, animæ. Et nisi habeat, tria prædicta, scilicet, quantitatē, pondus, & imaginem reprobatur. Hiere. 6. Argentum reprobū vocate eos, quia dominus proiecit eos. Si verò illa tria habuerit, dicet Christus illud Genes. quadragesimotertio. Pecuniam quam dedistis mihi, probatam ego habeo. Et de nostro denario verificabitur illud Psalm. 11. Argentum igne examinatum, &c. examinatum igne charitatis, probatum, purgatum septuplum, scilicet à septem peccatis mortalibus. Et sic quilibet talis electus erit à Christo, qui est patris vnicus, electus Psalm. decimoseptimo. Cum electo electus eris. Et nota qđ tales electos Deus transfert, scilicet de rebellione ad reconciliationem. De dissolutione ad religionem. De peregrinatione ad quietationem. Primum patet. Quoniam existentes in statu peccati, & iniustitiæ originalis, vel actualis ad statum gratiæ, vel pœnitētiæ transfert sicut misericors rex profugos, & exules reuocat gratiosè, & ad pacis reconciliationem admittit. De isto exilio reducti fuerunt Petrus, Paulus & alij plures. ad Colossen. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit nos in regnum dilectionis filij sui. Ipse cuilibet pœnitenti, dicet, Elegi te, & non abieci te. Secundum patet. Sicut enim hortulanus plantas delicati fructus, quando est prope viam, & in loco cōmuni, vbi modo à bestijs læditur, modo à transeuntibus excutitur, ita quod vix producit fructum ad maturitatem, quin lædatur, vel in germine quādo germinat, vel in flore quando floret, vel in fructu quando maturescit, propter quod talem plantam, vel transfert in viridarium, vel in hortum benè conclusum, vbi fructificet sine impedimento, & fructus eius ad vsum domini sui conseruetur. Ita moraliter Christus aliquando videt personam aptam ad fructificādum in ecclesia, quando ergo est in mundo, qui est in via communi omnium transeuntium & profert germen, & flores, scilicet, sanctum propositum, quia bona multa proponit facere, sed statim læditur à bestijs, idest, à bestialibus hominibus datis voluptatibus huius vitę, vel excutitur manibus, scilicet, aliorum exemplis, & ab eis agitatur, & sic læditur fructus eius ex malorum consortio, talem transfert in hortum religionis, de quo Can. 5. Veni in hortum meum, &c. Et in isto horto est myrrha pœnitentiæ, aromata sanctæ doctrinæ. Et de hac translatione dicitur. Vineam de Aegypto transtulisti,

Electus à Deo. *Trāsferre.* *Esa. 41.* *Psal. 79.* *1. Thes. 5.* *Tob. 12.* *Esa. 48.*

stulisti, &c. idest, de tenebris peccatorũ. Tertium patet. Rex enim habens hominem qui benè in aliquo officio fideliter secum laborauit, promouet eum ad aliquem certum statum pro labore suo, & sic de labore transit ad requiem. Figuratur 2. Reg. 19. vbi dicitur Berzellai, Veni mecum, vt requiescas securus in Hierusalem. Berzellai interpretatur tribulatio nostra, & significat sanctos, qui mala huius mundi fortiter portauerũt. Istos Christus, quia in hac vita secum fortiter laborauerunt, transfert æternaliter in requiem regni cœlestis. Eccles. 44. Enoch placuit Deo, translatus est in paradisum. Eccles. 54. Elegit eum ex omni carne. Quibus omnibus consideratis, benè de quolibet sic electo ait Psalm. *Beatus quem elegisti, & assumpsisti, quia habitabit in atrijs tuis*, scilicet amplius non mouendus.

1014 *Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.*

24. quæst. 1. *alius.*

Bonũ multiplex.

HIc ostenditur, quod in patria erit omnium bonorũ vniuersalis abundantia. Vbi nota, quòd bona, quibus beati replentur in patria, excedunt cætera bona, quod patet, si cõsideres, quod quędam in præsenti vita sunt bona possessionis temporalis. Operationis moralis, Gratiæ salutaris. Quæ tamen omnia, à bonis patriæ exceduntur. Primò considera bona possessionis temporalis. Et ista sunt valdè mutabilia, quia modo accedunt, modo recedunt. Vnde à sapientibus vocantur inter bona, bona minima: licet hodie multis credantur bona maxima. Quod patet si consideres, Primò, quòd ista sunt variabilia. Quanti enim magni, & potentes de magnis bonis temporalibus ad magna infortunia deuenerunt? Sicut apparet in illo diuite, de quo Lucæ decimosecundo. Anima mea, habes multa bona, &c. Et vide mutationem, quia eadem nocte sublatus est de medio. Secundò sunt insatiabilia. Vnde dicit Philosophus primo Politic. quòd concupiscentia pecuniæ est infinita. Vnde Ecclesia. 4. Est vnus, & secundum non habet, non filium, nõ fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat, dicẽs. Cui laboro, & fraudo animã meam bonis. Tertio sunt ad aliud ordinabilia. Vnde Philosophus dicit. Sunt autem diuitiæ alterius gratia, scilicet, vt subueniatur proximo. Propter quod Zachæus dicebat. Dimidium bonorum meorum do pauperibus. Quibus consideratis, ista bona temporalia minima bona debent vocari, quamuis hodie maxima reputẽtur, quia circa illa hodie errore decipimur. Docet enim experientia, quòd quando visus aliquam rem videt per medium diuersum, puta densum, vel diaphanum, malè iudicat de re visa, sicut patet de medio diuerso, de baculo, cuius pars est in aqua, alia verò pars extra aquam. Cuius scilicet vnam partem videt oculus per medium aeris, & aliam per medium aquæ, tunc enim oculus iudicat illum baculum esse curuum, cum tamen sit rectus. Sic res visa per medium densum apparet maior quàm sit, & quàm appareat in medio rariori. Sicut patet de denario sub aqua, & de stellis, quæ sunt corpora maxima, quæ tamen visæ per medium subtile aeris, paruæ apparent. Quod non solum est propter maximam distantiam, immo etiam propter media subtilia, per quæ videntur, sicut est sphæra aeris, & sphæra ignis. Sic moraliter ista bona temporalia, vt sunt diuitiæ, delectationes corporis, &c. quæ sunt in rebus grossioribus, quàm sit oculus mentis, scilicet, intellectus, qui est purus, & immaterialis, vt dicitur tertio de anima. Ideo talia videntur grossiora, & maiora, quàm realiter sint. Bona verò gratiæ cùm spiritualia sint, & delectationes eorum sint spirituales, à Deo, qui est summè spiritualis, nobis immissæ, videntur minora quàm sint, propter quod signanter dicitur. Qui peruersi cordis est, non inuenit bonum. Item in istis bonis decipiuntur homines mundani credentes delectationes carnis, & voluptates esse bona principalia. Contra quos Sen. arguit dupliciter, primò sic, aut illa bona non sunt, quæ vocantur, aut homo felicior est Deo, quoniam, quæ parata sunt nobis, non habet Deus in vsum, nec libido apud ipsum est, nec epulatio, nec opes, nec quodcunque ex his: sed impossibile est bona Deo deesse. Igitur ista,

Bonũ temporale.

Nota totum de bono tẽporali, in quo errant valde homines.

Eccle. 4.

Philosoph. 1. Ethico.

Luca 19.

Visus.

Philosoph. 3. de Anima.

Seneca epistola 3.

ista, quæ vocantur bona, non sunt vera bona, sed falsa. Secundò arguit sic. Ista temporalia bona sunt corruptibilia, ergo in eis non est summa fœlicitas. Et concludit quòd omnis fœlicitas sit perfecta, dùm consummatur virtutibus. Vnde dicit. Proprium bonum hominis perfecta ratio est, cætera enim cum animalibus communia sunt, quia fortis est leo, formosus pauo, velox equus. Ratio autem hominis est, quia vnumquodque est bonum cum eius ratio bona est. Et hoc est, quod dicitur Micheæ 5. Indicabo tibi, ò homo, quid sit bonū, & quid Deus tuus quærat à te? vtique facere iudiciū, & iustitiam, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Secundò dicitur esse bonum operationis moralis, quod, scilicet consistit in virtutibus moralibus, & earum operationibus. Et isto bono multi etiam infideles suo modo boni dicuntur, dum moraliter viuunt secundum iustitiam, aliena non rapientes, castè viuentes, sobriè, & sic de alijs virtutibus moralibus. Quoniam per has morales virtutes homo redditur bonus, & eius opus bonum: vt dicitur secundo Ethicorum. Et istud bonum apud Philosophos dicitur bonū honestum, dicitur etiam bonum intrinsecum, quia à nullo potest violenter auferri. Vnde narrat Valerius libro septimo, capitulo secundo, quòd Bias, cum patriam eius inuasissent hostes, & capta ciuitate, permisissent omnes incolumes, cum illis bonis, quæ asportare poterant, fugere. Alijs ergo preciosarum rerum pondere onustis fugientibus, & ipse Bias de suis bonis nihil asportaret, & super hoc interrogatus, ipse Bias respondit. Ego bona mea mecum porto. Illa enim pectore gestabat non humeris, nec oculis exterioribus visenda, sed examinanda animo. Quæ domicilio mentis inclusa, nec mortalium, nec Deorum manibus labefieri queunt. Et vt manentibus præsto sunt, ita fugientes non deserunt. Et quamuis ista de se sint bona, non tamen habent sufficientiam, quia ad finem principalem hominis, qui est beatitudo, non sufficiunt, vt de talibus moraliter bonis, (vt fuerunt Philosophi, tamen infideles) dicatur illud Iob vigesimoprimo. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt, tertio est bonum gratiæ salutaris. Et istud differt à bono morali. Quia licet bonum morale sit gratis datum à Deo, non tamen de se sine forma charitatis facit Deo gratum, vt ostendit Magister libro secundo, distinctione vigesimaquarta. Et istud est bonum meritorium vitæ æternæ, de quo dicitur Roman. octauo. Omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quod ideo dicit, quia qui bonum charitatis habet, vbique rationem meriti inuenit, quia omnia talia cooperantur in bonum, siue bona, siue mala, siue mors, vel vita, siue prospera, vel aduersa, quod ostenditur tam de bonis, quàm de malis. De bonis, quoniam bona sunt duplicia, scilicet, quæ facimus, & quæ recepimus. Bona quæ facimus, bonis vertuntur in bonum, dum in his solum salutem animæ, proximorum ædificationem, & Dei laudem quærunt. Similiter bona, quæ recipiunt boni, illis vertuntur in bonum, dum illa cum gratiarum actione, vt Dei beneficia recipiunt. Similiter & mala, quæ fecerunt, dum illorum consideratione, ad pœnitentiæ lamenta consurgunt. Et in his humilitatis causam, & cautelam futurorum recipiunt. Similiter & mala, quæ patiuntur, dum in illis armantur patientia, quinimò, vt dicit Vlricus super illo Psalmi decimiseptimi. Diligam te, domine, fortitudo mea. Per bonum gratiæ omnis fortitudo mihi contraria succumbit, antiqui draconis malitia nocere cupiens, mihi proficit. Sæuire poterit mundus, sed hoc erit mihi seruire. Vrere poterit, tundere, dissecare, sed hoc erit mihi fabricare coronas. Vltimò corpus occidere poterit, sed hoc erit mihi, rupto carcere, ad libertatem gloriæ conuolare. Sed istud bonum adhuc mentem non satiat, quia est via, non terminus, exilium, non patria, etiam quia ante finem deficere potest. Sed bonum gloriæ omnia prædicta superat bona, quia primum est deceptorium, scilicet, bonum temporale, & in gloria est perfecta cognitio, & sapientia, quia ibi clarè videtur Deus, & in ipso omnia. Ioan. decimoseptimo. Hæc est vita æterna, &c. Secundum, scilicet, bonum morale est insuf-

Bonum morale. *Valerius.* *Bonum gratia.* *Mala bonis proficiunt.* *Bonum gloria.*

insufficiens, quia non satiat, & in gloria est mens perfectè satiata. Psal. 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Tertium scilicet bonum gratiæ est dubium, quia deficere potest ante finem, sed bonum gloriæ non potest deficere. Vnde Aug. dicit. Ibi erit Deus omnia bona, quę ab hominibus desiderari possunt, scilicet vita, salus, virtus, copia, gloria, honor, pax: & vnum bonum omnia continens bona. Cuius bonorum firmitatē notabat Apostolus, dicens. Bonum facientes non deficiamus, tēpore enim suo metemus non deficientes. Ista ergo sunt bona gloriæ, quibus Deus suos replet electos. De quibus nunc in persona omnium electorum ait Psalmista. *Replebimur in bonis domus tua.* Notandum tamen, quòd non omnes æqualiter illa bona participabūt, sed differenter secundum differentiam meritorum, quia Ioan. 14 In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et hoc notās subdit. *Sanctum est templum tuum mirabile in æquitate.* Quid enim proprius dicitur templum Dei, quàm ipse Christus, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter? Ad iustitiam enim distributiuam pertinet, secundum differentiam meritorum conferre & præmia. Est ergo templum Dei, idest, Christus, sanctum, & mirabile in æquitate: quia secundum quod dictat æquitas, tribuit præmia iustis, propter quod Psalm. 95. de ipso dicitur. Iudicabit orbem terræ in æquitate.

Augus. 22. de ciuitate Dei.

Gala. 6.

Colos. 2.

1015 *Exaudi nos, Deus, salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè.*

HIc Psalmista consurgit ad gratiarum actionem, & ad laudem diuinam. Et diuiditur in tres partes. Quia ostendit primo diuinæ bonitatis immensitatem. Secundò Christi incarnationis humilitatem, ibi. *Visitasti.* Tertiò sacramenti Eucharistiæ vtilitatem, ibi. *Flumen Dei.* Quantum ad primum, quòd ostendens diuinam potestatem, ipsam ostendit in tribus, scilicet, in bonorum consolatione, in prædicatorum illustratione, ibi. *Præparans,* in mundanorum conturbatione, ibi. *Turbabuntur.* Quantum ad primum notādum, quòd hic per terram intelliguntur peccatores, sed per mare pœnitentes. Primum ostendit Gregor. dicens. Quid per terram nisi peccator homo intelligitur? Primò quippè peccanti homini dictum est, Terra es, & in terram ibis. Sed per mare intelligitur pœnitentium status, patet, quoniam mare ab amaritudine dicitur: quia, scilicet aquas amaras habet, & salsas. Similiter & pęnitentia dicitur mare, idest, amara, quia aquas amaras lachrymarum, & contritionis emittit, dum per ipsam homo seipsum punit, quia sensualitati valdè existit amarum. Vnde de pœnitentia sub nomine maris dicitur illud Iosue decimosecundo, quòd est mare deserti, quòd est mare salsissimū. Dicitur enim pęnitentia mare deserti, quia per ipsam homo deserit mundum, quinimò etiam & corpus proprium, dum ipsum flagellis subijcit. Dicitur etiam & mare salsissimum propter amaritudinem pœnitentiæ, quam continet. Ideo cuilibet verò pœnitenti dicitur. In mari via tua, &c. Volens ergo ostendere Psalmista, quòd Dei potestas est refugium peccatorum, ipsos vocando ad pœnitētiam, refugium pœnitentium, ipsis plenam conferendo veniam, ait. *Exaudi nos, Deus salutaris noster,* idest, exaudies. *Spes omnium finiū terræ,* idest, omnium peccatorum. *Et spes in mari longe,* idest, omnium pœnitētiū, qui per humilitatē à te se remotos reputant. Si autem moraliter de mari pœnitentiæ vis loqui. Nota quòd pœnitentia propriè significatur per mare æneum, quod Salomon fecit, vt habetur 3. Regum 7. Fecit Salomon mare æneum decem cubitos habens in latitudine, &c. Vide in prædicationibus meis quadragesimalibus.

Mare pœnitentia.

Gregor. 2. mor. c. 30.

Psal. 76.

1016 *Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.*

De pæ. d. 1. circa finē.

OStendit hic Dei potestatem in prædicatorum illustratione. Vbi nota, quòd scriptura per montes significat fidei prædicatores, vt ostendit Greg. super illo verbo Iob 9. Qui transtulit montes, &c. dicens. In scriptura sacra montium nomine prædicantiū altitudo desi-

Mōtes sunt prædicatores.

Gregor. 9. mor. c. 2.

Psal.71. designatur. De quibus per Psalmistam dicitur. Suscipiant montes pacem populo, &c. Electi quippe prædicatores æternæ patriæ, non immeritò montes vocantur, quia per vitæ suæ celsitudinem: ima terrarum deserunt, & cœlo propinqui sunt, &c. Istos ergo montes præparauit Deus, quando per Spiritum sanctum ipsos perlustrauit, vt puta quando Apostolos omnium linguarum genera docuit. Et hoc fuit apertum signum diuinæ potestatis, vt, scilicet, homines illiterati, & simplices à Spiritu sancto inspirati, sua prædicatione totum conuerterent mundum, & miracula aliàs inaudita facerent. Quod notans Psalm. dicit hic. *Præparans montes*, idest, disponens sanctos prædicatores ad totum mundum docendum. Et hoc *in virtute tua*, quia magna Dei virtute fuit factum, vt piscatores subito efficerentur doctores. Et homines despecti subito miraculis potestate inaudita fulgerent. Et quia hoc fecit homo Christus, non quidem virtute humanitatis, sed diuinitatis, cui erat vnitus. Ideo subdit. *Accinctus potentia*, idest, secundum glos. diuinitate, quia humanitas verbi maiestate præcincta est: vt, quod homo ex se non habuit, daret deitas. Quid autē per istos montes sic præparatos, vel prædicatores fecerit. Audi quod sequitur. *Qui conturbas profundum maris, & sonum fluctuum eius*. Hic enim per mare accipitur peccator, & maximè superbus, quia superbia omnium peccatorum est caput. Nam mare inter alias conditiones est tumidum. Intumescit enim ad modum montium, & in altum eleuatur, propter quod dicitur Psal. 92. Mirabiles elationes maris. Et verè mirabiles, quia quandoque ita bassum est, quòd vix videtur, & subito in altum eleuatur. Et sic significat superbiam, quæ multis de se vili, & bassa cor hominis in altum eleuat, vt puta quandoque per diuitias, quandoque per pulchritudinem, quandoque ex aliquo bono per hypocrisim facto. Quæ tamen omnia deberent hominem magis bassum tenere, si consideret se per ista Deo fore magis obligatum, quia cum augentur dona, rationes crescunt donorum. Tantò ergo humilior quisque debet esse ex ratione, &c. Veruntamen superbia hoc non cogitans, ad modum

Mare superbia.

E maris, de basso, idest, vnde se bassum deberet reputare, in altum erigit cor hominis. Et sic benè de superbo potest dici. Mirabiles elationes maris, quia secundum quod ait Hieron. in epistolis. Quid tam magnum, & mirabile videri potest, quam superbum aduersus eius voluntatem viuere, à quo ipsum viuere accepit? illius præcepta despicere, qui ideo solà aliquid præcepit, vt causam habeat remunerandi. Sic igitur per mare superbi significantur, quos tamen Deus per suos prædicatores conturbauit, quando per prædicatores mundi superbos ad pœnitentiæ conturbationem perduxit. Et hoc

Hierony.

F est, quod hic Psal. Deo dicit. *Qui conturbas profundum maris*, idest, secundum glos. superbos ad pœnitentiam ducis, vt scilicet ex profundo cordis pœniteant. *Et sonum fluctuum eius*, quia superbi ad pœnitentiam conuersi contradictiones contra Christi fidem sonantes, & persecutiones omiserunt Christo seruientes, vt puta rabies imperatorum & aliorum tyrannorum aliàs contra ecclesiam sæuiens ac mirabiliter sonans, modo defecit, quia conturbata est virtute pœnitentiæ. Sic enim hoc præuidens Psalmista

Fluctus superbia.

G octuagesimooctauo, ait. Motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Turbabuntur gentes, & timebunt, qui habitant terminos, à signis tuis, exitus matutini, & vesperę delectabis.

1017
11.q.3.ira.

Hic consequenter ostenditur Christi potestate mundi conturbatio. Vbi nota, quòd ad prædicationem Apostolorum gentiles primo turbati fuerūt, vt puta: quia videbant Deos suos, & ipsorum cultum ad nihilum deuenire, dū Apostolos dijs suis præualere viderent.

H Et inde turbabantur. Sic turbatus fuit Nero ad Petri prædicationem. Aegeas ad Andreæ prędicationem, & sic de alijs. Et hoc est, quod ait. *Turbabuntur gentes*. Sed tamen postea ipsorum visis miraculis, multi per orbem timuerunt Christi nomen, & conuersi sunt. Et hoc est, quod ait. *Timebunt qui habitant terminos*, scilicet, terræ *à signis tuis*. Iam enim visis Christi miraculis, Christiani vbique Deum timent *à signis tuis*, idest, à miraculis, quæ per Apostolos sunt facta.

Sed

Timor. Sed aduerte, quòd differentia est inter timorem mundi, & timorem Dei, quoniam timorem mundi sequitur tristitia, sed timorem Dei sequitur gaudium, & exultatio, vnde Eccles. 1. Timor domini delectabit cor, quia qui timet Deû, gaudet in prosperis per gratiarum actionê, gaudet in aduersis per virtutem patientiæ. Et hoc notans Psalmista dicit. *Exitus matutini, & vespera delectabit.* Vbi nota secundum glos. quòd per mane prosperitas, quia lætum est mane post tristitiam noctis. Per vespere autem intelligitur aduersitas. In his enim duobus tentatur homo scilicet, prosperis, vt eleuetur, aduersis vt cadat. Sed in his duobus dat Deus suis exitum, idest modum euadendi, ne peccent. Quia si adsunt prospera, inde non capiuntur, qui pro diuitijs Deum habent. Si adsunt aduersa, inde non terrentur, pro quibus passus est Christus. Est ergo sensus. *Exitus matutini, & vespera delectabis*, idest, ex aduentu prosperitatis, & aduersitatis *delectabis*, idest, tuos in hac vita delectabiles facies. *Vel exitus matutini, & vespera delectabis*, idest, facies tuis delectabile exire à prosperis, & ab aduersis. Si enim non delectet hominem exitus prosperitatis, inde non laborat exire, sed capitur lucris, cui non placet promissio Christi. Et terretur aduersis, quem non delectat ille, qui pro eo voluit pati, vt de aduersis exitum faceret nobis. Sicut enim dominus nos inducit in prosperis, & aduersis, sic inde nos custodiendo educit Psal. 102. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum.

Prosperitas. Aduersitas.

Exitus.

1018 *Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.*

1.q.1.ex Catholica.

CONsequenter hic ostendit Christi incarnationis humilitatem. Supra enim Psalmista prædixit exilij huius mûdi terminationem & bonorum consolationem, nunc ostendit, quæ fuit horum causa scilicet, Christi incarnatio, dicens. *Visitasti terram*, &c. Vbi nota, quòd per terrã nostra humanitas designatur, quæ quamuis ex corpore de terra creato, & anima spirituali cõstet, tamen quia pars terrena experimẽtaliter magis cognoscitur quàm anima, ideo quandoque per A terram ipsa humanitas, idest, totus homo ex anima, & corpore compositus designatur. De ista ergo terra humanitatis nostræ, nunc dicit Psalm. *Visitasti terram*, &c. Visitauit ergo dominus terram, quando nostram humanitatem personæ verbi copulauit hypostaticè. Sic enim Dei visitationem pro incarnatione accipit Zacha. dicens. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redẽptionem, &c. Quod exponens Beda super Lucam ait. Visitauit dominus plebẽ suam, quasi longa infirmitate tabescentem, & quasi venditã sub peccato, quando verbum caro factum habitauit in nobis. Quid ergo est, *Visitasti terram*, nisi visitasti humanitatem nostram? quia tu fieri homo dignatus es. Et quid habuerit terra nostra ex ista visitatione sequitur. *Et inebriasti eam.* Quod ideo dicit, quia per talem visitationem, nostra humanitas in Christo omni gratia fuit repleta, quia tantam ei Deus gratiæ plenitudinem dedit, quod maiorem ei conferre non potuit, vt dicit Magister libro 3. dist. 13. Vnde sequitur. *Multiplicasti locupletare eam*, quia non solum humanitatem Christi repleuit omnibus bonis, C sed etiam omnes suos fideles in ipso diuites fecit, in omnibus virtutibus, & spiritualibus bonis 1. Corinth. 1. In omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia.

Visitatio. Incarnatio.

Luc. 1.

1019 *Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius.*

HIc consequenter ostendit sacramẽti Eucharistiæ vtilitatẽ, per quod scilicet nos locupletes fecit, quia per ipD sum summa Dei nobis gratia datur. Circa autem illud sacramentum sic procedit. Quoniam ostendit, quòd per illud sacramentum, primo ecclesia plenè saturatur. Secundò, ecclesia per ipsum sanctificatur, ibi. *Benedices.* Tertiò ecclesia per ipsum fundatur, ibi. *Pinguescẽt.* Quartò quod per ipsum ecclesia iocundatur, ibi. *Induti sunt.* Quantum ad primum ostendit primo, quòd ecclesia ipso saturatur, quo ad cibum. Secundò quo ad potum, ibi. *Riuos eius.* Quantum ad pri-

Euchari-stia. mum sciẽdum, quòd quamuis sacramentum Eucharistiæ sit vnicum, tamen nobis sub duplici specie ministratur, scilicet, panis, & vini, cibi, & potus. Et rationem ostendit Magister dicens. *Magister libro 4. d. 11.* Sed quare sub duplici specie sumitur, cum sub altera totus sit Christus? Respondet. Vt ostenderetur Christum totam naturam humanam assumpsisse, vt totam redimeret, panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam, quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes animæ à physicis esse dicitur. Ideo ergo sub duabus speciebus celebratur, vt animæ, & carnis susceptio in Christo, & vtriusque liberatio in nobis significetur. Sic ergo Psalmista hic agit de sacramento primo, vt ministratur sub specie panis, & cibi, dicens. *Flumẽ vitæ præsentis.* *Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum.* Quid enim hic fluminis nomine, nisi decursus vitæ præsentis intelligitur? Vnde Gregor. ait. Quid fluminis nomine, nisi humanæ vitæ decursus designatur, qui velut à fontis sui origine nascendo surgit, sed quasi ad ima defluens pertransit? Per aquam verò intellige spiritussancti gratiam. *Aqua gratia.* Vnde idẽ *Gregor. 11. mor. cap. 6.* Gregor. dicit. Aquæ nomine spiritussancti gratia designatur, sicut veritatis voce in Euangelio dicitur. *Ioan. 6.* Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiritusancto, & cætera. *Gregor. 33. mor. c. 7.* Quid est dicere. *Flumen Dei repletum est aquis*, nisi vita fidelium, vel ipsa Ecclesia plena est gratia, & spiritussancti donis? Et causam subdit. *Quia parasti cibum illorum*, idest, quia dedisti sacramentum corporis tui in cibum illorum. Quod quidem sacramentum, vel cibus omni dono, & gratia repletur, propter quod Eucharistia dicitur, idest, bona gratia, quia in illo non solum sumitur, augmentum gratiæ, sed etiam ille sumitur, qui est fons, & origo cunctarum gratiarum. Et hoc sacramentum non datur nobis meritis nostris, sed solum ex Dei mera gratia, & liberalitate. Ideo subdit. *Quoniam ita est præparatio eius.* Vbi glos. Istum cibum parasti, vt illis des per tuam misericordiam, non quia ipsi hoc meruerint.

E *Riuos eius inebria, multiplica genimina eius, in stillicidijs eius lætabitur germinans.* 1020

HIc agit de sacramento, vt datur sub specie potus. Vt enim statim dictum est. Flumen dicitur ecclesia. *Calix. Sanguis. Christi.* Qui sunt ergo riui istius fluminis, nisi ipsi fideles, qui sacramentum istud bibendo inebriantur? *Ebrietas.* Sic enim dicitur Psalm. 22. Calix meus inebrians, quàm præclarus est. Ista enim sanguinis potatio hominem inebriat. Quod ideò sic dicitur similitudinariè, quia sicut mens ebrij absorbetur à vino, F sic mens deuota absorbetur à gratia, in potatione Christi sanguinis data. Vnde Psalm. 35. inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Sed aduerte differentiam inter istam ebrietatem gratiæ, & vini corporalis, quia ebrietas corporalis obscurat intellectum, hæc autem magis illuminat. Quod benè notat, Psalmista, dicens. *Psal. 22.* Calix tuus inebriãs quàm præclarus est, idest, multum clarus. Vnde Ambros. & habetur de consecr. dist. 2. in calice. Quotiescunque calicem domini bibis, remissionem peccatorum G accipis, & inebriaris, non carne, sed spiritu. Vnde Apostolus ait. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritusancto. Quid est ergo dicere. *Riuos eius inebria*, nisi fideles tuos per sacramentum sanguinis tui gratia implebis. Vnde glossa. *Riuos eius inebria*, idest, Apostolos, & alios, qui de calice sanguinis tui biberint gratia inebriando, vt sibi, & alijs sufficiant. Vnde subditur, *Multiplica genimina eius.* Secundum Grammaticos hoc genimen, inis, idem est, quod generatio, vel germen productum. Et dicitur à gignõ. nis. *Genimina.* Genimina ergo H ecclesiæ sunt successores per Apostolos, & alios primitiuos patres generatos. Est ergo sensus. *Multiplica genimina eius*, idest, virtute huius sacramenti dabis imitatores prouectos à riuis generatos, quasi ex credentibus alij credant. Subditur. *In stillicidijs eius lætabitur germinans.* *Stillicidiũ.* Vbi nota, quòd stilla, idest, gutta componitur cum cado. is. & fit hoc stillicidium. dij, & sunt stillicidia guttæ aquæ successiuè cadentes. Germinans ergo ecclesia, scilicet, noua, & rudis, quæ incipit à stilli-

stillicidijs, idest, guttis doctrinæ, & sacræ scripturę lætabitur, quod ideo dicit, quia inde proficiunt rudes, & parui, quádo minora misteria scripturarum eis stillantur, quia necdum maiora capere possunt. Sic enim dicebat Apostolus paruulis, & rudibus, quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam, quia nondum poteratis, & cæt. propter quod dicitur Iob. 29. Super illos stillabat eloquium meum.

1. Cor. 3.

1021 *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebūtur vbertate.*

Hic ostendit quomodo ecclesia sanctificatur. Vbi notandum, quod annus benignitatis dicitur totum tempus gratiæ, scilicet ab aduentu Christi vsque ad finem sæculi, quia & ipsa incarnatio Christi Benignitas dicitur psalm. octuagesimoquarto. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructū suum. Corona ergo anni benignitatis dicitur tota ecclesia fidelium, quæ dicitur corona, quia coronam victoriæ præstat vincēti diabolum, carnem, & mundum. Est ergo sensus. *Benedices corona anni benignitatis tuæ*, idest benedices multitudini fidelium acquisitæ anno benignitatis tuæ, idest, ab aduentu Christi, vsque ad finem sæculi. *Benedices*, idest, bona dabis, scilicet gratiam, quia fideles noui testamenti per sumptionem huius sacramenti gratia sanctificantur. Et hoc est, quod subditur. *Et campi tui replebuntur vbertate*, idest, iusti replebuntur vbertate prolis genitæ, & meritorum, Dicat ergo. *Benedices corona anni benignitatis tuæ*, idest, anno benignitatis tuæ, scilicet iustis in anno gratiæ acquisitæ, dabit coronam benedictionis. Vbi nota, quod dominus annum benignitatis, scilicet iustis multipliciter coronat, scilicet, Coronat æternaliter eligendo. Coronat pœnaliter redimēdo. Coronat stabiliter dispensando. Coronat ipsos in carne præseruando. Coronat in mente perlustrando. Coronat in pœnis roborando. Primò coronat Deus iustos ipsos æternaliter eligendo. Quæ enim maior benignitas potest cogitari, quam hominem, nullo præcedente merito, ad summum bonum participandum eligere? Et de hac corona cuilibet iusto dicitur. Eris corona gloriæ in manu domini. In manu dicit Dei, quia solius Dei est bonitas, vt nullis præcedentibus meritis quis ad talem coronam sit electus. Secundum patet. Nam corona quæ nobis à Deo erat parata exigentibus nostris peccatis perdita, nullis nostris operibus poterat recuperari. Quod deplorat Hieremias, dicens. Cecidit corona capitis nostris, væ nobis quia peccauimus. Ideo venit Christus, vt sua morte hanc coronam nobis repararet, dum pro nobis spineā ipse suscepit coronam. Ioan. 19. Exiuit Iesus portās spineam coronam. O Christi corona totis affectibus amplexanda quia nostra corona perdita recuperatur. Vnde ad hanc meditandam nos scriptura prouocat. d. Ingredimini videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua, Salomon rex pacificus est Christus, mater verò dicitur synagoga, ex qua secundum carnem processit. Tertium patet, Quoniam suos dominus coronat dum in tentationibus, & aduersis fortificat. Nam vt ait Hierony. in serm. In stadio sumus continuè pugnamus, aduersarijs totus mundus est plenus, nos autem debiles sumus, nec sine victoria coronari debemus, quoniam ut ait apostolus. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Est autem legitimè certare hostibus non cedere, sed de ipsis reportare victoriam. Ideo dicitur Apocalip. tertio. Tene quod habes, scilicet, stabiliter pugnando, ne alius accipiat coronam tuam. Oportet ergo vt nostro inuicto principi fideliter semper adhæreamus qui nos seruabit inuictos. Vnde ad hoc quemlibet nostrum prouocat Apocalips. secundo. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Quartum patet. Quia iustos præseruat, ne à carnis libidine superentur. Et ista corona maximè debetur virginibus, quæ dicitur aurea. Aurū enim propter suam puritatem & incorruptionem carnis significat integritatē. Et de hac corona dicitur. Corona aurea super caput eius. Quintum patet. Dū iustis dat scripturarum sapientiam, & cognitionem. Et ista corona maximè debetur doctoribus quæ dicitur stellata, Stella

Coronat Deus iustos multipliciter.

Esa. 62.

Thren. 5.

Cant. 3.

Hieronym.

2. Tim. 2.

Eccles.

Stella enim propter suam, claritatem significat scripturarum sapientiam, etiam quia sicut stella est deuiantium directiua, sic scriptura sacra errantium illustratiua. Apoc. 12. Et in capite eius corona stellarũ duodecim, quia.s. scriptura maximè circa duodecim articulos fidei versatur. Sextum patet. Quoniam suos roborat Deus in tormentis, ne deficiant. Et ista corona maximè competit martyribus qui pro Christo fortiter certauerunt quæ corona dicitur lapidea. Nam lapis propter suam duritiam significat in aduersis patientiæ firmitatem. Et de ista corona dicitur. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. Et hanc coronam dare martyrib. venit Christus. Esa. 61. Spiritus domini super me ad annunciandum mansuetis misit me vt consolarer omnes lugentes, vt darem eis coronã pro cinere, &c. lugentes dicuntur sancti martyres, qui in aduersis tribulationibus fuerunt, hos consolari venit Christus dum eis victoriæ coronam promittit. Quæ corona pro cinere datur, quia scilicet corpora sanctorum martyrum fuerunt occisa cõbusta & vsque ad cinerem rẽdacta pro Christi fide seruanda. Vnde talibus dicitur Percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Omnibus ergo prædictis modis coronæ iustorum Deus benedicit. Vnde nunc dicitur. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.*

Psal. 20.

1. Petr. 5.

1022 *Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.*

1. 2. 9. 1. exemplum.

HIc ostenditur quomodo ecclesia Christi fecundatur, cum.s. continuè noua proles generatur in ea, vbi notandum, quod per desertum ipsa gentilitas intelligitur, quando ante Christi aduentum infidelis existens per Christum incarnatum ad ecclesiæ fidem fuit deducta. Vnde Gregor. dicit. In gentilitate in qua patriarcha non fuit, Propheta non fuit, ad intelligendum Deum, qua ratione vteretur penè homo non fuit, soli tudo dicitur vel desertũ. de qua per Esa. dicitur. Delectabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit, quasi lilium. Et rursum de ecclesia dicitur. Ponam desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum domini. In

Desertum significat gentes.

Gregor. 30. mor. c. 30.

Esa. 51.

E hac ergo solitudine Christus domum accepit, quia incarnatus dominus pro hominibus, derelicta à Deo gẽtilitatis corda possedit, &c. Et hoc hic notans psi dicit. *Pinguescent speciosa deserti*, i. corda gentilium, quæ prius erant deserta, per aduentum Christi recipientur ad fidem, & sic pinguescent per gratiam & fiẽt speciosa. Et istum sensum hic ponit glos. d. *Pinguescent speciosa deserti*, i. gentilitatis desertum. Desertum namq; sunt omnes gentes quibus nullus Propheta missus est. Hæ autem gentes pinguedinem receperunt quando apostoli ad eas venerũt,

F per quos doctæ factæ sunt, & speciosæ, vbi ergo prophetæ non sonuerunt, ibi acceptus est prophetarum dominus. Sequitur. *Et exultatione colles accingentur.* Vbi nota q; hic per colles significantur alti non quidem spiritu superbiæ, sed meritis & virtute humilitatis, quia humiles à Deo exaltantur, sicut & superbi deprimuntur. Iob. 5. Ponit humiles in sublime. Et istum sensum hic habet gl. dicens. *Exultatione colles accingentur*, colles, i. illi quos Deus per humilitatem erigit, quia scilicet Deus exaltat humiles, quia tales in ecclesia *accingentur*, id est, cõfortabuntur ad prædicandum alijs. Et hoc

Colles significant humiles.

G exultatione, quia alios suo exemplo inducendo ad Christi fidem exultabunt, sicut de apostolis Act. 5. dicitur, Ibant Apostoli gaudẽtes à cõspectu cõcilij, &c.

Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnum dicent. 1023

OStendit hic, quomodo ecclesia per Christum iocundatur, vbi nota qđ ecclesia Christi duas partes habet: quia aliqui sunt in statu prælationis, & alij

H in statu subiectionis. Prælati enim qui subditos habent ducere, & dirigere, per arietem significantur, ut ostendit Greg. dicens. Scriptum est, Tria sunt quæ bene gradiũtur, s. leo fortissimus bestiarũ, qui ad nullius pauebit occursum gallus succinctus lumbos, & aries nec est rex, qui resistat ei. Ipse quippe hoc loco leonis nomine ponitur, scilicet, Christus de quo scriptum est, vicit leo de tribu Iuda. Qui fortissimus bestiarum dicitur, quia in illo hoc quod infirmum est Dei fortius

Aries significat prælatos.

Gregor. 30. moral. c. 5.

Leo Christus.

Apoc. 5.

fortius est hominibus qui ad nullius pa- A uet occursum dicit enim. Venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam. gallus succinctus lubos sunt prædicatores sancti, qui inter huius noctis tenebras verum mane nunciant, qui succincti lumbos sunt, qui à membris suis luxuriæ fluxum restringūt. Aries, nec est rex qui resistat ei. Quem aliū hoc loco arietem accipimus, nisi primum intra ecclesiam ordinem sacerdotum de quib. scriptum est. Afferte domino filios arietum qui per exempla sua gradientem populū quasi subsequentem ouium gregem trahunt. Quibus spiritualiter rectèque viuē B tibus nullus rex sufficit omnino resistere, quia nullus intentionem eorum valet impedire. Sciunt enim ad eum, quem desiderant, & anxiè currere, & moriēdo peruenire. Ex quibus apparet, quòd arietum nomine prælati, & principes significantur. Per valles autem, quæ stant in basso, significatur status subditorum. De istis ergo duobus statibus ecclesiæ, scilicet, superiorum, & subditorum, d. *Induti sunt arietes ouiū*, i. prælati, & duces ouiū. *Induti sunt exultatione*, quia scilicet gaudent de fructibus suis. *Et valles*, idest, humiles populi & subditi, *abundabunt frumento*, i. fruge boni operis, quia multū fructum afferent. Et sic tam arietes quā valles clamabunt. Deo gratias agendo. Vnde sequitur. *Etenim hymnum dicent* Deum laudando. Et attende quod secundum magistrum in gl. Iste psalmus dicitur in exequijs mortuorum, quia hic psalmus agit de reditu Babyloniæ huius mundi ad patriam cęlestem, ad quam sancti in obitu de carne educti ad patriā fęliciter migrant, simplam stolam statim recipientes, donec in resurrectione stola geminæ beatitudinis glorificētur.

Psal. 82.

PSAL. LXV.

1024 **I**Vbilate Deo omnis terra, Psalmū dicite nomini eius, & date gloriā laudi eius.

PSALMVS iste hunc habet titulum. *In finem canticum psalmi & resurrectionis.* Vbi notādum, quod iste psal. est factus ad gratias agendum Deo pro liberatione populi Iudaici de captiuitate, & seruitute Aegyptiaca, pro qua liberatione & multi alij psalm. facti fuerunt. Vbi notādum quod vita hominis naturaliter in libertate consistit, quoniam anima quæ est substantialis forma hominis naturaliter est libera, & sic totus homo per animam uiuens liber & dominus actuum suorum naturaliter debet esse. Sic ergo vita nostra in libertate consistit. Vnde Eccel. 15. dicitur Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandata, & præcepta sua, apposuit tibi aquam, & ignem, ad qd̄ uolueris, porrige manum tuam, ante hominem uita, & mors, bonum, & malum. Sequitur ergo quod si vita nostra in libertate consistit, quod tollens libertatē, tollit vitam libertatis, & sic mortem inducit. Cum ergo seruitus libertatem tollat, mortem inducit. Cum ergo populus Hebræorum in Aegypto seruitute præmeretur, mortuus dicebatur. Sicut ergo isto modo seruitus mortem inducit, sic & liberatio à seruitute hominem resuscitat & per consequens liberatio filiorum Israel de seruitute Aegypti, isto modo resurrectio ipsorum debet appellari. Ex prædictis apparet sensus literalis tituli. C *In finem canticū Psalm* i. iste Psalm. vel canticum dirigens nos in finem, est gratiarum actio resurrectionis idest, pro liberatione populi Israel, à seruitute Aegyptiorum quæ mors quædam moralis dicebatur. Ex isto titulo apparet materia psalmi, sed auctor non apparet. Vnde iste psal. dicitur ignotus, quoad auctorē, quia nescitur quis istum fecerit psalmū. Procedam ergo primò secundum sensū historicum, deinde iuxta sensum prophe ticum. Quantum ad sensum literalem, & historicum, tota sententia est omnes inducere ad Dei laudem propter liberationem Hebræorum de Aegypto, Secundū D hoc psalmista duo facit. Quia primò inducit omnes ad Dei laudationem. Secundò ad hoc multiplicem inducit rationē, ibi. *Venite, & uidete*, &c. vt Nic. de Lyra. Quantum uero ad sensum propheticū pro expositione tituli notandum, quod in antiqua lege Iudæi sperabant pro sua iustitia solum in bonis tēporalibus præmiari. Nam regnum cœlorum primum in nouo testamento promissum fuit. Sperabant etiam resurrectionem futuram.

Mort. Vita. Resurrectio.

Captiuitas.

Sed

Sed post resurrectionem eadem temporalia bona sperabant habere quæ modo ante mortem habentur. Quod manifestè patet ex hoc, quod quæstioni Saducæorum, qui resurrectionem negabant, de muliere, quæ successiue habuit septé viros, cuius illorũ in resurrectione erit vxor, ipsi Iudæi nesciebant respondere (vt habetur Matth. 22.) credentes quod connubia fierent post resurrectionem, sicut fiunt ante mortem. Vnde Christus ait, Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione neq; nubent, neque nubentur, sed erunt, sicut angeli Dei in cœlo. Contra ergo illum errorem Iudæorum agit iste psalm. ostẽdens, quòd post resurrectionem boni habebunt spiritualia bona non carnalia. Vt sicut Christus caput totus spiritualis resurrexit, ita & nos spirituales resurgemus. Est ergo sensus tituli talis. Canticum istud dirigens nos in finem, idest, in Christum, vel in consummationem futuræ beatitudinis, est resurrectionis, quia hic est exultatio de resurrectione capitis quæ præcessit, & corporis quæ futura est. Et est canticum psalmi, quia pro resurrectione futura mouet benè operari. Vnde tota intentio psalmi, est monere nos ad iubilum prospere resurrectioni futuræ. Et ad istum intellectum Ps. iste diuiditur in quatuor partes. Quia primo de Christi resurrectione nos docet habere lætitiam. Secundò pro nostra resurrectione nos docet habere iustitiam: ibi. *Venite, & videte*. Tertiò ex hoc in tribulatione nos docet habere patientiam. ibi, *Benedicite*. Quartò suo exemplo nos in Deo docet habere patientiam, ibi, *Venite, & audite*. Prima pars diuiditur in tres. Ostẽditur primo pro Christi resurrectione debita Deo gloria. Secundò in Christi resurrectione Iudæorum ostẽditur fallacia, ibi, *Dicite Deo*. Tertiò per Christi resurrectionem gentilium deponitur superbia, ibi. *Omnis terra*. Quãtum ad primum notandum, quòd quatuor festa de Christo celebramus in quibus angeli apparuerunt in signum lætitiæ, & exultationis mundo datæ scilicet, festum incarnationis, natiuitatis, resurrectionis, & ascensionis. In festo annunciationis, & resurrectionis apparuerunt angeli solum mulieribus. In festo verò na-

Festa Christi quatuor.

E tiuitatis, & ascensionis, solũ viris, vt puta in festo natiuitatis pastoribus, etiam in ascensione Apostolis. In festo verò incarnationis, apparuit angelus Mariæ soli annuncians illam, sed in festo resurrectionis apparuit mulieribus pluribus, vt patet Matth. vlt. Cum igitur sexus fœmineus sit infirmior virili, consequens est quod maioris gratiæ est angelos mulieres consolari, quàm viros, & per consequens maioris est lætitiæ. Et sic maioris lætitiæ debet esse mundo Christi incarnatio & resurrectio, quam natiuitas & ascensio. In incarnatione autem solum F vni mulieri apparuit angelus, scilicet, Mariæ, In resurrectione autem pluribus, & per consequens quantum ad hoc maioris lætitiæ mundo fuit Christi resurrectio quàm eius incarnatio, quia quãuis in incarnatione maior mundo fuerit facta gratia, tamen in resurrectione gratia mundo facta magis per effectum fuit declarata. Ex quibus omnibus sequitur, quod festum Christi resurrectionis cum sit causa efficiens nostræ resurrectionis inter omnia alia Christi festa est maioris gaudij, & exultationis, in cuius argumentum ecclesia in festo resurrectionis G continuè cantat. Hęc dies quàm fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Quæ omnia considerans hinc Psal. ut in Christi resurrectione exultemus, & Deo iubilem^a, hic ait, *Iubilate Deo omnis terra, &c.* Et in isto versiculo nos hortatur ad tria, scilicet ad mentis iubilationem dicens, *Iubilate Deo omnis terra.* Ad bonam operationem dicens, *Psalmum dicite nomini eius*, & ad gratiarum actionem dicens. *Date gloriam laudi eius.* Quantum ad primũ ait. *Iubilate Deo omnis terra.* quasi dicat. Non solum Iudæa, sed omnis terra pro festo resurrectionis Deo debet iubilare, H quia Christi resurrectio est causa resurrectionis nostræ, non solum Iudæorum quinimmo, & totius orbis. Quale autem gaudium sit iubilatio, vide superius versiculo 766. Secundò ex hoc nos excitat ad bonam operationem, dicens. *Psalmum dicite nomini eius.* Psal. enim dicere, idem est, quod psalterium tangere. Psalteriũ autem, quod erat instrumentum decem chordarum, quod manu pulsabatur, significat operibus decem Dei præcepta adimplere. Et de hoc vide superius versiculo

Resurrectio Christi.

seculo 771. Tertio ex hoc nos excitat ad gratiarum actionem, dicens. *Date gloriam laudi eius.* Quia si Christi resurrectio causa est nostræ resurrectionis, in qua beatificabimur in corpore & anima, hæc à Deo debes recognoscere, & non ascribere meritis tuis. Et hoc est, quod hic dicit gl. *Date gloriam laudi eius.* Non vestram, sed Dei quæratis gloriã, non industriæ vestræ ascribatis, vt Iudæi faciunt, qui meritis suis dant iustitiam, & gentibus inuident gratiam, sic enim dicitur Psalm. vigesimooctauo. Afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius.

Psal. 28.

1025 *Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua domine, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.*

Resurrectio Christi. Iudæorum. mendaciũ.

Ostenditur hic Iudæorum falsitas de Christi resurrectione. Vbi aduertendum quod psalmista volens ostẽdere falsitatem Iudæorum circa Christi resurrectionem, per modum cuiusdam similitudinis ipsos hic assimilat Aegypțijs, quia sicut Deus fecit mirabilia in Aegypto & terrenda quando inde filios Israel cum magna potestate eduxit, vt patet in multis plagis quibus percussit Aegyptum, & tamen ipsi Aegyptij multoties promiserunt filios Israel dimittere exire, & statim postea reuocantes pro missionem Deo mentiebantur. Sic & Iudæi viderunt mirabilia Christi, scilicet quia homo factus est, quod cum ipsis sanctè conuersatus est, quòd multa, & terribilia signa ostendit in passione, quod gloriosè resurrexit, & tamen ipsi obstinati in multitudine tantæ virtutis Deo sunt mentiti, quia ad negandam Christi resurrectionem mendacia multa, & falsa composuerunt, quoniam, vt habetur Matthęi vigesimooctauo. Christo resuscitato, quidam de custodibus sepulchri venerunt in ciuitatem & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant, scilicet qualiter angelus apparuerat mulieribus, Christum resurrexisse annunciauerat, & sepulchrum apertum, & vacuum viderant, & cætera. Tunc ipsi sacerdotum principes istis terribilibus auditis statim ad mendacia, & falsitates confugerunt. Vnde congregati cũm senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes, Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, vobis dormientibus. Sed quod isti expressè fuerint mentiti ostendit Chrysostomus in homilia dicens. Qualiter autem furati fuissent corpus Christi discipuli, homines pauperes, & idiotæ, & neque apparere audentes? Si enim Christum adhuc viuum videntes fugerunt, qualiter mortuo eo, non timuissent tot militum multitudinem? Nunquid hostium sepulchri poterant euertere, lapis enim imminebat magnus multis indigens manibus. Nunquid etiam non erat signum super impositum? Propter quid autem non furati sunt prima nocte, quando nullus sepulchro affuit? Sabbato enim petierunt à Pilato custodiam. Quid autem sibi volunt hæc sudaria, quæ Petrus vidit iacentia? Si enim vellent furari non essent nudum corpus furati non solum ne iniuriarentur, sed etiam ne in exuendò tardarent, & traderent militibus se detinendi facultatem, maximè quia mirrha erat corpori, & vestimentis affixa, ita glutinosè vt non esset facile à corpore euellere vestimenta, quare non persuasibilia sunt sed mendacia, quæ de furto dicta sunt. Vnde per quæ resurrectionem obumbrare conantur, per ea ipsum faciunt clarere. Dicentes enim ꝙ discipuli furati sunt, confitentur corpus non esse in sepulchro. Furtum autem ostendit esse mendax, custodia militũ, & discipulorum pauor. Ex quibus apparet, qualiter tempore resurrectionis Christi inimici eius mentiti sunt ei. Sed illa mendacia magis ostenderunt Christi potestatem. Vnde gloss. solent mentiri inimici cuiusquam, ut potentiã eius minuant, Christo autem contrarium accidit, quia minus appareret potentia Christi, si ei inimici mentiti non fuissent, potentia enim Christi secundum hominem maximè in resurrectione apparuit, vnde ps. iste intitulatur. Ad commendationem ergo huius potentiæ valuit mendatium Iudæorum quo ad crucem eum perduxerunt, ut sic resurgeret, valuit & mendacium falsorum testiũ ad soluendum templum, quibus creditum

Exod. 8. & 9.

Chrysost. super. Matth.

Sigillum.

ditum est, & damnatus est, Christus, sed resurrexit. Accesserunt etiam mendacio custodes sepulchri, qui & probati sunt falsi. Auctus est numerus mendacii vt augeretur merces credentium. Mentiti sunt ergo mendaces, & contra mendaces Christus verax apparuit, & terribilia suæ potentiæ suis ostendit, vt sibi dicat ecclesia. *Quam terribilia sunt opera tua domine*, scilicet de sepulchro resurgendo sed *in multitudine virtutis tuæ*, s. ad ipsam virtutem declarandam *mentientur tibi inimici tui*. Sic enim dicitur Psal. 80. Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum, scilicet punitionis, in sæcula.

1026 *Omnis terra adoret te & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo.*

Terra significat gentiles.

HIc ostenditur, quòd per Christi resurrectionem gentilium deponitur superbia. Quia post Christi resurrectionem ad prædicationem Apostolorũ per totum orbem gentiles relictis idolis, ad fidem Christi sunt cõuersi. Quod prævidens Psalmista, dicit, *omnis terra adoret*, idest, adorabit te Deus &c. Et hic ly, *omnis*, signum vniuersale accipitur pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Nomine verò terræ ipsa gentilitas intelligitur, quam Iudæis Christus relictis ad fidem conuertit, vt deducit Gregorius super illo verbo Iob primo, Tonso capite, corruẽs in terram adorauit, dicens. Quid enim per decisos capillos nisi sacramentorum subtilitas designatur? Vnde ad Ezechielem prophetam dicitur. Tu, fili hominis sume tibi gladium acutum radentem pilos, assumes eum, & duces per caput tuum, & barbam. Vt scilicet, facto prophetæ iudicium redemptoris exprimatur, qui in carne apparens caput rasit, quia à Iudaico sacerdotio præceptorum suorum sacramenta abstulit, barbam rasit, quia regnum Israeliticum deserens, decorem virtutis illius amputauit. Quid uero per terram, nisi homo peccator exprimitur? Primo quippe peccanti homini dictum est. Terra es & in terram ibis. Terræ ergo nomine peccatrix gentilitas designatur. Mediator ergo noster quasi detonso capite in terram corruit, quia Iudæam deserens ad notitiam gentilium venit. Quod hic notat Psalm. dicens.

Gregor. 2. mor. c. 29.
Ezec. 5.
Capilli significãt sacramenta.
Gen. 3.

Omnis terra adoret te, Deus, &c. Et quod tria prædicit, gentiles facturos, scilicet primo Christi fidem recepturos, dicens. *Omnis terra adoret te Deus*. Secundo Christi præcepta perfecturos, dicens. *Psallat tibi*. Tertio alios Christi fidem docturos: ibi. *Psalmum dicat nomini tuo*. Quæ omnia hic notans glo. dicit. Te cuius potentiæ mentiti sunt Iudæi adorat omnis terra, scilicet gentilitas fide loco Iudæorum substituta: quoad primum *Psallat tibi* opere *Psalmum dicat nomini tuo*, scilicet, alios informando. Sic enim dicitur psalm. 71. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei.

Venite, & videte opera Dei, terribilis in consilijs super filios hominum. 1027

COnsequenter hic Psalmista nos docet habere iustitiam pro nostra resurrectione, & spiritualis iustificatione. Vocat enim hic gentiles ad iustitiam fidei, & hoc triplici ratione. Primò ratione diuinæ sapientiæ. Secundò ratione diuinæ misericordiæ, ibi. *Qui conuertit*. Tertio ratione diuinæ potentiæ, ibi. *Qui dominatur*. Quantum ad primum sciendum, quòd talis ac tanta est diuina sapientia, quod omnia malorum consilia sub unico consilio dissipat, & illa ad suum propositum reducit, ut patet suprà versiculo. 490. Sic & Iudæorum contra se facta consilia ad suum propositum contra ipsos Deus reduxit sua sapientia. Quid enim suis consilijs intendebant nisi per Christi mortem suam fidem delere, & inde est aucta ut deducit Gregor. dicens, Cum ad redemptoris nostri miracula credentium turba cõflueret, cum sacerdotes populi inuidiæ facibus accensi, mundum post eum ire proclamarent, dicentes. Ecce mundus totus post eum abijt, vt ab illo vim tantæ occursionis abscinderent, finire eius potentiam morte conati sunt, dicentes. Expedit vt unus homo moriatur, & non tota gens pereat. Sed redemptoris mors ad coniunctionem sui corporis idest, ecclesiæ valuit, non ad separationem. Persecutores ergo peregerunt hoc, quod perniciose moliti sunt. Intulerunt mortem, ut ab eo abscinderent fidelium deuotionem, sed inde fides creuit, unde hanc

Consilia Iudæorum cõtra Christũ dissipata.
Gregor. 6. moral. c. 13
Ioan 11.
Ioan 12.

hanc se extinguere infidelium crudelitas credidit. Cumque se æstimant persequendo abscindere, hoc nimirum compulsi sunt nesciendo dilatare, &cæt. Ex quibus appatet Dei sapientia, quia suo cōsilio prauorum consilia ad suum propositum contra prauos retorquet. Et ista sunt opera Dei terribilia, quæ Deus operatus est, pranis Iudæorum consilijs, gentes ad fidem uocando. Ad quæ consideranda omnes gentes nunc Psal. inuitat dicens. *Venite, & uidete opera domini, terribilis in consilijs super filios hominum*, scilicet, super Iudæos, qui ex hominibus vtentibus ratione geniti erant, licet ipsi non uiderent secundum rationem, unde istum intellectum assignat Augustinus in gloss. dicens. O vos gentes venite, & uidete opera Dei, quibus expulsis Iudæis, ad uos dirigitur fides. Et quæ sint illa opera, ostendit dicens. *Vide te*, scilicet, opera, in quibus est terribilis in consilijs habitis *super filios hominum*, idest, super Iudæos, quia scilicet, filij hominum, habuerunt consilia perdendi eum, ille autem habuit consilium excæcandi superbos, & uos ex hoc gentes illuminandi. Per hoc docentur gentes timorē domini semper habere ps. 33. Venite, filij audite me, timorem domini docebo vos.

Nota.

1028 *Qui conuertit mare in aridam in flumine pertransibunt pede, ibi lætabimur in ipso.*

De cons. d. 2. re vera.

HIc consequenter adducit gentiles ad fidem ex Dei misericordia, qui eis misericorditer præparauit sacramenta, quibus possunt saluari. Vbi notādum quòd hic per opera Dei, qui educens filios Israel de Aegypto mare conuertit in aridam, Exo. 14. vt securum accessum haberent ad terram promissionis, vult intelligere sacramentum pœnitentiæ, quo de Aegypto liberati ad terram promissionis æternę deducimnr, Nota ergo, quòd sacramētum pęnitentiæ rectè maris appellatur nomine. Quoniam mare ab amaritudine dicitnr, quia aquas salsas, & amaras habet. Similiter & pœnitētia dicitur mare, quia aquas lachrymarum amaras, & contritionis emittit, dū per ipsum homo amaricatus ex peccatis, seipsum punit, quod valdè amarum sensualitati uidetur, vt merito pęnitentia dicatur illud mare, de quo Iosue 12. Mare deserti, quod est mare salsissimū. Dicitur enim pœnitentia mare deserti, quia per illam homo deserit mundum, quinimo etiam & corpus proprium, dū ipsum flagellis atterit. Dicitur etiam mare salsissimum propter amaritudinem pœnæ, quam continet, vt merito pœnitentia sit figurata per illud mare æneū, quod Salomon ante introitum templi posuit, de quo 3. Reg. 7. Vbi dicitur, quod Salomon fecit mare æneum habens decem cubitos in latitudinem, & quinque in altitudine, tres digitos in spissitudine, quòd erat inferius strictum & latum superius ad modum calicis, & duodecim boues ænei illud sustinebant, quod erat figuræ sphæricæ, & istud mare posuit ante templum à latere dextro, in quo sacerdotes lauabant manus suas, & pedes, quando templum intrabant. Rectè istud mare significat sacramentum pœnitentiæ, & eius conditiones, si aspicias ipsius maris formam, & materiam. Primò illud mare erat æneum. Aes enim inter omnia metalla, est maximè sonorū. Ex quo significatur, quòd pœnitentia vltra amaritudinem de peccato habitam intrinsecus, exterius debet esse sonora per uocalem confessionem, quia Prouer. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cōsequetur. Si autem vis videre, de quibus pœnitentiam agere debes, attende istius maris formam. Habebat enim decem cubitos in latitudine, ad denotandum, quòd pœnitens debet considerare decem præcepta, & qualiter illa transgressus est, & de illis confiteri, & contritionem habere. Apocal. 2. Habebitis tribulationem decem diebus, idest propter decem præcepta transgressa. Itē habebat quinque cubitos in altitudine, ad denotandum, quòd pœnitere debes de quinque sensibus corporalibus non benè custoditis, & per illos Deo satisfacere. Item habebat tres digitos in spissitudine, ad denotandum, quòd tribus modis debes pœnitere, scilicet, corde per cōtritionem, ore per confessionem, opere per satisfactionem. Item istud mare duodecim boues sustentabant, ad denotandum,

Mare pæni tentia.

Mare aneū

Nota bene totum de pœnitentia, ne cessario facienda, etiā per exteriorem uocalē confessionē.

dum, quòd verus pœnitens debet esse perfectus in fide, quæ per duodecim articulos distinguitur. Illos enim articulos debet supponere verissimos, & ipsos non velle discutere per naturales rationes, sicut ædificium domus fundamenta supponit. Item istud mare erat figuræ sphæricæ, quæ angulis caret, ad denotandum, quòd pœnitentia debet fieri simul de omnibus peccatis, & non habere angulos, in quibus sordes reseruantur. Vnde sicut figura sphærica nullum habet angulum, in quo aliquid possit abscondi, sic vera pœnitentia omnia in clarum per confessionem prodere debet. Istud mare erat latum superius, & strictum inferius, quia verus pœnitens totum cor suum debet habere apertum & latum superius erga Deum, strictum autem, & clausum interius erga mundum, vt, scilicet, per suam pœnitentiam soli Deo placere velit, non mundo. Ecce ergo quam propriè per mare fabricatum à Salomone sacramentum pœnitentiæ designatur. Sicut ergo sacerdotes templũ intrare volentes, prius in isto mari lauabantur, sic quilibet templum gloriæ volens intrare, prius per sacramentum pœnitentiæ purgari debet. Matthæi tertio. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ad propositum ergo Deus mare conuertit in aridam, quando per sacramentum pœnitentiæ hominem deducit ad aridam, scilicet, terram viuentium. Quod ideo dicit, ut omnes gentes per sacramentum pœnitentiæ deducat ad fidem Ecclesiæ. Psalmo vigesimoprimo. Conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. *In flumine pertransibunt pede.* Hoc ad literam fuit, quando siccauit Dominus aquas fluminis Iordanis, & populus omnis pede sicco transiuit, Iosue tertio. Fit autem spiritualiter, quando credentes in Christum, & verè pœnitentes mundum contemnendo, faciliter transeunt ad patriam. Quid enim per fluuium nisi vita præsens designatur, quæ continuè in quodam fluxu consistit, quem transeunt pede, qui solum habentes alimenta, & quibus tegantur, sunt contenti, non quærentes gaudium in mundo, sed solum in vero Deo. Ideo subdunt. *Ibi lætabimur in ipso*, idest, dum pede trãsibimus mundi flumen, non in ipso mundo lætabimur, sed in Christo, scilicet Deo, qui conuertit mare in aridam, quia in ipso lætari debemus, non in mundo Psal. trigesimoprimo. Lætamini in domino, & exultate iusti.

Qui dominatur in uirtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt, qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. 1029

Hic consequenter inducit gentes ad fidem ex consideratione diuinæ potentiæ. Tanta enim est diuina potentia, quòd non solum subijcit corpora, sed & corda interius immutat ad libitum, illos interius, quos vult docet, & illuminat, & conuertit ad bonum, quod nulla creata potentia facere potest, quæ solum ad corpora, non se extendit ad corda. Vnde Gregorius ait. Voce sua Deus foris per apostolos insonat, sed corda audientium per semetipsum interius illustrat, Paulo attestante, qui ait. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, nec qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Et Chrysostomus super Matthæũ capitulo vigesimotertio super illo verbo, Nolite uocari Rabbi. Vnus est enim magister vester, &c. ei. dicit, quasi dicat. Nolite uocari Rabbi, ne, quod Deo debetur, vobis præsumatis. Nolite & alios vocare Rabbi, nè dominium, & honorem hominibus deferatis. Vnus est enim magister omnium, qui omnes homines docet interius. Si enim hominem homo erudiret, omnes homines naturaliter discerent, qui haberent doctores. Nunc autem, quia non homo docet, sed Deus, multi quidẽ docentur, sed pauci discunt. Homo enim docendo, non præstat intellectum homini, sed à Deo præstitum per admonitionem exercet. Ex quibus patet, quòd potestas Dei in hoc superat hominis potestatem, quòd Deus quando vult, intellectum, & uoluntatem hominis immutat, quod homo facere non potest. Habet ergo Deus potestatem cõuertendi gentes, habet & uoluntatẽ, ergo & sic faciet. Et hoc est, quod hic dicit Psal.

Gregor. 27. mor. c. 17.

1. Cor. 3.

Chrysost.

Deus solus mentem immutat, non homo.

Hester 13.

Psal. primo quo ad potestatem, dicens. *Qui dominatur in uirtute sua in aeternum*, quasi dicat, dominium Dei est æternũ: ergo infinitum. Et sic quicquid vult per ipsum fieri, ipse facere potest. Vnde Deo dicitur. Non est, qui tuæ possit resistere voluntati. Quo verò ad uoluntatem sub dit. *Oculi eius super gentes respiciũt*. Quid enim est respicere Dei, nisi velle nobis misereri? Vide supra versic, 863. Oculi ergo domini super gentes respiciunt: quia eis misereri, & ad fidem decreuit conuertere. Istum respectum diuinæ misericordiæ postulabat Psal. 85. dicens, Respice in me & miserere mei. Ex quibus patet, quòd de se vel genere suo vel viribus suis nullus præsumere debet, sed solũ de Dei misericordia, propter quod subdit, *Qui exasperant non exaltentur in semetipsis*. Et hoc dicit contra Iudæos, qui suis peccatis exasperabant dominũ, & ad iram prouocabant. Ipsi ergo *non exaltentur in semetipsis*, idest, non in genere suo, nõ in carnalibus obseruãtijs, &c. Non in lege sibi data, quia hæc non habuerunt suis meritis, sed mera gratia Dei. Si ergo ex his uolunt exaltari, in domino glorientur, non in semetipsis. Exaltatur enim in semetipso, qui bona sibi à Deo collata sibiipsi tribuit, non Deo.

1030 *Benedicite gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius.*

Aduersitas pœnitentia. HIc cõsequenter Psalmista suo exẽplo nos docet in aduersitatibus habere patientiam. Et quantum ad hoc duo facit. Quia primò ostendit quòd in aduersis Deum debemus laudare. Secũdò quòd in aduersis nos ipsos Deo debemus immolare, ibi. *Introibo in domum tuam*. Prima in duas: quia primò ex aduersis ostendit debitam Deo laudem. Secundo ad hoc multiplicem assignat rationem, ibi. *Qui posuit*. Quantum ad primum notandum, quòd gentes non ducuntur ad fidem nisi per asperitatem pœnitentiæ & contritionis, quæ sensualitati non modicum aduersantur, in tantum ꝙ multi conuerti differunt, vt asperitatem euadant pœnitentiæ. Cũ enim plus diligatur voluptas propria, quàm temporalis census pecunia, & dilectio pecuniæ, ne ipsa deseratur, multos à conuersione ad fidem retrahat, vt patet de Iudæis, ergo multo fortius multi retrahuntur, ne uoluptates suas perdant, quas fides Christi non admittit. Tales ergo hortatur Psal. vt pœnitentiæ asperitatem non timeant, dicens eis. *Benedicite gentes Deum nostrum*, quasi dicat. In amaritudine pœnitentiæ non debetis murmurare, sed Deum benedicere qui uos de tenebris vocauit in admirabile lumẽ suum. Similiter hoc dicitur cuilibet peccatori, qui per pœnitentiam de peccato conuertitur ad Christum. Dicat ergo talibus. *Benedicite gentes Deum nostrum*, q.d. Benedicite Deum corde. Psal. 102. Benedic, anima mea, domino, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Benedicite opere, eius pręcepta obseruando. Psal. 102. Benedicite domino omnes uirtutes eius, ministri eius, qui facitis uolũtatem eius. Benedicite uoce. Tob. 4. Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat. Et non sufficit Deum benedicere, nisi etiam ad hoc idẽ inducamus proximos. Ideo subditur, *Auditam facite uocem laudis eius*, idest, secũdum gloss. alijs palam facite, vt qui diligit Deum, diligat & proximum, ei annũciando quod vtile est. Et hinc est, quod clerici Deum benedicunt alta voce in ecclesijs, vt proximis laudem Dei notã faciant. Propter quod dicitur Psal. 133. Ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini. Qui statis in domo domini, &c.

1031 *Qui posuit animam meam ad uitam, & non dedit in commotionem pedes meos.*

Aduersa iustificant. HIc assignat multiplicem rationem laudandi Deum in aduersis. Primò quia aduersa hominem viuificant, in principio. Secundò hominem purificant, ibi. *Quoniam probasti*. Tertiò hominem humiliant: ibi. *Induxisti nos*. Quartò hominem refrigerant, ibi. *Transiuimus*. Primò ergo aduersa hominem viuificant. Vita.n. interioris hominis est ipsa gratia qua viuit anima, quæ per aduersa acquiritur, & conseruatur. Sic enim Paulus ad vitã gratię vocãdus, primò prostratus fuit, & excęcatus, sic & Petrus prius lachrymis respersus, sic & latro prius suspen-

suspensus in patibulo, & sic de alijs. Vnde Greg. dicit, quòd aduersitatibus inexpers nunquam fuit aliquis iustus. Cuius ratio est. Quia aduersa magis conseruant animam in statu gratiæ, quam prospera: propter quod in canone dicitur, quòd aduersitas bonorum non est argumentum reprobationis ipsorum, sed magis uirtutis. 7. q. 1. aduersitas. De hoc vide versiculum 19. Et hoc innuit Psalm. dicens. *Qui posuit* scilicet, per aduersa, *animam meam ad uitam*, ut scilicet sibi non mihi viuam. Sed quia talis vita gratiæ sine perseuerantia finaliter nō proficit, quæ à solo Deo habetur: ideo subdit. *Et non dedit in commotionem pedes meos*. Commouere enim aliquid, est illud à loco, vel à statu suo totaliter remouere. Sic enim commouetur peccator, quando de statu peccati ad statum gratiæ reducitur. Sic enim dicitur Psal. 59. Commouisti terram, & conturbasti eã, &c. Quod ideo sic dicit, quia conuersio peccatoris licet non sit sine libero arbitrio, principalius tamen est à Deo. Hierem. trigesimoprimo. Conuerte me, domine, & conuertar, quia tu es dominus Deus meus. Consimiliter commouetur iustus, quando de statu gratiæ ruit in peccatum, quod facere dicitur Deus permissiuè. Sed electos suos finaliter sic commoueri non permittit, quia ipsos inhabitat. Psalm. 45. Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus, scilicet, ne commoueatur. Et hoc notans Psal. in persona omnium electorum quibus dat Deus finalem perseuerantiam, dicit. *Et non dedit in commotionem pedes meos*. Per pedes accipe vires interiores, quibus interior homo portatur.

Greg. 3. moral. c. 11.

Commotio.

1032 *Quoniam probasti nos, Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.*

Hic adducit secundam rationem, scilicet, quia aduersitas hominem purificat. Nam vt ait Gregor. super illo verbo Iob 23. Probauit me quasi aurum, quod per ignem transit. Aurum quippe in fornace per ignem transiens, ad naturæ suæ claritatem proficit, dum sordes amittit. Quasi ergo aurum, quod per

Aduersitas purgat uitia.

Gregor. 16. mor. ca. 16.

E ignem transit, animæ iustorum probantur, quibus per exustiones tribulationis & subtrahuntur uitia, & merita augentur. Et hoc est, quod dicitur Psalm. 16. Probasti cor meum, &c. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Vbi notandum. Nam vt ait Vincentius lib. 8. speculi naturalis. Aurum in ignē ponitur propter tria, scilicet ad purgandum, ad fabricandum, & ad examinandum. Sic & electos suos in ignem aduersitatis Deus ponit. De quibus dicitur Sapien. 3. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, &c. Primò vt

Aurū igni.

F purgentur. Vbi sciendum, quòd, vt dicit Plinius libro trigesimotertio. Aurū cum plumbo coquitur, sic & electi purgandi per ignem tribulationis, & aduersitatis. Nam plumbum grauitatem significat peccatorum, quod admixtum confert purgationem, quia si ille qui est in aduersitate positus, consideret quã grauia sunt peccata pro quibus patitur, omnia tolerabit patienter. Constat enim grauitatem peccati maiorem esse grauitate pœnæ. Qui igitur voluit, & sciuit ferre grauitatem peccati, multò fortius potest grauitatem ferre pœnæ, propter

Plinius lib. 33.

G quod dicit Martialis. Qui sua meritur pōdus ferre potest, scilicet aduersitatis. Patientia autem ad purgationem multum ualet. Vnde Numeri 31. Quod potest transire per flammas, igne purgabitur. Secundò aurum, uel argentum in ignem mittitur, vt fabricetur. Est autem Deus pater faber, qui fabricatus est auroram, & solem. Vnde de filio dicitur Marc. 6. Nonne hic est filius fabri? Vterque autem istorum assiduè fabricatur in auro isto, scilicet, in nobis. Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Et hoc ad fabricandum, vt formam

Martial.

Psal. 73.

H habeant conuenientem varijs virtutibus ornatam. Et ideo aurum istud semper est in igne tribulationis, vel prope. Eccles. 38. Vapor ignis vrit carnes. Et ideo si quis nunquam ad istum ignem applicatur, signum est reprobationis. Et quanto amplius applicatur, signum maius est electionis. Ab aduersis ergo remoti, aurum reprobum esse dicuntur, Hierem. 6. Aurum reprobum vocaui eos. Vnde Ambrosius super Beati immaculati. d. Fortasse cū persecutionē non patimur, tanquam

Ambros.

quàm condemnati habemur. Nam cum diffinita sit sententia, quòd omnes, qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur: videtur, quòd is, qui persecutionem non patitur, abdicatus est eo, quòd non sit piæ intentionis in Christo. Vnde solum electi dicere poterunt illud, quod hic sequitur. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Tertiò aurum in ignem mittitur ad examinandum, & probandum. Constat enim, quòd ignis in sua sphæra est quasi mediũ inter corpora cœlestia, & inferiora, & licet vtrisque coniungatur, tamen ipsum cœlum ab ipso non alteratur, quoniam est corpus impassibile. Corpora autem inferiora cum sint passibilia, omnia ab ipso alterantur, Et ideo si ignis aliquod corpus alteret, & ad corruptionem disponat, aperta probatio est, quòd illud non est de natura corporum cœlestium, propter quod & stellæ, quæ videntur per aerem discurrere, non sunt stellæ cœlestes, sed quidam vapores terrestres, qui ab igne inflammantur, & consumuntur. Sic est de aduersitate, & tribulatione, quæ quamuis cõtingat tam bonis, quàm malis: tamen per ipsam mali alterantur, & ad corruptionem disponuntur, quia vel contra Deum murmurant, vel sua mala non corrigunt. Econtrario autem est de bonis. Et ideo mali quamuis luceant ad tempus coram hominibus, non sunt tamen cœlestes, sed terrestres. Boni autem, vt apertè probatur, sunt cœlestes. Vnde August. dicit, quòd sicut sub vno igne aurum rutilat, palea fumat, &c. Ita vna, eademq; vis irruens, bonos probat, & purificat, malos autem obscurat, & damnat: vnde in aduersitate mali blasphemant Deum, & detestantur: boni autem ipsum laudant. Et sic non interest, qualia aduersa quis patiatur: sed qualis quisque patiatur. Hæc August. Huius figura habetur Dan. 3. de igne fornacis Chaldæorum, qui malos combussit, sed bonis occasionem tribuit Deum benedicendi. Et hæc omnia considerans hic Psal. dicit. *Probasti nos, Deus, igne nos examinasti*, &c. quasi dicat secundum glo. Ignem aduersitatis nobis applicando non in cinerem vertisti nos, sed peccatorum sordes abstulisti.

Augu. 1. de ciuit. Dei.

A *Induxisti nos in laqueum; posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra.*

1032 *De pœ. d. 2. opponuntur.*

OStendit hic tertiò, quòd aduersitas nos humiliat. Sic enim Apostolo Paulo ad custodiã humilitatis datus est aduersans stimulus carnis. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, &cæt. Vbi gl. Cætera vitia tantum in malè factis valent, superbia verò sola in rectè factis cauenda est. Cũ. n. quisq; benè proferit, superbia tentatur, vt perdat totum profectum Non itaque mirum si contra capitale vitium Apostolus appositũ sibi dicit mordax epithema, quo tumor curaretur. Quomodo securus agnus egredietur, vbi aries sic periclitari metuit, &c. Et Gregor. d. Superna dispensatione nobiscum agitur, cũ fatigamur aduersis, quia cum proficimus, infirmitatis nostræ obliuiscimur. Ideo aduersis tãgimur, vt cum profectu nostro quid de diuino munere, & quid de proprijs viribus simus, agnoscamus. Quæ aduersitas profectò nos ad plenum raperet, nisi dispensatio superna seruaret. Sed pulsat, nec frangit, impellit, nec monet, contrahit, nec deijcit, vt de nostra infirmitate sentiamus esse, quatimur, & de diuino munere esse, quòd stamus. Et quia sæpe animalicuius boni sibi conscia, cum virtutes suas sibi ad memoriam reuocat, quadam delectatione pascitur, & quasi gratulatione propriæ plenitudinis impinguatur: Et ideo qui nos alicuius esse momenti bona nostra pensando credidimus, pulsati paulò amplius nos perituros formidamus. Tunc omne bonorum nostrorum gaudiũ vertitur in pauorem pœnarum. Tũc iniquos nos esse deprehendimus, qui paulò ante sanctos nos esse credebamus. Tabescit mens, stupescunt oculi, omne, quod prius prosperũ arridebat, euanescit, &c. Sic igitur consimiliter nunc Psalmista aduersa nobis à Deo immissa ad humilitatẽ ostendit, d. *Induxisti nos in laqueum*, s. quò ad aduersitates captiuitatũ. Non quidem vt moreremur, sed vt inde liberati misericordiã tuã experiremur, *Posuisti tribulationes in dorso nostro*, quò ad ad-

Aduersa humiliant.

2. Cor. 12.

Aduersitas multũ proficit.

Gregor. 23. mor. c. 24.

uersitates flagellorum, quæ in dorso nostro ponuntur, vt malè per superbiā ereєti, per humilitatem curuemur. Sic Romanis mulieribus ordinauit beatus Gregorius, vt caput inclinatum portarēt ad terram, & magnatum scutū variè ornatum lapidibus preciosis portarēt in dorso, vt in ponderibus semper curuatæ, cernerent terram. *Imposuisti homines super capita nostra*, s. quò ad aduersitates persecutionum, & occisionum & duræ seruitutis, multoties enim patimur superiores tyrannos, quos nouimus esse peiores. Quæ omnia aduersitatis genera ad humiliādum nostram præsumptionem Deus immittit. Et hoc est quod dicitur Prouer. 12. Mœror in corde viri humiliauit eum. & Psal. 43. Humiliasti nos in loco afflictionis. Et de hac materia vide ibi supra versic. 727.

1033 *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.*

POnitur hic quarta ratio, scilicet, quia aduersitates refrigerium præstant. Vbi nota, quòd refrigerium idem est quòd requies, & consolatio. Nam secundum Grammaticos, frigero, ras, idem est quòd recreare, quietare, & componitur cum re, & dicitur refrigero, ras, idem quòd releuare, consolari. Et inde refrigerium idem quòd releuatio, quies & consolatio. Volens ergo Psal. ostendere, quòd aduersa nos ad quietem, & consolationem ducunt æternam, dicit. *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*. Vbi nota, quòd hic per ignē significatur aduersitas: sed per aquam prosperitas, ſm gl. quia ignis vrit, & pœnam infert, & sic significat aduersitatem. Sic enim statim dictum est versi. 1031. Igne me examinasti. Sed per aquam, quæ mollis est, & dulcis, significatur prosperitas, quia aqua naturaliter habet corrumpere res existentes in ipsa, sic & prosperitas homines corrumpit, & ad peccatum perducit. In cuius figuram vt dicitur Exod. 7. Aqua, idest, prosperitas, versa est in sanguine, & pisces, qui erant in aqua, mortui sunt. Est ergo sensus. *Transiuimus per ignem, & aquam*. Per aduersa in illis habēdo patientiam. *Per aquam*, idest, per prospera in illis habendo humilitatem. *Et eduxisti nos in refrigerium*, idest, illis spe nos ducis ad refrigeriū salutis æternæ. Et hoc est, quod dicitur Sapien. 4. Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Refrigeriū. *Ignis.* *Aqua.*

1034 *Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.*

17. q. 1. *sūt quadam.*

HIc consequēter Psalmista docet, quòd in aduersis nos ipsos Deo liberè debemus offerre, & immolare. Sic enim consuluit Apostolos. Roman. duodecimo, dicens. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, Deo placentem, &c. Ad hoc autem, quòd hæc hostia sit sancta, Deo tripliciter debet offerri, quæ tria hic docet Psalmista. Primò ut offeratur cum sancta operatione, in principio. Secundò cum plena contritione, ibi. *Et locutum*. Tertiò cum deuota intentione, ibi. *Holocausta*. Quantum ad primum sciendum, quòd holocaustum differebat in antiqua lege à sacrificio. Quoniam illa oblatio dicebatur sacrificiū, cuius pars incendebatur ad Dei honorem, & alia pars pro victu sacerdotum relinquebatur. Sed holocaustum erat illa oblatio, quæ tota ad Dei honorem incendebatur, vnde, & holocaustum dicitur ab holon, quod est totum & caustos, quod est incendium: quasi totum incendium. Vult ergo Psal. quòd nos totos Deo offeramus, non partem Deo, & partem mundo: quia nemo potest duobus dominis seruire. Et ideo in persona omnium bonorum dicit. *Introibo in domum tuam in holocaustis*. Per bona enim opera, quæ hic facimus, nos totaliter Deo dedicantes, habemus spem introeundi in domum Dei, scilicet gloriæ. Idcirco dicit. *Introibo in domum tuam*, scilicet, cœlestis gloriæ, & hoc *in holocaustis*, scilicet bonorum operum, prius in præsenti exhibitis. Et tunc, scilicet, cum introiero, *Reddam tibi vota mea*, scilicet, vota laudum, quæ hic cōtinuè promittimus, reddam tibi cum angelis. Quæ quidem vota *distinxerunt labia mea*. Vbi nota, ꝙ illa vota distinguit, qui discretè vouet, qui autem indiscretè vouet, vota non distin-

Oblatio nostra Deo.

distinguit, quia discretionis est discerne- re, distinguit autem vota laudum Dei, qui corde dicit se nihil esse, & Deũ omnia, qui dicit se Deo egere, non illum se. Qualiter in præsenti nos offeramus Deo debitè, ostendit Pe. Ra. dicens. Ait Apostolus. Obsecro vos, &c. vide supra versiculo. 411.

Rom. 11.

1035 ***Et locutum est os meum in tribulatione mea.***

HIc ostendit, quòd nos Deo debemus offerre cum plena contritione. Quæ enim oblatio magis Deo placet, quam sacrificium spiritus contribulati, cordis contriti, & humiliati? Certè nulla. In oblatione autem veræ contritionis quilibet Deo vouet detestationẽ peccatorum commissorum, & propositũ abstinendi deinceps, hæc autem vota, quãdiu sumus in præsenti vita plenè seruari non possunt propter corpus corruptibile, quod aggrauat animã, & ipsam continuè trahit deorsum. Sed in patria plenè seruabũtur, vbi nulla existet rebellio carnis ad spiritum, nec spiritus ad Deum. Et ideo de istis votis nunc loquitur Psalm. dicens, quòd tunc illa plenè Deo reddet, dicens. *Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea*, vt prædictum est. Et nunc subdit, *Et locutum est os meum in tribulatione mea*, idest, etiam illa vota reddam tibi, quæ *locutum est os meum*, scilicet cordis *in tribulatione*, scilicet, veræ contritionis.

1036 ***Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis.***

COnsequenter hic ostẽdit, quòd nos Deo offerre debemus cum deuota oratione. Vbi sciendum, quòd per medullam, qua ossa repleta conseruantur, significatur charitas, quæ omnem virtutem hominis confirmat. Vnde de quolibet bono dicitur Iob 21. Medullis ossa illius irrigantur. Per incensum verò, ipsa oratio deuota intelligitur Psalm. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per arietes verò, qui sunt duces gregũ primitiui patres ecclesiæ significantur, scilicet, Apostoli primi

Medulla. *Incensum.* *Aries.*

A fundatores ecclesiæ, qui nos per Euangelium Deo genuerunt. De quibus dictum est supra versic. 411. Afferte domino filios arietum. Per boues verò, qui in agro domini operantur, intellige doctores, & sanctos prædicatores, quibus necessaria sunt ministranda. Deuteron. 25. Nõ alligabis os bouis triturãtis in area fruges tuas. Per hircos verò intellige peccatores, qui peccata sua fletibus delent, qui fuerunt peccatores, sed plorando desinunt peccatores vocari, quia peccator per pęnitentiam nomẽ perdit peccatoris. 32. q. 1. quod autem tibi. Ostendens ergo psal. qualis erit in patria oblatio nostra, dicit. *Holocausta medullata offeram tibi*, idest, meipsum cum medulla charitatis, & intimi amoris. Intus enim mihi charitas est, non in superficie, sicut illis, qui hominibus placent. Et hæc offeram tibi. *Cum incenso arietum*, idest, cũ oratione Apostolorum, qui sunt duces gregis, quia Deo placet, quòd doctrina ipsorum fit. Item. *Offeram tibi boues cum hircis*, scilicet doctores, qui in area domini operantur, *Cum hircis*, i. cum peccatoribus, qui peccata pœnitentia delent, & sic non remanent peccatores, sed per pęnitentiam sanati offeruntur. Vel aliter, vt ista sint verba generalis ecclesiæ, in quibus ostendit quos gradus, & status hominum offert Deo ad gloriam percipiendam. d. *Holocausta medullata offeram tibi*. Ista sunt S. martyres, qui quanto amplius persecutio grassabatur exterius, tanto ipsi interius magis charitate impinguabuntur, & se totaliter in holocaustum Deo offerebant. *Cum incenso*. Isti sunt sancti confessores, & virgines, qui Deo reddunt suauitatem odoris famæ & sancti nominis *Arietem*. Isti sunt Apostoli & primi fundatores, ut statim fuit dictum. *Boues*. Isti sunt sancti doctores. *Hirci* sunt pœnitentes, vt supra expositum est.

Hircus.

B C D

Venite & audite & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit anima mea. 1037

HIc Psalmista suo exemplo nos docet in Deo habere confidentiam. Vnde ad hoc alios inducere intendens, quatuor facit. Primo alios inducendo

excitat, in principio. Secundò se à Deo exauditum iudicat, ibi. *Ad ipsum.* Tertiò quid impediat orationem explicat, ibi. *Si iniquitatem.* Quartò ostendit quid orationem exaudiri faciat, ibi. *Benedictus dominus.* Quantum ad primum sciendum quòd Psalmista suo exemplo cæteros inuitat ad sperandum in Deū: quia in se sperantes non dereliquit, dicens. *Venite & audite,* &c. Vnde secundum gloss. hic deuotos monet, vt exemplo suæ liberationis amplius confidant in domino, benedicentes dominum de exauditione, quasi dicat. Ita ego facio, & ò vos gentes, venite omnes, fide, & audite me, & *narrabo,* vos dico qui timetis Deum. Si enim Deum non timueris, non audies: quia timor Dei aperit aures. *Narrabo quanta fecit animæ meæ,* q. d. Si vultis eadē faciet vestræ. Et quæ sint illa quæ sibi fecit, statim postea narrat, dicens. *Ad ipsum ore meo clamaui,* &c. Sicut ergo in principio matutini cantor inuitando alios ad laudem Dei semper incipit inuitatorium, dicens. Venite. Sic & nunc facit Psal. dicens. *Venite, & audite,* &c. Sed nota quòd diuersi cantores diuersimodè alios inuitando diuersa inuitatoria cantant. Quoniam cantant Voluptuosi vnum venite, quod est voluptatis & luxuriæ. Malitiosi vnum venite, quod est iniquitatis & malitiæ. Ambitiosi vnum venite, quod est ambitionis & superbiæ. Religiosi vnum venite, quod est sanctitatis & reuerētiæ. Quantum ad primum inuitatorium quod voluptuosi cantant ponitur Sapient. 2. vbi in persona voluptuosorum dicitur. Venite fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, non prætereat nos flos iuuentutis nostræ, & cæt. nullum pratum sit, quod nō pertranseat luxuria nostra, &c. Vbi notandum quòd quādo aliquis ecclesiam intrat ad audiendum matutinas alicuius sancti, statim audiendo inuitatorium potest cognoscere in quanta reuerentia habeatur sanctus ille, de quo dicuntur matutinæ. Quoniam in ferialibus diebus cantatur solus ab vno. In festiuis autē à duobus. Et quādo festum est maius cantatur à quatuor. Inter nos autem in vita præsenti multi dij coluntur, vt puta aliqui colunt mundum, alij carnem, alij dæmonem, &c. Videamus ergo quis plures in suo choro habeant cantores ad cantandum venite. Et inueniemus quòd Deus verus habet pauciores, & omnes alij dij habent plures. Si loquamur de mūdo: nam senes & iuuenes, viri & mulieres inuitantur ad colendum mundum. Iste vt fiat mercator, ille artifex, ille doctor, & sic de alijs, qui omnes vna voce dicunt: venite fruamur bonis quæ sunt, &c. Et sicut illi qui sunt magis vani, à cantatoribus magis excitantur ad cantandum: ita homines familiariter conuersantes cum sæcularibus, & carnalibus, nullo modo possunt euadere, quin eis in minoribus conformentur. Vnde Isidorus de summo bono dicit. Necesse est vt quis inter vanitates sæculi positus à malis maneat implicatus, nec diu potest esse securus, qui periculo stat proximus. Et certè pauci sunt hodie, qui homines inuitent ad mundi contemptum, ad propria relinquēdum: ad pœnitentiam de peccatis agendum, immo tantus est strepitus cantorum inuitantium ad mundi voluptates, quòd si qui dicunt inuitatorium Christi, vix possunt audiri. Secundum inuitatoriū, quod cantant malitiosi ponitur Hieremiç decimooctauo, vbi dicitur. Venite cogitemus contra Hieremiam cogitationes, non enim peribit lex à sacerdote, nec consilium à sapiente, neque sermo à propheta. Et notate quomodo homines malitiosi ponunt pro parte sua sacerdotes sapientes & prophetas. Moraliter sacerdotes sunt magni prælati: sapientes sunt iustitiarij, prophetæ sunt religiosi. Et nunquam videbitis in republica aliquam magnā malitiam factam, nisi ab istis vel ab aliquo istorum procedat, vnde illi tres perfectè cantant inuitatorium malitiosorum, & conspirationes sciunt facere contra bonos dicentes illud Hieremiç decimooctauo. Venite percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Percutere hominem lingua est, ei præcludere viam respondendi, vel conspirare, vel falsè testificari. Et nota quòd isti malitiosi habent triplex inuitatorium sibi proprium, quo se ad malum adiuuant. Primò recolligunt se ad conspirandum subtiliter, dicentes. Venite & cogitemus contra iustum cogitationes.

Venite multiplex. — *Venite malorum.* — *Hiere. 18.*

Secundò

Secundò congregant se ad accusandum ciuiliter, scilicet, sub iuris colore, dicentes. Venite percutiamus eum lingua: ecce accusatio. Tertiò ad occidendum crudeliter, dicentes. Venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius, & hæc est vltima conclusio intenta. Tertium inuitatorium quod cantant superbi, ponitur Gen. 11. vbi in ipsorum persona dicitur. Venite ædificemus nobis turrim, cuius cacumen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen nostrum. Et nota quòd omnes ambitiosi exponũt se magnis laboribus pro honoribus consequendis: vnde isti ad ædificandum turrem talem se exponunt, & tantam vexationem substinent quòd curijs papę, regum, episcoporum, & huiusmodi se mãcipant: dant munera, adulantur, mentiũtur, nequiter humiliãt se quibuscũque. Vnde dicit Innocentius de vilitate conditionis humanæ. Ambitiosus semper est pauidus, ne dicat quod displiceat, humilitatem simulat: honestatem mentitur: affabilitatem exhibet, benignitatem ostẽdit, amicos honorat vniuersis se inclinat, frequentat curias, omnibus assurgit, amplectitur, applaudit, adulatur. Et ideo de talibus ambitiosis, qui castra regum sequuntur dicit quidam. Sunt, nec dicuntur miseri, qui castra sequuntur. Quartum inuitatorium, quod cantant boni Christiani & religiosi ponitur ps. 94. Venite exultemus domino, &c. Et istud cantatur hodie valdè ferialiter, quinimò tantus strepitus fit in choro mundi, quòd istud inuitatorium non auditur in choro Christi. Sed dolendum est qualiter isti cantores expediunt se, vt dicitur Matthæ. 22. vbi habetur de rege, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos, dicens. Venite ad nuptias. Quod cum factum esset, inuitati neglexerunt: vnde vnus iuit in villam suam, alius ad negociationem suam &c. Illi ergo qui nunc sunt inuitati ad cœnã Christi bona hora, vt parent se per confessionẽ: si neglexerint & mundi negotijs se implicuerint, in die iudicij non recipientur: sed illis dicetur. Ite in ignem æternum. Venite ergo & adoremus & procidamus ante dominum, vt nobis tunc dicat. Venite benedicti patris mei &c.

Matth. 21. *Venite superborum.* *Innocent.* *Venite bonorum.*

A *Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea.* 1038

HIc à Deo se exauditum indicat. Superius enim dixerat se narraturum quanta Deus fecerat animæ suæ. Et dicere incipit, dicens. *Ad ipsum ore meo clamaui.* Vbi notandum quòd clamor orationis deuotæ à Deo est principaliter, quia Deus sua gratia præuenit clamorem nostræ orationis, inspirando voluntatem orandi, & sic antequam clamemus nos exaudit. Et hoc notabat Psal. 16. dicens. Ego clamaui quoniam B exaudisti me Deus. Sic ad propositum Psal. hic dicit à Deo hoc sibi esse factũ, quòd ipse orando clamaret ad Deum, quasi dicat secundum gloss. Hoc animæ meæ fecit Deus vt clamarem ad ipsum, cum gentes ad idola surda & muta clament. Et aliud etiam fecit mihi, scilicet, quòd *Exultaui sub lingua mea.* Sub lingua enim esse dicitur cor, quia antequã verbum ad linguam procedat: manet in corde & ex corde procedit ad linguã. Dicit ergo. *Et exultaui sub lingua mea.* q. d. Hoc etiã fecit mihi, ꝙ illud quod ore loquor, s. orando, clamando, ipsum laudando prius intus habeo in corde. Duo ergo dicit sibi fecisse Deum, scilicet ꝙ, clamaui, ꝙ exultaui. Et est sensus. *Clamaui*, i. ipsum publicè prædicaui. *Et exultaui sub lingua mea*, i. in secreto ipsum confessus sum cordis mei: quia quod in ore, hoc in corde habeo. In his enim duobus perfectio Christiani consistit.

Clamor orationis. *Exultatio cordis.*

Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus. 1039

De consecr. dist. 1. quoniam.

HIc ostendit quid orationem impediat, scilicet ipsa cordis malitia, & D iniquitas. Quando enim oratio à corde procedit immundo, a Deo exaudiri non meretur. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes vestras, nõ exaudiam uos, manus enim vestræ, plenę sunt sanguine. Quod declarans Grego. super illo verbo Iob 11. Tunc leuare poteris faciem tuam ad Deum sine macula dicens. Interna facies hominis mens est: in qua nimirum cognoscimur ab auctore nostro, vt ab ipso diligamur. Quam scilicet faciem leuare est ad Deum per studium

Gregor. 10. mor. c. 17. *Facies mentis.*

Oratio munda debet esse.

orationis animum attollere. Sed eleuatam faciem macula inquinat, si intēdentem mentem reatus sui conscientia accusat, quia à spei fiducia protinus frangitur, si intenta precibus culpæ memoria mordeatur, diffidit namq; accipere se posse q appetit, quæ profectò reminiscitur nolle se adhuc facere, quod diuinitus audiuit. Hinc per Ioannem dicitur. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, q quicquid petierimus abeo accipiemus. Hinc Salomon ait. Qui auertit faciem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Cor quippe nostrum in petitione nos reprehendit. cum resistere se præceptis eius, quę postulat meminit. Et oratio fit execrabilis, cum à censura auertitur legis: quia dignum profectò est, vt ab eius beneficijs fit quisq; extraneus, cuius nimirum iussionibus non vult esse subiectus. Vt ergo ad orationem sine macula facies leuetur, ante orationis tempora semper debet sollicitè conspici quicquid potest in oratione reprobari. Consimilem sententiam nunc ponit Psal. dicens. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiat dominus.* Non enim hæc dicit iustus secundum gl. quòd iniquitas ei non suggeratur, sed non amatur. Et est, *si iniquitatem aspexi in corde meo*, idest, si dilexi iniquitatem in corde meo, Multi enim apud se amāt, quod in alijs damnant.

1.Ioan.3. *Prouer.28.*

1040 *Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.*

PEr locum enim à contrarijs si iniquitas est causa, quare oratio non exauditur, consequens est, quòd puritas cordis orationem faciat exaudiri. Et hoc est quòd dicit. *Propterea exaudiuit Deus*, &c. scilicet, quia iniquitatem in corde non dilexi.

1041 *De pæ.d.1. serpens.* *Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.*

HIc ostendit quid orationem facit exaudiri, scilicet, perseuerantia. Non enim proficit benè incipere, nisi adsit perseuerare. Deus autem sicut homini inspirat principium orationis, sic & dat perseuerantiam orandi. Et hoc est quod dicit. *Benedictus Deus, qui non amouit orationem suam à me*, quasi dicat, sed perseuerāter me fecit orare, vt, scilicet, in oratione non tepescam, sed orem perseueranter. Et quia donum perseuerantię in bono est ex magna Dei misericordia, ideo subdit, *Et misericordiam suam à me*, quasi dicat, Ideo oraui perseueranter, quia misericordiam suam mihi perseuerantem dedit. Vel aliter, quia perseueranter oraui, ideo misericordiam eius impetraui. Perseuerantia enim orationis facit impetrare quod homo postulat, vt apparet in parabola quam Christus posuit Luc.11. dicēs. Quis vestrum habebit amicum, &c. Sequitur. Ille si perseuerauerit pulsans: dico vobis, surget, & dabit illi quotquot habebit necessarios. De bono autem perseuerantię, vide superius versic.844.

PSAL. LXVI.

1042 *De pæ.d.1. serpens.*

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suū super nos, & misereatur nostri.

ISte Psal. talem habet titulum. *In finem in hymnis Psalm. cantici Dauid.* Iste Psal. historiam pro fundamento non habet, sed est quædā oratio, qua Dei postulātur beneficia, & de receptis gratiarum actio. Vnde dicunt aliqui q iste Psal. est quædam gratiarū actio pro fertilitate cuiusdam anni. Iudæi enim recollectis fructibus conueniebant in Hierusalem in mense Septembri, qui mensis erat quasi festum turbarum totus festiuus. Quoniam in illo mense erat festum expiationis, & festum tabernaculorum, & festum cœtus, seu collectæ, vt habetur Leuit.23. Et quando annus fuerat fertilior solito, tunc fiebant illa festa solenniora, & pro gratiarum actione aliquod certum canticum decantabant domino. Dicitur ergo, quòd Dauid istum Psalmum fecit pro gratiarum actione, quando annus esset fertilior solito. Et sic secundum sensum literalem. Iste Psal. diuiditur in duas partes.

tes. Quia primò Dauid huius fertilitatis ponit implorationem. Secundò pro fertilitate habita ponit gratiarum actionem, ibi, *Confiteantur*, &c. Dicas, vt Nicolaus de Lyra. Quantum verò ad intellectum propheticum, notandum quòd iste Psalm. misericordiam, & benedictionem petit, qua genus humanum redimatur, scilicet filij incarnationem, per quam omnes gentes erant benedicendæ, sicut promiserat Deus Abrahæ Genes. 12. dicens. In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Est ergo sensus tituli talis. Ps. iste dirigens nos in finé, scilicet, in Christum est *cantici*, quia hic est exultatio de Christi incarnatione. Et est *in hymnis*, idest, in laudibus Christo exhibendis. Quantum ergo ad istū intellectū, psal. iste diuiditur in partes tres. Quia primò petit gratiā, vt videat Christi incarnationem. Secundò ex hoc gentes vocat ad gratiarum actionem, ibi. *Confiteantur*. Tertiò ostendit ex Maria Christo factam generationem: ibi. *Confiteantur*. Prima in duas, quià primò petit lumé gratiæ, quo eius intellectus perlustretur. Secundò petit gratiam, qua Christus incarnatus ab eo cognoscatur: ibi, *Vt cognoscamus*. Quantum ad primum notandum, quod misericordia in Deo non ponit passionem sicut in nobis, sed solum notat voluntatem subleuandi miserias nostras, (supra vers. 55.) quod facit, suam benedictionem nobis conferendo. Et sic tunc nobis miseretur quando nobis benedicit, idest, bona tribuit. Dicit ergo. *Deus misereatur nostri*, scilicet bona nobis dando, ideo subdit. *Et benedicat nobis*. Aduertendum ergo, quòd inter omnia fidei mysteria incarnationis diuinæ mysterium est profundioris intelligentiæ, vt puta intelligere, quomodo Dei verbum assumpsit naturam humanam, & non personam, quomodo persona diuina assumpsit naturam nostram, & non natura diuina naturam nostram, & huiusmodi. Et ideo ad istam intelligendam, requiritur quòd intellectus noster à Deo lumine fidei perlustretur. Psalm. ergo hic de ipsa incarnatione agens, primò petit à Deo illuminari, per ipsius Dei benedictionem. Nam Dei benedictio summè intellectū eleuat ad cognitionem diuinitatis. In

Incarnatio. Benedictio Dei.

A cuius figuram Iacob habita Dei benedictione, statim cognouit Deum sibi præsentem, quem ante ignorabat. Genes. 28. Dixit dominus ad Iacob. In te benedicentur omnes tribus terræ. sequitur. Cumque euigilasset Iacob ait. Verè dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Sic etiam post angelus dixit ad Iacob, Dimitte me, at ille. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & benedixit eum in eodem loco. Statim post benedictionem illuminatus Iacob dixit. Vidi dominum facie ad faciem. Vt ergo intellectus illuminetur ad cognoscendum incarnationis mysterium, psalm. B benedictionem Dei postulat dicēs. *Deus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos*, idest, benedicendo illuminabit. Item notandum, quod aliter benedicit creator creaturæ, aliter econtrario. Nam creator benedicit creaturæ, ipsam multiplicando numero, & merito. Creatura autem benedicit creatori, ipsum corde uoce, & opere laudando, & omne bonum quod habet ipsi ascribendo. Item notandum, quod aliqua est Dei benedictio, quæ cōmunis est bonis, & malis, vt benedictio C tēporalium rerum, in diuitijs, filijs, &c. Et ista est benedictio sinistræ, quæ indifferenter bonis datur, & malis. Si enim solum bonis daret Deus bona sæculi, putaret malus propter hoc Deum esse colendum, quod si solis malis daret, timeret infirmus ad Deum conuerti, ne ista sibi deessent. Sicut multi Iudæi ad fidem timent conuerti, ne sua temporalia perdant. Dat ergo ista Deus bonis, vt consoletur intrantes, dat malis, vt discant boni quærere alia, non communia malis. Tollit ea à bonis, vt probent se fortes. Tollit ea à malis, vt infirmus D non timeat perdere quæ perdit malus, cui nihil remanet intus, hic verò si persistat, habet intus quo consoletur. Ecce cur ista dantur vel tolluntur bonis & malis. Alia autem est benedictio solis bonis competens, quia scilicet, anima per Dei gratiam illuminatur. Et istam petit Psalm. dicens, *Benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos*, idest, ostendat Deus pater filium suum nobis, scilicet, claritatem filij sui, qui est vultus patris, quia per ipsum cognoscitur pater.

Vt

1043 *Vt cognoscamus in terra uiam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.*

HIc petit in singulari gratiam, vt ab eo Christus cognoscatur. Vbi sciendum, quod quamuis æterna Dei sapientia sit incommutabilis, quia Deus est, ipsa tamen ratione humanitatis assumptæ mutabilis fuit, & ad nos uenit quando nostram humanitatem accepit. Et sic uia Dei ad nos fuit eius incarnatio. Quod ostendit Gregor. super illo verbo Iob 28. Deus intelligit uiam eius & ipse nouit locum illius, dicens. Hæc coæterna Dei sapientia aliter habet uiã & aliter habet locum. Locum verò si quis intelligat non localem, nam teneri corporaliter, vel localiter non potest Deus. Sed (sicut dictum est) locus intelligitur non localis Locus sapientiæ pater est, locus patris sapientia est, sicut ipsa sapientia dicit, Ego in patre, & pater in me est. Aliter ergo hæc sapientia habet viam, aliter locum. Viam habet per humanitatis transitum, locum vero per statum diuinitatis. Inde enim non transit, vnde coæterna, est. Sed inde transit, vnde propter nos apparuit temporalis. Sic namque in euangelio scriptum est, quia egrediẽs dominus à Hierico transibat. Duo autem cœci seden tes secus uiam clamauerunt, dicentes. Domine, miserere nobis, fili Dauid. Ad quorum uocem (sicut illic scriptum est) stetit Iesus & lumen reddidit. Quid est autem transeundo audire, stando lumen reddere, nisi quod per humanitatem suã nobis misertus est qui per diuinitatis suę potentiam à nobis mentis nostræ tenebras exclusit, quòd enim propter nos natus, & passus est, quòd resurrexit, ascẽdit in cœlos, quasi transijt Iesus, quia nimirum hæc actio est temporalis, Sed stans nos tetigit, & illuminauit, quia nõ sicut illa dispensatio verbi temporalis, ita uer bi æternitas transit, quæ in se manens innouat omnia. Stare enim Dei est incommutabili cogitatione, mutabilia cuncta disponere. Qui ergo voces petentium transiens audiuit stans lumen reddidit, quia & si propter nos temporalia pertulit, inde tamen nobis lucem tribuit, vnde habere mutabilitatis transitum nescit, quia ergo quando per carnem appareret, hominibus incertũ fuit, recte dicitur. Deus nouit uiam eius, ac si aperte diceretur. Humanæ cogitationi occulta sunt, quando per carnem sapientia ad homines ueniat, &c. Ex quibus apparet quod per uiam intelligitur incarnatio Christi. Et sic petere cognoscere viam Dei, nihil aliud est quam petere videre Christi incarnationem. Salutare autem Dei nihil est aliud quam ipse Christus incarnatus, qui ad saluandum mũdum à patre est missus. De quo ait Simeon Lucæ. 2. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. De isto salutari vide superius vers. 105. 146. 272. 662. Sic ergo postulare vt salutare Dei in omnibus gentibus cognoscatur, nihil aliud est nisi postulare, vt Christus incarnatus ad omnes gentes per fidem descendat, accipiendo ly omnes pro generibus singulorum, non pro singulis generum.

Via Christi est incarnatio. *Gregor. 19. mor. c. 2.* *Ioan. 41.* *Salutare dicitur Christus.*

1044 *Confiteantur populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.*

HIc consequenter gentes uocat ad gratiarum actionem ex Christi in carnatione. Et primò inducit ad gratiarum actionem. Secundò ad mentis exultationem, ibi. *Lætentur*. Quantum ad primum notandum, quod in scriptura sacra, cõfessio multotiens accipitur pro gratiarum actione de receptis beneficijs. Sic enim dicitur Psal. 110. Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum, &c. Sic enim alicui cõfiteri, est illum laudare, magnificare, & de acceptis beneficijs gratias agere, & de tali confessione plena est scriptura: ostendens, quod non solum homines, sed etiam inanimata suo modo debent Deo confiteri. Psalm. 144. Confiteantur tibi omnia opera tua. Vbi gloss. Omne enim quod est, confitetur domino, vel per se, vel per rationales creaturas, sicut ea quæ non habent sensum laudandi quæ tamen nobis sunt materia laudis, quia dum inquiris, inuenis magnam uim in eis quæ est ab ipso Deo. Veruntamen homo maximè sic Deo tenetur con fiteri, quia mirabiliora circa ipsum Deus operatur. Et inter homines magis bo-

Confessio. *Laudare debemus Deum.*

ni, & spirituales. Vnde super illo verbo psalm. Confitebuntur cœli mirabilia tua domine ait gloss. Cœli idest, cœlestes homines laudabunt te, non merita sua, sed mirabilia tua scilicet, quod nos redimis, quod nos iustificas per incarnatum uerbum tuum & misericordiam tuam. In omni enim misericordia perditorum, in omni iustificatione impiorum, quid confitemur, quid laudamus, nisi mirabilia Dei? Laudas quia mortui surrexerunt, plus confitere & lauda, quia per Christum incarnatum redempti sunt perditi. Vide enim hominem heri uoragine ebrietatis absorptum, hodie sobrietate ornatum, heri cœno luxuriæ infectum, hodie castum, heri blasphematorem Dei, hodie Deum laudantem, heri idolorum cultorem, hodie Deum colentem. Hæc enim sunt mirabilia, quæ cœli, idest, cœlestes homines confiteantur à Deo iustificati. Cum ergo hęc omnia mirabilia in gẽtibus per Christi incarnationem peruenerint, merito omnes gentes ad Deo confitendum & ipsum laudandum prouocat hic psal. dicens. *Confiteantur tibi populi Deus*, &c. vt merito omnis populus terræ dicat illud psalm. Confitebor domino nimis in ore meo, in medio multorum laudabo eum.

Psal.88.

1045 *Lætentur & exultent gentes, quoniã iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.*

HIc omnes inducit ex Christi incarnatione ad mentis exultationẽ, Vbi nota, quod lætitia differt ab exultatione, quia lætitia proprie est intus; sed exultatio extra, uide supra uersicul. 92. Hic enim loquitur de gentibus ad Christi fidem conuersis qui Christum confitentur. Et causam exultationis ostendit dicens: quia ipse Christus incarnatus est index iustus & verus Magister. Iudex iustus, quia iudicat populos in æquitate. Aequum enim & iustum est, vt dominus fideli seruitori suo præmia reddat. Cum ergo Christus sit iustus, suis fidelibus qui ipsum confitentur præmia dabit, quod erit inæstimabilis causa lætitiæ. Et contra malis dabit supplicia, quod erit causa ipsorum tristitiæ; *Lætentur ergo & exultent gentes*, scilicet, ad Christi fidem uocatæ. Et per oppositum populi, scilicet Iudæi, qui soli populus Dei dicebantur, contristentur, quia fidem perdiderunt, & per consequens secundum æquitatem iudicabuntur. Hãc ergo differentiam inter gentes conuersas & populos Iudæorum peruersos ponens dicit. *Quoniam iudicas populos in æquitate*, idest, Iudæos in iustitia, licet enim in damnatione Iudæorum sit Dei misericordia cum iustitia, tamen ibi principalius relucet iustitia, sicut ècontra in præmiatione beatorum principalius relucet misericordia & consequenter iustitia. Vnde de gentibus conuersis dicit. *Et gentes in terra dirigis*, idest, ad terram viuentium per tuam misericordiam perducis. Et nota quòd dirigere componitur ex rego, regis & di, & dicit dirigo, quod idem est quòd in directum regere. Illos ergo dirigit Deus quos ad æternã patriam regendo perducit. Suos ergo in terram dirigit, quia in præsenti vita vt ad patriam tendamus regit. Quod psal. 5. postulat dicens. Dirige in conspectu tuo uiam meam.

Iudicare.

Dirigere.

1046 *Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.*

OStendit hic ex Virgine Maria Christi generationem. Vbi aduertendum quòd hic nomine terræ beata Maria intelligitur, quæ tunc fructum suum dedit, quando Iesum benedictum fructũ sui uentris peperit mundo, de qua terra dicitur psalm. 84. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Nec immerito Virgo Maria terra uocatur, si consideres secundum antiquos imaginem terræ. Nam ut dicit Magister de proprietatibus rerum lib. 14. c. 4. Antiqui gentiles considerando fœcunditatem terræ, ipsam pro Dea adorantes, ei talem fecerunt imaginem. Erat enim quædam magna imago fœminæ, quæ mater alma nuncupabatur, habens coronam in capite supra currum posita, cui leones subijciebantur in una manu portabat clauem, & in alia cymbalũ, cuius aurigæ vibrabant gladios, quos gestabant, & galli matronam, in curru seden-

Terra dicitur beata Maria.

sedentem subsequi fingebantur. Quam imaginem ad terrã idem sic applicat ibidem dicens, q terra mater fuit dicta, eo quòd plura pariat, & omnibus mortalibus generet cibum. Dicitur etiam & mater alma, eo quòd alat elementa. Est enim nutrix elementorum, vt dicit Isidorus. Coronam gestat in capite, quia tantis ciuitatibus, & castris insignitur. In curru rotato uehitur, & sedet, quia cum omnia elementa moueãtur, ipsa sola immobilis manet, scilicet, secundum se totam. Leones ei subijciuntur, quia nullũ est genus ita ferox, quin per mortem terræ subijciatur. Clauem gestat in manu, quia in hieme clauditur, & in æstate fructus producendo aperitur. Cymbalum portat in manu, quo ferramentorum strepitus in colendis agris significatur. Eius aurigæ gladios uibrant, quia pro defendenda terra, vel acquirenda sæpe bella geruntur. Galli eam sequũtur, quia omnes aues eius indigent nutrimento. Hæc omnia magister. Ista tamen terræ imago aliter ad gloriosam Virginem applicatur faciliter. Nam ipsa velut fertilis terra mater dicis, quia non solum naturalis Mater Dei, & hominis, sed omnis gratiæ & uirtutis, quia Maria mater gratiæ, & mater misericordiæ. Eccl. 24. Ego mater pulchræ dilectionis, agnitionis, & sanctæ spei, in me omnis gratia, &c. Hæc coronam gestat in capite, quia eius mens omni uirtute fuit decorata. Apoc. 12. Mulier amicta sole, sequitur, & in capite eius corona stellarum duodecim. In istis duodecim stellis coronæ gloriosæ Virginis, quædam duodecim eximia arbitror commẽdari. Quorum quatuor prima corpori, quatuor animæ, & quatuor vtriq; communia. Si quidem quo ad corpus hæc mulier intacta concepit, illæsa peperit, incontaminata lactauit, & mortis soluto debito, sine dolore surrexit. Quantum uero ad animam totidem stellis coronatur, quæ sunt, fidei magnitudo, uerborum, quæ dicebantur, conseruatio, ex passione filij gladij doloris transuerberatio, & compassio miserorum, & intercessio. Quantum uero ad totum coniunctum scilicet ex anima, & corpore totidem stellis fuit coronata scilicet, quia in vtero matris fuit sanctificatione præuenta, ab Angelo fuit salutatã, in omni sciẽtia, & uirtute fuit decorata, quod in anima, & corpore super choros omniũ Angelorum est exaltata. Vnde de beata Virgine prædictis consideratis, dicitur sapient. 4. quod in perpetuum coronata triumphat. Aliter illas duodecim stellas, quibus beata Virgo coronatur possumus, assignare. Quia eius mens duodecim virtutibus fuit ornata, quæ in quatuor uirtutibus cardinalibus continentur scilicet prudentia, fortitudo, temperantia, & iustitia, quarum quælibet tres sub se continet uirtutes, primò namque prudentia continet memoriam, quo ad præterita, intellectum quoad præsentia, prouidentiam, quantum ad futura. Secundò temperantia tres uirtutes continet, scilicet, abstinentiam respectu gulę, continentiam respectu luxuriæ, & modestiam respectu loquelæ. Tertio fortitudo tres uirtutes continet scilicet, magnanimitatem aggressu arduorum, & æquanimitatem in toleratione aduersorum, & longanimitatem in expectatione præmiorum. Quartò iustitia tres alias continet uirtutes, scilicet, reuerentiam respectu superiorum, beniuolentiam respectu parium proximorum, & clementiam respectu inferiorum. Et quia uirtutes signantur per stellas, vt ostẽdit Gregor. sequitur q dictas quatuor habens virtutes, duodecim stellis coronatur, &c. Vide in littera C. vbi corona. Cõsequenter imago terræ super currum erat posita, quia beata Maria ad æthereũ thalamum assumpta iuxta filium est collocata. Huic leones subijciuntur, quia omnes dæmones eius subduntur imperio. In manu gestat clauẽ, quia paradisi porta per Euam cunctis clausa est, sed per Mariam patefacta. In alia manu portat cymbalum, quo omnes ad Dei excitat laudes. Aurigæ eius vibrabant gladios, quia eius deuoti, exemplo illius proprium macerant corpus in se omnia occidentes vitia. Galli ipsam sequuntur, quia prædicatores per gallos figurati ipsam sequuntur, semper in prædicationibus eius inuocationem præmittentes. Quibus omnibus consideratis, beatam Virginem sub nomine terræ notabat. Esaias propheta, dicens. Rorate, cœli, desuper. Sequitur. Aperiatur terra, & germinet

Isidorus. — *Corona Mariæ.* — *Greg. in præfat. 1. lib. mor. ca. 10. & lib. 4. capit. 13.* — *Esa. 45.*

E F G H

minet saluatorem. Quod & factum esse nunc ostendit Psalm. d. *Terra dedit fructum suum*. Vbi gl. Idest, Maria genuit Christum.

1047 *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eũ omnes fines terræ.*

Trinitas Personarũ, et vnitas essentia.

Hic ostendit qualis sit fructus iste, quem terra Virginis Mariæ dedit. Vnde si quæratur, iste fructus qui est? B Respondet quòd est Deus, Deus noster, ad quem spectat nos benedicere, ostendens quòd est una in trinitate persona. Vbi notandum, quòd quamuis Deus pater sit noster Deus, quia noster dominus sic filius, sic spiritussanctus; tamen alia ratione Deus filius dicitur noster, quam pater, vel spiritussanctus, quia hic per carnis assumptionem caro, & frater noster est, quod de patre, & spiritusancto dici non potest. In isto ergo uersiculo tertio Deum ponit, ad exprimendum tres in diuinitate personas, vt ly Deus primo loco referatur ad patrem. d. *Benedicat nos Deus*, scilicet, pater. Secũdo loco referatur ad filium, qui est secunda in diuinitate persona: vnde ipsum filium A exprimens. d. *Deus noster*, scilicet frater per humanitatem assumptam. Tertio vero loco referatur ad tertiam personam scilicet, ad spiritum sanctum. Et sicut notat personarum trinitatem, sic & essentiæ unitatem, verbum singulare ponendo scilicet. *Benedicat*, & pronomen singulare, dicens. *Et metuant eum*. Sic enim istum uersum exponit magister lib. 1. d. 3. dicẽs. Ille maximus prophetarum Dauid distinctionem personarum, & unitatem essentiæ ostendit dicens. *Benedicat nos Deus, Deus noster*, &c. Trina enim cõfessio Dei trinitatem indicat personarũ, unitatem verò exprimit essentiæ, cum, singulariter subiungit eum. Item notandum, quod secundum magistrum in glo. Iste psal. semper in matutinalibus laudibus adiungitur illi psalm. qui tertio loco cantatur. Ratio, quia in hoc psal. benedictio trinitatis imploratur, cuius una, eademque sine diuersitate est essentia. C In psalmo illo tertio scilicet, Deus Deus meus, ad te de luce vigilo, sitis, atque ariditas vitæ præsentis exprimitur. In isto verò dominicę benedictionis pluuia ad sitim reficiendã postulatur, ideoq; isti duo psalmi coniunctim cantantur.

Magister libro 1. dis. 3.

Psal. 62.

Primi Tomi Finis.



VENETIIS, M DCI.

Apud Ioannem Guerilium.

ADDITIONES
NOVITER DESVMPTAE
ex Commentarijs manuscriptis
R. P. MICHAELIS DE AYGVANIS BONONIENSIS
Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magistri, & Doctoris Parisiensis:

Ad Tomum Primum.

Vers. 4. Psal. 1.

Et foliũ eius non defluet, & oĩa quæcunq; faciet semper prosperabũtur.

Prosperitas triplex. s. tẽporalis.

ATTENDE, q̃ triplex est prosperitas. Prima est mundanorum, atq; peccatorum, qui in tẽporalibus bonis abũdant, quæ est eis occasio culpæ. Prouer. prosperitas stultorum perdet eos. & Hier. 12. quasi via impiorum prosperatur: Vnde & prosperitas mundi signũ est mortis æternæ illis, quibus conceditur, vt ostendit Greg. 6. Moral. cap. 8. dicẽs. Nouimus bona terrena iustis subtrahi quandoque, quæ largo munere tribuũtur iniustis, quia & desperatis ægris medici quicquid poscũt dari præcipiũt, & ægris quos ad salutẽ posse reduci præuident, quæ appetunt, dari contradicũt.

Prosperitas bonorũ viatorum.

Secunda est prosperitas bonorum Viatorum, quę differt à prima, quia prosperitas malorum dominatur eis, prosperitas verò bonorum subijcitur eis. quod ostendit Greg. 9. Moral. cap. 3. super illud Iob 8. Lucerna, quæ est super eum extinguetur, dicens. Vt enim de vsu multorum loquar, lucernæ lumen in testa est, lumen verò in testa est gaudium in carne. Lucerna ergo quæ super impium est, extinguetur: quia cum malorũ suorũ retribntio impium sequitur, in eius mente gaudium carnale dissipatur. benè autem de hac lucerna non dicitur, quæ apud eum est, sed quæ super eũ est, quia iniquorum mentẽ terrena gaudia possident, sicque eam in voluptatibus absorbent, vt super ipsam sint, iusti autẽ cum prosperitatem etiam vitæ præsentis habent, eam sub semetipsis premere nouerũt, vt quod apud se in bonis hilarescũt, grauitatis cõsilio transeant, & virtutum regimine excedãt. Lucerna ergo impij, quæ super eum est extinguetur, quia citius prosperitatis eius gaudium deficit, quod eum totum in hac vita possidet, & qui nunc malè se in voluptatibus dilatat, eum post in supplicijs pœna coangustat. De ista ergo prosperitate bonorũ, cui boni dominantur, cuilibet illorum dicitur psal. 44. Specie tua & pulchritudine tua intende, procede, & regna.

Prosperitas beatorũ imperturbabilis.

Tertia est prosperitas beatorum, quæ est imperturbabilis, de qua dicitur Hiere. 46. prosperabuntur, & non erit qui exterreat, & ista prosperitas etiam tempore differt à prosperitate malorum, quia mali prosperitatem suam habent in die præ

sentis vitæ, boni autem in vespere suæ mortis. quod ostendit Greg. 10. Moral. cap. 10. super illo verbo Iob c. 11. quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam d. peccatoris prosperitas, siue lumen in die est, obscuritas autem adversitatis in vespere, quia in vita, præsenti is prosperitate attollitur, sed aduersitati tenebris in fine deuoratur. Iusto autem meridianus fulgor ad vesperū consurgit, quia quanta sibi claritas maneat, cum iam ocumbere cœperit agnoscit, hinc uamque scriptum est, timēti Deum bene erit in extremis. Et per psal. dicitur, cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini, quia in huius quoque vitæ ad huc certamine positus, cum se consumptum putauerit, vt lucifer orietur. quia foras cadens, intus renouatur, & quo magis exterius aduersa tolerat, eò verius virtutum lumine interius coruscat, Paulo attestante, qui ait, sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Id enim quod in præsente est momentaneū & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, & ista est prosperitas felicitatis æternę, quam suis meritis Christus nobis acquisiuit de quo nunc ait ps. *Et omnia quacunq; facies prosperabuntur.*

Ver. 5. Psal. 1.

Non sic impij non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.

Peccator & iustus puluis dicitur.

NOtandum autem ꝙ peccatores, & impij, pulueri meritò comparantur, similiter & aliquando humiles & iusti, de peccatoribus enim hic dicitur *non sic impij non sic, sed tanquam puluis.* de iustis autem patet, quia ille iustus Abraā, dicebat Deo Gen. 18. loquar ad dominum meum cum sim puluis & cinis. Et tamen malos proijcit ventus tentationis à facie terræ, qui tamen bonos proijcere non potest, cuius ratio est, quia iusti per caritatem vertuntur in puluerem humilitatis, mali autem per cupiditatem, in puluerem vanitatis, vnde & mali semper alta petunt, iusti verò ima, & humilia quærunt. Secundum enim philosoph. 3. meteor. Origo ventorum est superius, & paulatim descendit inferius, & hoc duplici experimento patet. Primo, quia citius videntur nubes, quæ sunt superius à vento moueri & agitari, quàm ventus sit inferius in terra ad illam partem, ad quam nubes mouentur. Secundo, quia in locis altioribus fortior est impulsus ventorum, constat autem ꝙ vnaquæque res est fortior cum est suo principio propinquior, & quia vētus superius oritur, ideo multis in locis, quæ sunt bassa, nō flat similiter ventus ve in superioribus. Vnde Philosophus in libro de Problematibus quærit, Quare in Aegypto versus Mare quantum est iter vnius diei & noctis, non flat ventus australis, qui tamen in alijs locis Aegypti est valdè fortis & vehemēs. Et respondet ꝙ ratio est, quia illa pars Aegypti versus mare est inferior, bassa, & concaua, vnde ad illam non cadit ventus, sed transit supra illā, alias verò partes Aegypti tangit & percutit, quia sunt altiores. Sic & in proposito dico, ꝙ mali licet secundum ueritatem non sint nisi puluis & cinis, tamen secundum suam extimationem sunt nubes, ideò supra nubes se extollunt iuxta illud psalm. superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Sic enim Diabolus impiorum Dominus, & caput dicit Isa. 14. Ascendam super altitudinem nubium. Cùm igitur uentus tentationis in superioribus originem habeat, quia Eccles. 10. dicitur, initium omnis peccati superbia, constat ꝙ superbia in cœlo, & in paradiso, quæ sunt loca altissima, habuit ortū. Ergò quia mali in rei ueritate sunt puluis, & quia per superbiam semper appetunt alta, oportet, ꝙ uento tētationis magis impellātur, & dispergātur & hoc est ꝙ sapiens miratur Eccl. 15. d. quid superbis terra & cinis? Viri aūt iusti nituntur semper per humilitatem stare deorsum: ideò ventus ille ambitionis eos dispergere, nel à stabilitate uirtutis proijcere non ualet, unde ipsi obseruant consilium sapientis. Eccl. 5. dicentis, non te uentilles in omnem uentum.

Origo ventorum.

In qua Aegypti parte nō flat Auster.

Dirumpamus vincula eorum & proijciamus à nobis iugum ipsorum.

Ver. 10. Psal. 2.

Vincula multiplicia

NOtandum est hic, ꝙ multiplicia sunt vincula, quibus homines vinculantur. Scilicet uinculum pœnæ temporalis,

poralis, infamiæ personalis, culpæ criminalis. Primo est vinculum pœnæ temporalis, quo in præsenti vita sancti ligantur. Hebr. 11. Insuper & vincula & carceres. istis vinculis fuit ligatus beatus Petrus Act. 12. In ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus. Sed dominus qui suos fideles deserere nescit, ista vincula Petri dirupit. Gen. 49. dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum eius per manus potentis Iacob. 1. Christi, qui Angelum misit, & ipsum à prædictis vinculis absoluit. Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris &c. & ceciderunt Catenæ de manibus eius. vnde & de hoc Deo gratias agens dicit psal. *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Istis vinculis omnes iusti in hoc mortali corpore ligantur, vt ostendit Greg. 4. lib. Moral. cap. 26. dicens. Iustos enim quãuis nullum desideriorũ carnaliũ vinculũ possidet, diris tamen vinculis eos in hac vita positos suæ molestia corruptionis ligat. scriptum quippè est, corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Eo itaque ipso quo mortalis corruptionis pondere grauantur, & astricti molestia, vincti sunt: an non duræ molestiæ vinculo grauantur, quorum nimirum mens sine labore, in ignorantia soluitur, & non nisi cum studio laboris eruditur, coacta erigitur, labens iacet, ab infimis vix leuatur, & tamen leuata, protinus labitur semetipsam laboriosè vincendo, superna cõspicit, sed reuerberata lumẽ quod se irradiauerat, refugit? An non duro molestiæ vinculo ligantur, quos cum ascensus spiritus ad sinum pacis interũ pleno desiderio pertrahat, feruente certamine caro perturbat? electi igitur & si valenter omnia superant, cum securitatem pacis internæ desiderant, grauis tamen molestia illis est adhuc habere qđ vincant, quibus exceptis ea etiam vincula sustinent, quæ grauis exterius necessitas astringit. Esurire quippe, sitire, lassescere, vincula corruptionis sunt, quæ scilicet solui nequeunt nisi cum in illa immortalis gloria permutatur. Secundo sunt vincula infamiæ personalis. Infamia enim sic vinculat hominem vt in publicum exire non audeat. Et de hoc vinculo dicitur Iob 3. Peto domine vt de vinculo improperij huius absoluas me. Tertio est vinculum culpæ criminalis. Secundo Paralip. c. 36. Incuruatus sum multo vinculo ferri. Per vinculum enim ferreũ significatur peccatũ quod suum auctorem astringit & ligat Pro. 5. Iniquitates suæ capiunt impium & funibus peccatorum suorum constringitur. Vnde de vinculo peccati ait Greg. 30. Moral. c. 19. Asperum quidem iugum, & durum uinculum est subesse temporalibus, ambire terrena, retinere labentia, velle stare cum non stantibus, appetere quidem transeuntia, sed cum transeuntib. nolle trãsire. Sed uincula ista quis soluit? Soluuntur verò uincula uniuscuiusque dum diuino adiutorio interna desideriorum carnalium retinacula dirumpuntur. Cum enim pia intentio ad conuersionem vocat, si adhuc intentionem, carnis infirmitas reuocat, quibusdam vinculis anima ligata præpeditur; multos quippè sæpe videmus viam sanctæ conuersationis appetere, sed ne hãc assequi valeant, modo irruentes casus, modo futura aduersa formidare: qui in certa mala dum incaute prospiciunt, in peccatorum suorum uinculis incaute tenentur. Sed ista uincula Dominus soluit, quando ab electi vniuscuiusque animo infimatum cogitationum nodos eruẽpit, & propitius dissipat omne quod electam mentem ligabat. Ista sunt illa vincula peccatorum quæ mẽtem incuruatam tenent, ne sursum se ad cœlestia erigere possit, figurata in illa muliere incuruata, quam Dominus absoluit de qua. Luc. 13. dicitur ꝙ mulier erat incuruata, nec sursum poterat respicere: quam Dominus sanauit dicens: hanc filiam Abrahæ, quã alligauit Sathanas, ecce 18. annis nonne oportuit solui à vinculo isto? Illa sunt vincula dirumpẽda, de quibus psal. dirumpamus uincula ne, scilicet ipsis ligemur, & ue illis obediamus.

Vinculum pœna temporalis. *Vincula infamia personalis.* *Vinculum culpæ criminalis.*

Qui habitat in cęlis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Ver. 11. Psal. 2.

Hic notandum est, ꝙ est quædam Dei habitatio, qua verbum Caro factum habitat in nobis, & multis rationibus

Habitat in nobis Deus multipliciter.

nibus voluit in nobis habitare. Vt omnes ad laudem sui nominis animaret tãtum beneficium impendendo psal. 21. Tu aũt in sancto habitas laus Israel. id est nominis Christi vt dictum est. Vt electos suos in bono confirmaret cum eis personaliter conuersando. Eccles. 24. In Iacob in habita & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. Vt luctum primæ præuaricationis terminaret, nobis conferendo gloriam Apocal. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis &c. Et absterget Deus omnem lachrimam &c. Hæc habitatio a nobis est multum meditanda, quoniã per ipsam illuminati sumus spiritualiter Isa. 9. Populus gentiũ qui habitabat in tenebris &c. Lux orta est eis. Sed proh dolor, quia ipsum de cordibus suis expellunt multi, ne habitet in illis. Vbi notandum ꝙ tria sunt, quæ hominem de habitatione suę domus expellunt, quæ conformiter Dominum de habitatione nostræ mentis expellũt. Nam vt ait Aug. super illud psalmi, iniquitatem meditatus est in corde suo, tria sunt quæ non sinunt hominem in domo sua habitare. s. fumus, stillicidiũ, & mala vxor, Sic & spiritualiter hæc tria Deum de corde nostro expellunt, nam fumus, qui semper ascendit significat superbiam, superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper: sicut etiam fumus oculos lædit, sic etiam superbia. 1. Thess. 6. Superbus nihil sciens, & sicut fumus citò euanescit, sic & superbia. psal. vidi impium super exaltatum & eleuatum, transiui & ecce non erat Eccles. 10. Perdidit Deus memoriam superborum: vnde Greg. 17. Moral. dicit carnalis gloria dum nitet, cadit, dumq; apud se extollitur repentino interitu terminatur, sicut. n. dum aura flat, stipula in altum eleuatur, sed casu concito ad ima reuertitur, sic ad nubila fumus attollĩt, sed repente tumescendo in nihilum dissipatur. Ideo dicitur Isa. c. 9. cõmouebitur superbia fumi: stillicidia verò sunt carnis voluptates, & lasciuiæ. Prou. 5. Fauus distillãs labia meretricis, nouissima aũt illius amara sicut absynthium. Vxor verò mala & litigiosa cupiditatis auaritia, quę societatem detrahit. Chrysost. super illa verba Matth. 21. Malos

Caro Christi habitatio Dei.

Tria hominem de domo sua expellunt.

Spiritualiter hac tria Deũ de corde nostro expellunt.

E male perdet, dicit: Vnde putas lites in Ecclesia, inimicitias, altercationes nisi propter auaritiam, propter superbiam, & propter vanos honores? tolle hæc, & inter christianos nulla dissidia erunt, vnde & Prou. 15. dicitur, conturbat domum suam, qui sequitur auaritiã. Christus autem in domo turbata non habitat, quia Prou. 21. Melius est habitarę in domo deserta, quã cũ muliere rixosa.

Causa dissensionis in ecclesia.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

Ver. 12. Psal. 2.

F Obseruandum ꝙ quando aliquid Deo attribuitur, quod in nobis significat aliquando perfectionem, aliquando imperfectionem, illud Deo attribui debet, solum quantum ad illud ꝙ significat perfectionem, vt puta, zelus significat duo, scilicet cruciatum animi zelantis ex custodia castitatis vxoris, primum est imperfectionis, secundum autem perfectionis, & zelus deo attribuitur non ratione primi, sed ratione secundi, similiter, & misericordia duo significat, scilicet tristitiam cordis de aliena miseria, & subleuationem miseriæ G alienę. ratione, primi nõ cõuenit Deo sed ratione secundi. consimiliter, & ira duo significat, scilicet animi commotionem & delinquentis punitionem, ratione primi Deo non conuenit sed solũ ratione secundi Augu. autem hunc versum exponens dicit. *Tunc loquetur ad eos in ira sua* &c. Iram autẽ & furorem Dei non perturbationem mentis potest intelligi, sed vim, qua iustissimè vindicat subiectam sibi vniuersam creaturam. Præcipue namque cauendum est quod in Salomone scriptũ est scilicet. Tu autem domine Deus virtutum cum tranH quillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Ira autem in nobis dicitur motus, qui fit in anima, quæ legem Dei nouit, cum eandem legem videt à peccatore prætetiri. Item notandum, ꝙ aliter dicitur Deus iratus, & aliter furibundus, nam iratus dicitur, quãdo punit, vt emendet, quia irascitur cõtra nos Deus, ut nos conuertat, non vt perdat, vt dicitur de pœn. dist. prima sed econtratio, & hoc est quod dicitur Deo Deut. cum iratus fueris misericordiæ

Verba quæ notant perfectionem, & imperfectionẽ Deo conueniunt ratione secũda tantum.

Deus aliter dicitur iratus, aliter furibũdus.

diæ recordaberis.fuerit aūtē Deus quādo punit vt damnet, & sic ira Dei est in præsenti,sed furor erit in die iudicij. vnde Iob 35.dicitur,nunc enim non infert furorem suum, neque vlciscitur scelus valde, & sic Deus illis loquitur in ira, quos punit,vt conuertat,illos vero in furore suo cōturbat,quos damnat, & hūc sensum sic ponit glossa.d. *Tunc loquetur ad eos in ira sua*,idest in condemnatione pęnæ & in furore suo turbabit eos corpore & anima in furore suo.i.in æterna pęna.Sic ergo aliquibus de suis persecutoribus locutus est in ira sua, quia aliquos conuertit ad fidem, & aliquos in furore suo conturbauit,quia aliquos in pœnitentes æternaliter damnauit. Vel iste Psal. potest intelligi de punitione iudæorum in vindictam Christi mortis facta per Romanos Principes, scilicet Titum & Vespasianum,quæ magnæ iræ & furoris indicium fuit: in qua aliquia Iudæorum ad fidem Christi cōuersi fuerunt,alij autē obstinati manentes,damnati fuerunt. Et nota prima cōturbatio gratiæ, qua scilicet quis conturbatur de peccato per pœnitentiā. Abacuc 3. Audiui, & conturbatus est venter meus, à voce tua contremuerunt labia mea, & Psal. commouisti terram,& conturbasti eam,sana contritiones eius, quia commota est. Secunda est conturbatio culpæ, qua quis inuitè turbatur, sicut Herodes de Christi natiuitate, Matth. 2. Audiens autem Herodes Rex turbatus est 3.Est conturbatio æternæ pęnæ, qua quis damnatur æternaliter, vt hic dicitur,in furore suo turbabit eos.

Conturbatio triplex.

Ver.13. Psal.2. *Ego autem cōstitutus sum Rex ab eo, super montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.*

Rex quomodo differt à tyranno.

Vbi aduertendum quòd verus rex differt à tyranno in duobus, quia duo ad verum regem spectant, quæ tyrannus non habet. Vnum est ex parte plebis, aliud est ex parte Regis. Primū ex parte plebis spectans ad regem est subditorum liber consensus, vt scilicet voluntariè subijciantur,& non coactè, dicit.n.Philosophus 5. Polit. ꝙ Rex est Principatus voluntarius, si autem per fraudem aliquis alteri principatur vel

A per violentiam,huiusmodi non rex, sed tyrannus dicitur.Cùm ergo mali, Christo nolint subijci, non eorum rex proprie dicitur Christus,sed solum fideliū, qui ipsi volunt subijci.Secūdum qd requiritur ex parte regis est paternus affectus in subditos,vnde Philosophus dicit 1.Polit. ꝙ parer principatur filijs principatu regali, & ꝙ Rex debet esse quasi pater subditorum.Ad propositum ergo Christus est Rex à Deo Patre *cōstitutus super montem sanctum Syon*. i. super Ecclesiam quæ per illum montem significatur. Vnde hic ait August. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo*.Ex personā domini nostri Iesu Christi ista sunt manifesta. Syon. n. speculatio interpretatur per quod nihil magis quàm Ecclesiam debemus accipere, vbi quotidie speculatio erigitur speculādę claritatis Dei, sicut Apostolus ait. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes. Ergo iste sensus est,ego autem constitutus sum rex ab eo super Ecclesiam sanctam eius,quam Mōtem apppellat propter eminentiam,& firmitatem. Prædicans præceptum eius. Hoc enim ideo dicit,quia publicatio Regni Christi incepit in mōte Syon. In quo quia ibi erat templum, Christus multotiens prædicauit,vt Euangelelistæ ostendūt, & ibi miracula multa fecit,ex quibus aliquibus incepit regnum Christi innotescere, & postea post Christi passionem, & resurrectionem atque Ascensionem,in eodē Monte, spiritus sanctus signo visibili, Apostolis fuit datus, quo accepto, per ipsos Apostolos regnum Christi per totum orbem fuit diuulgatum,vt habetur psalm.18.In omnem terram exiuit sonus eorum, & sic regnum incepit dilatari in Monte Syon.Vel aliter certum est quòd Christus quæ docebat, opere faciebat, Actor.1.Cæpit Iesus facere,postea docere. Dicens ergo ꝙ in Monte Syon prædicauit præceptum eius consequens est ꝙ ibi operibus fecit præceptum Dei.Quod autem est præceptum Dei nisi præceptum caritatis in quo omnia alia præcepta radicantur?Hoc autē præceptum impleuit in Monte Syon, in quo cęnans cum discipulis Eucharistiæ Sacramentum instituit, & post cœnam inde ad locum vbi à Iudæis capi deberet

Christus rex fideliū, non autem infidelium.

B

Regni Christi publicatio incepit in monte Syon.

C

D

ret

ret, ligari & ad mortem duci, volũtariè auertet, quod fuit perfectissimum opus caritatis, & per huius pręcepti impletionem meruit ad dignitatem regiam exaltari. Dicat ergo Christus prædicãs præceptum domini idest opere perficiens præceptum caritatis, dum animam dedi pro ouibus meis, *ego constitutus sum rex à patre super Montem Syon eius idest super Ecclesia.*

Ver. 14. Psal. 2.

Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

Loquitur Deus uel dicit multipliciter.

NOtandum quòd dominus, s. Deus Pater dicit vel loquitur multipliciter: quandoque ad Deum: quandoque ad Angelos, quandoque ad Dęmones: quandoque ad homines. Primo loquitur Deus ad Deum, s. ad filium, & hoc ipsum generando. Secundo ad Angelos, & hoc ipsis occulta reuelando: tertio ad Dæmones ipsos occultè increpando. Quarto ad homines, scilicet sanctos ipsos in spe confirmando, de primo Psal. *Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te.* Quod ostendit Greg. 23. Moral. c. 13. Super illo verbo Iob 33. Semel loquitur Deus, & idipsum secundo non repetit: dicens, Pater vnigenitum consubstantialẽ sibi, genuit, loqui enim Dei est verbum genuisse, semel autem loqui est verbum aliud præter vnigenitum non habere, vnde & aptè subditur, & id ipsum secũdo nõ repetit, quia uidelicet hoc ipsum verbum. i. filiũ non nisi vnigenitum genuit. Quòd autem non ait locutus est Deus, sed loquitur, non videlicet tempus præteritũ sed nec futurum ponens, liquet omnib. q̃a Deo tempus nec præteritum nec futurũ congruit, tantùm in eo quodlibet tẽpus ponitur liberè, quanto nullum verè, nec enim quodlibet dici poterat liberè, si saltem vnũ propriè diceretur, licet nãq; Pater sine tempore verbum genuit. Et quis dignè queat fari illam ineffabilem natiuitatem, ꝙ de æterno natus est coæternus, ꝙ existens ante sæcula genuit æqualem? Quòd gignente natus nõ est posterior? Quæ videlicet nos mirari possumus, sed intueri minimè valemus. Ex quibus apparet ꝙ Deum dicere, est Deum verbum generare. Quod licet

Dicere vel loqui Dei est filiũ generare.

E non possit euidenter ostendi, potest tamen aliqualiter persuaderi. Ad quod intelligendum tria sunt videnda. Primũ qualiter verbum in nobis inueniatur. Secundum, qualiter verbum in Deo ponatur. Tertium, qualiter proprietas filiationis in Dei verbo reperiatur. Quantũ ad primum sciendum, ꝙ vox nostra propriè non dicitur verbum, sed solum est proprij verbi significatiua. Et ideò sicut propriè illud dicitur sanitas, quod per vrinam significatur, ita propriè illud dicitur verbum in nobis, quod per vocem significatur. Hoc autem est interior mẽ-

Verbũ quomodo generatur in nobis.

F tis conceptus secundum ꝙ dicitur primo Periher. ꝙ voces sunt earum, quæ sunt in anima passionum notæ. Ideò cõceptus interior, vel cognitio, etiam antequam per vocem significetur, seu denuncietur, propriè dicitur verbum. Et hoc est quod ait beatus Aug. 15. de Trinitate. Verbum (inquit) quod in corde dicimus nullius linguæ est, sed iam id opus est in eorum, quibus loquimur proferre notitiam aliquod signum, quo exprimatur. Proinde verbum quod foris sonat, signũ est verbi, quod intus latet, cui magis competit verbi rationem: nam

G quod profertur carnis ore, vox verbi est verbumque & ipsum dicitur, propter id à quo, vt foris adpareat, sumptum est. Quisque ergo potest intelligere verbũ in nobis, antequam sonet exterius, potest videre aliquando illius verbi similitudinem de quo dictum est, in principio erat verbum. Aduertẽdum autem ꝙ in nobis est duplex conceptus, vnus. s. interior informis & imperfectus, alius formatus & perfectus: cuius ratio est: quia cognitio nostra procedit de imperfecto ad perfectum, vnde de re habemus, pri-

Duplex conceptus in nobis.

H mo conceptum cõfusum, vt habetur primo Physicorum: & talis conceptus confusus non dicitur propriè verbum, sed cogitatio: procedendo autem peruenimus ad habendum rei perfectum conceptum & determinatum, qui vocatur propriè verbum. Quantum ad secundum videamus qualiter verbũ ponatur in Deo. Vbi notandum ꝙ Deus est natura intellectualis, vt ab omnibus conceditur. Et ideo in ipso ponitur verbum, non tamen ad similitudinem verbi largè dicti, quod est ipsa vox significatiua, vel conceptus

ceptus

ceptus imperfectus, sed ponitur verbum in quantum importat conceptū rei perfectū: quia Deus seipsum vnico actu intelligendi perfectissimo, & etiam omnia alia perfectissimè concipit. Sed tamen magna est differentia inter verbum nostrum perfectum & diuinum, quia verbū nostrum in mēte nostra multiplicatur, quia quot cōceptus habemus, & tot verba, sed in Deo verbum suum idem est q; sua substantia, etiā quia verbum diuinū est semper in actu permanens & æternū. Quantum verò ad tertium, scilicet qualiter proprietas perfectionis competat verbo diuino, est sciēdū q; de ratione filiationis proprie dictę est. Primo, q; ibi sit processus viuentes à viuente. Secundum, q; ibi sit ratio similitudinis. Tertium, q; ibi sit vnitas naturę specificant. Ista tria patent per experientiam. Primum, namque oportet, q; ibi sit processus viuentis à viuente, quoniam in reb. inanimatis licet sit processus unius ad alterum vel ab altero, ut fructus procedit ab arbore, arbor à terra, non tamē ibi est ratio filiationis, vnde nec fructus dicitur filius arboris, etiam si procederet à viuente non diceretur eius filius, quia licet sputum, sudor, & alia inanimata à nobis viuentibus procedant, non tamen rationem filiationis habēt, similiter si procederet viuum à non viuo, vt vermis à terra. Requiritur ergo in filiatione quòd tam procedens quam illud à quo procedit, utrumque habeat rationem vitæ. Secundo ibi requiritur ratio similitudinis, quia licet viuū procedat à viuo, si tamen inter illa non sit similitudo, ibi non dicitur esse filiatio, quamuis enim pulices qui viuunt, ab homine procedant viuo, non tamen dicuntur filij hominis, quia carent ratione similitudinis specificæ. Est etiam aduertendum q; non est de intrinseca ratione filiationis, q; natura specifica in patre & filio numero distinguatur, sed hoc in creaturis contingit ex imperfectione naturæ creatæ, quæ propter suam limitationem & terminationem in pluribus suppositis nequit esse vna numero. Natura autē diuina quia perfectissima est & illimitata, patitur naturę vnitatē numeralem in pluribus suppositis realiter distinctis, s. Patris & filij, & spiritus sancti. Ex quibus apparet q; verbum diuinum propriè filius Patris dicitur, quia ibi est processus viuentis à viuente, & etiam ibi est ratio similitudinis specificæ, quia uterque Deus, & identitas naturæ non solum specifica, sed etiam numeralis. Sicut igitur nostrum dicere mētis nostræ intrinsecum producit uerbū, sic & Dei dicere intrinsecum, est suum uerbum unicum producere, quod quidem uerbum, filius Dei proprie dicitur, sic ergo Deus loquitur uel dicit ad Deū scilicet Pater ad filium, ipsum generando, propter quod filius explicando suā generationem ęternam nunc dicit, dominus dixit ad me filius meus es tu. Deus Pater genuit me filium suū æternaliter, Psal. In splendoribus sanctorū ante luciferum genui te. Secūdo & principaliter Deus loquitur ad Angelos, & hoc ipsis occulta reuelando: unde Gen. 11. Videns Deus superbiam populi ædificantis turrim Angelis dixit, uenite, & confundamus ibi linguam eorum &c. hoc enim loqui Dei ad Angelos fuit occulta quæ Deus uolebat facere ipsis manifesta. Vide Greg. 2. Moral. c. 4. Tertio principaliter loquitur Deus ad sanctos ipsos in spe confirmando, unde & cum sanctorum animæ loquantur ad Deum dicentes Apocal. usquequo sanctus & uerus non uindicas sanguinem de ijs qui sunt in terra? statim loquens eis respondit Deus, ut requiescerent ad huc tempus modicum donec compleatur numerus conseruorum, & fratrum suorum, unde responsio qua Deus loquitur ad sanctorum animas, est ipsas in spe futuræ resurrectionis confortare, & eorum mentibus libenter expectādi moras infundere, uide Greg. 2. Moral. c. 5. Quarto principaliter loquitur Deus ad dæmones & eos iustè increpando. Isto modo locutus fuit Deus ad Diabolum Iob 1. dicens unde uenis? hoc. n. fuit ipsum Diabolum iustè increpare Greg. 2. Moral, c. 5. Ex prædictis ergo apparet, qualiter Deus multipliciter loquitur, & dicit, quia quandoque extrinsece, s. quando ad creaturam, & tunc dicere Dei competit omnibus personis diuinis simul, quādoque uero loquitur intrinsecè, & tunc loqui uel dicere Dei est filium suum æternaliter generare, & sic

Differentia inter verbū nostrum & Verbū Dei.

Verbū Dei dicitur propriè filius.

Loquitur Deus ad angelos et qualiter.

Ad sanctos.

Ad animas

Ad dæmones.

sic tantum Patri competit, vnde de Patre nunc ait filius: *Dominus dixit ad me filius meus es tu.*

Ver. 15. Psal. 2.

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Petere tria debemus. Absolutionem à peccatis.

NOtandum autem ꝙ exemplo Christi, qui Patrem orando pro nobis postulauit, sic & nos postulare debemus pro nobis, & maximè tria. Scilicet absolutionem à peccatis. Tob. 3. Peto domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me. peccata enim sunt vincula spiritualia, quibus ligatur anima peccatrix, sicut homo habens pedes ligatos nō potest currere in via pedum, ita anima ligata vinculis peccatorum nō potest currere in via morum Prou. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Sed attende ꝙ multi petunt, vt à peccatis soluantur, qui tamen absolui nolunt, ut multi petunt, vt Dei uoluntatem faciant, qui tamen diuitias dimittere nolunt aut carnis uoluptates, imò in illis perdurare cupiunt, & contra tales, qui postulant quæ inuenire nollent, dicit Seneca epistola 95. quæ incipit Petis à me, noli rogare quod impetrare nolueris, interdum enim obnixe petimus id quod recusaremus si quis offerret: hoc siue leuitas sit, siue inuilitas, punienda est, promerendi facilitate, multa volumus uidere velle, sed nolumus, & tales si obtineãt, quod habere nolunt, sibi ipsis imputare debent, & dat exemplum sicut ille qui cruciatur ab vxore quã diu desiderauerat, & à diuitijs quas cum labore requisierat, & ab honoribus, quos appetierat. Non sic ergo nos, sed primò desideremus peccatorum absolutionem, & consequenter illam postulemus: vnde & illa sancta mulier sic orare & postulare consulit dicens Iudith 8. Indulgentiam ipsius fusis lachrimis postulemus, & humiliemus illi animas nostras. Secũdo postulare debemus directionem in meritis, vt scilicet nos Deus in uia meritorum dirigat, & quia sola gratia Dei est nos dirigens in meritis, illam solum postulare debemus Act. 25. rogabant eũ postulantes gratiam, & quia multotiens

Directionẽ in meritis.

E vnde credimus mereri, Deum offendimus, vt ait Greg. 5. mor. c. 5. Ideo solũ in genere, Dei gratiam postulare debemus, quando, s. Dei uoluntatem circa rem particularem ignoramus. Tertio debemus postulare adeptionem in præmijs. Psal. vnam petij à domino hanc requirã, vt inhabitẽ in domo domini, &c. Ista vna, quam postulat psal. non est præsens uita, quæ vna esse non potest, tot curis & anxietatibus plena, sed ista vna est vita beata, unica in dño Iesu Christo constituta, hæc est uita æterna, ut cognoscant te verum Deum &c. Ioan. 17. vnde F psal. 115 Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundum eloquium tuum eripe me, scilicet de præsenti miseria.

Adeptionẽ in premijs.

Ver. 18. Psal. 2.

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

MVltiplex est timor: est enim timor mundanus, timor seruilis, timor initialis, & timor filialis. Timor mundanus est quando, quis timens pati periculum carnis, vel bona perdere mũdi, ne hoc eueniat, peccat, & iste timor semper est malus, quem Christus prohibet Matth. G 10. nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. Timor seruilis est, cum propter timorem gehẽnæ abstinet quis à peccato, quo timore præsentiam iudicis, & pœnam timet, & timore agit rem bonam quod facit, non amore summi boni, sed timore patiendi pœnã, quam formidat. iste autem timor si non sit amore iustitiæ coniunctus & separetur ab ipso, semper peccatum est, vt ostendit Gregor. 9. Moral. cap. 23. dicens, tunc solum Deo vera obsequia reddimus, cum eum propter amoris fiduciam nō timemus, cum nos ad bona opera affectus, non metus H dirigit, cũ malum nostræ menti non placet, etiam si liceret, nam qui à peruersitatis opere ex timore restringitur, per uersa libenter ageret, si liceret, nequaquã ergo veraciter rectus est, qui adhuc à prauitatis desiderio liber non est, quia vera obsequia Deo non reddimus, si ex timore mandatis illius, & non potius ex amore seruimus. Timor autem initialis est, quando incipit quod durum erat amari, & sic incipit excludi timor seruilis, vt patet, quando quis incipit diuinã offensam

Mũdanus.

Seruilis.

Initialis.

offensam timere, sed non adhuc perfectè, quia non tantum timet diuinam offsam, quantum pœnam formidat æternã, & sic peccato non caret: Timor autem castus siue filialis est, quo timemus ne sponsus tardet, ne discedat, ne ipsum offendamus, ne ipso careamus, & si consequenter pœnam timemus, principalius tamen diuinã timemus offensam, & iste est ille timor qui peccatum ignorat, de quo Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum, & in isto timore domino seruire nobis præcipit psal. dicens, seruite domino in timore.

Filialis.

Ver. 20. Psal. 2.

Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Multiplex est breuitas

Notandum, ꝙ multiplex est breuitas. Primo, Breuitas temporalis discurrentiæ, nam tempus nulla firmitate substentatur, ideo Apostolus. 1. Cor. 7. hoc itaque dico fratres tempus enim breue est. & psal. quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præterijt. de hac breuitate loquitur Gregor. lib. 7 Moral. cap. 12. quia enim tempus &c. & lib. 13. cap. 8. omne quod transit &c. & Seneca epistola 108. quæ incipit, id de quo &c. Secundo est breuitas humanalis existentiæ, quantũcunq; enim uiuat homo, eius tamẽ vita breuis est, breues dies hominis Iob 13. quam vitæ breuitatem iusti semper considerant, Gregor. lib. 8. Moral. capit. 11. super illo verbo Iob. dies mei consumpti sunt &c. & 23. lib. cap. 10. Tertio, est breuitas criminalis petulantiæ: quamuis enim omne peccatum in se sit magnum, & graue, quia diuinitatis offensiuum, tamen comparatiuè vnum dicitur graue, & aliud paruum, siue breue. & isto modo comparatiuè loquendo peccatũ viri dicitur breue respectu peccati mulieris: quod tamen videtur satis mirabile, cum ignorantia & fragilitas peccatũ alleuient, quæ in mulieribus magis abũdant. Ad hoc ergo declarãdum primo notandum est, quòd quanto quis peccat ex malitia, & à proposito, tanto cæteris paribus peccatum eius grauius est, minus autem ducitur ratione ad peccatum mulier quam vir, quoniam vir magis clarens ratione, quando vult peccare for-

Mulier magis peccat quàm vir.

A mat sibi rationes, quare sic debeat facere, mulier autem, vt in pluribus non ratione, sed malitia peccat, quod clarius patet in peccato carnis & iræ, ad quæ ducitur vir ratione caloris naturalis, quo abundat magis quàm mulier, mulier autem cum sit frigidissimæ naturæ, sola malitia ducitur ad hæc peccata, & ideo cæteris paribus breuior est ira viri, propter quod de ira dicitur Eccl. 25. cap. nõ est ita super iram mulieris. Secũdo, probatur, quia sicut perseuerantia in bono auget meritum, sic & inconstantia demeritum, magis autem incõstans est mu-

B lier in bono proposito quàm vir, ideò hac ratione eius peccatum aggrauatur, vnde Glossa extra de verborum significatione: foras. dicis, quid leuius fumo? flamen, quid flamine? Ventus. Quid vento? mulier, quid muliere? nihil. vnde de hac inconstantia mulieris Eccle. 36. Omne masculum excipis mulier. Tertio ratione originis breuius est peccatum viri, peccato mulieris: quia huius peccatũ causa fuit peccati viri: A muliere enim initium peccati Ecclesi. cap. 36. & per illam omnes morimur. Quarto, quia ibi accipitur mulier non pro sexu, sed pro

C fragilitate, & indiscretione, sicut cùm dicitur Ecclesi. 42. Melior est iniquitas viri quàm mulier benefaciens. Quia vir idest, discretus, & si quandoque peccat, post peccatum tamen ad virtutem fortior surgit. Et hanc rationem ponit Gregor. lib. 11. Moral. cap. 19. dicens: In sacro eloquio &c. vsque infirmorum occasio peccati. Et sic illo modo breuis culpa viri, præciditur medicamento discretionis. Eccle. 10. Breuem languorẽ præcidit medicus, idest, Vir prudẽs & discretus. Aliæ sunt breuitates, de quibus aliàs dicetur inferius.

D

Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in Deo eius.

Ver. 22. Psal. 3.

Hic moraliter notandum, ꝙ cuilibet iusto est in Deo salus contra multos defectus, quos patimur propter peccatum primi parentis: salus redemptionis fructuosæ contra defectum culpæ: salus eruditionis luminosæ contra defectum ignorantiæ: salus cõsolationis gratiosæ contra defectum angustiæ: salus

Salus in Christo multiplex.

lus tranquillitatis pacificæ contra defectum discordiæ: salus discretionis & sapientiæ contra defectum stultitiæ: salus fœlicitatis & gloriæ contra defectũ miseriæ. Primum ergo in Christo nobis est salus redemptionis fructuosæ cõtra defectum culpæ, de qua salute dicitur Abac.3. Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo suo. In hac enim salute nostræ redemptionis, & liberationis à peccato, Deus dicit egressus cum Christo, quia est qui nos redemit verus Deus & homo fuit: cuius rationẽ ostẽdit Ansel.1. Cur Deus homo, d. quia redemptio siue salus hominis nõ debuit per solum Deum fieri, quia Deus debitor non erat: & ideo precium non debebat soluere: nec potuit fieri per solum hominem, quia hoc non poterat homo &c. & ideo necesse fuerat per nostram salutẽ operatus Deus & homo esset: Deus qui posset, homo qui deberet. Vnde Christus Deus & homo figuratus est per Ioseph, qui saluator interpretatur, qui suis fratribus, idest suis fidelibus dixit Gen.48. Pro salute vestra misit me Dominus ante vos. Secundo in Deo nobis est salus eruditionis, quia tenebris ignorantiæ expulsis lege euangelica salutem veræ cognitionis nobis dedit: figuratus per Tobiam, qui ibat per omnes qui erãt in captiuitate, s. in tenebris ignorantiæ constituti, & salutis monita dabat illis, vt dicitur Tob. 1. cap. Vnde de Christo ait Aug. in lib. de vera relig. q tota vita Christi in terris Dei & hominis, quam. s. gessit in terra, disciplina morum fuit. Omnia enim temporalia Christus contempsit, quæ contemnenda docuit, & omnia mala portauit quæ sustinenda prædicauit. Propter quod dicitur Prouer.2. Dominus dat sapientiã, & ex ore eius scientia, & custodiet recto rum salutem. Tertio in Deo est nobis salus consolationis &c. dicente psal.36. Salus autem iustorum à domino, & protector eorum est in tempore tribulationis. Vnde qualiter salutem consolationis tribulatio nobis conferat ostendit Hieron. in quadam epistola d. Si paupertatem times, te Christus consolatur, qui pauperes prædicat beatos: si famescis, ipse te cõsolatur, cui post ieiunium in deserto Angeli ministrabant: si sitis, ipse te

Redemptionis. *Eruditionis* *Consolationis.*

consolatur, qui in cruce sitiens felle, & aceto fuit potatus: si blasphemaris iniuste, ipse te consolatur, qui præuaricator legis, & dęmoniacus appellabatur: si tuis bonis expoliaris, ipse suo te consolatur exemplo, qui à militibus expoliatus nudus pendebat in cruce &c. Vt sic istis in tuis tribulationibus consideratis sibi dicere possis illud psal.29. cõuertisti planctum meum in gaudium, mihi conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. Et hanc salutẽ petebat à Christo propheta Isa.cap.33. Domine miserere nostri: te enim expectauimus: esto brachium nostrum in mane: & salus nostra in tempore tribulationis. Quarto, in Christo nobis est salus trãquillitatis cõtra defectum malitiæ siue discordiæ. Vnde animæ nostræ loquitur Christus Isa. cap.66. Iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia vt releuetur. Vnde & solus Deus hanc salutem iustitiæ conferre potest. Quod notans Gregor.17. moral. c.8. d. lumen quippe Dei gratia præueniens est quæ si in nostro corde nequaquam gratuite surgeret, profectò nostra mens in peccatorum suorum tenebris obscurata maneret. Omnis namque uir iustus Dei illustratione iustus est. Vnde de hac salute animæ iustificatæ dicit Christus. Luc.19. Hodie huic domui salus a Deo facta est. Quinto in Deo siue in Christo nobis est salus discretionis & sapientiæ contra defectum stultitiæ. Vnde de hac salute sibi dicere debemus illud Genes.47. Salus nostra in manu tua est, quia solum habemus a se ut discrete sapienterque uiuamus, nam qui indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Sexto. In Deo siue in Christo nobis est salus fœlicitatis & glorię contra defectum miseriæ. Nullus enim salutem gloriæ nisi a solo Deo potest habere: vnde psal. tertio. Domini est salus & super populum benedictio tua. Et Isaiæ capitulo quadragesimosexto, ait Dominus, Dabo in Syon salutem, & in Hierusalem gloriam meam. Non igitur de aliquo iusto, sed solum de homine malo vere potest dici, Non est salus ipsi in Deo eius, &c.

Tranquillitatis. *Discretionis.* *Felicitatis.*

Tu

Ver.23. Psal.3.

Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltās caput meū.

Suscepit verbū in Christo multa.

NOta ꝙ Christus vere dicit verbo, *Tu autem domine susceptor meus es.* Suscepit enim verbum in Christo tria, scilicet, nostram humanitatem in incarnatione: nostram pœnalitatem in peregrinatione: nostram mortalitatē in passione. Primum suscepit nostram humanitatē: vnde de ista susceptione Deo regratiatur genus humanum dicens illud Psal.75. Tenuisti manum dexterā meā, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Vere enim in gloria homo assumptus fuit à Verbo diuino, quia in primo instanti illius susceptionis ille homo vere fuit beatus. Quæ nostræ humanitatis sic facta fuit: non ꝙ diuina natura nostram suscepit personam, quia tunc omnes diuinæ personæ essent homo, cum communis sit illis diuina natura: nec quòd persona diuina humanam susceperit personā, quia tunc in eodem supposito essent duæ personę, quod implicat contradictionem. Sed diuina persona.s. verbi naturam assumpsit humanam.s. corpus & animam humanā absque humana persona: quia anima humana & corpus solum sunt persona humana, quando simul coniuncta sunt nullo alio supposito substentificata: quando autem ista suscepit insimul coniuncta non erant, sed in tertio fuerunt vnita, & substentificata.s. in verbo diuino: Si autem quæras quare verbum sic nostram naturam suscepit, ad hoc dico, ꝙ ideo, vt nostrum corpus in ipso beatificaretur, vt verbū Dei per ipsum adimpleretur. vt nostra mens per ipsum humiliaretur. Primò, vt nostrum corpus beatificaretur, siue in ipso (oculus namque corporalis in ipsam diuinitatem respicere nō poterat, vt.s. ipsam nudam videre posset, cum sit pure spiritualis) sed sine visione diuinitatis ꝙ nō potest beatificari: quapropter ad beatificationem corporis nostri requirebatur, vt corpus sic vniretur deitati, ꝙ realiter Deus esset, ꝙ ab oculo corporali videri posset: quod tunc factum est, quando Verbum Dei suscepit hominem. Vnde sicut anima modo existens in patria deitatem clare videns est beata, sic & corpus suis oculis videns

Suscepit verbum humanitatem propter multa.

A Christi humanitatem sic verbo vnitam, est beatum. & hoc tangit Greg. lib.19. Moral.c.21. dicens, Creator, qui in deitate sua videri non poterat, assumpsit à nobis, vnde à nobis videri posset: & hoc est quod Christus ait Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum: & hoc quantum ad animā: & quem misisti Iesum Christum: & hoc quantum ad corpus: & hoc quærebat genus humanum, Verbo dicens illud psal. 118. Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam.s. vita gloriæ. Secundum, Vt verbum per ipsum adimpleretur: tan-B ta enim Verbi Dei promissionis stabilitas est, ꝙ in nullo potest cassari, dicente Christo Luc.21. cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Deus autem hanc susceptionem nobis per miserat Isai.42. dicens, Ecce seruus meus suscipiam eum, & electus meus cō placuit sibi in illo anima mea. Vnde hāc susceptionem exigebat genus humanum postulando ipsam adimpleri psalm.118. dicens Deo. Suscipe me seruum tuum in bonum &c. Tertio vt mens nostra in ipso humiliaretur. In hoc enim, quòd Dei filius tantum humiliari dignatus est C suo exemplo nos ad humilitatem trahit. Vnde Greg.34. moral.c.21. ait. Ad hoc, enim unigenitus Dei filius non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit, ad hoc contumelias, ludibria & irrisionem, probra, & passionum tormenta tolerauit, vt superbum non esse hominem doceret humilis Deus. Quanta est igitur humilitatis virtus, propter quam solam ueraciter edocendam is qui sine æstimatione magnus est, vsque ad passionem factus est paruus, &c. Quia igitur Deus solum ab humilibus exaltatur, & quia per istam susceptionem humiliamur, ideo D hoc considerans Psal. dicebat psalm.29. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me. De alijs membris nihil ad præsens, sed de secundo psal.41. & de tertio psal. 45. dicetur.

Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ver.24. Psal.3.

SEd hic vnum insurgit dubium, vtrum scilicet, omnis Christi oratio fuit exaudita a Deo. & uidetur quòd nō. Pri-

Vtrum oratio Christi semper fue

vt exaudita. mo, quoniam Christus orauit pro suis Apostolis in nocte suæ passionis, vt seruarentur à malo. Ioan. 17. Et tamē multis malis postea implicati fuerunt nō solum pœnæ, quia expulsi, flagellati, & demum occisi fuerunt: sed etiam malo culpæ: quoniam Apostolorum primus Petrus post Christi orationem ipsum negauit, omnes fidem sibi promissam fregerunt, & ipso relicto omnes fugerunt. Et confirmatur quia Christus eadem nocte orauit patrem, vt Petri fides non deficeret Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre vt fides tua non deficiat, & tamen certū est, quòd ipse Petrus in fide Christi eadem nocte cæteris omnibus turpius defecit. Item Christus rogauit patrem ut calix suæ passionis transiret ab eo ne ipsum biberet, quem tamen bibit. Item non omnis iustorum oratio exauditur, ergo nec omnis Christi oratio: patet consequentia: quia omnis oratio iustorum est Christi oratio, quia ipsi vnum sunt cum Christo: patet antecedens de Paulo viro iusto, qui ter dominum rogauit ut ab eo discederet stimulus carnis: quod tamen impetrare non potuit, vt habetur 2. Corint. 12. Ad oppositū est quòd ipse Christus dixit patri Ioan. 12. Pater ego sciebam quoniam semper me audis, est etiā textus ille Christi dicentis. *Voce mea ad Dominum clamaui*, &c. Respondeo & dico quòd exaudire aliquando accipitur stricte, nam sic exaudire componitur ex audire & præpositione ex, quòd est extra. Et sic exaudire idem est quod extra audire. Et secundum istum modum illa oratio exauditur, quando id quod orando petitur, extra in effectum ponitur. Et secundum istum loquendi modum non omnis Christi oratio fuit exaudita quādo orabat, quia non semper quod petebat, tunc in effectum extra ponebatur, vt puta quando orabat pro Apostolis, vt à malo seruarētur, certum est, quòd pro tunc hoc in effectum extra positum non fuit: quia tunc etiam, & post multis malis implicati fuerunt, & pœnæ & culpæ. Quandoque uero exaudire accipitur magis large, uidelicet pro valde & complacenter audire, & sic ille alium exaudit, quando illud quod petit, habetur gratum & adimpletur, & licet nō eo tempore quo orat, tamen pro tempore

Argumēta.

Responsio.

E quo ille petit, vel orat. Et isto modo dico, quod omnis Christi oratio fuit exaudita, quia oculis Christi animæ erant omnia nuda & aperta, & sic sciebat omnia Deo placita. Cum ergo nunquam uoluntas sua discordaret à uoluntate Dei patris, nunquam petebat nisi placita ipsi Deo, & pro illo tempore adimpleri, quo sibi erant placita. Nunc ad argumenta in oppositum facta: ad primum dicitur, quòd Christus orauit pro Apostolis, orauit quippe ut seruarentur a malo culpæ & sic exauditus fuit, scilicet tempore quo intendebat, nempe post missionem

Respōsio ad argumēta.

F spiritussancti, quia tunc fuerunt in gratia confirmati. Ad secundum de fide Petri dicitur, quòd aliud est orare Petro ne deficeret i fide, aliud ne deficeret Petri fides, quæ quidem est fides Ecclesiæ, a qua licet ad tempus Petrus defecit, ipsa tamen fides nunquam defecit, nec deficit, nec deficiet. Et pro ista orauit Christus, & exauditus etiam fuit. Ad tertium de calice passionis Christi respondetur, quod Christus impetrauit quod postulauit. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd iste passus a doctoribus multipliciter exponitur. Primo namque dici-

G tur, quòd in Christo erat duplex uoluntas & affectus, scilicet carnalis sensualitatis, & rationalis voluntatis. Prima mortem fugiebat sicut cæteri hominum sed secunda mortē desiderabat. Et quia omnis oratio debite regulata magis procedit ab affectu regulato à ratione, ideo Christi oratio fuit exaudita. Vnde voluntatem & affectionem sensualitatis pronuncians ait. Pater transeat a me calix iste, &c. Sed affectionem rationis statim ostendens quam præeligebat dixit. Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut &c. per hoc instruens nos, vt quantū

H possumus, sine peccato mortem fugiamus, si autem non possumus, humiliter voluntatem nostram diuinæ, subijciamus, vt dicit Leo Papa in ser. de passione secundo, sic exponitur transeat a me calix iste, idest a meis Iudæis transeat peccatum illatæ passionis, vt scilicet in eis non remaneat finaliter, sed per pœnitentiam finaliter deleatur. Tertio, modo sic exponitur transeat a me calix, &c. non quidem vt non ueniat omnino, sed ut diu non duret, ex quibus omnibus

nibus patet Christum in illo exauditum fuisse. Ad quartum de oratione iustorum dicitur, quod cum iustorum oratio sit iusta, exauditur a Deo uel dando quod petitur, vel melius, quam petatur, vt in Paulo, qui obtinuit gratiæ confirmationem quæ melior fuit, quam ablatio stimuli carnis, quod petebat sibi auferri.

Ver. 26. Psal. 3. *Non timebo millia populi circũdantis me: exurge domine saluum me fac, Deus meus.*

Dubitatur quomodo Deus dicatur exurgere, cum nunquam dormiat. Psal. 120. ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel: Ad hoc respondet Gloss. quod mos est scripturæ illa Deo attribuere, quæ ipse facit in nobis, sicut dicitur, Deum aliquid nouiter cognoscere, quando aliquid nos cognoscere facit, vt est illud Gen. 22. nunc cognoui, quòd timea Dominum, idest alios cognoscere feci. Sic in proposito Deo attribuimus exurgere, *Exurge Domine* id est fac me exurgere a mortuis, quod magis apparet cum subdit *saluum me fac, Deus meus*. Vel magis moraliter per hoc *exurge Domine* propheta ostendit se desiderasse diem iudicij, in quo Deus ostendet misericordiam suam saluando electos, & iustitiam suam damnando reprobos. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd quando quis iacet, quasi totus occultatur, quando uerò sedet, occultatur secundum inferiorem partem, & apparet secundum partem superiorem, qui uero surgit, vel stat, apparet secundum utramque partem. In Deo autem attendimus quasi duas partes, scilicet iustitiam, & misericordiam, quarum misericordia est pars superior, quia miserationes eius super omnia opera eius ps. In tantum quòd à iustitia licet appellare ad misericordiã tanquam ad superiorem. Iac. 3. misericordia super exaltat iudicium. Deus autem nunquam legitur iacens, quia nullus est qui non sentiat eius misericordiã, vel iustitiam, nec etiam aliquod est tempus, quod non sit tempus misericordiæ, vel iustitiæ. Quando ergo Deus ostendit nobis partem suam superiorem, scilicet misericordiam, & occultat inferiorem, scilicet iustitiam, tunc dicitur sedere, quando uero ostendit vtranque, tunc dicitur stare, & exurgere, quando autem dissimulat punire, tunc ostendit misericordiam suam, & non iustitiam, & ideo dicitur sedere, quod pertinet ad præsentem statum, sed in finali iudicio ostendet partem inferiorem, & superiorem, scilicet saluando electos, & reprobos damnando ostendens in illis misericordiam suam, & illis iustitiam, & ideo tunc exurget. Et quia Dauid optabat tunc saluari & in se ostendi eius misericordiam, ideo sic dicit. *Exurge &c. saluum me fac*, idest beatifica me.

Ver. 28. Psal. 3. *Domini est salus, & super populum suum benedictio tua.*

Multiplex populus. reperitur in sacra scriptura, scilicet deuotorum qui meretur spiritualiter, Populus defunctorum, qui purgatur temporaliter: populus beatorum qui lętatur æternaliter: Populus damnatorum, qui punitur æternaliter: Et populus impiorum, qui turpatur criminaliter: Populus dæmoniorum, quo tentamur hostiliter. Primus est populus deuotorum, & isti proprie populum faciunt, mali enim proprie populum nõ faciunt ut ait Aug. de ciu. 19. c. 21. secundum sententiam Scipionis, & Ciceronis populus sic definitur. Populus est cœtus multitudinis, iuris consensu, & vtilitatis communione sociatus. Ex quo patet, quod ubi non est iustitia, ibi populus esse non potest, qood sic ibidẽ deducit Aug. Nam iuris consensus sine iustitia geri non potest, vbi uerò iustitia non est, ibi ius esse nõ potest, quod enim iure fit, profecto iuste fit, quod autem fit iniuste, nec iure fieri potest, nõ enim iura sunt dicenda, vel putanda iniqua hominum statuta. Quocirca ubi uera iustitia non est, iuris consensu sociatus cætus hominum esse nõ potest, & ideo nec populus iuxta prædictorum sententiam. Ex quibus sequitur quod peccatores, & mali proprie non faciunt populum, quia iustitia cum scelerato homine consortiũ habere non potest. Vt Aug. supra probat, & infra in principio cap. 24. Quapropter uera iustitia &c. idem concludit. Et

Multiplex populus.

Populus quid.

de

de isto populo bonorum Deo dicitur Gen.41.ad tui oris imperium omnis populus obediet. Et Deut 7. Populus sanctus es Domino tuo qui elegit te &c. Secundus populus defunctorum de quo dicitur Exod.15.dux fuisti in misericordia tua populo,quem redemisti. In purgatorio enim non sunt nisi qui a Deo redempti sunt,& qui Deo obedientes fuerunt. Exod.22.Fecit populus quod iusserat Deus. Tertius est populus beatorum de quo Ecclesi.24. Et radicaui in populo honorificato,& in partes Dei mei hæreditas illius. Quartus est populus impiorum, qui Dei beneficio non attendens malum pro bono retribuit Deu.32. siccine reddis domino popule stultæ,& insipiens,nonne ipse est pater tuus. Et Exo. 32. Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit. Quintus est populus damnatorũ, qui in tenebris infernalibus manet dispersus. Exod.5. dispersus est populus per totam terram Aegypti. Aegyptus namque tenebra,& confusio interpretatur. Sextus est populus dæmoniorũ qui semper meditatur uanitates,& peccata, quibus nos inuoluere possit. Psal.2. Populi locuti sunt inania.

Ver. 30. Psal. 4. *Miserere mei Deus, & exaudi orationem meam.*

HIc aduerte quod Psalmista malos intendens corrigere duo petit à Deo, quæ cuilibet correctori sunt necessaria. Primum est amotio mali, quoniam vitiosus alium debite corrigere non potest. Secundum est celatio boni, vt scilicet habeat debitam intentionem in corrigendo, ut correctio fiat ex caritate. De primo igitur dicit Miserere mei, misericordia enim directe alterius miserias respicit,& ad illas repellendas conatur; misericordia enim miserũ cor de alterius miseria facit, nihil autem facit hominem proprie miserum, nisi peccatum. Vnde Seneca Epistola 71. Quæ incipit post longum: ait nemo nisi vitio suo miser est. Vnde Prou.14. Miseros facit peccatum populos. Si ergo misericordia principaliter respicit amotioné miseriæ,& miseria proprie est ex peccato quid est orando dicere Miserere mei, nisi amone à me peccatũ, quod me miserum facit? Vnde psalm.50. Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Deinde petit collationem boni dicens. *Et exaudi orationem meam*. Nam vt ait glo super ps.7. In hoc differunt oratio,& deprecatio: quia deprecatio proprie est pro malis remouendis: sed oratio est pro bonis acquirendis. Dicés ergo Miserere mei, petit malum amoueri, & dicés. *Et exaudi orationem meam*, petit bona sibi concedi. Hic autem notandum q; si volumus Deum nobis misereri, & nos misereri oportet proximis nostris Math.5. Beati misericordes quoniã ipsi misericordiã cósequẽtur, iudicium enim sine misericordia fiet illi,qui non facit misericordiam. Miseratio autem consistit in quatuor. In detestatione peccatorum ut pereant. In cautela futurorum ne fiãt. In releuatione proximorum ne egeãt. In reformatione indoctorum,ut sciãt, de primo Mich 6. Indicabo tibi homo quid sit bonum,& quid Deus requirat à te facere iudiciũ, & diligere misericordiam, facere enim iudicium spectat ad discussionem conscientiæ,sed facere misericordiam est liberare animam à miserijs culpæ. Et ambulare solicite cum Deo tuo,& hoc spectat ad cautelam per circunspectionem uitæ: vnde Deuter. 4. Custodire animas uestras solicite. Debet enim homo custodire animam suã solicite à superiori, ne per elationem euanescat,ab inferiori, ne uoluptate sordescat,ab interiori,ne per negligentiam torpescat,ab exteriori, ne immoderatis cupiditatibus insordescat. Secũdo consistit in cautela futurorum. Eccl. 36 Miserere nostri Deus omnium,& respice nos,& ostẽde nobis lucem miserationum tuarum. Tria enim petis contra tria his quæ facit peccatum. Reddit.n. hominem miserum,& quantum ad hoc dicit, misereri nostri. Apocal. 3. Tu dicis quia diues sum,& nullius egeo, & nescis quia miser es,& miserabilis. Secundo peccatum facit hominem uilem, & abiectum, cõtra quod petit respice nos, per gratiam, s. acceptatem, quæ facit hominem Deo carum conferendo illi spiritus libertatem,& remouendo peccati seruitutem Rom.8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore

Miseratio in quatuor consistit.

A quatuor debet homo animã suã custodire.

Peccatum tria mala facit.

more &c. Tertium peccatum reddit hominem obscurum & cæcum, & contra hoc petit, redde nobis lucem miserationum tuarum. non. n. rectè ambulat homo cum sibi ipsi relinquitur. Ierem. 10. scio domine ꝙ non est in potestate hominis ut dirigat gressus suos, quod ideo dicit quia homo in potestate relictus ꝑ ambulat uias elationum montuosas, voluptate lubricas, errore tortuosas, solicitudine spinosas, odio & duritia cordis petrosas. Tertio principaliter consistit miseratio in releuatione miseriæ proximorum, ne egestate deficiant. Eccl. 18. miseratio hominis circa proximũ suũ, miseratio autem domini super omnem carnem. Miseratio. n. hominis dicitur esse circa proximum propter tria, scilicet propter æternum supplicium uitandum Tob. eleemosina ab omni peccato & morte liberat, & non patietur misericordia ire in tenebras. Secundo propter futurorum præmium, ut acquiratur Tob. 4. Quomodo poteris, esto misericors, thesaurizas enim tibi bonum præmium in tẽpore mortis. Tertio propter caritatem ut mentium concordia conseruetur: primæ Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? In fidelibus aũt Christi debet esse unitas mentis, Act. 4. multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una in domino. hanc autem unitatem cordium sequi debet distributio rei, primæ. Cor. 8. Vestra abundantia inopiam illorum suppleat; Quarto miseratio principaliter consistit in eruditione indoctorum Eccl. 16. Qui misericordiam habet docet, & erudit quasi pastor gregem suum & sequitur, ardorem refrigerabit ros, & uerbũ melius quàm datum. Tria dicit quantũ ad tres hominum status, s. incipientes, & respectu illorum debet esse eruditio quasi extra ruditatem positio, secundo proficientes, & quantum ad illos dicit, docet, tertio. Perfectos, & quantum ad illos dicit, sicut pastor gregem suum, grex enim regitur uoluntate pastoris, sic & religiosus qui est in statu perfectionis debet duci uoluntate prælati. Ex his omnibus apparet, qualiter scilicet alijs debet misereri, qui dominum sibi misericordem cupit habere.

Miseratio hominis circa proximũ propter tria

Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Ver. 38. Psal. 4.

HIc ostendit Psal. pacem spiritualem mentis à Deo sibi datam, & hoc propter uirtutem spei, qua sustinẽtur omnia aduersa, ut ad præmium promissum perueniatur, quasi dicat, ideo in pace in id ipsum dormiam &c. Quoniã tu domine spem mihi dedisti. Vnde August. hic ait. Hic non dicit quoniam tu domine singulariter in spe constitues me, *Sed constituisti.* In quo ergo iam ista spes est, erit profecto, & quod speratur, & bene ait *Singulariter, idest in una spe,* qua singulariter unum solum uerũ bonum speratur, & non multiplicitas sæculi. Vel dicit *Singulariter* contra hoc quod illi multiplicati sunt a fructu frumenti, vini, & olei. Perit enim hæc multiplicitas, & singularitas tunc in sanctis, de quibus dicitur, Multitudinis credẽtium erat cor vnum, & anima una in Deum. Secreti enim ab omnibus rebus nascentibus, & morientibus, amatores æternitatis, & vnitatis vni soli Deo hærent, vnde scriptum est Luc. 11. Porrò vnum est necessarium. Aduertendũ est, vt ait Mag. lib. 3. dist. 26. Quòd spes est virtus, qua spiritualia, & æterna bona sperantur. Est enim spes certa expectatio futuræ beatitudinis proueniens ex Dei gratia, & meritis præcedentibus: sine meritis enim aliquid sperare, non spes, sed præsumptio est. Et nota differẽtiam, quam inter fidem, & spem ibidẽ ponit Mag. dicens, quod fides est præteritarum rerum, præsentium, & futurarũ credimus enim mortem Christi, quæ iã præterijt, credimus sessionem Christi ad dexteram Patris quæ nunc est: & credimus Christum uenturum ad iudiciũ, quod futurum est. Spes autem non est nisi rerũ futurarum, & ad eum pertinẽtium, qui earum spem gerere perhibetur. Nota tamen, ꝙ spem accipiendo magis large etiam multa temporalia sperantur a iustis. Primo sperant ut adiuuentur. 2. Cor. 1. Deus qui nos de tantis periculis eruit in quo speramus. s. ꝙ adhuc adiuuabit nos eruendo, Secundo sperant

Vnum solũ quærẽdum est non multa.

Differentia inter fidem & spem.

sperant timẽtes, ut consolentur. Iere. 17. Ne sis tu mihi formidini spes mea in die afflictionis. Tertio sperant infirmi in medico, ut curentur. Psal. sperans in Deo non infirmabor. Quarto sperant fessi in prælio in Duce, ut releuentur ad victoriam Esa. 4. Qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ volabunt, & non deficient. Quinto sperant peccantes in Dei misericordia, vt reuocentur. Psalm. 31. Sperantes in domino misericordia circundabit. Sext. Sperant pœnitentes, vt confortentur. Psal. Sperauit cor meum in domino, & adiutus sum. Septimo sperant proficientes, ut animentur. Eccl. 2. Scitote quoniam nullus sperauit in domino, & confusus est. Octauo sperant pœnitentes, vt glorificentur. Prou. Qui sperat in domino glorificabitur. Et pro istis omnibus vir iustus Deo dicere potest, ideo ista spero, quoniam tu domine singulariter in spe constit. me. Sic ergo patet, qui sperãt in domino, & quæ speranda sunt, quia non terrena, & temporalia, sed cælestia, & æterna.

Ver. 41. Psal. 5.

Quoniam ad te orabo Domine: mane exaudies uocem meam.

Hanc autem fidelitatem in sua oratione Ecclesia ostendit dicens, *Quoniam ad te orabo domine.* Quasi dicat, orabo non ad Dæmones, non ad sortilegos, sed solum ad te verum Deũ orabo non ad alium. Sed quia vera fides sine spe esse non potest, ideo fideliter orãs semper spem impetrationis postulati debet habere: quod ostendens psal. statim post ostensam fidelitatem, spem impetrationis se habere ostendit, dicẽs, *Mane exaudies uocem meam.* Mane enim quod est principiũ diei, significat exauditionis accelerationem. Est ergo sensus, mane, i. cito exaudies vocem meam. Vel aliter: quamuis enim Deus ab æterno exaudierit omnem orationem, cuius uotum ponit in tempore; tamen homo peccatis inuolutus orans, non intelligit se exauditum esse, nisi quando tenebris peccatorum expulsis, in luce gratiç manet. Vnde hic per mane intelligitur status gratiæ, sicut per noctem status culpæ. Est ergo sensus mane *exaudies uocẽ*

Homo non nisi in statu gratia cognoscit se exauditum esse.

E *meam.* i. quamuis ab æterno exaudieris orationem fiendam a me in tempore, tamen orationem meam exauditam solum cognoscam mane. i. dum ero in lumine gratiæ. Et istum intellectum hic habet Aug. dicens. *Quoniam ad te orabo domine,* &c. Quasi dicat, peracta erroris mei nocte, & discedentibus tenebris, quas mihi peccatis feci, *Exaudies uocem meam,* i. mane intelligam esse exauditã, sicut est illud, *Tentat uos Deus noster, ut sciat, si diligatis eum.* i. vt vos per illum sciatis, & vobis ipsis manifestetur, quãtũ in eius amore proficiatis. Sic est hic.

F *Quoniam ad te orabo Domine mane exaudies uocem meam.* i. quod ante exaudisti, quod tamen non cognoscebam, dũ ero in mane gratiæ facies me cognoscere à te. s. me exauditum esse. Et quamuis nõ semper cito exaudiantur orantes iuxta primam expositionem allatã, hoc Deus propter duo differre videtur: primo vt ex dilatione impetrãdi, desiderium crescat orãtis. Aug. de verbis domini. Quę desiderata, dulcius obtinentur, cito autem data, uilescunt. Seruat tibi Deus, quod nõ vult tibi cito dare, vt tu discas magna, magis desiderare. Vide Greg. li-

G bro 26. moral c. 13. Secundo differt nos exaudire, ut scilicet nos à peccatis magis retrahat. Vnde glos. super Psal 6. ait non crudelitates, dilatio exauditionis est orationis: sed ideo differt, vt suadeat animæ, in qua mala se præcipitauerat cauere, vt ex difficultate sanationis à peccatis magis caueat sibi: quod enim facile sanatur, non multum cauetur. Exemplum patet de illis, qui portant Tyriacam ad uendendum, qui habent serpentem in pixide quem quia certi sunt de remedio, prouocant ad se mordendum, non expectantes donec serpẽs

H motu proprio ipsos mordeat, quia de eius morsu non timent. Sic multi quibus videtur, quod Deus statim dimittat peccata, ipsa non horrent. Habent enim serpentem in sinu suo, idest sensualitatem, quæ serpenti comparatur, nec expectant sæpe tentari, sed quasi serpentẽ compellunt præuenientes tentationem propter præsumptionem celeris remedij, propter quod dicitur facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.

Orationem exaudire differt De⁹ propter duo

Ver. 52. Psal. 5. *Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum quoniam tu benedices iusto.*

NOtandum quòd multa sunt genera hominum, qui male gloriantur. Nam aliquid gloriantur in potentia corporali: In scientia seculari, in abundantia temporali, in fama populari. Et tamen hæc omnia supereminéter in Deo reperiuntur. De primo dicitur Iudith 1. de Arphasat Rege medorum, qui gloriabatur, quasi potens in potentia exercitus sui. Vbi aduerte ꝙ duo sunt, quæ reddunt hominem potentem, & gloriosum. Primum est potentia innata: secundum est multitudo subiecta: primum notatur, cum dicitur quasi potens, secundum cum dicitur in potentia exercitus sui. Vnde de Holoferne dicitur Iudith 11. Tu solus potens es in omni Regno Nabuchodonosor, & disciplina tua omnibus Prouincijs prædicatur. Duo. n. faciunt hominem militarem potentem, scilicet fortitudo corporalis, & industria naturalis. In quibus tamen non est gloriandum, quia fuerunt per mulierem eneruata in Holoferne, patet de fortitudine, quoniam ipsum occidit, patet etiã de industria, quia ipsa eum uerbis sapiétibus circunuenit. Propter quòd dicitur de gloriari peccatori. 1. Mac. 2. A uerbis uiri peccatoris ne timueris, quia gloria eius stercus, & uermis est. Nihil enim est vilius stercore, & nihil mollius verme. Bonus ergo virorum peccatorum subuertit gloriam, quando ipsam in infirmitatem conuertit. Vnde dicitur Hierem. 9. Non glorietur potens in potentia sua. Aliqui gloriantur in scientia secularì: sunt namque plerique qui gloriantur, quando proximum supplantant & decipiunt, quæ non est sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, & diabolica: terrena quantum ad cupidos, animalis quantum ad voluptuosos, & diabolica quantum ad dolosos. In ista sapientia non est gloriandum, quia Deo contrariatur, qui potentior, & sapientior est istis sapientibus. De istis ps. Quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate? Aliqui gloriantur in abundantia temporali. Psal. 48. In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Ille

Gloriantur mali i multis.

Duo sunt, que faciunt hominẽ potentem.

Et duo hominem militarem potẽtem.

Additio To. I.

A enim qui gloriatur in abundantia temporali similis est somnianti, qui somniat se diuitem esse, & experge factus se pauperem reperit. Sic & diuites huius mundi, modo somniant se diuites, sed euigilabunt in iudicio, & se pauperes inueniẽt. Isa. 29. somniat esuriens, & comedit, cũ animus fuerit expergefactus, vacua est anima eius. Alij gloriantur in fama populari. 2. Cor. 5. Damus nobis occasionem gloriandi pro nobis &c. Apostolus enim in illis gloriabatur, de quorum fide, & profectu lætabatur, nam gloria Prælatorum est profectus subditorũ. 2. Thes. B 2. Quæ est enim nostra spes aut gaudiũ, aut corona gloriæ, nonne uos per Dominum nostrum Iesum Christum? Et propter hoc dicit Damus nobis occasiõ nem gloriandi pro nobis, & sequitur, vt habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde, idest, contra eos qui gloriantur in facie exterioris simulationis. Sed contra istos qui in fama gloriantur Apostolus gloriabatur in conscientia interiori, dicens primo Thes. 1. 2. Non quærimus ab hominibus gloriam, quia 2. Cor. 10. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.

C

Ver. 58. Psal. 6. *Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?*

ADuertendum quòd de duplici morte iste textus intelligitur, scilicet de morte corporali, qua anima separatur à corpore, & de morte spirituali, qua anima per peccatũ separatur à Deo. Si de prima morte sit sermo, sensus est, *Non est in morte*, i. post mortem *qui memor sit tui*. Fructuose: & loquitur de dãD natis, de quibus dicitur Sap. 5. Videntes (scilicet gloriam beatorum per reuelationem) turbabuntur timore horribili, &c. Quæ confessio certom est, quod nihil eis proficit ad veniam. Sicut & illa diuitis Epulonis in inferno. Si autem de morte peccati intelligitur, est sensus, *Quoniam non est in morte* &c. idest, cum quis in morte peccati perseuerat, memoria Dei vel peccati confessio sibi inutilis efficitur ad vitam, quem sensum ponit hic Augustinus. Sed circa istum textum cadit dubitatio de illis, qui confitentur tantum

Pœnitentia vel cõfessio

in extremis utrũ ualeat ad salutẽ.

tantum in morte, & pœnitet eos solum in extremis vitæ, an talium confessio & pœnitẽtia proficiat eis:& ratio dubij est, quia talis pœnitentia in extremis facta non videtur voluntaria, sed magis coacta,& facta timore pœnæ,non amore iustitiæ: nullum autem bonum coacte, & timore pœnæ factum proficit ad salutẽ, vt apparet per Augustinum, quem allegat Magist.lib.4.dist.20. dicentem: Age pœnitentiam dum sanus es, si sic fecisti, securus es, quia eo tempore pœnituit te,quo peccare potuisti:si autem vis agere pœnitentiam,quando amplius peccare non potes,peccata te dimiserunt, nõ tu illa. Ad hoc autem est determinatio ita,quòd talis pœnitentia facta in extremis etiam timore pœnæ,sed secundariè, primo autem amore iustitiæ valeat ad salutem,& est Magist.lib.4. dist.20.dicentis:sciendum est, quod tempus pœnitentiæ est vsque ad extremum vitæ: & subdit in fine.c.cap.Pœnitentia enim si in extremo vitæ hiatu ex puro corde venerit,sanat, & liberat: multũ enim fuit sera latronis in cruce pendentis pœnitẽtia:quia in articulo mortis, sed non fuit sera indulgentia. Ad auctoritatem August.dicitur, q̃ intelligitur dictum eius vt in pluribus,quia habens liberum arbitrium potest vsque ad vltimum vitæ peccare, vel peccata dimittere saltem actu interiori,licet non exteriori quandoque:& sic peccata magis dimittũt hominem,quam dimittantur ab illo, & sic non apparet exterius quòd sit vera, & voluntaria pœnitẽtia, quamuis interius possit esse vera, & voluntaria.

Ver.68. Psal.7.

Persequatur inimicus animam meam & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam,et gloriam meã in puluerem deducat.

ALiter autẽ magis mysticè iste textus exponitur de persecutione diaboli,qua homines persequitur, vt ipsos cadere faciat per peccatum. Et ad istum intellectum istum versum hic exponit August.dicens, *Persequatur inimicus*, dicens inimicus in numero singulari, illũ magis manifestat, quem superius appellauit Leonem, idest diabolum:ipse enim animam persequitur,& si deceperit, cõ-

E prehendit: homines enim vsq; ad interfectionem corporis sæuire possunt, animam vero post illam corporis mortẽm, in potestate habere non possunt. Diabolus autem quas animas persecutus com prehenderit, possidebit. *Et conculcet in terra vitam meam*.idest,conculcando terram, faciat animam cibum suum: non enim tantum leo, sed & serpens appellatus est,cui dictum est *terram comedes*. Et peccatori dictum est, terra es in terram ibis. *Et gloriam meam in puluerem deducat*. Hic est ille Puluis, quem proijcit vẽtus à facie terræ,s.superborum, vana, &

Gloria vana cauẽda.

F inepta iactantia, inflata, & non solida, tanquam vento elatus pulueris globus. Rectè ergo hic ponit gloriam, quã non vult in puluerem deduci, vult illam soli dam habere intra conscientiam,vbi coram Deo nulla iactantia est. Qui gloriatur (inquit Apostolus) in Domino glorietur. Ista soliditas in puluerem deducitur si per superbiam, quæ contemnẽs secretum cõscientiæ,vbi solus Deus hominem probat,velit apud homines gloriari:Vnde alibi scriptum est, Deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placẽt. Qui autem expertus est vitiorum supe-

G randorum gradus,intelligit hoc vitium inanis gloriæ,vel solum, vel maxime cauendum perfectis:quo enim vitio primo lapsa est anima,hoc vltimum vincit. Hic autẽ super eo quod dicit, *gloriam meam in puluerem deducit*. Est notandum, q̃ peccatorum gloria realiter in puluerem idest, ad nihilum deducitur: nec mirum quoniam sicut summa virtus,& Deo placens est post peccatum, de peccato dolere,& contristari: sic summa iniquitas est post peccatum commissum de peccato gloriari,gaudere, & lætari, sicut faciunt superbi,& vani:de quibus dicitur Pro.2.

Gloria peccatorũ pessima.

H Lætantur cum male fecerint,& exaltant in rebus pessimis. Quos Psal. reprehendit. Psal.51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Quod ideo dicit,quoniam sunt multi, qui non solũ delectantur,& gloriantur, dum male faciunt,sed etiam transacto peccato,& ipsius delectatione, dum recordantur de commisso peccato, in tali recordatione delectantur,atque gloriantur. Tales.n. in mẽte sua fabricant sibi quoddam Idolum præteritorum malorum, ad cuius recor-

recordationem delectantur, de quibus conqueritur Dominus. Isa.2. Populus meus mutauit gloriam suam in Idolum, non considerantes, quòd talis gloria ad ignominiam æternæ damnationis tēdit. Oseæ 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Sed forte dices, in quo quis magis peccat, an delectatione peccati, dum illud actualiter committit, vel in delectatione recordationis, vel in gloriatione recordationis peccati iam præteriti? Respondeo, quòd cæteris paribus talis magis peccat in recordatione cum delectatione mali cōmissi, quàm in actuali delectatione, dum illud committit. Quod probo primo, quia quantæ bonitatis est dolor, & contritio de commisso peccato tantę malitiæ est delectatio vel gloriatio de commisso præterito peccato cæteris paribus; quod patet, quia ista duo dolor & delectatio circa idem peccatum, contrariantur directè in bonitate, & malitia: sed dolor de commisso peccato est tantæ bonitatis q̃ eius bonitas superat malitiam peccati commissi, quia ipsum delet & tollit: ergo consimiliter delectatio de peccato commisso erit tantæ malitiæ, q̃ malitiā peccati commissi superabit. Præterea cum peccatum sit solum in voluntate, quia sola voluntate peccatur secundum Magist.lib.2.dist.25. illud peccatum erit grauius, quo voluntas magis deformatur, sed magis deformatur in delectatione commissi peccati, quam in commissione eiusdem: quod patet, quia eandem deformitatem in commissione peccati prædicti habitam, habet postea in delectatione recordationis ipsius: quod patet, quia nunc illud peccatum se commisisse vult, & acceptat, & vltra hoc habet nouā deformitatem, s. actus noue de peccato præterito lętando: ergo nūc magis peccat, q̃ ante primū peccatum committendo peccauerat. Hæc ergo est peccatorum gloria, quæ in puluerem, i. nihilū citò deducitur, quia peccatores & ipsorum gloriatio sunt tanquā puluis, quē proijcit ventus a facie terræ psal.1.

Ver.92. Psal.9. *Multiplex iustorū lætitia.*

Lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.

Hic est notandum quòd multiplex est lætitia iustorū, scilicet lætitia ex puritate animorum, lætitia, ex prosperitate proximorum, lætitia ex euasione periculorum, lætitia ex assecutione præmiorum. De prima Isa.35. Exultabit lætabunda, & laudans, gloria libani data est ei. Rectè enim anima iusti lætabūda & gaudens exultari dicitur, cui gloria Libani, idest, conscientiæ candor donatur à Deo. Libanus enim candidatio interpretatur, quoniam talis anima est effecta aptum receptaculum illius, qui est candor lucis æternæ, & speculum sine macula, propter quòd Eccles.9. dicitur. Omni tempore vestimenta tua sint candida, vbi per uestimenta candida significantur animæ opera munda, quæ omni tempore seruari debent, & iubentur munda. Si enim quis maculam uestis mundare satagit, quanto magis maculam corporis? quanto plus maculam animæ, quia anima plus est quam corpus? secundo lætitia sanctorum consurgit ex prosperitate proximorum Cant. 3. Egredimini filię Syon, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis illius. Vocat enim spiritussanctus filias Syon, vt uideant prosperitatem regis sui, non vt inuideant, sed vt gaudeant, & lętentur. Sicut enim per confessionem debemus flere cum flentibus, sic per caritatem gaudere cum gaudentibus, cuius oppositum faciunt inuidi, qui de malo proximi lætantur, sed de bono dolent: contra quos dicitur Prouer.17. Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus 3. Est iustorum lætitia de euasione periculorum. Isa.55. lætabitur deserta inuia, & exaltabit solitudo & florebunt quasi lilium. Anima enim peccatrix uocatur deserta propter meritorum carentiam, inuia propter deuia uitiorum, sed dicitur solitudo, quia quandiu in tali statu est, sibi non proficiunt suffragia meritorum electorum. Sed ista deserta & inuia tunc lætatur, quando à patre omnium, à quo procedit omne datum optimum, & omne donum perfectum, quoniam ad merēdum confertur, & à deuio uitiorum vocatur. Tunc autem solitudo exultare dicitur, quando animæ peccatrici, quæ primo non habebat propria merita, aliena suffragantur. Quarto est lætitia iusto-

cum ex affectione præmiorum: psal.15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Ex visione enim vultus Dei anima sancta repletur lætitia, quia ibi plene satiatur psalm.16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Tanta est enim gloria Dei, quòd excedit omnem auiditatem mentis humanæ. Isai.51. lætitia sempiterna erit super capita eorum, idest, excedens mentem eorum.

Ver.97. Psal.9.

Perijt memoria eorum cum sonitu: Dominus in æternum permanet.

VEl vt per hoc intelligatur, quòd magnus strepitus & sonus fit ī homine, quando de vitijs ad uirtutes, de infidelitate transit ad fidē. Vndè & aliqui textus habent, *Perijt memoria eorum cum strepitu.* Et sic istum passum exponit August. sic dicens. *Perijt memoria eorum cum strepitu*, scilicet impiorum sed cum strepitu, quia strepitus dictus est vel cum impietas euertitur, non enim trāsit impius ad summam pacem vbi summum silentium est, nisi prius magno strepitu cum vitijs suis belligerauerit, sed cum strepitu dictum est, vt pereat memoria impiorum etiam ipso strepitu pereūte, in quo tumultuator impietas, dominus autem in æternum permanet. Vel potest intelligi de malorū memoria, qui hic honorantur & prædicantur, sed obstinati permanentes finaliter ipsorum memoria & reuerentia peribit & hoc cum strepitu, sicut euenire consueuit plāctus vel sonus, cum res prosperæ aduerso fine terminantur, cum scilicet magni & potentes domini deprimuntur. Et nota quòd impiorum memoria perit, & ipsi cum illa propter multa peccata, pereunt enim pro uento superbiæ, sicut fumus quando eleuatur, absumitur vento. Sic enim perijt lucifer, vnde sapient.4. dicitur disrumpet illos in fletus sine uoce, sequitur, & memoria eorum peribit, psal. Deiecisti eos dum eleuarentur. Et alibi quasi admiratiue de superbis dicitur, quomodo facti sunt in desolationem, idest, qui tanti erant, & respondet: subito defecerunt, pereunt propter iniquitatem suam. Secundo pereunt ueneno inuidiæ, sicut veneno potatus perit: Sic perijt Cain inuidia. Vnde Iob 4. Recor-

Pereunt vitia cum strepitu.

Perit quis propter multa peccata.

E dare obsecro te, quis unquam innocens perijt? aut recti quando deleti sunt? potius uidi eos qui operantur iniquitatem & seminant dolores flante Deo perijsse. Tertio pereunt errore auaritiæ, sicut perit asinus nimio onere pressus psal.48. insipiens simul & stultus peribunt, & relinquent alienis diuitias suas, sicut ursus vel capra quando fixe respiciunt peluim æneam ignitam uisum perdit. Eccl. 34. de ijs qui sectantur aurum multum dicitur. Et omnis impudens peribit in illo, Et de talibus etiam dicitur Eccl.5. Pereunt in afflictione pessima. Quarto F pereunt phrenesi iracundiæ, quia per iracundiam separatur homo à Deo, & ab hominibus, sicut perit membrum quando separatur à corpore. Iud.5. Sic pereāt omnes inimici tui Domine. Iracundia enim viri ipsum facit Deo inimicum: psal 9. Increpasti gētes, & perijt iniquus. Sic enim per iracundiam perijt Dathan & Abiron, Num.17. Quinto pereunt fame acidiæ sicut lethargicus quando nō excitatur, tunc enim dormit homo, quādo nil boni operatur, sicut perit ignis quando ligna non sibi ministrātur. Ideo psal.2. Seruite Domino in timore, nequā G do irascatur dominus, & pereatis de via vestra. Sexto pereunt aquis luxuriæ, sicut homo perit submersus in aqua Thr. 3. Inundauerunt aquæ super caput meū, & dixi perij. Et huius periculi occasio sæpius est species creaturæ. Eccl.9. Propter speciem mulieris multi perierunt. Septimo pereunt excessu gulæ, sicut hydropicus perit propter excessum potus. Eccl.37. Propter crapulam multi perierunt. Et Ioel 1. expergiscimini ebrij & flete & ululate omnes qui bibitis vinū in dulcedine, quia periit ab ore vestro.

H *Exultabo in salutari tuo infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt.*

Ver.105. Psal.9.

HIc autem omnia considerans, & prævidens psal. de iis gratias agēs Deo dicit. *Exultabo in salutari tuo.* quæ sunt verba Ecclesiæ quæ in persona suorum Martyrum dicit. Vnde hic ait Aug. *Exultabo in salutari tuo*, &c. nunc ecclesia, quæ hic affligitur, quæ nunc circunferente errore gentilium atteritur dicit *Exultabo in salutari tuo.* i. cum beatitudinem

nem obtinebo à salutari tuo, quod est A dominus Iesus Christus, Virtus, & sapientia. exultabo etiam quia infixę sunt gentes, i. inclusæ in interitum & in mortem, quam alijs parauerunt; quin imò in peiorem. Aduerte ergo quemadmodum seruetur pœna peccatori de operibus suis, & quemadmodum qui voluerūt persequi ecclesiam, in eam captionem sunt infixi, quam alijs inferre putabant. Vel aliter vbi sciendum q interitus dicitur mors, & per interitum aliquando intelligitur Diabolus, aliquando vero peccatum, quod ad mortem æternam ducit. Infigitur ergo in interitu qui ecclesiam B persequitur, quia in manib. diaboli traditur, & per peccatum ad æternam ducitur mortem, sic.n. diabolus peccatorē blanditijs decipit, ut ad interitum ducat, ut ostendit Greg. 14 Moral. c. 15. Super illo verbo Iob 18. calcet super eum quasi rex interitus dicens. Hic nomine interitus ipse hostis humani generis q interitum intulit designatur, de quo ad Ioannem dicitur, & nomen illi mors. Iste ergo interitus in die exitus, quasi rex super impiū calcat, quia quē prius blandis persuasionibus decepit, ad æternum uiolentis nexibus suppliciorum tece C pit, tantoque eum durius premit, quanto eum in prauis actibus astringit, qui hic quoque dum mentem reprobi possidet calcat, quia quotiens eam delectationibus premit, quasi toties super eam pedes suæ tyrannicæ dominationis ponit: si autem interitus nomine peccatū debeat intelligi, ex quo contingit reprobos ad interitum trahi, talis nimirū interitus quasi Rex calcat mentem cum eam non resistentem possidet, non.n. potest in hac vita homini posito, tentatio deesse peccati, sed aliud est peccato tentanti resistere, aliud dominanti seruire. D Iniquus autem quisque quia resistere peccati persuasionibus nescit, subiugari eius dominationi non pertimescit, rectè de eo dicitur, calcat quasi Rex super eum interitus &c. De isto ergo interitu, quo mali capiuntur, ait psal. infixæ sūt gentes in interitu, quem fiiunt. Qualiter autem mali capiantur per interitū, quem alijs parant, declarat per sequentem uersum dicens,

Interitus dicitur diabolus & peccatum.

Dum superbit impius, incenditur pauper, comprehenduntur in consilijs, quibus cogitant.

Ver. 113. Psal. 9.

NOtandum quòd consilium superborum & peccatorum multiplex in scriptura reperitur, scilicet cōsilium infidelitatis, quod est proditorum: crudelitatis, quod est tyrannorum. temeritatis, quod est superborum. Voracitatis quod est gulosorum, falsitatis, quod est hypocritarum, impietatis, quod est Idolatrarum. De primo infidelitatis, tale fuit consilium Achitophel, qui consuluit in mortē domini sui Dauid 2. Reg. 17. Sed eius consilium fuit infatuatum, & eum comprehendit, quia uidēs quòd consilium Chusi, suo prælectum fuit, seipsum suspendit. Tales cōsiliarij proditores contra dominum suum Christū fuerunt Iudæi, ut habetur Ioan. 11. colligerunt Pontifices, & Pharisęi consilium aduersum Christum vt eum morti traderent, tamen istud consilium comprehēdit eos, quia mors Christi fuit eorum dissipatio, & nota qūo Iudæi, contra tria, quæ in homine magis refulgēt, contra Christum fuerunt consiliati. s. contra Christi sapientiam, ut eum verbis caperent, contra Christi potentiā, vt eum morti traderent, contra Christi clementiam, ut eum Dæmoni ascriberent de 1. Matth. 22. Abeuntes Pharisæi consilium inierunt vt caperent Iesum in sermone de 2. Matth. 26. Concilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent, & occiderent: de tertio quoniam ut eius miracula diffamarent consulebant, ut dicitur Luc. 7. Pharisæi autem & legis periti consilium Dei spreuerunt &c. Vnde ideo de Iudæis ad litteram conqueritur Christus Hieremiæ 11. cogitauerūt super me consilia dicentes mittamus lignum, in panem eius, & eradamus eū de terra uiuentium. & nomen eius non memoretur amplius. Secundo est principaliter consilium tyrannorum crudelitatis de quibus dicitur ps. 83. Super populum tuum malignauerunt, consilium cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Tale erit Antichristi consilium, & satellitum eius, de quibus ait Greg. 23. Moral. cap. 16. Super illo verbo Iob. Oculi eius vt palpebræ diluculi, per oculos quippe, qui

Gentilium peccatum multiplex.

qui inhærentes capiti vilitati uisionis inseruiunt, non immerito consiliarij Christi insinuantur, qui dum peruersis machinationibus quæ qualiter agenda sunt, præuident malignis eius operarijs, quasi ostensum iter pedibus præbent, tamen talium consilium dissipat Deus ps. 32. Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autẽ cogitationes populorũ. Tertio est consilium superborum, qui scilicet suis consilijs attentant mala facere, quæ tamen perficere non possunt, de quibus psal. 20. Cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Quarto est consilium gulosorum: tale fuit eõ filium Adæ, qui relicto consilio Dei, & inhærens consilio proprio, ad ligni vetiti esum se conuertit Eccl. 15. Ab initio Deus fecit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Quinto est cõsilium hypocritarum: isti sunt falsarij, qui vnũ prætendunt, & aliud intendunt, de quibus Prouerb. 12. Consilia impiorũ fraudulenta. Sexto est consilium idololatrarum: tale fuit consilium Ocoziæ regis, quod petebat ab idolis. 4. Reg. 1. Misit nuncios dicens eis: ite & consulite Beelzebub Deum Acaron. istud est consiliũ impiorum ab omnibus fugiẽdum, ps. 1. Beatus uir qui non abijt in consilio impiorum. Impius. n. dicitur omnis idololatra, sicut pietas dicitur cultus Dei, ut ostendit Bernard. super eadem verba psalm. 1. dicens. Habent infelices huius mundi amatores suum seorsum a iustis consilium, quo squamæ squamis coniunguntur; & non est spiraculũ in eis, &c.

Ver. 119. Psal. 9.

Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor, & dolor.

Vel aliter, vbi sciendum, ꝙ os & lingua data sunt homini, ut quod interius concipit, exterius promere possit & sic per simile, illud manet in ore, & sub lingua, quod quis facere cogitat interius, sed exterius ꝙ ducere non potest, seu perducere ad effectum: sic erit de Antichristo, qui per artes magicas cogitabit cœlum obtinere, quod tamẽ effectu carebit: & hanc intentionem habet hic Aug. vnde ait. Cuius maledictione os plenum est, magnum maledictum est tam nefandis artibus cęlum appetere, & ad capiendam æternam sedẽ talia comparare: sed hac maledictione os eius plenum est, quia non habebit effectum ista cupiditas, sed infra os eius tantum ualebit ad eum perdendum: quia hæc sibi ausus est polliceri cũ amaritudine, & dolo. i. ira & insidijs, quibus in suam partem conuersurus est multitudinem. *Sub lingua eius labor & dolor.* Nihil est laboriosius iniquitate, & impietate, quem laborẽ sequitur dolor: quia non solum sine fructu, sed etiam ad perniciem: & omnia ista sunt sub lingua eius, quoniam tacite ista cogitaturus est, hominibus autem locuturus ut bonus, & iustus, & Dei filius uideatur. Notandum ꝙ iusti alio labore laborant, quàm Antichristus, sub cuius lingua est labor & dolor. Quoniam ipsi habent laborem dolentium ad deletionem peccatorum, vt dicitur, laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum psal. 6. Non est mirum si in gemitu suo laborant qui vias peccatorum suorum luctuosas, & difficiles considerant: & tanto in eis maiorem gemitus materiam reperiunt, quanto ibi maior materia diuinæ offensionis reperitur: propter quod dixit psal. Cor meum cõturbatum est in me &c. Secundo. Est labor studentium ad inquisitionem occultorum. Eccle. 6. In opere eius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus eius. Hoc dicit Sapientia, sed quomodo dicit, ꝙ exiguus est labor studendi, cum experti sapientiæ sciant quòd studere est magni laboris? Vnde Prouer. 2. dicitur. Si inuocaueris sapientiam, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, si quæsieris eam quasi pecuniam, & quasi thesauros effodies illam, tunc intelliges. In quibus verbis notа quòd ad inquisitionẽ Sapientiæ quatuor requiruntur. Primum est assiduitas orationis, quod notatur ibi: si inuocaueris sapiẽtiam. i. in te & ad te per frequentem orationem. Secundum est auiditas eruditionis, quod notatur ibi, & inclinaueris cor tuum prudentiæ. Tertium est sedulitas inuestigationis, quod notatur ibi, si quæsieris eam quasi pecuniam. Quartũ. Est profunditas perscrutationis, quod notatur ibi, & quasi thesauros effoderis illam. Hæc autem omnia

Iustorũ labor, multiplex.

Quatuor requiruntur ad inquisitionem sapientiæ.

nia multum sunt laboriosa, quomodo ergo dicit, quod in opere eius exiguum laborabis? Respondetur quòd quamuis labor studij sit magnus in se, tamen est exiguus respectu fructus, & vtilitatis à sapientia percipiendæ. Tertio est labor patientium per tolerantiam aduersorũ, de quo Apoc.2. Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam. Deus nihil ignorat, tamen laborem nostrum, & patientiam dicitur scire, quia, scilicet, ipsam approbat. Quarto est labor meditantium per contemplationem æternorum, de quo Isa.53. dicitur, Pro eo quod videbit & saturabitur &c.

Ver.122. Psal.9.

Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum.

VEl aliter secundũ glossam dici potest econuerso, vt prius de violentia, postea de dolo agat hoc modo, *Insidiatur vt rapiat pauperem*. I. em insidiatur rapere pauperem dolo, dum blanditijs attrahit eum ad se, quod tamen est rapere. In hoc enim notatur quòd grande erit peccatum Antichristi. Si enim rapina rerum temporalium est grande peccatum, quanto magis rapina sanctarum animarum? Ad quod notandum dicit Alber.22. de animalibus: quod lupus intrans ouile non est contentus vnam ouem strangulare, quamuis ad comedendum sibi ea sufficeret, sed omnes si potest strangulat. Sic raptores & auari, quamuis quod ab vno rapiunt, sufficeret eis, non tamen contentantur, nisi rapiãt bona multorum. Ezech 22. Principes tui quasi lupi in medio eius rapientes prædam. Tamen videtur quòd sint lupis peiores, quia sicut dicit Philosophus libro sexto de Animalibus. Lupus saturatur multoties vna comestione, & ideo cum multum comederit, manet duobus & tribus diebus sine cibo, isti vero nunquam satiantur & ideo quanto magis rapiunt, tanto ad rapiendum fiunt auidiores: quibus competit illud Abac.1. Velociores lupis uespertinis, hoc autem procedit a natura multum corrupta. Quòd enim homo rapiat, uel deuoret hominem, est contra hominis naturã, quoniã homo naturaliter est animal mansuetum & ciuile, unde hoc videtur magis factum con

Rapina est grande peccatum.

Lupis assimilatur auari.

A tra naturam quam mors. Dicit Tullius lib.3. de offic. Sicut detrahere aliquid alteri in homine, & hominis incommodo augere suum commodum, est magis contra naturam quam mors. Sicut enim vnumquodque corporis, membrum si hunc haberet sensum, vt posset putare se valere, si proximi membri ualetudinem detraxisset, & interire totum corpus necesse esset, sic unusquisque nostrum, si ad se rapiat commoda aliorum, communitas & societas hominum necesse est enerti. Hęc ille. Vnde Prou.1. Rapinæ impiorum detrahent eis.

B

Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

Ver.128. Psal.9.

ADuerte quòd iusti duplicem persecutionis tribulationem patiuntur scilicet interiorem & exteriorem, & illa persecutio seu tribulatio nimia vocatur respectu istius, & in his omnibus nos adiuuat Dominus: vnde glossa. Adiuuat nos Deus uincere tribulationes & non solum in alijs, idest illas quæ sunt exterius, sed etiam illas quæ sunt nimis, scilicet quæ sunt in conscientia. Tribulatio-C nes enim quæ sunt intus à nobis, nimis sunt, nulla est enim maior tribulatio quã peccatorum conscientia, sed in his adiuuat nos Deus, quia peccata dimittit. Et hæ tribulationes inuenerũt nos, nõ nos illas ut per nos pœniteremus, sed ipsæ tribulationes inuenerunt nos alijs monentibus nos pœnitere. Aliquando ergo inuenit tribulationem peccator, quã do, scilicet sine monitione alterius considerat sua peccata, & sic pœnitet dicens, tribulationem & dolorem inueni. Aliquando vero tribulatio inuenit hominem, quando, scilicet alterius persua-D sione pœnitet, & sua peccata cognoscit. Sine ergo per tribulationes intelligantur peccata, siue pœnæ peccatorum, ipse Deus adiutor est in tribulationibus, quia & peccata remittit, & mitigat pœnas, propter quod dicitur psal.36. Adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos a peccatoribus, & saluabit eos quia sperauerunt in eo. Et ideo quia per septem peccata principalia tribulationes & aduersitates nos premunt, quia cuilibet peccato sua correspondet tribulatio,

Tribulationem patitur iustus duplicem.

Tribulatio quandoque inuenit nos, & nos quãdoque illã.

Septem vicibus oramus in die, & quare.

bulatio, quia aliunde turbatur superbus, aliunde auarus, & sic de alijs, ideo septem uicibus in die, idest septem horis canonicis adiutorium Dei postulamus dicentes illud psal. 69. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Vel hoc dicitur septem uicibus propter diuersas tribulationes, quas per septem ætates præsentis uitæ patimur. Propter quod ibidem ait glossa: Quia semper adiutorio Dei egemus in hoc sæculo propter tribulationes uarias, ideo adiuuari petimus dicentes. Deus in adiutorium meum intende, & quia dum Dei erga nos tardat misericordia, contra nos tribulationum crescunt tormenta, ideo instanter dicimus. Domine ad adiuuandum me festina. Et nota quòd hæc oratio, scilicet, Deus in adiutorium meum intende in principio omnium horarũ dicitur, quia cum orare debemus, maxime diabolus nos tunc tentat, ideo in principio horarum omnium contra illius insultus Dei postulamus adiutorium dicentes, Deus in adiutorium meum intende. Quis.n. nos pauperes viribus, uos orphanos, & pupillos, qui patrem nostrum peccando amisimus, adiuuare potest nisi Dominus? Et ideo nunc sibi dicitur. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. &c.

Horis Canonicis quare præmittitur Deus in adiutorium meum.

Ver. 132. Psal. 9.

Iudicare pupillo, & humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

Homo dicitur multipliciter.

Accipitur homo in scriptura multipliciter, quandoq; enim significat bonos secundum rationem uiuentes: quandoque vero significat malos sensualitatem ut iumenta sectantes, sicut ait Apostolus. Cum sit inter vos zelus & contentio,, nonne carnales estis? Hoc idem allegat Greg. mor. 24. cap. 5. dicens, Sancta scriptura aliquando homines dicere solet humana sapientes, sicut Apostolus ait. Cum enim sit inter uos zelus &c. nonnunquam homines dicit eos, quos à bestijs ratione distinguit, idest illos, quos uou subijci passionum motibus ostendit, quibus per prophetã dicitur vos autem greges mei homines estis. Quia illos nimirum Deus pascit,

E quos uolupras carnis iumentorum more non afficit. At contra hi, qui carnali affectioni succumbant, non iã homines, sed iumenta nominant. sicut de aliquibus in peccato suo morientibus per prophetam dicitur. Computruerunt iumẽta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore computrescere est carnales homines in fœtore luxuriæ uitam finire, de quibus per prophetam dicitur: carnes asinorum carnes eorum, & fluxus equorum fluxus eorum. Vnde etiã per Dauid dicitur: Homo cum in honore esset, &c. Sicut ergo merito uocantur F homines, qui iustitiæ rõne suffulti sunt: & sicilli homines irrationabilia animalia uocantur, qui carnalibus delectationibus deseruiunt. Hæc Greg. Ex quibus patet, ꝙ homo non solum dicitur ille, qui ratione utitur, sed etiam ille ꝙ bestialiter viuit. Sic igitur ad propositum hic accipitur homo pro peccatore, quãdoque pro maximo peccatore. f. Antichristo de quo fuit dictum superius: cõstitue domine legislatorem super eos, vt sciant gẽtes, quoniam homines sunt: ubi exprimebatur eius exaltatio, sed nunc exprimitur eius condemnatio, cũ G dicitur, ut non apponat vltra magnificare se homo super terram.

Dominus de cælo prospexit super filios hominum ut uideat, si est intelligens, aut requirens Deum.

Ver. 158. Psal. 13.

Videt Deus multos ad multa.

Notandum ꝙ quamuis nihil sit occultum Deo, aliquos tamen specialiter uidere dicitur Deus, quãdo. s. Deus uidet conuersos à sceleribus ad condonandum. Secundo uidet conspersos ex mæroribus, ad consolandum. Tertio peruersos in criminibus ad condem H nandum. Et quarto perfectos in uirtutibus ad remunerandum. Primo ergo uidet conuersos à sceleribus ad condonã dum: sicut enim pius, & dulcis Dominus uidet oculo misericordiæ seruum post offensam reuerientem se culpabilem cognoscẽtem, veniam postulantẽ, sic etiam Deus uidet peccatorẽ de peccato ad ipsum redeuntem. Iona. Tertio vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de uia ipsorum mala, & misertus est super malitia, quam locutus est, vt faceret

faceret & non fecit. Nota historiam, & videbis ipsorum perfectam pœnitentiā, & conuersionem acceleratam,& generalem in verbo,in modo, in facto , in veste,& in cibo,absque præcepto,sine præcedente signo,& prædicante eis homine ignoto. Sed hodie quot signa, quot documenta præcedunt, & tamen pœnitere,& conuerti recusamus? Fuit etiam generalis pœnitentia , quia magni, & parui nobiles,& ignobiles, quia omnes ieiunàuerunt,sacris se induerunt,in cinere sederunt,& ideo Deus ipsos oculo misericordiæ vidit. Huius figura habetur de Filio prodigo Luc. 15. Secundo videt Deus dispersos ad consolandum , amicus enim amicum desolatū uidet, ut consoletur,sic & Deus,& hoc postulabat Propheta Daniel.9. Dicens Deus meus inclina aurem tuam, & audi,aperi oculos tuos, & vide tribulationem meam,quasi dicat,misericordia tua omnes desolatos oculo pietatis videt, ut consoletur, & patuit in Ezechia rege, cui dicitur Isa.38. Vidi lachrimas tuas, & ibidem patet,quomodo misericorditer fuit ipsum consolatus corporaliter sanādo,ad templum ipsum reducendo, de inimicis victoriam sibi dando, uitam ipsius prolungando,filium ei dando. Sic uidit Viduam desolatam filium eius suscitando Luc. 6. Et sic de multis alijs. Tertio videt peruersos in sceleribus sicut Iudex iustus uidens latronem,ut ipsum suspendat,sic.n. Deus videt peruersos,ut ipsos puniat Deut. 32. Vidit dominus,& ad iracundiam concitatus est. Et attende q̄ maximè tria genera peccatorum Deus videt ut puniat, s. luxuriosos, superstitiosos, & superbos , seu præsuntuosos. De primis Gen. 18. Descendam, & videbo , utrum clamorem opere compleuerint, qui igne, & sulphure puniti sunt. De secundis qui diuinam prouidentiam negant. Et propterea laxantur homines ad omnia peccata. Psal. 93. Non uidebit dominus, neē intelliget Deus Iacob. Quorum falsā opinionem statim redarguit dicens. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui plantauit aurem &c. De tertiis alia de se præsumentibus dicitur illud Matt. 22. Intrauit aūt rex,vt videret discumbentes &c. Sequitur ligatis manibus , & pedibus, &cæt. Quarto videt perfectos in uirtutibus ad præmiandum,qui,scilicet faciunt iustum,& iuste,scilicet qui dirigunt opera sua bona ad finem rectum Matth. 5. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis &c. Sed à Patre cœlesti,qui videt in abscondito,& reddet tibi. Et istis omnibus modis Dominus de cęlo prospexit, ut uideat conuersos,consversos,peruersos,& perfectos.

Tria genera peccatorum maxime Deus videt, ut puniat.

Quoniam Dominus in generatione iusta est: consilium inopis cōfudistis, quoniam Dominus spes eius est. Ver. 6. Psal. 13.

VBi nota quod Christi consilium inter cætera multas habet conditiones. Nam hoc consilium sapientia gubernatur, potentia roboratur, gratia multa fęcundatur, ab hominibus occultatur, à stultis irritatur, & à iustis imitatur. Primo Christi consilium sapientia gubernatur , imò ipse æternæ sapientiæ associatur Prou. 8. Ego sapientia habito cū cōsilio,& de Deo dicitur Iob 12. Apud ipsum est sapientia,& fortitudo, ipse habet consilium,& intelligentiam. vide huius expositionem per Gregoriū lib. 11. Moral.c.4. Habet autem Deus consiliū, & intelligentiam &c. Secundo potentia roboratur. s. sic quod in nullo potest permutari, vel cassari Tob.3. Nō est in hominis potestate consilium tuum dominē. Vnde consilium Dei cum fortitudine associatur. Isa. 11. Requiescet super eum spiritus consilij,& fortitudinis. Tertio gratia multa fęcundatur: consiliū enim Dei non præceptū uocatur opus supererogationis,q̄ est amplioris meriti,quam sit nuda præceptorum obseruatio: sicut virginitatis obseruatio opus est nō præcepti,sed cōsilij,& ideo maioris meriti; propter quòd dicit Apostolus 1.Cor.7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autē,&c. Et q̄ sit amplioris meriti ostēdit dicens, Benefacit qui iungit matrimonio Virginem suam & qui non iungit,melius facit, beatior autem erit si sic permanserit secundum consilium meum. quarto ab hominibus occultatur,quis enim cognoscere potest æternum

Consilium Dei habet multas conditiones.

num Dei consilium? Sap. 9. Quis enim cognoscere potest &c. Et Iob. 15. Nunquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapiẽtia. Quod exponit Gregor. lib. 12. Moral. c. 11 dicens. Ac si verbis apertioribus dicat, tu de æterno loqueris, pensa, quia temporalis es: qui de eius sapientia disputas, pensa quia eius consilium ignoras. Quinto a stultis quãtum, scilicet in eis est, irritatur, & despicitur. Psal. 106. Exacerbauerũt eloquiũ Dei, & consilium altissimi irritauerunt. Sic & de Iudæis, qui murmurauerunt contra Deum in deserto quærẽtes cibaria. Dicitur Ps. 105. Obliti sunt operum Dei, & non sustinuerunt consilium eius. Vbi glos. dicit. Non sustinuerunt consilium eius. i. non patienter expectauerunt donec Deus eis victualia daret, ꝙ differebatur consilio eius: Deus. n. erat illis victualia daturus, sed illi nimia festinatione anticipauerunt, sub diffidẽtia petentes non expectantes cõsilium eius, distulit. n. Deus date, ut probaret eos, propter quòd de ipsis Deus conquerebatur. Prou. 21. Dicens, despexistis consilium meum: ego quoque in interitu vestro ridebo. Sic & Christo pręsente istorum successores eius consilium spreuerunt, de quibus dicitur nunc, Cõsilium inopis confudistis. Sexto à iustis imitatur. Vnde iusti diuinum cõsiliũ aui de præstolantur: de quibus dicitur Is. 5. Aperiet, & ueniat consiliũ sancti Israel, & sciemus illud. propter quod & Paulus illud auide prædicabat dicẽs Act. 2. Non. n. subterfugi quominus annunciarem vobis consilium Dei.

Ver. 170. Psal. 14.

Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium nõ accepit aduersus proximos suos.

Circa istam triplicem veritatẽ moraliter est notandum. s. quòd veritas est triplex. Veritas vitæ. Tob. 1. Viã veritatis non deseruit. Secunda est veritas Doctrinæ Exod. 29. Pones in rationali doctrinam, & veritatem. Tertio est veritas iustitiæ Exod. 18. Prouide de omni plebe viros timentes Deum, in quibus sit veritas. Et hæc triplex veritas hodie defecisse uidetur: Primo. n. veritas vitæ, quasi in omnibus defecisse videtur. Isa. 49. Facta est veritas in obliuionem, & Mich. 7. Perijt sanctus de terra, & non est veritas in hominibus. Secũdo veritas doctrinæ deficit in discipulis, & doctoribus vnde. 2. Thim. 4 Prędictũ est ꝙ modo impletum est. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt &c. Et ad fabulas conuertentur, sic modo in doctoribus defecisse videtur quamuis. n. multi multa sciant, tamen nõ faciunt, quæ facienda sciunt, & sic in eis non est vera adęquatio rei ad intellectum, quæ dicitur ueritas. Tertio veritas iustitiæ deficit in iudicibus atque rectoribus. Vnde 1. Math. 7. Non est in eis ueritas, & iudicium. Et Isa. 59. Iustitia longe stetit, quia corruit veritas in plateis. Sic igitur hodie singulæ ueritates defecisse uidentur. Cum igitur ueritas sit lumen intellectus, arguere possumus, ꝙ finis diei, idest huius mundi iã instat: sic. n. arguit Chrysost. super Matthæum, vnde inquit putas ꝙ candor iustitiæ iam de mundo recessit, & sol gratiarum radios in se cólligẽs reuocauit; & totam terram nigredo iniquitatis, quasi nox fusca cooperuit, nisi ideo q. & ipsa hora duodecima, idest vltima finietur? Vbique tenebras uides, & dubitas diem transisse? prius. n. in vallib. sit obscuritas die ad occasum declinante. Cũ igitur montes vides obscurari, quis dubitat quod nox est? Sic primum in laicis Christianis incipit præualere obscuritas peccatorum: nunc autem vides ꝙ sacerdotes positi in summo gradu, & vertice summæ dignitatis, qui montes, & colles dicũtur, ipsos apprehendit iniquitas tenebrosa: quomodo ergo dubitatur ꝙ finis est mundi? Hæc ille. Hanc autem omnem veritatem deficere præuidebat in mundo Dauid, quando dicebat Psal. 11. Saluum me fac Domine, quoniam deficit sanctus, quoniam diminutæ sunt ueritates a filijs hominum.

Qui facit hæc non commouebitur in æternum.

Ver. 173. Psal. 14.

Haec est vltima pars in qua cõcludit finalem bonorum fruitionem, quasi dicat qui seruat illa, quæ dicta sũt peruenier ad maiora bona, in quib. est inconcussa stabilitas. Et videtur mihi ꝙ

sicut

sicut in nouo testamento Christus fecit sermonem in montem, in quo omnia docuit, quæ ad informandam uitam bonorum spectant, sic & in antiquo testamento Dauid fecit istum psalmum, in quo omnis moralis vita concluditur; quia autem de quolibet obseruãte præmissa dicit. *Qui facit hæc non commouebitur in æternum.* Ideo notandum ꝙ in scriptura commotio est multiplex. s. Reprobationis malignorum, reproborum punitiua. Afflictionis tormentorum perditorum redemptiua: conuersionis peccatorum, uitiorum purgatiua. Eruditionis subditorum, credendorum ostensiua. Admirationis deuotorum, diuinorum laudatiua. Primo est cõmotio reprobationis malignorum &c. Commouere. n. aliquid, est illud a loco suo totaliter remouere: sic enim Deus malignos, & reprobos Iudæos commouit, quando propter ipsorum peccatum à proprio expulit solio, ut de hoc intelligatur illud Iob 9. Commouit terram de loco suo, & columnæ eius concutientur. Per terrã Iudæos intellige, qui solum in terrenis sperabant, per columnas autem intellige ipsorũ pastores, & doctores, qui propter uitia sua à propria Patria expulsi, & commoti fuerunt, & ad hunc intellectum exponit Greg. prædictum textum lib. 9. moral. cap. 2. dicens, de loco quippe suo terra commota est, cũ Plebs Israelitica de Iudeæ finibus est euulsa, quæ nimirum gentibus subdidit colla, quia subdi, suo auctori recusauit quæ. s. Terra columnas habuit, quia in sacerdotes, & principes, legis doctores, & Phariseos eius pertinax structura surrexit. In ipsis namque ædificium tenuit, & tranquillitatis suæ tempore sacrificiorum carnalium, quasi super impotente fabricæ onera portauit. Sed trãslatis mõtibus columnæ concussæ sunt, quia sedu ctis à Iudæa Apostolis, nec ipsi in illa uiuere permissi sunt, qui ab illa vitæ portatores expulerunt, digni quippe erat ut terrenam potentiam subiecti perderent, &c. Sed ista terra. s. populus Iudæorum de loco suo sic commota, & expulsa, ac per orbem dispersa, in fine sæculi est à Domino sananda, quia tunc commouebitur per pœnitentiam, & hoc est ꝙ dicitur Psal. 59. Commouisti terrã, & conturbasti eam: sanã contritiones eius, quia commota est. s. per pœnitentiam. Consimiliter commouetur Deus contra peccatores, quando ipsos puniẽdo ferit: vnde Reprobris de Deo dicit Iob, 13. Statimque ut se amouerit, turbabit nos, & terror eius irruet supernos. Ista commotio diuinæ perturbationis, seu commotionis, timenda est, & cõsideranda antequam feriat. Sed reprobi solum illam timent, quando feriuntur, vt ostendit Greg. lib. 11. Moral. c. 13. exponens supradicta verba Iob: iusti autẽ viri Deum metuunt antequam eius ira commoueatur, & ne commotũ sentiãt, tranquillum ipsum timent. At contra peruersi tunc iam ferire pertimescunt, cum iam à Deo commoto feriuntur, eosque tunc terror commotionis eius à somno sui corporis excitat, cum uindicta perturbat, &c. Vnde per Prophetã dicitur, sola uexatio intellectum dabit auditui. Cum enim de præceptis Dei cõtemptis uerberari experiunt per uindictã tunc intelligent, ꝙ audierunt: vnde psal. ait, cum occiderit eos quærebant eum: bene itaque dicitur statim vt se commouerit turbabit nos, quia reprobis cordibus non timor requiem, sed pœna parit timorem. Sic Greg. ista igitur commotione boni non cõmouentur, quia Deũ ante commotionem timent; sed mali commouentur, quia nõ timent nisi cõmotum. Vnde tam de bonis, quam de malis dicitur psalm. 45. De bonis quidem, Deus in medio eius non commouebitur. De malis autem subditur conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam, & commota est terra. Ad intellectum autem prædictorum scilicet qualiter Deus in medio bonorum non fuit commotus, sed malis fuit perturbatio, & commotio terræ. Nota historiã de rebellione Chore infra Ps. 45. in uersic. prædictorum. Bonis autem talis commotio non accidit, de quibus dicitur Psalm. 92. Etenim firmabit orbem terræ, qui non commouebitur, & Psalm. 23. Qui confidunt in domino sicut Mons Syon non commouebitur in æternum. Et hoc est, quod hic ait psalm. de ista commotione, Qui facit hæc non commouebitur in æternum. De alijs autem membris dicetur

Commotio multiplex.

Iudæi commoti fuerũt à propria Patria.

Commouetur Deus et qualiter.

Fff 2 infra

infra.ſ.de ſecũdo.Pſal.15.de ter.Pſ.172 de alijs autem tribus Pſal.11[illegible]

Ver.180. Pſal.15.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Notitia duplex ſ. intellectualis, & experimentalis.

NOtandum, ꝙ duplex rei notitia reperitur vna quæ habetur per intellectum, alia quæ habetur per experientiam. Illa autem quæ habetur per intellectus ſpeculationem & ſtudium, incipit ab vniuerſalioribus & tendit deorſum ad minus vniuerſalia, vt habetur 1. Phyſicorum. Illa autẽ quæ habetur per experientiam incipit è conuerſo à particularibus & tendit ad vniuerſalia, vt habetur 1. Metaphyſi. ſicut experior, ꝙ iſtud graue tendit deorſum, & illud, & illud, & ſic de ſingulis, & hinc faciam regulam generalem. ſ. ꝙ omne graue tendit deorſum, & ad iſtum intellectum loquitur Philoſophus 1. Poſter. dicens, ꝙ cognitio intellectiua fit ex præexiſtenti ſenſitiua, quia omne quod eſt in intellectu prius fuit in ſenſu: Modo ad propoſitũ.

Notitia experimentali Chriſtus proficiebat.

Anima Chriſti à principio ſui eſſe habuit cognitionem intellectiuam omniũ rerum, quia ſciuit omnia, nam Chriſtus fuit verus Deus, & verus homo, nullus autem hominum ſcit quæ ignorat anima eius, vt dicit Magiſt. lib. 3. de ſent. 13. cùm ergo Chriſtus homo Deus, ſciret omnia, ſequitur, anima eius omnia ſciebat, & hoc per intellectum, non autem experientiæ notitia, ſed in iſta notitia proficit, vt puta: A principio ſciebat, quid eſſet fames, quid ſitis, quid itinerare, quid pati, ſed horum non habuit experientiam a principio, ſed per proceſſum temporis expertus eſt, quid eſt fames, ſitis &c. quia in ſuis ſenſibus realiter iſta fuit paſſus, & expertus ſucceſſiuè. & ad iſtum ſenſum loquitur Apoſtolus Hebr. 5 dicẽs. ꝙ cum eſſet filius Dei didicit ex his quæ paſſus eſt, obedientiã. De iſta ergo duplici notitia. ſ. intellectuali, & experimentali hic Chriſtus gratias agens patri dicit, & primo de intellectuali, *benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum*, i. notitiam intellectualem omnium rerum. De experimentali autem ſubdit, *inſuper & vſq; ad noctem increpuerunt me renes mei*. Vbi alia litera

E habet erudierũt me: & ſic increpare hic ſtat pro erudire, nox autẽ ſtat pro morte: quia ſicut dies terminatur ad noctẽ, ſic & vita præſens ſuo deceſſu terminatur ad mortẽ. Eſt ergo ſenſus renes mei, ideſt, caro mea continuè erudiuit me vſque ad mortem, ideſt, continuè erudiebat vſque ad mortem à carne. i. experientiam accipiebat à carne. i. de paſſionibus carnes, quas ante non fueram expertus. Ex quibus apparet ꝙ increpatio, quandoque eſt vtilis, quia dat experimentalem notitiam rei. Ideò notandum ꝙ peccatores increpantur tripliciter

F primo per admonitionem caritatiuam pſal. corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me. Secundo, per aduerſitatis & tribulationum immiſſionem Iob 33. increpat per dolorem in lectulo, & oſſa illius putreſcere facit. Et iſti duo modi increpandi ex amore procedũt, & correctionẽ intendunt, & ideò patienter ſunt tolerandi Iob 5. Increpationem domini ne reprobes. Tertio, mali increpantur per diuinæ ſententiæ prolationem, de qua Matth. 25. eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Et conſequẽter diſcedite &c. & de iſta increpa

G tione dicit pſal. 9. increpaſti gentes, & periit impius. Iſta increpatio procedit ex ira, & ideò tam dura erit, vt tolerari nõ poſſit. Io. 6. durus eſt hic ſermo, & quis eſt. quæ violenter emittit ſonos ſicut tonitruum, & ſicut incudis ſonus, quotiẽs malleus percutit durum ferrum. Sic & in propoſito, nam vox prædictæ ſententiæ violenter emittit ſonos ſuos quaſi violenter proferendo ſententiam damnationis, quia niſi cum quadam diſplicentia & cordis triſtitia Deus homines damnat, quos creauit, vt beatificaret.

Ver. 181. Pſal. 15.

H *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.*

NVnc ſequitur ſecundum mẽbrum ſuperius omiſſum, quod erat commotio tormentorum, perditorũ redemptiua: iſta eſt commotio, qua noſtra pec-

cata

cata procuratione dæmonis Deũ commouerunt ad filium incarnandum, & vt nos perditos redimeret, ad Christũ pro nobis tormẽta & mortem tolerandũ. Ista commotio figuratur in commotione, qua diabolus Deum commouit ad Iob innocentem flagellandum, de qua dixit Deus ad diabolum Iob 2. Tu autẽ commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. Commouit ergò diabolus Deum, vt filium pro nobis morti traderet, quando primum hominem tentando traxit ad culpam. Qui filius ideo dicitur frustra afflictus, quia sine proprio peccato afflictus. Quæ omnia deduxit Greg. lib. 2. Moral. c. 9. a verbo, sic Iob redemptoris nostri &c. vsque ma culam tersit. vide locum. Et tamen quã uis pater sic aduersus filium commotus fuerit, tamẽ filius potestate diuinæ dex teræ munitus, commotus à voluntate paterna non fuit, ipso hæc dicente. *Quoniam à dextris est mihi dominus ne commouear.* Et nota quòd ista cõmotio passionis Christi nobis multum utilis fuit. Primo quia est causa commotionis ad gratificationem, quoniam ante illam eramus Deo inimici, sed per illam igne suę caritatis sumus gratificati, in cuius figuram dicitur 3. Reg. 19. Ecce spiritus grã dis, & fortis, subuertens montes, & non in spiritu Dominus, & post commotionem ignis, per spiritum grandem, & fortem accipe superbum hominis statum ante commotionem Christi passionis, per ignem autem post commotionem, accipe caritatem Dei post eius passionem diffusam in cordibus nostris: secundo est causa nostræ reformationis: ante enim istam commotionem sacra scriptura carnaliter intelligebatur, & ad litteram, sed post ipse nobis apperuit sensum, ut intelligeremus scripturas vt dicitur Luc. 20. In huius figuram dicitur Ezech. 3. Assumpsit me spiritus, & audiui uocem commotionis magnæ, benedicta gloria domini de loco suo assumpsit me spiritus, cum verbum patris per incarnationem suscepit hominem. Sed audita uox magnæ commotionis dum ipse patitur pro nobis in cruce, ad quam passionem sequitur luminosa informatio ut, s. clarè dicamus benedicta gloria domini. Tertio est causa nostræ resurre

Passionis Christi Iob figura fuit.

Commotionis passionis Christi utilitas multiplex.

A ctionis, ad ipsius enim potẽtiã sequitur nostra resurrectio, in cuius figuram dicitur Ezech. 37. Ecce commotio, & accesseruot ossa ad ossa vnumquodque ad iuncturam suam. Vide ibi quia satis clarè loquitur ad propositum.

Propter hoc dilatatum est cor meum.

Ver. 181. Psal. 15.

Cor frigidũ facit peccatum.

AD videndum cordis dilatationem notandum est hic ꝙ sicut omnia frigida constringunt sic per oppositum omnia calida habent ampliare, & dilatare. Cor autem peccatoris frigidum, & congelatum manet ex malitia peccati propter ꝙ dicitur Eccl 43. Super imbrẽ B expauescit cor, &c. Sicut solẽ effundet super terram, frigidus uẽtus aquilo flauit & gelauit cristallos. Vbi aduerte ꝙ frigiditas cordis hic tribus comparatur, scilicet imbri, soli, & uento aquilonari: quia cor frigidum, scilicet quòd caritate Dei non calescit vt imber terram, sic animam euanescere facit, & ut sol terrã sterilem, & aquilonaris uentus constringit, & congelat, ne uerbis Dei, aditũ pręstet. Vnde & corda prauorum niui, & grandini, frigidis, comparantur, ut ostẽ C dit Greg. 29. Moral. c. 13. super illud Iob 38. Nunquid ingressus es thesauros niuis, dicens, quid aliud in Niue, nisi frigida, & dura intelligẽda sunt corda prauorum, sicut enim feruore caritas, sic bo lectio sacro eloquio frigore malitia designari: vnde scriptum est, sicut frigidã facit aquam suam, sic frigidam facit animam malitia sua. in frigore ergo niuis, & duritiæ grandinis, quid aptius accipi potest, nisi frigida corda prauorum, quę & tempore frigescunt, & per duritiam malitiæ percutiuntur. Ista autem cordis frigiditas igne diuini amoris inflãmata dilatatur, & ardescit, ut merito talis il- D lud dicere possit Psal. 38. Cõcalluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. Quid enim tantum cor nostrum calefaciendo potest dilatare, vt ignis diuini amoris? qui omnem congelationem & obstinationẽ in corde per peccatum conceptum expellit, & ad bona peragenda dilatat, & inflãmat, ut ostẽ dit idem Greg. 18. moral. c. 15. super illud Iob 28. Lapis solutus calore in æs vertitur, dicens, tunc lapis calore soluitur, cum cor durum ac igne diuini amo

Caritas cor dilatat.

ris priuatum, frigidum eodem igne diui ni amoris tangitur; & in feruore spiritus liquatur, ut ad sequentem uitam, de fideriorum æstu ardeat, quam prius audiens insensibilis manebat. Ex quo ardore & emollitur cor ad amorem, & roboratur ad actionem, ut sicut prius fuerat in amore sæculi, ita postmodum se fortem ostendat in amorem Dei, & quod ante audire renuerat, iam ardens, & credere, & prædicare incipiat. Lapis ergo calore solutus in æs uertitur, quia cor frigidum superni amoris igne liquefactum, ad ueram beatitudinem commutatur, ut cor peccatoris, quod prius frigidum, & insensibile fuerat, postmodũ dilatatum, & commotum fiat. Ex quib. apparet ꝙ diuini amoris caritas, & in tribulatione, cor habet dilatare. Quod si sic est, sequitur, ꝙ cor Christi in tribulatione suæ passionis maxime fuit dilatatum, quia amore Dei super omnes erat inflãmatum, cui spiritus non est datus ad mensuram, Ioan. 1. Dicat ergo Christus tempore suæ passionis, *Propter hoc dilatatum est cor meum*. Sic & Apostoli eius sequentes exemplum, ibant gaudentes a conspectu consilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Ver. 203. Psal. 17.

Protector meus, & cornu salutis meę, & susceptor meus.

Cornu multiplex.

NOtandum est ꝙ in sacra scriptura cornu multa significant. Est enim cornu dignitatis triumphalis Christi exaltati principis: utilitatis spiritualis Christi consecrati corporis: Iniquitatis criminalis praui maculati peccatoris: Sanctitatis uirtualis iusti uirtuosi hominis. Ueritatis salutaris scripti inspirati dogmatis: Aduersitatis temporalis pœnæ afflictiui uulneris. De primo cornu tãtum hic dicetur. Est ergo cornu triumphalis dignitatis Christi: regnũ. n. eius, & potestas in scriptura significatur per cornu, de quo dicitur 2. Reg. 22. Scutũ meum, & cornu salutis meæ, & eleuator meus. Unde Chrysostomus super illud Luc. 1. Erexit cornu salutis &c. dicit cornu autem nominat potestatem, & gloriam, & famam Christi, metaphoricè, ab alijs animalibus id accipiens qui

E bus loco munitionis, & gloriæ cornua dedit, iuxta illud Psal. 3. *Cornu eius exaltabitur in gloria*. Christus ergo est ille Agnus occisus in cruce, qui septem cornua habet in gloria, de quo Apoc. 5. dicitur vidi Agnum stantem tamquam occisum habentem cornua septem. Hæc enim septem cornua sunt septem dotes gloriæ. s. tres animæ, & quatuor corporis. Prima tria cornua animæ sunt eius dotes. s. clara uisio quo ad intellectum, caritatis unio, quo ad uoluntatem, & secura tentio, quo ad memoriam, quatuor autem cornua, & dotes corporis

F sunt. Impassibilitas, agilitas, claritas, subtilitas. Istud autem cornu potestatis & gloriæ Christi, erectum est in domo Dauid, de qua Christus originẽ duxit. Unde ait Origenes de semine Dauid secundum carnẽ natus est Christus: ideo dicit, Erexit nobis cornu salutis in domo Dauid, sicut alibi dictum est. *Uinea facta est in cornu* i in Christo Iesu. Et in isto cornu gloriæ, & potestatis Christi non solum ipse superabit suos hostes, sed etiam suos exaltabit electos, Psalm. 148 Exaltabit cornu populi sui. s. in futuro, in præsenti autem hoc cornu nos

G exaltat, & defendit diabolum superando Eccl. 48. Dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello. s. diabolũ & exaltare cornu gentis suæ. Unde de cornu regni, & gloriæ Christi dicitur ad literam 1. Reg. 2. Dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Isto ergo cornu Deus Christum adiuuat, propter quod, & nunc patri dicit. *Protector meus, & cornu salutis meæ.*

Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.

Ver. 204. Psal. 17.

Laudãdus est Deus a nobis propter multa.

H NOtandum ꝙ ad laudandum Dominum multa nos inducunt. Laus enim secundum Philosophum. 1. Rhetorice est sermo elucidans magnitudinem uirtutis: Deus autem in Christo maximam uirtutem ostendit in quo præcipuè duas elucidauit uirtutes. s. Uirtutẽ caritatis, & dilectionis: quia maiorem caritatem nemo habet quam ut animã suam ponat quis pro amicis suis. Et in hoc laudandus est Deus qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit

tradidit illum: ac etiam ipse Christus, qui uenit saluare, quod perierat, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Matth. c. 20. Sicut. n. dicit Philosoph. primo Rethoricę sæpe ponitur in laudem hominis, si quis parui pendens, quod est sibi pretiosum, agat id quod est pulchrum. Sicut Achilles laudatur quia adiuit Argos, sciens, quod propterea oportebat ipsum mori, cum posset viuere, hinc autem talis mors pulchra erat. Sic in proposito Deus Pater pro nobis filium tradidit, & ipse Christus animam, idest uitam suam dedit quæ pretiosa erat, & eam parui pendēs, & eligens mortem, cum posset euadere. Ierem. 12. Dedi dilectam animā meam in manibus inimicorū meorū igitur ex hoc laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi Ps. 116. Secundo ostendit Deus in Christo magnitudinem suæ potentiæ, & fortitudinis. Nam sicut dicit Pilosoph. 3. Ethicorum, Dicetur utique fortis, qui cōtra bonam mortem est impauidus, puta in bello morti hostibus se obijciens. sic fecit Christus Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem, & per consequēs fuit impauidus ad mortem illam, in cuius signum obuiam inimicis processit, dicens, quem quæritis? ego sum. Sed nulli dubium, quin mors illa bona fuerit etiam teste Caypha Ioannis vndecimo. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat dicit enim Philosoph. in lib. œconomicorum, si contigerit mori cum inimicis. s. Reipublicæ huius mors maxime honoratur, cum igitur talis fuerit mors Christi: consequens est vt à nobis laudetur, & honoretur. psal. 150. Laudate eum in firmamento virtutis eius, laudate eum in virtutibus eius. Cum igitur Christus homo oēs istas virtutes habuerit à Patre, ideo Patri gratias agens dicit, *Laudans inuocabo Dominum*. Vbi dicit gloss. post omnia beneficia Christus non elatus iactat se, sed omnia Deo attribuit dicens laudans inuocabo Dominum, & ideo ab inimicis meis saluus ero. Nam qui aliter agit, sibi derelictus perit, etsi vicisse videatur.

Et intonuit Dominus de cœlo, & altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis. Ver. 14. Psal. 17.

NOtandum q per grandinem significatur pœna malis debita, sed per carbones ignis, bonorum præmium; ratio quare grando significat pœnam &c. est quia vt docet experientia grando cadens in terram non solum destruit fructus terræ, quos reperit, sed etiam destruit, & impedit terræ fertilitatem; ita etiā vt in sequenti anno non sit vt prius fructifera, & ea, quæ grando percurit, inutilia reddit. Intantum quòd neque iumenta libenter illa sumunt in cibum; quod tamen non facit pluuia magna & grossa, & horū ratio est, quia frigus multum est in grandine, frigus autē est qualitas mortificatiua, & hæc virtus manet in aqua grandinis etiam liquefactæ: vnde aqua grandinis liquefacta humefacit terram, & sua frigiditate impedit fertilitatem eius, & infusa fructibus extinguit in eis calorem naturalem, siue calidum, quo digerere debuerat frigidū naturale in fructibus & sic fructus crudus, & indigestus remanens generat iumentis nauseam, & abominationem. Sed pluuia quantumcunque sit magna, & grossa, cū tamē sit calida, totum oppositum facit, quando, scilicet, sola venit, sic q grando eam non sequitur. Est enim pluuia bonæ digestionis cum vapore aereo subtile, & terrestri, & habet in se multum vaporis, ex quo fit; & ideo optime terram infundit, & si lædit aliquos fructus terræ, hoc non facit ratione suæ qualitatis, sed vi percussionis. Et ratione istorum per grandinem pœna, vel status damnatorum intelligitur, quoniam illa pœna fructus, quos reperit, destruit; quia & si aliqua bona egerunt, illa mortificata nō proficiunt illis, & facit terram istorum sterilem, quia ad bonum amplius surgere non possunt, quod bene figuratū fuit Psal. 77. vbi dicitur & occidit in grandine vineas eorum &c. Carbones autem ignis sunt præmia bonorum, quia boni in Patria accensi amore Dei, totaliter feruntur in ipsum per intellectum & voluntatem, in quibus maxime nostra formalis beatitudo consistit.

Ab

Ver.217. Psal. 17.

Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus irætuæ.

NOta quòd hic duo dicit, scilicet, ꝙ peccatores ad Dominum sunt cōuerti, scilicet, per increpationem & per inspirationem: & quòd exterior increpatio non valet sine interiori inspiratio nes, quod patet ex multis: primo, quia non cohibet voluntatem peccandi, sicut enim in animali excessus caloris naturalis indiget frigore temperante, ad quod non sufficit frigiditas aeris circūdantis, nisi intus per inspirationem ingrediatur ad cor, & si huius attractio impediatur, animal suffocatur. Sic & inordinata voluntas seu libido peccandi per increpationem non corrigitur, nisi interior inspiratio ipsam penetret interius, & à malo retrahat. Et ideo nisi anima hanc inspirationem ad se trahat, in breui perit. Dicit enim Philosophus in libro de animal. ꝙ in gutture est duplex via, vna qua transit cibus ad stomachum, & alia qua ingreditur spiritus ad cor: & attractio secundæ viæ multo preciosior est: quia si arceatur statim animal suffocatur. Ita spiritualiter in nobis est vna via qua verbum Dei quasi cibus animæ intra mentem percipimus, & alia qua inspirationem spiritus sancti percipimus: & ista magis est necessaria: quia sicut dicitur Iob 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam Vnde Aug. 15. De ciuit. Dei cap. 6. dicit ꝙ Spiritus sanctus operatur intrinsecus, ut aliquid valeat medicina, quæ adhibetur extrinsecus, alioquin etiam si Deus sic alloquitur homines nec interiori gratia mentem tangit, nihil proficit homini omnis prædicatio veritatis. Sic ille. Quemadmodū igitur fatuus esset ille, & seipsum occideret, qui inspirationem & attractionē aeris diutius impediret: sic & qui inspirationi diuinę obicem ponit: ideo cum quis se inflammatū sentit, statim os suū aperire debet in oratione, & inspirationem spiritus attrahere: psal. 18. Os meū aperui, attraxi spiritum. Secūdo hoc idē patet, quia exterior increpatio sine interiori inspiratione uirtutem bene operādi non tribuit. Sicut enim omnis operatio vitalis siue animalis exercetur mediante corpore eo quod dicitur spiritus,

Increpatio exterior nō proficit sine interiori inspiratione.

Via in gutture duplex

E cuius principium est in corde secundum Auicennam 1. Canone, & sicut idē dicit 3. Can. Substantia propter quam cor creatum est, est spiritus effusus calidus caliditate innata, & non nociua corpori: & accidit quoniam ex malitia cōplexionis cordis, quādo est calida ut in morte, & resoluatur, & conuertatur in fumum, ut ipse dicit. Sic in proposito omnis actio sancta, & meritoria, mediāte Sācti spiritus gratia procedit, ad quā recipiendam fuit cor humanum creatū: est autem calidum caliditate conuenienti naturæ, & non nociua: quia amoris cęlestis facit incendium. Si uero cor nostrum fuerit male complexionatum,

F quia nimis excedens in calore proprio idest in amore sui inordinato, sicut patet in illis qui uoluntatem suam diuinę uoluntati præponunt, oportet quòd ipsa inspiratio mnuatur: & paulatim totaliter euanescat, igitur, & quòd etiam vitalis operatio tollatur.

Ver.226. Psal. 17.

Cum sancto sanctus eris & cum viro innocente innocens eris.

DIcit Isydorus. 12. Ethymol. quòd natura fœminarum talis est, ut

G quales in concipiēdo perspexerint, talē sobolem procreant: & ideo prohibetur mulieribus prægnantibus ne turpes animalium vultus, ut simiarum, intueātur, ne similes fętus pariant. Vnde & colūbarum dilectores ponunt columbas depictas pulcherrimas in locis, in quibus columbæ habitant, ut earum intuitu generent similes. Sic & anima nostra apta nata est talem fœtum. i. opera producere, quales sunt illi in quibus conuersantur, & qualia sunt opera eorum, quos ex societate & consuetudine intuetur.

H Et ideo conuersando cum bonis & ipsorum bona opera atque exempla intuēdo, boni nos quoque aliquatenus efficimur, & opera bona producimus: sicut ēt conuersando cum malis, mali quoque modo efficimur. Ideo docet Seneca Epistola 104. quòd ille qui vult animi sui uitia curare, debet abijcere omnes cogitationes prauas ex animo suo, & omnē eradicare nequitiam. Qui enim suis uitijs condelectatur, amplius efficietur uitiosus. & deinde subdit ad propositum simili-

Cōuersatio bonorū aut malorū nos efficitur.

similitudinem hanc. Sicut contingit homini habenti socios prauos, & sodales: propter quod & dicit. Te igitur eméda, onera detrahe, emenda desideria intra modum, saltem continue omnem ex animo erade nequitiam: & sequitur: hærebit tibi auaritia, quamdiu auaro sordidoque coniungeris: hærebit tibi tumor elatioque animi, quamdiu superbo conuersaueris &c. Vide eam epistolā. Vnde etiam Eccl. 23. cum viro religioso tracta de honestate. Et nota quòd secundum Auicen. 1. Cau. Inter ægritudines distinguendum est, quia quædā sunt propriæ, quædam sunt societatem habē tes: nam vnus morbus alteri morbo in ægritudine quandoque associatur, & unum membrum alteri: nam omne mē brum quod alteri associatur propriè, cum unum eorum alterum uicinum debite fuerit, socij sui recipit superfluitates. Sic cóformiter est quantum ad ægritudines spirituales. Nam quædam sunt nobis ppriæ. s. ex mala dispositione nobis intrinseca originem ducentes: quædam verò insunt nobis per associationem alterius ab extrinseco: sæpe. n. contingit nobis, quòd propter debilitatem nostram, quam habemus ad resistendū malo recipimus superfluitates, idest uitia sociorum iuxta illud 1. Cor. 15. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et nota ꝙ facilius inficimur ex societate malorum, quam corrigamur ex societate bonorum: & plus nocet societas vnius mali, quam prosit bonorum multorum consociatio. Dicit philosophus in lib. de Problematibus Ab ægritudinibus quibusdam ægrotant approximātes, à sanitate autem nullus ex hoc ꝙ sano appropinquat curatur. Sic & in proposito. ideo dicitur Prou. cap. 2. Erue te à uia mala, & ab homine, qui peruersa loquitur.

Ver. 23 1. Psal. 17. *Quoniam quis Deus preter Dominū? aut quis Deus præter Deū nostrum?*

NOtandum quòd hoc uerbum, vere non possunt dicere peccatores quia uerum Deum non colunt. Nam quilibet pro Deo illud colit, quod plus amat: & sic gulosus uentrem habet pro Deo: auarus diuitias: Luxuriosus carnis

A voluptates. Vnde ait de gulosis Apostolus Philip. 3. Quorum Deus uenter est. Et 1. Roman. Seruierunt potius creaturæ quàm creatori. Vnde peccatores dicentes se verum Deum colere, sunt suo sensu decepti: & ratio est, quoniam sicut probat geometria, sphæra non potest tāgere planum, nec è conuerso, nisi in pūcto: & quia punctus non est sphæra, nec pars eius: sequitur quòd non potest tangere sphæram, nec partem eius, quāuis aliquid eius contingat. Sed concauum potest tangere sphæram, uel in toto, vel in parte, & ratio huius est quia tangens B & tactum de quanto se contingunt adinuicem figurata sunt: planum autem & sphæricum non sunt adinuicem configurata &c. Sic & in proposito. Nam Deus ueluti sphæra est propter plenitudinem suę perfectionis. Vnde fertur dixisse Empedocles philosophus: quòd Deus est sphæra infinita: cor uero humanum vel mens humana est quasi vas vacuum naturaliter: sicut patet ex eius capacitate, quia figura talis, sicut patet per demonstrationem geometricam capacior est omnium figurarum, sic & mens nostra, quæ secundum Aug. eo imago est Dei, C quia eius capax esse potest. Patet etiam hoc ex figuratione cordis, quod ad imitationem & similitudinem sphæræ, & uasis vacui figuratum esse cernitur. Et ideo in tali corde recipitur id quod retinet secundum figuram naturalem. Et ideo sphęra est quæ Deus est, recipi & contingi potest à corde nostro immediate & secundum se totum, uel magnam sui partem tanquam à vase sibi configurato. Vnde de tali corde dicitur Eccl. 50 Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Verum istud uas in ali- D quibus igne concupiscentiæ prauæ sic liquefactum est, ut amissa figura concaua & naturali redigatur in planum nullius magni contentiuum: & ideo nō cōtingit sphæram istam quæ Deus esse dicitur, immediate nec in se tota, nec in aliqua sui parte, sed tantum in puncto, quod est aliquid eius sphære. Est autem punctus iste aliquid bonum creatum. Vnde Aug. dicit lib. de cognitione veræ uitæ: Deus est inuisibilis, & est totā uitam, totam sapientiam, totam æternitatem, simul & æqualiter possidens, & omnem

Peccator Deum uerum non colit nec habet.

Deus sphæra assimilatur: anima uasi uacuo.

omnem creaturam istam ad instar puncti in se continens. Hunc igitur punctū solum contingunt mali, & tamen nullā partem Dei, Iob 21. gaudium hypocritę ad instar puncti: non igitur verum Deū colunt, & ideo eis possunt omnes gentes idest omnes dæmones insultare dicē do illud psal. 113. Vbi est Deus eorum? Et benè gloriantur illud dicere Deut. 32. non enim est Deus noster, ut dij eorū: sed Deus noster in cœlo omnia quæ cunque uoluit fecit.

Ver. 135. Psal. 17.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me.

Dextera Christi multa significat.

DVbitandum. Cum filius Dei sit dextera Dei, quomodo de ipso dicitur Marci cap. vlt. & dominus quidē Christus assumptus, est in cęlum, & sedet ad dexteram Dei? nunquid sedet ad dexteram sui ipsius? Ad cuius euidentiā sciendum, q dextera vt applicatur filio Dei; multa significat quæ sibi cōueniūt per dexteram. n. primo significatur diuinitatis honor & reuerentia, & sic dicitur psal 62. Dextera tua suscepit me, quæ sunt verba hominis Christi quia eius humanitas, ad honorem diuinitatis fuit assumpta. Secundo fęlicitatis valor & excellentia. Psal. 15. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Tertio auctoritatis potestas iudiciaria ps. dextera tua inueniet omnes qui te oderunt, illos, s. iudicando. Ad uidendum ergo quomodo Christus sedet ad dexteram patris: sciendum q Christus consideratur tripliciter. Vel vt Deus, vel ut Homo, vel vt Deus homo; si ergo accipiatur dextra primo modo, sic Christus sedet ad dexteram Patris, tanquā Deus, quia. s. sic est cum Patre vnius substantiæ, & per consequens vnius honoris, & reuerentiæ cum illo, quod ostēdit Apostolus Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substātię eius portans omnia verbo virtutis suæ purgationē peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Si autem accipiatur dextera secundo modo, sic Christus sedet ad dexteram patris vt homo, quia sibi in quantum homo potior, & maior beatitudo, quam alicui alteri est communicata, & ideo Apostolus probans il

Christus sedet ad dexterā Patris multipliciter.

E lum maiorem beatitudinē habere, quā aliquis Angelorum dicit supra. Ad quē: autem Angelorum dixit aliquando sede a dextris meis &c. Supple sicut redēpto homini? Vbi glosa sede a dextris meis. i. in potioribus bonis meis. Si autem accipiatur dextera tertio modo, sic sedet Christus ad dexteram Patris in quantum Deus homo, quia homini assumpto iudiciariam potestatem contulit Pater quoslibet iudicandi, secundū illud Ioan. 6. Pater omne iudicium dedit filio. Et apostolus ad Ephes. 1. dicēs. Pater constituit eum ad dexteram suam F in excelsis siue in cœlestibus supra omnem potestatem, & principatum, & omnia subiecit sub pedibus eius. Et ex prædictis apparet qualiter Christus dicitur dextera, & qualiter sedet a dextris Dei.

Ver. 140. Psal. 17.

Et præcinxisti me virtute ad bellum.

Bellum vitiorum contra nos.

VBi sciendum, quòd peccata, & vitia continuum contra nos agitant bellum, dum vnum peccatum ad aliud trahit, dum robur animæ euacuant, & vitam spiritus occidunt: vnde & vasa iniquitatis bellantia dicuntur Gen. 49. In consilium eorum nō intret anima mea, G quia in furore occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Ipsa enim vitia virum occidunt, quia vires eneruāt animæ; murum suffodiunt, dum gratiam animæ murum & custodiā tollunt. Et ideo contra vitia sic contra nos bellantia assumere debemus Arma bellica more illius strenui bellatoris Iudæ Machab. de quo, 1. Mach. 3. dicitur, quòd succinxit se arma bellica in prælijs, & protexit castra gladio suo. Vnde notandum quòd per Iudam Machabæum rectè figuratur quilibet fidelis varijs bellis vitiorum pulsatus, quoniam vt apparet ex H discursu librorum Machabęorum, Iudas inter cætera habuit septem bella famosiora, per quæ figurantur aperte septem bella vitiorum. Primum fuit bellum peccati turbationis & iracundiæ: secundū liuoris, & inuidiæ: tertium cupiditatis, & auaritiæ: quartum, torpositatis, & acidiæ: quintum, voluptatis, & luxuriæ: sextum, gulositatis: septimū, ambitionis, & superbiæ. Consimiliter & omnia ista vitiorum bella spiritualiter nos impugnant. Primum enim bellum, quod habuit

Bella septē vitiorum.

buit Iudas, fuit contra Apollonium ducem Samariæ, de quo 1. Machab. 3. dicitur, Congregauit Apollonius gentes ad bellandum cõtra Israel, & cognouit Iudas, & exiuit obuiam illi, & occidit illũ; & gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo cunctis diebus. Per hoc enim bellum iracũdiæ significatur, Apollonius enim interpretatur miraculum siue admirabilis, & quæ res est magis admirabilis, quam iracũdia, per quã iracundus miranda, & mõstruosa dicit, & facit, quæ hominem manente forma corporis exterius, intus in crudelem bestiam mutat. Huius Apollonij gladius est iracundi hominis lingua mordax, & acuta Psal. 63. Lingua eorũ gladius acutus. Sed iste proprio gladio occiditur, quia propria lingua condemnatur Matthæ. 10. Ex verbis tuis iustificaberis & ex verbis tuis condemnaberis, hoc gladio bellum iracundiæ superat, qui patienter sustinet verba iracundi Prouer. 17. Melior est vir patiens uiro forti. Et de tali dicitur illud 3. Reg. 2. Effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem belli in balteo suo. Secundum bellum est liuoris, & inuidiæ figuratum per secundum bellum quod gessit Iudas, scilicet, cõtra Seron, de quo 1. Machab. 3. dicitur, quod ait Seron faciam mihi nomen, & glorificabor in Regno, & debellabo Iudam. Et tamen sequitur contritus est Seron, & exercitus eius in conspectu Iudæ. Seron enim interpretatur cantans tristitiam, & significat inuidum, quòd sicut de alieno bono tristatur, sic de eorum miseria lętatur, & cantat. Interpretatur insuper Seron Carbo murmurantium, q competit etiam detractoribus; & tales bellatores inuidi, & detractores, bellãt proditorie, quia non in facie communiter, sed post, & à tergo bella mouent: de quibus dicitur. 2. Paralip. 19. Intellexit Ioab bellum ex aduerso & post tergum contra se fieri: tertium est bellum acidiæ quod est figuratum per tertium bellum Iudæ, de quo. 1. Machab. 3. dixit Iudas, Melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostræ. & sequitur c. 4. Quomodo fugatus est Gorgias: & significat bellum acidiæ, quoniam Gorgias interpretatur diuidens luctam, vel præcisio luctãtium, & significat ociosos, qui in præsenti quietem quærentes, à lucta & bello spirituali se vertunt scientes, q diabolus illos bellãdo pulsare negligit, quos quieto possidet iure. Tales enim quamuis bellando diabolo possint contradicere, tamẽ viso belli labore statim ad aduersarium se subijciendo conuertunt. De quibus dicitur psal. 77. Filij Ephrem intendentes arcũ conuersi sunt in die belli. Quartum autem bellum est luxuriæ, quod similiter figuratũ est per quartum bellum Iudæ contra Lysiam, de quo 1. Machab. Congregauit Lysias exercitum, vt debellaret eos, & sequitur, q in bello à Iuda fuit superatus: Lysias enim generans vel generatus interpretatur: & significat peccatũ Luxuriæ, quod circa generatiuam partem versatur: & tales decipiuntur, quia huius belli mala non aduertunt, de quibus Sapient. 14. dicitur quòd in magno viuentes insciẽtiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant: & quòd de bello luxuriæ intelligat subditur, neque vitam neq; nuptias mundas custodiunt. Quintum bellum est gulositatis, quod figuratum est per quintum bellum Iudæ cõtra filios Esau, de quo 1. Machab. 5. dicitur. Et debellabat Iudas filios Esau in Idumea. Esau. n. qui pro edulio lentis primogenita sua vendidit, bellum gulæ significat, & quia peccatum gulæ communiter hominem ad inopiam ducit, ideo de tali bellatore dicitur Eccl. 26. Vir bellator deficiens per inopiam. Sextum est bellum Auaritiæ figuratum per sextum bellum Iudæ, quod habuit contra Timothæum de quo 1. Machab. 5. dicitur: & vidit Iudas quòd incœpit bellum, & clamor belli ascendebat ad cœlum, & cognouerunt castra Timothæi, quòd Machabæus esset, & fugerunt à facie eius. Timothæus qui benefaciens siue beneficus interpretatur, significat auaros per contrarium, sicut Ioan. 5. Piscina dicitur à piscibus, cum tamen piscibus careret: sic etiam auarus dicitur quandoque beneficus, cũ tamen nulli bonum faciat, quin aliorum rapere facultates potius studet: contra quos dicebat Iudas 1. Machab. 4. Non concupiscaris spolia, quia bellum cõtra nos est. Septimum bellum est Superbiæ, quod figuratum est per septimum bellum Iudæ, quod habuit cõtra Nicha-

norem, de quo 1. Machab. 7. Conuenerunt bellum, & contrita sunt castra Nichanoris, & cecidit ipse primus in bello, Nichanor enim, qui interpretatur stans lucerna, superbos significat, qui supra cæteros stare volunt, & apparere lucentes: vnde de bello superborum potest dici illud 1. Machab. 14. quòd induebant se gloria & stolis belli. Ecce ergo quot bella vitiorum nos infestant, sed omnia hæc adiutorio Dei superamus psal. 45. Auferens bella vsq; ad fines terræ. quod hic clare notatur a psal. dicente. Et præcinxisti me virtute ad bellum.

Ver. 241. Psal. 17.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.

VEl aliter hoc etiam potest intelligi de illis qui primo Christum persequebantur, sed prædicationibus & miraculis superati, & cōuersi Christum sequebantur: qui dorsum alicuius respicit, sequitur ipsum. Et istum intellectū hic habet Augustinus, dicens. *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum*, idest, inimicos meos cōuertisti, & dorsum eos mihi esse fecisti, idest, vt sequerentur me. De obstinatis autem subditur. *Et odientes me disperdidisti.* idest, illos autē qui obstinati in odium Christi perdurauerūt, disperdidisti. Hic autem notādum quòd Christus perfecte de suis hostibus triūphauit, quod ostendit dicens, *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum*. Fuit enim consuetudo Romanorum vt victores hostiū ad vrbem reuertentes, si erat victoria multum excellens, in curru veherētur, & post ipsorum currum sequebatur magna multitudo captiuorum: & talis honor exhibitus victori vocabatur triumphus. Et sicut dicit Valer. lib. 2. Lege Romanorum cautum est, ne cui honor iste concederetur, nisi quinq; millia hostiū vna die occidisset. Et ideo ad denotandū quòd Christus perfecte vicit iudæos, & omnes suos hostes dicit patri. *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum*: quod quidem ad gloriam Ascensionis maxime referri potest. Tunc enim Christus post habitam victoriam est reuersus ad vrbem, idest, in cœlum in curru suæ humanitatis glorificatæ Gen. 46. Iuncto Ioseph curru ascēdit obuiam patri, & istū

Triumphus à Romanis quibus dabatur.

E currum multi sequebātur captiui, quos ipse bellando ceperat psal. 66. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem &c. Sic & nos si perfecte vincamus hostes nostros ponemus in curru, quia corpori nostro perfecte dominabimur. Currus iste iungitur, quando corpus prius incineratū suscitabitur: & tunc ascendemus obuiam patri, quia. 1. Thess. 4. rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera. Habebimus autem post nos quasi captiuos & ligatos omnes, qui nos hic tribulāt, quia ligatis manibus & pedibus mittentur in tenebras exteriores: nam illæ tenebræ à F tergo nostro erūt, & non in facie ps. 20. Pones eos vt clibanum ignis. Ecce qualiter Deus inimicos nostros dabit nobis dorsum & omnes odientes nos, i. Christum, vltimate odiendo disperdet, &c.

In omnem terram exiuit sonus eorū: & in fines orbis terræ verba eorū.

Ver. 255. Psal. 18.

FAma prædicationis Apostolorum exiuit in omnem terram. Ad huius autem psalmi declarationem dicit Lyranus, quod etiā uiuente beato Petro Apostolo fides Christi prædicata est vsq; in G Frāciam quæ est in vltimo climate versus occidentem, vnde & Scenonis fundata fuit ecclesia in nomine beati Petri cum adhuc viueret, & ipso uiuente fuit consecrata. Cum igitur Apostoli alijq; discipuli exierint de Hierusalem ad publicandum euangelium per orbem, ut eis imposuerat Christus Act. 1. dicens Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Hierusalem autem sita est in medio climate mūdi: ideo consequēs est, quod sicut euangelium publicatū fuit viuente Petro Apostolo vsque ad vltiH mum clima uersus occidentem quod consimiliter prædicatum fuerit uersus alias partes mundi. Non est autem credibile quod fides Christi in tam paruo tēpore per totum orbem fuerit prædicata per apostolos uirtute diuina, si consideres exēpla naturalia absque miraculo uisa Fertur enim quòd sunt quædam columbæ, quæ nunciorum uice litteras domesticorum suorum sub alijs portantes, quæ modico tempore multa terrarum spacia transeunt, quæ maxime sunt necessariæ

Fides prædicata fuit in Francia Petro uiuente, & ecclesia illius nomine fundata & consecrata.

Colūbæ & hirundines ut nunciū trāsportat.

lariæ quando per terras hostiles alij nũ tij transire non audent, ut dicit Plin. lib. 11. dicit. n. in obsidione Mutinensi Decium Brutum epistolas ligatas pedibus columbatum in castra consulum transmisisse. Consimiliter narrat eodẽ libro de hirundinibus. consimili proposito fuit de spiritusancto & Apostolis, quibus alligauit spiritussanctus litteras quia eos impleuit notitia scripturarũ, vt sic mira celeritate per terras hostiũ verbum Dei, & uoluntatẽ ipsius in modico tẽpore in finibus & vsq; ad insulas insinuarent: quod Isa. c. 60. admirãs ait, Qui sunt isti qui ut nubes nolãt & quasi columbæ, &c. Et hoc est quod de ipsis hic dicitur, ꝙ in paruo tempore. *In omnem terram exiuit sonus eorum.*

Ver. 266. Psal. 18.

Et erunt, vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

VUlt Psal. dicere si mundaueris me à delicto maximo. i. à peccato superbiæ, tunc non curabo, ut placeãt hominibus eloquia mea. i. orationes meæ, sed solũ tibi, quia intentio mea erit non placere hominibus sed solum in conspectu tuo. Vnde hic Aug. dicent. *Et erunt ut complaceant*, &c. Quasi dicat, si me nõ mundaueris ab hoc magno delicto, eloquia mea in conspectu hominum placebunt, non in conspectu tui: superbia. n. omnis in conspectu hominum vult placere, humilis autẽ in occulto vbi Deus videt vult placere, vt & placuerit hominibus, de bono opere illis gratuletur, quibus placet bonum opus, nõ tibi cui sufficere debet, quia fecit bonum opus. Sed boni solum in conspectu Dei placere desiderant dicentes, gloria nostrã hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Ad cuius declarationem notandũ ꝙ homo in peccato existens nõ potest orando emittere eloquia quæ placeant Deo, nec rationabilia, sed solum vocem bestialem emittet, quæ Deo nõ placet, ideo oratio ut placeat, mũditiam debet habere. Vt. n. narrat Seneca lib. 5. De clementia homo quidam Tyrannus tantæ crudelitatis fuit, ut inclusus Tauris Aeneis homines, ignib. subiectis urgebat, vt mugitus ederent, sed uerba formare non possent. Vbi tangit Seneca crudelitatem cuiusdam Tyranni, s. Phalaris; qui secũdum Orosium homines torsit hoc genere tormentorum: quia ponebat eos in fornace habente figuram Tauri, ut sic propter concauitatem æris & eius figuram, uox hominis inclusi potius uideretur mugitus Tauri quã Vox hominis, qđ ideo faciebat ne uox querulosa torti hominis, ipsum ad misericordiam prouocaret, sic & Diabolus, qui dicitur homo Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit, sed est crudelis & pessimus Tyrannus: quia semper circuit quærens, quem deuoret. Illos quibus per peccatum dominatur, sic includit vt voces humanas ad misericordiam inclinantes, proferre nõ possint, Caro. n. nostra varijs concupiscentijs incensa, est quasi fornax suppositis ignibus inflammata, in qua includuntur peccatores qui nõ cogitant nisi quæ carnis sũt, & ideo tales orando non possunt formare nisi uoces bestiales non humanas, quibus Deum ad compassionem inclinent. Ierem. 50. Effusi estis super herbã sicut vituli, & mugistis ut Tauri. Tales ergo suis uocibus, & orationibus Deũ ad misericordiam non prouocant, quibus dominus dicit Isa. 1. cum multiplicaueritis orationes nostras non exaudiam uos, & hoc notans Psal. dicit ꝙ si ero mundatus à delicto maximo. *Tunc erunt ut complaceant eloquia mea*, &c. Notandum autem quòd diuinus cõspectus accipitur dupliciter. s. quandoque pro Dei cognitione, & sic omnia tam bona quam mala, virtutes, & vitia in conspectu Dei consistunt. Psal. 118. omnes viæ meæ in conspectu tuo. Quod ostendit glossa super illo verbo ad Hæbr. 4. omnia nuda & aperta sunt oculis eius, dicens conspectu Dei nulla creatura inuisibilis est, sed omnia, scilicet celestia, terrestria, & infernalia, nuda sunt, & aperta. i. discooperta, reuelata, & manifesta, quia ex omni parte, plene uisa, & cognita oculis eius. i. conspectui filij Dei, ad quẽ nobis est sermo. i. cui oportet nos reddere rationem de omnibus operibus, intentionibus, & cogitationibus nostris. Secundo accipitur Dei conspectus pro cognitione approbationis & isto modo solum bona, quæ approbat,

Peccator orando vocẽ humanam non habet sed bestia.

Crudelitas Phalaris.

Diuinus cõspectus secũdum accipitur. s. pro notitia, & pro approbatione.

bat in conspectu eius esse dicuntur, & sic illa oratio in conspectu Dei dicitur esse, quæ ab immaculato corde procedit, sic.n. de oratione iustorum dicitur psal.139 dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, & isto modo hic accepit psal. Dei conspectũ eum dicit. Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Ver. 177. Psal. 19.

Domine, saluum fac regem, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Christus Rex noster in uero rege qua requirantur.

NOtandum ꝙ Christus dicitur rex propter duo, quæ in uero rege requiruntur ut a Tyranno distinguatur. Requiritur enim ex parte plebis, ut habeat liberum consensum, ut.s. illa uolũtarie subijciatur, quoniam ut dicit Philosophus 5. Polit. Regnum est principatus uoluntarius, si autem per fraudem principatur aliquis vel per uiolentiam, hic Tyrannus esse dicitur non rex, & ex hoc uide differentiam inter regnum Christi & Diaboli, & regem Christum, & regem Diabolum, quia Christus regnat solum in uolentibus & amantibus eius principatum, unde Apostolus de Deum diligentibus ait. Iustis non est lex posita.i. tanquam inuitis imposita, sed uolũtarijs liberaliter data, quo suauiter imposita. Vnde & pulchre dicit, tollite iugum meum super uos, ac si diceret non impono inuitis, sed uos tollite si vultis, alioquin nõ requiem sed laborem inuenietis, & Chrysost. super Matth. Hom.9. Iustum regnum est, quãdo & Rex vult habere homines sub se, & homines cupiunt esse sub eo. Quãdo autem Rex per uiolẽtiam homines sub se esse cogit, illud quantum ad veritatẽ non est regnum, & ideo quamuis Deus homines sub sua potestate habeat, tamen solum uolentes recipit, ne sit Tyrannus sed Rex. Diabolus autem proprie Tyrannus est, qui & nolentes compellit uoluntatem suam facere. Ideo de Christo Rege dicitur psal.95. Dominus regnauit exultet terra. Secũdum quod requiritur ad uerum Regem est ex parte ipsius.s. paternus affectus, dicit enim Philosophus 1. Polit ꝙ pater principatur filijs Principatu regali, & ꝙ Rex debet esse quasi Pater subditorum, sicut

E Homerus uocauit Iouem Patrem hominum, uolens innuere eius beneuolentiã ad homines, & Seneca libro 1. de elemẽtia ait. Hoc quod parenti & Principi faciendum est, quem appellamus Patrem Patriæ. Cætera enim nomina honori data sunt. Sic & Christus erga homines paternum ostendit affectum dicens: Pater noster qui es in cœlis &c. Adueniat regnum tuum. Patet igitur ꝙ Christus est verus Rex prout Rex distinguitur à Tyranno, & ideo sibi debemus amorem & timorem. Dicit Ambrosius in Exame ron. ꝙ Apes habent regẽ, quem summa

F custodia defendunt, & pro suo Rege perire pulchrum putant, & nos igitur multo magis si mori oporteat pro rege nostro, id pulchrũ reputare debemus, quia de ipso dicitur Ierem.10. Ipse est dominus dominantium, & Rex sempiternus. Notandũ ꝙ regnum Christi incepit in Mõte Sion. Vide ps.2. & ibi ꝙ multiplex est Rex, & in se multa debet habere.

Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet.

Ver. 301. Psal. 21.

EX supradictis elici potest, quòd si Christus pro nobis tantam tribula

G tionem sustinuit, vt etiam mortem Crucis subiret, Nos peccatores ad omnẽ tribulationem pro peccatis nostris sustinẽdam debemus esse parati, maxime, quia tribulatio non solũ patientes purificat, sed multo fortius ignem diuini amoris in nobis accendit, quia mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. Est enim imaginandum de Diabolo sicut de vno fabro secundũ illud Esa. 54. ego creaui fabrum, cuius folles sunt diuites impij & persecutores, carbones sunt persecutiones, & tribulationes. ps.

Diabolus est sicut faber.

H Cadant super eos carbones in miserijs non subsistent. Pauper verò est sicut metallum purgandum & probãdum. Sicut igitur faber mediantibus follibus accendit carbones, qui metallum igniunt, sic diabolus mediantibus diuitibus inflammat & excitat persecutiones cõtra pauperes, ex quibus sequitur eorũ in amorem Dei incensio & inflãmatio, & sicut folles implentur spiritu, quando sursum eleuantur, & quando deprimuntur, flatũ incendentem emittunt, sic impij superbia

bia implentur quando eriguntur, & quã do ipsorum voluntati resistitur, statim persecutiones mouent. Et sciendum, q ignis accenditur dupliciter. Vno modo per flatum. Vnde Philosophus libro de Problematibus dicit ignem ventus resuscitat, & auentatus ignis ex modico multus fit, sic superbi ignem accẽdunt. nam ipsi spiritu superbiæ inflati sunt, & flatũ magnum faciunt, quia sicut dicitur Prouerb. 11. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia, & ex hoc suscitatur ignis persecutionis, & ex consequenti diuinæ dilectionis. 2. Machab. 9. super hæc autẽ superbia repletus ignem spirans animo in Iudæos &c. Alio modo accenditur ignis per motum, nam motus calefacit; superborum autẽ est inquietare, & mouere volentes viuere pacificè. Vnde 2. Machab. 12. Non sinebant eos in silẽtio agere, & quiete. & ideo suo motu, & inquietatione alios incendunt: & similiter quare incenduntur pauperes? propter duo, s. quia sunt fictiores quàm diuites, nam diuites abundant duplici humore scilicet, iniquitatis, de quo psal. torrentes mei conturbauerunt me, & affluentiæ temporalis. Naum 3. eius diuitiæ in Mare, & ideo si diuites deberẽt clarè ardere, oporteret primò, ut vterque humor deflueret virtute ignis persecutionis, sicut videmus in lignis viridib. igni applicatis quæ postmodum flãmescunt. Sed pauper cum sit continuè in casu illo de quo Isa 41. egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt, lingua ipsorum siti aruit. Item quia pauper est inde tenerior etiam causa est propter multum laborem & cõuictum tenuem, quæ duo solent attenuare Eccl. 31. laborauit pauper in diminutione victus &c. diuites autem sunt grossiores 2. Paralip. 10. minimus digitus meus, est grossior dorso patris mei. Non est igitur mirum si pauperes faciliter accenduntur ad flammam diuini amoris, Gen. 35. crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.

Ignis accenditur dupliciter. s. per flatum, & per motum.

Ver. 305. Psal. 21. *Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.*

Cera significat gloriosam Virginẽ Mariã.

Notandũ, quòd cera significat gloriosam Virginem multiplici ratione. Primò, quia cera est aptissimum fomentum luminis, sic & beata Virgo Maria, quæ propter excellentiam suæ lucis vocata est Maria, idest stella Maris. Bernar. super Missus. Ipsa est nobilis illa stella cuius radius illuminat orbem, cuius splendor fulget in supernis, & inferos penetrat, terras illustrans & calefaciens mentes magis quàm corpora, fouet virtutum exemplis. & in huius signum, lux fidei in ipsa sola remansit tẽpore Christi mortis. Secundo, quia cera est domus mellis, sic & beata Virgo Christi, qui dicit Eccles. 24. spiritus meus super mel dulcis. nam domus pudici pectoris, templum repente fit Dei. Sicut enim Apis secũdum Philosophum 8. de animalibus de floribus ceram colligit, vt cella futuro melli præparetur: sic spiritus sanctus hanc Virginem de Patriarchis Regibus, & Prophetis propagari voluit, vt filio Dei incarnando, tanquam melli suauissimo domus fieret. Vnde Bernar. vbi supra. Neque enim nisi in deuotissimo atque hilarissimo corde, tanto se capere poterat dulcedinis & hilaritatis affluentia. Tertio quia cera est apta claudendis litteris, atque scribendis. Vnde Isydorus 6. Ethymol. Ceræ litterarum sunt materia paruulorum, nutrices ipsæ dant ingenium pueris primordia sensibus, sic & beata Virgo quæ conseruabat omnia verba, quæ de filio suo erant scripta conferens in corde suo imò quod magis erat mirabile, qm verbum Dei clausit corporaliter in vtero suo. Vnde idem ubi supra loquẽs in persona huius uirginis dicit, ne fiat mihi verbum scriptum & mutum, sed incarnatum & viuum, idest non mutis figuris in pellibus mortuis exaratum, sed in forma humana meis castis visceribus impressum, & hoc non mortui calami impressione sed spiritus sancti opere, hæc ille. Hæc autem Cera liquefacta est duplici igne. s. dilectionis, quo super cæteros fuit magis dilatata. Vnde Ber. super Cant. Hom. 29. Est sagitta electa amor Christi, quæ Mariæ animam non solum confixit, sed & pertransijt, ut nullam in pectore virginali particulam amore uacuam relinqueret, sed toto corde, tota anima, tota diligeret mente, & esset gratia plena. Item liquefacta fuit igne tribulationes & passiones, quo filius suus crema-

Maria duplici igne liquefacta fuit ut cera

crematus est in arã crucis, vbi eam lique fecit resolutam in lamentis non imber spiritussancti, sed ignis Iudaicus. Vnde Origenes super illud Luc. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius dicit Beata virgo Maria, & si Christum ut potè Dei filium sponte propria mori, mortemque ipsum non dubitaret esse deni-cturum, ex sua tamen carne propagatũ, non sine doloris affectu potuit videre crucifigi, & Anselmus in oratione, sermonem patris ad filium diriges ait. ego fruor delitijs, tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinem, tu fellis, gustus amaritudinem, mihi ridens applaudit Eua, tibi plorans compatitur Maria, & ideo ipsa dicit Cant. 5. Anima mea liquefacta est ut delectus locutus est scilicet cum in cruce alium filium sibi designaret dicens, Mulier ecce filius tuus. Ad propositum ergo, Christus propter immensũ amorem ipsius ad matrem, ipsam cor suum appellans dicit, *factum est cor meũ*, idest mater mea *tanquam cera liquescens* & hoc *in medio ventris mei*. s. Ecclesiæ.

Ver. 333. Psal. 22.

Et ut inhabitem in domo domini, in lõgitudine dierum.

Domus gloria nihil habet immundum.

De domo autem gloriæ notandum ꝙ in ipsa est perfecta sanctitas atque mundiitia propter quod dicit ps. 93. Domum tuam domine decet sanctitudo &c. & Apocal. 21. non intrabit in illam aliquod coinquinatum faciens abominationem. Narrat. n. Solinus ꝙ Romę erat domus Hercules sacra, in qua cum Hercules sacrificaret Deo suo, rogauit ꝙ neque Muscæ neque Canes ibi ingredi unquã possent, quod & factum est multo minus in domo cœlestis gloriæ quæ sola verè sancta est, neque Muscę. i. homines mundiales, qui importune mundi huius solicitudini seingerũt. Hęc Musca est in extremo fluminis Aegypti vt dicitur Isa. 7. Corrupta est terra ab huiusmodi Muscis, tales autẽ domum gloriæ non intrabant, quia dicitur Exod. 8. orabo dominum, & recedet musca. Canes vero sunt homines carnales, de quibus Esa. 56. Canes impudentissimi nescientes saturitatem, isti etiã prædictam domum non intrabunt, quia non est bonum sumere panem filiorũ, E & mittere canibus, Matth. 16. Et Apoc. 21. foris Canes psal. 93. Beati qui habitant in domo tua domine. de hac autẽ domo gloriæ notandum, ꝙ secundum diuersitatem meritorum, ipsa habet diuersitatem præmiorum Ioan. 19. In domo patris mei mansiones multæ sunt, quod dicit propter multiplicitatẽ gaudiorum in ipsa existentium. Hæc enim domus est mundissima propter fęcunditatem sanctitatis psal. 92. domum tuam domine decet sanctitudo, &c. Vnde nullus nisi sanctus ibidem habitare potest. Vnde August. super Beati immaculati scio quid vis, quia beatitudinem, si F ergo uis esse beatus, esto immaculatus. Pulcherrima propter formositatem venustatis ps. 28. domine dilexisti decorẽ domus tuæ &c. hoc ideo quia ibi nihil deordinatum erit, ut ait Magister lib. 4. dist. 49. Ille solus beatus est, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult, deordinatio autem quoddam malum importat. Delectabilissima propter iocunditatem suauitatis Eccl. 50. In magna domo auditus est sonus suauitate plenus, hoc ideo, quia, ut ait Aug. 3. de summo bono in illa domo gloriæ non est mors, G non luctus, non lassitudo, non infirmitas, non fames, non sitis, non æstus, non tormentũ, non indigentia, non tristitia, sed ibi semper summa iocunditas & lætitia. Firmissima propter securitatem æternitatis Ioan. 8. Filius manet in domo in æternum, securus autem nõ: quæ libet. n. beatus certus est de æternitate illius habitationis, ob hoc enim dicitur ꝙ Paulus in raptu non fuit beatus quia de æternitate illius Visionis non fuit securus. Larissima propter immensitatem capacitatis Baruc. 3. O Israel quam magna est domus domini, & ingens locus H possessionis illius, immensus, & non habet finem vnde numerositate Ciuiũ non angustatur. Abũdantissima propter copiam facietates psalmus inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptat. tuæ potabis eos, quia ut ait Aug. 2. de Ciu. Dei In illa domo beata quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit, omne quod ibi erit bonum erit, & quod omnino beatissimum est, ita semper fore, certũ erit. Incomprehensibilissima propter sublimitatem

Domus gloria multas habet conditiones.

mitatem maiestatis unde philosophorũ ingenia in ipsius cõsideratione sunt superata, vt ostendit Aug. in libro de orãdo Deum dicens Hæc fortasse iam quæres quid sit ipsa beata vita &c. Delectabilissima propter fęlicitatem facietatis psal. 83. elegi abiectus esse in domo Dei magisquã habitare in tabernaculis peccatorum, quia melior est dies una &c. & ideo omnibus prædictis consideratis ait Hierem. ꝙ nullum tempus longum nullus labor durus videri debet, quo æterna fęlicitas acquiritur. Nec mirum. Quoniam hæc domus est secura confugientibus, psal. 30. esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, ut saluum me facias. est preciosa contemplãtibus psal. 121. lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi in domum domini ibimus. est fructuosa degustantibus ps. 63. replebimur in bonis domus tuæ, & ibidẽ inebriabunt ab ubertate domus tuæ.

Ver. 342. Psal. 23. *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex gloriæ.*

NOtandum ꝙ quamuis iste psal de malis Principibus loquatur puta de dęmonibus qui portas mortis, portas, Inferni iubentur tollere, quæ non præualebunt aduersus ecclesiam, & exire à cordibus hominum, quæ inuaserũt. & similiter de principibus malis puta infidelibus hæreticis Tyrannis, quibus dicitur *attollite portas uestras*, idest vitia vestra à vobis remouete, quibus Diabolus ad animas intrat. *Et eleuamini portæ æternales*, idest. Virtutes, & tunc reiectis peccatis, & exaltatis virtutib. Rex Christus ingreditur ad corda vestra possidenda, tamen ut mali principes boni fieri possint notandum est. Quod quilibet bonus princeps multas bonas conditiones debet habere, scilicet prudentiã clariorem, iustitiam rectiorem, potentiam firmiorem, sanctimoniam meliorem. Misericordiam dulciorem. Primũ patet quia secundum Philosophum 3. Polit. Prudentia est propria virtus, principis, quod ponit Boetius 1. de Consolat. allegans Platonem dicentem, bonas fore Res publicas, si principes eius studio sapientiæ intenderent, quod faciebant antiquorum nobiles viri, ut patet de Iulio Cæsare, & Carolo Magno, qui studio sapientiæ de nocte vacabant, & de die intendebant Reipub. gubernationi, ut in prologo Historiæ tripar. narratur de Theodosio Imperatore, & Policratus lib. 4. dicit ꝙ Romani Imperatores dum Respub. viguit non meminit extitisse illiteratos &c. & sap. 6. dicitur diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis, quia ut dicitur Eccl. 7. Sapientia confortat sapientem super decem principes ciuitatis. Secundum patet, quia vt dicit Philosophus 4 Polit. qui vult principari secundum principales principatus, debet habere amorem ad consimilem Politiam. Vide Senecam lib. 1. de clementia. vbi dicit inexpugnabile munimen principibus, amor ciuium, & Suetonius lib. de 12. Cæsaribus dicit, ꝙ Iulius Cæsar amorem militum suorũ promeruit, quia illis condescendebat, non enim milites pro conditione, sed blandiore nomine cõmilitones appellabat, miroq; modo, eos diligebat. & Val. li. 1. cap. 5. de Alexandro magno dicit, quòd cum uidisset quendam militem senem frigore confectum, surrexit de solio suo propinquo igni, & illum ibidem proprijs manibus posuit. Tertium patet, quoniam 3. Ethic. dicitur ꝙ itur ad iudicem, sicut ad iustum. quia princeps est custos iusti, & 6 Pol. dicitur quòd princeps debet esse ius in iuramentis. i. iurare debet princeps ꝙ non iniustè aget in populum, quia ut dicit Aug. 4. de Ciu. c. 4. Remota iustitia, quid sunt regna, nisi quędam latrocinia? Vnde antiqui principes etiam contra seipsos & proprios filios illam obseruabant vide Val. lib. 6. de Carundio qui seipsum ferro, quo erat accinctus, seipsũ occidit, quia ignorans legem latam quòd nullus ferro accinctus consilium intraret sub pęna capitis, intrauerat rure ueniens consilium ferro accinctus. & ibidem narrat de Zebente, qui sibi oculum vnum & filio vnum erui fecit, ne ambobus adulter filius priuaretur propter commissũ adulterium. Vide Aug. de Ciu. lib. 1. c. 18 & Val. 1. de Tarquinio superbo. Suetonius de Traiano. August. vbi supra de Torquato. & Policrat. 7. c. 11. Quartũ patet quia 3. Polit. dicitur ꝙ principan-

Boni principis conditiones

ti neceſſe eſt habere potentiam, qua cū
ſtodiat leges. vnde Seneca libro de cle
mentia primo dicit ꝙ princeps hæc tria
ſequi debet aut ut eum quem punit,
emendet, aut pœna eius cæteros melio-
res reddat, aut ſublatis malis, cæteri ſe-
curiores viuant, & non ſolum potentiā
ex multitudine armatorū ſicut Diony-
ſius Tyrannus habebat, cui Plato dice-
bat credo ꝙ multis nocuiſti, quia à tot
armatis facis te cuſtodire, ſed etiam ip-
ſe debet eſſe audax ſicut de Iulio Cæſa-
re dicit Suetonius vbi ſupra, ꝙ nunquā
dixit militibus ſuis Ite, ſed uenitē. Vide
Aug. 5. de ciu. c. 25. de Conſtantio ma-
gno Imperatore. Quintum patet, quia
ut habetur 3. & 5. Polit. Meliores debēt
ſemper ad principandum eligi unde 5.
Ethic. dicitur ꝙ non eſt Rex qui per ſe
non eſt ſufficiens, & in omnibus ſuper
excellens. Et Euſtratius 1. Ethic. dicit, ſi
in ciuitatibus, uel in gentibus poteſta-
tem habentes, nō eſſent ſecundum paſ-
ſionem uiuentes, ſed amando laborem
laborioſè uiuentes, & ſecundum ſerui-
tutem: non utique ſordidioribus ſubdi-
torum ad ſeipſos ingreſſum concede-
rent, ſed abijcerent, & tunc malum non
augmentaretur ſed minueretur, ſed qui
in poteſtate ſunt conſtituti, & hi ſordi-
di ſunt, & in paſſionibus uoluptatum vi
uentes ut Sardanapalo ſimiles ſibiipſis
familiares faciant, & malitiam creſcere
facient, & certè uiuere vitioſe magis vin
cit principes quam impetus hoſtium,
ſicut Val. de multis probat lib. 9. c. 1. &
Egiſipus narrat lib. 1. ꝙ Herodes cōcio-
nans coram Octauiano Auguſto, qui vi
cerat Antonium, & occiderat, quia ille
Antonius amore Cleopatræ Reginæ
Aegypti ſororem Octauiani repudiaue
rat, ſic dicebat. Ille Antonius uictus eſt
uirtutibus tuis, plus uictus eſt motibus
ſuis malis, ſ. vicit eum Cleopatra uxor,
vicit eum Aegyptius amor, uicit eum
Canopea. i. Aegyptiaca luxuries, victus
eſt, quia maluit cum Cleopatra uinci,
quàm ſine ea uiuere. Sextum patet. Vn-
de Albertus ſuper 1. Ethic. dicit, ꝙ qui
debet fœliciter regere ciuitatem, nulla
uirtute tantum indiget ſicut liberalita-
te & magnificentia, quæ ſecundum ueri
tatem pertinet ad Clementiam, & Se-
neca lib. 1. de Clementia dicit ꝙ nullū

E magis quàm principem clementia de-
cet, & Ouidius lib. 1. de ponto Regia crē
de mihi res eſt, ſuccurrere lapſis. Vnde
de clementia Titi, dicit Egeſipus ꝙ cū
audiſſet in obſidione Ieruſalē ꝙ mulier
comediſſet filium ex fame, fleuit dicēs,
ꝙ ſi Iudæi clementes ſibimet fuiſſent,
inueniſſent etiam clementem. & Val. li.
1. de Clementia Pompei narrat ꝙ eum
vidiſſet regem Armeniæ, qui magna bel
la contra Romanos mouerat ueniam de
precantem, ſupplicem iacere, paſſus nō
eſt, ſed diadema eius capiti imponi iuſ-
ſit, & benigne verbis recreatum, cūctiſ-
F que rebus reparatis, in priſtinum gra-
dum fortunæ ipſum reſtituit æque pul-
chrum iudicans, & uincere, & facere re-
ges, quia ſicut dicit Policratus lib. 4 ſi-
cut Citharedus facit conſonantiam, nō
ruptis cordis, ſed tentis proportionali
ter vel remiſſis; ſic oportet Principem
moderari nunc rigore iuſtitiæ, nunc fa-
uore clementiæ, & vnanimes facere
ſubiectos.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra, nō timebit cor meum. — Ver. 383. Pſal. 26.

G NOtandum autem hic myſticè, ꝙ
multiplex eſt caſtrum quod con-
ſiſtit aduerſum nos quod timere nō de-
bemus ſi ſumus gratia ſuffulti. ſ. Caſtrū
humanitatis deprauatum quod eſt cor-
pus uiatorum. Caſtrum iniquitatis ſce-
leratæ quod eſt dux ſuperborum, & ca-
ſtrum uoluntatis non firmatæ quod eſt
cor ſingulorum. In 1. Caſtro corporis
Deus animam humanam poſuit vt ip-
ſum cuſtodiat, ne rebellet rationi, cui
tamen ſemper repugnat, caro concupi-
ſcit aduerſus ſpiritum de hoc caſtro
Matth. 21. Ite in caſtellum quod con-
H trà vos eſt, ut, ſ. ipſius corporis diligen-
tem cuſtodiam habeamus vt oſtendit
Ber. ſuper illud Luc. 10. Intrauit Chri-
ſtus in quoddam caſtellum dicēs eſt vul
gare prouerbium &c. Secundum Ca-
ſtrum eſt iniquit. diaboli qui cōtra nos
exiſtit vt nos ſuperet, quod ſi expugna-
re volumus, neceſſe eſt ut noſtra caſtra
iuxta lapidem Chriſtum ponamus. Cu
ius figuram habemus. 1. Reg. 4. egreſſus
eſt Iſrael obuiam Philiſtijm & Caſtra
metatus eſt iuxta lapidem adiutorij.
Phili-

Multiplex Caſtrū aduerſum nos

Caſtrū corporis.

Caſtrū diabolus.

Philistijm enim quòd cadentes interpretantur, dæmones significant qui de cœlo ceciderunt, contra ergo castra ipsorum & nos castra ponamus iuxta lapidem adiutorij, idest iuxta Christum qui non solum castris nostris contra diaboli munimenta adiuuicem tribuit, sed & nos adiuuat & defendit. Tertium Castrum est cordis nostri in quo omnia nostra seruare debemus. in his Castris ueniens Deus per gratiam dæmonibus terrorem immittit. In cuius figuram dicitur 1. Reg. 4. quòd enim archa Dei venisset in castra Israel timuerunt Philistijm dicentes uenit Deus in Castra. nec mirum quia enim Deus Castrum cordis nostris ingreditur ex omni parte illud renouans contra dæmones fortificat ut ostendit Ber. vbi supra. Huius castri cibus ad sustētandum sunt fructus spiritus. Item facere uoluntatē patris, item verbum Dei, quo pascūtur omnes sancti tam Angeli quàm homines. Munimenta uero ad protegendum est murus conscientiæ, & antemurale patientiæ, & arma ad resistendum hostibus sunt lorica fidei, scutum, iustitiæ, & galea salutis & gladius spiritus quod est verbum Dei.

Ver. 407. Psal. 27.

Dominus adiutor meus, & protector meus, & in ipso sperauit cor meũ, & adiutus sum.

NOtandum quòd ad impetrandũ, Dei adiutorium tria requiruntur quæ in præmissis uerbis notantur Quoniam talis debet habere plenam Dei confidentiam. *Ideo sperate in eo*, firmam caritatis amicitiam ideo, *omnis congregatio populi*, veram contritionis pęnitētiā. Ideo effundite corā illo corda: quibus habitis, talis habebit adiutorij diuini stabilem assistētiam. Ideo sequitur *Deus adiutor noster in æternum*, primo requiritur plena Dei confidentia vt tota spes nostra ponatur in Deo. Ideo præmittitur sperate in eo, & nō in creatura, quia in creatura spem ponere, est desperate de Deo, & aduerte q̃ sicut vera spes est causa adiutorij diuini, sic & econuerso, adiutorium Dei est causa spei, cum. n. spes non fit sine gratia & meritis, quomodo possumus in ipsum sperare, nisi

Tria requiruntur, ad impetrādū adiutorium Dei.

Adiutoriū Dei est causa nostra spei.

A nos ipse adiuuet qui nihil boni sine eius adiutorio possumus habere? ideo dicitur psal. 17. Deus meus, adiutor meus & sperabo in eum, hic. n. adiutoriū præmittit ante spem, ex hoc ostēdens quòd ex adiutorio Dei oritur spes eius in nobis, sed in verbis prioribus spem præmittit adiutorio quasi spes sit adiutorij causa dicens *sperate in eo*, & sequitur *Deus adiutor noster*. Est ergo notandum quòd sicut gratia est causa meritorum nostrorum, & sic omnia merita nostra præcedit, sic & merita nostra sunt causa augmentationis & perfectionis gratiæ,

B quia ut dicit Magister lib. 2. dist. 26. Ipsa gratia per bona opera meretur augeri, ut aucta mereatur perfici. Sic & in proposito, adiutorium Dei præcedit in nobis virtutem spei, quia sine ipso sperare debitè non possumus, sed consequenter ipsa spes per adiutorium Dei iam habita, est causa perfectionis, & augmētationis præhabiti adiutorij, quia quanto quis perfectius sperat in Deo, tanto amplius adiuuatur ab eo, & sic concordantur auctoritates prædictorum. Secūdo requiritur summa caritatis concordia ad habendum Dei adiutorium quia

C illos Deus maximè adiuuat, qui in caritate, & dilectione manent concordes, & hoc notat dicens, *omnis congregatio populi*, quasi dicat, si sitis per caritatem vniti, sic sperare poteritis, ut est sperandū. Vnde per auaritiam separatus à Christi caritate, nec in Deo debite sperare potest, nec adiutorium Dei meretur habere vnde de tali dicitur psal. 51. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, & ratio subditur, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua, quod ideo dicit secundum glo. ibidem, quia nihil vanius eo, qui putat plus ualere minimū,

D quā̃ dominum. Tertio requiritur vera cordis pęnitentia, ideo dicit *effundite coram illo corda uestra*, quid enim est cor effundere, nisi pęnitendo, cor per lachrimas exterius spargere? vnde glosa ibidē ait, *effundite coram illo corda uestra*. i. prauas cogitationes vestras, peccata cōfitendo, sperando bona, precando ueniam, plorando ruinam. Per lachrimas enim cor effunditur, effundite ergo nulli te intus retinere uirus pęccati effun-

dite & non peribit quod effunditis quia ex hoc, *Deus est adiutor noster in aeternu* quid ergo timetis inter malos? Et verè nihil habet timere qui prædictis modis adiutorium Dei habere meretur, quoniam vt dicitur psal 90. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur: protectus autem á Deo cœli, quid formidare debet? propter quod cuilibet tali dicitur Isaię.41. ne timeas quoniam ego adiuui te, noli timere, quia ego auxiliator tui sum: & huius exemplū hic nobis dat Christus ostendens q Deus adiutor eius fuit propter spem in Deo habitam dicens, *Deus adiutor meus, in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum*.

Ver.465. Psal. 30.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, oēs qui speratis in domino.

AVgustinus exponens hunc locum ait. *Viriliter agite*. i. nolite lassas manus in tribulatione dimittere, nō nutent genua vestra, *Viriliter agite & cōfortetur cor vestrum*, ad percipienda & tolleranda omnia mala huius sæculi. Sed qui sint quibus hoc dicit propheta. s. *Viriliter agite, & confortetur*, &c. nunq ijs qui diligunt mūdum, non, sed quibus dicit, omnes qui speratis in domino. Attende autem q vir quandoq; dicitur à virtute & fortitudine quandoque à sexu, vt autem dicitur à virtute, tunc ab ipso dicitur viriliter aduerbium, idest virtuose, & constanter. *Viriliter* igitur *agite*, idest virtuosè & constanter, quia, scilicet cor de nostro in omnibus actionibus nostris custodiam virilem, & constantem, non muliebrem, & inconstantem vt ostendit Greg. lib. 2. moral. c. 25. dicens, viriliter agere nesciunt nisi illi, qui virili custodia munire mentem nouerunt, vnde rectè inopinata morte Isboseth extinctus dicitur, quia sacra scriptura non in domo hostiarium sed hostiariam habuisse testatur dicens, venientes autē filij Remmon berethite, richa & banaā ingressi sunt domum Isboseth feruente die qui dormiebat super stratū suum meridie Ingressi sunt autem domum, & hostiaria domus purgans triticū obdormiuit, assumentes itaque spicas tritici latenter ingressi sunt, & percusserūt eū E in inguine. Hostiaria enim triticū purgat cum mentis custodia discernendo, virtutes à vitijs separat, quòd si obdormierit, in mortem domini sui insidiatores admittet, quia dum discretionis sollicitudo cessauit, ad interficiendam animam, malignis spiritibus iter pādit. Qui ingressi spicas tollunt, quia mox bonarum cogitationū germen auferūt, atq; in inguine feriunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine quippe ferire est vitā mentis carnis delectatione perforare. Nequaquā autem Isboseth iste, hac morte succū-F beret, nisi ad mentis aditum muliebrē custodiam deputasset, fortis namque, virilisque sensus præponi cordis foribus debet, q nec intelligentiæ somnus opprimat, nec ignorantiæ error fallat, vnde & bene Isboseth appellatus est qui custode fœmina, hostium gladijs nudatur, Isboseth quippe vir confusionis dicitur, vir autem confusionis est, qui viriliter mentis custodia munitus non est, qui dum virtutes agere se extimat, sub instantia vicia nescientem necant. tota itaque virtute viriliter muniendus est aditus mentis, ne quando eam insidiantes G hostes penetrent foramine neglectæ cogitationis. Hinc Solomon ait, omni custodia serua cor tuum, quando ex ipso vita tua procedit.

Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.

Ver.496. Psal.32.

ISium textum exponunt aliqui de homine iusto qui per iustitiam, & virtutem suā nullo modo saluari potest, sed solum Dei gratia. Vbi notandum quòd per equum significatur homo. cum er-H go solum ille sit homo qui vtitur ratione & secundum ipsam viuit, sequitur q per equum significatur homo iustus: q autem per equum significetur homo, patet triplici ratione, scilicet ratione sui nominis singularis: suæ cognationis naturalis, suæ conditionis corporalis. Primum patet quoniam in sacra scriptura æquus, æqua, æquum, idem est quod iustum. Leuit. 24. æquum iudicium, idest iustum sit inter nos, si ergo æquus idem est q iustus, & nullo modo dici posset iu-

Equus significat homines.

stus

stus nisi à iustitia sibi formaliter inhærente, sicut nec albus nisi ab albedine, sequitur ꝙ cum iustitia quæ est virtus moralis, & præclarissima. 5. Ethicor. solum insit homini, ꝙ solus homo debet iustus nuncupari, & per consequens solus homo dici debet iustus, Eccl. 3 in æqua vita hominibus. Secundum patet, non sicut homo naturaliter cognationem suam, à qua traxit originem, quo ad actum propagationis veneratur, vt cum ipsa coitum naturaliter abhorreat, vnde & de iure naturali nullus cum stipite a quo trahit originem, coire potest licitè, quia nec matrimonium contrahere quantumcumque sit ab eo in gradu remoto, in tãtum ꝙ etiam si Adam adhuc viueret, nulla mulier cum ipso contrahere posset, nec aliquis vir cũ Eua, quia ipsi cæterorum omniũ stipites fuerunt, & cæteri omnes ab illis descenderunt, sic & quasi consimili modo equus animal, inter omnia animalia bruta, in hoc imitatur hominem, vt nec filia equi cum patre, nec filius equæ cum matre coitum sustineat, ut dicit Magister de propriet. rerum li. 18. Vnde narrat Aristot. libr. de animal. c. 18. quòd quidam Rex Septentrionis habuit equam pulcherrimam, quæ peperit ei equum pulcherrimum, ex quibus duobus Rex voluit habere prolem, & omnibus modis quibus poterat inducebat equũ, vt coiret cum matre operiendo faciem vtriusque, quod cum factum fuisset, & discooperirentur eorum facies, statim sicut equus nouit matrem, abhorrens quod fecerat, præ dolore ab alto se proijciẽs, se interfecit. Merito ergo ratione huius similitudinis per equum homo significatur. Tertium patet quoniam equus inter cætera animalia, corpus suum sic habet dispositum ꝙ mediantibus quatuor tibijs corpus à terra multum tenet eleuatum in hoc figurans hominem qui seipsum per quatuor virtutes velut quatuor tibijs à terra. i. à terrenis debet eleuari. & sic oẽs homines Iusti, & æqui, sunt illi equi de quibus dicitur Ezech. 1. quòd per quatuor partes. i. per quatuor virtutes, euntes ibant. Sic ergo per equum significatur homo iustus, de quo istu m versum exponunt dicentes *fallax equ us ad salutem*, ꝙ homo quantũcunque iustus mentitur, si ex iustitia sua, sibimet promittat vitam æternam, quæ opinio est moralis. August. autem magis literaliter dicit, *fallax equus ad salutem*, non. n. putare debet dictum *fallax equus*, &c. quasi mendax sit iustus ad salutem, ꝙ velut iustus ad salutem mentiatur, non enim scriptum est hic, vt falsum pro æquitate dicat. vel ut ly equus pro æquo homine vel iusto sumatur, sed equus animal quadrupes, quid est ergo *fallax equus ad salutem?* Idest mentitur equus quando promittit tibi salutem, sed nunquid equus alicui loquitur, ut promittat salutem? sed cum tu uides equum bene formatum, & ueloci cursu prædotatũ, ista omnia quasi promittũt tibi de illo salutem, sed fallunt si Deus non tuetur te, quoniam, *fallax equus ad salutem*. Vel per equum accipe altũ statum prosperitatis, qui mentitur homini promittens salutem, ut ipsum ab altiori statu, grauius cadere faciat: vnde ibidem August. ait, *fallax equus* &c. vel equum accipe etiam figuratè quamlibet amplitudinem huius sæculi, quẽlibet honorem, in quem superbus incedis cum altius ingrederis, & eo te non modo celsiorẽ, sed etiam tutiorem, falso putas, quomodo. n. te decipias nescis, tanto elisum grauius, quanto sublimius ferebaris &c.

Adam si uiueret non posset cum aliqua muliere contrahere.

Equus significat prosperitatem mundi qua fallax est.

Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani.

Ver. 602. Psal. 36.

Notandum ꝙ hic cedrus ratione suæ altitudinis significat multa. s. Ambitionem, & superbiam, speculationem & scientiam, sanctitatem & iustitiã. Primũ patet: cedrus enim maxime quæ in libano nascit̃, arbores cęteras quasi despiciens, sua proceritate se in altum erigit, quod proprium est superborum, qui semper uoluntate multum volãtes, cæteros mente despiciunt, quos tamen Deus finaliter sua potestate confringit & damnat, de quibus dicitur ps. 28. vox domini confring. cedros, & confringet dominus cedros libani, quod uel ideo dicit̃ quia vox prædicationis dñi, superbos & altos humiliauit gentiles, subdẽdo eos ueritati fidei, & consimiliter in fine humiliabit superbos Iudæos, ipsos ad

Cedr⁹ multa significat.

Superbiam. ad fidem cōuertendo. Bene. n. per cedrū significatur superbia nō solū quia est arbor altissima, sed ét nisi succisa, est inutilis, quia in sua radice manēs inutiles fructus facit, sed succisa, valet ad ædificia. Sic & superbia quæ radix est peccati in sua radice manens, inutiles fructus parit, sed succisa valet ad ædificandum tēplum domino, vnde de superbis expresse loquitur hic psal. *Vidi imp um superexaltatum & eleuatum*, &c. Secūdum patet, scilicet de cedro scientiæ doctrinalis sicut enim cedrus sua altitudine arbores cæteras ope it, sic & doctores catholici altitudine suæ scientiæ operiunt omnia arbusta legis antiquæ, & de ista cedro in vinea ecclesiæ erecta dicitur psal. 79. plantasti radices eius, & impleuit terram sequitur operuit Mōtes vmbra eius, scilicet quoad umbram legis antiquæ, & arbusta eius cedros Dei. Vbi glossa. Vmbra vineæ ecclesiæ quæ modo impleuit terram operuit Montes scilicet antiquos prophetas, quia locuti sunt in figuris: vmbræ enim eius est circuncisio, sabbatismus &c. huiusmodi quæ prophetæ locuti sunt dicentes, obserua sabbathum, circuncide infantem offer sacrificium arietis, vituli &c. ideo tunc operuit mōtes vmbra eius, sed post vmbram uenit ueritas, quia nunc arbusta eius operiunt cedros Dei, quia eorum sacramenta & ueritates ostēsæ, operiūt cedros Dei, idest catholicos doctores. Ista namque ecclesia crescendo operuit omnes prophetas figuris, nunc autē ueritatis exhibitione operuit cedros Dei, idest sanctos doctores. Ideo autem dixit cedros Dei, quia aliæ sunt cedri euertēdę, idest superbi qui sunt cedri sæculi sed non Dei, sicut sunt sancti doctores. Tertium patet, scilicet de cedro sanctitatis & iustitiæ. Iusti. n. præcipuè duabus comparantur arboribus, scilicet palmæ propter radicis asperitatem & fructus longanimitatem, & cedro, propter altitudinem uitæ, & uirtutum immarcessibilitatem, Sic & iustum hic asperat labor, quem in supernis pulchritudo immortalitatis coronabit, & tunc ista cedrus erit imputribilis stola immortalitatis candidatus. Illis ergo arboribus comparātur Iusti, quia hę arbores non arescunt in æstate, ut fœnū cui impius

E comparatur, quia cito arescit: hæc glossa. Sancti ergo & iusti, qui ecclesiam sustinent possunt dici esse columnæ cedrinæ, quæ sustentabant domum Salomonis, i. Christi de quibus dicitur 3. Reg. 7. & lignis cedrinis uestiuit totam camerā. Per columnas cedrinas Prælatorum sanctitatem, sed per tabulata cedrina subditorū sanctitatem intellige.

Et transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Ver. 603. Psal. 36.

F Vide Augustinum super illum locū item alter intelligitur q̄ impius non est, quia à vero esse Dei per peccatum separatur, unde nec gloria eius aliquid esse reputatur. Vide Greg. 17. moral. c. 4. super illo verbo Iob. 24 eleuati sunt ad modicum, & non subsistent. Iniquorum gloria enim plerumque in annorum multitudine tenditur &c. Idem etiam Greg. 15. mor. c. 20, dicit, viator dicitur qui præsentem uitam viā sibi esse, & non patriam attendit &c.

G *Iusti autem disperibunt, simul reliquiæ impiorum interibunt.* Ver. 605. Psal. 36.

Hoc non solum intelligitur de bonis temporalibus, sed etiā de operibus bonis ex genere quæ fecerūt, quæ omnia in morte ipsorum pereunt. De bonis temporalibus hoc ostendit Greg. 9. ponens illud Iob. c. 27. dices cum dormierit &c. lib. 18. moral. c. 9. dicens diues cum dormierit &c. huic secundus psal. concordat dicens dormierunt somnum suū, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarū in manibus suis, ut enim in sua manu diuites post mortem suam

Bona impiorum omnia post mortē ipsorum pereunt.

H quicquid inueniant eis ante mortē dicitur diuitias suas in quibus manibus ponant, facite uobis amicos de mammona iniquitatis &c. diues cū dormierit nihil secum affert. Res suas cum moritur secum tolleret, si ad petentis uocem cum uiueret, sibi tulisset, nam terrena omnia quæ seruando amittimus, largiendo seruamus, patrimonium nostrum retentum perditur, manet erogatum, diu enim cum rebus nostris durare non possumus, quia aut nos illa moriendo

riendo deserimus, aut illæ quasi nos vivenies deserunt pereundo. agendum ergo nobis est, ut res absolute perituras ipsas erogando, in non pereuntem transire faciamus mercedem. De bonis autẽ operibus de genere factis per ipsos patet ꝙ pereunt quia post mortem ipsis non prosunt.

Ver. 617. Psal. 37.

Domine ante te, omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus.

Desiderantur multa propter quæ debemus desiderare Deum.

NOta quòd multa solent ab homine desiderari propter quæ Deus a nobis est desiderandus. Desideratur. n. primo Artifex subtilis ad operandum, vt scilicet bonum opus habeatur. Sed quis melior Deo, qui dat omne bonũ? Isa. 26. Domine nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Eccl. 42. O quam desiderabilia sunt opera Dñi omnia naturaliter desiderãr, & tendunt ad suum principiũ. Ideo anima in Deũ per desideriũ tendere debet. Prou. 13. Desiderium compleatur &c. 2. legatus fidelis ad uisitandum, & docendum, sicut deuius ducem desiderat, sed quid plus quam locus paradisi desideratur, quem locum docuit Christus in sua legatione? Ideo dicitur Aggęi 2. veniet desideratus cunctis gentibus. Tertio adiutor fortis ad bellandum, sicut captiuus desiderat liberari à carcere corporali, quanto plus ab ęterno, quod fecit Christus in Passione Isa. 26. anima mea desiderabit te in nocte. Psal 9. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus. 4 Medicus generalis ad sanandum, ut læsus medicum propter vulnus corporale, quanto plus propter spirituale, quod sanat Deus in iustificatione psal. 41. Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarum. Quinto diues liberalis ad ditandum, sicut pauper desiderat sufficientiã temporalium, quanto plus illam æternorum, quam dat Deus in glorificatione Cant. 2. Sub illius quem desiderauetam sedi. Prou. 3. desiderium suũ iustis dabitur. Quibus omnibus consideratis solum ad Dominum hic pœnitens ponit desiderium suum dicens, *Domine ante te omne desiderium meum.*

A *Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt.*

Ver. 619. Psal. 37.

VEl aliter dicamus Iudęos realiter amicos Christi fuisse non quidem ex parte ipsorũ sed ex parte ipsius Christi. Etenim si mali inimicãrur bonis: boni tamen illos quærunt amicos. Notandum etiam ꝙ aliquis dicitur proximus alterius multipliciter qualiter Christus erat proximus Iudæorum. Primo natura conditione Leuit. 19. Secundum 70. interpretes diliges dominum Deũ tuũ, B & proximum tuum sicut teipsum. Nostra translatio habet, diliges amicum tuum. hoc modo Christus erat proximus Iudæorum quia homo vt illi. Secũdo beneficiorum exhibitione Luc. 10. Quis horum trium tibi videtur fuisse proximus, respõdit, qui fecit misericordiam in illum. Sic erat proximus Christus. Vnde Act. 10. de Christo dicitur, qui pertransiuit benefac. & sanando omnes oppressos a Diabolo: & de Iudæis dicitur respectu Christi Psal. 27. qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. 3. C consanguinitate, & sic Iudæi erant proximi Christi, quia ex ipsis secundũ carnem fuit natus, quos proximos suos ipse hic appellat hoc modo, *Amici mei, & proximi mei*, &c.

Proximus alterius dicitur quis multiplic.

Et factus sum sicut homo non audiẽs.

Ver. 623. Psal. 37.

ISte versus secundum Augustinum intelligitur sicut & præcedens de Christo capite: sed cũ dicit *Factus sum*, &c. *non habens in ore suo redargutiones*, non sic intelligendus est, quasi Christus in ore suo nõ haberet redargutiones, qui- D bus Iudæos redargueret, cum cõstet ipsum illos de multis redarguisse. Sed expectabat, ut cõplerentur illa omnia, & implerentur omnes prophetiæ de illo de quo dictum erat, sicut ouis coram tõdente se non aperuit os suum. Vnde etiã notandum est, ꝙ inter alias cõditiones, quas redarguens habere debet, maxime debet habere discretionem, ut, scilicet illos arguat quibus credit proficere, & non illos, quibus credit nocere, ut puta si ex redargutione credat illos fieri deteriores. Et hoc bene notabat Salomon Prou 9.

Arguerè debemus solũ illos, quibus speramus proficere.

Prouer. 9. Dicens noli arguere derisorem, ne odiat te, argue sapientem & diliget te. Quod verbum pertractans Gregor. mor. 8. cap. 27. Super illud Iob 8. cũ adhuc sit in flore, ait, scirpus in flore est hypocrita in laude, & infra. Sanctus nãque non esse appetit hypocrita, sed vocari, & cum fortasse corripitur, quasi in opinionis gloriam detruncatur, deprehensum se in prauitate irascitur, loqui sibi redarguens prohibet, quia uelut in occulto tactus vulnere dolet, qualem se imperitis innotuit, talis vult ab omnibus extimari, & paratior est mori, quã corripi: redargutione deterior redditur quia letalis percussionis æstimat iaculum, verbum puritatis, unde exasperatus protinus in contumelias surgit, & quæ male exasperet contra uitam arguentis, vel corripientis inquirit demonstrare longe incomparabiliter reprehẽsorem suum desiderat malum, ut innocentem se non suis actibus sed alienis criminibus ostendat. Ita ut sæpe homo redargutionis aliq̃d se dixisse pœniteat. Vnde bene per Salomonem dicitur Noli arguere derisorem, ne odiat te. Nec enim iusto correctori timendum est, ne derisor cum redarguitur, contumelias inferat, sed ne tractus ad odium peior fiat. Ex quibus patet, quod licet a redargutione desistere, quando ex hoc cernitur nulla vtilitas, sed solum peccatũ illius, qui corrigitur, excrescere. Sic ad propositum uidens Christus Iudæorum obstinatam malitiam, ne deteriores fierent, ipsos redarguere cessauit. Et hoc est, ꝙ nunc dicit, *Factus sum, sicut homo non habens in ore suo redargutiones.*

Ver. 697. Psal. 42.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.

Fluct' multa signat.

Notandum ꝙ fluctus secundum diuersas cõditiones varia significãt. Quoniam fluctus sunt terribiles, & sic significant diuina iudicia Iob 31. Quasi timẽtes fluctus super me, sic timui Deũ. Secundo sunt instabiles, & sic significãt conscientiæ instabilitatem Iacobi c. 1. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vẽto agitatur, & mouetur. Tertio sunt eleuabiles, & sic significant arrogantiæ sublimitatem psal. 92. Eleuauerunt flumina domine fluctus suos. Et

E Isa. 51. Conturbabo mare, & intumescent fluctus eius. Primi fluctus mitigantur per Dei misericordiam psal. 88. Motum autem fluctuum eius tu mitigas. Secundi quietantur per animi constantiã Eccles. 24. in fluctibus maris ambulaui. tertij dissipantur per Dei potẽtiam Iob 39. ibi confringes tumẽtes fluctus tuos. Item notandum ꝙ per excelsa multa significant. Nam excelsa dicitur suprema gloria, ad quam debemus intendere ps. 38. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso. Item excelsa dicitur diuina potentia, cui debemus nos subijcere. F Esa. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum. Item excelsa dicitur superbia quã debemus reprimere. Prouerb. 30. Generatio, cuius excelsi sunt oculi. item excelsa dicuntur aduersitates, & diuina iudicia: de quibus hic dicitur. *Quoniam excelsa tua, et fluctus tui super me transierunt.*

Excelsa multa significat.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.

Ver. 709. Psal. 42.

Vel per hoc vult ostendere psalmista, ꝙ quantumcunque sit quis iustus, nunquam tamen in sua iustitia debet sperare, sed solum in Dei misericordia, & hoc est, ꝙ psalmista sibi ipsi dicit *Sperabo in Deo, quoniam*, &c. Vnde hic ait Aug. *Sperabo in Deo quoniam*, &c. Plane time, si iustum te dicis: non intelligis psalmistam dicentem. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quoniã non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, quia quilibet, qui hic viuit, quantumlibet iuste viuat, vah illi si cũ illo venerit in iudicium Deus. Vnde Deus, per prophetam dicit, ut quid vultis in iudicio contendere mecum? Da operam vt sis iustus, & quantumcunque fueris iustus, confitere te peccatorem, spera misericordiam: & in ista humili cõfessione secure alloquere turbantem te animam tuam. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo non in te: ille sit sanitas vitæ tuæ qui vulnera suscepit pro te *Spera* inquit *in Deo quoniam adhuc confitebor illi*: quid cõfiteberis? *salutare vultus mei Deus meus tu sanabis me.*

In

Vers. 717. Psal. 43. *In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæculū.*

Dies accipitur.

VEl aliter: vbi nota q dies accipitur dupliciter, scilicet pro die naturali, & pro die artificiali. Dies naturalis continet 24. horas, scilicet spacium totum temporis quo sol accedit ab oriente quoad vsque ad illud reuertatur, & sic continet dies, diem & noctem. Dies autem artificialis est solum spaciū, quo sol illuminat hemisphærium nostrum, & sic dies & nox distinguuntur, non autem primo modo. Dies ergo naturalis continet noctem & diem: per noctem autem intelliguntur aduersitates, sed per diem prosperitates. Quid ergo vult dicere, *In domino laudabimur tota die*, nisi in nocte laudabimus Deum, & in die; hoc est in aduersis & in prosperis?

Ver. 732. Psal. 43. *Quare faciem tuam auertis, obliuiscer is inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?*

Cognosci à Deo, & cognoscere Deum quid sit.

RIcardus super illo verbo, Populus quem non cognoui, seruiuit mihi &c. Psal. 17. ait. Non est magnæ admirationis si populus a Deo cognitus seruiat illi: cum vero incognitus illi seruiat, & in auditu auris obediat illi, magnæ laudi est ascribendum. Quidam. n. sunt qui a Deo cognoscuntur, & Deum cognoscunt, cognoscere enim Dei hominem est ipsum facere fœlicem; cognoscere hominis Deum est de percepta fœlicitate Deo gratias agere: & tales sunt Angeli & beati. Quidam autem sunt qui nec cognoscuntur a Deo, nec ipsi Deum cognoscunt, sicut pauperes necessarij, quos nec rerum temporaliū copia ditat, nec beatificat seruitus diuina. Quidam autem a Deo cognoscūtur, sed Deum ipsi non cognoscunt, sicut sūt huius sæculi diuites, qui acceptis a Deo opibus affluunt, sed carnalibus desiderijs oppressi nunquam ad cœlestia desideria cor attollūt nec suspendunt. Quidam vero Deum cognoscunt, sed nō cognoscunt à Deo sicut pauperes voluntarij quos nec tribulatio, nec angustia, nec aliqua alia pericula possunt separare à caritate Christi, in quorum persona dicitur in psal. Deus Deus meus quare dereliquisti me? Nunquid incogniti videntur à Deo qui orant vt respiciantur? Veruntamen licet habeantur quasi incogniti, licet videantur quasi à Deo derelicti, ipsi tamen Deum ipsum bene cognoscunt, qua propter ex persona cognoscentium statim subinfertur, Deus meus clamabo per diem &c. & de his ipsis ait vox diuina. Populus quem nō cognoui, seruiuit mihi &c. ac si aperte angelis suis dicat. Quid mirum si vos mihi seruitis, quos fœlices facio, quando illi mihi seruiunt, quos in paupertate tamquā mihi incogniti esse videantur, relinquo? Et quid etiam mirum si vos mihi obeditis, qui faciem meam videtis, cum et illi me audiant, qui me nō vidēt? Ad propositum ergo quia Deus populum suum tempore Antiochi exposuerat persecutionibus; ideo illos dicebatur non cognoscere, & non respicere, ab eis faciem auertere, & consequēter dicebatur de ipsis non recordari. Clamabat ergo populus Iudæorum, clamabāt Sancti Martyres occisi, & ille afflictus sub Anthioco. Quare faciem tuā auertis, cupiētes sui certaminis finem.

Ver. 753. Psal. 44. *Memores erūt nominis tui domine in omni generatione, & generationē.*

Generatio dupliciter accipitur.

APostoli prædicauerunt nomen Christi non solum in uno tempore, & in vna generatione, sed in omni generatione, & generationem. Quod potest 2. intelligi: primo modo quoad successionem generationis, sicut filius est generatio patris prima, filius filij est generatio secunda. Filius illius est generatio tertia, & sic continue procedendo. Et sic notatur hic continuatio prædicationis nominis Christi vsque ad finem mundi. Alio modo accipitur generatio, non pro tali generatione, seu successione, sed pro una narratione, vel pro vna gente, sicut dicimus, quod latini faciunt unam generationem, Græci aliā. Sic. n. Iudæi dicebantur una generatio psal. 23. Hæc est generatio quærentium Dominum. Et sic hic notatur nominis Christi prædicatio per omnes mūdi nationes, siue generationes, cum dicitur *Memores erunt nominis tui in omni generatione*, &c. Vnde nullam generationem excludit,

excludit, in qua nomen Christi nõ fuerit prædicatum, dicens *In omni generatione & generationem*, vt ly *in omne*, bis intelligatur, sic bis hic ponitur generatio. Vt sit sensus primo. *In omni generatione*, scilicet quoad successionem generationum, Secundo *& in omni generatione*, quoad uniuersalitatem omnium gentium, & generationum. Notandum autem q̃ nomen Christi merito in omni generatione fuit prædicatũ. Primo quia est nomen summæ maiestatis, ideo colẽdum, & venerandum fideliter. Phil. 2. Dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genuflectatur &c. Ideo cuilibet nostrum dicitur Exod. 19. Non assumes nomẽ Dei tui in vanum. Secundo quia est nomen summæ dignitatis, ideo est laudandum celebriter Psal. 82. Nomen tibi Deus tu solus altissimus super omnem terram. Psal. 8. Domine Deus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Ideo vt dicitur Paral. 29. Laudamus nomen Domini in æternum. Et Psalm. 112. Laudate pueri nomen Dñi. Tertio quia est nomen summę potestatis, & ideo ad ipsum confugiendum est fideliter, seu fiducialiter. Prou. 18. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, & saluabitur. Vnde potestatem sui nominis ostendens Christus Math. vlt. Dixit in nomine meo, dæmonia eijcient &c. Quarto quia est nomen summæ pietatis, & bonitatis, & ideo inuocandum est cordialiter. Luc. 1. Vocabis nomen eius Christum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Istud ergo nomen Christi innocentes dicentes illud Ierem. 14. Tu in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos &c. Quid ergo mirũ si ecclesiæ filij huius nominis sunt memores?

Ver. 765. Psal. 45.

Dominus uirtutum nobiscum susceptor, noster Deus Iacob.

Mortẽ Christus suscepit propter multa.

Susceptor noster est Christus, quia nostra suscepit. s. pœnalitatem, humanitatem mortem: sed de morte tantum hic agam: quam Christus propter multa suscepit: vt diabolus ab ipso iustitia uinceretur: vt peccator quilibet Deo

E reconcilietur, vt homo frigidus ad Dei amorem accenderetur. Primum patet quoniam Christus humanum genus de manu dæmonis volens eripere, ipsũ Diabolum non potestate, sed iustitia voluit superare, q̃ & fecit indebitam mortem tolerando, ut ostendit Magister libro 3. d. 20. d. Quod morte Christi iustitia superatus est diabolus, & non potentia. Et quõ id factum sit, ut potero, explicabo. Quadam. n. iustitia Dei in potestate diaboli traditum est corpus humanũ, peccato primi parentis in omnes originaliter transeunte & illius delicto obligante. Vnde & omnes homines ab origine sunt sub principe diabolo. dicente

Morte Christi superatus est diabolus, et nõ potentia.

F Apostolo eramus enim filij iræ, natura, scilicet ut est deprauata peccato, non ut est recta creata ab initio, & subdit. Et tandem hominem, quẽ commissio peccatorum diabolo subdidit, remissio peccatorum per sanguinem Christi data a diabolo eruit ut iustitia diabolus uinceretur, & non potẽtia, sed iustitia ipsum superauit, quia nihil in eo morte dignũ inueniens, occidit eum, propter quod iustum est, ut debitores, quos iuste tenebat, libere dimittantur in eum credentes, quem sine ullo debito occidit. Et sic

G non potestate, sed iustitia ipsum superauit. Factus est igitur Christus susceptor nostræ mortis, ut diabolus iustitia vinceretur: Vnde quilibet nostrũ sic in iustitia à diabolo liberatus dicere potest illud Psal. 3. Resurrexi, s. à peccato; quia dominus suscepit me. Secundum patet quoniam per Christi mortem Deo patri sumus reconciliati, propter quod dicit Magister lib. 3. d. 19. Quod Christus suscepit illam, s. mortem, & passionem, per quæ Deo Trinitati sumus reconciliati. Vnde & Apostolus ait, reconciliati

H sumus Deo per mortem filij eius. Et talis susceptio mortis causa fuit nostræ salutis, sic nostrum quilibet dicat Christo illud Ps. 88. Pater meus es tu Deus meus, & susceptor salutis meæ. Tertiũ patet quia nihil tantum amorem accendit hominem ad ipsius Dei amorem, quam mortis eius recordatio. Vnde Mag. lib 3. distin. 19. dicit, apparet commendabilis, & eximia Dei caritas erga Nos, in eo q̃ filius suus pro nobis peccatoribus tradidit in mortem. Exhibita autem erga

nos

nos tantæ dilectionis arra, & nos moue mur, accendimurq; ad diligendũ Deũ, qui pro nobis tantum fecit. Et sic Dei filius animas nostras cum morte suscepit ad Dei amorem, fructus iusti, lignũ vitę, & qui suscipit animas sapiẽs. Ex quibus omnibus clare patet ꝙ de Christo Dei filio merito ps. dicit *Dominus Virt. Nobis susceptor* &c. Item notandũ quòd Dominus nobiscum est multipliciter. s. per potentiæ præsidium quo defensamur, Num. 14 Dominus est nobiscum, nolite timere. Per gratiæ beneficiũ quo ab ipso acceptamur, vt hic *Dominus vir tutum*. Per naturæ consortium, quo cũ ipso conuersamur Matth. 1. vocabitur nomen eius Emanuel, ꝙ interpretatur nobiscum Deus, quare &c.

Nobiscũ est Deus multipliciter.

Ver. 819. Psal. 49. *Quoniam meę sunt omnes feræ siluarum, iumẽta in montibus, et boues.*

ET notandum ꝙ differentia est inter feras, & bestias, quoniam fera dicitur à fero, fers: & dicitur fera omnis bestia, quia toto corpore ferat, vt quasi naturali vtatur libertate, & desiderio suo, & voluntate feratur, propriè feræ dicuntur, etsi non sæuiant. Bestiæ verò à vastando sunt dictæ, quæ morsu, vnguibus vel cornibus sæuiant, & sic isto modo patet, ꝙ omnis bestia est fera, sed non omnis fera est bestia. Vel fera dicitur à ferus, feri: est autem ferus idem ꝙ crudelis, durus, vel asper; vnde psal. 79. Singularis ferus depastus est eũ: & isto modo fera idem est quod bestia crudelis. Iumentum autem dicitur à iuuo, iuuas, vnde iumentum, quasi iuuamentũ, & sic iumenta dicuntur illa animalia, quæ suo labore nos iuuant, vt arando, portando, & huiusmodi: & sic boues inter iumenta ponuntur, quæ tamen omnia sunt Dei, qui omnia illa creauit, propterea dicit Psal. *Quoniam mea sunt omnes feræ siluarum.*

Fera, bestia iumentum quid est.

Ver. 866. Psal. 52. *Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor.*

HIc redditur ratio talis punitionis. Vbi notandum ꝙ tempore Antichristi, multi timore pœnarum, quas dabit sibi contradicentibus fidem Christi

A negabunt, & ipsum Antichristum verũ Messiam in lege promissum confitebuntur, quia plus timebunt pœnam corporalem ad modicum duraturam, quam Dei offensam, & perpetuam pęnam, cũ tamen certum sit ꝙ primus timor nullus debet esse respectu futuri: & hoc est quod de talibus dicit, quod *Deum nõ inuocauerunt.* Hic accipit, præteritum pro futuro, i. non inuocabunt, ideo ipsum negabunt: & causam subdit, *Quia illic trepidauerunt.* id est trepidabunt timore. s. pęnæ corporalis. *vbi non fuit*, i. non debuit esse timor. Sic. n. dicebat Christus B pœnas corporis non esse timendas, sed nec mortem Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Vel istum versum expone de omnibus malis, qui Deũ non propter ipsum Deum, sed propter temporalia colunt: quod talis non inuocat Deum, sed temporalia. Nam ut dicit hic Aug. Deus gratis vult coli, gratis vult is diligi. Non propterea illũ amare, quia dat aliquid præter se, sed quia dat se. Qui ergo inuocat Deum, ut diues fiat, Deum non inuocat: hoc. n. inuocat quod vult ad se venisse. Quid est. n. inuocare, nisi vocare ad te? nam cum di C cis. Deus da mihi diuitias, non uis ut ipse Deus ueniat ad te, sed uis ut ipsæ diuitiæ veniant ad te. Quod vis, ut ad te ueniat, hoc inuocas: si autem Deum inuocares, ipse ad te veniret, ipse esset diuitiæ tuæ. Nunc autem uis habere archam plenam, & inanem conscientiã, Deus non implet domum, sed pectus. Quid tibi prosunt exteriores diuitiæ, si te interior premit egestas? ergo illi qui propter sęcularia cõmoda, qui propter terrena bona, propter præsentem fęlicitatem, & vitam, inuocant Deum, Deum non inuocant: propterea de illis sequi D tur *Illic trepidauerunt timore, ubi non fuit timor.* Non quidem timor est, si quis perdat diuitias terrenas, non est ibi timor, & ibi timetur: si quis autem perdat vera bona, & sapientiam, ibi verus timor est, & ibi non timetur. commodatur alicui pecunia, non vult reddere, videat, ꝙ timeat amittere, & ꝙ nolit habere, in dubium veniunt pecuniæ, & fides, quæ preciosior est. Vbi grauius damnum timendum est. Tu autem vt aurũ teneas, fidem perdis, grauiori damno percute-

Orando, solum Deum petere debemus non tẽporalia.

Timor non est perdere temporalia, sed spiritualia.

ris, & unde lucro lætatus es. Ibi ergo habuisti timore *ubi non erat timor*. Tu reddere pecuniam timuisti, & fidem perdere non timuisti. Martyres non aliena solum sed etiam sua contempserunt, ne perderent fidem, perdiderunt etiam animam suam, & vitam æternam inuenerunt. Ipsi ergo timuerunt, vbi timendũ est. Illi uero qui dixerunt Christum nõ esse Deum, timuerunt, vbi timor non erat: o stultitia times perdere terram, perdidisti cœlum.

Ver. 873. Psal. 53.

Auerte mala inimicis meis, & in ueritate tua disperde illos.

Temporalia bona dicuntur mala, quia sunt malorum occasiones.

VEl aliter ut ista non sit pro inimicis oratio, sed magis malorum ipsorum prædictio. Vbi notandum q̃ ista temporalia bona, quibus in præsenti florent mali, quia multorum malorum & peccatorum sunt occasiones: ideo ratione huius licet in se sint bona, tamen ipsis malis, mala dicuntur, sicut per oppositum aduersitates, & pœnæ iustorum quia illis sunt occasiones multorum malorum: ideo ipsis non mala, sed bona dicuntur. Vnde de diuitijs, q̃ sint mala diuitibus dicitur Eccl. 5. Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui pereunt. Ista ergo temporalia, quæ mala dicũtur malis, non durant, sed pereunt, quia aut nos moriẽdo perdimus illa, vel illa nos dimittendo, recedunt à nobis. Et hoc est quod intendit psal. dicens Deo, *Auerte mala inimicis meis*. i. bona temporalia, in quibus florent, & in quibus lætantur. *Auerte*. i. auertes ab illis. *Et in ueritate tua disperde illos*; i. in iustitia tua finaliter illos damnando disperdes. Et istum sensum Aug. hic approbare uidetur. *Et in ueritate tua disperde illos*. Nota quod multiplex est disperdere quoniam reperitur dispersio liberalitatis, & clemẽtiæ psal. 3. Dispersit, dedit pauperibus &c. captiuitatis & miseriæ Iere. 19. Disperdam eos in gentes, quas non cognouerunt. Rapacitatis & malitiæ. Ierem. 23. Væ pastoribus qui lacerant, & dispergunt gregem meum. Damnationis æternæ psal 77. In malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster. Et isto modo secundum Aug hic accipitur, cum dicitur. *Et in ueritate tua disperde illos*, &c.

Multiplex dispersio.

Ver. 874. Psal. 53.

Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine q̃m bonũ est.

Nomen domini ualet ad multa bona.

NOtandum q̃ merito nomini domini est confitendum, quia bonũ; dicit, confidetet quoniam nomen domini ualet ad multa bona: ad deiectionem. s. peccatorum: ad eruditionem indoctorum: ad saluationem electorum: ad contemplationem æternorum. Primum patet Mar. ult. in nomine meo dæmonia eijcient. Quod & factum est literaliter, & quotidie fit spiritualiter quando. s. per baptismum in nomine domini datum peccata lauantur non solũ originalia, sed etiam actualia superaddita. Et de isto nomine dicitur Matth. 1. Vocabitur nomen eius Christus, ipse. n. saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Secundum patet Apoc. 19. Vocabitur nomen eius uerbum Dei. Verbum. n. docemur, sed præcipue illo uerbo, de quo Ioan. 1. Quod est lux uera, quæ illuminat omnem hominem, & ps. 117. Benedictus qui uenit in nomine domini; Deus dominus, & illuxit nobis. Plus. n. instruit verbum interius, quam exterius, & qui instruitur uerbo exteriori, sciat se doctum verbo interiori. Tertio patet Act. 4. Nec enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. In isto. n. nomine saluamur corporaliter Act. 5. In nomine domini Iesu Christi surge, & ambula. Saluamur etiam æternaliter Ioel 2. Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quartũ patet Apocal. 2. Vincenti dabo calculum candidũ, & in calculo nomen meum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. In calculo. n. candido significatur premæ, & æternæ veritatis cõtemplatio, quæ ideo calculus dicitur propter soliditatẽ æternitatis, calculus. n. est lapillus solidus, sed candidus dicitur propter claritatem veritatis.

Ver. 892. Psal. 54.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.

QVid proprie sit nequitia, notandũ est q̃ hoc verbum. s. queo, quis, quitum. i. possum, potes, cõponitur cum non, & dicitur nequeo, nequis, idem quod non posse; & a nequeo deri-

deriuatur nequam, omnis generis, & indeclinabile, & dicitur nequam, quia plura mala facere vult, quam possit, quia omnia mala quæ desiderat, nequit opere cõplere. Vel dicitur nequam, quia nequit se abstinere a malo, & sic nequam dicitur luxuriosus, & incontinens, qui ab actib. venereis se nequit abstinere, & inde nequitia nequitiæ, est ipsa luxuria; uel malitia uoluntatis, maxime sic inserta uoluntati, quod ab illa propter cõsuetudinem uoluntas se nequit abstinere. Nequitię ergo sunt in habitaculis malorum, idest in peregrinat. huius uitæ; quia à malis saltem uoluntatibus se nequeunt abstinere: & attẽdẽdo quod nequitia, quia nequit explere malum quod intẽdit, semper anxiam pœnam secum gerit. Quod ostendens Greg. 12 moral. c. 15. ait: scriptum est. s. Sap. 17. Cum. n timida sit nequitia, dat testimonium cõdemnationis, quia cum illicita iniquus perpetrat, pauet quod facit & apertus testis damnationis est, ipse timor iniquitatis, quia & timetur quod agitur, & tamen malum non uincitur. In omne quod iniquus agit, tribulatione, & angustia vallatur, quia cor eius anxietate, tribulatione, uel suspitione confunditur. Alius enim appetit occulte aliena diripere, & hic laborat in cogitationib. ne deprehendi valeat. Alius relicta ueritate mentiri deliberat, ut audientium animum fallat, sed quantus labor est sollicite custodire, ne ipsa fallacia deprehẽdi queat, ponit quippe ante oculos, quod sibi à veritatem scientibus responderi possit, & cum magno cogitatu pertractat quomodo per argumẽta falsitatis documenta veritatis exsuperet, hinc inde se circuntegit, & contra hoc ubi deprehendi potuerit, veritati similem responsionem quærit. Qui si uoluisset verum dicere, utiq; sine labore potuisset, plana quippe est veritatis via, & graue est iter mẽdacijs vnde per prophetã dr. Docuerunt linguam suam loqui mẽdacium, & ut inique agerent laborauerũt.

Ver. 900. Psal. 53. *Tu uerò, Deus, deduces eos in puteum interitus.*

Puteus multiplex. Nota quod in scriptura reperitur puteus multiplex tam bonus quam malus. Puteus autem bonus est triplex scilicet puteus salutaris gratiæ. cant. 4. Fons hortorum, puteus aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de libano. Doctrinalis Sapientiæ. Prouer. 5. Bibe aquã de cisterna tua, & fluenta putei tui. Et de isto puteo sapientiæ profundo dicitur Ioan. 4. Puteus altus est. Aeternalis gloriæ. Gen. 15. Appellauit puteum illũ uidentis, quia in gloria est clara visio deitatis. Similiter malus puteus est triplex. s. Puteus carnalis concupiscentiæ psal. 67. Neque urgeat super me puteus os suum. Temporalis auaritiæ 2. Machab. 1. ignem de altari absconderunt in ualle vbi erat puteus altus & siccus. Gehenalis miseriæ ut hic, *Tu uero Deus deduces eos in puteum interitus.*

Ver. 913. Psal. 55. *In me sunt, Deus, uota tua, quæ reddam laudationes tibi.*

Deo quid uouendum. Vnde hic ait Aug. *In me sunt Deus uota tua.* Quid uoueas Deo, quid Deo reddas? An forte animalia illa quę offerebantur aliquando ad aram? Nihil tale offeras. In te est quod uoueas, & reddas Deo. De cordis arca, laudis incẽsum, de cellario bonæ conscientiæ profer Deo sacrificia: quicquid profers accẽde caritate: in te sint uota, quæ reddantur laudes Deo. Cuius laudis? Ama Deum, & uota Deo soluisti, & nihil timebis præter ipsum: sit ipse tibi Deus, quinimo sit ipse Deus tuus. Tuus enim est Deus cum ab ipso alienus non es: omnium quippe Deus est, sed eorum proprie, qui illum diligunt, qui eum timẽt, qui eum possident, qui ipsum colunt. nõ alia ab ipso amari vult Deus, gratis propter se amari vult, non propter alia. Nõ est castum cor si Deum ad mercedem colit. Quid ergo? de amore Dei de cultu Dei mercedem non habebimus? Habebimus plane, sed ipsum Deum, quem amamus, ipse merces erit, quia uidebimus eum sicuti est. Noli extra ab eo aliquid quærere, ipse sibi sufficit. Quantũcunque sis auarus sufficit tibi Deus: est enim auaritia totam terram possidere; adde & cœlum. Quale sit cor castum in illis coniugijs temporalibus cogitare potestis, non diligit uxorem suam, qui eam propter dotem diligit: non maritũ caste diligit, quæ eum propterea diligit, quia aliquando donauit: & diues maritus.

ritus & pauper maritus factus est: quam multi mariti proscripti à castis vxoribus amplius dilecti sunt: probata sunt multa casta coniugia calamitate maritorũ, ne aliud amare quã maritũ viderẽtur, non solũ deseruierunt, sed amplius obsecutę sunt. Sic ergo maritus carnalis gratis diligitur, si caste diligitur: & vxor carnalis gratis diligitur, si caste diligitur: Deus quõ diligendus est verus aiæ maritus ad prolẽ sempiternæ vitæ fecũdãs, & steriles non esse permittẽs. Ipsũ ergo sic Deũ diligamus, vt aliud præter ipsũ non diligatur, vt sibi oĩa vota reddamus, si nihil pter Deũ ipsũ diligamus.

Ver. 927. Psal. 56.

Exaltare super omnes cęlos Deus, & super omnem terram gloriam tuã.

ISte versiculus paulo ante formaliter positus est superius: sed sententialiter in hoc ab illo differre vr quia ibi supra Christus expressit suã ascensionẽ ad cęlos: hic aũt surgit ex oĩb. pmissis ad gratiarũ actionẽ. Et ad istũ qɱdẽ intellectũ exponit hunc versum hic Aug. d. ***Exaltare super omnes cęlos*** &c. Gloria dño nostro Iesu Christo, quia misericordia sua nec deseruit nos facere beatos per gratiã suã, nec fraudauit nos veritate: quia hic veritas carne operta venit ad nos, & sanauit per carnẽ suã oculum interiorẽ cordis nostri, vt eũ ipsũ postea facie ad faciẽ videre sicuti est possimus. Agentes ergo hilariter dño gratias dicamus cum ipso. ***Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua.***

Ver. 937. Psal. 57.

Et dicet homo, si utiq; est fructus iusto, utiq; est Deus iudicãs eos ĩ terra.

IAm attende ꝙ nõ solũ in futura uita est iustis fructus, & malis pęna, sed ẽt in hac præsenti vita: quia hic in sæculo quoduis peccatum est ipsis malis pęna atq; supplicium: at iustorũ pęna est eis ipsis fructus, est eis ipsis gaudium, id qđ hic vr deducere Aug. d. ***Et dicet homo, si utique est fructus*** &c. Ecce antequã ueniat quod promittitur, antequã ueniat quod uideatur uita æterna, antequam impij mittantur in ignem æternũ, hic in præsenti uita fructus est iusto: quis autem fructus? Spe gaudemus in tribulatione patientes: quis fructus iusto? gloriamur in tribulationibus scientes, quia tribulatio patientiam operatur &c. vsq; in cordibus nostris. Gaudet ebriosus, & nõ gaudet iustus? In caritate est fructus iusto: miser ille etiam cũ se inebriat gaudet, beatus aũt est iustus cum sitit, cum esurit. illum aũt ingurgitat vinolentia istum aut spes satiat. Videat ergo iustus illius pœnã, uideat gaudiũ suum: & secũ cogitet Deum ꝙ tale gaudiũ modo dedit de fide, de spe, de caritate, de ueritate scripturarum suarum, & ex hoc ipso cogitet, quale gaudium parat nobis in finem, si in uia pascit iustos, quos postremo in patria saginabit.

Ver. 939. Psal. 58.

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de uiris sanguinum salua me.

QVòd autem Iudæi fuerint viri sanguinum, ac ẽt consequenter gẽtiles ecclesiã persequentes ostẽdit hic Aug. d. ***Eripe me de operãtibus iniquitatem***, &c. Erant quidem Iudæi viri sanguinum, qui iustum occiderunt, in quo. s. nullã culpam inuenerunt: erãt illi uiri sanguinum, qui cum uellet alienigena totis manibus dimittere Christũ clamauerunt, crucifige, crucifige: Erãt viri sanguinum quibus iam cum obijcerẽt crimen sanguinis Christi responderũt propinantes posteris suis, sanguis eius super nos, & sup filios nostros. Sed nec in eius corpus insurgere cessauerũt viri sanguinũ. Nam post resurrectionẽ Christi & ascensionem persecutionem passa est Ecclesia: & illa primò quidem quę efflornit de gente Iudęorum, de qua & Apostoli fuerunt. Ibi primo Stephanus lapidatus est & quod vocabatur accepit Stephanus. n. corona dicitur ex græco: humiliter lapidatus est, sed sublimiter coronatus. Deinde in gentibus insurrexerunt regna gentium contra Ecclesiã, antequam impleretur in eis, quod de eis prædictum fuerat. Et adorabunt eũ omnes reges terræ; & infremuit impetus gentis illius aduersus testes Christi. Effusus. n. est magnus & multus Martyrum sanguis, quo quidem effuso, tanquã seminata seges, ager ecclesiæ fertilis pullulauit, & totum mondũ occupauit. Ab istis ergo uiris sanguinum eripitur Christus non solum caput, sed ẽt corpus, & eis qui fuerunt, & eis qui sunt, & qui futuri sunt, profuit oratio Christi. Et nota ꝙ

ta ꝗ sanguis quamuis careat plurali numero secundum grammaticos, tamen ipso numero utitur scriptura plurali, vt patet psalm. 50. Libera me de sanguinibus &c. & psal. 54. Viri sanguinū &c. & hic similiter. *Et de viris sanguinum salua me.* Item sanguinis Christi à cuius effusione principalius Iudæi sunt dicti uiri sanguinum multiplex fuit vtilitas. Qm̄ secundatr lignū aridum, qđ arbor est de nouo arefacta, optimum est circa radices eius sanguinem humanum ponere. Narrat Hermes trismegistus, ꝗ rosariū plantatum in terra cū calido sanguine humano, omni tempore anni producit rosas. Sic moraliter homo est quasi arbor. Matth. 8. Video homines quasi arbores. Arescit autem per consuetudinem peccādi: Ioel 1. ligna agri aruerunt &c. Vt igitur ista arbor iterum uirescat circa radices sanguis calidus Christi debet apponi per deuotam meditationē: quoniam talis meditatio sanguinis Christi accendit amorem qui est calor naturalis in homine, & ad calorem huius sanguinis sequitur fructus boni operis. qm̄. amor Dei nunquam est ociosus: operatur. n. magna si est amor. Greg. in hom. Secundum patet, quia sanat omnes infirmitates tuas. Psal. 102. Vnde legitur de Constantino Imperatore ꝗ ex consilio medicorum balneatus est in sanguine calido puerorum, & sanatus est à lepra. Est. n. quædam infirmitas, quā sustinent pueri, periculosa, nisi adhibeatur remedium, quod tale est, oportet. n. ꝗ puer vngatur sanguine viri, qui prius illam infirmitatē habuerit. Sic moraliter. Infirmitas autem corporis est morbus, periculosus, & mirabilis, quia continue secundum ꝗ dicit Seneca, Morimur. Ab ista infirmitate curari nō possumus, nec effici immortales, nisi sanguine illius, qui sponte sanguinem suum fudit pro nobis, ut in ipso lauaremur. Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Tertium patet, dicitur. n. ꝗ antiqui nolentes construere fortia ædificia, cementū vngebant sanguine. Vnde de quodam Rege Britaniæ legitur in historijs Britonum, quod cum forte castrum vellet ædificare, quicquid cementarij vna die operabantur, terra alia die absorbebat: consuluerunt igitur Magi Regis, ut quæreretur iuuenis, qui patrem terrenum non haberet, cuius lapides, ac cementum sanguine aspersum firmū fundamentū fecerunt. Moraliter ante Christi passionem sic erat in mundo, quicquid patres boni operabantur in mundo in die, totum in morte absorbebatur, nec stare potuit ædificium spirituale, donec sanguine Christi, qui patrem in terra non habuit, lapides. s. bona opera aspergerentur & solidarentur. Vnde ad Ephes. 2. Nunc autem in Christo Iesu, nos, qui aliquando fuistis longe, prope facti estis in sanguine Christi.

Sanguinis Christi utilitas multiplex.

Ver. 954. Psal. 58.

Ipsi dispergētur ad manducandū: si vero nō fuerint saturati, murmurabūt.

Vel aliter: illi comedunt eloquia sacræ scripturæ, qui illa desiderātes masticant sensu, & masticando intelligunt mente. Iudæus ergo nunc habens legis litteram, ipsam legem non manducat, quia ipsa non intelligit: Gentilis verò populus ad fidem conuersus, habens legis litteram à Iudæis, illam mādūcat, quia illam intelligit. Sed Iudæi in fine conuersi, famem verborum Dei patientur, quia desiderabunt eloquia scripturę ad verum intellectum sibijpsis incorporate. Et ad hoc facit quod ait Greg. mor. lib. 6. c. 2. super illo verbo Iob 5. Cuius messor famelicus comedet, d. Huius stulti. s. populi iudaici messis fuerat seges sacri eloquij: quædam namq; spicarū grana sunt uerba Prophetarum, quę stultus habuit, & nō comedit, quia Iudaicus populus, legem quidē verbotenus tenuit, sed per fatuitatis fastidium, ab eius intellectu ieiunauit: huius vero stulti famelicus messem comedit, quia nimirum gentilis populus verba legis intelligendo edit, atque plebs iudaica fine intellectu laborauit. Nos famelicos fidei Dominus præuidit, cum per Euāgelium dixit, Beati qui esuriūt, & sitiunt iustitiā, quoniam ipsi saturabuntur. Sic ad propositū Iudæi, qui modo habent verba legis, & Prophetarum, illa non comedunt, quia illa intelligere nolunt, sed in fine cū magno desiderio dispergentur vbiq; ad mādūcandum. s. vt habeant doctorem, qui illis verum intellectum legis ostendat: ꝗ si non inuenient, murmurabunt, non nō quidem alicui detrahendo, sed seipsos

Qui mādūcāt eloquia Dei.

ſos increpando de priori tempore perdi to in quo doctores habuiſſent, ſi legem intelligere voluiſſent.

Ver.982. Pſal.61.

Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea, qm̄ ab ipſo patientia mea.

Patientia Vtilitates.

HIc notat, quoniam patientia multipliciter eſt vtilis. Quoniam eſt pœnarum & triſtitiæ leuamentum. Narrat Valer. lib. 6. Exemplum de Theodoro Citenæo, quem cũ Lyſimachus Rex inſſiſſet crucifigi, reſpondit, Terribile hoc ſit purpuratis, mea quidem nihil intereſt, humi ne, aut in ſublimi putreſcã. Et lib. 4. narrat de Pompeio, qui cũ fuiſſet ſuſpectus, quod cõſilium Senatorum prodere videretur, ipſe digitum cremandum præbuit, & tandiu patienter ſuſtinuit, ꝙ omnes mirarentur eius patientiam. Eſt verborũ iniuriæ detrimẽtum. *Prima.* Policratus ponit exẽplũ de Nugis curialium, de Alexandro Magno, cui cum Antigonus diceret eum non debere regnare ratione ætatis, & voluptatis, ipſe patiẽter ſuſtinuit. Etiam ibidem narrat de Iulio Cæſare, qui cuidam improperanti de matre ſua finxit ſe non audire. Et Seneca lib. 3. de Ira ponit exemplum de Antigono Rege, qui cũ eſſet poſt parietem & audiret homines de ſe male loquentes, dixit, tacete ne vos audiat Rex. Et Policratus vbi ſupra narrat de Ariſtippo Philoſopho, qui cum quidam ſibi malediceret, reſpondit, ſicut tu es dominus linguæ tuæ, ſic & ego ſum dominus aurium mearum. Ita fecit Dauid de Semei ſibi maledicente. *Secunda.* Eſt fortunæ aduerſæ ſolatiũ. Vñ Val. in c. de Fortuna multa exẽpla ponit, vt de Catone, cui cum annunciatũ fuiſſet, quod depoſitus eſſet à Senatu, ira patienter ſuſtinuit, ꝙ incœpit legere librum contra fortunã. Item exẽplũ de Tobia, qui excæcatus dixit ꝙ *Tertia.* E Deus hoc permiſit, vt poſteris daretur exẽplum patientiæ eius. Eſt conſtantiæ fulcimentũ. *Quarta* Val lib. 4. ponit exẽplum de Zenone, qui cũ per Tyrannũ, qui dñabat in ciuitate, eſſet poſitus in Eculeo, nec ſupplex vox, nec miſerabilis eiulatus ar ditus eſt ab eo, ſed fortis exhortatio, quę totius vrbis animũ, fortunãq; mutauit. In tantũ. n. perſuaſit vt Tyrãnus qui eũ torquebar, lapidibus obrueretur. Et Sen. lib. 3. de Ira narrat de Socrate, qui dum iret per villã, à quodã colapho eſt perF cuſſus, qui nihil amplius reſpondiſſe fertur, niſi quod moleſtũ eſſet, quod neſcirent hoies qñ cum caliga, vel ſine caliga ire deberent. Eſt amicitię concordiæ nu*Quinta.* trimentũ. Sen. lib. de Prouidentia comẽdat paupertatẽ in Fabritio, exiliũ in Vitellio, tormenta in Regulo, Venenum in Socrate, mortem in Catone. Itẽ exemplum habes de Matre, & ſeptẽ filijs Machabæis 2. Mach. 6. Eſt gratiæ mileticor*Sexta.* diæ condimentũ, vt patet in Iacob, qui pro amore Rachel 14. annis laborẽ paG tienter ſuſtinuit. Eſt gloriæ, & lætitiæ cõ*Septima.* plementũ. Patientia. n. eſt multũ meritoria: acquirit. n. gratiã cotã Deo, & hominibus, & ideo ſancti viri patienter ſuſtinuerunt quicquid accidit eis in mundo iſto, Iac. 1. oẽ gaudiũ fratres exiſtimate cũ in tẽtiones varias, &c. ſuper quo d. gl. Ne indignemini fratres, ſi mali in mundo florent, & vos patimini, quia non eſt chriſtianæ dignitatis in tpalibus exaltati, ſed potius deprimi: Mali nihil habẽt in cœlo, vos nihil in mundo. ſed illius boH ni, ad quod tenditis, quicquid in via cõtingit, gaudere debetis, propter ꝙ Iac. 2. Si benefacientes patiẽter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum. Exempla patientiæ habemus in Martyribus, qui tot, & tanta patienter ſuſtinuerunt, vt ad gloriam poſſent peruenire cœlorum.

Additionum primi Tomi Finis.

VENETIIS, Apud Ioannem Guerilium. M DCI.

Cum Licentia Superiorum, & Priuilegijs.